Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMÆ

IN B. PAULI

ET CANONICAS

EPISTOLAS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diui Thomæ Aquinatis, ordinis PRAEDICATORVM, VIRI ET VITAE SANCTIMONIA, ac sacrarum literarum peritia præclari, in omnes beati Pauli Apostoli epistolas, commentaria adnotationibus illustrata, quibus antè nunquam: labore F. Iacobi Alberti Castren. & à mendis non paucis repurgata ex vetustissimorum codicum collatione, ac sententiarum inspectione. Denuóque accuratè examinata, ac recentissimè ab omnibus quæ à chalcographis corrupta erant, emendata ac restituta.

ADDITA SVNT INSVPER HVIC NOVISSIMAE RECOGNITIONI, EIVSDEM D. *Thomæ Aquinatis, in singulas Apostolorum Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ Canonicas epistolas, syncera & Theologica, superioribus seculis nusquam comperta, nunc primùm tenebris eruta, Commentaria, & in studiosorum gratiam edita. Adiunctúsque est his index rerum scitu dignarum copiosissimus.*

ORDO EPIST.
S. PAVLI

Romanos.
A Corint. 1. — fol. 62. b.
Corint. 2. — 118. b.
D Galat. — 129. a.
Ephes. — 171. b.
Filipens. — 194. a.
Colossens. — 203. a.
Thessalon. 1. — 212. a.
Thessal. 2. — 218. a.
Timoth. 1. — 223. b.
Timot. 2. — 235. b.
Titum. — 243. b.
Philem. — 249. b.
Hebræ. — 251. a.
Iacobi — 297.
S. Petri. 1. — 310.
Petri 2 — 320.
Ioan. 1. — 328.
Ioan. 2. — 339.
Ioan. 3. — 340.
Judæ — 342.



COLEGIO DE S. FRANCISCO JAVIER
TUDELA DE NAVARRA

PARISIIS,

Apud Hieronymum & Dionysiam de Marnef fratres, ad insigne Pelicani, via ad D. Iacobum.

1549.

Juan gaspar de Rojo

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX OMNIVM SENTENTIARVM IN HOC volumine obſeruatu dignarum, triplici numero inſcriptus: primus caput, ſecundus lectionem, tertius folium tibi indicat: a verò paginam priorem, b poſteriorem oſtendit.

A

Aaron ſeipſum non promouit, ſed à deo vocatus in pontificem, ad Hebrę os quinto, lectione prima, folio 264.a

Abba Hebraicè & Græcè idē eſt quod pater Latinè, ad Galatas 4. lectione 3. 162.a

Abbatiſſæ nimis iuuenculæ eligi non debent, ne de incontinentia ſuſpitio oriatur, primæ ad Timoth. 5. lectione 2. 231.b

Abel plurimam hoſtiam obtulit fide, non quantitate, ſed prætioſitate quā Cayn, ad Heb. 10. lec. 2. 282.b

Abortiuus dicitur aliquis fœtus qui naſcitur extra tempus debitum, 1. Cor. 15. lec. 1. 110.b

Abrahæ dictæ repromiſsiones in plurali, ſed in ſemine in ſingulari, ad Galatas 3. lec. 6. 159.a

Abrahæ facta promiſsio in ſemine, non iuſtificabat ante legē gratię, ſed in Chriſto, ideo dixit, In ſemine, non in ſeminibus & per fidem, ad Roma. 4. lec. 2. 17.b

Abrahæ filios eſſe gloriabantur pſeudo & nobiles. Et Corinthiis ignobilitatem improperabant. 2. Corint. 11. lec. 5. 141.b

Chriſtus non fuit in lumbis Abrahæ ſecundum ſeminalem rationem, ſed ſolùm ſecūdum corpulentā ſubſtantiam, ad Hebræos ſeptimo, lectione 2. 270.a

Abrahā promiſsiones habuit, ſed nunquam paſſum pedis terræ poſſedit, ad Heb. 6. lec. 4. 268.a

Abraham fuit primum exemplum fidei quia prius receſsit à conſortio infidelium, ad Hebręos ſexto, lectione quarta. 267.a

Abrahā duos habuiſſe filios Apoſtolus dicit, & Rebeca ſimiliter, ad Roma. 9. lec. 2. 37.b

Abraham fuit iuſtificatus per fidē & non per circunciſionem, ad Roma. 4. lec. 1. 16.b

Abraham dicitur pater omnium hominum credentium ex quocunq; ſemine. ſiue Gētili ſiue Iudęo, ad Roma. 4. lec. 3. 18.b

Abraham fuit ſeptuaginta quinq; annorum quādo exiuit de terra ſua, ad Galatas 3. lec. 6. 159.a

Abraham nullam habitationē fecit in terra Chanaā, ſed vſq; ad mortem aduena fuit, ad Hebræos 11. lectione tertia 273.b

Abraham & ſicum patre ſuo Thare terram ſuā exiuerit, tamen poſtea reuerſus fuit, ad Heb. 11. lec. 3. eod. b

Abraham & ſi riſerit de promiſsione non tamen dubitauit ſed admiratus fuit, ad Hebræos vndecimo, lectione 3. 284.a

Abraham quia deus licitè ſibi vt filium occideret præcepit, obtemperare voluit quem reſuſcitandum credidit, ad Heb. 11. lec. 4. 282.a

Abraham vacauit operi carnali nō propter concupiſcentiam, ſed propter prolem habendam, ad Galatas 4. lec. 7. 164.b

Abraham. 4. reges occidit, qui quatuor vitia contra cardinales virtutes deſignant, ad Hebræos ſeptimo, lectione 1. 268.b

Abraham dicitur patriarcha, id eſt princeps patrum. Quia etiā ſibi promiſsio facta fuit gentium, ad Hebr. 7. lec. 2. 269.a

Abſtinere Apoſtolus docet à carnalibus deſideriis. Et quantum ad corpus & quantum ad bona fortunę, 1. Theſſa. 4. lec. 1. 215.a

Accedere dicitur Chriſtus ad deū non de ſtatu culpę ad gratiā, ſed per contemplationem intellectus & affectus, ad Hebr. 7. lec. 4. 271.a

Acceptio perſonarum non debet eſſe ſecundum conditionem ſtatus, ſed ſecundum congruitatem officii, ad Galatas 2. lec. 2. 153.a

Acceptio perſonarum cur prohibetur in operibus iuſtitiæ & non miſericordiæ 302.a

Acceptæ fuerunt ſingulariter ante diluuium tres perſonę, ſcilicet Abel, Enoc, & Noe, ad Hebræos vndecimo, lec. 2. 283.a

Acrimoniam loqui eſt quādo quis cum confidentia impugnat veritatē, 2. ad Timo. 2. lec. 2. 238.b

Actus virtutum ad tria reducūtur, ſcilicet ad deū, ad ſe & ad proximū, ad Epheſi. quinto, lectione quarta, folio 189.b

Adam dicitur factus de terra, ideo terrenus. Chriſtus verò de cęlo, ideo cæleſtis, primæ Corinthiorum 15. lec. 7. 115.b

Adam fuit mortalis, quia de terra factus, primæ Corinthiorum 15. lectione 7. eodem b.

Adam fuit cauſa peccati originalis quo concipimur, & non Eua, primę Corinthio, decimoquinto, lectione lec. 3. 112.a

Adam fuit principium vitæ naturalis, Chriſtus autem vitæ ſpiritualis, primæ Corinthiorum 15. lectione 7. 115.b

Chriſtus non fuit in Adam ſicut nos. Quia Chriſtus ſolùm ſecundū corpulentam ſubſtantiam: nos verò ſecundum ſeminalem propagationem, ad Romanos quinto, lectione, tertia, 21.b

Adam ſi non fuiſſet corruptus per inobedientiam renouatione non indiguiſſet, nec etiam nos, ad Epheſios 4. lec. 7. 187.a

Adam poſtquam peccauit extunc ſemper ſunt inſidiæ impellentes ad peccandum, ad Epheſios quinto, lectione 6. 190.a

Adam cum dixit, & caro de carne mea quomodo intelligatur, ad Eph. 5. lec. 10. 191.b

Adam nō fuiſſe ſeductum primò, ſed mulierē quomodo intelligatur, 1. ad Timotheū 2. lec. 3. 226.b

Adam non dicitur filius hominis, ſed Chriſtus, ad Hebræos ſecundo, lec. 2. 257.a

Ad ambulandum in via dei oportet regulari tria, ſcilicet rationem, intellectum, & voluntatem ad deum, Epheſios quarto, lect. 5. 186.a

Adoramus carnem & humanitatē Chriſti vt vnitam perſonæ diuinę in verbo quod eſt ſuppoſitum, diuinū, ad Galatas quarto, lectione quarta, folio 162.a

Aduenas & peregrinos ſe tres vocauerunt, Abraham, Yſaac, & Iacob, ad Hebræos vndecimo, lectione 4. folio 284.b

Aduenæ & peregrini qui dicuntur folio 313.a

Aduentus domini eſt duplex. Vnus generalis, alius ſpecialis, ad Hebræos decimo, lectione 4. 281.a

Aduerſa ſunt patienter toleranda, ad Coloſſenſes tertio, lectione tertia folio 210.b

Adulterantes dicuntur qui verbū dei nō ſanè exponūt, vt pſeudo prophetæ, ſecundæ Corinthiorum 4. lec. 1. 124.a

Affectus hominis dicitur rectus quando ſeruit rationi & vtitur licitis delectationibus ſecundum rationem, ad Titum tertio, lectione prima, 248.b

Agnus paschalis post immolationem epulabatur cum azimis panibus,sic sacramentum sine fermento peccati sumi debet, primę Corinth. quinto.lec.2. 76.a

Agnus paschalis inter cętera sacramentalia & legalia erat cæleberrimum,primę Corinthiorum quinto, lec.2. eod.a

Allegoria est tropus seu modus loquendi. Et dicitur ab allos quod est alienum,& goge ductio, ad Galatas 4.lec.6. 163.b

Alexander erat ærarius & erat de illis qui docebant legalia esse obseruanda de necessitate salutis,secundę ad Timo.4.lec.3. 243.a

Altitudinem sapientiæ & scientiæ dei commẽdat Paulus multipliciter, ad Romanos vndecimo,lectione 5. folio 47.a

Altitudo dei profunditas & latitudo quæ sit,ad Ephesios tertio,lectione 5. 183.a

Amari cum dulci cõmixtione cur efficiatur totum amarum & nõ dulce. 304.b

Ambrosius scribẽdo super illum psalmum, Magnus dominus & laudabilis nimis mortuus est, secundæ ad Timo.4.lec.3. 243.a

Admonere qui vult aliquem id faciat ex charitate & non ira,sed ex scientia veritatis, ad Romanos 15. lectione 2. 59.a

Amor est vis vnitiua amãtis cum amato,ad Hebræos decimo, lectione 2. 279.b

Amor est duplex,scilicet quo diligitur deus, & quo diligitur mũdus, 2.Cor.7.lec.3. 133.b

Amor quo nos deus diligit causat in nobis bonitatem,ad Ephesios 2. lec.2. 177.a

Amor potest dici maior vel minor dupliciter,vno modo ex obiecto, alio modo ex intentione actus,ad Galatas 6.lec.2. 170.b

Anathema nomen græcum,& dicitur ab Ana quod est sursum & tesis positio,adRomanos nono,lectione prima. 36.b

Anchora sicut in mari nauem immobiliter tenet & naui alligatur,sic spes animam firmat,ad Hebręos 6. lec.4. 268.a

Angeli boni & mali puniunt iussu dei:& qui percusserint primogenita Aegypti,ad Hebræos vndecimo, lectione 6. 286.a

Angeli quomodo desiderare dicuntur. 311.a

Angelis subsumus in hac vita,vt sub tutoribus,primę Corinthio.15. lec.3. 112.b

Angelus nec dæmon possunt cognoscere cogitationes hominũ sed solus deus,primæ Corinthiorum 2. lectione 2. 67.b

Angelos loqui seu habere linguas, & quomodo angelus angelo loquitur,primæ Corinthiorum 13.lectione 1. 103.a

Angeli manebunt distincti post extremum iudicium quantum ad æminentiam gloriæ,non autem quãtum ad executionem,primæ Corint. 15. lec.3. 112.b

Angeli mali non redimentur à Christo prout Origenes finxit, ad Ephesios primo,lectione tertia, folio 173.a

Angelorum nouem sunt ordines, & distinguũtur in tres Hierarchias, ad Ephe.1.lec.7. 175.b

Angelorum malorum cruciatus. folio 324.a

Angeli vel beati à viatoribus non docentur licet dæmones informari de non scitis possint,ad Ephesios 3. lec.3. 181.b

Angeli non cognoscunt omnia in causis,sed in effectibus,ad Ephes. 3. lectione 3. 82.a

Angeli maiores à principio mundi cognouerunt mysterium incarnationis,non autem minores,ad Ephesios 3.lec. 3. eodem a

Angeli omnes ministrant sub vno archangelo ecclesiæ,primæ ad Thess a.4.lec.2. 216.a

Angeli dicuntur dii participatiuè propter abundantissimam refulgentiam diuinæ claritatis, ad Hebræos in prologo 251.b

Angelus Christus minor fuit quãtum ad carnis infirmitatem,sed maior quantum ad gratiæ plenitudinẽ, ad Hebræos primo, lectione tertia, folio 253.b

Angeli inquantum illuminant dicuntur nuntii,quia annuntiant quæ sunt in corde domini sui,ad Hebræ. 1.lec.3. eodem b

Angeli quidam exequuntur, quidam quasi præceptores præcipiunt quæ agantur,ad Hebræos primo, lectione 6. 255.b

Angeli superiores, scilicet, Seraphin,Cherubin, Throni,& Dominationes nunquã secundum aliquos mittuntur, ad Hebræos primo, lectione 6. 256.a

Angeli sortiuntur nomina aliquãdo angelorum à quibus mittuntur, ad Hebræos primo, lectione sexta, folio eodem a

Ab angelis dicitur Christus minoratus nõ quãtum ad diuinitatem nec quantum ad animam,sed quantum ad corpulentam substantiam, ad Hebræos secundo,lectione secũda 257.a

In angelis est duplex cognitio, ad Hebræos 8.lec.3. 273.a

Anima potest adhærere deo dupliciter hic,scilicet & in patria,ad Phil. tertio,lec.2. 200.a

Anima Christi non fuit verbum, sed anima rationalis contra Arriũ& Appollinarẽ, ad Romanos primo, lec.2. 2.b

Anima inquantum intendit curæ corporis,scilicet vegetare & nutrire dicitur anima:inquantum autem intẽdit cognitioni dicitur spiritus, primæ Corint.15.lec.7. 115.b

Anima quandiu est separata à corpore dicitur imperfecta secundũ Augustinum,primæ Corinthiorum 15. lectione 9. 116.b

Anima rationalis figuram corpoream nõ habet nec membra corporea prout Tertulianus hæreticus dicebat,secundæ Corinthiorum quarto,lec.5. 126.b

Animas ponere pro fratribus qui tenentur 334.a

Animæ proueniũt quatuor ex corpore,scilicet esse,conseruari, decorẽ habere,& moueri, primæ Corinth. 15.lec.6. 115.a

Animæ in homine non differunt secundum essentiam, sed secundum potentiam,& in homine idẽ est spiritus & anima,primæ ad Thessal.5. lec.2. 218.a

Animæ beatorum non retardantur neque in atriis tenẽtur vsque ad diem iudicii, sed diuino conspectui præsentantur, secundæ Corinth.5. lec.2. 128.a

Animæ naturale desiderium est,esse vnitem cum corpore, alioquimors pœnalis nõ esset, secundæ Corint.5.lec.1. 127.b

Animæ in principio non sunt simul creatę sicut Origenes dixit i periarchon,ad Heb.1.lec.4. 254.b

Animales homines dicuntur quãtum ad vim apprehẽsiuam,aut quãtum ad vim appetitiuam,& isti non percipiunt quæ spiritus sunt,primæ Cor.2.lec.2. 68.b

Ante annos quatuordecim dicit se Paulus raptum,quomodo aliqui diuersimode exponant,secundę Cor. 12.lec.1. 143.a

Antichristus quomodo dicatur filius perditionis,& quomodo posset esse peior quã erit,secundæ ad Thessa.2.lec.1. 219.b

Antichristus erit de tribu Dan, & secũdum quosdam sub eo Iudæi reedificabunt templum, secundæ ad Thessalonicenses secundo, lectione prima 220.a

Antichristus occidetur à Michaele archangelo in monte Oliuetti,secundę ad Thes.2.lec.2. eodem a

Antichristus erit homo & habebit liberum arbitrium,sed dyabolus intrabit in illum sicut in Iuda, 2 ad Thess.2.lec.2. eodẽ.b

Antichristꝰ decipiet homines per potentiam secularem,& per virtutẽ miraculorum,& auri & argenti collationem, 2 Thessalonicenses 2. lectione 2. eodem b

Apparuit Christus aliquibus qui non nominãtur in euangelio,primę Corinthiorum 15. lectione prima, folio 10.b

Apostolatus dicit duo, scilicet altitudinem potestatis & charitatem sapientiæ,1.Timo.1.lec.1. 222.b

Apostolatus commendatur ex tribus vtilitate,amplitudine,& plenitudine,ad Romanos primo, lectione quarta. 4.a

Apostolatꝰ est prima dignitas quę fuit in primitiua ecclesia, primæ ad Corint.1.lec.1. 62.b

Apostoli sunt præferendi cæteris sanctis omnibus quacunque prærogatiua præfulgeant, propter spiritũ sanctum qui datus fuit eis abũdẽ, ad Roma.8.lec.5. 33.b

Apostoli suam doctrinam habuerunt à spiritu sancto,hinc eorum mãdatis subduntur fideles, primæ Corinth.14.lec.7. 109.b

Apostoli dicuntur maiores ministri in Ecclesia.Eorum autem authoritas erat gubernare,docere, miracula facere,primæ Corinthiorum 12. lectione 3. 102.b

Apostoli dicuntur ministri Christi quantum ad sacramentorum ministrationem,2. Cor.1.in prologo. folio 118.b

Apostoli consolantur,tribulantur & exhortantur accipiendo passiuè, secundæ Corinthiorum primo, lectione 3. 119.a

Apostoli sunt medii inter deum & populum,secundæ Corinthiorũ 5. lec.3. 128.b

Apostoli maledicebantur & blasphemabantur,primæ Corinthio.4. lec.2. 74.a

Apostoli post missionem spiritus sancti peccare poterãt venialiter nõ autem mortaliter, ad Galatas secundo,lec.3. 153.b

Apostoli stulti reputati sunt à pseudoprophetis & malis Corinthiis, 1. Corinthiorum tertio,lectione secunda. 74.a

Apostoli si prædicassent crucẽ cũ legalibus nullam persecutionem habuissent, ad Galatas sexto, lectione tertia. 168.b

Apostoli sunt vsi sortibus in electione spirituali;ad Ephesios primo lec.4. 170.b

Apostoli dicuntur fundamenta in quantum eorum doctrina annuntiat Christum,qui est firma petra huius edificii,ad Ephesios secundo lectione sexta. 179.b

Apostoli suam doctrinam immediatè habuerunt à Christo,non in figuris, & ipsi huius fuerunt exteriores,ad Ephesios tertio, lectiõe tertia folio 181.b

Apostoli priuilegiati erant in omnibus donis Christi,ad Ephesios 4. lec.4. 185.a

Apostoli sunt pseudo satan qui se pe ad decipiendum transformat se in angelum lucis,secundæ Corinth. 11.lec.3. 140.b

Apostoli fuerunt nuntii missi ad promulgationem reuocatæ damnationis,in præfatione. 297.a

Apostolis nullus sanctus comparari potest, excepto sancto sanctorũ & virgine gloriosa qui excellunt.Et temerarium est quantuncunque sanctum eis comparari, ad Ephesios 1. lec. 6. 175.a

Apostolis mysterium fidei clarius fuit demonstratum quàm prophetis & patriarchis,ad Ephesios tertio, lectione 1. 180.b

Apostoli imponebatur quòd præsens humilis foret,absens autem austerus,secundæ Corinthiorum 10. lec.1. 137.a,b

Apostolo imponebatur à pseudo, quòd ideo non acciperet sumptus à Galatis,quia nõ diligeret eos,secũdę Corinthiorum vndecimo, lectione tertia. 540.b

Apostolum se dixit Paulus, quia à Christo missus & fructum missionis, primæ Corinthiorum nono, lec.1. 85.b

Apostolorum prædicationem nõ deuenisse ad omnes dupliciter intelligi potest,ad Romanos decimo, lectione 3. 43.a

Apostolorum tria sunt officia, scilicet gubernare,docere,miracula facere,primæ Corinthiorum duodecimo,lec.2. 100.b

Apostolorum doctrina commendatur in quatuor, scilicet antiquitate,communitate,virtute,&vtilitate, primæ Corinthiorum decimoquinto,lec.1. 109.b

Apostolorũ sapientia non fuit, vt scirent naturas rerum & syderũ cursus,sed notum facere sacramenta,ad Ephesios primo,lectione tertia, fol. 173.b

Apostolus scribens Romanis dixit se seruum.Scribens Corinthis se dicit apostolum, secundæ Corinth. primo.lec.1. 118.a

Apostolus prima sua epistola quã misit Corinthiis,quam nos non habemus promisit venire ad eos,quod tamen non fecit,secundæ Corint. 1. lectione 5. 120.a

Apostolus non potuit mẽtiri,quia Christus erat in eo & cum eo,2.Corinthio.2.lec.3. 122.a

Apostolus sciuit artem sceno factoriã & laborabat nocte in domo Aquilæ & Priscillæ, secundæ Corint. 11.lec.3. 140.b

Apostolus dicebat se missum ad prædicãdum à tota trinitate,ad Galatas.1.lec.1. 149.b

Apostolus Paulus par erat Petro in authoritate prædicationis,nõ autem authoritate regiminis,ad Gala. 2.lec.3. 153.b

Apostolus quãdo scripsit Ephesios erat in vinculis Romæ tentus,ad Ephesios 3.lec.1. 180.a

Apostolus gratis prædicauit Corinthiis, qui erant auari, vt expelleret pseudo qui quęstum quæsierunt, secundæ Corinthiorum vndecimo, lec.3. 140.b

Apostolus & si infirmos multos sanauerat,& mortuos suscitauerat,Timotheum tamen consilio sanare curauit, primæ ad Timotheũ quinto, lec.3. 232.b

Apostolus se nominauit prædicatorem apostolum,& magistrum, secundæ ad Timotheũ primo, lectione 4. 137.a

Apollo quidam fuit Iudæus,& doctor prædicauitque in Achaia, primæ Corint.16.lec.2. 118.a

Arca testamenti in se habuit tria, scilicet vrnam auream,virgam Aaron,tabulas testi.ad Hebręos nono, lec.1. 274.a

Arca Noe ecclesiam significat folio 316.b

Arcana quæ non licent homini loqui,de quibus testatur Apostolus quomodo construatur ly homini, 2.Corin.12.lec.2. 144.a

Argumenta 13. soluuntur à beato Thoma in epistola, primæ ad Cor. 8.lec.2. 85.b

Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem vel quasi arguens mẽtem, ad Hebræ.vndecimo, lectione 1.fol. 281.b

Aries hærens cornibus inter vepres,Christi humanitas cruci affixa fuit,tamen diuinitas mortem euasit, quæ tamen eum neque mortuũ neque sepultum dereliquit,ad Hebræ. vndecimo.lec.4. 285.a

Armorum spiritualium est triplex effectus,destruunt rebelles, conuertunt infideles, corrigunt peccantes, secundæ Corinthiorum decimo, lectione 1. 137.b

Armorum spiritualium est triplex genus quibus nunc iubet apostolus pugnare,ad Ephesios sexto lectione quarta. 193.a

Artifices sunt in duplici genere, scilicet, manu exequentes & freni factiuę præcipientes, ad Hebræos 1. lectione 6. 255.b
Artifex commendatur ab arte, & non potest conqueri opus de opifice, ad Romanos nono, lectione 4. folio 39.b
Ascensio Christi & descẽsio quomodo intelligatur, ad Romanos 10. lec.1. 41.b
Ascendendo Christus captiuã duxisse dicitur captiuitatem, ad Ephe. 4.lec.3. 184.b
Aspiciens à lõge, hoc responsoriũ quod cãtatur in prima dominica aduentus sumptum videtur ex Esa.30 & quare, ad Hebræos vndecimo, lectione 4. 184.b
Auaritia notatur in duobus, scilicet in tenacitate & cupiditate, ad Heb.13.lec.1. 292.b
Auaritiã cõparat Apostolus idolatriæ: quia quando honor soli deo debitus impenditur creaturę dicitur idolatria, & tamen vera idolatria tantum non est, ad Ephesios quinto, lectione 3. 189.a
Auaritia excæcat 324.b
Auditus est duplex, scilicet interior, & ille est à deo. Exterior, & ille est à docente, ad Romanos decimo, lectio.2. 42.b
Auxilium diuinum non est implorandum vbi supplet humanum, 2. Corint.11.lec.6. 142.b

B

BAlaam auaritia ductus populo à deo benedicto maledicere voluit 324.b
Barbari dicuntur qui deficiunt in ratiõe & sunt rigorosi in corpore, 1. Corinthiorum decimoquarto, lectione.2. 170.a
Barnabas commendatur ab Apostolo quòd pro ecclesia multum laborauerit, secundæ Corinthiorũ 8. lec.3. 136.a
Baptizabant apostoli in primitiua ecclesia in nomine Christi, quia nomen illud odiosum erat, vt sic in cõsuetudinem & reuerentiam veniret, primæ Corinthiorum primo, lectione 2. 64.a
Baptizabãt Græci isto modo: baptizet seruus Christi. N. in nomine, &c. primæ Corinthiorum primo, lec.2. 63.b
Baptizati gloriabãtur vnus de Petro, alius de Appollo, alius de Paulo primæ Corinthiorum primo, lectione 2. eod.a
Baptizatos omnes in nube fuisse & in Moyse Apostolus dicit, primę Corinthiorum decimo, lectione 1. folio 89.a
Baptizauit Apostolus domum, id est familiã Stephanæ cuiusdam matronę, primę Corinthiorum primo, lec.2. 65.b
Paulus nó multos baptizauit, & agit gratias deo quòd Corinthios nõ baptizauit, primæ Corinthiorum 1. lec.2. 64.a
Baptizatus ordinatus & confirmatus si fuerit resuscitatus postea non est rebaptizandus, ordinandus & cõfirmandus, ad Hebræos vndecimo, lec.7. 285.a
Baptizatus immergitur ter, quia Christus tribus diebus & tribus noctibus fuit sub terra in sepulchro, ad Colossenses secũdo, lectione tertia, folio 208.a
Baptismatum nouem sunt genera, accipiendo largè baptismum, primæ Corinthiorum decimo, lectione 2. 89.b
Baptismata calicum & vreeorum seruabant Iudæi, ad Hebręos nono, lectione 2 275.a
Baptismi forma est, Ego te baptizo in nomine patris & filii & spiritussancti, primæ Corinthio. primo, lec.2. 63.b
Baptismum Christus instituit, & in nomine suo, patris, & spiritussancti baptizari fecit, ad Romanos 6. lec.1. 24.a
Baptismus est triplex, scilicet fluminis, flaminis, & sanguinis, & non sunt tria sacramenta, sed vnum, ad Hebræos sexto, lectione prima, fol. 266.a
Baptismus non reiteratur, quia est quædam configuratio mortis Christi, ad Hebræos sexto, lectiõe prima, folio eodem
Baptismus Christi habet virtutem duplicem, vnam diuinam aliam humanam: & consistit in quatuor, primæ Corinthiorum primo, lectione secunda. 64.a
Baptismus non valet receptus pro alio sed solùm, p seipso & si sit opus bonum, primæ Corinthiorum 15. lec.4. 113.a
Baptismus habet efficaciã ex passione Christi, & ex virtute nominis eius, primæ Corinthiorum primo, lec.2. 64.a
Baptismus à quocunque conferatur vniformen habet virtutem, ad Ephes.4.lec.2. 184.a
Baptistæ virtus in baptizatis nihil operatur sed Christi, primæ Corin. 1.lec.2. 64.a
Beati quomodo dicuntur isti, quorum deus tegit peccatum originale, actuale, mortale & veniale, ad Romanos quarto, lectione prima, fol. 17.
Beati dicũtur qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, primæ Corint.13.lec.1 103.b
Beati vallent non spoliari corporibus, vt & ipsam gloriam perciperẽt, 2.Cor.5.lec.1. 127.a
Beati à viatoribus non docentur, quia immediatè verbum cõspiciunt quod est speculum sine macula, ad Ephesios tertio, lectione tertia, fol. 181.b
Beatitudo est operatio perfecta quæ est supremæ virturis operatiuæ, optimè disposităe, & hæc est nostra, primæ ad Timotheum sexto, lec.3. 234.b
Benedicẽdo sacerdos eucharistiã, non benedicit corpus Christi, sed materiam sacramenti, ad Hebræ.7. lec.2. 269.b
Benedicere est bonum dicere, enunciando, imperando & optando, ad Romanos duodecimo, lectione 3. folio 50.a
Benedicere deum, & deum benedicere nobis quomodo intelligatur, 2.Cor.1.lec.2 119.a
Benedictio est factio bonitatis in nobis & est in præsenti vita imperfecta, & in futura autem perficitur, ad Heb.6.lec.2. 267.a
Benedictio domini diuites facit & multitudinem filiorum & bonorum & malorum procurat, ad Hebræ.6. lec.4. 267.b
Benedictionem pauperes de Lugduno mali sacerdotis iusto laico nihil prodesse autumnabunt, sed potius econuerso similiter & bicardi, ad Hebr.7.lec.2. 169.b
Benedictionem Abraham quãdo à Melchisedech recepit non mox habuit, sed per fidem firmiter expectauit, ad Heb.7.lec.2. eod.b
Benedictionem præstans Iacob duobus filiis Ioseph, Effraym, scilicet & Manasse cancellatis manibus benedixit. Quia reges præferendi sunt aliis hominibus, ad Hebræ. 11. lec.5. 285.a
Benedictiones in missa quare non fiant in vulgari, primæ Corint. 14. lec.3. 107.a
Beneficium Christi est triplex, scilicet iustificationis, resurrectionis, & ascensionis, ad Ephesios secundo, lectione 2. 177.a
Benignitas est amor interior profundens bona ad exteriora, ad Titũ 3.lec.1. 248.b
Benignitas idem est quod bona igneitas, ad Tit.3.lec.1. eodem
Bestiæ malæ dicebantur Cretẽses propter eorum crudelitatem & gulositatem, ad Tit.1.lec.3. 245.a
Bigamiam contra naturã Lamech septimus ab Adã qui pessimus fuit primus introduxit, ad Hebræos 11. lectione 2. 283.a
Bicardi & pauperes de Lugduno dicunt quòd omnis iustus est sacerdos, ad Heb.7.lec.2. 269.b
Blasphemia quantuncunq; fiat subito si percipitur est peccatũ mortale, ad Collos.3.lec.2. 210.a
Balaam auaritia ductus populo à deo benedicto maledicere voluit. folio 324.b
Blasphemi reprehendũtur 313.a
Bona duo acceepimus à Christo, scilicet spem vitæ æternæ, & facultatẽ accedendi ad patrem, ad Ephesios 3. lectione 3. 181.b
Bona facta in charitate mortificata per peccatum, per pœnitentiã reuiuiscunt, primæ ad Thessal. tertio, lectione 1. 221.b
Boni in repromissione significantur per stellas, mali verò per arenam maris, ad Hebræos 11. lectione tertia fol. 284.a
Boni operis principium nõ est ex nobis sed ex deo, ad Philipp. primo. lectione 1. 194.b
Boni sibi communicare debẽt bona spiritualia, ad Philip. secundo, lectione 1. 196.b
Bonitas ministri nõ requiritur ad collationẽ sacramẽti, quia nullus esset certus de salute, nec sciret se esse baptizatum vel absolutũ, ad Heb.7. lectione 2. 269.b
Bonitas offerentis facit vt accepte tur oblatio nõ sacramentalis, ad Hebræos 11.lec.2. 283.a
Bonum non potest totaliter destrui vel corrumpi à malo, secundæ ad Thess.2.lec.1. 219.b
Bonum tam perfectum nullus se extimare debet quam si nullum defectum habeat nec ita malum vt nihil sit in eo boni, ad Phili.secundo, lec.1. 197.a
Bonum nostrum consistit principaliter in fide & spe & charitate, ad Colos.1.lec.2 203.b

C

CAdere nos multa faciunt atque in principium ponunt, primæ Corinthiorum decimo, lectione 3. folio 90.a
Calix quot modis sumatur, & quid significet, primæ Corinthi.decimo, lec.4. 90.b
Calix in consecratione (Hic est) cũ dicitur, figura antonomica committitur, primæ Corinthio. vndecimo, lec.6. 98.a
Cantare debemus vt deum mente & voce ad misericordiam prouocemus, ad Ephesios quinto, lectione septima. 190.b
Canonicarum epistolarum materia, in præfatione.
Canonicarum ordo, in præfatio. folio 298.a
Canonicę septem quid indicant, in præfatio.
Capiti inest perfectio, sublimitas, influentia, & cõformitas, primæ Corint.11.lec.1. 92.b
Capitulum dicitur breuis complexio continens multa. Alio modo dicitur capitulum à capite, ad Heb.8. lec.1. 271.b
Caput nostrũ est Christus, & nos sumus eius mẽbra: similiter & alter alterius, ad Ro.12.lec.2 49.a
Caput omnium dicitur Christus tam angelorum quàm hominum, & ecclesiæ tãtùm, ad Ephesios primo, lec.8. 176.a
Caput gẽtium dicitur Christus & quomodo certæ prophetiæ de vocatione gentium intelligantur, ad Ro. 15.lec.1. 58.b
Charitas efficit vt bona quæ homo habet non sibi soli retineat, & quomodo facit abstinere à malo, & facere bonum, primæ Chorinth.13. lec.2. 104.a
Charitas in patria nõ cessabit, sed perficietur cum apparuerit gloria, 1.Corint.13.lec.2. 103.a
Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non inflatur, non cogitat malum, primæ Corinthio. 13. lec.2. 103.b
Charitas à fide non separatur
Charitatis præceptũ nouũ 330.a
Charitatem habens potest peccare cùm non vtitur ea. Si autem vtatur peccare non potest, primæ Corint.13.lec.4. 103.a
Charitatem non habens etiã si loquatur lingua angelorũ & distribuerit omnem substantiam suam nihil prodest, 1.Cor.13.lec.1. 103.a
Charitatem maiorem Christus ostendit in eo quod pro inimicis mortuus est, ad Ro.5.lec.2 20.a
Charitatem Christi scire, est scire omnia mysteria incarnationis & redemptionis, ad Ephesios tertio, lectione 5. 183.a
Charitatis vnitas consistit in duobus. s. interius in affectu, & exterius in effectu, ad Ephesios quarto, lectione 1. 183.b
Charitatẽ fraternitatis habere debemus si ast cæleste regnum peruenire volumus, ad Hebræos 13. lectione 1. 192.a
Chamæleontis conditio 311.b
Carnalia peccata quidam dicebãt non esse peccata, vt facilius decipere possent, ad Ephesios quinto, lectione 3. 189.a
Carnem cõcupiscere aduersus spiritum & econuerso quomodo intelligatur, ad Gala.5.lec.4. 167.a
Carnem sequere est sequi mortẽ, sequere spiritum est sequi vitã & pacem, ad Ro.8.lec.1. 30.b
Carnem non mãducare & vinum nõ bibere dicit Apostolus ad vitandum scandalũ, & ad abigendã luxuriam, ad Ro.14.lec.3. 57.a
Caro potest dupliciter considerari, scilicet in se & sic non est odiẽda, vel prout est impeditiua salutis, ad Ephe.5.lec.9. 191.a
Castitatem volens habere necesse habet laborare, vigiliis insistere, & macerare corpus per ieiunium, 2. Corint.6.lec.2 131.a
Castigationis verbũ cõmuniter accipitur in pueris & in concupiscentia, ad Heb.12.lec.2. 290.a
Cautela diaboli in tentãdo. 320.a
Cauterium est corruptio in carne per ignẽ ex qua egreditur putredo, 1.ad Timo.4.lec.1. 229.a
Cecilia cõuertit virum suum ad fidem, 1.Cor.7.lec.2 81.a
Cælum tertium tripliciter potest accipi. s. secundum ea quæ sunt infra animam, aut secundum ea quæ sunt in animam, aut secundũ ea quæ sunt supra animam. Et potest accipi cælum aereum, Sydereum, & Empyreum, 2 Cor.12.lec.1. 143.b
Cerimonialia in veteri lege erãt quatuor. s. sacrificia, sacra, sacramenta, & obseruantię, ad Colossenses 2. lect,3. 208.a
Cibi aliqui in veteri lege erãt prohibiti quia figurabant Christum, 1. ad Timo.4.lec.1. 229.b
Cibus animæ dicitur sacra doctrina quia cibat intellectum & potat affectum, ad Hebræos quinto lectione 2. 265.a
Circuncisio post legem gratiæ nihil prodest. Ante legem autem gratiæ erat ordinata cõtra originale, ad Ro.2.lec.4. 12.b
Circuncisio fuit signaculum iustitię per fidem in signum fœderis vsque ad Christum, ad Romanos 4. lectione 2. 17.b
Circuncisio quare fuerit instituta, quam vim habuerit & quare fuerit mutata, ad Romanos quarto, lectione 2. eodem
Circuncisio spiritualis quomodo fiat à Christo in corpore & in anima, & quare per cultellum fiebat, ad Rom.4.lec.2. eodem.
Circuncisio erat signũ iustitiæ & non conferebat gratiã, sed auxilium gratiæ ad rectè agendum. Nota satis pulchra, ad Romanos quarto, lectione 2. 18.a
Circuncisio est duplex. Vna carnalis & illa fit manu, alia spiritualis, ad Ephesios secundo, lectione quarta, folio 178.a
Circuncisionis Christus fuit minister ad confirmandum promis-

siones patrum,ad Galatas 3. lectione sexta folio 159.a

Circuncisus fuit Timotheus ab Apostolo. Et vtrũ Paulus fecerit ad obseruandum legalia, vel solùm ne scandalizaret conuersos,est differentia inter Augusti.& Hiero.ad Galatas 5.lectione 1. 165.a

Chirographus est scriptura manualis& propriè fit in cautione contractuũ, ad Colossenses 2. lectione 3.folio 208.a

Ciuitas est ciuium vnitas. Et est duplex vna terrena, alia cælestis, ad Galatas 4.lectione 7. 164.a

Clamat Esaias propheta pro conuersione Iudæorum,Osee autẽ Gẽtilium,ad Romanos nono, lectione quinta, 40.b

Cloes est nomẽ vnius villę Corinthiorum iurisditioni subiecta,vel est nomen vnius matronæ 1.Corint.1. lectione 2. 63.b

Claritas Christi in transfiguratione sua nõ fuit similis illi quæ futura est in iudicio, 322.a

Cognitio dei est nobis necessaria hîc & in patria,ad Ephesios 3.lectione 5. 182.b

Cognitio qua homo intelligit fit duobus modis. Per vim mentalem quæ est intellectus,& corporalẽ quę est sensus,secundæ Corinthiorũ 12. lectione 1. 143.b

Cognitio nostra in patria nõ equiparatur cognitioni dei,sed (ly sicut) importat similitudinẽ & non æqualitate, primæ Corinthiorum 13. lectione 4. 105.b

Cognitio nostra omnis ortum habet aut à supernaturali prĩcipio, aut naturali lumine, primæ Corinthio. 14.lectione 2. 106.b

Collectio pecuniarũ quam Paulus Corinthiis & Galatis imposuit pro necessitatibus fratrũ, primæ Corin. 16.lectione prima, 117.b

Collegium fidelium in scripturis quandoq; vocatur domus, quãdoq; ciuitas,ad Ephesios 2.lectione sexta folio 179.b

Colere debemus deum & nõ idola vt Hermes,Varro,poetæ & sequaces,ad Roma.1.lectione 7.folio 8.a

Comedere quæ idolis oblata sunt propter scandalũ prohibet Apostо. primæ Corinthiorum 10.lectione 5 folio 91.a

Comessationes dicũtur superfluæ & nimis accuratæ comestiones & potationes, ad Romanos 13. lectione 3. 54.a

Communicantes debent esse ieiuni.Et quid si biberint aquã solã, aut aliquid quod sero dentibus inhæreat,& hora,primę Corinthiorũ 11. lectione 4. 95.b

Complementũ sanctorum est cõmunis societas multorum miliũ angelorum assiduitas,ad Hebræos 12. lectione 4. 291.a

Comprehendere idẽ est quod cõcludere,vel attingere,ad Philippenses 3.lectione 2. 200.a

Comprehendere homo nõ potest rationem diuinorum iudiciorũ, ad Romano.11.lectione 5 47.a

Comprehendere deum nemo potest quia trãscendit quicquid in creaturis est comprehensibile. 1. ad Timo.6.lectione 3. 235.a

Cõpunctio est duplex.s. pro peccatis& qua aliquis dolet de bono alterius,ad Ro.11.lectione 1. 44.a

Comparatio abusiua 325.b

Cõceptus miraculosi in veteri testamento conceptum Christi ineffabilem, non tamen ex equo figurabant,ad Hebræos 11.lectione tertia, folio 284.a

Concordia consistit in hoc, vt homo doleat de malo alterius, & gaudeat de prosperitate eius,ad Roma. 12.lectione tertia. 50.b

Concordiam destruit superbia & præsumptio,ad Roma.duodecimo, lectione tertia. eodem

Concupiscentia praua se habet cõmuniter ad omnia peccata, ad Romano.7.lectiono 2. 27.a

Concupiscentia manet in baptizatis,vnde dicit Paulus.Accipiat vnusquisq; vxorem suam,primæ Corinthiorum 7.lectione 1. 80.a

Confessio est triplex, scilicet iniquitatis: misericordiæ dei beneficia præstãtis,& diuinæ veritatis, ad Romano.10.lectione 2. 42.a

Confessio in veteri lege cur tantùm deo fiebat 309.a

Confessionis conditiones eodem.

Confessionis expressa institutio folio eodem.

Confidere in alium aliquis potest dupliciter,vel quia ad eum pertinet sua defensio,aut quia parat° est quo modocunque eum defendere, ad Ephesios sexto, lectione tertia. folio 192.b

Conscientia bona cõsistit in duobus,scilicet vt quę facit sint bona,& vt recta intentione fiat.2.Corint.1. lectione quarta 120.a

Cõscientia erronea obligat ad obseruantiam eorum de quibus est cõscientia erronea in his in quibus homo non est perplexus,ad Gala.5. lectione prima 165.b

Conscientia erronea quomodo oriatur ab actu voluntatis,quia volũtas fertur in id quod ei vis apprehẽsiua representat siue bonũ siue malum.Et quomodo conscientia erronea liget.Nota pulcherrima.ad Romanos 14.lectione 2. 54.b

Contendere est cùm vnusquisque partiale bonum quærit,primæ Corinthiorum 1.lectione 2. 63.b

Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamorum, ad Roma.13.lectione 3. 53.a

Contemnunt peccatores deũ, eo quod non immediatè punit eos, sed suffert patienter,ad Romanos 2.lectione prima 9.b

Conuenire aliquid alicui potest intelligi tripliciter, scilicet essentialiter, participatiuè, & causaliter, ad Collos.1.lectione 4. 205.a

Corinthum erat ciuitas metropolis maritima,vbi multi erant mercatores qui auari esse solent propterea Apostolus ab eis sumptus non accipiebat, secundæ ad Corinthios 11. lectione tertia 104.b

Corona est duplex quædã est principalis,quædã secundaria,2.Timot. 4.lectione 2. 242.b

Corpora nostra sunt mẽbra Christi & templum spiritussancti, primæ Corinthiorum sexto,lectione tertia folio 78.b

Corpora duo siuml esse in eodem loco nõ cõtingit ex dote,sed ex virtute diuina,&miraculosè,primę Corint.15.lectione 6 115.a

Corporalem exercitationẽ ad modicum esse vtilem quomodo intelligatur, primæ Timotheum quarto, lectione secunda 230.a

Corporalis materia nõ magis obedit subst̃ãtiæ intellectuali quàm qualitatibus actiuis & passiuis in natura,contra Auicennam, ad Galat.3. lectione prima 156.a

Corpus nostrũ magnificatur per Christum ministeria eius corporaliter exequendo,vel corpus nostrum exponendo pro ipso,ad Philip.1.lectione secunda 195.a

Corpus naturale tria habet adinuicem connexa,id est, compactionẽ membrorum,&c.ad Ephes. quarto, lectione quinta 186.a

Corpus Christi sumitur indignè dupliciter.s.in alio pane quàm triticeo,aut in alio liquore quã vino, vt nõ confessus nõ contritus.1.Corin. 11.lectione 7. 98.b

Corpus Christi mysticum est tota ecclesia,& hoc probatur per corpus naturale,primæ Corint.12. lectione tertia 101.b

Corpus est factum propter animã & nõ econuerso, ad Ephe.primo, lectione 8. 176.a

Corpus macerare docet Apostolus,nõ occidere,suum & non alienũ, 1.Corint.9.lectione 5. 88.b

Corpus nostrum exhibere debemus iustitiæ sicut exhibuimus iniquitati,ad Romanos sexto, lectione quarta, 25.b

Corpus naturale hominis nõ est vnum membrum,sed multa .Sic de corpore mystico.1.Cor.12. lectione tertia, 101.b

Correctio diuina & humana sic differunt quia humana est transitoria,& pro transitoriis & falli potest, diuina autem non, ad Hæbræos 12. lectione 2. 289.a

Creatio est motus ex nihilo ad esse,Et est duplex.s. naturæ & gratię,secundę Cor.5.lectione 4.129.b

Creatura dicuntur aliquando homines iusti,aliquando humana natura,aliquando elementa huius mundi,ad Romanos 8.lectione 4. 32.b

Credere homo debet quæ pertinent ad incarnationem, trinitatem, mortem,sepulturam, resurrectionẽ, & apparitionem Christi,primę Corinthiorum 15.lectione 1. 110.a

Credere nolentes peiores dicuntur dęmonibus ex specie operis nõ autem quo ad effectum, ad Galatas 5.lectione 2. 165.b

Credere triplex 310.b

Credenti in deum si non habuit tempus bonum operandi,quia fides est primus actus iustitiæ quam deus in eo operatur, illi sufficit ad salutem,ad Romanos quarto, lectione secunda. 17.b

In fide duo sunt,scilicet in quod creditur,& ille cui creditur,2.ad Timo.primo,lectione 4. 237.a

Christus est vna persona & hypostasis in vtraque natura consistẽs, & non est nisi vna hypostasis vtriusque,1. Cor.2.lectione 2. 67.b

Christus prædicauit Iudæis principaliter,gentibus autem perfunctoriè,ad Galatas quarto, lectione tertia. 151.b

Christiani status dignitas. 313.a

Christianorum peccata grauiora paganorum. 325.a

Christi passio fuit purissima, in præfatione.

Christum sequi quomodo liceat folio 314.a

Christus agnus dicitur. 311.b

Christus alios reges in quatuor excellit,in præfatione.

Christus armatus in cruce.317.a

Christus author canonicarum, in præfatione.

Christus lapis. 312.b

Christus per Assuerum regem aptè figuratur,in præfatione.

Crucis scandalum euacuare per circuncisionem quomodo intelligatur,ad Galatas quinto,lectione prima. 165.b

Crux Christi quomodo dicitur stultitia apud Iudæos qui semper signa videre volebant,& gentiles qui in eloquentia gloriabantur. 1.Cor. 1.lectione 3. 65.b

Crux Christi habuit latitudinem, longitudinem,sublimitatem & profunditatem, ad Ephesios tertio,lectione quinta. 183.a

Crucifigi Christo dupliciter quis potest. 317.a

Cupiditas sumitur tripliciter, scilicet pro auaritia pro inordinato appetitu,& prout est quædam inordinatio animi,primæ ad Timo.6.lectione secunda. 234.a

Currere quomodo debemus vt præmium accipiamus, primæ Cor. 9.lectione 5. 88.b

D

Damnatorum pœna non finietur, contra Origenem in periarchon,primæ Corinthiorum 15. lectione 3. 113.a

Damnati magis dolent de priuatione diuinæ essentiæ quam de quacunque alia pœna, ad Hebræos 4. lectione 1. 261.b

Decimæ sacerdotibus debentur propriè,Leuitis autem ex ministerio quia eis ministrare debent,ad Heb. septimo,lectione 2. 269.b

Decimas recipere nullus cogitur si dans scandalizetur,adHebręos 7. lectione 2. fol.eodem

Decimas recepit Melchisedech non alligatus legi,sed propria authoritate, ad Hebræos 7, lectione secunda. ibidem.

Decimas dedit Abraham Melchisedech pro se & Leuitis qui erant adhuc in lumbis eius tamen Melchisedech erat minor eis, ab Hebræos 7.lectione 2. eodem.

Non docere proximum suũ, sed cognoscere deum minimum & maximum quomodo intelligatur, ad Heb.8.lectione 3. 273.b

Dæmones quare non comparentur Cherubin& Seraphin sicut principatibus & potestatibus, ad Ephe. 6.lectione 3. 193.a

Dæmones non decipiunt in specie angeli.si cognoscantur. 2. Cor. 11.lectione 3. 141.a

Dæmones propterea non saluabuntur quòd in nomine Iesu genua curuare dicuntur contra Origenem, ad Philip.2.lectione 3. 199.a

Dæmones à nobis non sunt diligendi quia non sunt amici, sed hostes nõ diligibiles,ad Romanos 13. lectione 2. 53.a

Dæmonem vincimus adiuti. folio 306.a

Dæmones vbiq; torqueri. 323.a

De dæmonibus qui sunt in aere est duplex opinio,ad Ephesios 2.lectione 1. 176.b

Dei dulcedo dupliciter deprehẽditur. 312.b

Detractio multis modis committitur. eodem.a

Deũ benedicere,quid est. 301.a

Deum negare contingit dupliciter. 323.a

Deus ad se accedẽtibus quatuor bona largitur. 306.a

Deus est misericors multimodis. folio 308.a

Deus intentator malorum est. folio 299.b

Deus charitas dicitur antonomaticè. 146.b

Descendisse Christum primum ad inferiores partes terrę quomodo intelligatur,ad Ephesios 4.lectione tertia. 184.b

Deus dicitur deus Abrahã, deus Isaac,& deus Iacob,& quare, ad Hebræos 11.lectione 4. 284.b

Deus quomodo cognitus sit à sapientibus gentilium, & quomodo scriptum erat Athenis in quadam ara,Ignoto deo,ad Ro.1.lectione 6. folio 6.b

Deus duobus modis manifestat se homini.s. in infundendo lumen, & per sensibiles creaturas,ad Romanos 1.lectione 6. 6.b

Deus cognoscitur tribus modis. s.per causalitatem,per excellentiam, & per negationem,ad Romanos 1, lectione 6. 6.b

Deus non solùm est deus Iudæorum,sed etiam Gentilium, quia dues est in omnes,ad Romanos decimo,lectione 2. 42.a

Deus dicitur principaliter eorũ qui habent fidem & deuotionem primæ Corinthiorum primo, lectione prima. 63.a

Deus dicitur deus totius consolationis & quomodo consolatur suos, 2.Corinthiorum primo,lectione secunda. 119.a

Deus dicitur inuisibilis,quia nullus intellectus creatus potest attingere ad eius essentiam,ad Colos.1. lectione quarta. 204.b

Deum non esse acceptorem personarum declaratur,ad Romanos2. lectione 2. 11.a

Deus dicitur esse in omnibus rebus dupliciter.s.per participationẽ, vel per amorem, ad Colossenses 2. lectione secunda. 207.b

Deus est tribus modis in rebus.s. communi per gratiam & per singularitatem, ad Colossenses secundo, lectione 2. eodem.b

Deus dicitur tripliciter, scilicet naturaliter opinatiuè & participatiuè,2.ad Thessalonicenses secundo, lectione 1. 220.a

Deus aliquãdo apparuit in visio-

ne corporali,aliquando in imaginaria,aliquando in intellectuali,ad Hebræ.1.lectione 1. 251.b
Deus est causa omnis substantiæ, quia omnia efficit,gubernat, & conseruat,ad Heb.1.lect.2. 252.b
Deus dicitur esse in mundo per essentiam,præsentiam & potentiam, ad Hebræos decimo, lectione prima. 278.b
De deo potest haberi notitia multiplex,scilicet per Christum,Iudæos & antiquos philosophos,ad Hebrç. 11.lectione 2. 282.b
Dextera pars dicitur potissima in animali,& significat bona spiritualia,ad Heb.8.lectione 1. 277.b
Dextera dei nõ dicitur aliqua pars corporalis, sed similitudinaria, ad Col.3.lectio.1. 209.b
Diacones non debent esse litigiosi,nec vinolenti,nec bilingues. 1. ad Timo.3.lec.2. 228.a
Diaconissa dicitur non quia ordine sacro fungatur,sed quia certo ministerio deputatur.1.ad Timo.3.lectione 2. eodem.a
Dicere aliquid in spiritu sancto est dicere ex instinctu eius.1.Corin.12. lectio.1. 100.a
Dies comparatur futuræ gloriæ, & quomodo nox eam præcesserit,ad Romanos decimotertio,lectione tertia. 53.b
Dies domini dicitur venire in nocte,& quare dicatur dies domini.1. ad Thess.5.lec.1. 216.b
Dii multi dicuntur participatiuè in cęlo & in terra,in prologo,ad Hebręos. 251.a
Dignitas Apostolatus est præcipua in ecclesia catholica,ad Roma. 1.lectio.1. 2.a
Dilectio debet esse ad se,ad proximum & ad deum, ad Romanos 12. lectione 2. 49.b
Dilectio qua homo se diligit debet esse vera,pura & honesta,ad Romanos 12.lec.2. eodem.b
Dilectionem parentum quare ali quando non sequatur longeuitas vitæ.1.ad Timo.4.lec.2. 230.a
Dilectio dei est duplex, scilicet, concupiscentiæ & amicitiæ,ad Philippenses 1.lectio.2. 195.a
Dilectio inimicorum quomodo requiratur à nobis,& quomodo debeat esse,ad Romanos duodecimo, lectione 3. 50.a
Diligentes se solent quatuor consolari de quibus gloriabatur Apostolus,secundæ Corinthiorum 7.lectione secunda. 133.a
Diligere se dicebat Apostol⁹ plus Corinthios quàm Corinthii ipsum, & quàm pseudo prophetæ ipsos,2. Corin.12.lec.5. 146.b
Diligentes se inuicem tria consueuerũt habere,scilicet,mutuum societatis auxilium,mutuum amorem,& beneficium ostendere,ad Galatas 4 lectio.4. 162.a
Diligitur aliquando aliquis propter alium aliquando propter seipsum,ad Ephe.1.lec.2. 173.a
Dimittere non debet fidelis infidelem si sine periculo animæ cohabitare possit,consilium est.non præceptum.1.Cor.7.lec.2. 81.a
Dispensari contingit in diuersis,tẽporibus diuersis,ad Hebræ.7.lectione 3. 269.b
Distinctio personarum in diuinis, & quare Paulus non fecit ibi mẽtionem de spiritu sancto,ad Gala.1.lectione 1. 150.b
Diuisiones gratiarũ diuersæ sunt, & quomodo differant & coordinatio earundem .1. Corinthiorum 12. lectione 1. 100.a
Dies dicitur deus,quia miseretur omnium & dat largiter omnia, ad Ephe.2.lec.2. 177.a
Diuitiæ sunt non habentibus tentatio, habentibus autem laqueus.1. ad Timo.6.lect.2. 233.b
Diuites tria mala paupertibus inferunt. 301.b
Diuitiæ hominem deordinant. folio 305.b
Diaboli in tentando cautela ardens. 320.a
Diabolus continuè peccat. 323.a
Dilectio Christi in quatuor manifestatur. 314.b
Diligere proximum sicut seipsum multipharia exponitur. 302.a
Diuisio epistolarum,in præfatione,& 309.b
Donum gratum efficitur quatuor modis. 335.b
Doctrina prophetica lucerna dicitur. 322.b
Docens alium non debet esse fur, nec adulter,nec blasphemus,ad Ro. 2.lectione 4. 12.b
Doctores dicuntur â docẽdo,quia proprium eorum officium est docere,ad Ephesios quarto,lectione quarta. 185.a
Doctori duo sunt necessaria.s.lectio in quam acquiritur scientia, & exercitium in quo efficitur prõptus 1.ad Timo.4.lec.3. 230.b
Doctor sacræ scripturæ potest vti authoritatibus quorumcunque pro elucidãda veritate . Titum 1.lectione 3. 245.b
Docuit scriptis aliquando oraculo vocis,sed non omnia quæ docuit scripta fuerunt.secundæ ad Thes.2. lectione 3. 221.a
Doctor non debet respondere ad omnes quæstiones,sed ad vtiles, ad Titũ 3.lectio.2. 249.a
Doctrina in veteri testamento est duplex vna aperta,alia sub velamine,ad Hebræos primo, lectione prima. 251.b
Doctrina est triplex,scilicet angelorum philosophorum & euangelistarum,ad Gal.1.lec.2. 150.b
Doctrina eadem est proponenda paruulis & prouectis, sed aliter & aliter,ad Heb.5.lec.2. 265.a
Doctrina est duplex,scilicet terrena,qua homo inhæret terrenis, alia cælestis,quæ docet cęlestia,ad Heb. 6.lectio.2. 267.a
Dominicam in memoriam resurrectionis seruamus, sicut Hebræi requietionis,ad Hebræos 11.lectione secunda. 282.b
Dominus dupliciter dicitur grauare seruos suos,ad Colossenses tertio lectione 4. 211.a
Domus nostræ habitationis dicitur corruptibilis quãtum ad corpus non quantum ad animam.2.Corin. 5.lec.1. 127.a
Domus spiritualis homo. 374.a
Dona gratuita reducit Paulus ad tria,scilicet linguarũ prophetiam & largitionem rerum temporalium.1. Cor.13.lec.1. 103.a
Dona gratiarum non dantur pro meritis,sed secundum voluntatem dei,ad Col.1.lec.3. 204.a
Dona in homines non veniũt meditantibus subsţãtiis separatis immediatè,ad Colossenses 2.lectione prima. 207.b
A donis gentiles denominabant deos,vnde Apostolus dicit deus pacis,secũdæ Corinthiorum 13.lectione tertia. 148.b
Donis magis vtilibus & fructuosis debemus vti,& non curare multa dona inutilia.1.Cor.14. lectione tertia. 105.b
Donec intrauerit plenitudo quomodo intelligatur,ad Romanos 11. lectio.4. 46.a
Donec,hæc dictio potest intelligi duobus modis,scilicet pro tempore finito,& pro tẽpore infinito.1.Cor. 15.lec.3. 112.b
Dotescorporum resurgentiũ sunt impassibilitas, claritas, agilitas, & subtilitas,primæ Corinthiorum 15. lectione 6. 114.b
Dubitauit sanctus Paulus, vtrum fuisset raptus cum corpore solũ, vel anima & corpore.2.Corinth.12.lectione 1, 143.a

E

EBrietas est causa multorum malorum quàm Apostolus vitare iubet tanquam singulariter nocumẽtum, ad Ephesios quinto, lectione septima. 190.b
Ebrietas est peccatũ mortale quãdo quis frequenter inebriatur.1.Co. 5.lectio.3. 76.b
Ecclesia habet prælatos,habet & subditos,qui se debẽt habere coadunati sicuti mẽbra in corpore.1.Cor. 12.lec.3. 101.b
Ecclesia comparatur castro, quæ tripliciter impugnatur, in Prologo, ad Colossenses. 203.a
In ecclesia est triplex diuersitas.s. bonorum & malorum,bonorum & meliorum,malorum & peiorum.2. ad Timo.1.lec.3. 239.a
In ecclesia primitiua post verbum dei ex diuina dispensatione vt fides confirmaretur fiebant signa manifesta ab apostolis per spiritum sanctũ, ad Gal.3,lec.2. 157.a
Ecclesiasticę vnitati duo sunt necessaria . s. vt idem omnes sapiant per fidem & quòd habeant pacem per dilectionem . 2 . Corinthiorum 11.lec.3. 138.a
Ecclesiam persecutus est diabolus aliquando manifestè per tyrãnos & potestates . Aliquando occultè per hæreticos.2.Corinthiorum vndecimo,lectio.1. 139.b
In ędificio cuilibet quatuor requiruntur scilicet fundatio,constructio, augmentatio, & consummatio , ad Ephes.2.lec.6. 180.a
Efficacia euangelii cõsistit in duobus, Quia perficit & abbreuiat. Et quomodo dicatur abbreuiare veteris legis cerimonialia , ad Ro.9. lec. quinta. 40.b
Effectui quæ insunt,virtute prius in suis causis latebant,ad Ephe.3.lectione 2. 181.a
Elatio est species superbię,& sunt quatuor.2.Tim.3.lec.1. 240.a
Electio respicit tria,scilicet ordinẽ electorum,finem electionis, & modum consequẽdi finem.2.ad Thes. 2.lec.3. 220.b
Electio & probatio consistit in duobus.Et quare deus quosdam indurat.& quorundam miseretur, ad Rom.9.lec.4. 39.b
Elegit Christus non sapientes, neque potentes,sed stulta & ignobilia & de vocatione ad fidem.1. Cor.1. lec.4. 66.a
Elementa dicuntur principia grãmaticalia.Sic principia fidei elementa decalogi , ad Hebręos 5.lectione secunda. 265.a
Elementa quomodo dicuntur egena & infirma,ad Galatas quarto,lectione 1. 161.a
Eleemosyna facta ab infidelibus dicitur immũda,& similiter alia bona opera,quia carent debito fine,ad Tit.1.lec.4. 246.a
Eleemosyna debet dari cum hylaritate vt retributio fiat in dilectio. 2.Corinthiorum nono, lectione prima. 136.a
Eleemosyna valet ex duobus, scilicet ex intentione bona & ex quanti tate dati.2 . Corinthiorum octauo, lec.1. 135.b
Ad eleemosynam quatuor requiruntur secundum possibilitatem vt scilicet det pluribus , vt subueniat necessitati,&c.2. Corinthiorum 9. lectio.2. 137.a
Eleemosynam sabbatinis diebus Paulus Corinthiis,& Galatis iniunxit his qui in necessitate erant constituti.1.Co.16.lect.1. 117.b
Eleemosynam libenter dare debemus exẽplo Christi , qui omnia sua dedit propter nos. secundæ Cor. 8. lectio.2. 135.a
Eleemosynam dans indigenti nõ egebit,sed lucrum inde habebit.2. Cor.9.lec.2. 137.a
Emphatica locutio est quando totũ quod est in effectu depẽdet à causa ad Eph.2.lec.5. 178.b
Emptio & redemptio hominis. folio 311.b
Empyreum cælum igne non purgabitur. 327.b
Emulatio prout dicit zelũ,est quidam motus causa boni vel mali .2. Cor.11.lectio.1. 139.a
Episcopalis dignitas excedit omnes alias dignitates, ad Hebræos 5. lectione 1. 264.a
Episcopi non consecrant papam, nec suffraganei archiepiscopũ . Sed (hunc hominem) vt sit papa vel archiepiscopus,ad Hebræos septimo, lectio.2. 269.b
Episcopo non sufficit ꝙ in sacra scriptura studeat sed oportet ꝙ etiã instruat,ad Tit.1.lect.3. 245.a
Episcopos canonici eligũt,sed seniores constituunt. Et multa de episcopis,ad Tit.1.lect.2. 244.b
Episcoporum nomina & presbyterorum sunt promiscua.1.ad Ti.3. lec.1. 237.a
In consecratione episcoporum & si plures conueniant vnus tamen est principalis & alii dicuntur coassistẽtes.1.ad Tim.4.lec.3. 230.b
In primitiua ecclesia nullus assumebatur in episcopum,nisi esset electus à deo.1.Tim.4.lec.3. eodem.b
Episcopus debet esse irreprehensibilis,& de perfectione,& quomodo debent esse soliciti circa gregem.1. Tim.3.lec.1. 227.a
Episcopus debet habere honestã familiam & filios quos habuit ante prælaturam corrigere.1.ad Timo.3. lectio.2. eodem.b
Episcopus debet esse benignus & pius,seipsum considerans,ad Heb.5. lectio.1. 264.a
Episcopus potest dimittere ecclesiam sibi commissam quãdo omnes sui subditi sunt mali & incorrigibiles,primæ Corinthiorum 16.lectionẽ secunda. 118.b
Epistola ad Philip.est scripta primo anno incarnationis Apostoli,ad Phil.1.lec.2. 249.a
Epistolam ad Heb.scripsit Paulus & non alius secundum Dionysium & Hieronymum in prologo, ad Hebræos,in prologo. 251.b
Epistolarum omnium commemoratio & earundem subordinatio atque institutio,ad Romanos,in prologo,lectio.1. 1.b
Epistolam quam scripsit Paulus Romanis partim scripsit Athenis,& partim de Corintho, in prologo,ad Romanos,lectione 1. 1.b
Equalitas est duplex . s. absolutæ quãtitatis & proportiõis.2.ad Thes. 1.lectione 2. 219.b
Errare aliquos permittit deus, & quare,secundæ ad Timot. secundo, lectio.3. 239.a
Error Manicheorum qui dicebãt visibilia à malo deo creata,inuisibilia verò à bono,ad Colossenses primo,lectio.4. 205.a
Error Manicheorum per Paulum confutatur qui negabant deum veteris testamenti fuisse patrem Christi, ad Romanos 1.lec.2. 3.a
Error Manicheorum asserentium Christum habuisse corpus fantasticum,Valentini qui dicebat de cælo Christum detulisse corpus suum, Nestorii qui alium posuit esse filiũ dei,& filium hominis,Arrii qui posuit Christum esse minorem patre, ad Romanos nono,lectione prima. folio 37.a
Error Manicheorum qui diuersitatem eorum quæ hominibus accidunt ascribunt horæ natiuitatis, ad Ro.9.lec.2. 37.b
Error Arrii qui dicebat patrẽ priè esse inuisibilem,filium autẽ visibilem,ad Colossenses primo,lectio. quarta. 204.b
Error Arrii qui dicebat Christum esse puram creaturam,ad Colos.1.lectione 4. eodem.b
Error Arrii qui dixit Christum nõ fuisse dei filium per naturam.ad Galatas 4.lec.3. 162.a
Error Origenis qui dicebat animas omnes esse cum angelis creatas, ad Ro.9.lec.2. 37.b
Error Origenis qui dicebat à principio deum fecisse omnes creaturas spirituales,& omnes ęquales,Postea verò meruisse vel demeruisse,ad Romanos nono,lectione 3. 38.a
Error Nestorii qui dicebat verbũ

solùm habitasse in Christo, & non vnitum, ad Colossenses secundo, lectione 2. 207.b

Error Nestorii qui dicebat beatã virginem non fuisse matrem dei, sed filii hominis, ad Galatas quarto, lectione 2. 161.b

Error Ebeonis qui dicebat Christum ex semine Ioseph natum, ad Gala. 4. lec. 2. eodem.

Error Valentini qui dixit Christũ nõ sumpsisse corpus de virgine, sed attulisse illud de cælo, ibidem lectione secunda. eodem.b

Error Platonicorum qui dicebant in rebus diuersas esse perfectiones, & quomodolibet attribuebant vni primo principio, ad Colossenses 1. lectio. 4. 205.a

Error quorundam dicentium deũ non habere curam rerum humanarum, aut sufficere fidem solam, &c. primæ Corinthiorum 6. lectione secunda. 78.a

Error oritur ex duobus, scilicet ex superbia & intellectu proprio. primæ ad Timotheum sexto, lectione prima. 233.a

In esca non est regnum dei, sed in iustitia & pace & spirituali gaudio, ad Romanos 14. lec. 2. 56.b

Eternitas est mensura rei immobilis. Tempus autem rei mobilis, ad Heb. 1. lectio. 3. 253.b

Eua seducta fuit per serpentem nõ violenter, sed astutè. 2. Corinthiorũ 11. lectio. 1. 139.b

Euangelicæ veritatis cognitio necessaria est omni homini, quia sine ea salus non est, ad Romanos 1. lec. sexta. 6.a

Euãgelista dicitur qui scripsit euãgelium, vel qui docet seu annuntiat illud 2. ad Timotheum 4. lectio. prima. 242.b

Euangelistæ dicti sunt ab euangelio, qui scripserunt & docuerunt euãgelium, ad Ephesios quarto, lectiõe quarta. 185.a

Euangelium illuminat, clarificat, & seruũ Christi declarat. 2. Cor. 4. lec. 2. 125.b

Euangelium dicitur quicquid de Christo dicitur, siue sit in nouo, seu in veteri testamento, ad Gala. 1. lec. secunda. 150.a

Euangelium commendatur quadrupliciter. Antiquitate, firmitate, dignitate, & modo tradendi certitudinem, ad Roma. 1. lec. 2. 2.b

Euangeliũ adhuc viuentibus Apostolis dicitur diuulgatum per totum mundum saltem fama, ad Colos. 1. lectione secunda. 203.b

Non excusantur in syluis commorantes à peccato, euangelium nõ audientes, ad Ro. 10. lec. 3. 42.b

Euangelizandi authoritatem dicit se Apostolus nõ habere ab homine, ad Gala. 1. lec. 3. 151.a

Euangelium lex regalis dicitur. folio 302.a

Eucharistia debet sumi sine conscientia peccati mortalis. 1. Corint. quinto, lec. 2. 98.b

Eucharistia vnit nos cum Christo Similiter & sanguis Christi. 1. Corin. 10. lec. 4. 90.b

Eucharistia instituta est sub dupli ei specie quia panis confortat, & vinum letificat, primæ Cor. vndecimo lec. 5. 96.a

Vtrum eucharistia nutrire possit, & sanguis inebriare pulcherrima declaratio. 1. Corint. vndecimo, lectione tertia. 43.a

Excusat se Apostolus, ad Hebræos & nuntium quem misit & saluationes commendauit, ad Hebræos 13. lec. 3. 294.b

Exemplar primordiale omnium rerum & processionis, est filius fieri. 1. Cor. 11. lec. 1. 92.b

Ex ipso, per ipsum, & in ipso, & quid per ex, & per, per & per in intelligatur, ad Romanos vndecimo, lec. quinta. 47.b

Exire, separari, & mundum non tãgere tripliciter exponitur. 2. Corint. sexta, lec. 3. 132.a

Expectare oportet hominem iustum humanam naturam, & sensibilem creaturam, innouationem elementorum. ad Romanos octauo, lectione 4. 32.b

Extasis est quãdo diuinus amor nõ sinit amorem esse suiipsius, sed rerũ amatarum. primę Corinthiorum 12. lec. 1. 143.b

Extra seipsum efficitur homo per appetitiuam virtutem & cognitiuã, secundæ Corinthiorum 12. lectione prima. eodem.b

Exultatio sanctorum in multis. folio 318.b

F

FAbula est quædam compositio ex miris ad inducẽdum homines ad diligendum virtutes, primę ad Timotheum 4. lec. 2. 229.b

Factus hoc participium quomodo intelligatur contra Fotinum Sabellium & Arrium, ad Romanos primo, lec. 2. 2.b

Factus dicitur Christus ab Apostolo ex muliere & non natus, quia ex voluntate patris, ad Romanos 1. lec. 2. 2.b

Factus dicitur Christus ex semine Dauid secundum carnem, ad Rom: ibidem.

Falsi testes sunt non solùm qui aliqua vana vel falsa cõtra aliquem hominem fingunt, sed etiam qui falsa cum deo testantur, primæ Corint. 15. lec. 2: 111.b

Fascinatio dicitur ludificatio sensus per artem magicam, ad Galat. 3. lec. 1. 156.a

Fatuus ex vi nominis non est malum sed ex parte significationis est prohibitum, primæ ad Timo. 4. lec. prima. 229.b

Fabula quid. 322.a

Fœminæ non mutabuntur in sexũ virilẽ in resurrectiõe vltima, sed vtrique permanebunt, ad Ephesios. 4. lec. 4. 185.b

Fermentum habet in se duo, scilicet saporem & corruptionem, primæ Cor. 5. lec. 2. 75.b

Fides Romanorum cõmendatur ex certis signis, quia prompti erant ad subaudiendum, ad Romanos 1. lectione 5. 5.a

Fides importat quandam certitudinem ad id quod nõ videtur, ad Romanos 1. lec. 6. 6.a

Propter incredulitatem vnius vel plurium prærogatiua Iudæorũ non auferebatur, sic nec fides nostra, ad Ro. 3. lec. 1. 13.a

Ex fide remanet firma promissio propter virtutem diuinæ gratiæ iustificantis, ad Ro. 4. lectione tertia folio 18.b

Fides sicut reputabatur Abrahæ ad iustitiam, ita & nobis si firmã habuerimus, ad Romanos 4. lectione tertia. eodem.b

Fides si recipiat pro eo quod creditur non est virtus, si autem pro habitu sic quandoque est virtus, quandoque non, ad Ro. 1. lec. 6. 6.a

Fides importat assensum quendã cum certitudine ad id quod non videtur, ad Ro. 1. lec. 6. ibidem.a

Fides recipitur aliquãdo prout est virtus, aliquando prout dicitur conscientia, & differunt vt particulare & vniuersale, ad Romanos decimoquarto, lec. 3. 57.b

Fides grano sinapis cõparatur, & quomodo sancti eũ maximi in fide fuerint nullum tamen legimus montes transtulisse. 1. Corinthiorum 13. lec. 1. 102.b

Fides non est ex nobis quanquam credere sit in nostro arbitrio, ad Ephesios 2. lec. 3. 177.b

Fides non datur nobis ex merito operum præcedentium, ad Ephe. 2. lec. 3. 178.a

Fides primò annuntiata est in Iudæa, similiter fidelium persecutio ibi primum est orta. 1. ad Thes. 2. lectione 2. 214.a

Fides est sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium notabilis expositio, ad Heb. 11 lec. 1. 281.b

Fides accipitur dupliciter. Vno modo propriè, alio modo communiter. Prima est non vsorum, alia excludit omnem certam conclusionẽ, ad Heb. 11. lec. 1. 282.a

Fides distinguitur ab opinione dubitatione & suspitione, ad Hebr. 11. lec. 1. ibidem.

Per fidem saluatur homo sine meritis præcedentibus, ad Ephe. 2. lec. tertia. 177.b

Fidem habens in vniuersali potest errare in particulari, ad Titum 1. lectione 4. 246.a

Post peccatum primi parentis nemo potuit saluari à reatu culpæ originalis nisi per fidem, ad Heb. 11. lectione 2. 283.a

Fidem annuntiatam contemnens in eodẽ genere peccati plus peccat quàm ignorans, ad Hebræos 10. lec. tertia. 280.a

Fide Enoch, & si translatus à conuersatione huius vitæ, tamen aliquãdo morietur cum Helya, ad Heb. 11. lect. 2. 283.a

Fide Moyses magnus factus est, quia filium filiæ Pharaonis se negauit. ad Heb. 11. lec. 5. 285.b

Fidei actus est credere, & est actus fidei determinatio ad vnum ex imperio voluntatis, ad Heb. 11. lectione prima. 281.b

Fidelium & infidelium peccata distinguũtur, quia fidelis grauius peccat quam infidelis. 1. ad Timo. v lectione 1. 231.b

Fidei certitudo debet esse in corde & in effectu, ad Roma. 10. lectione 2. 42.a

Fidem habentium intellectus nõ determinatur ad assẽtiendum veritati ex necessitate, ad Romanos 10 lec. 1. 42.a

Ad fidem duo requiruntur, scilicet cordis inclinatio, & credibilis determinatio, ad Romanos decimo, lect. secunda. eodem.a

Ad fidem pertinentia in primitiua ecclesia non erãt omnia determinata, ad Romanos decimoquarto, lectione 3. 57.b

Difficile est ad fidem conuertere ignaros, scilicet propter doctrinam hæreticam, vel non plenam cognitionem, ad Romanos decimoquinto, lec. 2. 59.b

Fidei fundamẽtum quid sit & per aurum argentum lignum & stipulã quid intelligatur, 1. Corint. 3. lectione secunda. 70.b

Per fidem firmã etiam sine charitate miracula fiunt. 1. Co. 1. le. 103. b

Fides nõ hæsitantis innititur omnipotentię per quem miracula fiũt. primæ Corinthiorum 13. lectione secunda. eodem.b

Fidei non subest falsum. 332.a

Fides dæmonum qualis sit. 303.a

Fides quæ dicitur mortua. 302.b

Fides quibus est necessaria cũ operibus. 302.b

Figura paucitatis saluandorum. folio 316.b

Finis legis & ministrorum. 313.b

Figura & res figuratę quomodo diuersimodè intelliguntur de Christo ad Hebræos primo, lectione tertia, folio 253.b

Filiationem Christi quomodo hęretici expugnauerunt, videlicet Fotinus, Sabellius, & Arrius, ad Roma. 1. lec. 2. 2.b

Filios non debere thesaurizare parentibus, sed ecõuerso quomodo intelligatur. 2. Corinthiorum duodecimo, lec. 5. 146.a

Filii dei adoptiui fuerunt non solùm Iudæi, sed & Gentiles conuersi, ad Galatas quarto, lectione tertia, folio 161.b

Filiolos vocauit apostolus Galatas, quia puer in parturitiõe vocatur filiolus, ad Galatas quarto, lectione sexta. 163.a

Filium esse filium patris si genitiuus designet habitudinem causæ efficientis est falsa, si autem formam, id est habens essentiam est vera, ad Col. 1. lec. 3. 204.b

Filius dei dicitur assumpsisse naturam humanam, non autem hominẽ, ad Philippenses secundo, lectione secunda. 197.a

Filius dicitur imago patris, & nõ econuerso, similiter & verbum, ad Colossenses primo, lectione quarta, folio 204.b

Filius meus cùm dicitur, es tu hodie genui te, exponitur, ad Heb. primo, lec. 3. 253.b

Flagella quibus deus flagellauit filios Israel propter adorationem vituli. primæ Corinthiorum decimo, lec. 2. 89.b

Flectere genua ante tribunal Christi est rationem quẽque reddere etiã de verbo otioso, ad Romanos decimoquarto, lec. 1. 56.a

Fornicatio dicitur à fornice arcũ triumphali iuxta quem erãt lupanaria, ad Ephesios quinto, lectione secunda, 188.b

Fornicationem fugere docet apostolus Corinthios multis ratiõibus: primæ Corinthiorum sexto, lectio. tertia. 78.b

Fructus est duplex, scilicet acquisitus per laborem & productus naturaliter, ad Galatas quinto, lectione sexta. 168.a

Fruiturum se dixit apostolus Romanis in aduentu eius, ad Roma. 15, lec. 3. 61.a

Fruitio in duobus consistit, scilicet in visione intellectus, & dilectione,

affectus,ad Hebræos duodecimo,le ctione quarta. 291.a
Fraternitas amanda. 315.b
Fundamentum ecclesię sunt apo stoli inquantum Christum annun tiauerunt,principale verò fundamẽ tum est tantùm Christus Iesus, ad Ephesios secundo, lectione sexta, folio 179.b
Furari & rapere inter se differunt, quia primum latenter,secundum ho stiliter.2.Corinthiorum 12.lectione prima. 65.a

G

GAlatæ seducti à pseudo Aposto lis dicebant Apostolum non habere tantam authoritatem quan tam Petrus & cæteri Apostoli, ad Gal.1.lec.1. 149.b
Galatę vnde præsumpserint origi nem & quàm stulti fuerint & insta biles ,ad Galatas 1.lectione prima. folio ibidem.b
Galatæ dimiserũt spiritum sanctũ & adhęserunt legalibus, ad Galatas tertio,lec.2. 156.b
Galatia translatio dicitur, vnde Apostolus dicebat alludendo ad vo cabulum,miror quòd tam cito trãs ferimini,ad Galatas primo, lectione secunda. 150.a
Gaudium quandoq; prouenit ex bona causa,quandoque ex mala , ad Phil.1,lec.2. 195.b
Gaudium perfectum quod est. folio 298.b
Genealogia Christi,virginis glorioſæ & aliquorum Apostolorum, ad Galatas primo, lectione quinta, folio 152.a
Genealogia Christi non ponitur duplici ratione quia generatio eius est ineffabilis,& quia nõ pertinet ad genus Leuiticum,ad Hebræos 7.lectio.prima. 269.a
Gentiles & si non fuerunt Chri sto coniuncti secundum carnem,fue rũt tamẽ sib , coniuncti secundũ spi ritum.ad Galatas quarto , lectione tertia. 161.a
Gloria est clara cum laude notitia, ad Romanos primo,lectione septi ma. 7.b
Gloria dei mutatur cùm cultus la triæ,non deo,sed creaturæ exhibe tur,ad Romanos primo,lectione se ptima. eodem.b
Gloria mundanorum amittitur se ptempliciter secundum singula pec cata mortalia.primę Corinthiorum 9.lec.3. 87.b
Gloria dei est duplex, scilicet in quãtum in se glorioſus est,& inquã tum gloria ab eo deriuatur ad alios. primæ Corinthiorum vndecimo,le ctione 2. 93.b
Gloriari se dicebat Apostolus non in diuitiis,non in honoribus , sed in cruce domini,ad Galatas sexto,lec. quarta. 171.a
Gloriari Apostolus gentiles prohi buit de eo q̃ fuissent vocati,sed hu miliari,ad Romanos vndecimo , le ctione 3. 45.b
Gloriari potest homo de gloria dei,non autem tanquam pro meri to habito.2.Corinthiorum 12.lec. secunda. 144.b
Gloriari nemo debet quòd sit mi nister Christi,sed potius humiliari. 1.Corin.2.lectione 1. 66.b
Gloriari in domino contingit tri pliciter.s.amando,cognoscendo , & bona non à se , sed à deo habendo 2.Corinthiorum decimo , lectione tertia. 138.b
Gloriabatur apostolus de fructu quem dicit non se fecisse ,sed Chri stum,ad Romanos decimoquinto, lec.2. 59.b
Gloriabantur se aliqui esse cõuer sos per Petrum,alii per Apollo, alii per Paulum. primæ Corinthiorum 1.lec.2. 63.b
Gloria interior in nouem reperi tur. 299.a
Gloria quadruplex. eodem.a
Gratiæ origo est dei dilectio, voca tio,& interior inspiratio, ad Roma. 1.lectio.4. 34.b
Gratia est primum inter dei dona, quia per eam iustificatur impius, ad Ro.1.lec.4. eodem.b
Gratia dei per Iesum Christũ nos liberat à corpore mortis,ad Roma. 7.lec.1. 29.b
Sine gratia dei Homo non potest diu stare sine peccato,neque à pec cato sine eo liberari.primæ Cor.12. lec.1. 100.a
Gratia facit hominem abstinere à peccato & facit operari bonum. pri mæ Corinthiorum 12.ibidem
Gratia præueniens liberat nos à peccato,gratia subsequens adminis trat virtutes.secundæ Corinthiorũ 6.lectio.1. 130.a
Gratia propter duo datur scilicet ad vitandum malum , & operandũ bonum.secundæ Corinthiorum se xto.lectio.1. ibidem.a
Gratia & pax sunt principia om nium bonorum,ad Galatas primo, lec.1. 249.b
Gratia est duplex,gratis data,& est illa quæ datur sine meritis , & quæ gratos facit deo,ad Ephesios. 1. lec. secunda. 173.a
Gratia quæ est in homine non est ex homine neque ab homine, sed à dono dei ad Ephesios secundo , lec. tertia. 177.b
Gratia non est data omnibus vni formiter,sed secundum formam do nationis Christi,ad Ephe.4. lectio ne tertia. 184.a
Differentia est inter gratiam gra tis datam,& gratiam gratum facien tem,quia prima facit inhabitare spi ritum sanctum,secunda manifestat. 1.Corinthiorum duodecimo ,lectio ne secunda. 100.b
Gratiam dei non inuanum accipe re docet apostolus.2.Corint. 6 .lec. prima. 130.a
Gratiam nobis facere deũ sit duo bus modis,vel exaudiendo,vel adiu uando.2.Corin.6.lec.1. codem.a
Gratiam suam dixit dominus suffi cere Paulo,neque eum cum rogaret exaudiuit . secundæ Corinthiorum duodecimo.lectione tertia. 145.a
Ad gratiam duo requiruntur, scili cet facultas exequendi & actualitas operandi,ad Ephesios tertio,lectio ne secunda. 181.a
Gratiarum actio necessaria est om nibus qui ad vlteriora beneficia ten dunt,ad Romanos primo , lectione quinta. 4.b
Gratiarum actio reddenda est deo mediatori & homini victori,ad Ro. 1.lectio.5. 4.b
Gratiarum diuersitas cõsurgit ex diuersitate donorum,ad Roma.12. lec.2. 49.a
Gratiarum diuisiones sunt prophe tia,operatio miraculorum,&c.1.Co rinthiorum 12.lec.2. 101.a
Gradus octo quibus in cælum a scenditur. 321.a

H

HAbere spiritum sanctum potest intelligi dupliciter,scilicet rece ptiuè, vel dispositiuè,ad Ephesios 5. lect.7. 190.b
Habitus est quadruplex . Primus mutat habentem & ipse non muta tur,ad Phil.2.lec.2. 197.b
Habitus cognoscitur per actum,& actus per obiectum,ad Hebr.11.lec. prima. 281.b
Habitu inuentus est Christus vt homo,ad Philippenses secundo,lec. secunda. 197.a
Hæreditas debetur non solũ filio naturali,sed etiam adoptiuo.Etquid sit hęreditas,& quare differtur glo ria,ad Ro.8.lec.3. 32.a
Hæreditas nostra consistit in frui tione dei,ad Ephesios quinto, lec.3. folio 189.a
Hæres Christus non fuit inquan tum fuit filius dei ab æterno,sed so lùm inquantum homo ex tempore, ad Heb,1.lec.1. 252.a
Hebræi dicuntur secundum quof dam ab Abraham,quia ante eũ hoc nomen inuenitur,sed tamen melius secũdum alios ab Heber.2. Cor.11. lec.5. 141.b

Hæreditas dei qualis sit. 310.a
Hęreses esse necessarias in ecclesia quòmodo intelligatur.1.Corint.11. lec.4. 95.a
Hæresis incœpit tempore apostoli apud Iudæos q̃ serui dei in eccle sia ministrare non deberent,ad Tit. 2.lec.2. 247.a
Hæreticus est qui errat circa fidẽ cum pertinacia,nõ autem omnis er rans est hæreticus,ad Tit.3. lecti. 2 . folio 249.b
Hæreticus dicitur qui priuatã do ctrinam sequitur ex elatione,primæ Corinthiorum vndecimo , lectione quarta. 95.a
Hæreticus seu seductor qui errat ex ignorantia non est excommuni catus,ad Galatas 1.lectione secun da. 150.b
Hæretici in principio dicunt quę dam vera & vtilia,in fine autem ef fundunt mortifera.2.ad Tim.2.lec. tertia. 236.a
Hæretici per vanas doctrinas non possunt totaliter fidem subuertere. secundæ ad Timot.secundo lectio ne 3. eodem.a
Hęretici dicũtur simulacra. 139.a
Hæretici fontes sine aqua. 325.a
Hæretici irrationales. 324.a
Hæretici pellicentes. eodem.b
Hæretici dicuntur astra erratica. folio 343.b
Hæreticorum doctrinæ cauendæ. folio 331.b
Hæreticorum prauitas. 324.a
Hæreticus in tribus vitandus . fo lio 340.a
Hæreticus quid. 325.a
Homicida multiplex. 134.a
Homo fœnum. 312.a
Homo est assumptus à verbo id est,humana natura est assumpta à verbo.ad Ro.1.lec.3. 3.b
Homo iste semper fuit, est vera, quia homo supponit æternum sup positum,ad Romanos primo , lec.3. folio 4.a
Homo tenet medium locum inter deum & bruta animalia & cũ vtro que cõmunicat,ad Romanos 1.lec. septima. 7.b
Homo dicitur carnalis,quia eius ratio carnalis est,aut quia ratio à car ne impugnatur,ad Romanos 7 .lec. tertia. 28.a
Homo non potest comprehende re rationem diuinorum iudiciorum, ad Romanos vndecimo,lectio. quin ta. 47.a
Homo primus fuit productus sine viro & fœmina . Eua verò de costa Adæ,Abel ex Adã & Eua,Christus solùm ex Maria.1.Corin. vndecimo lec.3. 94.a
Homo debet aliquid deo , aliquid sibi,& aliquid proximo,ad Galat.3. lec.3. 157.a
Homo miseretur alterius triplici ratione,ad Ephesios secundo, lec.se cunda. 177.a
Homo malus propter malitiam di citur dæmon non natura,sed imita tione,primæ ad Timotheum 4.lec. prima. 229.a
Homo si non peccasset Christus (secundum mentem beati Thomę) incarnatus non fuisset,primæ ad Ti motheum primo , lectione quarta. folio 224.a
Homo ex sui creatione dicitur ser uus dei & natura humana est forma serui,ad Philippenses secundo , lec. secunda. 197.a
Homines seinuicem diligẽtes tria consueuerunt obseruare,ad Gal..4. lec.4. 162.b
Homo est optimum animaliũ quã do operatur secũdum rationem, sed quãdo declinat ad malitiam est de cies milies peior quàm mala bestia, ad Tit.1.lec.3. 245.b
Homo post lapsum indigebat duo bus.s.participatione cum diuina na tura & depositione vetustatis,ad Ti tum 3.lec.1. 248.a
Homo qui nunquam peccauit po test esse sine gratia & culpa,ad Tit. 3.lec.1. 249.a
Hominum tria sunt genera,quidã sunt virtuosi & duo vitiosi,ad Titũ 3.lec,1. 248.a
Honorare debẽt filii parentes per reuerentiam,obedientiam,& neces sariorum ministrationem, ad Ephe. 6.lec.1. 192.a
Honorare parẽtes pertinet ad pie tatem. primæ Timotheum quarto, lec.2. 230.a
Hostia quæ veteri lege offerebatur debebat habere quatuor,integri tatem,sanctitatem à deo,odoris sua uitatem,& salis condimentum , ad Roma.12.lectio.1. 48.a
Hostis stultus aut debilis non mul tum est timendus,sed potens nequã & callidus,ad Ephesios sexto , lec. tertia. 192.b
De humanitate Christi fuerunt quatuor errores falsi , Fotini , Arrii Nestoris,& Euticetis,ad Phil.2 .lec. secunda. 197.b
Humilitati contraria sunt quæ o riuntur ex superbia . s. contentio & inanis gloria,ad Philippen.2. lectio. prima. 196.b
Humilis est qui se subiicit alicui secundum suam mensuram,ad Phi lippenses 2.lec.1. eodem.b

I

IAcob dilexi Esau autem odio ha bui & pulcherrima differentia de prędestinatione & pręscientia , ad Romanos nono , lectione secunda. folio 38.a
Iacobus fuit episcopus hierosoly mitanus,& dicebatur minor , frater domini.Nota multa de eo,ad Gala. 1.lec.5. 152.a
Iacobus confessionem à Christo institutam promulgauit. 309.a
Idolum nihil esse demõstratur , & quomodo ea quæ idolis immolãtur non inquinant.primæ Corin.8.lec. prima. 84.b
Idolotita apostolus docet fugere propter dæmonis societatem, & de immolatitiis idolorum,primæ Cor. 10.lec.5. 91.a
Ieiunium,& si sit exercitatio cor poralis meretur tamen vitam æter nam si pro obiecto habeat charita tem.primæ ad Timotheum quarto, lec.2. 230.a
Ignis in extremo iudicio dicitur cõsumere omnia,intelligi potest ex parte operantis vel ex parte operis, primę Corinthiorum tertio,lect.se cunda. 70.b
Ignis inter omnia elementa est maximè actiuus & efficax ad agendum & semper mouetur , ad Hebræos 1. lec.3. 254.a
Ignorantiæ peccatum quomodo excusetur.primæ ad Timotheum 1. lec.3, 223.b
Ignorantia quid sit & quando ex cusatur à peccato & quando sit pec catum,ad Romanos primo , lectio. septima. 7.a
Ignorare deum contingit duplici ter,voluntariè vt quis liberius pec cet,& malitiosè,ad Roman.primo, lec.8. 8.a
Ignorantia legis aliquando cõtin git ex defectu naturalis ingenii , ali quãdo ex defectu disciplinæ, aliquã do verò ex defectu alicuius necessa rii,ad Ro.2.lec.4. 12.a
Illustratio mentis ad cognoscen dum est de quatuor, scilicet diuinis, terrenis,cuentibus , vel de agendis, primæ Corinthiorum decimoquar to,lec.2. 106.b
Impedimentum Pauli quòd nõ po tuit venire ad Romanos, quomodo se excusat,ad Romanos primo , lec. quinta. 5.b
Impietas dicitur quando aliquis di recte peccat contra deum,ad Titum 2.lec.3. 247.b
Inanis gloria Iudæorũ qua gloria bantur se esse præferendos gentibus ad Ro.3.lec.4. 16.a
Incarnationem sacra scriptura nõ semel sed iterum atque iterum repe tit Hebręos primo, lectione tertia, folio 253.b
Indurare dicitur deus non immit tendo malitiam,sed non apponẽdo

Universidad de Navarra
Biblioteca

gratiam,ad Romanos nono, lectione 4. 39.a
Infidelium mentes dicitur deus excęcare non inducēdo malitiam, sed merito præcedenti subtrahendo gratiam.2.Corin.4.lec.2. 125.a
Infideles damnabuntur sine iudicio discussionis & examinationis.1. Co.5.lec.3. 76.b
Infidelibus primi motus non sunt peccata mortalia,ad Romanos octauo,lec.1. 29.b
Infirmi in fide cum Iudæis & hæreticis conuersari non debent,ne seducantur,primæ Corinthiorū quinto.lec.3. 76.b
Inimicis nō debemus reddere malum pro malo,vindex enim deus est ad Romanos duodecimo, lectione tertia. 50.b
Iniuriæ sunt remittendæ exemplo Christi & apostoli,secundæ Cor.2. lec.2. 121.b
Insensatus sit aliquis multis modis, vel quia veritatem acceptam derelinquit,vel nunquam eam acceptat, ad Galatas 3.lec.1. 156.a
Intellectus noster dicitur in potētia ad aliquid cognoscēdum:intellectus autem angeli impletus est scientia intelligibilium,ad Colossenses 2. lec.1. 207.a
Intellectus potest dupliciter accedere ad cognitionem alicuius naturę scilicet per cognitionem & comprehensionem, primæ ad Timotheum 6.lec.3. 234.b
Intellectus perfectus iudicatur quādo recte iudicat de his quæ sibi proponuntur,ad Hebræos quinto.lect. secunda. 265.b
Intellectus mouetur ad assentiendum ex euidentia obiecti, quod est per se cognoscibile,ad Hebræos 11. lectio.1. 281.b
Intellectum nostrum duo impediūt.s.debilitas & obscuritas,ad Colos.2.lec.1. 207.a
Inter duos iudices scilicet inter fidelem & infidelem,fidelis eligendus est,etiam si non sit tantæ prudentię vt infidelis,primæ Corinthiorum sexto.lec.1. 77.a
Inter indulgentiā quæ est pro peccatis,& eam quā dicebat Paulus cōtrahere matrimonium differētia est primæ Cor.7 lec.1. 80.a
Inuisibilia dei quomodo à viatoribus & quomodo ab electis cognoscuntur, & quare dicūtur in plurali, adRo. 1. lec.sexta. 6.b
Inuocare debemus deum fide prę cedente,ad Ro.10.lec.2. 42.b
Inobedientiæ vitium magnum. folio 319.b
Inuidia quid. 305.b
Iram ante solis occasum Apostolus iubet deponere,ad Ephe. quarto lec.8. 187.b
Ira est triplex,in corde,in prolatione vaga,in contumelia,ad Ephes.4. lec.8. eodem.b
Ira est duplex scilicet quæ tendit ad vindictam cōtra iustitiam,& quę exequitur quando oportet,& in quibus oportet,ad Ephesios quarto,lectione 8.ibidem.
Ira viri iustitiam dei nō operatur. folio 300.b
Ad iram tardus. eodem.b
Irregularitatem incurrit aliquādo aliquis sine peccato.1.Timot.3. lec. prima. 227.a
Iudæi non dicuntur à Iuda macha beo,sed à Iuda & Bēiamin,& aliis q se adiunxerunt,ad Romanos secundo,lec.4. 12.a
Iudæi nullam prærogatiuam habent nunc in lege gratiæ,sed pacificantur gentilibus,ad Romanos tertio,lec.2. 13.a
Iudæi non possunt iustificari sine lege Christi,sicut & gentiles,ad Ro. 3.lec 3. 15.a
Iudæi dicuntur mortui cùm sint in peccatis,& non credunt,deus autem viuificat per gratiam,ad Rom. quarto.lec.3. 19.a
Iudæi gloriabantur de duobus,scilicet de Abraham & de Iacob,adRomanos 9.lec.2. 37.b
Iudæi non omnes fuerunt reprobati,sed aliqui erant inter eos electi,ad Ro.11.lec.1. 44.a
Iudæi non omnes saluabuntur neque maior pars,sed aliqui, ad Rom. 9.lec.5. 40.b
Iudæis Christus in carne existens prædicauit principaliter,gētibus autem perfunctorię,ad Gal.quarto,lectio.3. 161.b
Iudęorum status si cōsiderētur ante legem tunc propter beneficiū legis erant digniores,non autem in lege gratiæ.ad Galatas tertio, lecti.9. folio 160.b
Iudæorum casus fuit vtilis, & fuit reparabilis per Christum,ad Roma. 11.lec 2. 44.b
Iudæos commendauit Paulus ex tribus,ex gente,ex beneficiis,& ex cultu:Et quomodo Christus promissus est eis,ad Romanos nono, lectione quinta. 40.a
Iudex ecclesiasticus gerit personā dei Christi,& angelorum,ideo debet iustè iudicare. primæ ad Timo. quinto.lec.3. 232.b
Iudex iudicare nullum debet, nisi sit pręsens,quamquam Paulus iudicauerit in absentia eum qui vxorem patris duxerat, primæ Corinthiorū quinto.lec.1. 75.a
Iudices infideles à fidelibus eligi non debent. primæ Corinthiorum 6.lec.1. 77.a
Ante iudicem citatus primò debet se examinare de factis suis,vt in iudicio non confundatur,secundæ Cor. 13.lec.2. 147.b
Iudicare alium est condemnare sei psum & fit tripliciter iustè,iniustè & temerariè,ad Romanos secundo,lectione 1. 9.b
Iudicans alium in quo reus ipse reperitur à deo se uerè punitur, ad Ro.2.lec.2. eodē.b
Iudicii diuini veritas consistit in hoc q̄ non punit in præsenti secundum meritum & æqualitatem,secūdum proportionem,quāquā æternā pœnam pro temporali dicatur illatura,ad Ro.2.lec.2. eodem.b
Iudicare extra casum nō cōcessum alterum nullus præsumat,quia deus iudex est,ad Ro.2.lect.1. 9.b
Iudicare dies,& annos, & menses Apostolus prohibet,ad Roman.14. lec.1. 55.a
Iudicare de occultis nemini licet, hoc Christo cōmissum est in districto iudicio,qui iudicabit abscondita ad Romanos decimoquarto, lec.2. folio 56.b
Iudicare de actibus exterioribus quomodo potest fieri bene & malè, iudicare autem de occultis soli committitur deo,ad Ro.14.lec.1. 55.a
Iudicare debet quilibet seipsum in dicio discussionis,& similiter iudicio condemnationis & reprehensionis. 1.Cor.4.lec.1. 73.a
Iudicati sancti ab hominibus pro maximo habere debent si iudicātur, vnde pusilli scandalizari possunt, quātum autem ad seipsos curare nō debent,ibidem.
Iudicandus vel excommunicandus ter est ammonendus.secundæ Cor. 13.lec.1. 147.a
Iudicium dei duplex. 326.b
Iuramenti vsus & appetitus iurandi quando mali sunt. 308.b
Iurare per creaturas contingit qua dupliciter. eodem.b
Iusti deprecatio quo pacto multū valeat. 309.b
Iustitiæ duæ partes. 315.b
Iustus & iniustus dissimiliter peccant. 303.b
Iustus vix saluabitur multis rationibus. 319.a
Iugum dicitur omne illud quod ligat plures ad aliquid faciendum, & est iugum dei,& iugū diaboli.2. Corin.6.lec.3. 131.b
Iurare deum per semetipsum quomodo intelligatur,ad Hebręos 6.lectio.4. 268.a
Iurando sanctus Paulus ostēdit verbum domini,& apostoli Iacobi nō esse intelligendum pro semper, sed p̄ tēpore & loco.ad Ro.1.lec.5. 5.a
Iurādi duplex est modus.s.per simplicem attestationem vel execrationem,ad Heb.6.lec.4. 268.a
Iurauit deus per semetipsum, & ideo iurare iustè non est peccatum, ad He.6.lec.4. 267.b
Iuris rigorem seruare est, quando aliquis seruat ea quę iusta sunt secundum se,& tunc dicitur æquitas, ad He.1.lec.4. 254.a
Iurat aliquando deus,iurat & angelus & cōmuniter immobiliter iurata permanent,ad Hebræos 3.lect. secunda. 260.b
Iustitia consistit in redditione debiti, homo autem aliquid debet deo aliquid sibi,& aliquid proximo ,ad Gal.3.lec.3. 157.a
Ad iustificationem cōcurrunt sex quæ deus operatur iustificans,ad Ephe.1,Iustificatio nō est ex lege, sed per gratiam quę datur à Iesu Christo,ad Ro.3.lec.3. 15.a
Iustificari potest dupliciter accipi scilicet pro iustitiam exequi,& iustū fieri,ad Galatas tertio,lectione quarta. 158.a
Iusti iudicabunt angelos bonos in eo q̄ eos excellunt,& malos in eo q̄ eos condemnāt.1.Corin.6.lectione prima 77.a
Iustitia dei tempore gratiæ,manifestata est per doctrinā Christi per euidentia signa,ad Romanos tertio. lect.3. 15.a
Iustitia dei reuelatur in homine credēte euāgelio per fidē Iesu Christi,ad Ro.1.lec.6. 6.b
Iustificatio nō est ex lege, sed per gratiam quæ datur à Iesu Christo, ad Ro.3.lec.3. 15.b
In iustificatiōe impii sunt duo termini.s.à quo,& ad quem,ad Titū 3. lec.1. 248.b
Iustitia aliquando est virtus spiritualis aliquādo generalis, ad Phil.3. lec.2. 199.b
Iustitiæ modus est duplex.s.legalis & moralis,ibidem. a
Iustis non esse positam legem, sed iniustis declaratio.1. ad Timotheū 1.lec.3. 223.b
Iustitia est duplex scilicet humana & diuina,ad Hebræos 10. lectione quarta. 281.b
Iuuare deum dupliciter intelligi potest,scilicet,vires ei dando,vel ei⁹ mandata exequendo,secundę Cor. 6.lec.1. 130.a
Iuuenes sequūtur voluptates,quia non sunt alia experti,& reputāt eas vt p̄ medicina labores .2. ad Tim. 2.lec.4. 239.b
Imago tria in se includit,& sic homo dicitur esse imago dei propter memoriam,intellectum & voluntatem.1.Cor.11.lec.2. 93.b
Imago perfecta dicitur Christus ex parte similitudinis, originis, & æqualitatis.secundæ Corinthiorum 4.lec.2. 125.b

L

Laborantium in vinea domini sabaoth,quæ sit merces. primæ Corinthiorum tertio.lectione secunda. 70.a
Lac concupiscendum. 312.a
Laudare se potest aliquis dupliciter,scilicet vt ostendat se non deficere in tribulationibus.2. Corinthio. 3.lec.1. 122.b
Laudare debemus deum non solū mentaliter, sed etiam vocaliter, ad Eph.5.lec.7. 190.b
Lædere potest aliquis aliquem tripliciter,scilicet in persona, in fama, & in rebus.2.Corinthiorum 7.lec. prima. 132.b
Legem non habentes ipsi sibi sunt lex,inquantum,scilicet,fungūtur officio legis,ad Ro.2.lec.3. 11.b
Legem obseruare quomodo nos debemus & obligamur ad certa legis,ad Romanos sexto.lectione tertia. 25.a
Sub lege factum si ly, sub, deuotè solùm obseruantiam legis,sic Christus fuit factus sub lege,si autem supresionem,tunc non est sub illa lege,ad Galatas quarto,lectione secunda. 161.b
Legem statuens debet eam regulare secundum deum,vt fiat vtilis in institutis.1.ad Timotheum in Prologo. 222.b
Legem non esse positam iustis,sed trāsgressoribus,quomodo intelligatur,ad Timotheum primo,lectione tertia. 223.b
Legalia cessare debebant cessante euangelio, & quomodo apostolus permittebat,ad tempus,ad Roman. 14.lec.1. 54.b
Legalia vlterius non esse seruanda post euangelicam institutionem apostoli concluserunt,ad Galatas 2. lec.1. 152.b
Legalia nō seruabat Petrus,sed cū gentilibus edebat quæcunque apponebantur,ad Galatas secundo, lecti. tertia. 154.a
Legalia vtrum debebant seruari lege gratię data magna cōcertatio Augustini & Hieronymi,ad Galatas secundo.& capite.lectione tertia, folio 154.b
Legis opera quædam erant legalia,quædam moralia,ad Galat.secūdo.lec.4. eodem.b
Aliud est esse sub lege, & aliud seruare legem,ad Galatas quinto, lecti. quinta. 167.b
A lege diuina nemo liber est, neq; homo,neque angelus,secundæ Corinthiorum tertio, lectione prima. folio 122.a
Legem iustitię quomodo quidam non habuerunt,iustitia enim est per fidem Christi,ad Romanos nono.lectione 5. 41.a
Legislatoris intentio debet esse,vt faciat homines iustos,ad Roma. 10. lec.1. eodem.a
Lex non iustificat ex auditu,sed ex opere operante,ad Romanos 2.lec. tertia. 10.b
Lex Moysi fuit media inter legem naturæ & gratiæ,ad Romanos quinto,lec.6. 23.b
Lex humana respicit actus exteriores:diuina autem prohibet actus interiores & exteriores nociuos, ad Ro.5.lec.6. eodem.b
Lex aliquando recipitur pro tota scriptura veteris testamenti,quando que pro quinque libris Moysi, aliquando pro decalogo,ad Romanos ibidem. b
Lex fuit data peccatoribus in flagellum,proficientibus in pędagogū, perfectis in solatium, ad Romanos 5.lec.6.ibidem. a
Lex naturalis moritur in homine quando ratio naturalis passionibus succumbit,ad Romanos 7. lectione prima. 26.b
Lex durat quandiu homo viuit,postea absoluitur homo à lege,ad Ro. 7.lec.1.ibidem. b
Lex nec docet peccare, neque legislator in hoc quod iustam legem condit,ad Romanos septimo.lectione 2. 27.a
Legem prohibentem peccatū operari omnem concupiscentiam est locutio emphatica,ad Romanos septimo,lec.2. 27.b
Lex est bona, & facit cognoscere peccatum & prohibet,ad Romanos 7.lec.2. 27.b
Lex spiritus liberat hominē à peccato & morte.& est causa spiritualis vitæ,ad Ro.8.lec.1. 30.a
Lex quomodo dicatur subintrasse ante legem gratiæ,& sub lege naturæ.ad Ro.5.lec.6. 23.a
Lex licet demonstret peccatum, tamen concupiscentiam non aufert, ad Ro.5.lec.6. 23.a
Lex antiqua fecit cognoscere peccatum,sed non præbebat auxilium contra peccatum,ad Galatas tertio. lec.4. 157.b
Lex vetus comparatur ad nouam sicut opera naturæ ad opera intellectus,ad Gal.3.lec.4. 158.a
Lex antiqua fuit data propter quatuor,scilicet malitiā, infirmitatem, concupiscentiam & ignorantiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Gal.3.lec.7. 159.b
Lex vetus propoſita erat iudæis, per quam manuducerentur ad fidē & iuſtitiam,ad Gala.4.lec.1.160.b
Lex vetus dicitur lex peccati & mortis & mutata fuit per Chriſtū,& erat imperfecta,ad Hebræos 7.lec. tertia. 270.b
Lex vetus dicitur carnalis,quia p̄mittebat carnalia præmia & tempo ralia ſupplicia,ad Hebræos 7.lectio. tertia. ibidem.b
Lex noua dicitur lex amoris , & ideo dicitur imago,vetus verò vmbra,ad Hebræos 10.lectione prima. folio 277.b
Lex datur vt inducat homines ad virtutem,& faciat abſtinere à vitiis, ad Hebræos decimo , lectione prima. 278.a
Lætitia adimpletur homo in tribus. 340.a
Liber vitæ & prędeſtinatio ſunt idem ſecundum rem,differunt autē ratione,ad Philippenſes 4.lectione prima. 201.b
Liber vitæ eſt firma notitia de prę deſtinatis,ad Philippen.4. Coloſ.1. Parapho.3.
In libro vitę aliqui ſunt ſcripti ſim pliciter,& illi nunquā delentur , alii ſecundum quid,ad Philippenſes 4. lec.1.ibidem.
Liber vitę dicitur Chriſtus,in quo ſcripta ſunt omnia neceſſaria ad ſalutem,ad Hebræos decimo,lectione prima. 278.b
Liberum arbitriū habet multiplicem ſtatū quia ante lapſum eſt in poteſtate noſtra peccare mortaliter vel non peccare, ad Hebræos decimo.lec.3. 280.a
Liberum arbitrium habet homo quo ad coactionem,non autem quo ad inclinationem,ad Romanos 6.lectione 4. 25.b
Per liberum arbitrium homo non poteſt ſaluari abſque diuino auxilio ad Philip.2.lec.3. 198.a
Liberalitas Chriſti oſtenditur ex muneribus quę fidelibus cōtulit, ad Ro.1.lec.4. 4.a
Liberalitas ortum habet à duobus ſcilicet abundantia temporalium, & cōtemptu earum.2. Corinthiorum 8.lec.1. 134.b
Licitum aliquando eſt aliquid ſecundum ſe,quod efficitur illicitum propter erroneam cōſcientiam Ro. 14.lec.2. 56.b
Licere ſibi omnia cùm dicit Apoſtolus,eſt diſtributio accommoda.i. quæ diuina lege non prohibētur.1. Corinthiorum ſexto,lectione ſecunda. 78.a
Lingua angelorum ſunt homines officia angelica habētes,vt ſunt prædicatores.1.Cor.13.lec.1. 103.a
Linguę ceſſabunt poſt reſurrectionem vltimam quo ad diuerſitatem qua aliqui in primitiua eccleſia loquebantur variis linguis.1.Corinth. 13.lec.3. 104.b
Literas commendatitias accipere à perſonis famoſis quouſque aliquis per facta ſua in notitiam perueniat non eſt malum.ſecundæ Corinthio. 3.lec.1. 122.b
Litera legis dat ſolùm cognitionē peccati,& occaſionaliter auget. 2. Cor.3.lec.2. 123.b
Literas veteres Aman nouis epiſtolis corrumpi quid ſignat,in præfatione. a
Lumen gloriæ dupliciter menti infunditur,ſcilicet per modum formę connaturalis factę & permanentis aut per modum formæ tranſeuntis. ſecundæ Corinthiorum 2. lectione duodecima. 143.b
Luxuria eſt filia deſperatiōis, quia multi ex deſperatione ſpiritualium dant ſe totaliter carnalibus,ad Col. 3.lec.1. 209.b
Lugendum quatuor de cauſis. folio 306.b

M

MAla quæ hīc ſuſtinemus poſſunt conſiderari vt ſunt in patiente,aut vt ſunt in agente, ad Ro. 8.lec.7. 35.b
Mala propter duo conſueuerunt cōmemorari,ſcilicet ad commendationem & correctionem.2. Corint. 7.lec.3. 133.b
Maledicere contingit tripliciter.ſ. annuntiando,imperando,& optando,ad Romanos duodecimo,lectio. tertia. 50.a
Maledicere non eſt aliud niſi de re aliqua ex malitia malum dicere , ad Galatas tertio.lectione quarta . folio 157.b
Maledicendo Apoſtolus pſeudo benedixit,quia de carnali abſciſione & caſtratione, ac ſterilitate intellexit,ad Galatas quinto.lectione ſecūda. 166.b
Maledictum eſt duplex,ſcilicet maledictum culpæ,& maledictum pœnæ,ad Galatas tertio,lectione quinta. 158.a
Maledictus tam in noſtris quàm in Hebræorum codicibus ſeu libris habebatur ſcilicet qui pepēderit in cruce,tamen pravitate iudæorum falſificatum eſt,ad Galatas. ibidem.
Mali non priuantur donis dei propter malitiam,ſed in eis reprobatur quod ex eorum malitia procedit.primę Corinthiorum primo . lectione tertia. 65.a
Mandata diuina continentur in duabus tabulis.Prima ordinatur ad deum alio ad proximum,ad Epheſi. 6.lec.1. 192.a
Manducare ſe non velle carnes apoſtolus dicit in æternum,ſi ſcandalizetur aliquis, primæ Corinthiorū 8.lec.2. 85.b
Māducare corpus Chriſti indignè dupliciter contingit,ſcilicet recipiendo alium panem quàm triticeū , aut alium liquorē quàm vinum , vel qui in peccato mortali accedit incontritus,& non confeſſus.1. Corinthiorū 11.lec.7. 98.b
Manducans non manducantē nō iudicet,& econtra,ad Romanos 14. lec.1. 54.b
Manicheos Apoſtolus dæmones vocat,quia inter omnes hęreſes plus dant diabolo de honore . primæ ad Ti.4.lec.1. 229.a
Manna dicitur eſca ſpiritualis,quia miraculoſè fuit filiis Iſrael præparata.1.Cor.10.lec.1. 89.a
Manſuetudo eſt virtus compeſcēs iram quæ perturbat iudicium rationis.2.ad Ti.2.lec.4. 239.b
Manus Chriſtus extendit in cruce & in miraculorū operatione,ad Ro. 10.lec.3. 43.b
Mandata dei leuia. 340.a
Malorum angelorum cruciatus. folio 324.a
Maria ſalutis imploratrix,in præfatione. a
Maria & ſi fuerit cognata Elizabeth ipſa tamen fuit de ſtirpe Dauid,ad Hebræos ſeptimo . lectione tertia. 270.b
Martyrem non facit pœna,ſed cauſa,vt videlicet ſuſcipiat ꝓpter Chriſtum,ad Romanos octauo ,lectione ſeptima. 36.a
Matrimonium eſt inſtitutum propter tria.ſcilicet in officium naturæ, in remedium concupiſcentiæ,in effectum ſacramenti,primæ Corinth. 7.lec.1. 79.b
Matrimonium ſeparari non debet propter infidelitatem,niſi eſſet periculum in cohabitatione.1.Cor.7.lectione ſecunda. 80.b
Matrimonium non eſt diſſoluendum propter conſenſum præteritū, & propter carnalem copulam conſummatam . primæ Corinthiorum 7.lec.5. 82.a
Matrimonium ſpirituale inter Corinthios & Chriſtum Apoſtolus gloriatur ſe feciſſe ſecundæ Corinthio. 11.lec.1. 139.b
Apoſtolus dicit beatius eſſe non nubere quām nubere tanquam doctus à ſpiritu ſancto.primæ Corint. 7.lec.8. 83.b
Non recipere in vxorem pater recipientis cognouit,aut in vxorē habuit.1.Cor.5.lec.1. 75.a

Mediator debet eſſe duorū , & ſic Chriſtus fuit mediator inter deum & hominem,ad Galatas tertio, lect. ſeptima. 159.b
Meditari debemus de recta operatione,de diuina laudatione,de cæleſti iocundatione,ad Epheſios quinto.lec.7. 190.b
Melchiſedech dicunt Hebræi quā do Abrahæ occurrit fuiſſe annorum 390.Et erat dei ſummi ſacerdos, ad Hebræos 7.lec.1. 268.b
Melchiſedech idē eſt quod rex iuſtitię,& ſine patre & matre & genealogia,&c.ad Heb.7.lectione prima. folio 268.b
Membra Chriſti in Chriſto manentia poſſunt facere fructum bonum,ad Romanos ſeptimo,lectione quarta. 26.a
Membra Chriſti dicuntur qui participant corpore & ſanguine domini 1.Corinthiorum decimo, lect.4. folio 90.b
Membra corporis myſtici ſunt fideles,ſcilicet prælati & ſubditi, & quomodo officia in eccleſia ſint diuerſa,primæ Cor.12.lec.3. 101.b
De mendacio ſe excuſat Apoſtolus,quia promiſerat Corinthiis venire & non venit.2.Corinthiorum 1. lec.5. 120.b
Menſa peccatorū dicitur laqueus, & dicitur ſcandalum, ad Romanos 11.lec.1. 44.b
Meritū conſiſtit in hoc quod deus habet patientiam, & homo vtatur patientia dei,ad Romanos ſecundo, lec.2. 10.b
Mendax qui non diligit proximū. folio 337.a
Miles Chriſti,dicitur aliquis tripliciter inquantum,ſcilicet pugnat cōtra peccata,contra errores , & contra tyrannos.2.ad Timotheum ſecūdo,lectione 1. 237.b
Miniſtrare ſacramenta debent epiſcopi & ſacerdotes docere ignorantes & paſcere famelicos, ad Rō. 12.lec.2. 49.a
Miniſtri infideles Chriſti dicuntur hi qui in diſpenſationibus diuinisnō intendunt vtilitatem populi ſed ſuā, ſed miniſtri Chriſti fideles econuerſo.primę Corinthiorum quarto.lec. prima. 72.b
Ad dignitatem miniſterii tria requiruntur,ſcilicet ſapientia ne erret, proſapia ne cōtemnatur & virtutis potentia,ad Heb.primo.lectione ſecunda. 252.b
Mirabatur Apoſtolus ꝙ Galatæ tam cito fuerunt pſeudo ſeducti , ad Gal.1.lec.2. 150.a
Miracula dicuntur de præſenti quæ fiunt virtute diuina,ſignum autem & prodigium de futuro & virtutes quomodo inter ſe differant.2. Corinthiorum duodecimo. lectione quarta. 146.a
Miraculum falſum dicitur quādo deficit à vera ratione facti vel à debito fine.2.ad Theſſalonicenſes ſecūdo.lec.2. 220.b
Mirari homines tria ſolent. 334.a
Miſſam vt audiret & cōmunicaret dæmon quendam induxit, & cū poſtea vicit quòd damnatus fuit. 2. Corin.6.lec.3. 139.b
Miſerebor cui voluero,& clemēs ero in quem mihi placuero, ad Ro. 9.lec.3. 38.b
Miſeretur homo tripliciter , & ponit terminū & limitationem in miſeratione,ad Ephe.ſecundo . lectione ſecunda. 177.a
Miſericordia, clementia, & venia differunt , ad Hebræos 10.lectione tertia. 280.a
Deus eſt miſericors vſque ad extremum iudicium,ſed poſt iudiciū horrendum eſt incidere in manus eius, ad Heb.10.lectione 3. eodem.b
Miſſio eſt duplex . Vna quæ totū localem importat.Alia applicationē nouam demonſtrat,ad Hebræos primo,lectione 6. 256.a
Miſit deus filium ſuum in prædifinito tēpore factū ſub lege,ad Gal. 4.lectione 2. 161.a
Myſteria non omnia reuelata ſunt angelis,neque ſanctis , ſed quædam ſunt in deo occultata,ad Eph.tertio. lec.3. 181.b
Miſeria multiplex. 306.b
Miſericordia duplex,liberās & relaxans. 302.a
Miſericors dominus multipliciter folio 308.a
Miſsio ſolennis tria requirit in mittente,in præfatione. a
Modeſtia eſt virtus per quam aliquis in omnibus exterioribus modū tenet,vt nullius offendat aſpectū,ad Tit.3.lec.1. 248.a
Modeſtia & manſuetudo docent modum ſeruandum ad agendum.2. Corin.10.lec.1. 137.b
Moniales quando velantur tondētur,quia promouentur in dignitatē virilem liberatæ à viris,primæ Cor. 11.lec.2. 93.b
Mons Syna quomodo ſignificat duo teſtamenta.Nota pulchra , ad Gala.4.lec.9. 164.a
Mors Chriſti fuit ſufficiens cauſa noſtrę ſalutis,ſimiliter & ſacramenta quæ efficaciam habēt ex paſsione ad Galatas primo , lectione prima. folio 149.b
Mors depoſitio tabernaculi dicitur folio 322.a
Mortem timere nō debemus,quia quandiu ſumus in corpore peregrinamur à deo.2.Corin.5.lec.2.128.a
Mortui dicūtur tripliciter,ſcilicet morte peccati in Adam, veteri vitæ, & ſibiipſis.2.Co.5.lec.3. 129.a
Mortui eſſe debemus peccato, tūc enim dicimur viuere Chriſto,ad Romanos 14.lec.1. 55.b
Mortuū eſſe Chriſtum peccato ſemel,ad Ro.6.lec.2. 24.b
Mortuus eſt Chriſtus pro inimicis & quomodo mors Chriſti poteſt conſiderari tribus modis, ad Ro.5. lec.2. 20.a
Mulier non eſt formata de pedib⁹ viri tanquam ancilla, nec de capite, ſed de latere.primæ Corinthiorum 7.lec.1. 80.a
Mulier in ſacra ſcriptura aliquando deſignat ſexum naturalē,& ſic dixit Adam,Mulier quam dediſti mihi,quæ tamen virgo erat,ad Gal. 4. lec.2. 161.b
Mulier propter peccatum ſalutem neque corporalem,neque æternam totaliter amiſit , primæ Timoth.3. lec.3. 231.a
Mulierum ornatus. 315.a
Mulier data eſt viro ad adiutoriū generationis,& ſecundum hoc differt vis generatiua à nutritiua.1.Corin.7.lec.1. 79.b
Mulier non debet contrahere niſi mortuo marito,ſi autem mortuus fuerit libera eſt à vinculo viri.1.Corin.7.lec.8. 84.a
Mulier nō debet orare neque prophetizare niſi velato capite, & quid velum ſignificet, primæ Corinthio. 11.lec.3. 94.b
Mulier dicitur etiam ad imaginē dei facta,quia magis attenditur imago ſecundū ſpiritum quā ſecundum carnem.1.Cor.11.lec.3. eodem.b
Mulierem ſanctam virum malum bonum facere contingit.1.Corin.7. lec.2. 81.a
Mulieres Apoſtolus noluit loqui in eccleſia,ſed in priuato.1.Cor.14. lec.7. 109.b
Mulieres ſequebantur Apoſtolos & miniſtrabant neceſſaria.1. Corin. 9.lec.1. 86.a
Mundum dicebat Origenes in infinitū renouari& recuperari,ſed Apoſtolus dicit ſemel ad Hebræos.12.lectio.5. 292.a
Muſicalia inſtrumenta comparat Apoſtolus linguæ humanæ & voci. 1.ad Cor.14.lec.2. 105.b
Mundana delectatio nō omnis prohibetur. 331.a
Mundi cauſæ vniuerſales tres poſt iudicium remanebunt. eod.

N

NAtura diuina dicitur plena,humana autem eſt in potentia ad plenitudinem,ad Phi.2.lec.2.197.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Natura diuina consideratur duobus modis prout.s.est ratio cognoscendi,vel est principium essendi,ad Ro.1.lec.3. 3.a
Naturale desiderium dedit nobis deus conueniens naturæ, spirituale autem animæ,secundæ Corinthiorum.5.lec.2. 128.a
Naturale desiderium animæ est ese cum corpore aliàs mors non esset pœnalis.2.Cor.5.lec.1. 127.b
Naturalium rerum differentia, est corruptibile & incorruptibile. 1.ad Ti.1.lec.4. 224.b
Natus est Christus temporaliter sine patre,eternaliter sine matre, ad Heb.7.lec.1. 269.a
Nocere possumus proximo tripliciter.s.facto,verbo, & desiderio, ad Ro.13.lec.2. 53.a
Nocere non possunt plus neque homines,neq; dæmones,quàm deus eis permittit.secundæ ad Timotheũ tertio.lectione secunda. 241.a
Nocti comparatur vita præsens propter ignorantiam, diei autem futura propter claritatem,ad Ro.13.lectione 3. 53.b
Noe de quinque commendatur.s. ꝙ dictis dei credidit, ꝙ ex fide timuit,quòd mandatum dei impleuit, ꝙ à deo salutem sperauit, & ꝙ destructionem prædicauit,ad Hebræ. 11.lec.2. 283.b
Nomen Iesu Christi in primitiua ecclesia erat odiosum, ideo apostoli vt veneraretur baptizabant in nomine Christi ex ordinatione spiritus sancti,primæ Corin.primo,lectione secunda. 63.b
Nomen est Christo datum super omne nomen,ad Phil.2.lectione tertia. 197.b
Nomen suum Apostolus cũ scripsit Hebræis non pręposuit propter tres causas,in prologo,ad Hebrẽos. folio 251.b
Notitia quæ habetur per scientias humanas illuminat intellectũ solũ, sed quæ habetur per fidem, intellectum & affectum.2.Corinthiorum secundo.lec.3. 122.a
Notitia de deo multipliciter haberi potest.s.per Christum,per Iudęos & antiquos Philosophos,ad Hebrę. 11.lectio.2. 283.b
Nouum testamentum non ordinatur,ad vetus,sed econuerso,sicut figura ad veritatem,ad Gal.1.lectione secunda. 150.a
Nouus homo dicitur Christus ꝓpter nouum modum suæ cõceptionis,ad Ephe.secundo, lectione quinta. 179.a
Nouus homo est animus interius renouatus,ad Col 3.lectione secunda. 210.a
Nouissimum tempus dicitur vltima ætas mundi.1.ad Timo. 4. lect. prima. 229.a
Nouissimi dies dicuntur qui sunt propinqui nouissimis diebus.2. ad Ti.3.lec.1. 240.a
Nouit dominus notitia practica bonos. 323.b

O

OBedientia includit omnes virtutes, & reddit eas meliores,ad Philippenses secundo,lectione tertiá. 198.a
Obedientia dat meritum passionibus sanctorum,ad Philippen.2. lec. secunda. 197.b
Obedientia dicitur magna quando sequitur imperium alterius cõtra motum proprium ,ad Philippenses 2,lectione 2. ibidem.b
Inobedientia quando fit propter aliud quàm contẽptum,tunc nõ est spirituale peccatum,ad Hebræos 2. lec.1. 256.a
Inobediẽtia fuit inter peccata alia magis punita & similiter tentatio dei,ad Hebræos tertio,lectione secunda. 260.b
Obiectum vnius virtutis finis est alterius.1.ad Timotheum primo lectione secunda. 223.a
Obliquitas est triplex scilicet in affectu,inoperatione. & intellectu, ad Hebræos 12.lec.3. 289.a
Obseruare idem est quod diligenter considerare vel cauere, & potest sumi in bono & in malo,ad Roma. 16.lec.2. 61.b
Obseruare dicebat Apostolus galatas dies,menses & annos quos corrigebat,ad Gal.quarto,lectio. quarta. 162.b
Obseerat Apostolus Romanos ad ostendendam humilitatem,amorem & reuerentiam,ad Romanos 12.lectione 1. 48.a
Obstaculum nõ ponere procedit ex gratia dei liberè dantis,ad Hebr. 12.lec.3. 290.a
Oblatio nostra qualis esse debeat. folio 303.a
Obiurgatio acerba quando licita. folio 314.a
Occulta scire contingit triplicitèr scilicet per gratiam per prædicationem,per scripturarum lectionem.1. ad Cor.14.lec.5. 108.b
Otiosæ mulieres esse non debent ne incurrant incõtinentiam.1. ad Timo.5.lec.3. 232.a
Offert se homo deo triplicitèr per sufferentiam mortis,per macerationẽ carnis,per opera iustitiæ,ad Ro. 12.lec.1. 48.a
Officia in ecclesia sunt diuersa propter multas rationes.1. Corinthior. 1.lec.3. 65.b
Olus comedere debet qui luxuriá fugare cupit,ad Romanos decimoquarto,lec.1. 54.b
Omnia sibi licere dicebat Apostolus & est distributio accommoda, id est quæ diuina lege non prohibentur.1.ad Co.6.lec.2. 78.a
Onera quomodo alter alteri portare debemus,& à superbia quę hoc impedit caueamus,ad Galatas 6.lectione 1. 169.b
Opera bona facta pro mortuis prosunt eis propter intẽtionem, & charitatẽ faciẽtis1.Co.15.le.4.113.b
Opera tenebrarum dicuntur opera peccatorũ,quia comparantur pecatis,ad Ro.13.lec.3. 53.b
Opera sex dierũ quomodo diuersi modè exponuntur, ad Hebræos 4. lec.1. 261.b
Opera nostra sunt ad beatitudinẽ ordinata quæ est finis vltimus,& dicuntur viua vel mortua secũdum fidem,ad Heb.6.lec.1. 266.a
Operari dicitur deus aliquãdo illũ iuuando intellectum aliquãdo mouendo ad opus.Heb.1.lec.3. 254.b
Operibus humanis non debetur vita æterna ex condigno nisi ex impulsu dei fiant,sed de congruo, ad Ro.4.lec.1. 17.a
Opus manuale propter tria impositum est,scilicet propter necessitatem victus ad vitanndum otium, & ad carnis macerationem,ad Ephes. 4.lec.9. 187,b
Operari non prohibet Apostolus seruos dei.2.ad Thessaloni.tertio,lectione secunda. 221.b
Opera quæ iustificent. 303.a
Oratio debet fieri in secreto & sine intermissione coram deo & in spiritu,ad Ro.1.lec.5. 5.a
Oratio redditur exaudibilis ex humilitate orantis,ad Ephesios.5. lec. septima. 119.a
Oratio vt exaudiatur debet habere conditiones septem, ad Ephesios 6.lec.5. 193.b
Oratio est ascensus mentis in deũ, Postulatio est rerũ petitio,ad Colo. 1.lec.3. 204.a
Oratio in quatuor distinguitur.s. in orationem,obsecrationem, postulationem,& gratiarum actionem.1. ad Ti.2.lec.1. 225.a
Orare semper & non deficere quo modo intelligatur.1.ad Thes.5. lec. prima. 214.b
Orando pro aliquo non cessare intelligitur vt debito tempori vel in affectu habitualiter,ad Ephesios 1.lectione 6. 174.a
Orationes multorum non exaudiri dicit Apostol⁹ impossibile, ad Hebræos decimotertio,lec. 3. 294.a
Orationis fructus duplex est,vnus homini prouenit, alius eum reficit, primæ Cor.14.lec.3. 107.a
Orationis attentio,alia est ad verba,alia ad sensum , alia ad finem. 1. Cor.14.lec.3. eodem.b
Orans aut prophetans hæc facere iubetur discoperto capite.1. Corinthiorum vndecimo, lectione secunda. 93.a
Oratio vocalis an omnis mẽte fieri debeat. 318.a
Orationis conditiones. 305.b. & 309.a
Orationis virtus in quatuor elementis ostensa. 309.b
Ordines in ecclesia sunt tres , scilicet episcoporum , presbyterorum, & diaconorum.1.ad Timotheum 3. lec.prima. 224.b
Originale peccatum & actuale, quomodo intelligantur subintrasse ante legem & post,ad Ro.5. lectione sexta. 24.b
Originale peccatum non imputatur paruulis apud homines, sed bene à deo,sic etiam post legalia reputantur,quæ antea non reputabãtur, ad Roma.5.lec.4. 23.a
Originale peccatum non intrauit per Euam,sed per Adam,primæ Corinthiorum decimoquinto, lectione tertia. 112.a
Ornatus mulierum vitiatur ex tribus ex praua intentione prẽter consuetudinem,&c.1.Timotheum secũdo,lec.2. 226.a
Os latum dicebat se habere Apostolus,quia latitudo oris latitudinem cordis demonstrat. 2. Corinthiorũ 6.lec.3. 131.b
Osculum pacis,datur in signũ pacis & vnitatis spirituũ. secundæ Corinthiorum 13.lec.3. 148.b

P

PAci peccata contraria Apostolus pulchrè docet(quia multum nocent)vitare,ad Heb.12. lectione tertia. 290.a
Patientiam habere debemus cum proximo,sicut deus habet cum omnibus,ad Ro.15.lec.1. 58.b
Patientiæ conditiones sunt constãtia in aduersis,& gaudium in tribulationibus, secundæ Corinthiorum 8.lec.1. 134.b
Paries dicitur lex mandatorum,ad Ephe.2.lec.5. 178.b
Participatio Christi est duplex, vna est imperfecta quæ est per fidem, alia perfecta quæ fit per prẽsentiam, ad Heb.3.lec.3. 261.a
Participare idem est quod partem capere,ad Hebræos sexto.lectione prima. 266.b
Paruulũ nihil differre à seruo quãdiu paruulus est,quomodo intelligatur,ad Galatas quarto,lectione prima. 160.b
Passio Christi nobis profuit ex duobus,quia nos liberauit ex potestate diaboli,& debitum nostrũ soluit,ad Heb.12.lec.2. 295.b
Passio Christi debet frequenter cogitari,ad Hebræos duodecimo, lec. prima. 286.a
Passio Christi fuit nobis salutifera non solùm per modum exempli.sed etiam per modum meriti,primę Corin.1.lec.2. 64.b
In passione Christi tria considerãda sunt,scilicet quid contempserit, quid sustinuerit,& quid promeruerit,ad Hebręos duodecimo,lectione prima. 289.a
Per passionem Christi ablata fuit potestas diaboli,ad Hebræos secundo,lec.4. 258.b
Pastorem ecclesiæ proprium officium est docere,ad Ephesios quarto,lec.quarta. 185.a
Pater in diuinis non dicitur sapiẽs per Iesum Christum, sed Christus est gloria & reuelatio sapientiæ patris,ad Romanos decimosexto, lect. secunda. 62.a
Pater noster dicitur tota trinitas. s.creatione & gubernatione.2. Co. 1.lec.1. 118.b
Patres debent instruere filios in moribus,ad Ephesios sexto, lectio. prima. 192.a
In patria manere fidem, spem , & charitatem,& nõ alia dona, quomodo intelligatur,primæ Corinthiorũ 13.lec.4. 105.b
Dei patris,& carnalis hæc est differentia.Homo enim generat hominem quantũ ad corpus,sed deus quãtum ad vtrunque,ad Hebræos duodecimo,lectione secunda. 289.a
Paternitas est solùm in viuentibus & cognoscentibus,ad Ephe. 3. lect. quarta. 182.b
Paulo quando fuerit impositum hoc nomen Paulus.Similiter hoc nomen,Saulus,ad Romanos.1.lectione prima. 1.b
Paulus quare primo prẽcipiat seruare præcepta negatiua prius quàm affirmatiua,cùm tamen affirmatiua respiciant deum,alia verò proximũ, ad Romanos decimotertio,lectione secunda. 52.b
Paulus se plantasse,apollo rigasse, deum autem incrementum dedisse dicebat.primæ Corinthiorũ tertio. lec.1. 70.a
Pax nostra dicitur Christus & quo modo fecit vtraque vnum,ad Ephe. 2.lec.5. 178.b
Pax est tranquilitas ordinis sibi à deo instituta,ad Colossen.tertio. lectione 3. 210.b
Pax consistit in duobus vt scilicet homo cõcordet ad seipsum,& ad alios.2.ad Thes.3.lec.2. 222.a
Pastor est forma gregis. 319.b
Pastorem qualem deceat esse.eo.a
Patientium tria genera. 316.b
Paupertas Christo perplacet. folio 301.b
Peccamus modò grauius in nouo testamento quàm in veteri testamẽto peccabant,quibus non tot beneficia collata erant,ad Hebræos decimo,lec.3. 280.a
Peccans si in malo perseueret, tũc deus omnes iustitias eius obliuiscitur,ad Hebræos 6.lec.3. 267.b
Peccans non immediatè punitur à deo,sed expectatur ad pœnitentiã, primæ ad Timotheum quarto. lect. secunda. 230.a
Peccans publicè debet eiici ne suis prauis moribus alios corrumpat.primæ Cor.5.lec.2. 75.b
Peccantium quidam sunt qui peccant ex malitia,quidam ex consuetudine,quidam ex omissione,ad Gala. 6.lec.1. 169.a
Peccandum non est vt superabundet gratia,ad Romanos sexto, lectione prima. 24.a
Ad peccandum duo inducunt efficacissimè,scilicet præsentium bonorum amor malè inflãmans & timor malè humilians,ad Hebræos secundo,lec.4. 258.b
Peccare cùm dicit Paulus in corpus suum qui fornicatur, quomodo intelligatur.primę Corinthiorum sexto.lec.3. 79.a
Peccasse Christum pro nobis quomodo intelligatur.2.Corint.5. lect. quinta. 130.a
Peccata contra naturam, quomodo sanctus Paul⁹ in masculis,& quomodo in fœminis reprehẽdit,ad Roma.1.lec.8. 8.b
Peccata carnalia dicuntur quæ cõsumuntur in delectatione carnis, vel quantum ad radicem concupiscentiæ,ad Gal.5.lec.5. 167.b
Peccati fructus mors est , iustitiæ autem vita æterna,ad Romanos 6. lec.4. 26.a
Peccati contra naturam pœna nominatur merces,& quomodo æquiparatur peccato ydolatrię,ad Rom. 1.lec.8. 8.b
Peccator maximus dicitur Paulus fuisse inter saluatos.1.Timo. primo, lec.4. 224.b
Peccator natura est diligendus,vitium verò odiendum,ad Galat.6. lectione 2. 170.b
Peccator omnis dicitur præuaricator legis lege data,ad Roma.4. lec. secunda. 18.a
Peccatores reputant deum esse vltorem malorum, cùm tamen digni

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint morte quæ est stipendium peccati,ad Ro.1.lec.8. 8.b
Peccatores & excõmunicati sunt consolandi ne in desperationem cadant.secundæ Corinthiorum 2.lec. secunda. 121.b
Peccatorum carnalium sufficientia,& quomodo differunt,ad Ephe. 5.lec.2. 188.b
Peccatorum grauitas attenditur penes duo scilicet ex subiecto.primę Corinthiorum vndecimo, lectione septima. 98.b
Peccatum dicitur iniquitas duobus modis, intensiuè& extensiuè,ad Romanos 1.lec.8. 9.a
Peccatum est voluntarium, pœna autem contra voluntatem & coniũctam peccato, quomodo intelligatur,ad Romanos primo,lectione septima. 8.a
Peccatum est auersio ab incõmutabili bono ad commutabile,& exire non potest nisi auxilio dei,ad Roma.2.lec.2. 10.b
Peccatum per Adam intrauit non solùm per imitationem,sed etiã per propagationem contra pelagium, ad Romanos quinto, lectione tertia. 20.b
Peccatum sicut intrauit per Adã in omnes,sic & per gratiam Christi liberamur & iustificamur,ad Rom. 5.lec.5. 21.a
Peccatum siue corpus peccati quo modo destrui debet, ad Romanos 6.lect.prima. 24.a
Peccatum regnat in homine per interiorem consensum mẽtis,& per actum exteriorem corporis,ad Romanos sexto,lectione tertia. 25.a
Peccatum potuit cognosci sine lege quantum ad inhonestum,non autem quantum ad offensam diuinam ad Romanos septimo,lectione secũda. 27.a
Peccatum aliquis operatur quando non vult victus suggestione,vel passione, vel inclinatione aut habitu malo.Rom.7.lec.3. 28.b
Peccatum malum operatur in homine,quando non liberatur â Christo contra Manichæum, ad Rom.7. lec.3. eodem.
Peccatum in spiritum sanctũ quomodo dicitur irremissibile hîc,& in futuro,ad Romanos secundo, lectione secunda. 10.b
Peccatum notorium publicè est puniendum vt alii resipiscant.1.Co. 5.lec.1. 75.a
Peccatum omne quod consumitur in delectatione carnis dicitur carnale,quod autem in delectatione spiritus dicitur spirituale.2.Corinthiorum 7.lec.1. 132.b
Peccatum est triplex.s.carnis,operis,& originis,ad Ephe.secundo,lectione 1. 176.b
Peccatum omissionis committitur in parentes,in se & in æqualem, ad Romanos 1.lec.8. 8.b
Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit & quomodo peccatum dicatur pondus,ad Heb.12.lectione prima. 288.a
Peccatum omissionis est duplex, scilicet quando quis omittit bona facere,& mala aduersa non vult tollerare,ad Heb.12.lec.3. 290.a
Peccatum ad mortem quid.371.a
Peccatum consuetudinis generat mortem. 300.a
Peccatum non ad mortem quid. folio 371.a
Peccatum originale cur vetus dicitur. 321.b
Peccatum pondus grauissimum. folio 312.a
Peccata quatuor vocem habentia. folio 307.b
Peccatorem quemlibet an vitare sit præceptum. 340.b
Sine peccato nullus est. 329.a
Personarum acceptio an sit peccatum. 301.a
Petri Lombardi error. 336.b
Petrus quibus scribit. 309.a
Pœna reproborum erit acerba, diuturna,& iusta,secundæ ad Thes.1.lectione 2. 219.a
Pœnitentia est duplex.s.interior& exterior,& quæ sit differentia inter baptismum,pœnitentiam,& alia sacramenta. ad Romanos vndecimo lec.4. 46.b
Pœnitentia facit deũ mutare propositum punitionis,ad Heb.6.lect. quarta. 268.a
Pœnitentiam duo causant,s.meritum passionis Christi,& actus Christi,ad Hebræos sexto,lectione secunda. 266.b
Pennulla dicitur codex legis scriptus per modum rotulæ vel vestis. 2.ad Tim.4.lec.3. 243.a
Pœnitere in alia vita est impossibile, ad Hebræos sexto, lectione secunda. 267.a
Pœnitere est possibile cuicunque de quibuscũque,& maximis criminibus,ad Heb.6.lec.1. 266.a
Pœnitere potest quis quandiu in hac vita est,ad Hebr.duodecimo,lectione 3. 290.b
Perfectus in doctrina dicitur aliquis dupliciter.s.secundum intellectum & secundum voluntatem,primæ Cor.2.lec.1. 66.b
Pericula quę sustinuit Paulus multa nominãtur.2. Corinthiorum 11. lec.5. 142.a
Persequebatur Ismael Isaac, & quomodo Iudæi persecuti sunt Apostolos in primitiua ecclesia,ad Gal. 4.lec.8. 165.a
Personis diuinis appropriatur aliquid dupliciter, scilicet essentialiter & causaliter.2.Corinthiorum 13.lectione 3. 149.a
Petra dicitur Christus non per naturam.sed per interpretationem.1. Cor.10.lec.1. 89.a
Petrus prædicauit Iudęis solùm,& Paulus gentibus,postea Paulus Iudæis & Petrus Gentibus, ad Gal.2. lec.2. 153.b
Philosophi dupliciter deũ cognouerunt,scilicet vt sicut omnibus supereminentiam, & sicut omnium bonorum causam,ad Romanos primo,lec.7. 7.a
Piè sumitur dupliciter,vno modo pro virtute pietatis,quandoque pro misericordia.secundę ad Ti.tertio, lec.3. 241.a
Pietas est per quam parentibus patrięque beniuolentiæ officium impẽdimus,primę ad Timot. 4.lectione secunda. 229.b
Pignus differt in hoc à re propria, quia illa possidetur,altera autem vt aliena custoditur.secundæ Corin.5. lec.2. 127.b
Placere nobis non debemus, sed Christo in ædificationem,ad Rom. 15.lec.1. 58.a
Placere quę faciũt hominibus multa sunt,primæ Corinthiorum 10.lectione 7. 92.a
Pontifex est princeps sacerdotum & dispensator alicuius testamẽti, & mediator inter deum & populum, ad Heb.9.lec.3. 275.a
Pontificalis dignitas excedit omnes alias dignitates,ad Heb.quinto. lectio.1. 264.a
Portare nomen Christi in corpore suo Paulus gloriabatur, ad Rom. in prologo. 1.b
Portẽtum dicitur quasi longè protensum,& est contra naturam,signũ verò est præter naturã,ad Heb.2.lectione 1. 256.b
Possessiones vendebant conuersi ex Iudæis non autem ex Gentibus, ad Galatas secundo,lectione secunda. 153.b
Postulare dicitur spiritussanctus gemitibus pro nobis inenarrabilibus contra Arrium & Macedoniũ, ad Ro.8.lec.5. 34.a
Potestas regia & cuiuscunque altera est à deo & consideratur quantum ad potestatem,quantum ad modum adipiscẽdi,& quantũ ad vsum, ad Ro.13.lec.1. 51.a
In potestate alicuius aliquid esse potest dupliciter, scilicet quantum ad authoritatem, & quantum ad executionem,ad Hebręos primo, lectione sexta. 255.b
Potestati non est resistendum, quia esset resistere dei ordinationi,ad Romanos 13.lec.1. 51.b
Postulandi modus. 209.a
Prædicatores tantùm verbo sunt similes Vriæ,in præfatione. b
Præcepta moralia Christus non soluit,cerimonialia autẽ soluit quantum ad substantiam,ad Ephe. secundo.lec.5. 278.b
Præcipere aliquid intelligi potest dupliciter,scilicet absolutè vel cõditionaliter.2.ad Thessalo.tertio, lec. secunda. 222.a
Prædestinatio & præscientia differunt in hoc, quia prædestinatio est de bonis salutaribus,præscientia autem de peccatis,ad Romanos 8.lec. sexta. 34.b
Prædestinatio idem est quod præestimatio,& quomodo Christus dicatur prædestinatus,vide pulcherrima,ad Romanos primo,lectione tertia. 3.a
Prædestinatio filii dei,quomodo à pluribus doctoribus exponatur, ad Romanos 1.lec.3. eodem.a
Prædestinationis causa ex parte creaturæ assignari nullo modo potest,sed solùm ex parte dei,ad Ephe. 1.lec.1. 172.b
Prædestinationis causa non est necessitas ex parte dei,nec debitum ex parte prędestinatorum,sed magis est secundum propositum suæ voluntatis,ad Eph.1.lec.1.ibidem.
Prædicatio principaliter fuit à Christo,figuraliter à prophetis executiuè ab Apostolis.primæ ad Thes. 2.lec.2. 214.a
Prædicationem suam Apostolus dicebat cursum quia modico in tempore multis in regionibus prædicauit,ad Gal.2.lec.1. 152.b
Prædicare maius est quàm baptizare.Vnde Apostolus multis prædicauit & paucos baptizauit, primæ Corinthiorum primo, lectione secunda. 63.b
Prædicare non debent plures, sed meliores.primæ Corinthiorum 14. lec.6. 109.a
Prędicator qui est peccator notorius non debet publicè prædicare aliàs peccat. secundæ Corinthiorum 6.lec.1. 130.b
Prædicator potest dupliciter gloriari de prędicatione sua.secũdę Corin.10.lec.3. 138.b
Prędicator non debet curare eloquentiam nę fides videatur rationibus humanis probari.primę Corinthiorum 1.lec.3. 64.b
Prædicator debet prædicare ædificatoria,fructuosa,& nõ vana.1.Cor. secundo.lec.1. 67.a
Prædicator qui ardentibus prædicat maiorem mercedem habebit.1. Cor.3.lec.2. 70.a
Prædicator neminem debet contemnere,exemplo apostoli qui dicebat se factum Iudæis Iudęum, Samaritanis samaritanum,gentibus gentilem.primæ Corinthiorum nono, lectione quarta. 88.a
Prędicator debet potius pauca prędicare & vtilia quàm multa & inutilia.primæ Corinthiorũ decimoquarto.lec.4. 108.a
Prędicator veritatis semper bonis est opportunus,malis verò importunus.secundæ ad Timotheum quarto.lec.1. 234.a
Prædicator in prædicando nõ debet ostendere passiones neque iram secundæ,ad Timotheum quarto.lectione 1. eodem.a
Prædicatores duo debent facere.s. exhortari in doctrina sacra, & contradicentem vincere.secundæ Cor. 2.lec.3. 122.a
Prędicatores simplices elegit deus. primæ Corinthiorum primo, lectione quarta. 66.a
Prædicatores sunt dei adiutores.1. Cor.3.lec.2. 70.a
Prædicatores posse recipere victũ à quibus prædicant,Apostolus multis rationibus ostendit.1.Corinthiorum 9.lec.2. 86.b
Prædicatores si prædicãt propter quæstum principaliter peccant.primæ Cor.9.lec.5. 89.a
Prædicatores assimilantur angelis in eo quod diuina annuntiant, & quomodo linguis angelorum loquũtur.primæ Corinthiorum 13.lectione prima. 103.a
Prædicatores in primitiua ecclesia erant pauci,ideo donum linguarum erat eis necessarium.primæ.Corint. 14.lec.1. 106.a
Prædicationi tria sunt necessaria, scilicet vt os aperiat,ad prædicandũ se præparet,& gratia ei detur,ad Ephe.6.lec.5. 193.b
Officium prædicatorum & doctorum est officium militum inquantũ consurgunt contra hostes fidei & vitia mundi.secundæ ad Timotheum 2.lec.1. 237.b
Prælati nõ habent potestatem nisi in eos qui eorum iurisditioni subsunt & illos coercere debent ne cũ infidelibus cõmunicent.primæ Co. 5.lec.3. 76.b
Prælati subditis dare debent spiritualia prædicando & exempla monstrando, & tẽporalia exponẽdo.primę Corinthiorum duodecimo,lect. tertia. 102.b
In prælato debet esse integritas sensus per prudentiam,&c. ad Tit. 2.lec.2. 247.a
Prelatus debet sibi cauere ab omnibus defectibus,& maximè ab impatientia.primæ ad Thessa.5.lectio. secunda. 217.b
Premium sanctorum est admirabile & desiderabile,& quomodo animę desiderant indui corporibus.2. Corin.5.lec.1. 127.b
Præmia quæ deus diligentibus se præparauit non ascendere ad cor ne que ad alios sensus. primæ Corinthiorum secundo,lectione secunda. folio 67.b
Ista præpositio, per,denotat causam actus,& quomodo intelligatur, per quem fecit & secula; ad Hebræ. primo,lec.1. 252.a
Præsbyteri duplici honore digni sunt scilicet & ministratiõe necessariorum & exhibitione reuerentiæ.1. ad Timo.5.lec.4, 132.a
Præsbyteri accusati faciliter condemnari non debent.1.ad Timoth. 5.lec.3. eodem.b
Principes & potestates sunt duo ordines & præminctiam in operãdo designant,ad Ephe.tertio,lectio. tertia. 181.b
Principes huiꝰ seculi possunt intelligi reges & principes & ab istis velut sapientia humanarum legum. Vel dæmones vel philosophi.1.ad Cor. 2.lec.1. 67.a
Principes huius seculi dei sapientiam nõ cognouerũt,quia si cognouissent dominum gloriæ non crucifixissent.1.Corinthiorum secundo, lec.2. eodem.a
Principes Iudæorum,scilicet Pylatus & Herodes interfecerunt Christum,similiter & dæmones. primæ Cor.2.lec. 67.b
Principes Iudæorum senserunt Christum esse qui promissus erat in lege,non tamen quòd filius dei erat, similiter & dæmones. primæ Cor. 2.lec.2. ibidem.
In his quę à deo procedunt duo sunt consideranda,scilicet ipse processus rerum & consilium dei,à quo talis processus causatur,ad Hebr.9. lec.1. 274.a
Prius quadruplex. 328.a
Prophetię triplex genus. 322.b
Productæ sunt res visibiles ex inuisibilibus rationibus,idealibus, in verbo dei, ad Hebræos vndecimo, lec.2. 282.b
Proficere se dicebat Paulus vltra multos coętaneos,ad Galat.primo, lec.3. 151.a
Proficere volentis necessarium est spirituale gaudium,ad Philippen.4. lec.1. 201.a
Proficere hominem faciunt duo

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet facere bonum & sustinere patienter malum.2.ad Thes.tertio, lec.1. 221.b
Prohibitio est duplex,scilicet actionis & præcepti.1.Corin.sexto.lect. secunda. 78.a
Prohibitio facit ardentius concupiscere quod prohibetur tripliciter, ad Romanos quinto,lectione sexta. folio 23.a
Promissio dei facta Dauid complenda erat in Christo,& quomodo deus iustificabatur in suis sermonibus,ad Romanos tertio,lectione secunda. 13.b
Prope esse dominum dicitur propter præsentiam matestatis,propter inhabitantem gratiam,propter exauditionis clementiam,ad Philip.4. lec.1. 201.b
Prophetia dicitur quædam apparitio ex reuelatione diuina eorum quæ sunt procul,ad Romanos duodecimo.lec.2. 49.b
Prophetia in patria cessabit, quia nihil erit futurum, enigmata cessabunt similiter,primæ Corinthio.13. lec.3. 104.b
Prophetia quid sit,quot modis dicatur,& quid sit loqui lingua.primę Corinthiorum decimoquarto,lect. prima. 106.a
Prophetia dicitur quæ aliis annũtiat quæ diuinitus sunt sibi reuelata, & inquantum profert ea quæ sunt aliis manifestata. 1. Corinthiorum 11.lec.2. 93.a
Prophetæ aliquando locuti sunt solùm ex instinctu spiritussancti sine gratia,aliquando ex gratia,& isti fuerunt veri prophetæ.1. Corinthiorũ 13.lec.1. 103.a
Prophetę falsi habẽt triplicem defectum,scilicet scientiæ,iustitiæ,& fidei,ad Colossenses secundo. lectione quarta. 209.a
Prophetis non semper adest spiritus prophetiæ,quia non est habitus primæ Corinthiorum 14.lectione sexta. 109.a
Proprium nullus habuit in primitiua ecclesia,sed omnia habebant in communi,primæ Corinthiorum 16 lec.prima. 117.a
Proseliti dicebantur qui venerunt ex gentibus ad Iudæos quos nos cathecuminosdicimus,ad Ephesios 2. lec.4. 178.a
Proximum diligere sicut seipsum tripliciter intelligitur,ad Roma. 13. lec.2. 52.b
Proximus dicitur non solùm homo,immo & angelus ac sanctus dicuntur proximi,ad Romanos 14.lectione 2. ibidem.
Prurire dicitur qui semper nouis delectatur,secundæ ad Timotheum quarto,lec.1. 242.a
Psalmus ad laudem dei depromitur. 308.b
Pseudo prophetæ ideo crucẽ principaliter prędicauerunt propter quę stum & ne persecutionem paterentur,& de Galatis gloriarẽtur,ad Galatas 6.lec.3. 170.b
Pseudo prophetæ componebant vnam sectam ex iudaismo & euangelio,secundæ Corinthiorum vndecimo,lec.prima. 139.b
Pseudo non fuit missus neque meliorem Christo prædicauit,neq; spiritum meliorem Apostolo habuit 2.Corin.11.lec.2. 140.a
Pseudo vt attraherent & deciperent populum,prædicabant subtilia ornata & exquisita,& quia Apostolus erat balbus,ideo deridebãt eũ.secundæ Cor.11.lec.2. eodem.a

Q

Quatuor reges quos Abraham interfecit sunt quatuor vitia principalia opposita quatuor virtutibus cardinalibus,ad Hebræos septimo,lec.1. 268.b
Quæstiones multæ vtrum scilicet prælati & prędicatores teneantur laborare manibus,& alię.primæ Corinthiorum nono.lectione secunda. folio 87.a
Quæstiones quas mouet sanctus Thomas super toto capitulo.1.Co. 9.lec.5. 89.a
Quæstiones de legalibus & similitudinibus quę comparantur Christo,primæ Corinthiorum decimo, lec.4. 90.b
Quæstiones ex decimo capitulo. primæ Corinthiorum decimo. lec. septima. 92.a
Quæstiones stultæ mouendæ non sunt,secundæ ad Timotheum secundo.lec.4. 239.b
Quæstiones sunt amandæ inquãtum inducunt veritatem ,secundæ ad Timotheum secundo,lect. quarta. eodem.b
Quæstuarii prædicatores. 323.a

R

Raab meretrix dicitur,quia anima per idolatriam meretrix efficitur,vel quia ad prostitutam publicam omni hora homines ingrediuntur,ad Hebræos vndecimo,lectione sexta. 286.a
Rapi vsque ad primum secundum & tertium cælum est alienari à sensibus corporalibus .secundæ Corinthiorum duodecimo,lectione prima folio 143.a
Rapiuntur aliquando homines,aliquando animæ,aliquando à seipsis secundæ Corinthiorum 12. lectione prima. eodem.b
Raptus est in eo quod est secundum naturam in id quod est supra naturam in vi superioris naturæ elevatio.secundæ Corinthiorum duodecimo.lec.1. eodem.b
Raptus vsque ad tertium cælum & in paradisum est vn⁹ raptus,quia per primum intelligitur summa claritas,per paradisum summa iocunditas in vno tamen .secundæ Cor.12. folio 144.a
Reconciliati sumus deo patri per Iesum Christum vt nos ipsos reconciliemus deo,secundæ Cor. quinto, lec.5. 129.b
Reddere statim cui quis obligatur quia peccatum est in mora docet Apostolus ad Romanos decimotertio,lec.2. 52.b
Reddere æquivalens non possu. mus deo & parentibus,adRomanos 13.lec.2. ibidem.a
Reddere rationem oportet prælatos pro subditis,nõ in omnibus, sed in his in quibus subditos ex officio neglexerunt,ad Hebręos decimotertio,lec.3. 284.a
Reddere debet vir debitum mulieri, & mulier viro, primę Corinthiorum septimo, lectione prima. folio 79.b
Reddere debet vir debitum vxori nisi fiat ex consensu vtriusque, vel ad certum tempus,vel causa orationis,primę Corinthiorum septimo, lec.1. eodem.b
Redempti sumus à Christo à culpa & à pœna per mortem,ad Ephesios primo,lectione secunda. 173.a
Redimi solent aliqui aliquando ab extraneis:aliquando pecuniis, aliquando aliis.ad Ephesios quinto,lectione 6. 190.b
Referre omnia actualiter in deum non est necessarium, sed habitualiter,ad Colossenses tertio, lectione tertia. 210.b
Regnum dei in homine consideratur secundum actum interiorem prout iustitiam parit & gaudium,ad Romanos decimoquarto, lectione secunda. 56.b
Regimen tyrannicum differt à regimine regis,quia tyrannus pro vtilitate sui ,rex causa subditorum laborat, ad Romanos decimotertio,lectione 1. 52.b
Renouari debemus fugiendo mundum recoligendo animum habendo affectum sanum, ad Romanos decimosecundo,lectione prima folio 48.b
Remissio peccatorum est à deo,& expositio pulcherrima, beati quorũ remissę,ad Romanos quarto,lectio. prima. 17.a
Requies est duplex , vna est in temporalibus alia in spiritualibus, ad Hebræos quarto,lectione prima, folio 261.b
Requieuisse dicitur deus in septimo die ab omni opere quod patrarat,ad Hebræos quarto,lectione prima, 262.a
Requiem nos ingredi iubet Apostolus propter multa,ad Hebr.4. lectione 2. eodem b
Resurrectionem mortuorum probat Apostolus à simili de resurrectione Christi, primæ Corinthiorũ 15. lectione 2. 111.a
Resurrectio est duplex, vna ad miseriam,alia ad gloriã,& sic Christus dicitur resurrexisse prior,primæ Corinthio 15.lec.3. 112.a
In resurrectione non erit ordo tẽporis, sed excellentiã dignitatis, 1. Cor.15.lec.3. ibid.a
Resurrectio nõ erit vt fruamur bonis temporalibus,sed delectemur æternis,1.Co.15.lec.3. ibid.b
Resurrectionem mortuorum cõparat Apostolus baptizatis, primæ Cor.15.lec.4. 113.a
Errores dicentium resurrectionẽ mortuorum non esse, vel ad priora officia hominem redire,primę Cor. 15.lec.5. 114.a
Resurrectionem mortuorũ Apostolus comparat semini in pullulatione, primæ Corinthiorum 15. lectione.5. 114.a
Resurgentis hominis caro est eadem secundum speciem cum carne morientis,sed tamen erit alia secundum qualitatem,primæ Corint.15. lec.6. 114.b
Resurgentium corpora nõ vertentur in spiritum,neque aerem, neque ventum, primæ Corinthiorum 15. lec.6. 115.a
Resurrectione peracta cessabunt operationes animales à corpore, 1. Corinthiorũ decimoquinto,lectione sexta, ibid.a
De hoc quod dicit Apostolus,omnes quidem resurgemus,non autem omnes immutabimur, nota diuersitatem in scripturis græcis & latinis, primæ Corinthiorum decimoquinto,lec.8. 116.a
Error Lactãtii qui dixit quòd martyres mille annis ante resurrectionẽ generalem resurgent,primæ Corin. 15.lec.8. eodem a
Resurrectionem fieri in instãti vel in momento quomodo intelligatur, primæ Corinthiorum decimoquinto,lec.8. ibidem a
Resurrectio erit in membris æqualis quo ad bonos & quo ad malos quantum ad ea quæ pertinent ad naturam,nõ autẽ ad ea quæ pertinent ad gloriam,primæ Corinthiorũ 15. lec.8. ibidem a
Resurrectione facta incorruptio non erit ex virtute corporis, sed ex gloria animæ à qua deriuabitur, primæ Cor.15.lec.9. 116.a
Restitit Paulus in faciẽ Petro,quia reprehensibilis erat,ad Galatas 2.lectione 3. 153.b
Resurrectio Lazari & aliorũ mortuorum non erat ad immortalitatẽ, sed ad mortalitatem,ad Colos. 1. lectione 5. 205.b
Resurrectio nostra erit in perfecta ætate Christi, ad Ephesios quarto, lec.4. 185.b
Ad resurrectionem tria concurrũt scilicet virtus diuinitatis,virtus Christi & mysterium angelorum, primæ ad Thessalonicenses quarto, lectione secunda, 216.a
Resurrectio erit simul omnium tã viuorum quàm mortuorum,primæ ad Thessalonicenses quarto, lectione secunda, eodem a
Resurrectionem iam factam dicebant quidã hæretici,secundæ ad Timothæum secundo, lectione tertia, folio 239.a
Religio quæ est 300.a
Remissio peccatorum quando fit. folio 312.a
Roma Babylon à Petro nuncupata est 320.a
Romanis quis Apostolorum prius prædicauerit,in prologo,ad Roma. folio 1.a
Paulus orauit & memoriã habuit sine intermissione pro Romanis vt deus eos conuerteret, ad Roma. 1. lec.5. 5.a
Rogauit Paulus vt stimulus sibi auferretur & non exauditur,quia medicus emplastrum mordax infirmo apponit,rogatus nequaquam vt infirmus sanetur deponit,2. Corinth. 12.lec.3. 145.a
Romani imperii destructio erit ante extremum iudicium & quomodo temporale commutatum sit in spirituale,secundæ ad Thessalonicenses 2.lec.1. 220.a

S

Sacerdos est medius inter deum & populum,& de trãslatione sacerdotii,ad Hebręos septimo,lectione prima 268.b
Sacerdos debet habere quatuor, scilicet sanctitatem,innocẽtiam, pulchritudinem & bonorum societatẽ, ad Hebræos septimo,lectione quarta. 271.b
Sacerdotes veteris testamenti quolibet die mane & vespere intrabant in sancta. Summus verò sacerdos semel in anno in sancta sanctorum,ad Hebræos nono, lectione secunda, folio 274.b
Sacerdotes in veteri lege quæ pro peccatis obtulerunt non comederunt,sed extra castra combusserunt, ad Hebræos decimotertio, lectione secunda, 293.a
Sacerdotium regale Christiani,non regnum sacerdotale 313.a
Sacra scriptura quatuor rotis innuitur,in præfatione b
Sacramenta magna dicuntur baptismꝰ,extrema vnctio, eucharistia, & matrimonium,ad Ephesios 5.lectione 10. 191.b
Sacramenta sunt instituta propter necessitatem vitæ spiritualis, primæ Corinthiorum primo,lectione quinta, 96.a
Sacramenta veteris legis & nouæ in hoc differunt,quia sacramenta veteris testamenti figurabãt, nostra autem continent gratiam, ad Galatas 2.lec.4. 154.b
Sacramenta nouæ legis licet sint elemẽta materialia, non tamen sunt elementa egena,ad Galatas secũdo, lec.4. eodem b
Sacramentum intrantium ad fidẽ fit per manuũ impositionem, & est duplex , quædam est miraculorum operatio,quædam sacramenti ordinis collatio,ad Hebręos sexto,lectione 1. 266.a
Sacræ scripturæ effectus est quadruplex,scilicet docere veritatẽ, arguere falsitatem & cætera, secundæ ad Timotheum tertio, lectione tertia, 241.b
Sacrificium & holocausta quomodo in veteri lege fiebant, & in noua quid significent,ad Hebræos 10.lectione 1. 278.b
Sacrificium visibile offertur insignum inuisibilis sacrificii,quo se homo & sua deo offert, ad Romanos 12.lec.1. 48.a
Salus hominis consistit in duobus scilicet, vt confiteatur fidẽ, & quòd recedat à peccato,secundæ ad Timothæum secundo , lectione tertia, folio 239.a
Salutando Apostolus prius salutat minores quàm maiores,ad Philip.1. lec.1. 194.b
Salutis propinquitas duobus modis intelligitur:vna temporis, & alia d spositionis , ad Romanos 13.lectione 3. 53.b
Samuel non fuit sacerdos, sacerdotali tamẽ officio vsus fuit, quia cùm reges vnxit sacrificium obtulit, ad Hebræos septimo , lectione tertia, folio 270.b
Sanctificatio duo requirit 332.b
Sanctificare hominem est propriũ dei per collationem spiritussancti, ad Romanos primo,lectione tertia, folio 4.a
Sanctis non est necessaria conti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nua tribulatio exterior, cũ interius affligantur ex mala conuersatione peruersorum, ad Hebræos 12. lectione secunda 289.a
Sanctis necessaria est triplex vnitas, scilicet amoris, concordię & cooperationis, ad Philippenses secundo, lec.1. 196.b
Inter sanctos qui connumerentur ab Apostolo, ad Hebræos 11. lectione 7. 286.b
Sanguinis Christi effusio figurata fuit in effusione sanguinis omnium iustorum qui ab origine mundi fuerunt, ad Hebręos duodecimo, lectione prima, 288.b
Sãguis Christi quomodo differat à sanguine hircorũ & animalium cæterorum, ad Hebræos decimo, lec. prima, 278.a
Sapientiæ octo cõditiones 305.a
Sapientia huius mũdi dicitur, quæ principaliter mũdo inniti tur, & quo modo deus comprehendit eos, primæ Corinthiorum tertio, lectione tertia, 72.a
Sapientia est diuinarum rerum cognitio. Prudentia verò rei particularis est prouidentia, ad Ephesios 5. lectione 6. 190.a
Sapiẽtia inutilis est si intellectu careat, ad Colossenses primo, lectione tertia, 210.b
Sapientiæ Christi est triplex vsus, scilicet instructionis, deuotionis, & directionis, ad Colossenses tertio, lec.3. 210.b
Sapiens dicitur qui cognoscit causam altissimam, sapientia carnis & prudentia est mors, ad Romanos 8. lec.2. 30.b
Sapientem perfectum demonstrat hoc, quod sciat se ordinare in omni statu, ad Philippenses quarto, lec. secunda, 202.b
Sarra & si sterilis fuerit & propter vetustatem concipere nõ potuerit, tamẽ quia deo credidit ex repromissione Isaac concepit, ad Hebræ. 11. lec.3. 284.a
Sarra exemplum mulierum 315.a
Satan transformat se aliquando visibiliter sicut legitur de sancto Martino, ideo necessaria est discretio spirituum, secundæ Corinthiorum 11. lec.3. 140.b
Scandalum in habente gratiã nullum, 330.a
Scandalum actiuum & passiuum quid sit, ad Romanos decimoquarto, lec.2. 57.a
Scandalum est dictum vel factum minus rectum alicui præbẽs causam ruinæ, ad Romanos decimoquarto, lec.3. eodem b
Scientia humana consistit in duobus, scilicet in locutione ornata & in distinctione rerũ, ad Colossenses 2. lec.1. 207.a
Scientia est duplex, scilicet simplicis notitiæ & experientiæ, ad Hebr. 5. lec.2. 265.a
Scisma quantum malum sit in cõmunitate Apostolus ostendit, primę Corinthiorum vndecimo, lectione quarta, 95.b
Scithia est versus septentrionem, barbaria autem dicitur extra metas, ad Colossenses tertio, lectione secunda, 210.b
Quæcunque scripta sunt fiuæ in veteri siue in nouo testamento siue de Christo siue de membris, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad Romanos decimoquinto, lectione prima, 58.a
Scrutare dicitur deus corda non quia ignoret, ad Romanos octauo, lec.5. 34.a
Segregatum se dicit Apostolus in euangelium dei per conuersionẽ ab infidelibus, ad Romanos primo, lec. prima, 2.a
Semen Abrahæ se esse gloriabatur Apostolus, & de multis aliis vbi tamen non peccauit iactantia, secũdæ Corint.11.lec.5. 141.b
Seminare in carne est operari pro corpore. In spiritu autem est viuificare, ad Galatas sexto, lectione secũda, 170.a
Senes quando non habent spirituales delectationes quærunt corporales, quia sunt inuerecundi, ad Titũ 2.lec.1 246.b
Senex propter excedentem malitiam perdit honorem senectutis & tunc dicitur puer, primæ Timot.4. lec.3. 231.a
Senectus habet in se duo, scilicet, contemptum delectationum, & perfectionem sapientiæ, primæ ad Timo.4.lec.3. 230.b
Sensibile potest videri tripliciter, aut per sui præsentiam suæ similitudinis, &c. primæ Corinthiorum 13. lec.4. 105.a
Sententia est duplex, vna pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia, alia circa agenda, ad Roma. 12.lec.3. 50.b
Separari petiit Paulus à corpore mortis, non autem à corpore naturali, ad Romanos septimo, lec.quarta, 29.b
Separare à Christo electos nemo potest nec terribilia nec appetibilia, &c. ad Romanos octauo lec. septima, 35.b
Sepultus est Christus vt ostenderet se verè mortuum, verè resurrexisse, & ex hoc fidem inducere, primæ Corinthiorum decimoquinto, lec. prima, 110.b
Sermonum apostolorum & prophetarum quis firmior 322.a
Sermo viuus dicitur verbum dei quod est Christus, ad Hebræos quarto, lec.2. 262.b
Seruire maiorem minori quomodo dixit Apostol⁹ de Iacob & Esau, ad Romanos nono, lectione secunda, 38.a
Seruitus est duplex, vna timoris & illa non competit sanctis, alia amoris quę eis conuenit, ad Romanos 1. lec.1. 2.a
Seruus est nomen hypostasis vel suppositi quod non est assumptum à Christo, ad Philippen. secũdo, lec. secunda, 197.a
Essentia diuina non videbitur per similitudinem cum nulla eam representare possit, primæ Corinthio.13. lec.4. 105.a
Sodomitarum pœna temporalis, initium fuit æternæ, 323.b
Solicitudo triplex 319.b
Solicitudinem contrahendi in tribus apostolus dissuadet, primæ Corinthiorum septimo, lectione sexta, folio 83.a
Solicitudo aliquando importat diligentiam quęrendi quod deest, quã doque anxietatem animi, ad Philip. 4.lec.1. 201.b
Sors est exquisitio prouidẽtiæ diuinæ de aliquo contingenti humano, ad Ephesios primo, lectiõe quarta, 173.b
Sortibus inesse potest peccatũ triplex, scilicet superstitio, detẽtatio, & vanitas; ad Ephesios primo, lec. quarta, 174.a
Species intelligibiles sunt in intellectu possibili quando nõ intelligit actum, ideo scientia acquisita hîc, nõ destruetur totaliter in patria, primæ Corinthiorum decimotertio, lec.tertia, 104.b
Spectaculum fuerunt apostoli mũdo, angelis & hominibus, primæ Corinthiorum quarto, lectione secunda, 74.a
Sperans maxima libenter suffert difficilia & omnia mala libenter patitur, ad Romanos quinto, lec. prima, 19.b
Sperare vel desperare de aliquo potest contingere dupliciter vel ex parte hominis, vel ex parte diuinæ gratiæ, ad Ephesios secundo, lec. prima, 176.b
Spes viua quæ sit 310.a
Spes importat certam expectationem & quandoque oritur ex causa humnana. quandoque diuina, ad Romanos quarto, lectione tertia, folio, 18.b
Spes consideratur ex magnitudine rei sperate cùm futura gloria expectatur, ad Romanos quinto, lec. prima, 19.b
Spes habet duplicem certitudinẽ, vnam, ex spiritu sancto, aliã ex morte Christi, ad Romanos quinto, lec. prima, eodem b
Spes est motus appetitus in bonũ arduum, ad Philippenses primo, lec. 2. 195.b
Spes animam firmat in deo in hoc mundo, qui est quasi quoddam mare, ad Hebræos sexto, lectione quarta, 268.a
Spiritum sanctum habere potest intelligi dupliciter, scilicet, receptiuè vel dispositiuè, ad Ephesios quinto, lec.7. 190.b
Spiritus sanctus seu spiritus Christi nos iuuat contra infirmitatem præsentem & liberat à morte corporali, ad Romanos octauo, lec. secunda, 31.a
Spiritus sanctus inquãtum dicitur spiritus patris resuscitauit Christum à mortuis, ad Romanos octauo, lec. secunda, eodem b
Spiritus sanctus docet nos & cor nostrum quid agere in terris debeamus vt filii dei simus, ad Roman. 8. lec.3. eodem b
Spiritus sanctus facit nobis omnia cooperari in bonum & quomodo etiam malum cedat in bonũ, ad Roma.8.lec.6. 34.b
Spiritus sanctus est nexus patris & filii & intellectus ex ambobus, primæ Corinthiorum primo, lec. prima, 63.a
Spiritus sanctus reuelauit Apostolis sapiẽtiam & dicitur scrutator, primę Corinthiorum secundo, lectione tertia 68.a
Spiritus sanctus est Christi 318.b
Spiritus sanctus totus in Christo, in nobis per partes 336.a
In spiritus sancti datione tria concurrunt. s. spiritus sanctus inhabitãs, donum gratiæ & charitatis, sacramẽtum nouæ legis, ad Galatas tertio, lectione 2. 156.b
Spiritus sancti fructus enumerat duodecim contra opera carnalia, ad Gala.5.lec.6. 168.a
Spiritus sanctus dicitur signum & spiritus promissionis & pignus hæreditatis, ad Ephesios primo, lectione 5. 174.b
Spiritus sanctus dicitur contristari quando contristatur ille in quo est spiritus sanctus, ad Ephesios quarto, lec.10. 188.b
Spiritus sanctus potest mouere ad tria, scilicet ad cognoscendum, loquendum, & faciendum, ad Hebræ. 11.lec.7. 286.a
Spiritus quieti & modesti 315.a
Spiritus mundi dicuntur tres, scilicet inanis gloria, iracundia, & inuidia, ad Galatas quinto, lectione septima, 169.a
Stadium dicitur à stãdo, quia Hercules currebat 125. passus & postea respirabat, primæ Corinthiorum 9. lec.5. 88.b
Stare multi videntur qui cadunt. Et qui cadere videntur stant, ad Roma.14.lec.1. 55.a
Stimulus carnis qui datus fuit Apostolo intellectualiter de infirmitate quæ dicitur iliaca vel concupiscẽtia, secundæ Corinthiorum 12. lectione 3. 145.a
Subditi sequuntur prælatum suũ in duobus, in dictis & in factis, 1. Corint.11.lec.1. 92.b
Subditus potest prælatũ suũ ammonere charitatiuè, ad Colossen.4. lec.1. 212.a
Subiectio est duplex, vna est volũtaria, alia inuoluntaria, ad Philip.2. lec.3. 198.a
Superbia notatur in quatuor, quãdo aliquis quod habet, à se & non à deo gloriatur se habere &cętera, primæ Corinthiorum quarto, lectione secunda, 73.b
Superbia est appetitus inordinatus & est radix omnium malorum, secũdæ Corinthiorum duodecimo, lec.3. 145.a
Superborum est proprium sequi propriam voluntatem, quia semper quærunt altitudinem, ad Philip. 2. lec.2. 197.a
Surgere à dormitione & à morte Apostolus ammonet, ad Ephesios 5. lec.5. 190.a
Surgere debemus à peccatis sicut Christus à mortuis, vt vlterius non peccemus, ad Romanos sexto, lectione 2. 24.b
Surgere ammonet nos Apostolus à somno, quomodo intelligatur de somno culpæ, ad Romanos 13. lectione 3. 53.b
Suscepit Christus Iudæos & gentiles quanquam nõ fuisset gentibus promissus, tamẽ à prophetis fuit vaticinatum in quatuor locis, ad Ro. 15.lec.1. 58.b
Superfluũ habere quando sit peccatum 307.b
Superfluum naturæ & personæ quid eodem

T

Abernaculum ponere in medio, quatuor modis exponitur, secundæ Corinthiorum sexto, lec. tertia, 132.a
Tabernaculi dispositio quod præcepit deus ędificari in deserto, ad Hebræos 9.lec.1. 273.b
Talmuth non quæ Moyses tradidit, sed stultas fabulas finxit, scilicet, quòd Adam ex alia muliere quàm Eua dæmones procreauerit, 1. Tim. 1.lec.2. 223.a
Temporalia prædicantibus debẽtur, 341.a
Tempus redimere propter multa pericula docet Apostolus, ad Ephesios quinto, lectione sexta, folio 189.a
Tempus differt ab æternitate, quia tempus variatur sicut motus. Aeternitas autem est mensura rei immobilis, ad Hebræos primo, lectione tertia, 253.b
Templum dei violatur per malam doctrinam vel per peccatũ mortale, primæ Corinthiorum tertio, lectione 3. 72.a
Templum dei sunt fideles & illos inhabitat spiritualis modo, 1. Cor.3. lec.3. ibidem
Tenebræ duplices 325.a
Tentãtur qui Christi sunt 318.b
Tentatio probans & decipiens, folio 299.b
Tentatio omnis an sit à carne, folio eodem b
Tentatio est triplex, scilicet, carnis dæmonis & vitæ præsentis, ad Hebræos 4.lec.3. 263.b
Tentare est experimentum de aliqua re de qua dubitatur sumere, primæ Thessalonicenses tertio, lectione 1. 214.b
Tentatio humana dicitur duplici ter, scilicet interior & ista est mala, & exterior quæ est bona, primæ Corinthiorum decimo, lectione tertia, folio 90.a
Tentari suprà vires dupliciter cõtingit, scilicet, naturaliter vel supra virtutem gratiæ, secundæ Corinth. 1.lec.3. 119.b
Tentationibus qualiter congaudendum 298.b
Terra aquis consistit 326.a
Terra potest dupliciter distingui, scilicet in elementũ & in naturã corporalem, ad Hebræos primo, lectione 5. 255.a
Terram fundasse in principio deũ quomodo intelligatur, ad Hebræ. 1. lec.5. ibidem
Terram stare in æternum & cęlos moueri quomodo intelligatur, ad Hebræos primo, lectione quinta, folio ibidem
Terror est quædam trepidatio cũ formidine contrarii & differt à moueri, secundæ ad Thessalonicenses 2.lec.1. 219.b
Testamentũ sumitur aliquãdo pro quolibet pacto, aliquãdo pro dispositione hæreditatis, primæ Corinth. 11.lec.6. 97.b
Testamentum vetus legimus ad testimonium, non ad vsum, ad Coloss.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.lectione 4. 208.a
Timor habet obiecta,scilicet malum quod quis timens fugit & illud à quo quis sibi malum imminere videt, ad Romanos octauo, lectione tertia, 32.a
Timor quadruplex, 337.a
Timorem habuit Christus naturalem,non initialem, eodē.a
Timotheum commendat Apostolus in multis vbi etiam eum instruit de cæteris,primæ ad Timothęum 1. lec.2. 223.a
Tradere dicitur deus aliquos ad reprobum sensum inquantum subtrahit gratiam,ad Romanos primo,lectione 7. 8.a
Tradidit Apostolus publicū fornicarium satanæ vt eum vexaret in corpore,primæ Corinthiorum 5. lectione 1. 75.b
Transgressor & præuaricator differunt 302.a
in Tribulationibus peregrinari, folio 318.a
Tribulatio potest considerari dupliciter,vel secundum se,& sic est tediosa,vel comparatione ad finem,secundæ Corinthiorum primo, lectione tertia, 119.b
Tribulationes apostoli & si propter deum sustinuerunt non minus tamen ad excitandum fideles ad patientiam, pro eis se passos dicebāt, secundæ Corinthiorum primo, lectione tertia, ibidem
Tribulari consueuerunt homines in quatuor, secundæ Corinthio. 4. lectione 3. 126.a
Tribunal Christi dicitur eius iudiciaria potestas,& quomodo ante eū sistentur omnes gētes,ad Roma.14. lec.1. 55.b
Tributa damus in signum subiectionis & quare sacerdotes non debeant dare,ad Romanos decimotertio,lectione 1. 52.a
Tristitiam habuit Apostolus propter ruinam Iudæorum & quomodo tristitia est in sapientibus, ad Romanos 9.lec.1. 36.b
Tristitia est duplex,scilicet qua aliquis totaliter absorbetur & in certo modo tristatur, secundæ Corint. 2. lec.2. 121.b
Tristari pro mortuis quis potest moderatè tamen,primæ ad Thessa. 4.lec.2. 215.b
Tronus est sedes regalis,sed cathedra magistralis tribunal iudicis, ad Heb.1.lec.4. 254.a
Tronus est duplex,scilicet iustitiæ in futuros & gratiæ in præsenti, ad Heb.4.lec.3. 263.b
Tuba dicitur Christus,quia omnibus erit manifestus ad iudicium & clāgitur ad solennitatem,ad pugnā, & ad mouendum castra, primæ Corint.15.lec.8. 116.a
Turpitudo cōsistit in tactibus turpibus & amplexibus & osculis libidinosis,adEphesios quinto,lectione secunda, 189.a

V

VAnum dicitur quod non habet firmitatem,& quomodo aliqui euanuerūt in cogitationibus suis,ad Romanos primo, lectione septima, folio 7.a
Vasis homines comparantur propter quatuor causas,in prologo, ad Romanos 1. 1.
Vectigal dicitur à vehendo, quia hæc de quibus datur vehūtur,ad Roma.13.lec.1. 52.b
Velamen debet habere mulier quādo orat propter angelos, primæ Corint.11.lec.3. 94.a
Vel tamen scripturarū dicitur obscuritas figurarum quæ per Christū euacuata est, secundæ Corinthio. 3. lec.3. 124.a
Velamen dicitur dupliciter apponi,scilicet rei visę vt non possit videri,aut apponitur videnti ne videat, secundæ Corinthiorum tertio, lec. tertia, eodem.a
Vellè deum omnia propter bonitatem suam non intelligitur bonitatem sibi communicandam,ad Ephesios 1.lec.1. 172.b
Velle aliquid deum dupliciter potest intelligi videlicet de voluntate beneplaciti, aut de voluntate signi, primæ ad Timotheum secundo,lec. prima, 225.b
Velle habet aliquid de tuo,quia de potestate tua est velle vel nolle,ideo dicitur meritoriumvel demeritorium, ad Colossenses tertio, lectione quarta, 211.a
Venialia quandoque confitenda, folio 309.a
Venti quatuor mundo afflantes, folio 304.a
Verbum insitum, creatum & increatum, 300.b
Verbo portare virtutis suæ omnia,quomodo dicatur deus, ad Hebræos 1.lec.2. 252.b
Verbum exterius loquētis non est causa sufficiēs fidei nisi hominis cor attrahatur virtute dei loquentis, ad Romanos decimo, lectione secūda, folio 42.b
Verbum crucis pereuntibus stultitia est credentibus dei sapientia & virtus,primę Corinthiorum primo, lec.3. 65.a
Verbum dicitur quod procedit vt conceptus ab intellectu, & sic spiritussanctus non dicitur verbum quia non procedit vt conceptus ab intellectu,ad Hebræos primo,lectione secunda, 25.b
Verbum carnem factum cognoscere per simplicem fidem est satis facile, sed verbum apud deum excedit omnem sensum, ad Hebræos 5. lec. secunda, 262.b
Verbum dei est ipse conceptus dei quo seipsum & alia intelligit, ad Hebræos 1.lec.2. 252.b
Veritatem dicentes ab hominibus odio habentur, quia veritas odium parit,ad Galatas quarto,lectione 4. folio 163.a
Veritas importat adæquationem rei ad intellectum& diuersimodè ad intellectum nostrum & intellectum diuinum, ad Romanos tertio,lectione 1. 13.b
Verum in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiunt, scilicet aut per fidem aut per lumen sapientiæ,ad Titum 3.lec.1. 248.b
Vetustas dicitur macula seu reatus peccatorum actualium seu consuetudo peccandi, ad Romanos sexto, lec.2. 24.b
Vetus homo dicitur interior & exterior,qui subiicitur vetustati quantum ad animam & quantum ad corpus,ad Ephesios quarto,lectione septima, 187.a
Videbunt in extremo iudicio sanctā diuinitatem, mali solùm gloriam carnis,1.ad Timotheū sexto,lectione tertia, 234.b
Videre hîc, vt Apostolus dicit in speculo & in ęnigmate quomodo intelligatur,vide pulchra, primæ Corinth.13.lec.4. 105.a
Vir debet diligere vxorem quia si diligit eam ipsa plus amat eum, ad Ephe.5.lec.8. 191.a
Vir tripliciter coniungitur vxori, scilicet per dilectionem,conuersationem,& carnalem cōiunctionem, ad Ephesios 5.lec.10. eodem b
Vir est perfectior muliere, non solùm quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animæ vigorem,1.Corint.11.lec.1. 93.a
Vir non debet dimittere vxorem nisi causa fornicationis quomodo excipiantur septem causæ,1. Corin. 7.lec.2. 81.a
Vir non debet velare caput suum, sed mulier, primæ Corinthiorū 11. lec.2. 93.b
Vir non debet nutrire comam,sed mulier,primæ Corinthiorum 11.lectione 2 eodem b
Viri debent docere mulieres &nō econuerso,primæ ad Timotheū 2. lectione 3. 226.b
Virga vtitur pastor non gladio,vtitur etiam ea infirmus,ad Hebræos 1.lec.4. 254.a
Virginitas nō cadit sub præcepto sed commēdatur & dignificatur ex authore & dignitate,1.Corinthiorū 7.lec.5. 82.a
Virginitas commendatur & magnis rebus comparatur & angelis parificatur,primæ Corinthiorum 7.lectione 5. ibidem b
Virtutes Theologicæ quæ sint & quomodo subordinentur,& de aliis virtutibus,primę ad Timothęum 1. lectione 2. 223.
Virtutes quatuor sunt quæ necessariæ sunt ad bene viuendum, & ad æternam vitam promerēdam,2.Corint.6.lec.2. 131.a
Virtutis diuinæ proprium est per collationem spiritussancti sanctificare homines,ad Romanos primo,lectione 3. 4.a
Visio est multiplex,scilicet corporalis,spiritualis,æternalis,mometanea,primæ Corinthiorum nono,lectione 1. 86.a
Visio est eorum quorum effectus aliquando sunt occulti,sed quando cum visione habetur significatio, tunc est reuelatio, secundæ Corint. 12.lec.1. 143.a
Visio est triplex, scilicet, corporalis,spiritualis & intellectualis, secundæ Corinthiorum duodecimo, lectione 1. eodem b
Visio dei per essentiam fit per lumen aliquod,scilicet,per lumen gloriæ,secundæ Corinthiorum duodecimo,lec.1. eodem
Visio in fruitione, 332.b
Visus est dignior aliis sensibus & nobilior,spiritualior,& plura demōstrat, primæ Corinthiorum 12. lectione 3. 101.b
Via veritatis in duobus consistit, folio 323.a
Videns & credēs sit ne beatior credente & non vidente 328.a
Vigilandum multis 318.a
Vincere mundum dupliciter contingit 337.b
Vita præsens & futura, vt stateræ duæ, 306.b
Vita in homine est duplex, scilicet vita naturę & vita iustitiæ,prima est ab anima, secūda verò per deum,ad Galatas 3.lec.4. 158.a
Vitare aliquando aliquos iubet ecclesia ne infirmi seducantur, vel vt peccantes corrigantur,2.ad Thessa. tertio,lec.1. 221.b
Viuere neminem nosse secundum carnem ait Apostolus,& quomodo Christum secundum carnem nouerit,pulcherrima valde,2.Corinth.5. lec.4. 129.a
Viuere propriè dicuntur illa quæ mouentur à principio intrinseco,ad Galatas secundo,lectione sexta, folio 155.b
Viuere quomodo dicebantur, qui spiritualiter viuebant in lege,ad Galatas 3.lec.4. 158.a
Viui non prius sortientur consolationem ex aduentu Christi quàm mortui,primæ ad Thessalonicenses 4.lec.2. 216.a
Vnctio extrema à meliori præstita sacerdote efficacior dicitur 308.b
Vnctionis sacramentum iterabile folio 309.a
Vnctionis sacræ & baptismi cur sit aliud & aliud oleum eodem a
Vnctionis sacræ ortus eodem a
Vnctus est Christus vnctione spirituali qua vnctione repletus est spiritu sancto, ad Hebræos primo lectione 4. 254.b
Vnitas est duplex,scilicet ad faciēdum malum & illa est carnis,alia est spiritus,ad Ephesios quarto, lectione prima, 184.a
Vnum esse dominum,vnam fidē, vnum baptisma,& vnum deum,quomodo intelligatur, ad Ephesios 4. lec.2. ibidem a
Vnus deus dicitur propter naturā diuinitatis,vnus creator propter infirmitatem potestatis & multa pulchra de vnitate notantur,1. Corint. 8.lec.2. 85.b
Vnxit te deus deus tuus,quare repetatur deus,ad Hebræos primo, lectione 4. 254.b
Vocat deus hominem exterius per prædicatorem, interius per mentis reuocationem, ad Romanos 8. lectione 6. 35.a
Vocat deus gratis homines & sine pœnitentia saluat, ad Romanos 11, lectione 4. 46.b
Voluit Paulus omnes homines esse sicut ipse erat voluntate antecedenti & non consequenti,1.Corint. 7.lectione 1. 81.a
Voluntas dei duplex, 327.a
Voluntas dei consequens quid est folio eodem a
Voluntas dei non habet causam, sed est prima causa omniū, ad Ephesios 1.lec.1. 172.a
Voluntas & intellectus distinguūtur penes distinctionem veri & boni,ad Hebræos vndecimo, lectione prima, 282.a
Voluntatis humanę motus ad duo tendit,scilicet, ad vitam& honorē, ad Philip.2.lec.2. 197.b
Voluptas in rebus cur humanum appetitum non satiat 310.a
Effectus sunt causæ voluntatis diuinæ ex partæ voliti,ad Ephesios 1. lec.1. 172.a
Vtraque vnum Christum fecisse, scilicet populum Iudaicum & Gentilem,nota pulcherrima, ad Ephesi. 2.lec.5. 178.b
Vxor diligenda est sicut propria caro,& qui eam odit facit contra naturam,ad Ephesios quinto, lectione nona, 191.a
Vxori suæ adhærere & patrem & matrem relinquere, quomodo intelligatur,ad Ephesios quinto,lectione decima, eodem b

X

QVomodo intelligatur Christus secundum quod homo,est filius dei,ad Romanos primo,lectione tertia, 3.b
Vtrum Christus secundum quod est,sit persona, & quomodo intelligatur quæ susćepit & quòd susćepit esse vnam personam, ad Romanos 1.lec.3. eodem b
Christus factus dicitur sub lege cerimoniali & morali, nos autem solùm morali, ad Romanos sexto, lectione 3. 25.a
Christus significat personam prædicatiuè ratione humanæ naturæ 1. Corin.11.lec.1. 92.b
Christi inimici dicuntur esse sub potestate eius inquātum per ipsum conuertuntur, primæ Corinthiorū 15.lectione 3. 112.b
Christus non statim subiicit sibi inimicos suos,sed faciet cum secūdò apparuerit,primæ Corinthiorū 15. lectione 3. eodem.b
Christus dicitur nouissimus, quia Adam induxit primum statum qui dicitur culpæ, Christus autē gloriæ, primæ Corinthiorum decimoquinto,lec.7. 115.b
Christus dicitur cælestis, quia diuina natura fuit vnita humanæ naturæ,primæ Corinthiorum 15.lectione 7. ibidem b
Christo debemus nos conformare quantum ad gratiam, & quātum ad gloriā certo modo,primæ Corinth. 15.lec.7. eodem b
Christum venisse secundum carnē quomodo Apostolus primò intellexerit, postea autem se correxerit, 2. Corint.5.lec.4. 129.a
Christus non habuit corpus fantasticum vt Manicheus dicebat,adRomanos 9.lec.1. 37.a
Christus non attulit corpus suū de cælo vt Valentinus dicebat, ibid.
Christus fuit idem filius dei qui & filius hominis contra Nestorium,folio eodem
Christus fuit minor patre quantū ad humanitatem eodem
Christus maximam charitatem ostendit in eo quod pro inimicis mortuus fuit, ad Romanos quinto, lec. secunda, 20.a
Christus est caput nostrum & nos sumus eius membra, ad Romanos 12.lec.2. 49.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus dicitur caput gentium & quomodo certę prophetiæ de vocatione gentilium intelligãtur, ad Romanos 15.lec.1. 58.b
Christus est vna persona & hypostasis in vtraque natura cõsistens, 1. Corint.2.lec.2. 67.b
Christus dicitur vir vnus, quia singularis quantum ad modum conceptionis,natiuitatis & gratiæ plenitudinis fuit,secundæ Corinthiorũ 11. lectione 1. 139.b
In Christo esse contingit duplici ter,aut per fidei sacramentũ aut per charitatem,secundæ Corinthiorum 12.lec.1. 143.a
Christo quantò quis plus tribulatur,tantò proximior sibi vt vincat existimatur,secundę Corinthiorum 12.lec.3 145.b
Christus fuit minister circuncisionis ad confirmandas patrũ promissiones,ad Galatas 3.lec.6. 159.
Christus est deus & homo & est compositus ex anima & corpore secundum autem quod deus,est,patrẽ habet, ad Ephesios primo , lectione sexta, 172.a
Christus tripliciter fuit exaltatus super omnia,ad Ephesios primo, lectione 7. 175.a
Christus deus omnia subiecit pedibus eius & dedit eum caput ecclesiæ,ad Ephesios 1.lec.8. 176.a
Christus dicitur verbum , dicitur filius,& dicitur imago, ad Philip. 2. lectione 2. 197.a
Christus humanatus non euacuauit se diuinitate,sed nouo modo inœpit esse in humanitate,ad Philip. 2.lec.2. 197.a
In Christo est duplex natura & vnum suppositum & est verus deus & non est sibi data eminentia creaturæ, & similitudo diuinitatis cõtra Fotinum,ad Philippenses 2. lectione tertia, 197.b
Christo subiicimur duobus modis in executione operis & in confessione oris,ad Philip.2.lec.3. ibid.
Christus semper habuit notitiam de omnibus nõ autem alii sancti, ad Philip.2.lec.4. 198.a
Christus dicitur primogenitus qa est principium creaturæ,ad Colosſ. 1.lec.4. 204.b
Christus & ecclesia est vna persona mystica cuius caput est Christus, ad Colos.1.lec.6. 206.a
Christus nõ venit in mundum vt tolleret seruitutem temporalem , ad Titum 2.lec.2. 248.a
Ante Christum, quantumcunque essent iusti,omnes erant sub damnatione,ad Tit.2.lec.3. 147.b
Christus docuit nos abiicere impietatem & secularia desideria , ad Titum 2.lec.3, eodem b
Christus dicitur deus magnus super omnes deos,quia splendor,quia verbum & dominus,ad Hebræos in prologo, 251.b
Christus commendatur à consubstãtialitate coæternitate & æqualitate, ad Hebræos primo , lectione secunda, 252.b
Christus quod habuit ex natura qua deus est meruit per passionem in natura assumptam , ad Hebræ. 1. lec.2. 252.b
Christus fuit minor angelis quantum ad carnis infirmitatẽ, maior autem quantum ad gratiæ plenitudinem,adHebrẽos primo,lectione tertia, 253.b
Christum esse deum excedit omne meritum,sed per passionem meruit, & quod manifestaretur vbique esse deum,ad Hebrẽos primo,lectione quarta, 254.b
Christus est causa salutis & pater est consummator ipsius & per passionem nos adducit ad æternam hæreditatem,ad Hebræos secundo, lectione 3. 258.a
Christus fuit dignior Moyse & Aaron,quia fuit põtifex & sacerdos, ad Hebr.3.lec.1. 239.b
Christus ab instanti conceptionis suæ fuit perfectus & consummatus quantum ad animam,ad Hebræ. 5. lectione 2. 265.a
Christus dicitur sacerdos in æternum, quia nunquam finietur neque successorem patietur, ad Hebræ. 7. lectione 1. 268.b
Christus dicitur minister, quia ministrat sacramenta gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro, ad Hebræ. 8. lectione 1. 272.a
Christus seipsum pro nobis obtulit qui est agnus sine macula,non aliena, ad Hebræos octauo, lectione prima, eodem a
Christus dicitur pontifex & quomodo semel intrauit per sanguinem in sancta sanctorum,ad Hebræos 9. lectione 3. 275.a
Ad Christum accedere ab Apostolo iubemur extra castra,& ei offerre oblationem quo ad deum,miserationem quo ad proximum , ad Hebræ. 13.lectione 2. 293.a

Z

ZElari & æmulari significant amorem alicuius rei & quomodo charitas non æmulatur,1.Corin. 14.lectione 1. 105.b
Zelus quadruplex, 305.

FINIS.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET domino,domino Ioanni de Bus, Antistiti Meldensi,conseruatorique priuilegiorum Parisinæ academiæ dignissimo, Ac mæcenati suo liberalissimo. F. Iacobus Albertus Castrensis.
S. D.

ANtiquitas antistes præstantissime, quod cunctis venerandum esse volebat numini cuidam dedicabat,vt vel religio hominum petulantiam deterreret ab iniuria. Et hoc tandem demigrauit ad studia , vt si quid noui operis pararetur editioni celebri cuidam personæ dedicaretur. Et id tot iam seculis receptum est,vt aduersus rationis exactores sola sufficiat perscriptio. Hoc medio deterrentur inuidi,& res celebrior amabilióque redditur. Hoc me mouet vt omnes meos labores quos foues in studiis tibi consacrem, sub tua protectione ab inuidorum canimis morsibus tuendos. At vt dicit Ecclesiast. Cùm nil sit sub sole nouum & scribendorum librorum nullus sit finis, (vt facto hoc nostrum testatur seculum) mihi perclarius esse fascinus videtur veterum authorum monumenta scribarum temeritate colapsa restituere,quàm noua cudere volumina. Inter antiquos autem Latinos orbis doctores,vix alium digniorem arbitror esse, quàm diuum Thomam Aquinatem,citra cuiusquã contumeliam dixerim . Sit linguarum,peritior Hieronymus. Sit in quæstionum nodis explicandis, & scripturis interprptandis,extensior Augustinus : Sit in sermonibus,dulcior Bernardus. In moribus suadendis,copiosior Gregorius. Excelluerint alii multi suis quique singularibus dotibus,sed quem mihi dabis ? Qui pari sinceritate sacratũ scripturarum, & omnium pene scientiarũ difficiles tractarit,ac resoluerit quæstiones? Qui pari sinceritate sacras tractãt literas ? Qui cautius vitarit suspecta dogmata ? Ipsáque tam apparenter impugnauerit errantium hæreticorũ,argutias soluerit. Lege eum in summa,in qua quęstiones de deo,de angelis,de homine,de anima,de moribus,de Christo,de sacramentis,de statu futuro. Tum bonorũ, tum malorum,lege eũ in sacris,& in aliis eius scriptis. Certè omnia omnium hæreticorũ etiam modernorum repetries soluta argumenta,ita vt spiritu diuino prophetico illustratus fuisse videatur futuros præueniens hæreticos . Lege eum in epistolis Paulinis,in quibus verè Thomas,id est , abyssus fuit & post illum legito alios modernos,siue Erasmum,quem valde amas propter eloquentiam qua pollet,& linguæ ornatum,siue alios modernos quosque,videbis,si quid boni dicant hoc antè dixisse Thomam. Fucco quodam verborum nouum apparere facientes,quod nec nouum , nec aliud est. Hunc igitur dignissime præsul in Paulum accipe-Thomam,cum nouellis scholiis ad facilem certarum materiarum memoriam nouiter adiectis à te enutrito labore,& mihi crede quantum te delectarunt humanarum scripturarum studia, tantum ea abhorrebis, à sacris (quibus iam allectus es & in illis studiosus effectus) diuina & superna delectatione soporatus. Accipe igitur tui Alberti studia , & quem fouisti & amasti , foue & ama.

Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelici doctoris sancti Thomae de Aquino in Epistolas sancti Pauli commentaria foeliciter incipiunt.

VAS ELECTIONIS, &c. Act. 9. Homines in sacra scriptura inueniuntur vasis comparati propter quatuor, scilicet, propter constitutionē, repletionem, vsum, & fructum. ¶ Primo enim quantum ad constitutionem: vas enim artificis arbitrio subiacet. Hieremię 18. Fecit illud vas alterum sicut placuerat ei, &c. Sic & constitutio hominum subiacet dei arbitrio de quo in Psal. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Vnde Esa. 45. dicit: Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis? Et infrà 9. capite ad Rom. Nunquid dicit figmētum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et inde est quòd secundum voluntatem dei artificis diuersa inuenitur vasorum constitutio. 2. Thimo. 2. In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea, & fictilia. Beatus autem Paulus quia vas electiōis nominatur in verbis propositis quale vas fuerit patet, q̄ dicitur, Eccle. 5. Quasi vas auri solidum ornatū omni lapide pretioso. Aureum quidē vas fuit ꝓpter fulgorē sapientię: de qua potest intelligi quod dicitur Prouer. 3. Pretiosior est cunctis opibus. Vnde & beatus Petrus testimoniū perhibet ei, dicens. 1. Petr. 3, Sicut & charissimus frater noster Paulus secūdum datam sibi sapientiā scripsit vobis. Solidum quidem fuit virtute charitatis: de qua dicitur Canti. vlt. Fortis est vt mors, dilectio. Vnde & ipse dicit Rom. 8. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita: &c. poterunt nos separare à charitate Dei. Ornatū autem fuit omni lapide pretioso, scilicet, omnibus virtutibus de quibus dicitur primæ Corinth. 3. Si quis superedificat supra fundamentum hoc aurum, argentū, lapides pretiosos, &c. Vnde & ipse dicit 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est testimoniū conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mūdo. Quale autē fuit vas talia propinauit: docuit enim excellentissimè diuinitatis mysteria, quę ad sapientiam pertinent, vt patet, 1. Cor. 2. Sapientiā loquimur inter perfectos. Commendauit etiā excellētissimè charitatē, 1. Cor. 13, Instruxit homines de diuersis virtutib⁹, vt patet Col. 3. Induite vos sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, &c. ¶ Secūdò etiā ad vasa pertinere videtur, vt liquore aliquo impleātur secundū illud. 4. Reg. 4. Illi offerebāt vasa & illa infundebat. Inuenitur etiā inter vasa diuersitas quātum ad huiusmodi plenitudinē. Nam quædam inueniūtur vasa vini, quędam olei, & diuersa diuersi generis, sic etiam & homines diuersis gratiis quasi diuersis liquoribus replentur diuinitus. 1. Corin. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientiæ, alii, &c. Hoc autē vas de quo nūc agitur plenū fuit pretioso liquore, scilicet, nomine Christi, de quo dicitur. Cāti. 1, Oleum effusum nomen tuum. Vnde dicitur. Vt portet nomen meum. Totus enim videtur fuisse hoc nomine plenus: secundum illud Apoca. 3. Scribam super eum nomen meum. Habuit enim hoc nomen in cognitione intellectus secundū illud. 1, Corin. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Christum. Habuit etiam hoc nomen in dilectione affectus secundum illud Roma. 8, Quis nos separabit à charitate Christi. 1. Corin. vlti. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema: habuit etiam ipsum in tota vitæ suæ conuersatione. Vnde dicebat Gal. 2. Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. ¶ Tertiò quantum ad vsum considerandum est ꝙ omnia vasa alicui vsui deputantur, sed quædā honorabiliorem quædam ad viliorem secūdum illud Roma. 9. An non habet potestatē figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Sic etiā homines secūdum diuinam ordinationem diuersis vsibus deputantur: secundū illud Eccl. 33. Omnes homines de solo & ex terra: vnde & creatus est Adam. In multitudine disciplinæ domini separauit eos, & immutauit vias eorū, ex ipsis benedixit & exaltauit, maledixit & humiliauit. Hoc autem vas ad nobilem vsum est, deputatū est enim vas portatorium diuini nominis. Dicitur enim vt portet nomen meum, quod quidem nomen necessariū erat portari, quia longè erat ab hominibus secundū illud Esa. 30, Ecce nomen domini venit de longinquo. Est autem nobis lōginquum propter peccatum secundū illud Psal. 118. Longè à peccatoribus salus. Est etiā longinquum nobis propter intellectus obscuritatē. Vnde & quibusdā dicitur. Heb. 11. quòd erant à longè aspicientes. Et Nume. 24. dicitur. Videbo eum, sed non modò, intuebor illum, sed non prope. Et ideo sicut angeli diuinas illuminationes ad nos deferunt tanquam à Deo distantes, ita apostoli euāgelicam doctrinā ad nos detulerunt, & sicut in veteri testamento post legem Moysi legūtur prophetæ, qui legis doctrinā populo tradebant secundum illud. Mat. vlti. Mementote legis Moysi serui mei, ita etiā in nouo testamento post euangeliū legitur apostolorū doctrina, q̄ ea q̄ à domino audierūt tradiderūt fidelibus secundū illud. 1, Cor. 11. Accepi à domino quod & tradidi vobis. ¶ Portauit autē beatus Paulus nomen Christi. Primò quidē in corpore, conuersationem & passionem eius imitando secnndum illud Gal. vlt. Ego enim stigmata Christi Iesu in corpore meo porto. Secundò in ore, quod patet in hoc ꝙ in epistolis suis frequentissimè Christum nominat. Ex abundātia enim cordis os loquitur, vt dicitur Mat. 12. Vnde potest significari per columbā, de qua dicitur Gene. 8. Quod venit ad arcam portās ramum olivæ in ore suo. Quia enim oliua misericordiā significat, congruē per ramum oliuæ accipitur nomen Iesu Christi, quod etiā misericordiam significat, secundum illud Matt. 1. Vocabis nomē eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Hunc autē ramum virentibus foliis detulit ad arcā, s. ecclesiā: quando eius virturem & significationē multipliciter expresit, Christi gratiā & misericordiā ostendendo. Vnde iste dicit. 1. Timo. 1, Ideo misericordiā consecutus sum, vt in me primùm ostenderet Iesus Christus omnem patientiam. Et inde est ꝙ sicut inter scripturas veteris testamenti, maximè frequentantur in ecclesia psalmi Dauid, qui post peccatum veniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

obtinuit:ita in nouo testamento frequentantur epistolæ Pauli qui misericordiam consecutus est,vt ex hoc peccatores ad spem erigãtur,quanuis posit & alia ratio esse,quia in vtraque scriptura ferè tota theologia continetur doctrina. ¶Tertiò portauit non solùm ad præsentes,sed etiã ad absentes & futuros scripturæ ipsum tradendo:secundum illud Esaiæ.8,Sume tibi librum grandem,& scribe in eo stilo hominis.In hoc autem officio portandi nomen dei,ostenditur eius excellentia quantum ad tria. ¶Primò quidẽ quantum ad electionis gratiam:vnde dicitur vas electionis,Ephe.1,Elegit nos in Christo ante mundi constitutionẽ. ¶Secundò quantum ad fidelitatem , quia nihil sui quæsiuit,sed Christi:secundum illud.2.Corin.4,Non enim nosmetipsos prædicamus,sed Christum Iesum.Vnde dicit vas electionis est mihi. ¶Tertiò quãtum ad singularem excellentiã:Vnde ipse dicit.1.Cor.15, Abundantius illis omnibus laboraui.Vnde signanter dicit.Vas electionis est mihi,quasi præ aliis singulariter. ¶Quantũ ad fructum cõsiderandum est ꝙ quidã sunt quasi vasa inutilia,vel propter peccatũ vel propter errorem,secundum illud. Hiere. 51. Reddidit me quasi vas inane.Sed beatus Paulus fuit purus à peccato & errore:vnde fuit vas electionis vtile secũdum illud.2.Tim.2,Si quis emundauerit se ab istis:scilicet erroribus & peccatis erit vas in honorem sanctificatũ vtile domino.Vnde vtilitas siue fructus huius vasis exprimitur cum dicitur , Coram Gentibus,quarum doctor fuit secundum illud.1.Tim.2, Doctor Gẽtiũ in fide & veritate.Et regibus quibus fidẽ Christi annunciauit sicut Agrippę,vt habetur.Act.16. Et etiã Neroni & eius principibus.Vnde dicit Phili.1, Quæ circa me sunt magis ad profectũ venerunt euãgelii:ita,vt vincula mea manifesta fierẽt in Christo in omni pretorio.Esa.49,Reges videbũt & consurgent principes.Et filiis Israel:cõtra quos de Christo disputabat. Act. 9, Saulus autem magis conualescebat & confundebat Iudæos qui habitabãt Damasci, affirmans quoniã hic est Christus. ¶Sic igitur ex verbis præmissis possumus accipere quattuor causas huius operis,scilicet, epistolarum Pauli,quas prę manibus habemus.Primò quidem auctorem in vase.Secundò materiam in nomine Christi quæ est plenitudo vasis:quia tota doctrina hæc est de doctrina Christi. Tertiò modũ seu forma in vsu portationis.Traditur enim hæc doctrina per modum epistolarum quæ per nuncios portari consueuerunt secundum illud,2.Para.30,Perrexerunt cursores cum epistolis ex regis imperio,&c. Quartò distinctionem operis in vtilitate prædicta.Scripsit enim.14.epistolas quarũ nouem instruunt ecclesiam Gẽtium:quatuor prælatos & principes ecclesiæ.i.reges: vna populum Israel,scilicet,quæ est ad Hebræ.1.Est enim hæc doctrina tota de gratia Christi,quæ quidẽ potest tripliciter considerari. Vno modo secundum ꝙ est in ipso capite,scilicet Christo,& sic commendatur in epi.ad Heb.Alio modo secundũ ꝙ est in membris principalibus corporis mystici,& sic cõmẽdatur in epistolis quæ sunt ad prælatos. Tertio modo secũdum ꝙ in ipso corpore mystico quod est ecclesia: & sic cõmẽdatur in epistolis quæ mittuntur ad gentiles: quarum hæc est distinctio.Nam ipsa gratia Christi tripliciter potest considerari.Vno modo secundũ se & sic commendatur in epistola ad Ro.Alio modo secundum quòd est in sacramentis gratiæ:& sic cõmendatur in duabus epistolis ad Cor. In quarum prima agitur de ipsis sacramentis.In secũda de dignitate ministrorum.Et in epi.ad Gala.in qua excludũtur superflua sacramenta contra illos qui volebant vetera sacramenta nouis adiũgere.Tertiò cõsideratur gratia Christi secundum effectũ veritatis quem in ecclesia fecit. ¶Agit ergo Apostolus primò quidem de institutione ecclesiæ vnitatis in epistola ad Ephe.Secũdò de eius cõfirmatione & profectu in epi.ad Phi. Tertiò de eius defensione contra errores quidem in epist.ad Col. Contra persecutiones vero præsentes in 1.ad Thes.cõtra futuras vero,& præcipuè tẽpore antichristi in 2. Prelatos vero ecclesiarũ instruit & spirituales & tẽporales. Spirituales quidẽ de institutione, instructione & gubernatiõe ecclesiasticæ vnitatis in prima ad Tim.de firmitate cõtra persecutores in secũda.Tertiò de defensione cõtra hęreticos in epist.ad Tit.Dominos verò tẽporales instruxit in epistola ad Philemonẽ.Et patet ratio distinctionis & ordinis omniũ epistolarũ. ¶Sed videtur ꝙ epistola ad Ro.nõ sit prima:prius enim videtur scripsisse ad Cor.secundum illud Ro.vlti.Cõmendo vobis Pheben quæ est Chencris,vbi est portus Corinthiorũ.Sed dicendum ꝙ epistola ad Cor.prior est tẽpore scripturæ,sed epistola ad Ro.prę-mittitur tũ propter dignitatẽ Romanorũ ꝙ aliis gẽtibus dominabãtur,quia hic cõfutabatur superbia, quę est initiũ omnis peccati,vt dicitur Eccle.10.Tum quia etiam hoc exigit ordo doctrinæ vt prius gratia consideretur in se quàm,vt est in sacramẽtis. ¶Item quęritur vnde Apostolus hãc epistolam scripsit.Aug. dicit quòd de Athenis:Hieronimus quòd de Corintho.Nec est contradictio,quia fortè Athenis incepit eam scribere,sed Corinth.cõsummauit. Itẽ obiicitur cõtra id quod in glosa dicitur quòd aliqui fideles antequã Petrus Romanis prædicauerunt.In ecclesiastica verò historia dicitur quòd Petrus primus prædicauit eis. Sed intelligendum est primus inter apostolos,& cum sequela magnifructus : ante vero prædicauerat Romæ Barnabas:vt habetur in itinerario Clementis.

Quatuor causæ epistolarum Pauli.

Diuisio omnium epistolarum Pauli ex diuerso modo se habẽdi gratia Christi.

Gratia christi tripliciter considerat.

Cap. 1.

Paulus seruus IESV CHRISTI, *uocatus Apostolus segregatus in euangelium Dei.*

¶Hæc epistola in duas ptes diuiditur.s.in salutationẽ,& epistolarẽ tractatũ,ꝙ incipit ibi.(Primũ quidẽ gratias,&c.)Circa primũ tria facit.Primò describitur pson̄a salutãs.secũdò salutatę, ibi(Omnib⁹ ꝙ sunt Romæ.)tertiò salus optata,ibi(Gratia vobis &c.)Circa primũ duo facit. Primò enim describitur persona authoris.secũdò cõmẽdatur eius officiũ,ibi(Quod antè promiserat &c.) Persona autẽ scribẽtis describitur à quatuor. primò quidem ex nomine cùm dicit,Paulus. Circa quod tria cõsiderãda sunt. primò quidẽ proprietas eius. Hoc enim nomẽ serui,quod his literis describitur nõ potest Hebraicũ esse:quia apud Hebraicos non inuenitur hoc elementum P.Sed potest esse Gręcũ & Latinum,si tamen aliquod elementum ei propinquũ sumatur id quod est P,potest esse Hebræum. ¶Secundò cõsiderãda est eius significatio:secundũ enim ꝙ potest Hebręum esse,idẽ est quod mirabilis vel electus:secundũ autem quod est Græcũ,idẽ est quod quietus:secundũ vero quod est Latinũ,idẽ est quod modicus. Et hæc quidem ei cõueniunt.Electus quidẽ fuit quantum ad gratiã. Vnde Act. 9,Vas electionis est mihi iste.Mirabilis fuit in opere.Eccl.43.Vas admirabile opus excelsi.Quietus in contẽplatione.Sapi.8,Intrans in domum meã conquiescã cum illa.Modicus per humilitatẽ.2.Co.15,Ego sum minimus apostolorũ. ¶Tertiò considerandũ est quãdo sit hoc nomẽ apostolo impositum cum tamẽ ante Saulus vocaretur , vt habetur Act.9.Circa hoc triplex est opinio.Hier. dicit ꝙ cũ prius vocaretur Saulus,postmodum voluit vocari Paulus propter quoddã insigne suũ quod fecit.s.quia conuertit Sergiũ Paulũ proconsulẽ:vt habetur Act. 9.Sicut & Scipio dictus est affricanus quia deuicit Affricã.Alii verò dicunt ꝙ hoc nomen impositũ est sibi propter profectũ virtutũ,qui ex hoc nomine signatur:vt dictũ est.Imponũtur enim diuinitus quibusdã nomina à principio natiuitatis ad designandũ gratiam quã à principio consequuntur,sicut patet de Ioanne Baptista.Luc.1.Quibusdã verò mutãtur nomina ad designandũ ꝓfectũ virtutis eorũ,vt Chrys.dicit.Sicut patet de Abrahã.Gene.17.Et de Petro Mat.16. ¶Alii verò dicũt & melius ꝙ Paulus fuit à prĩcipio binomius.Consuetũ enim erat apud Iudæos,vt simul cũ nominibus hebraicis assumerent sibi nomina illarum Gentiũ quibus seruiebant,sicut sub Græcis exeuntes nominabantur nominibus Grẽcorum: vt patet de Iasone & Menelao,2.Machab.4. Hoc autẽ nomen Paulus ab antiquo celebre fuit apud Romanos : & ideo cum diceretur Saulus secundum Heb.vocatus est etiã Paulus secundũ Rom. quo nomine nõ videtur vlus, nisi postquã cœpit Gentibus prædicare. Vnde Act.13,dicitur Saulus,qui & Paulus.Et hoc magis approbat Augu. ¶Secundò describitur pson̄a scribentis ex conditione cùm dicit,Seruus Christi,videtur autẽ esse abiecta cõditio seruitutis si absolutè consideretur.Vnde & sub maledicto pro peccato infligitur.Genes.9. Maledictus Canaam puer,seruus seruorũ erit fratrum suorũ.Sed redditur cõmendabilis,ex eo ꝙ additur Iesu Christi.Iesus enim interpretatur saluator,Matt.1,Ipse enim saluũ faciet,&c. Christus interpretatur vnctus, secundũ illud Psa.44,Vnxit te deus deus tuus,&c.Per quod designatur dignitas Christi,& quantum ad sanctitatem:quia sacerdotes vngebantur,vt patet Exo.28. Et quantũ ad potestatem:quia etiã reges vngebantur,vt patet de Dauid 1.Reg.19.& de Salomone 3.Reg.1. Et quantũ ad cognitionẽ, quia etiã prophetæ vngebantur,vt patet de Helisæo 3.Reg.19.vnctioni gratiæ laudabile est,quia tantò aliquid est perfectius quantò magis suæ perfectioni subiicitur:sicut corpus animæ,& aer luci.Psal.115,O domine quia ego seruus tuus sum. ¶Sed contra est quod dicitur Ioan.15,Iã non dicam vos seruos:sed amicos. ¶Sed dicendum quòd duplex est seruitus.Vna timoris quę non cõpetit sanctis,Rom.8,Non accepistis spiritũ seruitutis.Alia humilitatis & amoris quę sanctis cõuenit secundum illud,Luc.17, Dicite serui inutiles sumus. Cùm enim liber sit qui est causa sui,seruus autẽ qui est causa alterius:sicut ab alio mouẽte,motus si quis sic agat causa alterius sicut ab alio motus,sic est seruitus timoris,qui cogit hominẽ operari cõtra suã voluntatem.Si verò aliquis agat causa alterius,sicut ꝓpter finẽ,sic est seruitus amoris,quia amicorum est benefacere,& obsequi amico ꝓpter ipsum,vt Philosophus dicit in nono ethicorum. ¶Tertiò cõmendatur à dignitate cum dicitur vocat⁹ apostolus. Dignitas apostolatus est prĕcipua ecclesia : secundum illud.1.Cor.12. Quosdã quidẽ posuit deus in ecclesia,primum apostolos.Apostolus enim idẽ est ꝙ missus,secundum illud Io.20,Sicut misit me pater,& ego mitto vos.i.ex eadẽ dilectione & cum eadẽ auctoritate.Dicit autẽ:vocatus apostolus ad designãdum gratiã.i.vocatus ad hoc quod sit apostolus,Heb.5,Nemo assumit sibi honorem.Vel ad designãdum excellentiã,vt sicut vrbs anthonomaticę vocatur ipsa Roma,ita Apostolus vocatur Paulus secundũ illud.1.Cor.15,Abundãtius illis omnibus laboraui.Vel ad designandum humilitatẽ,vt sit sensus,nõ audeo me dicere apostolum,sed homines me vocant:sic 1.Cor.15,Non sum dignus vocari apostolus. ¶Quartò describitur persona scribẽtis ex officio cùm dicit,Segregatus in euãgelium dei. Segregatus inquam vel per cõuersionẽ ab infidelib⁹:secundum illud Gal.1,Cùm autẽ placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ.s.synagogæ,vel segregatus p electionem ab aliis discipulis:secũdum illud Act. 13, Segregate mihi Saulũ,&c.Euangelium autem idem est quòd bona annuntiatio.Annuntiatur enim in ipso cõiunctio hominis ad deum,quæ est bonum hominis,secundum illud Psal.71,Mihi autẽ deo adherere bonum est. Triplex autem coniunctio hominis ad deum annuntiatur in euangelio. Prima quidem per gratiam vnionis,secundum illud Io.1,Verbum caro factum est.Secunda per gratiam adoptionis prout inducitur in Psal. Ego dixi dii estis & filii excelsi omnes.Tertia per gloriam fruitionis.Io.17, Hæc est vita æterna.Esa.52,Quàm pulchri super montes pedes annuntiãtis : hæc autem annuntiatio non humanitus, sed à deo facta est.Esaiæ 21.Quę audiui à domino exercituum deo Israel,annuntiaui vobis.Vnde dicit,in euangelium dei.

Dignitas apostolatus est præcipua

Euangeliũ bona nũtiatio.

Triplex cõiunctio hominis ad deũ nuntiatur in euangelio.

Lectio II.

Quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo,qui factus est ex semine Dauid secundum carnem.

¶Descripta persona scribentis.Hic cõmendatur negotium sibi commissum,scilicet euangelium, cuius in Præmissis duplex cõmendatio posita est,quarum vna pertinet ad vtilitatem quam habet ex materia quę significatur ex ipso euangelii nomine,ex quo datur intelligi quòd in eo bona annuntiẽtur. Alia verò ex authoritate quam habet ex parte authoris,quæ est expressa in eo quod dictum est,dei.Vtranq; ergo cõmendationem prosequitur Apostolus.Primò quidem illam quæ est ex parte authoris. Secundò illã quæ est ex parte materiæ,ibi(De filio suo)Circa primum cõmendatur euangelium quadrupliciter.Primò quidem ex antiquitate quod fuit necessarium cõtra Paganos qui euangelio detrahebant,quasi post lõga tẽpora subito eius prædicatio esset exorta & ad hoc excludendum dicit.Quod antè,quia licet ex tempore certo prędicari incœperit:antè tamen pronuntiatum fuit diuinitus.Esa.10.Anteq̃ venirent indicaui tibi.Secundò ex eius firmitate quæ designatur in hoc quod dicit,Promiserat,quia ipse antè promisit qui non mentitur.Act. 13,Nos vobis annuntiamus eam q̃ ad patres nostros repromissio facta est. Tertiò ex dignitate ministrorũ siue testiũ cum dicit.Per prophetas:quib⁹ antè fuerant reuelata quæ sunt cõpleta circa verbũ incarnatum. Amos 3,Non faciet dominus deus verbum,scilicet, incarnari nisi reuelauerit secretum ad seruos suos prophetas.Act.10,Huic omnes prophetæ,&c.Signanter autem dicit suos : sunt enim aliqui prophetæ spiritu humano loquentes:secundum illud Hiere.23,Visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Vnde dicit Titum 1,Dixit quidam ex illis proprius illorum propheta. Sunt etiam quidam ꝓphetæ demonum qui immundo spiritu inspirantur,sicut prophetæ quos interfecit Helias,vt dicitur 3.Reg.18,Sed prophetę dei dicuntur qui diuino spiritu inspirantur.Ioel.2, Effundam de spiritu meo, &c. Quartò ex modo tradendi, quia non solùm sunt huiusmodi promissa verbo edicta,sed literis scripta.Vnde dicit.In scripturis Abac.2,

Cõmendatur euangelium,

Cõmendatur euangeliũ ex parte authoris.

Multiplices sunt prophetæ.

Scribe visum & explana illud. Non autem cõsueuerunt scribi nisi magna quæ sunt digna memoriâ & quæ oportet ad posteros deuenire. Et ideo vt Aug. dicit 18 de ciuitate dei, tunc incœperũt scribi prophetiæ de Christo per Esa. & Oseam, quando Roma est ædita, sub cuius imperio Christus erat nasciturus & fides eius Gentibus prædicanda. Io. 3. Scrutamini scripturas, &c. Addit autem sanctis ad differentiam scripturarum gentilium. Dicũtur autem sanctę: primò quidẽ, quia vt dicitur, 2. Pet. 1, Spiritu sancto inspirati. 2. Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata. Secundò quia sancta continent. ps. Confitemini memoriæ sanctificationis eius. Tertiò quia sanctificant. Vnde Io. 17, Sanctifica eos in veritate. Sermo tũus veritas est. Vnde dicitur, 1. Macha. 12, Habentes solatio sanctos libros qui in manibus, &c.

Incœperũt scribi prophetiæ de Christo p Esaiã et Oseã cũ Roma primò fuit condita. Cõmendatur euangeliũ ex materia quæ est Christus.

¶ Secundò prosequitur commendationem quæ sumitur ex bonis in euangelio denuntiatis, quę pertinent ad materiam euangelii quę est Christus, quem quidem commendat tripliciter. Primò quidem ex origine. Secũdò ex dignitate siue virtute, ibi (Qui prædestinatus.) Tertiò ex liberalitate, ibi (Per quem accepimus) Originem autem Christi describit duplicem. Primò quidẽ æternam cum dicit (De filio suo) In quo excellẽtiam euangelii designauit. Nam mysterium generationis æternæ ante erat valde absconditum. Vnde Salomon dicit. Quod nomen eius & nomen filii eius si nosti. Sed in euangelio patris testimonio est declaratum. Matth. 3. & 17, Hic est filius meus dilectus. Conuenienter autem filius dei materia sanctarum scripturarum esse dicitur, quæ diuinam sapientiam exponunt, secundum illud Deutero. quarto, Hæc est sapientia vestra & intellectus coram populis. Filius autem dicitur esse verbum & sapientia genita. Primę Corinthio. primo, Christum dei virtutem & dei sapientiam.

Materia omniũ sacrarũ literarũ est christus.

Errores circa filiationẽ Christi.

¶ Sed circa hanc filiationem tripliciter aliqui errauerunt. quidam enim dixerunt eum filiationem habere adoptiuam: sicut Fotinus qui posuit Christum initium sumpsisse ex Maria virgine quasi hominem purum, qui per vitæ meritum ad hanc celsitudinem peruenit, vt præ ceteris sanctis filius dei diceretur. Sed secundum hoc Christo non competeret descensus ad humanitatem, sed magis ascensus ad diuinitatem contra id quod dicitur. Ioan. sexto, Descendi de cælo. Quidam verò posuerunt huiusmodi filiationem solummodo nuncupatiuam, sicut Sabellius qui dixit ipsum patrem incarnatum, & ex hoc filium nominari, ita quòd eadem sit persona & solùm nomina sint diuisa, sed secundum hoc non competeret filio mitti à patre, quod falsum est cùm ipse dicat Ioan. sexto, se descendisse vt faciat voluntatem eius qui misit eum. Alii verò posuerunt sicut Arrius huiusmodi filiationem esse creatam, ita quòd filius dei sit excellentissima creatura, ex nihilo tamen producta postquã prius non fuerat, sed secundum hoc omnia nõ essent per ipsum facta, cõtra id quod dicitur Io. 1, Oportet enim esse non factum per quẽ facta sunt omnia: & hæc tria excluduntur per hoc quod signãter addit suo, id est, proprio & naturali. Dicit enim Hilarius, hic verus & proprius est filius origine & non adoptione, veritate non nuncupatione, natiuitate non creatione: procedit enim à patre sicut verbum à corde, quod pertinet ad eandem naturam, præsertim in deo in quo non potest aliquid accidentaliter aduenire. Vnde ipse dicit Io. 10, Ego & pater vnum sumus. Quòd dicit vnum, liberat te ab Ario: quòd dicit sumus, liberat à Sabellio, vt Aug. dicit. Secũdò tãgit temporalem originem cùm dicit, Qui factus est, vbi statim videtur patrocinium sui erroris assumere tres prædicti errores: p hoc quod dicit, Qui factus est ei, non enim confitentur æternum, sed factum: sed per ea quæ adduntur tollitur eorum intentio: quia enim dicit, Qui factus est ei: excludit dictum Sabellii: non enim potest esse filius factus patri, si sit eadẽ persona cum ipso, sed per incarnationẽ erit filius virginis. Quòd verò subdit, Ex semine Dauid: tollit intẽtionem Fotini. Si enim per adoptionẽ esset factus dei filius: non diceretur factus ex semine Dauid: sed magis ex spiritu, scilicet, qui est spiritus adoptionis filiorum: vt dicitur Roma. 8, Et ex semine dei: vt dicitur, 1. Ioan. 3, Quod verò sequitur secundum carnem: tollit intentionem Arrii: qui ponit eum factum non solùm secundum carnem, sed etiã secundum diuinam naturã. ¶ Est etiam considerandum vlterius q̃ circa ipsum incarnationis mysterium multipliciter aliqui errauerunt. Nestorius enim posuit vnionem verbi ad hominem esse factam solùm secundum inhabitationem, scilicet, prout filius dei hominem illum inhabitauit excellentius cæteris. Manifestum est enim quòd alia est substantia inhabitãtis, & inhabitati: sicut hominis & domus: secundum hoc ponebat aliam esse personam vel hypostasim verbi & hominis, ita quòd alius esset secundum personam filius dei & alius filius hominis. Sed hoc manifestè apparet falsum esse per hoc q̃ Apostolus Phil. 2. vnionem huiusmodi vocat exinanitionem: pater autem & spiritussanctus inhabitant homines secundum illud Io. 14, Ad eum veniemus, & apud eum mansionẽ faciemus. Sequeretur igitur quòd pater & spiritussanctus essent exinaniti: quod est absurdum. Hoc ergo excluditur per hoc quod Apostolus dicit, Qui scilicet filius dei est factus secundum carnem, id est habens carnem ex semine Dauid: qui modus loquendi locum non haberet, si hæc vnio facta esset solum secundum inhabitationem. De aliis enim quos verbum inhabitat, non dicitur quòd verbum factum est hic vel ille: sed quòd factum est ad Hieremiam vel Esaiam. In hoc ergo quòd Apostolus cum dixit, Dei filio suo, addidit, qui factus est ei ex semine Dauid: manifestè excludit errorem prædictum. ¶ Rursus aliqui alii, licet duas personas non concedant in Christo: cõcedunt tamen duas hypostases vel duo suppositа, quod in idẽ reddit, quia nihil aliud est persona quàm hypostasis & suppositum rationalis naturæ: cùm ergo sit vna solùm hypostasis, & vnum suppositũ in Christo: quod est suppositũ vel hypostasis verbi æterni: non potest dici q̃ illa hypostasis sit facta filius dei quia non incœpit esse filius dei. Sed tamen si inueniatur ab aliquo doctore dictum exponendum est, sic factum est vt homo esset deus. Secũdum hoc proprie dicitur, dei filius factus est homo: quia semp non fuit homo. Et ideo legẽdum est quod hic dicitur: vt ly, qui accipiatur ex parte subiecti vt sit sensus, qui filius dei factus est ex semine Dauid, non autem ex parte prędicati: quia sensus esset quòd aliquis existens ex semine Dauid, factus est filius dei, non dicitur verè & propriè sicut dictum est. ¶ Fuerunt autẽ alii qui posuerunt vnionem esse factam secundum conuersionem verbi in carnem: sicut dicitur aer fieri ignis. Vnde Eutices dixit quòd etiam ante incarnationem fuerunt duæ naturæ, post incarnationem vna. Sed hoc est expressè falsum quia cum deus sit immutabilis, secundum illud Malach. tertio, Ego deus & non mutor: non potest in aliquid aliud conuerti. Vnde cum dicitur factus est, non intelligitur secundum conuersionem, sed secundum

Filius dei est à patre sicut verbũ ab intellectu

Error Nestorij.

Rejicitur Nestor.

Refellitur error ponentiũ in Christo duas hypostases seu suppositanõ tamẽ duas personas.

Error Euticeti refellitur.

vnionem absque diuina mutatione. Potest enim aliquid de nouo dici relatiuè de aliquo absque eius mutatione: puta aliquis non immobiliter sedens fit dexter per mutationem eius qui transfertur. Et sic deus dicitur ex tẽpore dominus vel creator per mutationem creaturæ. Et eadem ratione dicitur de nouo factus homo, id est vnitus in persona humanæ naturæ. ¶ Fuerunt enim & alii qui dixerunt animam Christum non habuisse: sed ibi fuisse verbũ loco animæ, scilicet Arrius & Apolinarius: Contra quos est illud Ioan. 10, Nemo tollit animam meam. Quòd ergo dicitur secundum carnem non excluditur à Christo anima, sed caro ponitur pro toto homine, secundum illud Esa. 40, Videbit omnis caro, &c. ¶ Quæritur autem cum nos confitemur Christum natum ex virgine, quare Apostolus dicat eum esse factum ex muliere. Et dicendum quòd illud nascitur quod naturali ordine producitur, sicut fructus ex arbore, vel prolesà parente: quod autem ex voluntate agentis producitur, non secundum naturæ ordinem, (sicut domus ab artifice) non potest dici nasci, sed factum. Quia igitur Christus ex virgine processit naturali ordine quantum ad aliquid, scilicet quòd conceptus est ex fœmina spatio nouem mensium dicitur natus. Quia verò quantum ad aliquid non naturali ordine, sed sola virtute diuina processit absque virili semine, dicitur factus. Eua autem dicitur ex Adam facta, non nata. Isaac autem ex Abraham natus, non factus. Item quare specialiter dicitur ex semine Dauid, & non ex semine Abrahæ, cui promissio facta fuit de Christo, secundum illud Galat. 3, Abrahæ dictæ sunt promissiones. Et dicendum est quòd factum est ad dandam spem veniæ peccatoribus: quia Dauid peccator fuit: ex cuius semine nascitur Christus. Abraham verò iustus, ad cõmendandam etiam dignitatem regiam Christi, Romanis, regnum gentium tenentibus. Excluditur etiam per verba ista triplex error Manicheorum. Primò quidem quòd dicunt non eundem esse deum veteris testamenti: & qui est pater domini nostri Iesu Christi, quod excluditur per hoc quod dicit Apostolus, Quòd deus antè promiserat per prophetas suos de filio suo in scripturis sanctis, scilicet veteris testamẽti. Secundò verò q̃ damnat scripturas veteris testamenti: quas Apostolus hìc dicit sanctas. Nõ enim aliæ scripturæ fuerunt sanctæ ante euangeliũ. Tertiò quòd dicunt Christum habuisse carnem fantasticam: quod excluditur per hoc quòd dicit Christum factum en semine Dauid secundum carnem ei, id est ad gloriam patris, secundum illud Ioan. 8, Ego gloriam meam non quæro, sed gloriam eius qui misit me.

Arrius & Apolinarius refellũtur.

Cur Christus dicitur specialiter ex semine Dauid, & non Abrahæ.

Triplex Manicheorũ error refellitur.

Lectio 3.

Qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.

¶ Commendata origine Christi, hìc commendat virtutem ipsius, & ponit tria. Primò prædestinationem cùm dicit (Qui prædestinatus est.) Secundò dignitatem seu virtutem cùm dicit, (Filius dei in virtute.) Tertiò signum siue effectum cùm dicit, (Secundum spiritum sanctificationis.) Circa primum considerandum est quòd nomen prædestinationis à destinatione sumitur. Dicitur enim prædestinatus quasi antè destinatus. Destinatio autem dupliciter sumitur: quandoque pro missione. Dicuntur enim destinati, qui ad aliquid mittuntur, secundum illud 1. Machab. 1, Destinauerunt aliqui ex populo, & abierunt ad regem. Quandoque verò destinare idem est quòd proponere, secundum illud 2. Machab. 6, Destinauit Eleazarus non admittere illicita. Hæc autem secunda significatio à prima deriuari videtur. Sicut enim nuntius qui mittitur, ad aliquid dirigitur, ita quod proponimus ad finem aliquem ordinamus. Secundum hoc igitur prædestinare nihil aliud est quàm antè in corde disponere quid sit de re aliqua faciendum. Potest tamen aliquis de futura re seu operatione disponere. Vno modo quantum ad ipsam rei cõstitutionem, sicut artifex disponit qualiter debeat facere domum. Secundo modo quantum ad ipsum vsum, vel gubernationem rei: sicut aliquis disponit qualiter debeat vti suo equo, & ad hanc secundam prædispositionem pertinet prædestinatio, non ad primam. Id enim quo aliquis vtitur refert in finem: quia vt Augustinus dicit in libro de doctrina Christiana, vti, est referre aliquid in finem quo fruendum est. Sed cùm res in seipsa constituitur, nõ dirigitur ex hoc ipso in aliud. Vnde prædispositio constitutionis rei, proprie prædestinatio dici non potest. Ergo idem est negare prædestinationem, quòd negare præordinationẽ diuinam ab æterno de his quæ sunt fienda in tempore, sed quia omnia naturalia pertinent ad constitutionem rei ipsius, quia vel sunt principia ex quibus res constituitur, vel ex huiusmodi principiis consequuntur: consequens est quòd naturalia proprie sub prædestinatione non cadunt, sicut non dicimus propriè quòd homo est prædestinatus habere manus. Relinquitur ergo quòd prædestinatio dicatur propriè eorũ solùm quæ sunt supra naturã in quæ rationalis creatura ordinatur. Supra autem naturã rationalis creaturæ est deus solus, cui vnitur rationalis creatura per gratiam. Vno modo quantum ad actum ipsius dei, puta per gratiam prophetiæ, cõmunicatur homini præcognitio futurorũ, quæ est propria deo. Et huiusmodi dicitur gratia, gratis data. Alio modo quantum ad ipsum deum, cui vnitur rationalis creatura, communiter quidem secundum effectum dilectionis, secundum illud 1. Ioan. 4, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Quod quidem fit per gratiam gratum facientem, quæ est gratia adoptionis. Alio modo quæ est singularis Christo per vnionem in esse personali. Et hæc dicitur gratia vnionis. Sicut ergo hominem esse vnitum deo per gratiam adoptionis cadit sub prædestinatione, ita etiam esse vnitũ deo per gratiam vnionis in persona, sub prædestinatione cadit: & quantum ad hoc dicit, Qui prædestinatus est, scilicet esse filius dei. Et ne hoc referatur ad filiationem adoptionis additur, In virtute: quasi diceret, prædestinatus est, vt sit talis filius, vt habeat æqualem imò eandem virtutem cum deo patre: quia vt dicitur Apocalip. 5, Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem, quinimo ipse Christus est dei virtus, secundum illud 1. Corinth. 1, Christum dei virtutem & dei sapientiam. Vnde Ioan. 5, Quæcunque pater facerit, hæc & filius similiter facit. Respectu verò gratiæ gratis datæ non dicitur aliquis prædestinari simpliciter, quia gratia gratis data non ordinatur directè ad hoc quòd ille qui eam recipit, ad finem vltimum dirigatur, sed vt per eam alii dirigantur, secundum illud primæ Corinth. 12, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Manifestum est autem quòd id quod est per se, est mensura & regula eorum quæ dicuntur per aliud, & per participationem. Vnde prædestinatio Christi, qui est prædestinatus vt sit filius dei per naturam, est mensura vi-

Quid prædestinare.

Prædestinatio est prædispositio in corde de vsu rei.

Prædestinatio propriè solùm est eorum quæ sunt supra naturã in quæ creatura rationalis ordinatur.

Sicut omne vnitum deo per gratiã adoptionis cadit sub prædestinatione, sic etiã vnitum per gratiã unionis in persona.

Respectu gratiæ gratis datæ nõ dicitur aliquis prædestinari propriè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ & ita prædestinationis nostræ qui prædestinamur in filiationem adoptiuam,quæ est quædam participatio & imago naturalis filiationis,secundum illud Rom.8,Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Sicut igitur homo Christus prædestinatus nō est propter merita præcedentia, sed ex sola gratia,vt sit filius dei naturalis,ita & nos ex sola gratia,nō ex meritis prædestinamur,vt simus filii dei adoptiui,secundum illud Deut.9,Ne dicas in corde tuo cū deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meā introduxit me deus,vt terram hanc possidere. Est igitur manifestum ad quid sit ista prædestinatio.s.ad hoc ꝙ aliquis sit dei filius in virtute. Sed restat inquirendum quis est iste qui est ad hoc prædestinatus. Cùm autem prædestinatio anteceſsionē importet,videtur quòd ille qui est prędestinatus vt sit filius dei in virtute, non semper fuerit filius dei in virtute. Non enim videtur esse prædestinatio de eo quod semper fuit, quia hoc non potest antecesionem habere. Si igitur poneremus secundum Nestorium quòd persona filii hominis esset alia à persona filii dei,nulla esset dubitatio:quia possemus dicere quòd persona creata filii hominis quæ non fuit ab æterno,ex tempore incœpit esse filius dei in virtute. Et simile est

Opiniones de prædesti natiõe Christi quærefelluntur.

siquis dicat ꝙ est alia hypostasis vel suppositum filii dei & filii hominis. Sed hæc aliena sunt à fide vt suprà dictum est. Cùm igitur nō solùm sit eadem persona filii dei & filii hominis,sed etiā hypostasis & idem suppositū,ratione cuius non potest dici verè & propriè quòd filius hominis est factus filius dei,ne aliquod suppositum creatum intelligatur esse de quo de nouo prædicatur filius dei:pari ratione videtur quòd non possit dici filius hominis esse prædestinatus filius dei,quia filius hominis supponit suppositum æternum,quod fuit semper filius dei. Vnde anteceſsio quā importat prædestinatio locū non habet. ¶ Propter hoc igitur Origenes dicit quòd litera non debet esse qui prædestinatus est: sed qui destinatus est filius dei in virtute vt nulla anteceſsio designetur:& secūdum hoc planus est sensus, quia Christus destinatus.i.missus est à deo patre in mūdum tanquā verus filius dei in virtute diuina. Sed quia cōmuniter omnes libri latini habēt,qui prædestinatus, aliter alii hoc exponere voluerunt secundū consuetudinem scripturæ, in qua dicitur aliquid fieri quādo innotescit:sicut dominus post resurrectionem dicit Mat.vlt. Data est mihi omnis potestas,quia post resurrectionē innotuit talem potestatem sibi esse datā ab æterno. Sed secundū hoc quòd dicit prædestinatus,nō propriæ accipitur,quia prædestinatio est de eo quod pertinet ad gratiā,non autem in hoc gratia Christo facta est,quòd eius virtus diuina innotuit,sed potius nobis. Et ideo etiā in glos.dicitur quòd secundum hunc sensum prædestinatus largè ponitur pro præscito,vt sit sensus,Christus prædestinatus est.i. ab æterno præscitus.vt innotesceret ex tempore esse filius dei in virtute. Vnde quidam alii prædestinationem ad ipsam vnionē referentes non attribuerunt eam personæ,sed naturæ,vt sit sensus, Qui prædestinatus est filius dei invirtute.i.cuius natura prædestinata est vt sit ei vnita,qui est filius dei in virtute. Sed hæc

Eius ē præ destinari cuius est ordinari in finē per suā operationem.

etiam expositio impropria est & extorta. Cùm enim prædestinatio importet ordinē in finem,eius est prædestinari cuius est per suā operationem ordinari in finem. Agere autem propter finem,non est naturæ,sed personæ. Ideo si propriè accipiatur,oportet quòd prædestinatio attribuatur ipsi personæ Christi. Sed quia persona Christi subsistit in duabus naturis,humana scilicet & diuina. secundum vtranque potest aliquid dici de eo:sicut enim de homine potest aliquid dici secundum corpus,vt tangi & vulnerari,aliquid autem secundum animam vt intelligere & velle,ita & de Christo potest aliquid dici,& secundum diuinā naturam,

Mod⁹ quo Christ⁹ propriè dicitur prædestinatus.

sicut ipse de se dicit Ioan.10,Ego & pater,vnū sumus: aliquid secundum humanā,sicut cùm dicimus eum crucifixum & mortuū,& hoc modo dicitur esse prædestinatus secundum humanā naturā. Quanuis enim ipsa persona Christi semper fuerit filius dei, tamen non semper fuit vt existens in humana natura esset filius dei,sed hoc fuit ineffabilis gratiæ. Est autem alia ratio de hoc participio Factus, quod designat actum realem,& de hoc participio Prædestinatus,quòd designat actū animæ. Anima enim secundum suum intellectum & rationem potest distinguere ea quæ sunt secundum rem cōiuncta:potest enim aliquid de pariete albo cogitare,& loqui:seorsum quidem quantū ad hoc quòd est paries, seorsum autē ex hoc quòd est albꝰ. Ita etiā prædestinatio potest attribui personæ Christi secundum quòd subsistit in humana natura,licet nō attribuatur ei secundum quòd subsistit in diuina. Vnde & Apostolus prius filium dei incarnatum esse præmiserat,& postea ei prædestinationem attribuit,vt intelligatur prædestinatus esse secūdum quòd factus est ex semine Dauid secundum carnē, & sic à filio dei explicādo incarnationis mysteriū descendit ad carnem, & à carne secundum prædestinationem ascendit ad filium dei,vt ostendatur quòd neque gloria diuinitatis

Vtrū Christus secundū ꝙ homo, sit filius dei.

impediuit infirmitatem carnis,neque infirmitas carnis diminuit maiestatē dei. ¶ Quæritur autem in glos. primò quidem vtrū Christus secundum quòd homo,sit filius dei:& videtur quòd sic:quia hic est Christus qui prædestinatus est vt sit,sed secundum quòd homo, est prædestinatus,vt sit,ergo secūdum quòd homo, est filius dei. Et dicendum quòd si ly secundū quòd denotat vnitatem suppositi, verū est quòd secūdum ꝙ homo, est filius dei,quia vnū est suppositū dei & hominis. Si autem designat conditionem naturæ vel causam,falsum est:nō enim ex natura humana habet vt sit filius dei. In argumento autem est falsitas compositionis & diuisionis,ex eo quòd ly secundum ꝙ potest determinare participiū Prædestinatus,& sic verū est quòd secundum quòd homo est prædestinatus,vel potest determinare ipsum esse filium dei,ad quod ordinatur prædestinatio:& sic falsum est. Non enim prædestinatus est,vt secundum quòd homo sit filius dei,&

An Christus secundū ꝙ homo, sit persona.

in hoc sensu procedit ratio. ¶ Secūdò quæritur vtrum Christus secundum quòd homo,sit persona. Et dicendum quòd si ly secundum quòd referatur ad ipsum suppositum hominis,est persona diuina. Si verò designet naturæ conditionem vel causam,sic Christus secundum quòd homo non est persona,quia humana natura,non causat nouā personalitatem in Christo. Adiūgitur enim digniori in cuius personalitatē transit. ¶ Item obiicitur de hoc quòd glos. dicit quòd qui suscepit, & quod suscepit est vna persona. Id autem quod suscepit filius dei est humana natura,ergo humana natura est persona. Et dicendum est quòd huiusmodi locutiones sunt exponendæ, vt sit sensus, quòd ille qui suscepit, & natura quam suscepit,vniuntur in

An hæc sit vera, hō est assumptus à verbo.

vna persona. ¶ Quartò quæritur vtrum hoc sit verum, homo est assumptus à verbo : & videtur quòd sic,secundum illud Psal.64,Beatus quem elegisti & assumpsisti. Et dicendum est quòd cùm homo supponat suppositum æternum, non potest propriè dici quòd homo sit assumptus à verbo,non enim assumitur

idem à seipso:sed exponēdum est sicubi inueniatur homo assumptus.i.humana natura. ¶ Quintò quæritur vtrum hæc sit vera,Iste homo semp fuit. Et dicendum est hanc esse veram,ꝓpter hoc quòd homo supponit æternū suppositū. Vnde Heb.vlti.dicitur,Iesus Christus heri, & hodie ipse & in seculā:nō tamen cū reduplicatione est vera huiusmodi propositio. Non enim ille homo secūdum ꝙ homo est,semper fuit,sed secundū quòd est filius dei. Sic igitur patet & de præordinatione & de virtute filii dei. ¶ Restat tertiū scilicet de signo quod tangitur in eo quod subditur,Secundum spiritum,&c. Est enim proprium virtutis diuinæ per collationem spiritus sancti sanctificare homines. Leuit.20,Ego dominus qui sanctifico vos. Ipse etiam spiritum sanctum solus dare potest,secundum illud Esa.42,Hæc dicit dominus deus creans cælos. Et infrà,Dans statum populo qui est super terram,& spiritum calcantibus eam. Ex hoc igitur apparet Christum habere virtutem diuinam,quia ipse dat spiritum sanctum secundum illud Ioan.15,Cùm venerit paracletus quem ego mittam. Eius etiam virtute sanctificamur secundum illud 1.Cor.6, Sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi & spiritu dei nostri. Dicit ergo quòd Christus sit filius dei in virtute,apparet secundum spiritum sanctificationis.i.secundum quod dat spiritum sanctificantem, quæ quidem sanctificatio incœpit ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. i.ex mortuis,secundum illud Io.7,Nondum erat spiritus datus,quia nōdum Iesus fuerat glorificatus, quòd non est sic intelligendum quòd nullus ante Christi resurrectionem spiritum sanctificantem acceperit : sed quia ex illo tempore quo Christus resurrexit incœpit copiosius & communius spiritus sanctificationis dari. Potest etiam intelligi quòd hīc designentur duo signa virtutis diuinæ in Christo. Primum quidem ex hoc quòd dicit secundum spiritum sanctificationis , siue intelligatur secundum sanctificantem spiritum,sicut dictum est : siue intelligatur secundum hoc quòd ipse per spiritum sanctum est in vtero virginali conceptus, quod est signum diuinæ virtutis in ipso,secūdum illud Luc.1,Spiritus sanctus superueniet in te. Et postea sequitur,Ideóque & quod ex te nascetur,sanctum vocabitur filius dei. Secundum autem signum virtutis diuinę est resuscitatio mortuorum,secundum illud Ioan.5,Sicut pater suscitat mortuos,sic & filius. Est ergo sensus quòd apparet Christum esse filium dei in virtute ex resurrectione mortuorum.i.ex hoc quòd mortuos fecit secum resurgere,secundum illud Matt.27, Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, & tandem facit omnes resurgere,secundum illud Ioan.5, Omnes qui in monumentis sunt,audient vocem filii dei,& qui audierint viuent. Vel potest intelligi de spirituali resurrectione mortuorum, quæ est à peccatis,secundum illud Ephes.5,Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Dicuntur autem mortui Iesu Christi, qui ab ipso resuscitantur, sicut & infirmi alicuius medici à quo sanantur. Possunt autem hæc duo signa ad duas præcedentes clausulas referri hoc modo,qui factus est ei ex semine Dauid: & hoc secundum spiritum sanctificationis,ex qua scilicet caro eius concepta est,qui prædestinatus est filius dei in virtute,& hæc apparent in resurrectione mortuorum,&c. Sed prima expositio est melior

Signum ꝙ Christus sit prædestinatus filiꝰ dei in virtute.

Lectio 4.

PEr quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & uos uocati Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei uocatis sanctis, Gratia uobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo.

¶ Postquam commendauit Christum ab origine & virtute, hic commendat ipsum ex liberalitate quæ ostenditur ex muneribus quæ fidelibus contulit. Ponitur autem duplex munus. Vnum quidem commune omnibus fidelibus,scilicet gratia per quam reparamur,quam quidem à deo per Christum accepimus. Vnde dicit, Per quem accepimus omnes fideles gratiam. Ioan.1, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et hīc infrà Rom.5,Per quem accessum habemus in gratiā istam in qua stamus. Conueniens est enim, vt sicut per verbum dei omnia ista facta sunt,vt habetur Ioan.1. Ita per ipsum sicut per artem omnipotentis dei omnia instaurarentur,sicut & artifex eadem arte reparat domum quam condidit. Coloss.1, Per eūm placuit deo reconciliare omnia,siue quæ in cælo,siue quæ in terra sunt. Aliud autem est munus spirituale collatum apostolis quod tangit subdens,Et apostolatum quod est præcipuum inter ecclesiasticos gradus. 1.Corinth.12, Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primùm quidem apostolos. Apostolus autem idem est quòd missus. Sunt enim à Christo missi,quasi eius authoritatem & vicem gerentes. Ioan.20,Sicut misit me pater,& ego mitto vos.i.cum plenitudine authoritatis. Vnde ipse Christus apostolus nominatur Heb.3,Considerate apostolum & pontificem Iesum Christum. Vnde & per ipsum tanquam principalem apostolum siue missum alii sunt secundario apostolatum consecuti. Luc.6,Elegit duodecim quos & apostolos nominauit. Præmittit autem gratiam apostolatui, tum quia non ex meritis, sed ex gratia apostolatū sunt consecuti. 1.Cor.15, Ego sum minimus apostolorum,qui nō sum dignus vocari apostolus,gratia autem dei sum id quod sum,tum etiā quia apostolatus dignè haberi non potest,nisi præhabita gratia sanctificante. Ephes.4,Vnicuique nostrum data est gratia,&c. Describit autem hunc apostolatum. Primò quidem ex vtilitate cùm subdit,Ad obediendum fidei: quasi diceret, ad hoc sumus missi,vt faciamus homines fidei obedire. In his obedientia locum habet quæ voluntariè facere possumus, his autem quæ sunt fidei voluntate consentimus non ex rationis necessitate,cum sint supra rationem. Nullus enim credit nisi volens,vt dicit Aug. Et ideo circa fidem locū habet. Infrà 6,Obedistis ex corde in eam formam doctrinæ,in qua traditi estis. De hoc fructu dicitur Ioā.15,Posui vos vt eatis,&c. Secūdò describitur ex amplitudine cùm subditur,In omnibus gentibus,quia non tantū in vna gente Iudæorū,sed ad inductionē omnium gentiū sunt directi. Mat.vlt. Euntes docete omnes gētes. Specialiter Paulus in omnes gētes apostolatū acceperat,vt ei cōpetere posit quod dicitur Esa.49,Parū est vt sis mihi seruus ad suscitandū tribus Iacob & feces Israel conuertendas,dedite in lucē gentiū. Tamen ab eius apostolatu excluſi nō erāt Iudæi,præsertim qui inter gētes habitabant. Infrà 11,Quādiu quidem ego sum Gentiū apostolus,ministeriū meum honorabo si quo modo ad emulandum prouocē carnē meam,& saluos faciā aliquos ex ipsis. Tertiò ex plenitudine potestatis cùm subdit,Pro nomine eius i.vice & authoritate ipsius. Sicut enī Christus in noīe patris venisse dicitur Io.20, Quasi plenā patris authoritatē habēs,ita & apostoli in noīe Christi venisse dicūtur quasi in ꝑsona Christi 2.Cor.2, Nā & ego quod donaui,siquid donaui,ꝓpter vos in ꝑsona Christi. Vel ꝓ hoc describitur ex fine

Gratia est munus cōmune omnib⁹ fidelib⁹.

Apostolatus præcipuus grad⁹ ecclesiæ.

Apostolus idem ꝙ legat⁹ ambassiator missus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt sit sensus pro nomine eius dilatãdo, nõ pro aliquo terreno fructu sibi quęrendo. Act.9. Vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum. Vnde ad hoc fideles hortabatur. Colos.3. dicens, Omnia in nomine Iesu Christi agite. Quartò ex potestate super illos quibus scribebat qui prædicto apostolatui erant subiecti. Vnde subdit, In quibus, id est inter quas Gẽtes nostro apostolatui subiectas. Estis & vos, scilicet Romani quantis sublimes. Esa.26, Ciuitatem sublimen humiliabit, cõculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum. i. apostolorum specialiter Petri & Pauli. 2. Corint.10, Vsque ad vos peruenimus in euangelio Christi. Subdit, vocati Iesu Christi, id est à Iesu Christo, secundum illud Oseæ 1, Vocabo non populum meum, vel vocati vt sitis Iesu Christi. Infrà 8, Quos prædestinauit, hos & vocauit. Vel vocati Iesu Christi, id est dicti à Iesu Christo Christiani. Act.11, Ita vt cognominarẽtur primũ Antiochiæ discipuli Christiani.

¶ Consequenter describuntur personæ salutatæ, & primò ex loco cum dicit (Omnibus qui sunt Romæ) signanter omnibus scribit, quia omniũ salutem cupiebat. 1. Corint.7, Volo omnes homines esse sicut meipsum. Act.23, dictũ est ei, Oportet te & Romæ testificari. Secundò describũtur personæ salutatæ ex gratia dilectis dei. Circa quod primò ponitur gratiæ origo, quod est dei dilectio. Deu.33, Dilexit populos omnes, sancti in manu illius sunt. 1. Io.4, Non quasi nos dilexerimus deum, scilicet prius, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Dei enim dilectio non prouocatur ex bono creaturę sicut dilectio humana, sed magis ipsum bonum creaturæ causat; quia diligere est bonum velle dilecto: voluntas autem dei est causa rerum, secũdum illud Psal. Omnia quecunque voluit, fecit. Secundò ponitur vocatio cũ subdit (Vocatis) Que quidem est duplex. Vna exterior, secũdum quam vocauit Petrum & Andræam, Matt.4. Alia est vocatio interior, que est secũdum interiorem inspirationem. Pro.1, Vocaui & renuistis. Tertiò ponit gratiam iustificationis, cùm dicit (Sanctis) id est, per gratiam, & sacramẽta gratiæ sanctificatis. 1. Corint.6, Sed abluti estis, sed sanctificati estis, vt sitis dilecti à deo, vocati ad hoc quod sitis sancti. ¶ Deinde ponũtur bona q̃ eis optat: Quæ sunt, gratia & pax. Quorum vnum. s. gratia, est primum inter dei dona, quia per eam iustificatur impius. Infrà 3, Iustificati gratis per gratiam ipsius. Aliud autẽ, scilicet pax, est vltimũ quod in beatitudine perficitur. Psal. Qui posuit fines tuos pacem. Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requiescet in plenitudine omnis boni cõsequens immunitatẽ ab omni malo. Esa.32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et sic per hæc duo bona, tria media intelliguntur. Ostendit etiam consequenter vnde sint huiusmodi bona expetãda, cùm subdit, A deo patre nostro. Iacob.1, Omne datum optimũ, & omne donum perfectũ desursum est descẽdens à patre luminum. Psal.83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Addit autem, & domino Iesu Christo: quia dicitur Ioan.1, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ipse etiam dicit Ioan.14, Pacẽ meam do vobis. Quod autem dicit, Deo patre nostro, potest teneri essentialiter pro tota trinitate, quę dicitur, pater, quia nomina importãtia relationem ad creaturam cõmunia sunt toti trinitati: sicut creator, & dominus. Addit autem, Domino Iesu Christo. Nõ quòd sit alia persona à tribus, sed propter humanam naturam, per cuius mysterium ad nos dona gratiarum perueniũt. 2. Pet.1, Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit. Vel potest dici, q̃ hoc quòd dicit, deo patre nostro, tenetur pro persona patris, quę secũdum proprietatem dicitur, pater Christi, sed secundum appropriationem, pater noster. Ioan.20, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum. Tangitur autem persona filii, cùm dicitur, Et domino Iesu Christo. Persona autem spiritus sancti non ponitur, quia intelligitur in donis eius, quæ sunt gratia & pax. Vel etiam quia intelligitur in duabus personis, patris & filii, quarum est vnio & nexus. ¶ Lectio 5.

Origo gratiæ est dei dilectio.

Duplex vocatio.

Gratia est primũ donorum dei, pax ultimũ

Primùm quidem gratias ago deo meo per Iesum Christũ pro omnibus uobis, quia fides uestra annuntiatur in uniuerso mũdo. Testis enim est mihi deus, cui seruio in spiritu meo in euãgelio filij eius, quòd sine intermissione memoriã uestri facio semper in orationibus meis obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uolũtate Dei ueniẽdi ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliquid impartiar uobis gratiæ spiritualis ad confirmandos uos, id est, simul cõsolari in uobis per eam quæ inuicem est, fidem uestram atque meam. Nolo autem uos ignorare fratres, quia sæpe proposui uenire ad uos & prohibitus sum usq; adhuc, ut aliquem fructum habeam in uobis, sicut & in cæteris Gentibus. Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quòd in me promptum est, & uobis, qui Romæ estis, euangelizare. Non enim erubesco euangelium.

¶ Præmissa salutatione, hic Apostolus epistolarem tractatum incipit. In quo primò ostendit affectũ suum ad eos quibus scribebat, vt reddat auditores beneuolos. Secũdò instruit eos de veritate quę pertinet ad virtutem gratię Christi, ibi (virtus enim dei est) Ostẽdit autem affectũ ad eos tripliciter. Primò quidem ex gratiarum actione qua de earum bonis gratias agit. Secũdò ex oratione quam pro eis ad deum fundit, ibi (Testis enim est mihi deus) Tertiò ex desiderio visitationis eorum, ibi (Obsecrans si quo modo). Circa primũ tria oportet cõsyderare. Primò quidem gratiarum actionis ordinem, cùm dicit, Primũ quidem gratias ago deo meo. Necesse est enim vt in omnibus gratiarũ actionem præmittamus secundum illud 2. Thes. vlti. In omnibus gratias agite. Non enim est dignus beneficiũ consequi, qui de acceptis beneficiis gratias nõ egit. Sapien.16, Ingrati spes tanq̃ hybernalis glacies tabescet. Et Eccle.1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, quia ad principium vnde proueniũt beneficia, reuertũtur. s. per gratiarum actiones, vt iterum fluãt. scilicet per iteratam beneficiorum exhibitionem. In omnibus autem quę petimus vel agimus diuino beneficio indigemus, & ideo ante omnia debet gratiarum actio præmitti. Secũdò, designat personas tres, quarũ vna est persona cui fit gratiarum actio, quam designat, dicens, Deo meo. s. cui debetur gratiarũ actio de omnibus bonis, quia ab eo fluunt. Iaco.1, Omne datum optimum & omne donum perfectũ desursum est &c. Et quanuis sit deus omniũ per creationẽ & gubernationem, secũdum illud infrà 4. Dominus omnium. specialiter tamen dicitur esse deus iustorum tripliciter. Primò quidem secũdum specialẽ curam quam de eis gerit. Psal. Oculi domini super iustos. Et alibi, dicit, Dominus illuminatio mea. Secundò, per specialẽ cultum. Exod.15, Iste deus meus & glorificabo eum. Tertiò, quia eorum præmium. Gen.15, Ego dominus merces tua magna nimis. Secũda persona est mediatoris, quam tãgit, dicens, Per Iesum Christum. Eodem enim ordine debet gratiarum actio in deum recurrere quo gratiæ à deo in nos deueniũt, quod quidẽ est per Iesum Christum. Infrà 5, Per quem accessum habemus per fidẽ in gratiam qua stamus. Tertia est persona illorum

In oĩbus indigem⁹ dei beneficio.

De⁹ dicitur specialiter dominus iustorum tripliciter.

pro quibus gratias agit, quam designat subdens, Pro omnibus vobis: quia scilicet eorũ gratias quasi suas reputat propter vinculum charitatis. 1. Ioan.2. Maiorẽ horum non habeo gratiam q̃ vt audiam &c. Signãter autem dicit, Pro omnibus vobis: quia. s. omnibus placere desiderat. 1. Corinth.10, Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et omniũ salutem cupit: secũdum illud 1. Corint.7, Volo omnes homines esse sicut meip sum. Tertiò, ponit materiam gratiarum actionis, cùm subdit, Quia fides vestra annũntiatur in vniuerso mũdo, quod agit quidem gratias de fide, eo quòd est bonorum omniũ spiritualium fundamẽtum. Hebr.11, Est autem fides sperãdarum substãtia rerum. Cõmendantur autẽ Romani de fide: quia fidẽ de facili susceperãt & in eadẽ firmiter permanebãt. Vnde & vsq; hodie apud eos plurima fidei signa ostẽduntur in visitatione sanctorũ locorum: vt Hieronymus dicit super epistolã ad Gal. Nondum tamen perfectam fidem habebãt: quia aliqui eorum præuenti erant à pseudoapostolis, vt crederent legis cerimonias euãgelio iungẽdas. Gaudet autem & gratias agit de eorum fide, non solùm propter eos, sed propter vtilitatem inde consequẽtem: quia scilicet eorum exẽplo qui erant domini Gentium, aliæ Gentes prouocabantur ad fidem: quia vt dicit Glo. promptè facit inferior, quod videt fieri à superiori, propter quod admonentur prælati, vt fiant forma gregis ex animo, 1. Pet. vltim. ¶ Consequẽter cùm dicit (Testis enim &c.) ostendit affectum suum ad eos ex oratione quam pro eis fundit. Et quia orationis negotium in secreto agitur coram deo secundum illud Matth.6, Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuum. dei testimonio probat se pro eis orare. Primò ergo inducit testem. Secundò, manifestat supra quod testimonium indicat, quòd sine intermissione. Testem autẽ inducit, cùm dicit, Testis est mihi deus sub cuius testimonio omnia aguntur. Hiere.19, Ego sum iudex & testis. Et vt iustum testẽ non frustrà inuocare ostendat, ponit cõsequenter quomodo sit ei coniunctus. Primò quidem quãtum ad seruitium, cùm dicit, Cui seruio, scilicet per latrię cultum. Deu.6, Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundò, quãtum ad modum seruiẽdi, cùm dicit, In spiritu meo. Quasi dicat non solùm in exteriori seruitio corporali, sed præcipuè interius secundum spiritum. Io.4, Spiritus est deus, & eos qui adorãt eum in spiritu & veritate adorare oportet. Vel in spiritu. i. in spiritualibus obseruãtiis, non in carnalibus, sicut Iudæi. Philip 3. Nos sumus circuncisio, qui spiritu dei seruimus deo. Tertiò, quãtum ad officium in quo seruit, scilicet in euangelio filii eius, secundum illud suprà eodẽ, Segregatus in euangelium. Quod quidẽ est filii dei tripliciter. Vno modo, quia est de ipso. Luc.2. Euãgelizo vobis gaudiũ magnũ. Alio modo, quia est ab ipso p̃dicatũ ex ꝓprio officio. Luc.4. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Tertiò, quia est ab eo iniunctum Marc. vlt. Prędicate euãgelium omni creaturæ. Sed secundum Aug. cùm idem sit, testis est mihi deus, quòd iuro per deum, videtur Apostolus facere contra id quod dominus dicit Matt.5, Ego dico vobis non iurare omnino. Iac. vlti. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare. Sed sicut dicit Augu. lib. cõtra Manicheos, Intellectus sacræ scripturæ ex actibus sanctorũ intelligitur. Idem enim spiritus quo sacræ scripturæ sunt æditæ, secundum illud 2. Pet.1, Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines, sanctos viros ad operãdum inducit. infrà 8, Qui spiritu dei agũtur, hi sunt filii Dei. Ex hoc ergo q̃ Paulus iurasse inuenitur, ostenditur verbũ domini & apostoli Iacobi non sic esse intelligẽdum quasi iuramẽtum sit omnino illicitũ, sed quia ad hoc homo niti debet, vt quãtum ex ipso est iuramẽto, nõ vtatur tanq̃ quodã bono & per se appetibili, tum propter periculum quod imminet ex frequẽti iuratione, ne homo labatur in periurium ꝓpter labilitatẽ humanę linguæ, secũdum illud Eccle.23, Iurationi nõ assuescat os tuum, nam multi &c. Tum etiã quia cõtra reuerẽtiam dei facere videtur qui ipsum absq; necessaria causa testẽ inducit. Vnde Eccle.23. Nominatio dei nõ sit assidua in ore tuo, Vnde nec Apostolus iurasse inuenitur nisi scribẽdo: quãdo homo cum maiori deliberatione & cautela loquitur. Est autem quãdoq; necessarium iuramẽtum, vt fides verbo dicẽtis adhibeatur, quod quãdoq; vtile est etiam ei qui audit. Et sic Apostolus iurat propter vtilitatem auditorum quibus erat vtile vt ei crederẽt, quasi nõ quærens quod sibi vtile est, sed multis, vt salui fierent. Vnde quòd dominus dicit Mat.5, Quod amplius est, scilicet q̃ simplex verbum, à malo est, nõ est intelligẽdum à malo eius qui iurat, sed eius qui exigit iuramẽtum: nõ quidẽ à malo culpæ, nisi in casu quãdo existimat quis eum à quo exigit iuramẽtum esse falsum iuraturum: tunc enim est graue peccatũ, vt dicit Aug. Sed intelligit esse à malo pœnæ, scilicet ignorãtia qua nescimus an sit verum quod dicitur nobis. Est autem duplex modus iurandi. Vnus quidem per simplicem attestationem, sicut cùm dicitur, per Deum, vel, testis est mihi deus, & hoc modo Apostolus iurat hic. Alius autem per execrationem, quando scilicet aliquis implorat diuinum testimonium secundum pœnam sibi infligẽdam si mẽtitur, secundum illud Psal. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, &c. Et hoc etiam modo Apostolus iurat 2. Corinthio.1, Testem deum inuoco in animam meam. ¶ Consequenter ponit id supra quod eum testem inuocat, dicens, quòd memoriam vestri facio semper in orationibus meis quę sunt sine intermissione, scilicet, quia semper in orationibus suis pro eis orabat propter vtilitatem cõmunem quæ ex eorum conuersione proueniebat. 1. Reg.12. Absit hoc peccatum à me in domino, vt cessem orare pro vobis. Quod autẽ dicit, Memo. vest. facio, dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, Memoriam vestri habeo, secundum illud Psal.21, Adhereat lingua mea faucibus meis si nõ meminero tui. Alio modo, Memoriam vestri facio, scilicet, coram deo qui respicit orationes humilium. Et sic dum sancti pro aliquibus orãt, quodãmodo diuino aspectui proponũtur, sicut &cętera sanctorum facta. Vnde 3. Reg.17. dixit mulier ad Heliam, Ingressus es ad me, vt rememorẽtur iniquitates meę. Quasi illud sit in memoria & in oculis dei quod cõtra iustos agitur. Quòd autem dicit orationes sine intermissione se habere, congruit ei quod dicit 2. Thess. vlt. Sine intermissione orate. Et Luc.18. Oportet semper orare, & nunquã deficere. Quę quidem possunt intelligi tribus modis. Vno modo, quãtum ad ipsum actum orãdi, & sic semper vel sine intermissione orat, qui statutis temporibus & horis orat. Act.3, Petrus & Ioãnes ascẽdebant in templum ad horam orationis nonam. Alio modo, quãtum ad finem orationis qui est, vt intellectus noster ascẽdat in deum. Et sic tandiu orat, quãdiu agit corde, ore, vel opere, vt in deum tendat. Et sic semper orat qui totam vitam suam in deum ordinat. 1. Corinth.10. Siue manducatis siue bibitis &c. Tertio, quãtum ad causam, dum enim aliquis agit vnde alii pro eo orent, ipse orare videtur, vt patet in his qui dant eleemosy-

Fides est fũdamẽtũ omniũ bonorũ spiritualiũ.

Euãgelium dicitur esse filij dei tripliciter.

Iurat Paulus.

Quõ intelligatur nolle iurare oĩno Iuramentũ nõ est oĩno illicitum.

Duplex iuramentum.

Tripliciter dicitur quis semper orare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas pauperibus qui pro eis orāt.Eccle.29.Conclude eleemosinā in sinu pauperis &c.Sic ergo continuāda est littera,gratias ago pro vobis,quia bona vestra reputo quasi mea, quod patet ex hoc q̄ pro vobis oro,sicut pro meipso. ¶Deinde cùm dicit(Obsecrans &c.)probat affectum suum ex desiderio visitationis.Et primò ponit desiderium.Secundò propositum exequēdi,ibi (Nolo autē vos ignorare &c.)Circa primum, duo facit.Primò ponit desiderii signum.Secundò desiderii causam,ibi(Desidero enim.)Signum autē desiderii est oratio quam faciebat:ex hoc autē signum ostenditur desiderii huiusmodi. primò quidē intensum per hoc quod dicit,Obsecrans,quasi ob sacra cōtestans,sicut pro aliquo magno,quod mea merita excedit. Prou.18.Cum obsecrationibus loquitur pauper,&diues effabitur rigidè.Quod autē intēse desideratur,magnum desiderāti videtur.Secundò ostēditur esse anxiū,cùm dicit,si quo modo.quæ enim anxiè aliquis desiderat,quærit adipisci quocunq; modo,siue facili,siue laborioso.Phil.1, Quid enim dum omni modo prædicetur,sive per occasionem,siue per veritatem Christus annuntietur.Et in hoc gaudeo,sed & gaudebò. Tertiò ostēditur diuturnum in hoc q̄ dicit,Tandē aliquādo.s.post longa desideria.Iusti enim nō ad horam,sed perseuerāter afficiuntur.Prou.17.Omni tēpore diligit qui amicus est.Quartò ostēditur esse rectum ex hoc quod est diuinæ voluntati cōforme.Vnde subdit,Prosperū iter habeam,& hoc in voluntate dei.i.secūdum volūtatem eius,secūdum quam solùm aliquid reputo prosperum,sicut & dominus dicit Matt.26,Nō mea volūtas,sed tua fiat. ¶Deinde cùm dicit(desidero enim &c.)Ostēdit desiderii causam, quæ quidē est duplex.Vna vtilitas eorum qui erant visitādi.Vnde dicit,Desidero enim videre vos:Phil.1, Cupio omnes vos esse in viscerib⁹ Christi.Et hoc non in vanū,sicut est in amicitia seculari,sed vt impartiar,id est,trādā vobis aliquid gratiæ spiritualis nō tanq̄ actor gratię,sed sicut minister.1.Cor.4.Sic nos existimet homo,vt ministros Christi,& hoc ad cōfirmādos vos,scilicet in fide quā suscepistis.Luc.22,Et tu aliquādo conuersus,cōfirma fratres tuos.Impartitur autē gratiā minister multipliciter.Tum p administrationem sanctorū gratię. 1.Petr.4.Vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutrum illā administrantes &c.Tum per exhortationē sermonū.Ephe.4,Omnis sermo malus ex ore vestro nō ꝓcedat,sed si quis bonus est ad ædificationē fidei,vt det gratiam audiētibus.Secunda causa est mutua consolatio quæ cōsideratur in conuictu amicorum.Vnde subdit, Id est consolari in vobis,hoc est,me videre vos & impartiri gratiam, & me simul consolari cum vobis,per eam quæ inuicem est fidem vestrā atq; meam . Ad mutuam enim cōsolationem reddit,si vnanimes in fide reddamur.2.Cor.7.Qui consolatur humiles,consolatus est nos,deus,in aduētu Titi. Non solū &c. ¶Deinde cùm dicit(Nolo autem vos ignorare)ne videatur esse vanum desideriū,subdit propositum prosequendi.Et primò proponit propositum.Secundò causam propositi,ibi(vt aliquem fructum). Tertiò cōcludit propositi prōpritudinem,ibi(Ita quod in me)circa primum,duo facit.Primò ponit propositum.Secūdò impedimētum,ibi(Et prohibitus sum &c.)Dicit ergo primò,Nō solùm desidero vos videre,sed etiā proposui ad hoc operam dare:& hoc nolo vos ignorare, quia sæpe proposui venire ad vos,vt dilectionem meam ostēderem nō solùm verbo & lingua,sed etiam opere & veritate,vt dicitur 1.Ioan.3. Secundò tāgit obstaculum impediēs eum ab isto proposito exequēdo,dicens,Prohibitus sum vsq; adhuc.& hoc vel à diabolo qui nititur impedire prædicationem ex qua prouenit salus hominum.Prou.25. Vētus aquilo dissipat pluuiam.i.doctrinas prędicatorum.Vel etiam ab ipso secundum cuius nutum dispēsantur itinera & verba. Iob 37.Nubes.i.prædicatores spargunt lumen suum quæ lustrant cuncta per circuitum quocunq; eas,voluntas gubernātis duxerit.Vnde & Act.16,dicitur, Trāseuntes autem Phrigiam & Galatiæ regionem veta ti sunt à spiritu sancto loqui.Et iterum,tentabāt ire in Bithiniam, & nō permisit eos spiritus Iesu. Vtrunq; autem horum vult Apostolus eos non ignorare propter eorum vtilitatem,vt scilicet cognoscētes affectum Apostoli,deuotius eius verba suscipiant,& impedimētum visitationis eius imputent suæ culpæ,& sic corrigātur.Nam in pœnam culpæ dicitur,Esa.5.Mandabo nubibus meis ne pluāt super eam imbrem. ¶Deinde ponit causam duplicem propositi. Quarum prima est vtilitas.Vnde dicit,Vt aliquem fructum habeā in vobis,sicut in cæteris Gētibus,quibus.s.prædicaui,quod potest dupliciter intelligi.Vno modo quasi dicat, Vt faciam aliquem fructum in vobis per meam prædicationem.Ioan.15,Vt eatis & fructum afferatis.Alio modo quasi ex eorum cōuersione ei fructus accrescat,secundum illud Ioan.4,Qui metit, mercedē accipit, & fructum cōgregat in vitam æternam.Alia autem causa est debitum quod sibi imminebat ex suscepto officio.1.Corint.9.Si non euāgelizauero,væ mihi est,&c.Et quia vniuersalem Gentium apostolatum susceperat omnibus se afferit debitorem,secundum illud 1. Cor.9. Cum essem liber ex ominbus , omnium me seruum feci.Et ideo duplicem diuersitatem ponit.Vnam quidem secundum Gentem,cùm dicit,Grecis ac Barbaris.Dicitur autem aliquis Barbarus dupliciter.Vno modo secundum quid,qui.s.est extraneus quoad aliquem, secundum illud 1.Corinth. 14, Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar Barbarus.Alio modo simpliciter, qui scilicet est extraneus à communitate hominum,inquantum ratione non regitur.Vn de proprie Barbari dicuntur,qui ratione non reguntur,secundum quod dictum est 2.Macha.15.Ne ita ferociter ac Barbarè feceris.i.inhumanè.& quia Græci fuerunt primi legum inuentores,omnes Gentiles,qui humanis legibus reguntur,nominat Grecos.De Iudæis autem,qui diuinis legibus regebantur,mentionem non facit:quia non erat institutus apostolus Iudeorum,sed Gētilium.Gal.2.ita vt illi in circumcisione,nos autem in Gētibus. ¶Ex vtraq; autem causa concludit promptitudinem voluntatis,eùm subdit,Ita quod in me.i.quātum ad me pertinet,dummodo aliunde non impediar,promptum est,& vobis qui Romæ estis euangelizare.Exod.35, Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi,si obtulit mente promptissima atque deuota. Et excludit impedimentum promptitudinis.s.erubescentiam,propter quam multi ea prætermittunt, quæ aliàs facerent promptè,& hoc est quod subdit , Non enim erubesco euangelium,quod quidem infidelibus apud quosdam erubescibile videbatur, propter id quod dicit 1.Corinthi.1, Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidē scādalum,Gentibus autem stultitiam. Nō est autem secundum rei veritatem erubescendum propter id quod sequitur,Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam. Vnde dicitur Luc.9, Qui erubuerit me & meos sermones , hunc filius hominis erubescet . Et inde est quòd baptizati liniuntur chrismate in fronte signo crucis,

Barbarus quisdicitur dupliciter. Qui ꝓpriè Barbari. Qui à Paulo dicūtur Græci.

vbi est sedes verecundiæ,ne scilicet euangelium erubescant. Lectio 6.

VIrtus enim dei est, in salutē omni credēti,Iudæo primū & Græco.Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidē, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit . Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui ueritatem dei in iniustitia detinent , quia quod notum est dei , manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi,per ea quæ facta sunt,intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas.

¶Postq̄ Apostolus Romanos fideles quibus scribebat,sibi beneuolos reddidit,ostendēdo affectū suum ad eos,hìc incipit instruere eos de his q̄ pertinēt ad euāgelicam doctrinā,in quā se segregatū prædixerat.Et primò ostēdit virtutē euāglicę gratiæ.Secūdò exhortatur ad executionē operū huius gratiæ.12.cap.ibi(Obsecro itaq;)Circa primū,duo facit.Primò ꝓponit quod intēdit.Secūdò manifestat propositū,ibi(Reuelatur enim.)Circa primū,tria facit.Primò proponit virtutē euāgelicę gratiæ.Secūdò exponit,ibi(iustitia enim.) Tertiò expositionem cōfirmat,ibi(Sicut scriptū est.)Dicit ergo primò,Ideo euāgelium nō erubesco, quia q̄uis vt dicitur 1.Cor.1,Verbū crucis pereūtibus quidē stultitia sit,nobis tamen virtus dei est. Virtus enim dei est.quod potest intelligi vno modo,qa virtus dei in euāgelio manifestatur,secūdum illud Psa.90,Virtutem operū suorum annūtiabit populo suo. Alio modo,quia ipsum euāgelium in se dei virtutem cōtinet,secundū illud Psal.67,Dabit voci suę vocē virtutis.Circa quam virtutē tria sunt cōsiderāda.Primò quidē ad quid se ista virtus extēdat,& hoc designatur,cū subditur, In salutē.Ia.1,In māsuetudine suscipite insitū verbū quod saluare potest animas vestras.Quod quidē fit tripliciter. Vno modo inquātum p verbū euāgelii remittūtur peccata. Io.15, Iam mūdi estis ꝓpter sermonē quem locutus sum vobis.Secūdò inquātum per euāgelium homo cōsequitur gratiam sanctificātem.Io.17,Sanctifica eos in veritate,sermo tuus veritas est. Tertiò inquātum perducit ad vitā æternam.Io.6.Verba vitæ æternæ habes.Secūdò per quem modū euāgeliū salutem cōferat,quia tripliciter.Primò per fidē.Mar.vlt.Prædicate euāgelium omni creaturę,qui crediderit & baptizatus fuerit,saluus erit.Secūdò per cōfessionem,infrà 10,Oris cōfessio fit ad salutē. Tertiò per scripturā.Vnde etiā verba euāgelii scripta virtutē salutiferā habēt,sicut beatus Barnabas infirmos curabat,euāgelium superponēdo.Cauēdę sunt tamen superstitiones characterū,quia hoc est superstitiosum.Vñ Eze.9, Illi saluati sunt,in quorū frōtibus est scriptū,thau, quod est signū crucis.Tertiò quibus euāgelium fit in salutē,qa tam Iudæis q̄ Gētibus.Nō enim Iudęorū tantū deus est,sed & Gētium.infrà 3.Et ideo subdit,Iudæo primū & Græco.Per Græcū,omnē Gētilem intelligēs,eo q̄ à Græcis Gētilium sapiētia est exorta.Sed cū infrà 10,dicatur,Non est distinctio Iudæi & Græci,quomodo hic Iudæo primū? Dicēdum est ergo q̄ quātum ad salutis finē consequēdum nō est distinctio inter eos ..Equalē enim cōsequūtur mercedem vtriq;,sicut pro labore etiā in vinea priores & posteriores eundē denarium acceperūt,vt dicitur Matt. 20. Sed quātum ad ordinē salutis,Iudæi sunt primi,quia eis promissiones sunt factæ,vt infrà 15.Et in eorū gratiā sunt Gētiles assumpti, ac si ramus oleastri inseratur in bonā oliuā,vt infrà 11.Ex his etiā saluator noster natus est.Io.4,Salus ex Iudæis est. ¶Exponit cōsequēter quomodo euāgeliū sit in salutē,cū dicit,Iustitia ēn dei reuelatur in eo ex fide in fidē,quod quidē dupliciter potest intelligi.Vno modo de iustitia qua deus iustus est,secūdum illud Psa.10,Iustus dns & iustitias dilexit.Et secundū hoc sensus est,q̄ iustitia dei qua.s. iustus est seruādo,ꝓmissa,in eo reuelatur.s.in homine credēte euāgelio:qa credit deū impleſſe quod ꝓmisit de Christo mittēdo:& hoc ex fide.s.dei promittētis.Psal.144,Fidelis dns in omnibus verbis suis.In fide.s. hoīs credētis.Vel alio modo vt intelligatur de iustitia dei qua deus homines iustificat.Nā iustitia hoīm dicitur,qua se homines ꝓpriis viribus iustificare ꝓsumūt.infrà 10, Ignorātes dei iustitiā & suā quærētes statuere,iustitiæ dei nō sunt subiecti. Quæquidē iustitia reuelatur in euāgelio,inquātum p fidē euāgelii homines iustificātur,secundū quodcūq; tēpus.Vñ subdit,Ex fide in fidē.i.ex fide veteris testamēti procedēdo in fidē noui testamēti,quia ab vtroq; homines iustificātur & saluātur p fidē Christi,quæ eadē fide crediderūt vēturū,quem nos venisse credimus.Et ideo dicitur 1.Cor.3,Habētes eādem spē fidei,credimus,ꝓpter quod loquimur.Vel potest intelligi ex fide prædicatorū in fidem auditorū.infrà 11,Quomodo credēt ei qué nō audierūt.Vel ex fide vnius arciculi in fidē alterius,qa ad iustificationē requiritur oīm articulorū fides.Apo.1, Beaᵘ q̄ legit & audit verba ꝓphetię huius.s.omnia nō vnū tātum. Alio modo potest intelligi ex fide ꝓsenti in fidē futurā.i.in plenam visionē dei:quęquidē dicitur fides ratione certæ & firmę cōditionis.1.Cor.13,Videmus nūc per speculū in enigmate,tunc autē facie ad faciē.Probat autem hāc expositionē,cùm subdit, Sicut scriptū est:Iustᵘ autē meus ex fide viuit.Quod quidē accipitur secūdum literā 70.Nam in litera nostra quæ est secūdum hebraicā veritatē dicitur,Iustus ex fide sua viuit. Dicitur autē meus.s.à me iustificatus,& apud me iustus reputatus.infrà.4.Si autē Abrahā ex operibᵘ legis iustificatus est,habet gloriā,sed nō apud deū. Quid ēn scriptura dicit? Credidit Abrahā deo& reputatū est ei ad iustitiā.Vñ ex hoc subditur,Ex fide viuit.s.vita gratiæ.Gal.2,Quod autē nūc viuo in carne,in fide viuo filii dei.Quatuor autem hìc cōsiderare oportet circa fidē.Primū quidē quid sit fides.Importat enim assensum quēdam cū certitudine ad id quod nō videtur ex volūtate,quia nullus credit nisi volēs,vt Aug.dicit.Et secūdum hoc differt à dubitāte,qui in neutrā partē assentit.Differt etiā ab opināte, qui assentit in vnā partem nō cum certitudine,sed cū formidine alterius.Differt etiā à sciēte,qui per certitudinē assentit ex necessitate rationis. Et secūdū hoc fides est media inter sciētiam & opinionē ¶Secūdò considerādum est an fides sit virtus,& manifestū est ꝙ nō est virtus,si accipiatur pro eo quod creditur,secundū illud,Fides catholica hæc est,vt vnū deum in trinitate.Si autē accipiatur pro habitu quo credimus,sic quādoq; est virtus,quādoq; nō.Est ēn virtus,principiū actus perfecti.Actus autē ex duobᵘ principiis dependens nō potest esse perfectus,si alteri principiorū desit sua pfectio,sicut equitatio nō potest esse perfecta,si vel equus bene nō vadat,vel sessor equū ducere nesciat.Actus autē fidei,qui est credere,dependet ex intellectu,& volūtate mouēte intellectū ad assensum.Vnde actus fidei erit perfectus,si voluntas perficiatur per habitum charitatis,& intellectus per habitum fidei,nō autē si habitus charitatis desit,& ideo fides formata charitate est virtus,nō autem fides informis. ¶Tertiò cōsiderandum est quòd idem numero habitus fidei qui sine charitate erat informis, adueniente charitate fit vir-

Quid euangelium. Ostendit fidē fuisse necessariā Gētibus, qa sapiētia i qua fidebāt, eos saluare non potuit.

Prosequitur illā pticulā, Reuelatur iradei de cœlo etc. vsq; ad 5.c vbi intēdit Pau.tractare de euāgelica gratia, et ex ea cōfundere Iudæos et Gētiles,demōstrando eos pares quo ad rē euangelicam & gratiā euāgeliū:tamē ꝓferēdos Iudæos in progatiuis multis ipsis Gētilibᵘ: et declarat p reuelationem iustitiæ euāgelicæ(q̄ est iustitia iustificās) ex reuelatione punitiōis cōtrariū.s.iniustitiæ.et hoc facit vsq; ad cap.3.et 3. vsq; ad 5. declarat directè reuelationē iustitiæ euāgelicæ, seu iustitiæ dei ex ipsamet iustitia.

Quatuor cōsiderāda circa fidem

An fides sit virtus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ sit fides viuificans seu iustificans.

tus quia cùm charitas sit extra essentiam fidei,per eius aduentum vel recessum nõ mutatur substantia eius. ¶Quarto cõsiderãdum est quòd sicut corpus viuit per animam naturali vita, ita anima viuit per deum vita gratiæ.Primò autem deus animã inhabitat per fidem.Ephe.3,Habitare Christum per fidem in cordibus vestris,nec tamẽ est perfecta habitatio nisi fides per charitatẽ sit formata,quæ per vinculum perfectionis nos vnit deo:vt dicitur Colos.3, Et ideo quòd hìc dicit,Ex fide viuit,intelligendum est fidẽ formata. ¶Deinde cùm dicit[Reuelatur enim ira dei]probat quod dixerat.s.virtutem euãgelicę gratiæ esse omnibus hominibus in salutem.Et primò ostẽdit quòd est necessaria ad salutem.Secũdò q̃ est efficax siue sufficiens.5.cap.ibi[Iustificati igitur ex fide]Circa primũ duo facit.Primò ostẽdit virtutẽ euãgelicæ gratiæ fuisse necessariam ad salutẽ Gentibus:quia.s.sapientia de qua confidebãt,saluare eos nõ potuit.Secundò ostendit q̃ fuit necessaria Iudæis,quia.s.circuncisio & lex & alia in quibus cõfidebant, eis salutem nõ attulerũt. Secũdo cap.ibi [Propter quod inexcusabilis es]Circa primũ duo facit.Primò proponit quod intẽdit.Secũdò manifestat propositum,ibi[Quia quod notum est dei].Proponit autẽ tria.Primò quidem pœnã dicẽs, rectè dico q̃ in eo iustitia dei reuelatur .Reuelatur enim in eo ira dei.i.vindicta ipsius,quę dicitur ira dei secundum similitudinem hominum irascentium,qui vindictam quærunt,tamen deus vindictam infert ex animi tranquillitate.Sapien.12,Tu autem dominator noster cum tranquillitate iudicas. Et de hac ira dei dicitur Ioan.3,Qui incredulus est filio, nõ videbit vitam:sed ira dei manet super eum.Hoc autem dicitur quia quidam philosophi dicebant,à deo nõ esse pœnas peccatorum:cõtra id quod dicitur in Psal.93, Qui corripit gentes nõ arguet,Vnde additur,De cœlo.quia credebant circa cœlestia eius prouidentiam occupari,ita quòd ad res terrenas nõ se extẽderet.Iob 22, Circa cardines cœli perãbulat,nec nostra cõsiderat. Sed sicut etiã in Psal.101.dicitur,de cęlo in terrã prospexit.Vel dicitur de cęlo eorũ iniquitatẽ demõstrare,quia maximẽ ex magnitudine cœli creatoris virtutem intelligere debuerunt. Iob 20,Reuelabũt cœli iniquitatẽ eius. Vel de cœlo vẽturi ad iudicium.Act.5.Quemadmodum vidistis eum ascẽdentem in cœlum,ita veniet. Secundò ponit culpam, pro qua pœna infligitur . Et primò quidem quæ contra deum committitur cùm subdit,Super omnem impietatem. Sicut enim pietas dicitur cultus qui deo exhibetur, tãquam summo parẽti, sic impietas dicitur peccatum quod est contra cultum diuinum. Ezech.18,Impietas impii super eum erit. Secundò ponit culpam quæ cõmittitur in homine,cùm dicit [Et iustitiam] Nam iustitia est per quam homines inuicem ratione cõueniunt & cõmunicant.Iob 35,Filium hominis adiuuabit iustitia tua. Tertiò ponit cognitionem quam de eo habuerunt,cùm subdit[Hominum eorum qui veritatem dei]id est,veram de deo cognitionem detinent in iniustitia quasi captiuatam. Nam vera dei cognitio quãtum est de se,inducit homines ad bonum,sed ligatur quasi captiuitate detenta per iustitię affectum,per quam,vt Psal.11.dicitur, Diminutæ sunt veritates à filiis hominum. ¶Deinde cùm dicit[Qui quod notum est]manifestat propositum,ordine tamẽ retrogrado.Primò enim consentit quòd sapientes Gentilium de deo cognouerunt veritatem.Secũdò ostendit quòd in eis impietas & iniustitia fuerit,ibi[Ita vt sint inexcusabiles.]Tertiò quòd iram dei incurrerunt,ibi[Qui cùm iustitiam dei.]Circa primum tria facit.Primò ostendit quid de deo cognouerũt.Secũdò ostendit à quo huiusmodi cognitionem acceperunt,ibi[Deus enim illis.]Tertiò ostẽdit per quem modum,ibi[Inuisibilia enim]Dicit ergo primò,rectè dico q̃ veritatem dei detinuerunt.Fuit enim in eis quantum ad aliquid vera dei cognitio, quia quod notum est dei, id est,quod cognoscibile est de deo ab homine per rationem,manifestum est in illis,id est,manifestum est eis ex eo quòd in illis est.i. ex lumine intrinseco.

Quid est deum esse omnino ignotum in hac vita.

¶Sciendum est ergo quòd aliquid circa deum est omnino ignotum homini in hac vita.s.quid est deus.Vnde & Paulus inuenit Athenis,aram inscriptam,ignoto deo,& hoc ideo quia cognitio hominis incipit ab his quæ sunt rei cõnaturalis, scilicet à sensibilibus creaturis,quæ non sunt proportionatæ ad repræsentandam diuinam essentiam.Potest tamen homo ex huiusmodi creaturis deum tripliciter cognoscere , vt Dionysius dicit in libro de diuinis nominibus. Vno quidem modo per causalitatem , quia enim huiusmodi creaturæ sunt deflectibiles & mutabiles,necesse est eas reducere ad aliquod principium immobile & perfectum, & secundum hoc cognoscitur de deo an est . Secundò per viam excellentiæ. Non enim reducuntur omnia in primum principium,sicut in propriam causam & vniuocam, prout homo hominem generat, sed sicut in causam communem & excedentem, & ex hoc quòd est super omnia. Tertiò per viam negationis,quia si est causa excedens, nihil eorum quæ sunt in creaturis potest ei competere , sicut etiam neque corpus cęleste propriè dicitur graue vel leue , aut calidum aut frigidum. Et secundum hoc dicimus deum immobilem & infinitũ,& si quid aliud huiusmodi dicitur: huiusmodi autem cognitionem habuerunt per lumen rationis. Psalm.4, Multi dicunt,quis ostendit nobis bona ? signatum est super nos lumen vultus tui domine.

Deus tripliciter cognoscitur ab homine ex creaturis.

¶Deinde cùm dicit [Deus illis manifestauit] ostendit à quo authore huiusmodi cognitio eis fuerit manifestata,& dicit quòd deus illis manifestauit,secundum illud Iob 35,Docet nos super iumenta terræ.Vbi considerandum est quòd vnus homo alteri manifestat, explicando conceptũ suum per aliqua signa exteriora,puta per vocem vel scripturam. Deus autem dupliciter aliquid homini manifestat . Vno modo infundendo lumen interius , per quod homo cognoscit,Psalm.42,Emitte lucem tuam & veritatem tuam . Alio modo proponendo suæ sapientiæ signa exteriora , scilicet sensibiles creaturas . Eccleiast . primo, Effudit illam, scilicet, sapientiam super omnia opera sua. Sic ergo deus illis manifestauit, vel interius infundendo lumen,vel exterius proponendo visibiles creaturas,in quibus, sicut in quodam libro dei cognitio legeretur.

Deus manifestat homini aliquid dupliciter.

¶Deinde cùm dicit[Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi,& cæt.]ostendit per quem modum huiusmodi cognitionem acceperint . Vbi primò considerandum est quæ sunt ista quæ de deo cognouerunt . Et ponit tria. Primò quidem inuisibilia ipsius per quæ intelligitur dei essentia, quæ, sicut dictum est, à nobis videri non potest.Ioan.1, Deum nemo vidit vnquam , scilicet per essentiam vira mortali viuens.1,Tim.1,Regi seculorum immortali inuisibili.Dicit autẽ pluraliter inuisibilia,quia dei essentia non est nobis cognita,secundũ illud quod est.s.prout in se est vna.Sic erit nobis in patria cognita, & tunc erit dominus vnus,& nomen eius vnũ,vt dicitur Zacha.vlt.Est autẽ manifesta nobis per quasdam similitudines in creaturis repertas,quæ id quod in deo vnum est, multipliciter participãt,& secundum hoc

intellectus noster considerat vnitatem diuinæ essentiæ sua ratione bonitatis,sapientiæ, virtutis,& huiusmodi quæ in deo non sunt.Hæc ergo inuisibilia dei dixit,quia illud vnum quod his nominibus seu rationibus in deo respondet,non videtur à nobis.Heb.11,Vt ex inuisibilibus inuisibilia fierent. Aliud autem quod de deo cognoscitur,est virtus ipsius:secundum quam res ab eo procedunt,sicut à principio.Psal.146,Magnus dominus,& magna virtus eius.Hanc ergo virtutem philosophi perpetuam esse cognouerũt.Vnde dicitur, Sempiterna quoque virtus eius. Tertium cognitum est quod dicit,Et diuinitas.ad quod pertinet quòd cognouerunt deum sicut vltimum finem,in quem omnia tendunt. Diuinum enim bonum dicitur bonum cõmune quod ab omnibus participatur: propter hoc potius dixit diuinitatem , quæ participationem significat,quàm deitatem,quæ significat essentiam dei.Col.1,Et in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis.Hęc autem referuntur ad tres modos cognoscendi supradictos.Nam inuisibilia dei cognoscuntur per viam negationis:sempiterna virtus per viam causalitatis:diuinitas per viam excellentiæ.

Essẽtia dei p̃ hoc statũ est nobis nota p̃ similitudines in creaturis rẽpertas.

¶Secundò considerandum est per quod medium illa cognouerunt,quod designatur,cùm dicit,Per ea quæ facta sunt.sicut enim ars manifestatur per artificis opera,ita & dei sapiẽtia manifestatur per creaturas.Sapien.13,A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator harum videri.

Declaratur modus quo deus p̃ creaturas cognoscitur.

¶Tertiò ostendit quomodo per ista cognoscatur deus,cùm dicit, Intellecta cõspiciuntur. Intellectu enim cognosci potest deus nõ sensu vel imaginatione,quæ corporalia non transcendunt,deus autem spiritus est,vt Io.4.dicitur.Esa.52.Ecce intelliget seruus meus. ¶Quarto potest designari à quo per hunc modum deus cognoscatur, cùm dicitur,A creatura mundi per quod vno modo potest intelligi homo.Mar.vlti.Prædicate euãgelium omni creaturæ, vel propter excellentiam hominis,quæ ordine naturæ minor est angelis:sed excellit inter inferiores creaturas,secũdum illud Psal.8,Minuisti eum paulominus ab angelis:omnia subiecisti sub pedibus eius,oues& boues,&c.Vel quia cõmunicat cum omni creatura:habet enim esse cum lapidibus,viuere cum arboribus,sentire cum animalibus,intelligere cum angelis, vt Greg.dicit.Alio modo potest intelligi de vniuersali creatura.Nulla enim creatura ex propriis naturalibus potest dei essentiã in seipsa videre.Vnde & de Seraphin dicitur Esa.6,q̃ duabus alis velabãt caput:sed sicut homo intelligit deum per creaturas visibiles, ita angelus per hoc q̃ intelligit propriã essentiam. ¶Potest autẽ aliter intelligi per creaturã mundi nõ ipsa res creata, sed rerũ creatio:ac si diceretur,à creatione mundi,& tũc potest dupliciter ordinari.Vno modo, q̃ intelligatur q̃ inuisibilia dei intelligũtur p ea quę facta sunt à creatione mũdi,non solũ per ea quæ facta sunt tẽpore gratiæ.Alio modo q̃ intelligatur q̃ à creatione mũdi homines incœperũt deum cognoscere per ea quę facta sunt.Iob 26.Omnes homines vidẽt eum. Glo.autẽ dicit q̃ per inuisibilia dei, intelligitur persona patris, 1.Tim.vlti. Quem nullus hominũ vidit,&c.Per sempiternam virtutem,persona filii,secũdum illud 1. Cor.1,Christũ dei virtutem.Per diuinitatẽ,persona spiritus sancti,cui appropriatur bonitas,nõ q̃ philosophi ductu rationis potuerit peruenire per ea quæ facta sunt in cognitionẽ personarum,quantũ ad propria quæ non significant habitudinem causæ ad creaturas,sed secũdum appropriata. Dicuntur tamen defecisse in tertio signo,id est,spiritu sancto: quia nõ potuerũt aliquid respondere spirituisancto,sicut posuerunt aliquid respondere patri,scilicet ipsum primũ principiũ,&aliquid respõdere filio,scilicet primã mentẽ creatã, quam vocabant paternũ intellectum,vt Macrobius dicit in libro super somnium Scipionis. Lectio.7.

Ita ut sint inexcusabiles, quia cùm cognouissent deum , non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt , sed euanuerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est insipiens cor eorum . Dicentes enim se esse sapientes,stulti facti sunt : & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum & serpentium,propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam,ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.Quia commutauerunt ueritatem dei in mendacium: & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori,qui est benedictus in secula. Amen.

¶Postquam Apostolus ostẽdit veritatem dei fuisse à Gẽtibus cognitam:hic ostendit eos fuisse obnoxios culpæ impietatis & iniustitiæ.Et primò ostendit hoc quantũ ad culpam impietatis. Secundò quantum ad culpam iniustitiæ,ibi(Et sicut non probauerunt,&c.)Posset autẽ aliquis credere eos à culpa impietatis excusari propter ignorantiã,sicut Apostolus de se dicit infrà 1.Tim.1,Miam consecutus sum,quia ignorãs feci.Primò ergo ostẽdit Gentiles nõ esse excusabiles.Secundò ponit eorũ culpã,ibi(Et mutauerunt gloriã.) Circa primum considerandũ est q̃ tunc ignorantia culpam excusat:quando sic procedit & causat culpam quòd nõ causatur à culpa,sicut cũ aliquis adhibita diligẽtia debita,dum credit peutere hostem percutit patrem.Si verò ignorantia causetur ex culpa,non potest subsequentem culpã ignorantia excusare.Vnde si qs per ebrietatẽ homicidiũ cõmittit nõ excusatur à culpa,quia peccauit se inebriando.Vnde secundũ philosophũ,meretur duplices mulctationes.Primò igitur ponit quòd intẽdit dicẽs,Ita quod est dei,notũ est eis, vt sint ĩ excusabiles.i.vt p ignorantiã excusari nõ possit.Ia.4.Scienti bonũ & nõ operanti peccatũ est illi:infrà.2.Propter quod inexcusabilis es.Secũdò(Quia cũ cognouissent,&c.Probat quod dixerat,& primò ostendit q̃ prima eorũ culpa ex ignorãtia nõ ꝓcessit: secũdò q̃ ex hac culpa est ignorãtia subsecuta,ibi(Sed euanuerũt.)Quòd autẽ prima eorũ culpa nõ fuerit ex ignorãtia ostẽditur,per hoc quòd dei cognitionẽ habentes ea nõ sunt vsi ad bonum. Dupliciter autem deum cognouerunt, vno modo sicut omnibus supereminentem,& sic ei debebant gloriã & honorem quæ superexcellentibus debetur: isti ideo dicuntur inexcusabiles,quia cũ cognouerunt deum,nõ sicut deum glorificauerunt:vel quia ei debitũ cultum nõ impenderunt,vel quia virtuti eius & scientiæ terminũ imposuerunt,aliqua potentiæ & scientiæ subtrahentes, cõtra id quod dicitur Eccle. 43,Glorificantes dominũ quantũcunq; poteritis.Secundò cognouerunt eum sicut omnium bonorũ causam,vnde ei in omnibus gratiarum actio debebatur, quã tamen ipsi non impẽdebãt, sed potius suo ingenio, & virtuti suæ bona sua ascribebant.Vnde subdit, Gratias nõ egerunt.s.domino. 1. Thessal.vlti.In omnibus gratias agite.

Quando ignorantia excusat culpam.

Philosophi dupliciter deum cognouerunt.

¶Deinde cum dicit, (Sed euanuerunt.) ostendit quòd in eis ex culpa est ignorantia subsecuta.Et primò ponit intentum:secundò manifestat propositum, ibi (Dicentes.) Primo ergo proponit culpam quæ est ignorantiæ causa cùm dicit,Euanuerunt vanum enim dicitur quod non habet stabilitatem seu firmitatem : solus autem deus de se est immutabilis . Malachiæ tertio . Ego

Quid vanũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus & nõ mutor. Et tunc solũ mẽs humana est à vanitate libera quãdo deo innititur,cũ autẽ prætermisso deo innititur cuicunq; creaturæ incurrit vanitatem.Sap.13,Vani sunt omnes homines in quibus nõ subest sciẽtia dei,&c.Psal.93,Dominus scit cogitatiões hominũ quoniã vanæ sunt. In cogitationib⁹ suis euanuerunt inquãtum in seipsis,& nõ in deo:fiduciã habebãt sibi,& nõ deo bona sua ascribẽtes, secũdũ illud Psal. 11,Labia nostra,&c.Secũdo ponit ignorantiã subsecutã dicens,Et obscuratũ est.i.per hoc quod obscuratũ est,factũ est cor eorũ insipiẽs.i.lumine sapiẽtiæ priuatũ,p quã homo verè deũ cognoscit.Sicut enim q oculos corporales à sole materiali auertit,obscuritatẽ corporalẽ incurrit,ita ille q à deo auertitur de seipso præsumẽs,& nõ de deo spiritualiter obscuratur.Prou.11,Vbi humilitas p quã scilicet homo se deo subiicit,ibi sapiẽtia:vbi superbia,ibi cõtumelia.Mat.11,Abscõdisti hæc à sapiẽtib⁹,secundũ q.s.eis videbatur,& reuelasti ea paruulis.i.humilibus.& de his habetur Ephes.4, Gẽtes ambulant in vanitate sensus sui,tenebris obscuratũ habẽtes intellectum. ¶Deinde cùm dicit,(dicẽtes)exponit quod dixerat,& primò qualiter in cogitationib⁹ suis euanuerunt,cùm dicit,(dicẽtes se esse sapiẽtes,stulti facti sunt.)Dicẽtes.i.sapientiã sibi à seipsis ascribẽtes.Esa.5,Væ q sapiẽtes estis in oculis vestris. Esa.19,Quomodo dicetis Pharaoni,filius sapientium ego filius regũ antiquorum,&c.Secũdò exponit quod dixerat,& obscuratũ est insipiens cor,cùm dicit,stulti facti sunt quasi cõtra diuinã sapiẽtiã agẽtes. Hiere.10,Stultus factus est omnis homo sciẽtia sua de qua.s. præsumebat. ¶Deinde cùm dicit,(Et mutauerũt gloriã)ponit peccatũ impietatis Gẽtilium.Et primò quã tum ad hoc q peccauerũt cõtra veritatẽ naturæ ipsius,ibi(Quia cõmutauerũt veritatẽ.) Circa primũ duo facit.Primò ponit impietatis culpã,secundò pœnã,ibi(Propter quod tradidit.)Culpa quidẽ eorũ fuit quòd quãtum in ipsis erat,honorẽ diuinũ in alium trãstulerunt,secundum illud Hiere.2, Populus meus mutauit gloriã suã in idolum. Primò ergo ponit id quod mutauerunt:secũdò id in quod mutauẽrunt,ibi(In similitudinẽ.)Circa primũ tria sunt attẽdenda ex parte dei.Primò quidẽ ipsius gloria quã tangit dicẽs,Et mutauerunt gloriã.quod potest intelligi dupliciter.Vno modo de gloria qua homo deum glorificat, ei cultum latriæ exhibẽdo.1.Tim.1,Soli deo honor. Hãc igitur mutauerunt cum cultũ deo debitum exhibuerunt aliis.Alio modo potest intelligi de gloria qua deus in se gloriosus est,quæ est incõprehẽsibilis & ĩfinita.Pro. 25,Perscrutator maiestatis opprimetur à gloria. Quæ quidẽ gloria nihil est aliud q̃ ipsa claritas diuinæ naturæ.Lucẽ enim habitat inaccessibilẽ.1.Tim.vlt.Hãc autẽ mutauerunt dum eã aliis attribuerunt.Incõmunicabile enim nomẽ lignis & lapidib⁹ imposuerunt, vt dicitur Sap.14. Secundò notatur incorruptibilitas cùm dicit,Incorruptibilis.ipse enĩ solus perfectè incorruptibilis est,qui est oĩno immutabilis. Omnis enim mutatio quædã corruptio est.Vnde dicitur 1.Tim.vlt.Solus habet immortalitatẽ. Tertiò notatur naturæ sublimitas cùm dicitur,dei.vt enim in Psa.47.dicitur,Deus magnus dominus.Ex parte verò eius in quod mutauerunt,tria correspõdentia ponuntur.Nã cõtra gloriã dicit,in similitudinẽ imaginis.i.in similitudinẽ alicuius rei per modum imaginis ab aliquo expressę.Manifestum enim est q̃ similitudo imaginis est posterior illa re cuius est imago.Gloria autem siue claritas dei est principium omnis speciei & formæ.Et sic qui dei gloriã in similitudinem imaginis mutant,cõuertunt primum in vltimum.Sap.14,Acerbo luctu dolens pater,cito sibi rapti filii fecit imaginem.Cõtra id quod dixerat incorruptibilis,dicit corruptibilis. Psal.29, Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionẽ?s.quod est amplius iã corruptũ siue mortuum Sap.15,Cum sit mortalis,mortuũ fingit manib⁹ iniquis.Cõtra id quod dixit dei,ponit hominis.Iob 32,Nõ accipiã personã viri & deum homini nõ æquabo.Et quod est abominabilius,homo gloriã dei transtulit nõ solùm in hominẽ qui est ad imaginẽ dei:sed etiã ad ea quæ sunt infra hominem.Vnde subdit,Et volucrum quantum ad volatilia.Et quadrupedum quantum ad gressibilia.Et serpentum quãtum ad reptilia.Prætermittit autem pisces tanquam magis ab humana cõuersatione seiunctos. Hæc autem omnia sunt à deo homini supposita.Psal.8,Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ezech.8, Ingredere & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hìc.Et ingressus vidi:& ecce omnis similitudo reptilium & animalium,&c.

¶Est autem notandum quòd sicut dicit glos. ab aduẽtu AEneæ consueuerunt in Italia imagines hominũ coli,puta Iouis,Herculis & similium. Sed tẽpore Cæsaris Augusti deuicta AEgypto eorũ cultum Romani assumpserunt:qui imagines animaliũ colebant propter figuras animaliũ quæ notantur in cælo, quibus tanquam astrologiæ dediti,cultũ diuinitatis impendebãt.Vnde & dominus filios Israel in AEgypto nutritos, ab huiusmodi cultu remouet dicens, Deut. 4, Ne fortè oculis eleuatis in cælum videas solem & lunam & omnia astra cæli,&c. ¶Deinde cum dicit,(Propter quod tradidit,)ponit pœnã huiusmodi culpæ respondentem.Circa quod cõsiderandum est quòd homo mediũ locum obtinet inter deum & animalia bruta,& cum vtroq; extremorum cõmunicat:cũ deo quidem secundũ intellectualitatẽ,cum animalibus verò brutis secundum sensualitatẽ.Sicut igitur homo id quod est dei mutauit vsque ad bestias:ita deus id quod est diuinum in homine secundum rationẽ,subdit ei quod est brutale in ipso. s.desiderio sensualitatis: secundum illud Psal. 48, Homo cum in honore esset.s.diuinæ imaginis propter rationem cõparatus est iumentis insipientibus.Hoc est quòd dicit,Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis.vt eorũ ratio subderetur desideriis,scilicet sensualis affectus. de quibus dicitur infrà 13, Carnis curã ne feceritis in desideriis,&c. Quod quidem est cõtra naturalem ordinẽ hominis secundũ quòd ratio appetitui sensibili dominatur.Ge. 4,Sub te erit appetitus eius,&tu dominaberis illius.Inducit ergo homines in desideria cordis eorum,sicut in manũ dominorum crudeliũ.Esa.19, Tradam AEgyptũ in manu dominorum crudelium. Præcipuè tamen circa appetitũ sensitiuum bestialis quædam deordinatio pertinet ad peccata carnalia.Nam delectationes tactus,circa quas sunt gula & luxuria,manifestè sunt cõmunes nobis & brutis . Et ideo sunt magis exprobrabiles quasi magis brutales,vt dicit Philosophus in tertio Ethico.Et hoc designatur cũ subdit,In immunditiã quæ ad peccata carnalia pertinet:secũdum illud Ephes.5,Omnis fornicator aut immundus:quia scilicet homo per huiusmodi peccata maximè cõuertitur & trahitur ad id quod est infra ipsum: vnũquodque enim dicitur esse impurũ siue immũdum ex coniunctione vilioris,sicut argentũ ex coniunctione plumbi.Vnde exponens subdit,Vt contumeliis.i.turpibus & immũdis actibus,afficiant.i.inficiant.Corpora sua in semetipsis.i.non quasi ab aliis coacti,puta à Barbaris,sed à semetipsis hoc agunt propria sponte.infrà 9,

Dupliciter dicitur populi mutasse gloriam dei.

Cur nõ dixit gloriam dei mutatã in imagines pisciũ sicut hominis & volucrum.

AEneas inceptor idolatriæ in Italia.

Homo mediꝰ est inter deum & bruta.

Quia homo quòd dei est mutauit vsq; ad bruta ideo deus id quod in homine est diuinũ subiecit ei quod in eo est brutale. s. rationem sensualitati.

Delectationes tactus & gustus magis exprobrabiles aliis.

Aut non habet potestatẽ figulus luti ex eodẽ luto facere aliud vas in honorẽ,aliud in contumeliã.s.in turpem vsum.Sed cũ huiusmodi immunditia sit peccatũ,videtur quòd deus in eam homines non tradat: quia vt dicitur Iaco.1,Deus intẽtator malorum est. Dicẽdum est quòd deus non dicitur tradere homines in immunditiã directè inclinãdo affectũ hominis ad malum,quia deus ordinat in seipsum.Pro.16,Vniuersa propter se operatus est dominus.peccatum autẽ est aliquid per auersionẽ ab eo.Sed indirectè tradit homines in peccatum inquantũ subtrahit gratiã per quã homines continebãtur ne peccarẽt,sicut si aliquis alicuius sustentaculum tolleret,diceretur facere casum eius.Et per hunc modum,primũ peccatum est causa sequentis peccati,sequens verò est pœna prioris. ¶Ad cuius euidentiã sciendum est quòd vnũ peccatum potest esse causa alterius indirectè & directè. Directè quidem inquantũ ex vno peccato inclinatur ad aliud,quod fit tripliciter.Vno modo secundum rationẽ causæ finalis,sicut cũ quis ex auaritia incitatur ad homicidium cõmittendum.Secundo,secundum rationẽ causæ materialis,sicut gula inducit ad luxuriã ministrando materiam. Tertio, secundum rationem causæ mouẽtis,sicut cum ex multis actibus alicuius peccati generatur habitus ad simile peccatũ inducens.Indirectè autem,sicut primũ peccatum meretur exclusionẽ gratiæ,qua subtracta homo ruit in aliud peccatũ.Et sic primum peccatũ est causa secundi indirectè siue per accidens, sicut remouens prohibens. ¶Sed notandum est quòd peccatum inquantũ huiusmodi nõ potest esse pœna,quia pœnã contra voluntatẽ patimur,peccatum autẽ est voluntarium,vt Aug.dicit:sed quia peccatum habet quædam adiuncta quæ sunt contra voluntatẽ peccantis, ratione eorum peccatũ dicitur pœna præcedentis peccati.Hoc autem est vno modo aliquid præcedens peccatũ,sicut subtractio gratiæ ex qua sequitur vt homo peccet.Alio modo est aliquid adiunctum ipsi peccato vel interius,sicut est inordinatio animi. vnde Aug.dicit in primo confes. Iusisti domine, & sic est vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus; siue quantum ad exteriores actus quibus difficultates ac labores adiungũtur,secundum illud quod dicunt impii,Sap.5,Ambulauimus vias difficiles,&c.Tertio,quãtum ad id quod sequitur peccatũ,sicut est remorsus conscientiæ,infamia & similia. ¶Deinde cùm dicit,(Commutauerunt,&c.) Ponit culpam impietatis quam cõmiserunt contra veritatem diuinæ naturæ.Et primò ponit culpã,secundò pœnam, ibi,Propterea tradidit.)Diuina autẽ natura potest considerari dupliciter. Vno modo secundũ quòd est ratio cognoscendi,vt veritas prima, & quantum ad hoc dicit, Quia cõmutauerunt veritatem dei in mẽdacium,quòd quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo,quia veram cognitionẽ quam à deo acceperunt peruersa ratione ad falsa dogmata conuerterunt,sicut cum dixerunt idola esse deos,vel deum non esse omnipotẽtem,vel omniscientem.Hiere.9,Docuerunt linguas suas loqui mẽdacium. Alio modo veritatem dei in mẽdacium mutauerunt,quia diuinitatis naturam,quæ est ipsa veritas attribuerunt idolo quod est mendacium inquantum non est deus,vt dicitur Hier.19,Verè mẽdacium possederunt patres nostri,vanitatẽ quæ eis non profuit.Nunquid faciet homo sibi deos,& ipsi non sunt dii? Alio modo potest cõsiderari diuina natura,secundum quòd est principium essendi omnibus per creationẽ, & sic debetur ei ab homine interius quidem cultus secundũ pium affectum.Ioan.9,Siquis cultor est dei,&c.exterius verò debetur ei seruitus latriæ,secundum illud Deut.6,Dominum deũ tuum adorabis,& illi soli seruies. Vnde & subdit cõtra eos.s.Coluerunt & seruierunt creaturæ potius,&c.colebant enim cælestia corpora,& aerem & aquã, & alia huiusmodi,secundum illud Sap.13,Aut ignẽ aut spiritum,aut citatum aerẽ,&c.Et in hoc improbat sapientes gentilium, qui quanuis nunquã in imaginibus aliquid numinis esse crederent,sicut sectatores Hermetis credebãt, neque ea quæ à poetis fabulosè dicebantur de diis crederent esse vera,creaturis tamen aliquibus cultum diuinitatis impẽdebant ex quibus rationẽ fabularum assignabãt,sicut Varro posuit totum mundum esse deum propter animã eius,dicens quòd toti mundo, & omnibus partibus eius,diuinitatis cultus impendi potest, scilicet aeri,quem vocabant Iunonem,& aquæ quã vocabant Lieum,& sic de aliis.Platonici etiã posuerunt quòd omnibus substantiis rationalibus quæ sunt supra nos cultus diuinitatis debetur:puta dæmonibus animabus cælestium corporũ intelligẽtiis.i.substantiis separatis. Quãuis autẽ his q̃ supra nos sunt aliquam reuerentiã exhibere debeamus, non tamen cultu latriæ,quæ præcipuè in sacrificii oblatione consistit, per quòd homo profitetur omniũ bonorum deũ esse authorẽ, sicut & in quolibet regno aliquis honor supremo domino exhibetur, quẽ non licet transferre in aliũ. Et ideo subdit,Qui est benedictus.i.cuius bonitas est manifesta.Sicut enim dicimur benedicere deũ,inquãtum eius bonitatẽ corde recognoscimus & ore cõfitemur.Eccle.43,Benedicẽtes deũ exaltate illũ quãtum potestis.Addit autẽ,In secula,quia eius bonitas est sempiterna ab alio nõ depẽdẽs,sed est omnis boni principium. Et ex hoc sibi debetur omnis latriæ cultus. Addit autem Amen,ad omnimodã certitudinẽ asserendã.Esa.65,Qui benedictus est super terrã,benedicetur in deo amẽ,quod idẽ est quòd verũ,vel fiat.Videtur autẽ Apostolus triplicẽ theologiã tangere gentiliũ. Primò quidẽ ciuilem quæ obseruabatur à põtificibus in adoratione idolorũ in tẽplo,& quãtum ad hoc dicit,Et mutauerũt gloriã incorruptibilis dei.Secundò theologiã fabularẽ,quam poetæ trahebãt in theatris, & quãtum ad hoc dicit,Qui cõmutauerunt veritatẽ dei in mẽdacium. Tertiò theologiã naturalem quam obseruauerunt philosophi in mũdo partes mundi colentes,& quãtum ad hoc dicit,Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori. Lectio.8.

Quomodo deus dicitur tradere homines in immunditiam & in cætera peccata.

Duobꝰ modis vnũ peccatũ est causa alterius. s. directè & indirectè.

Vnũ peccatũ inclinat ad aliud iripliciter.

Quomodo vnũ peccatũ potest dici pœna alterius peccati.

Triplex theologia gentilium.

Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerũt naturalem usum in eum usum qui est cõtra naturã.Similiter autem & masculi relicto naturali usu fœminæ exarserũt in desideriis suis in inuicem:masculi in masculos turpitudinẽ operãtes,& mercedẽ quã oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut nõ probauerũt deũ habere in notitia,tradidit illos deus in reprobũ sensum ut faciãt ea quæ nõ cõueniũt,repletos omni iniquitate,malitia,fornicatione,auaritia,nequitia,plenos inuidia,homicidiis,cõtentione,dolo,malignitate, susurrones.detractores deo odibiles,cõtumeliosos,superbos,elatos,inuẽtores malorũ,parẽtibus nõ obedientes,insipientes, incõpositos,sine affectione,absque fœdere,sine misericordia. Qui cum iustitiã dei cognouissent,nõ intellexerũt, quoniã qui talia agunt,digni sunt morte,non solùm qui ea faciunt,sed etiam qui consentiunt facientibus.

¶Posita culpa impietatis secundum quã contra naturã diuinã peccauerunt, hic ponit pœnã qua. s.ad hoc reducti sunt,vt cõtra suã naturã peccarẽt. Et primò ponit pœnã, secundò exponit,ibi (Nã fœminæ,)tertiò

eius cõuenientiã oſtendit,ibi(Et mercedẽ.)Dicit ergo primò(propterea)ſcilicet quia dei veritatẽ in mẽdacium mutauerunt(tradidit illos deus)nõ quidẽ impellendo in malum, ſed deſerẽdo (In paſsiones ignominiæ).i.peccatum cõtra naturã, quæ dicuntur paſsiones ſecundum q̃ propriè paſsio dicitur, ex eo quòd aliud trahitur extra ordinẽ ſuæ naturæ, puta cum aqua calefit, aut cum homo infirmatur. Vnde quia per huiuſmodi peccata homo recedit ab ordine naturali, conuenienter dicuntur paſsiones infrà 7. Paſsiones peccatorum. Dicuntur autem paſsiones ignominiæ,quia nõ ſunt nomine digna, ſecundum illud Epheſ.5, Quæ aguntur in occulto ab eis turpe eſt dicere.Si enim peccata carnis cõmuniter exprobabilia ſunt,quia per ea homo deducitur ad id quod eſt beſtiale in homine, multo magis peccatum contra naturã per quod etiã homo à natura beſtiali decidit. Oſeæ 4,Gloriã eorũ in ignominiã cõmutabo. Deinde cùm dicit,(Nã fœminæ eorum,&c.)exponit quod dixerat. Et primò quãtum ad fœminas, ſecundò quãtum ad maſculos, ibi(Similiter autẽ & maſculi.)Dicit ergo primò, Ideo illos dico in paſsiones ignominiæ traditos. (Nã fœminæ eorum mutauerunt naturalẽ vſum in eum vſum qui eſt cõtra naturã.) 1.Corint.11, Nec ipſa natura docet vos.Eſa.24,Mutauerunt ius,diſsipauerunt fœdus ſempiternum.i.ius naturale.Eſt autẽ cõſideradum quòd dupliciter eſt aliquid cõtra naturã hominis.Vno modo cõtra naturã differentiæ cõſtitutiuę hominis quæ eſt rationale,& ſic omne peccatum dicitur eſſe cõtra naturã hominis,inquãtum eſt contra rationẽ rectam. ¶Vnde & Dam.dicit in 2.lib. q̃ angelus peccãs verſus eſt ex eo quod eſt ſecundum naturam in id quod eſt præter naturã.Alio modo dicitur eſſe aliquid cõtra naturã hominis ratione generis quod eſt animal.Manifeſtum eſt autẽ q̃ ſecundum naturæ intentionẽ cõmixtio ſexuum in animalibus ordinatur ad actum generationis.Vnde omnis cõmixtionis modus ex quo generatio ſequi nõ poteſt, eſt cõtra naturã hominis inquãtum eſt animal.Et ſecundũ hoc dicitur in gloſ.naturalis vſus eſt vt vir & mulier in vno cõcubitu coeant.cõtra naturã verò,vt maſculus maſculum polluat,& mulier mulierẽ:& eadẽ ratio eſt de omni actu coitus ex quo generatio ſequi nõ poteſt. ¶Deinde,cùm dicit(Similiter autẽ)exponit quãtũ ad mares qui ſcilicet relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt. i.extra terminos naturæ arſerunt, ſecundum illud Pſal. 105,Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.Et hoc(in deſideriis ſuis)ſcilicet carnalibus(inuicẽ maſculi in maſculos turpitudinẽ operãtes.)Ezech.15,Nudabo ignominiã tuã coram eis,&c. ¶Deinde cùm dicit,(Et mercedem)oſtẽdit hãc pœnã cõuenientẽ eſſe culpæ,dicẽs, (Recipiẽtes in ſemetipſis).i.in deformatione ſuæ naturæ(mercedẽ erroris ſui).ſ.quo dei veritatẽ in mẽdacium cõmutauerunt,mercedẽ.i.retributionẽ quã oportuit.ſ.eos recipere,ſecundum iuſtitiæ ordinẽ ex qua debitum erat,vt qui in dei naturam iniurioſi fuerãt,id quod eſt proprium ſibi creaturis attribuẽdo,in ſui natura cõtumelioſi exiſterẽt. Et quãuis merces propriè videatur in bonum ſonare, tamẽ hic ſumitur cõmuniter pro quacunq; retributione etiã in malis ſecũdum modum quo dicitur infra 9,Stipẽdia peccati mors.Mich.1,Mercedes eorum igni comburentur. ¶Et eſt notãdum q̃ ſatis rationabiliter Apoſtolus vitia cõtra naturã quæ ſunt grauiſsima inter peccata carnalia ponit idolatriæ pœnam,quia ſimul cum idolatria incepiſſe videtur.ſ.tẽpore Abrahæ quãdo creditur idolatria incepiſſe.Vnde & tunc primò legũtur in Sodomitis punita eſſe,vt Gen.19,Similiter etiã idolatria creſcẽte huiuſmodi vitia creuerunt.Vnde dicitur 2.Machab.4.q̃ Iaſon auſus eſt ſub ipſa arce optimos quoſque epheborum in lupanaribus ponere.Erat autẽ hoc nõ initium ſed incrementum quoddam& profectus gentilis,& alienigenæ cõuerſationis. ¶Deinde cùm dicit,(Et ſicut nõ probauerunt) oſtendit eos iuſtitiæ fuiſſe ſubiectos.Et primò oſtendit ex qua priori culpa in hæc deuenerunt.Secundò enumerat horũ peccatorum differentias,ibi(Repletos omni iniquitate.)Culpã autem præcedentem ponit cum dicit,Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia,quod poteſt dupliciter intelligi.Vno modo,quia quanuis lumine rationis, & per creaturas viſibiles verã dei cognitionẽ habere potuerunt, tamen vt liberius poſſent peccare nõ probauerunt.i.non approbauerunt,vt ipſi haberent Deum in ſui notitia.Iob 22,Dixerunt deo,Recede à nobis ſcientiã viarum tuarum nolumus. Alio modo poteſt intelligi quod ipſi non probauerunt quòd deus in ſua notitia haberet facta humana,ſecũdũ illud Pſal.93,Dixerũt,nõ videbit dominus,nec intelliget deus.Et ſecundum hunc ſenſum cõuenienter huic culpæ reſpõdet pœna cum ſubditur, Tradidit illos deus in reprobum ſenſum: dicitur autem hic ſenſus hominis nõ exterior quo ſenſibilia cognoſcũtur,ſed interior ſecundum quem iudicat de agẽdis,ſecundum illud Sap.6,Cogitare de illa ſenſus eſt cõſummatus. Dicitur autem ſenſus reprobus,quo aliquis reprobãdum iudicium habet de agendis,ſecundum illud 2.Tim.3, Homines mente corrupti reprobi circa fidem. Hiere.9,Argentum reprobum vocate eos. Et ideo ſubdit,Vt faciãt ea quæ nõ cõueniunt.i.ea quæ à recta ratione diſcordant. Sap.Inutilia opera eorum ſunt.Eſt autem cõueniens,vt qui cõtra dei notitiã peccauerunt vel eum cognoſcere nolentes,vel eum cognoſcere nõ arbitrantes in peruerſitatem ſenſus traderentur. Vnde & Sap.14.dicitur,Peccantium pœna perãbulat ſemper in iuſtorum præuaricationem. ¶Deinde cùm dicit,(Repletos,&c) enumerat huiuſmodi inconuenientia opera:& primò ponit id quod eſt generale,dicens,Repletos omni iniquitate,quia vt dicitur 1.Ioan.3,Omne peccatum eſt iniquitas. Sicut enim omnis virtus inquãtum exequitur præceptum legis habet rationem iuſtitiæ, ita etiã omne peccatum inquãtum à regula legis diuinæ diſcordat,habet rationem iniquitatis. Et ſic in ſacra ſcriptura præcipuè peccata arguuntur.Dupliciter autem eorum culpam exaggerat.Primò quidem intenſiuè, per hoc q̃ dicit,repletos. Ille enim videtur repleri iniquitate, cuius affectus eſt totaliter ad peccandum diſpoſitus,ſecũdum illud Pſal.13,Quorũ os maledictione & amaritudine plenum eſt.Secundò extenſiuè,quia ſcilicet nõ tantum in vno peccauerunt,ſed in omnibus. Sap.14,Infandorũ idolorum cultura omnis mali cauſa eſt. ¶Conſequẽter cùm dicit,(Malitia)enumerat peccata in ſpeciali. Et primò quantum ad tranſgreſsionẽ quæ opponitur præceptis negatiuis.Secundò quantum ad omiſsionẽ quæ opponitur præceptis affirmatiuis,ibi(Superbos.)Circa primum duo facit.Primò ponit peccata quibus aliquis deterioratur in ſeipſo.Secundò peccata quibus aliquis fit nociuus proximo,ibi(Nequitia.) Circa primũ ponit quidem id primo quod eſt generale cùm dicit,(Malitia)quæ eſt habitus vitioſus virtuti oppoſitus.Vnde ex malitia peccare dicuntur qui ex habitu peccant. Pſal.51, Quid gloriaris in malitia? In ſpeciali ponit peccatũ quo quis deordinatur circa appetitũ corporalium delectationũ cùm dicit,(Fornicatione.) Quanuis enim

Quomodo deus tradit homine in peccatum.

Vnũ peccatũ eſt in pœna alterius peccati.

Vitia cõtra naturã ſũt pœnæ idolatriæ.

Vitia quibus quis in ſeipſo deordinatur.

uis enim fornicatio propriè ſit cum meretricibus, quæ iuxta fornices.i.arcus triũphales ſe plublicè proſtituebant,tamen hîc ſumitur pro omni illicito cõcubitu.Thob.4,Attẽde tibi fili mi ab omni fornicatione. Secundò ponit vitium per quod quis deordinatur circa appetitũ rerum exteriorũ,cùm dicit(Auaritia)quę eſt immoderatus appetitus habẽdi.Heb.vlti. Sint mores ſine auaritia,contẽti præſentibus. ¶Deinde ponũtur peccata quæ tendũt ad nocumẽtum proximi.Et primò ponit id quod eſt generale,cùm dicit(Nequitia)dum.ſ.attẽtat aliquis quod nequit implere,quod maximè contingit circa nocumẽta proximorũ quibus non poteſt aliquis aliquando pro voto nocere.Pſal. Conſumetur nequitia peccatorum. ¶Conſequenter ponit radicem horum peccatorum,dicens(Plenos inuidia)quæ eſt dolor de alieno bono:ex quo aliquis incitatur ad nocẽdum alteri.Sap.2,Inuidia diaboli,mors introiuit in orbẽ terrarum. ¶Poſtea ponuntur nocumẽta,& primò manifeſta,& quãtum ad facta,cùm dicit(Homicidiis)quæ ſunt præcipua nocumẽta.Oſeę 4,Maledictũ mẽdacium,& homicidium,furtum,& adulteriũ inundauerũt.Dicit autẽ pluraliter,homicidiis quia homicidium,nõ ſolùm cõſiſtit in opere,ſed etiam in volũtate.1.Io.3, Qui odit fratrem, homicida eſt, qui.ſ.odit ad occidẽdum.Et quãtum ad verba,cùm dicit(Contẽtione.)Eſt autem contẽtio,impugnatio veritatis cum confidẽtia clamoris.Prou.20,Honor eſt homini qui ſe ſeparat à contẽtionibus. ¶Deinde ponit nocumẽta occulta,& primò illud quod eſt generale,cùm dicit [Dolo]quando, ſcilicet,aliud ſimulatur, & aliud agitur.Hie.9.Sagitta vulnerans,lingua eorum,dolum locuta eſt in ore ſuo, pacem cum amico ſuo loquitur,& occultè ei ponit inſidias. ¶Poſt hæc ponit radicem interiorem horum nocumẽtorum,cùm dicit(Malignitate)quę importat malũ ignem.i.malum affectũ in corde,ſecũdum illud Pſal.27,Loquũtur pacem cùm proximo ſuo,mala autem in cordibus.Pſal.5,Non habitabit iuxta te malignus. ¶Conſequẽter ponit nocumenta occulta quæ præcipuè fiunt verbis,cùm dicit[Suſurrones.]Qui.ſ.occultè ſuſurrant in auribus hominũ ad ſeminãdum inter eos diſcordias.Eccle.18,Suſurro & bilinguis maledictus in populo:multos enim turbauit,pacem habentes(Detractores)qui ſ.detrahunt famæ alicuius occultè.i.eo ignorante,mala dicẽtes de eo.Eccl.10,Si mordeat ſerpens in ſilẽtio nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Et ne putentur iſta peccata eſſe leuia,quia ſolo ore cõmittuntur,ſubdit (Deo odibiles) Impugnãt enim id maximè quod deus in hominib⁹ amat.ſ.mutuũ amorem.Io.15,Hoc eſt præceptũ meum vt diligatis inuicẽ.Vnde dicitur Prouer.6.Sex ſunt quę odit deus,& ſeptimũ deteſtatur anima eius.ſ.qui ſeminat inter fratres diſcordias.Addit autẽ[Contumelioſos]qui.ſ.mala in faciem inferũt.1.Tim.1,Qui prius fui blaſphemus & perſecutor & cõtumelioſus.Sic ergo tria vitia in materia cõueniũt,quia omnes mala dicũt de proximo. Dicit autẽ in fine,nam ſuſurro intendit diſcordiam,detractor infamiam,cõtumelioſus iniuriam. ¶Conſequẽter ponit peccata quæ pertinẽt ad omiſsionem:& primò ponit radicem horum peccatorũ,cùm dicit(Superbos.) Dicũtur enim ſuperbi quaſi ſuper ſe euntes per inordinatum appetitum excellẽtiæ:volũt enim præeſſe,nõ ſubeſſe alienæ regulæ,& ideo præcepta omittunt.Eccle.10,Initium omnis peccati,ſuperbia.Quod verum eſt quãtum ad auerſionem à deo,nõ quãtum ad cõuerſionem ad bonũ cõmutabile. Dicit enim 1,Tim.vl.q̃ radix omnium malorũ eſt,cupiditas.Secũdò ponit proceſſum ſuperbiæ,ex quo primò in corde naſcitur elatio,vt.ſ.homo ſe ſup alios efferat.Luc.18,Nõ ſum ſicut cæteri hominũ.Vnde dicitur cõtra elatos illud Pſal. Neq; elati ſunt oculi mei.Secũdò ex ſuperbia in ore naſcitur nouitatũ præſumptio.Et q̃tum ad hoc ſubdit, Inuẽtores malorũ,quia emꝝ bona iam à deo & ab hominib⁹ ſunt inſtituta, cõſequẽs eſt vt ipſi de nouo adinueniant mala.Eſa.3,Adinuẽtiones eorũ cõtra dominum. ¶Conſequẽter ponũtur ipſe omiſsiones.Et primò reſpectu ſuperiorum.Vnde quãtum ad parentes dicit(Parẽtibus non obedientes.)Contra id quod dicitur Ephe.6,Filii obedite parẽtibus veſtris in domino.Quãtum autem ad deum,dicit,Inſipientes.i.cõtra diuinã reuerẽtiam agẽtes.Iob 18, Ecce timor domini,ipſa eſt ſapiẽtia:& recedere à malo,intelligẽtia.Secũdò ponit omiſsionẽ,quãtum ad ſeipſum,cùm dicit(Incõpoſitos)in habitu & in inceſſu.Eccl.19, Amictus corporis & riſus dẽtium & ingreſſus hominis enũtiant de illo.Quidã tamen inculpãtur Eſa.3, de hoc q̃ cõpoſito gradu incedebãt,quia illa cõpoſitio excedebat modũ cõmunem hominũ inter quos cõuerſabãtur.Tertiò ponit omiſsionẽ quãtum ad pares,ad quos debemus habere primò affectũ in corde,cõtra quod dicit(Sine affectione)Prou.12,Viſcera impiorũ crudelia.2.Tim.3,Erũt homines ſeipſos amãtes.ſ. & nõ alios. Secũdò debet homo eis exhibere ſocialẽ cõuerſationem,cõtra quod ſubdit(Abſq; fœdere)quo.ſ.aliis ſocialiter nõ cõuiuũt.Iudic.18,Percuſſerũt eos in ore gladii,eo q̃ cũ nullo hominũ haberẽt quicq̃ ſocietatis ac negotii.Eccl.4,Væ ſoli,qm̃ cùm ceciderit &c.Quartò q̃tum ad inferiores,ſubdit(Sine miſericordia)quã debemus miſeris exhibere.Iac.2,Iudiciũ ſine miſericordia fiet illi q nõ facit miſericordiã,&c. ¶Deinde cũ dicit(Quia cũ iuſtitiã)oſtẽdit eos eſſe obnoxios iræ ſiue vindictę diuinæ.Circa quod tria ſunt cõſiderãda. Primò naturalis eorũ affectus:qa cũ cognoſcerẽt deum iuſtũ & oẽs alias pfectiones habentẽ,nõ crediderũt q̃ pro peccatis pœnã inferret.Sopho.1,Dicunt in cordibus ſuis,nõ faciet dñs malè.Et hoc eſt q̃ dicit(Qui cũ iuſtitiã dei cognouiſſent,nõ intellexerũt)Secũdò pœna peccatis eorũ debita,cũ dicit,Digni ſunt morte. infrà 6,Stipẽdia peccati,mors eſt.Dignũ eſt enim q̃ anima quę deſerit deũ,à corpore ſuo deſeratur p mortem corporalẽ & finaliter deſeratur à deo p mortem æternã,de qua dicitur in Pſal.33,Mors peccatorũ peſsima.Et Apoc.2,In his mors ſecũda nõ habebit poteſtatem.Tertiò cõſiderãdum eſt quibus talis pœna debetur.Et primò his qui talia agũt.ſ.prædicta peccata,ſecũdum illud Pſa.5,Odiſti oẽs q̃ operãtur iniquitatem, perdes omnes qui loquũtur mẽdacium,& nõ ſolùm illis qui faciũt,ſed etiã his qui cõſentiunt faciẽtibus. Et hoc dupliciter.Vno modo directè vel laudãdo peccatũ,ſecũdum illud Pſal.9,Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ.Vel etiã præbẽdo cõſilium & fauorẽ,ſecũdum illud 2.Paral.19,Impio præbes auxiliũ. Alio modo indirectè,quãdo nõ reprehẽdit aut impedit quocũq; modo ſi poteſt,& p̃cipuè ſi ex officio incũbat,ſi cut peccata filiorum imputantur Hely:ſicut patet 1.Reg.4,Hæc etiam ſpecialiter Apoſtolus dicit propter quoſdam ſapientes Gentilium:qui & ſi idola non colebant,tamen colentibus non reſiſtebant. Cap.2.

PROPTER quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas,teipſum condẽnas. Eadem enim agis quæ iudicas, Scimus enim quoniam iudicium dei eſt ſecundum veritatem, in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem ô homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea,quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius

Ex derelictione dei ſequũtur vitia cõtra naturã ex illis autẽ tandẽ omnis peccati abundantia.

Vitia cõtra naturã ſũt pœnæ idolatriæ.

Vitia tẽdẽtia in nocumentũ proximi.

Nõ cognouerũt philoſophi deum punitorem malorũ eſſe

Pariter puniũtur agẽtes & conſentiẽtes. Qui dicuntur conſentientes.

Hoc cap. oſtẽditur Iudæos nõ iu-

stificari ex lege, sed primò arguitur tam Iudæi q̃ Gẽtiles, eo q̃ mutuoſe iudicarẽt, & oſtẽdit vtroſq; condẽnabiles eſſe.

& patientiæ & longanimitatis eius contẽnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Secũdum autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei.

¶ Poſtq̃ Apoſtolus oſtendit q̃ Gentiles iuſtificati nõ ſunt ex veritatis cognitione quam habuerũt, hîc oſtẽdit q̃ neq; etiam Iudæi iuſtificati ſunt ex his in quibus gloriabantur. Et ſic vtriſq; eſt neceſſaria ad ſalutem virtus euãgelicæ gratiæ. Primò ergo dicit q̃ Iudæi nõ ſunt iuſtificati ex lege. Secũdò q̃ nõ ſunt iuſtificati ex genere, de quo gloriabãtur. 3. cap. (Quid ergo eſt amplius?) Tertiò q̃ non ſunt iuſtificati ex circunciſione. 4. cap. (Quid ergo dicemus?) Circa primum conſiderãdum eſt q̃ Iudæi & Gentiles ad fidem cõuerſi ſe inuicem iudicabant de priori vita. Iudæi enim Gẽtibus obiiciebant, q̃ ſine dei lege viuentes, idolis immolabãt. Gentes autẽ obiiciebãt Iudæis, q̃ lege dei accepta, eam nõ ſeruabãt. Primò ergo vtroſq; arguit de inordinato iudicio. Secũdò ſpecialiter oſtẽdit q̃ Iudei non erãt digni præmio: quia ea in quibus gloriabãtur nõ ſufficiebant ad ſalutem, ibi (Non enim auditores legis) Circa primum duo facit. Primò cõfutat humanum iudicium. Secundò aſtruit & cõmendat diuinum, ibi (Scimus enim) Circa primum duo facit. Primò proponit mutuò ſe iudicãtes inexcuſabiles eſſe. Secundò aſsignat rationem, ibi (In quo autẽ) Primò enim concludit ex præmiſsis, dicens, Propter quod Gentiles veritatem de deo cognitam in iniuſtitia detinuerunt. O homo qui iudicas alium hominem inexcuſabilis es, ſicut ſuprà 1. dixit, ita vt ſint inexcuſabiles. Addit autem omnis. Quaſi dicat, quicunq; ſis, ſiue Gentilis, ſiue Iudæus, quia etiam Gentilis de quo magis videbatur, non poteſt excuſari per ignorantiam, ſicut ſuprà oſtenſum eſt. 1. Cor. 4, Nolite ante tempus iudicare. ¶ Deinde cùm dicit (In quo enim) aſsignat rationem, excludendo cauſam excuſationis. Primò quidem ignorantiam. Secundò innocẽtiam, ibi (Eadem enim) Ignorãtia quidem excluditur per iudicium: quicunq; enim iudicat aliquem quaſi malè agẽtem, demonſtrat ſe agnoſcere illud eſſe malum, & ex hoc oſtẽdet eſſe condemnabilem: & hoc eſt q̃ dicit, Ideo inquam es inexcuſabilis. In quo enim iudicas alterum quaſi malè agẽtem, teipſum cõdemnas. i. oſtẽdis te eſſe condẽnabilem. Mat. 7, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nõ tamen credẽdum eſt q̃ omne iudicium ſit condẽnationis cauſa. Eſt enim triplex iudicium. Vnum quidem iuſtum, quod. ſ. fit ſecũdum regulam iuſtitiæ. Sap. 1, Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Aliud eſt iudicium non iuſtum, quod. ſ. fit cõtra regulam iuſtitiæ. Sap. 6. Cùm eſſetis miniſtri regni eius, nõ rectè iudicaſtis. Eſt autem tertium iudicium temerarium, contra quod dicitur Eccle. 5, Ne temerè quid loquaris. Quod quidem dupliciter cõmittitur. Vno modo quãdo aliquis procedit circa id quod eſt ſibi cõmiſſum iudicium abſq; debita veritatis cognitione: cõtra id quod dicitur Iob 29, Cauſam quam ignorabam diligentiſsimè inueſtigabam. Alio modo quando aliquis vſurpat ſibi iudicium de occultis, de quibus ſolus deus iudicare habet. Cõtra id quod dicitur 1. Cor. 4, Nolite ante tempus iudicare quoaduſq; veniat dominus qui illuminabit &c. Eſt autem aliquid occultum, non ſolùm quò ad nos, ſed ſecundum ſui naturam, ad ſolam dei cognitionem pertinens. Primò quidem cogitatio cordis, ſecundum illud Hie. 17, Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutãs corda, probans renes. ¶ Secundò cõtingens futurum, ſecũdum illud Eſa. 51, Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, & dicemus quia dii eſtis vos. Et ideo ſicut Augu. de ſermone domini in monte. Duo ſunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus: vel cùm incertum eſt qualis quiſque futurus eſt, qui nunc vel bonus vel malus apparet. Primum ergo iudicium non eſt condemnationis cauſa, ſed ſecundum & tertium. ¶ Deinde cùm dicit (Eadem enim) excludit aliam excuſationis cauſam. ſ. innocẽtiam, quaſi dicat, Ideo tu qui iudicas alios, teipſum condemnas, quia tu agis: & ita videtur quòd contra conſcientiam agis. Matt. 7, Qui autem vides feſtucam in oculo &c. ¶ Eſt tamen ſciẽdum quòd cùm aliquis aliquem iuducat de peccato quod ipſe committit, non per hocipſum ſemper ſibi condẽnationem acquirit, quia nõ ſemper mortaliter peccat ſic iudicãdo: ſemper tamen ſuam dãnationem manifeſtat. Si enim publicè ſit in peccato de quo alium iudicat, videtur ſcãdalizare iudicando, niſi fortè humiliter ſe ſimul cùm illo reprehendat pro ſuo peccato ingemiſcens. Si verò ſit in eodem peccato occultè, nõ peccat iudicando alium de peccato eodem, maximè cum humilitate & conatu ad reſurgendum: vt Augu. dicit in libro de ſermone domini in monte. Primùm cogitemus cùm aliquem reprehendere neceſsitas nos cogit, vtrum tale ſit vitium, quod nũquam habuimus: & tunc cogitemus nos etiam habere potuiſſe, vel tale quod habuimus, & iam nõ habemus: & tunc tãgat memoriam fragilitas communis, vt illam correctionem non odium, ſed miſericordia præcedat. Si autem inuenimus nos in eodẽ vitio eſſe, nõ obiurgemus, ſed cõgemiſcamus, & ad pariter condolendum inuitemus. ¶ Deinde cùm dicit (Scimus enim) aſtruit & commendat diuinum iudicium, & circa hoc tria facit. Primò ponit diuini iudicii veritatem. Secundò excludit contrariã opinionem, ibi (Exiſtimas.) Tertiò manifeſtat veritatẽ, ibi (Qui reddet vnicuiq;.) Dicit ergo primò, Ideo dico quòd teipſum condemnas, cùm eadem agis, quæ iudicas. Scimus enim. i. pro certo tenemus quoniam iudicium dei eſt in eos qui talia agunt. i. imminet eis diuinum iudicium. Iob 19, Vltor iniquitatis eſt gladius, & ſcitote eſſe iudicium. Eccle. vlt. Cuncta quæ fiunt, adducet deus in iudicio. Item ſcimus q̃ hoc iudicium eſt ſecundum veritatem. Pſal. 95, Iudicabit orbem terræ in æquitate. Hominis autem iudicium, etiam ſi iuſtè iudicet, non ſemper eſt ſecundum veritatem negotii, ſed ſecũdum dicta teſtium, quæ quãdoq; diſſonant à veritate. Sed hoc non eſt in diuino iudicio: quia vt ipſe dicit Hier. 19, Ego ſum iudex & teſtis. Non etiam fallitur falſis allegationibus, ſecũdum illud Iob 41, Non parcam ei quaſi verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. ¶ Deinde cùm dicit (Exiſtimas autem) excludit opinionem cõtrariam. Et primò ponit eam. Secũdò aſsignat cauſam, ibi (An diuitias.) Tertiò improbat, ibi (Ignoras) Dicit ergo primò. Ita dixi quòd iudicium dei eſt ſecundũ veritatem in eos qui talia agunt. Sed nunquid ô homo quicunq; es qui iudicas eos qui talia agunt, & tamen facis ea, ſuperioris iudicium non times, exiſtimas quia tu effugies iudicium dei? Quaſi dicat, Si hoc exiſtimas, falſa eſt æſtimatio tua. Pſa. 138, Quò ibo â ſpiritu tuo: & quò à facie tua fugiam? Iob 5, Effugium peribit ab eis. ¶ Deinde cùm dicit (An diuitias) oſtendit cauſam huius falſæ æſtimationis. Quia enim homo non ſtatim punitur à deo pro peccato, æſtimat ſe non eſſe puniendum. Contra id quod dicitur Eccleſiaſt. 5, Ne dixeris in corde tuo, Peccaui, & quid accidit triſte? Altiſsimus enim eſt patiens auditor. Et Eccle. 5, Etenim quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque vllo timore filii hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus eum. Et ideo hîc dicit, An contemnis. ſecundum illud Prou. 18, Impius cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit diuitias, id eſt abundiam. Ephe. 2, Deus qui dives eſt miſericordia bonitatis eius, per quã ſcilicet in vos profundit bona: ſecundum illud Pſal. Aperis tu manum tuam, & omnia imples bonitate. Nam bonum diffuſionis rationem importat ſecundum Dionyſium. Tren. 3, Bonus eſt dominus ſperantibus in eum. Et patientiæ per quam, ſcilicet, ſuſtinet grauiter, & ex malitia peccantes. Pſal. Dominus iudex iuſtus & patiens, nunquid irraſcitur per ſingulos dies? Et lõganimitatis, per quam. ſ. diu ſuſtinet homines ex infirmitate peccantes, diu tamen in peccato permanentes. 2. Pet. vl. Longanimitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, ſalutem arbitramini. ¶ Deinde cùm dicit [Ignoras] importat prædictã cauſam. ſ. contemptum diuinæ patientiæ, & primò fructum diuinæ patientiæ, demonſtrat: ſecundò periculum contẽptus, ibi [Secundum duritiam autẽ.] Dicit ergo primò, mirum eſt q̃ contẽnis. Nunquid igitur ignoras quoniã benignitas dei differentis pœnam. 2. Pet. 3, Nõ tardat dominus, pmiſsis, ſed patienter agit propter vos nolens aliquos perire, ſed ad pœnitentiam reuerti. Eſa. 3, Expectat vos deus vt miſereatur veſtri. Videtur autẽ Apoſtolus, vt in glo. dicitur, tres gradus peccatorũ tetigiſſe. Primò quidẽ impunitatẽ ſibi promittẽtium. Secundò contẽnentium dei bonitatem. Tertiò verò ignorãtium. Vnde dicit glo. Peccas ô homo dum tibi impunitatẽ promittis, grauius peccas, quia contẽnis, & grauiſsimè peccas, quia ignoras. Sed videtur hoc eſſe falſum, nam ignorãtia alleuiat peccatũ magis q̃ aggrauet. Eſt igitur ſecũdum quoſdã intelligẽdum grauiſsimè. i. periculoſè, quia qui ignorat peccatum, nõ quærit remedium. Vel grauiſsimè, ppter ignorantiæ ſpeciẽ, quæ ad infidelitatem pertinet, q̃ eſt grauiſsimũ peccatum. Vnde dicitur 1. Cor. 14, Si quis ignorat, ignorabitur. Vel grauiſsimè in genere ingratitudinis. Magis enim eſt ingratus qui beneficiũ nõ cognoſcit, q̃ qui diminuit, quod eſt contẽnere. ¶ Deinde cùm dicit (Secundũ duritiam) oſtẽdit periculum contẽptus, dicens, ſecũdum autẽ duritiam, quia. ſ. ob beneficia diuinæ bonitatis nõ emolitur. Eccle. 3, Cor durũ malè habebit in nouiſsimo, & cor impœnitens, quod. ſ. ad pœnitẽtiam nõ inflectitur ex dei patientia & lõganimitate. Hier. 8, Nullus eſt qui agit pœnitẽtiam ſuper peccato ſuo. Theſaurizas tibi iram. Vi. multiplicas tibi reatum pœnæ. Iac. 1, Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſsimis diebus. Vnde & hîc ſequitur, In die iræ. i. in die iudicii: de qua dicitur Sopho. 1, Dies illa, dies iræ, quia. ſ. nunc deus vindictam non infert, quã tunc inferet, ſecũdum illud Pſal. Cũ accepero tẽpus, ego iuſtitias iudicabo. Et reuelationis iuſti iudicii dei, quia tunc reuelabitur iuſtitia diuini iudicii, quod nũc nõ creditur eſſe, aut nõ videtur eſſe iuſtũ. Eſa. 56, Iuxta eſt ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. Et quia glo. hîc dicit, q̃ per duritiã & cor impœnitens ſignificatur peccatũ in ſpm̃ ſanctũ quod eſt irremiſsibile: ideo oportet videre quid eſt peccatũ in ſpiritum ſanctũ, & quomodo ſit irremiſsibile. Eſt igitur ſciendũ q̃ ſecundũ antiquos doctores eccleſiæ q̃ fuerũt ante Auguſtinũ. ſ. Athanaſiũ, Hylarium, Ambroſiũ, Hieronymum, & Chryſoſtomum, peccatum in ſpm̃ ſanctum dicitur blaſphemia qua opera ſpiritus ſancti ſpiritui immũdo attribuũtur, vt patet Mat. 12. quod qui dem dicitur irremiſsibile & in hoc ſeculo & in futuro, quia pro hoc peccato puniti ſunt Iudæi, etiã per Romanos, & in futuro p dæmones. Vel quia nõ habet aliquã rationem excuſationis, ſicut habebat blaſphemia quã dicebant in Chriſtum inquantũ erat filius hominis: ſecundum illud Mat. 2. Ecce homo vorax & potator vini. Ad quod poterãt indici p infirmitatẽ carnis, ſicut & in veteri teſtamẽto, quia filii Iſrael murmauerũt pro defectu panis & aquæ: vt legitur Exo. 16. Quaſi humanũ fuit & facile remiſsibile, ſed quod poſtea dixerunt corã idolo: vt Exo. 22, Iſti ſunt dii tui Iſrael qui te eduxerunt de terra AEgypti: peccauerunt in ſpiritum ſanctũ. ſ. opus dei dæmonibus attribuentes. Vnde & eorũ peccatum dicitur irremiſsibile, cùm dominus ſubdit, Ego autẽ in die vltionis viſitabo peccatum eorum. Auguſti. autem dicit, peccatũ in ſpiritum ſanctum eſſe verbũ vel blaſphemiã, quam quis dicit cõtra ſpiritum ſanctum, per quẽ fit remiſsio peccatorũ, ſecũdum illud Ioan. 20, Accipite ſpiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, &c. Et hoc quidem corde. ſ. ore & opere, dum aliquis perſeuerat vſq; in finem vltimum. Et ſic finalis impœnitẽtia eſt peccatum in ſpiritum, de qua manifeſtum eſt eſſe irremiſsibile. Magiſtri verò ſequẽtes dicunt peccatum in ſpiritum ſanctũ. ſ. quod cõmittitur ex certa malitia quæ cõtrariatur appropriato ſpiritui ſancto. ſ. bonitati, ſicut & peccatum in filium dei quod eſt ex ignorãtia quæ opponitur ſapientiæ, quæ appropriatur filio. Et ſimiliter peccatum in patrem poteſt dici quod ſit ex infirmitate, quæ cõtrariatur potentiæ, quæ eſt appropriata patri. Sic ergo peccatum quod eſt in patrẽ, vel in filium, dicitur remiſsibile, quia ex hoc ipſo peccatum videtur aliquã excuſationem habere, quod ex ignorantia, vel ex infirmitate cõmittitur. Quod autẽ ex certa malitia cõmittitur, nullam in ſe habet excuſationis cauſam: & ideo dicitur irremiſsibile, quia nõ habet in ſe, vnde remittatur, ſi cet quãdoq; deus illud ex ſua bonitate remittat, ſicut quãdoq; ex ſua virtute curat morbum qui eſt de ſe incurabilis. Et ſecũdum hoc aſsignantur ſex ſpecies peccati in ſpiritum ſanctũ excludẽtes ea per quæ peccatũ remittitur, quorum prima duo accipiuntur per reſpectum ad eam quæ ſe tenent ex parte dei. ſ. ſpes diuinæ miſericordiæ, cui opponitur deſperatio: & timor diuinæ iuſtitiæ, cui opponitur præſumptio. Alia verò duo accipiuntur ex parte hominis. ſ. contẽptus boni cõmutabilis, cui opponitur obſtinatio, quę hîc duritia dicitur, per quam. ſ. aliquis obfirmat animum ſuum ad peccatum: & deſtinatio auerſionis à deo, cui opponitur cor impœnites, quod ſcilicet nunquam proponit per pœnitentiam reuerti ad deum. Alia verò accipiuntur ex parte donorum dei, quorum vnum eſt fides, ſecundum illud Prouer. 5, Per fidem purgantur peccata, & huic opponitur impugnatio veritatis agnitæ. Aliud autem eſt charitas, ſecundum illud Prouer. 10, Vniuerſa delicta operit charitas. & huic opponitur inuidentia fraternæ gratiæ.

Triplex iudicium.

Iudiciũ temerarium dupliciter cõmittitur.

An iudicãs aliũ de peccato in quo eſt ipſe in dex ſemper peccet mortaliter.

Iudiciũ dei ſemper eſt cũ veritate negotij.

Humanũ iudiciũ etiã iuſtũ nõ ſẽper eſt ſecũdũ veritatẽ negotij.

Tetigit Paulus tres gradus peccatorum.

Quid peccatũ in ſpiritũ ſanctũ, & quo ſit irremiſsibile.

Lectio 2.

Qui reddet unicuique ſecundum opera eius, iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam. His autem qui ſunt ex contentione & qui non acquieſcunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco. Non enim eſt acceptio perſonarum apud deum. Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

De° in præsenti nõ reddit semper secundum opera.

¶ Postquã Apostolus proposuit veritatẽ diuini iudicii, excluſa cõtraria opinione, hîc manifestat diuini iudicii veritatẽ, & primò proponit quod intẽdit, ſecundò manifestat propoſitũ, ibi (His quidẽ qui ſecundũ pa.) Proponit autẽ primò veritatẽ diuini iudicii quãtum ad duo. ſ. quãtum ad opera, & quãtum ad ꝑſonas. Quãtum ad opera quidẽ, quia in præſenti nõ reddit ſecundum opera, ſed quandoq; malè agentibus gratiã largitur, ſicut ipſi Paulo apoſtolo, qui prius blaſphemus ꝑſecutor miſericordiã cõſecutus eſt: vt dicitur. 1. Timo. 1, Sed hoc nõ erit in die iudicii, quãdo erit tẽpus, ſecũdum iuſtitiã iudicandi. Pſal. Cum accepero tẽpus, ego iuſtitiam iudicabo. Et ideo alibi dicitur in Pſal. Secundum opera manuum eorum tribue illis. quantum ad perſonas attẽditur veritas diuini iudicii, quia retributionis æqualitas ſeruabitur quãtum ad omnes. 2. Cor. 5, Omnes nos manifeſtari oportet. ¶ Videtur autem ꝙ nõ ſit ſecundum opera retributio futura, quia peccato temporali pœna æterna retribuetur. Sed dicendum eſt ꝙ ſicut Augu. dicit 21. de ciuitate dei, In retributione iuſtitię non cõſideratur æqualitas temporis inter culpam & pœnã, quia etiam ſecundum humanũ

Quomodo ſit iuſtitia cũ peccatũ punitur pœna æterna.

iudicium pro culpa adulterii quæ breui hora cõmittitur, infligitur pœna mortis in qua nõ attẽdit legiſlator moram occiſionis, ſed potius ꝙ per mortẽ perpetuò excluditur à ſocietate viuẽtium. Et ſic etiã ſuo modo homo pro culpa tẽporali punitur pœna æterna. Et ideo nõ eſt mirum ſi peccata cõmiſſa cõtra charitatem, per quam. ſ. eſt ſocietas inter deum & homines, carnaliter diuino iudicio puniuntur. Et hoc quidem eſſe iuſtum ex tribus apparet. Ex infinita dignitate dei in quem peccatur, in tãtò enim quis grauius peccat, quãtò maior eſt dignitas perſonæ in quem peccatur: ſicut plus peccat qui perçutit principem, q̃ qui percutit priuatam perſonã. Et ſic cùm culpa peccati mortalis ſit quodãmodo infinita, oportet ꝙ ei infinita pœna reſpondeat. Et ſic cùm nõ poſsit eſſe infinita ſecundum intentionem relinquitur quòd ſit infinita ſecundum durationem. ¶ Secundò apparet ex voluntate per quã peccatur. Quicunq; enim mortaliter peccat auerſus ab incõmutabili bono finem cõſtituit in bono cõmutabili, ſicut fornicator in delectatione carnis, auarus in pecunia. Et quia finis per ſe appetitur, quicunq; appetit finẽ, fertur in illud, volens illud ſemper obtinere, ſi ali

Quomodo de° dicatur reddere ſecundũ opa.

quid aliud nõ obſiſtat. Vnde ille qui peccat mortaliter volnutatem habet perpetuò in peccato manẽdi niſi fortè per accidens, ſicut quando timet pœnã, vel aliquid aliud impedimentũ. Vnde cõueniens eſt, vt ex quo homo ſecũdum ſuam volũtatem peecatũ perpetuò obtinendũ appetit, ꝙ æternaliter pro illo puniatur. Duus enim qui eſt inſpector cordis præcipuè ad volũtatem peccantis attendit. ¶ Tertiò ex parte effectus peccati quæ eſt ſubſtractio gratiæ, ex qua ſequitur ꝙ homo quantũ eſt de ſe perpetuò maneat in peccato à quo exire nõ poteſt niſi per auxilium gratię. Non eſt autem conueniens vt durante culpa ceſſet pœna, & ideo in ꝑpetuum durat pœna. Quòd autẽ dicitur reddere vnicuiq; ſecundũ opera ſua, non eſt intelligendũ ſecundũ

Ad meritũ tria concurrunt.

ęqualitatem operũ, quia pręmium excedit meritum, ſed ſecundũ proportionem, quia bonis retribuet bona, & melioribus meliora. Et eadem ratio eſt de malis. ¶ Deinde cùm dicit (His quidẽ qui ſecundũ patientiã.) manifeſtat ꝓpoſitum, & primò quãtum ad opera, ſecundò quãtum ad perſonas, ibi (In omnem animam.) Quãtum autem ad opera oſtenditveritatem diuini iudicii, primò quidem in bonis: ſecũdò in malis, ibi (His autem qui ex contentione.) Circa primũ duo conſideranda ſunt. ſ. meritũ & præmium. Ad meritũ tria concurrunt. Primò quidem patientia, quod poteſt intelligi vno modo de patientia dei, de qua ſupra dictum eſt. An diuitias bonitatis & patiẽtiæ, vt intelligãtur illi eſſe ſecundum patientiã boni operis. ſ. diſpoſiti qui bene patientia dei vtuntur bene operando. Alio modo poteſt intelligi de patiẽtia hominis quod etiã intelligi poteſt dupliciter. Vno modo ſecundũ ꝙ patientia importat tolerantiã aduerſorum cum æquanimitate cordis. Hoc autem neceſſarium eſt quòd aliquis à bono opere non deſiſtat propter mala quę patitur, & hoc eſt quòd dicit, ſecundum patientiam boni operis. Iac. 1, Patiẽtia opus perfectum habet. Luc. 21, In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Secundò poteſt intelligi patientia pro longanimitate, ſiue pro perſeuerantia, vt. ſ. aliquis à bono opere ꝓpter tedium non recedat: Iac. vlti. Patientes eſtote fratres vſq; ad aduentum domini. Ad Hæb. 10, Patientia vobis neceſſaria eſt. Secundũ eſt bonitas operis, quod quidem dicitur bonũ ſecundum ordinem ad debitũ finem, & ſecundũ quod conuenit regulæ debitæ quod eſt lex dei & ratio humana. Gal. vlti. Bonũ facientes nõ deficiamus, Secundò tãgitur rectitudo intentionis quærentibus vitã æternam, vt. ſ. in malis quæ homo patitur, vel in bonis quę agit nõ quærat aliquid temporale ſed æternum. Mat.

In præmio bonorũ tria

6. Primùm quærite regnum dei. ¶ Ex parte etiam præmii tangit tria, quorum primum eſt gloria quæ ſignificat claritatem ſanctorum etiam intrinſecam qua replebuntur in mente, ſecundum illud Eſa. 58, Implebit ſplẽdoribus animam tuam. & exteriorem qua ſplendebunt in corpore. Mat. 13, Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum, Pſal. Exultabũt ſancti in gloria. Secundò tangitur honor per quem ſignificatur ſanctorum dignitas, & reuerentia quæ eis exhibetur ab omni creatura. Erũt enim reges & ſacerdotes. Apoc. 5, Feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes. Et vlterius cõputabuntur inter filios dei, ſecũdum illud Sap. 5, Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei. Pſal. Nimis honorati ſunt amici tui deus. ¶ Tertiò tãgitur

De diuino iudicio in malos.

incorruptio, quia ſcilicet illa gloria & honor non erunt tranſitoria, ſicut ea quæ ſunt in hoc mundo. 1. Corinth. 9, Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. ¶ Deinde cùm dicit [His autem] oſtendit veritatem diuini iudicii in malis, in quibus etiam tangitur culpa & pœna. Et quãtum ad culpam tanguntur tria, quorum primum eſt, contentionis pertinacia, quæ quidem primò poteſt intelligi hominis ad deum beneficiis ad ſe vocantem, contra quem homo contendere videtur diuinis beneficiis reſiſtendo. Deuteron. 31, Adhuc viuente me & ingrediente vobiſcum ſemper contentioſe egiſtis contra dominum. Secundò poteſt intelligi de contentione hominis contra fidem. 2. Tim. 2, Noli verbis cõtendere. ¶ Tertiò poteſt intelligi de contẽtione hominum adinuicem, quæ contrariatur charitati, quæ eſt mater virtutũ. Iac. 3, Vbi zelus & contentio, ibi, incõſtantia & omne opus prauum. Tertiò ponitur duritia eorum. ſ. qui nõ acquieſcunt veritati. Quod poteſt vno modo intelligi de veritate fidei. Ioan. 8, Si veritatẽ dico, quare nõ creditis mihi? Alio modo de veritate diuinæ iuſtitiæ, cui nõ acquieſcũt, veritatem diuini iudicii non credentes. Ezech. 18, Dixiſtis, nõ eſt æqua via domini. Tertiò poteſt intelligi de veritate vitæ, cui non acquieſcunt, qui peruerſe viuunt. Io. 3, Qui facit veritatem, venit ad lucem. Tertiò autem tãgitur malitia in hoc ꝙ dicit, Credunt autem iniquitati, vel quia conſentiunt perſuadentibus iniquitatem. Prou. 22, Malus

In culpa malorũ tria

obedit linguæ iniquę. Vel quia credũt impunitatẽ peccatorũ quæ in diuinã iniquitatem redũdaret. Eccl. 5. Ne dixeris peccaui, & quid mihi accidit triſte? Vel credũt iniquitati. i. infidelitati. ſ. doctrinę quæ eſt contra fidẽ. 2, The. 2. Iuducẽtur omnes q nõ crediderũt veritati, ſed cõſenſerũt iniquitati. ¶ Ex parte autẽ pœnæ quatuor ponũtur, quæ quidem dupliciter diſtingui poſſunt. Vno modo vt ira. i. pœna & vindicta corporalis intelligatur eſſe poſt iudiciũ. Sopho. 1, Dies illa, dies iræ. Indignatio autẽ in iudicio quãdo impii ſibiipſis indignabũtur fit ex peccatis quę cõmiſerũt. Sap. 5, Errauimus à via veritatis. Tribulatio autẽ & anguſtia pertinẽt ad animã ſeparatã à corpore ad reſurrectionẽ. Prouer. 1, Quãdo venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia. Vel alio modo poſsũt diſtĩgui vt prima duo accipiãtur ex ꝑte dei, cuius ira dicitur diſpoſitio ad puniẽdum q̃ eſt malis horribilis. Apoc. 6, Dicẽt mõtib⁹ & petris cadite ſuper nos, &c. Indignatio eius refertur ad hoc ꝙ peccatores ĩdignos reputabit vita æterna. ꝑs. Quib⁹ iuraui in ira mea ſi introibũt. Alia verò accipiũtur ex parte hominis. Et tribulatio quidẽ dicitur a tribulo quę pũgit, vnde ad tribulationẽ poteſt pertinere omne quod dolorẽ infert. Sopho. 1, Vox diei dñi amara tribulabitur ibi fortis. Anguſtia autẽ dicitur ex hoc ꝙ animus hominis anguſtiatur nõ valẽs inuenire remediũ cõtra mala quæ timet, vel iam patitur. Dañ. 13, Anguſtiæ mihi ſunt vndique, & quid eligam ignoro. Iob. 17, Nunquid clamorem illius audiet deus cum venerit ſuper illũ anguſtia. ¶ Deinde eũ dicit (In omnẽ animã.) oſtẽdit veritatẽ diuini iudicii quãtũ ad perſonas. Et primò ꝓponit huius æquitatẽ. Secũdò rationẽ aſsignat, ibi (Non eſt enim perſonarũ.) Tertiò rationẽ manifeſtat, ibi (Quicunq; enim.) Veritatẽ quidẽ diuini iudicii quantũ ad perſonas oſtendit primò in malis cũ dicit (In omnẽ animã hominis operãtis.) id eſt cõtra omnẽ animã, quia ſicut gloria ſanctorũ ab anima ad corpus deuenit, ita reproborum pœna primò & principaliter eſt in anima, & ſecundò in corpore, quod ꝓpter defectũ vel culpã animæ reſurget paſsibile. Ezec. 18, Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Dicit autẽ (Iudæi primũ & Græci.) quia Iudæis maior pœna debebatur tanq̃ cognoſcẽtibus dei volũtatẽ per legẽ. Luc. 12, Seruus ſciẽs volũtatẽ dñi ſui dignè plagis vapulabit multis. Et ſimiliter chriſtiani quãtũ ad idẽ peccatũ, puta adulteriũ vel furtũ, grauiori pœna puniũtur q̃ infideles. Heb. 10, Quãto magis putatis maiora mereri ſupplicia q filiũ dei, &c. Sed quãtũ ad totã pœnã grauior eſt pœna infideliũ ꝓpter peccatũ infidelitatis, quod eſt grauiſsimũ. Vnde dicitur. 1, Pet. 3, ꝙ ſuper incredulos ira dei manet. Secundò manifeſtat in bonis, & ponit primò duo, quæ ſuprà dixit gloriã & honorẽ. Tertiũ verò. ſ. pacẽ ponit loco incorruptionis quã includit pax & multa alia cõprehẽdit. Nõ enim poteſt eſſe pax hominis ꝑfecta quãdiu aliquis timet ſe amiſſurũ bona quæ habet, ſed tũc aliquis habet verã pacẽ cordis quãdo habet omnia quæ cõcupiſcit, & ea perdere nõ timet. Eſaiæ. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et in his etiã primatũ Iudæis attribuit, quia eis ſunt primò ꝓmiſſa, & in eorũ ꝓmiſsiones gẽtes introierũt. Ioãnis quarto, Alii laborauerũt & vos in labores eorũ introiſtis. ¶ Deinde cũ dicit, (Non enim eſt.) aſsignat rationẽ dictorũ, quia ſcilicet

Ex parte pœnæ malorum quatuor.

nõ eſt perſonarũ acceptio apud deũ. Act. 10, Nõ eſt perſonarũ acceptor deus. Opponitur autẽ perſonarũ acceptio iuſtitiæ diſtributiuę, per quã aliquis diſtribuit vnicuiq; ſecũdũ dignitatẽ perſonarũ, ergo acceptio eſt quãdo præter dignitatẽ datur alicui plus vel minus. Tũc autẽ hoc fit præter dignitatẽ quãdo hoc fit nõ propter cõditionẽ perſonæ quę facit ad cauſam. Hoc eſt enim cauſam accipere. ſ. quaſi regulã operandi, ſed propter perſonã quaſi ipſa perſona accipiatur vt cauſa aliquid faciẽdi, puta ſi aliquis det alicui propter conſanguinitatẽ plus de bonis patrimonialib⁹, nõ eſt acceptio perſonarũ, quia cõſanguinitas eſt cõueniẽs cauſa ꝓpter quã in talib⁹ bonis debeat habere. Si autẽ ꝓpter cõſanguinitatẽ aliquis prælatus det alicui plus de bonis eccleſiaſticis, poteſt hoc ad acceptionẽ perſonarũ pertinere, ſi aliâs idoneitas nõ cõcurrat. Non enim cõſanguinitas eſt ratio cõueniẽs diſtributionis bonorũ ſpiritualiũ, quia igitur deus omnia conueniẽtiſsima ratione facit nõ cadit in ipſum perſonarũ acceptio. Dicitur enim Sap. 8, Quòd diſponit omnia ſuauiter. ſed videtur acceptio perſonarũ, quia peccatorũ quoſdã in ſuis peccatis relinquit, quoſdã ad ſe vocat. Sed dicẽdũ ꝙ perſonarũ acceptio opponitur iuſtitiæ. Vnde locũ habet in his quę dãtur ex debito, quod attẽdit iuſtitia: deus autẽ nõ ex debito, ſed gratis peccatores ad pœnitẽtiã vocat. Si enim ex operib⁹, iam nõ ex gratia, vt dicitur infrà. 11. Et Tit. 3, Nõ ex operib⁹ iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit. In talib⁹ autẽ beneficiis gratis datis nõ ſolũ deo, ſed etiã homini liberũ eſt dare cui voluerit. Matth. 20, An nõ licet mihi facere quod volo? ¶ Deinde cũ dicit (Quicunq; enim.) exponit prædictã rationẽ, ꝙ enim nõ ſit perſonarũ acceptio apud deũ patet ꝑ hoc ꝙ omnes q peccãt puniũtur. Vnde primò loquitur quãtũ ad illos qui legẽ nõ ſuſceperũt dicẽs, ꝙ quicũq; peccauerit ſine lege. ſ. Moyſi accepta à deo, ſine lege peribit i. cõdẽnabitur nõ, ꝓpter legis trãſgreſsionẽ Iob. 4, Quia nullus intelligit in ęternũ peribũt. Secũdò loquitur quãtũ ad illos q legẽ ſcriptã acceperũt, & dicit ꝙ quicũq; peccauerũt in lege. i. poſt legẽ ſcriptã iudicabuntur per legẽ. i. ꝓpter hoc ꝙ trãſgreſsi ſunt præceptũ legis. Io. 12, Sermo quẽ locutus ſum vobis ille iudicabit eum in nouiſsimo die. Quidã autẽ ex hoc modo loquẽdi occaſionẽ erroris ſumpſerũt. Quia enim Apoſtolus nõ dicit, quicũq; in lege peccauerit per legẽ peribit, dixerat autẽ de his qui ſunt ſine lege ꝙ ſine lege peribũt, crediderũt ꝙ illi qui poſt legẽ ſuſceptã peccãt, iudicẽtur aliqualiter. ſ. in prẽſenti, nõ tamẽ pereunt. Sed ſicut dicit glo. quis Chriſtianus dicat nõ perire Iudęũ ſi nõ credat in Chriſtũ, cũ dñs dicat ꝙ tolerabilius erit Sodomæ in die iudicii q̃ eis, vt habetur Matth. 12, Vnde Ezech. 18, Nolo mortẽ peccatoris. Vtitur autẽ tali diuerſitate in loquẽdo, quia vt Greg. dicit in moralib⁹ ſup illud Iob. 36, Iudiciũ pauperib⁹ tribuit. Quidã in futuro iudicio peribũt, ſed nõ iudicabũtur. i. impii, q ſunt ſine fide & lege dei. ꝑs, Nõ reſurgẽt impii in iudicio, quia ſcilicet nõ eſt locus diſceptãdi cõtra eum q totaliter alienus eſt à deo. Ioã. 3, Qui nõ credit iam iudicatus eſt. Alii verò q lege dei & fide ſuſcepta peccãt ita peribũt, ꝙ etiã iudicabũtur, quaſi quadã diſceptatione cũ eis facta. Vnde Ezech. 34. dicitur, Ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietũ & hyrcorũ. Sicut & rex (vt Gregorius dicit) hoſtes cõdẽnat abſq; audiẽtia, ciues autẽ cũ diligẽti audiẽtia. ¶ Lectio. III.

Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deũ: ſed factores legis iuſtificabũtur. Cùm enim gẽtes quæ legẽ non habẽt, naturaliter ea quæ legis ſunt faciũt, eiuſmodi legẽ non habẽtes, ipſi ſibi ſunt lex qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorũ, & inter ſe inuicẽ cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die cùm iudicabit deus occulta hominum, ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum.

Quid acceptio perſonarum.

Iudæi punientur grauius gentilibus, & chriſtiani grauius iudæis & gẽtilibus cæteris paribus.

Gloria Iudæorum.

¶Postq̃ Apostolus cosutauit humanum iudiciũ quo se Gentiles & Iudæi mutuo iudicabãt,& diuinũ iudicium cõmendauit,hîc procedit ad ostẽdendum ea quibus Iudęi gloriabãtur eis nõ sufficere ad salutẽ:& primò ostendit ꝓpositum,secũdò soluit ea quæ in contrariũ dici possent.3.cap.ibi (Quid ergo amplius,&c.) De duobus Iudæi gloriabãtur.s.de lege & circũcisione quæ nõ erat ex lege Moysi,sed ex patrib⁹,vt dicitur Ioan.7.Primò ergo ostendit ꝙ lex audita siue recepta nõ sufficiebat ad salutem.Secundò ostendit idem de circuncisione,ibi(Circuncisio quidẽ,&c.)Circa primum duo facit.Primò proponit quod intẽdit.Secundò manifestat propositũ,ibi (Cùm enim Gẽtes.)Circa primum proponit duo.Vnũ excludendo,alterũ asserẽdo.Excludit enim quod Iudęi opinabãtur.s.se per solùm legis auditũ iustificari.Vnde dicit,ita dictũ est:peccantes in lege,iudicentur ꝓ legem.Nõ enim auditores legis ex hoc ipso ꝙ legẽ audiunt,iusti sunt apud deũ, & si apud homines iusti reputantur.Mat.7, Qui audit verba mea & nõ facit ea,similis est viro stulto.Ia.1, Si quis auditor est verbi & nõ factor,&c.Secũdò astruit ꝙ factores legis sunt iusti,cũ dicit,sed factores legi iustificabũtur.Mat.7,Omnis qui audit verba mea &facit ea,asimilabitur viro,&c.Ia.1,Estote factores verbi & nõ auditores tantũ,& Psal.Intellectus bonus oĩbus faciẽtib⁹ eũ. ¶Sed circa secundũ videtur esse quod infrà.3.dicitur,Ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro coram eo. Non ergo aliqui exhoc ꝙ opera legis faciunt,iustificantur.Sed dicendum est ꝙ iustificari tripliciter accipi potest.Vno modo potest accipi quantum ad reputationẽ,vt tunc aliquis iustificari dicatur,quãdo iustus reputatur.Eze.16. Iustificasti sorores tuas.s.per reputationem.Et secundum hoc potest intelligi hoc, Factores legis iustificabuntur.i. iusti apud deum & homines reputabuntur.Secundò per executionẽ iustitiæ inquantũ.s.opera iustitię exequuntur.Luc.18,Descendit hic iustificatus in domum suã,quia scilicet publicanus opus iustitiæ fecerat cõfitendo peccatũ.Et hoc modo verificatur quod hîc dicitur,Factores legis iustificabũtur.s.legis iustitiã exequendo. ¶Tertio modo potest accipi iustificatio quantũ ad causam iustitiæ, vt.s.ille dicatur iustificari qui iustitiã de nouo accipit,sicut infrà 5,Iustificati igitur ex fide,&c.sic autẽ non intelligitur hîc ꝙ factores legis iustificẽtur quasi ꝑ opera legis iustitiam acquirãt.Hoc quidẽ esse nõ potest,neq; quãtum ad opera cerimonialia quæ gratiã iustificãtem non cõferebãt,neq; etiã quantũ ad moralia ex quib⁹ habitus iustitię nõ acquiritur,sed potius ꝑ habitum iustitiæ infusum huiusmodi opera facimus. ¶Deinde cũ dicit [Cùm enim Gẽtes,]manifestat ꝓpositum.Et primò ostendit ꝙ factores legis etiã si nõ sint auditores,iustificãtur. Secundò ꝙ auditores legis sine legis obseruantia nõ iustificantur,ibi[Si autẽ Iudæus.]Circa primũ tria facit.Primò ꝓponit dignitatẽ eorum qui legẽ absq; auditu obseruant. Secundò manifestat quod dixerat,ibi [Qui ostẽdunt opus legis.]Tertiò ꝓbat,ibi[Testimonium reddẽte illis.]Circa primum tria tãgit quãtum ad Gẽtiles.Primò carentiã legis dicens,Cùm enim Gẽtes que legem nõ habent.s.diuinam,quã non accepe runt:nõ enim Gẽtibus data est lex,sed Iudæis,secundum illud Eccl.24.Et in Psal. Nõ fecit taliter omni nationi.Deut.33,Legẽ pręcepit nobis Moyses hæreditatẽ multitudinis Iacob.Ex quo patet ꝙ Gẽtiles nõ peccabant:nõ obseruãdo cerimonialia legis.Secundò cõmendat in eis legis obseruantiã cùm dicit,Naturaliter faciunt quæ sunt legis.i.quæ lex mãdat.s.quantum ad præcepta moralia quæ sunt de dictamine rationis naturalis,sicut & de Iob dicitur ꝙ erat iustus & rectus ac timẽs deum & recedẽs à malo. Vnde ipse dicit.23, Vestigia eius secutus est pes meus,vias eius custodiui. ¶Sed ꝙ dicit,naturaliter,dubitationẽ habet:videtur enim patrocinari Pelagianis, qui dicebãt ꝙ homo per sua naturalia poterat omnia præcepta legis seruare. Vnde exponẽdum est naturaliter.i.per naturã gratia reformatã.Loquitur enim de Gẽtibus ad fidem cõuersis,qui auxilio gratiæ Christi cooperãt moralia legis seruare. Vel potest dici naturaliter. i. per legẽ naturalẽ ostendentẽ eis quid sit agẽdum,secundum illud Psal.Multi dicunt quis ostendit nobis bona,signatum,&c. Quod est lumẽ rationis naturalis,in qua est imago dei,& tamen nõ excluditur quin necessaria sit gratia ad mouẽdum affectum,sicut etiam per legẽ est cognitio peccati,vt dicitur infrà 3.& tamen vlterius requiritur gratia ad mouendum affectum, ¶Tertiò ostẽdit eorum dignitatẽ in hoc.s.ꝙ huiusmodi legẽ non habẽtes ipsi sibi sunt lex,inquantum.s.funguntur officio legis ad seipsos,instruendo se & inducendo ad bonũ:quia vt Philosophus dicit.10, Ethic.Lex est sermo coactionem habens ab aliqua prudentia & intellectu procedens.Et ideo dicitur.1.Timo.1.Quòd iusto lex nõ est posita.i.exteriori lege nõ cogitur,sed posita est iniustis,qui indigent exterius cogi.Et iste est supremus gradus dignitatis in hominibus, vt.s. non ab aliis,sed à seipsis inducantur ad bonum.Secundus verò gradus est eorum qui inducuntur ab alio, sed sine coactione. Tertius autẽ est eorum qui coactione indigent ad hoc ꝙ fiant boni.Quartus est eorũ qui nec coactione ad bonum dirigi possunt.Hiere.2.Fruſtrà percussi filios vestros,disciplinam non receperunt. ¶Deinde cùm dicit,[Qui ostendunt.]ostendit quomodo ipsi sunt sibi lex,quod quidã accipere possumus ad similitudinẽ legis quæ ab exteriori homine proponitur,quæ.s.consueuit ad infirmitatẽ & memoriã scripto tradi, & similiter illi qui legẽ obseruant absq; exterioris auditu legis,ostendunt opus legis scriptum,nõ quidem atramento,sed primò quidẽ & principaliter spiritu dei viui,vt dicitur.1.Cor.3.Secundò etiam humano studio. Prouer.3,Describe ea in tabulis cordis tui.s.præcepta sapientiæ.Vnde & hîc sequitur,In cordibus suis: nõ pergameno aut tabulis lapideis siue æreis. Hier.31,Dabo legem meam in visceribus eorum,& in corde eorum superscribam eam. ¶Deinde cùm dicit [Testimonium reddẽte.] probat quod dixerat.s.ꝙ opus legis sit in cordibus eorum inscriptum per quędã opera quæ huiusmodi scriptum annuntiãt. Et primò ponit illa opera,quorum vnum est testimonium conscientiæ,quod tangit dicens, testimonium reddente illis conscientia,quæ quidem nihil aliud est q̃ applicatio cognitionis habitæ ad iudiçãdum de aliquo vtrum sit bene vel malè factum.Vnde huiusmodi cõscientia quãdoq; testimonium phibet de bono,secundũ illud.2. Cor.1,Gloria nostra hæc est testimoniũ cõsciẽtię nostræ.Quãdoq; autẽ de malo.Eccl.7.ca.Scit cõscientia tua,quia & tu crebrò maledixisti aliis.Nõ autẽ potest aliquis ꝑhibere testimoniũ de aliquo opere ꝙ sit bonum vel malũ,nisi ꝑ hoc ꝙ habet legis notitiã.Vnde hoc ipsum ꝙ cõsciẽtia testimoniũ reddit de bono vel malo,est euidẽs signũ ꝙ in corde hoĩs sit opus legis descriptũ.Aliud autẽ opus est accusatio &defensio quę sine notitia legis esse nõ possunt.Et q̃tum ad hoc dicit,Et cogitationũ.i.cogitationib⁹, accusantiũ aut etiã defendentiũ.i.accusantibus vel defendẽtibus more Græcorũ,qui genitiuis loco ablatiuorũ vtuntur,& hoc

Falsè putant Iudæi se iustificari solo auditu legis.

Quis dicitur iustificatus tripliciter Iustificatur quis apud homines ꝑ opera legis, & hæc iustitia dicitur iusticia operum, et hæc iustitia nõ iustificat apud deum vbi sola sit. Alia est iustitia quæ quis dicitur iustus apud deũ, & dicitur iustitia fidei nõ quæ per solã fiat fidẽ, sed quæ illius principium est fides.

Quomodo verũ sit ꝙ quis naturaliter agat q̃ legis sunt.

Quid lex. Quatuor gradus i homine.

Duo ostendunt opꝰ legis scriptũ in cordibus hominũ. s. cõsciẽtia et cogitatiões accusantes. Quid conscientia.

inter seinuicẽ.Insurgit em̃ homini circa aliquod factũ aliqua cognitio accusans,dũ ꝓpter rationẽ aliquã cogitat se malè feciſſe.Psa.Arguã te & statuã cõtra faciẽ tuam.Esa.3.Agnitio vultus eorũ respõdebit eis.Quã doq; etiã insurgit aliqua cognitio defendẽs dũ per aliquã rationẽ cogitat se feciſſe bene,secũdum illud Iob 27,Nõ reprehẽdet me cor in omni vita mea.Et inter hãc accusationẽ & defensionẽ locũ habet testimoniũ cõsciẽtiæ cui statur.Potest & aliter legi,vt dicatur testimoniũ reddẽte illis cõsciẽtia ipsorũ,quę.s.cõscientia nõ solùm est operũ, sed etiã cogitationũ,de quibus.s.homo cõsciẽtiam habet,sed primũ melius est.Sed quia testimoniũ accusatio & defensio in iudicio locum habẽt,agit secũdò de huiusmodi iudicio,ostẽdens tẽpus,cùm dicit, die,quod dicit nõ ad designãdum tẽporis qualitatẽ,sed absconditorum manifestationem.1. Cor.4,Illuminabit absc̃dita tenebrarum. Quãdoq; tamen dicitur nox propter incertitudinẽ horæ illius. Matt.25,Media nocte clamor factus est.Dicũtur autẽ cogitationes accusantes vel defendẽtes in die iudicii nõ illę quæ tunc erunt,quia tunc vnicuiq; manifesta erit salus vel dãnatio,sed defensio vel accusatio cogitationum quæ nunc sunt,& testimonium conscientiæ quod nunc est, representabitur homini in illa die virtute diuina faciente,vt dicit Aug.2.de ciuit.dei, Notitia autẽ illarum cogitationum quæ remanent in anima, nihil esse aliud videtur,vt dicit glo.q̃ reatus pœnæ vel meritum ex eis cõsequens.Ostẽdit etiã authorem iudicii,dicens,Cùm iudicabit deus.Psal.Iudicabit orbem terrarum in æquitate.Determinat etiam de quibus erit iudicium,cùm dicit,Occulta hominum.de quibus nunc homines iudicare nõ possunt.1.Cor.4,Illuminabit absc̃dita tenebrarũ.Ostẽdit etiã doctrinam,ex qua habetur fides de hoc iudicio,cùm dicit, secũdum euãgelium meũ.i.à me prædicatũ.Mat.12.Omne verbũ otiosum &c.Dicit autem,euãgelium meũ, q̃is nõ possit dicere baptismũ suum,& sit vtriusq; minister,quia in baptismo nihil operatur industria hominis,sed in euãgelio prædicando,industria prædicatoris operatur.Ephe.3.Prout potestis legẽtes intelligere prudentiã meam in ministerio.Postea ponit cui datum est iudiciũ,cùm subdit,Per Iesum Christum,qui.s. est cõstitutus à deo iudex viuorũ & mortuorum, vt dicitur Act.10.& Ioan.5, Pater omne iudiciũ dedit filio,qui.s. in iudicio apparebit bonis& malis:sed bonis secũdum gloriam diuinitatis.Esa.33,Regem in decore suo videbunt.Malis autem secundum naturam humanitatis.Apoc.1,Videbit eum omnis caro. ¶Lectio 4.

Si autem tu Iudæus cognominaris & requieſcis in lege, & gloriaris in deo, & noſti uolũtatem eius, & probas utiliora inſtructus per legem,confidis teipſum eſſe ducem cæcorum,lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium,magiſtrum infantium,habentem formam ſciẽtiæ & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces,teipſum nõ doces? Qui prædicas nõ furandum,furaris? Qui dicis non mœchãdum mœcharis? Qui abominaris idola,ſacrilegium facis? Qui in lege gloriaris,per præuaricationem legis deum inhonoras? Nomen enim dei per uos blaſphematur inter Gẽtes, ſicut ſcriptum eſt. Circũciſio quidem prodeſt ſi legem obſerues. Si autem præuaricator legis ſis,circumciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat,nõne præputium illius in circũciſionem reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura eſt præputium,legem conſummans,te qui per literam & circumciſionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt,neque quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu,non in litera:cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt.

Iudæorum ꝓrogatiuæ.

Iudæorum defectus in transgreſſione legis.

¶Ostenso quòd factores legis iustificantur etiam sine hoc quòd sint auditores, quod pertinebat ad Gentiles,hîc ostendit quòd auditores non iustificantur nisi sint factores, quod pertinet ad Iudæos. Primò ergo ostendit prærogatiuam Iudæorum quantum ad legis susceptionem.Secundò ponit eorum defectum quantum ad legis transgressionem,ibi [Qui ergo alium.] Ponit autem eorum prærogatiuam tripliciter. Primò quantum ad Gentem cui data est lex.Secundò quantum ad legem,ibi[Et requiescis in lege.]Tertiò quantum ad legis effectum siue factum,ibi [Et nosti voluntatem eius]Quantum autem ad Gentem dicit,Si autem tu Iudęus cognominaris,quod est nomen honorabile,secũdum illud Psal.Facta est Iudæa sanctificatio eius.Ioan.4,Salus ex Iudæis est.Dicũtur autem Iudæi,nõ à Iuda Machabęo,vt quidã dicunt,fortè propter hoc ꝙ Iudas Machabęus gentem illã in dispersione existẽtem congregauit & protexit, secundum illud 1. Mach.3,Præliabatur prælia Israel cum lætitia,& dilatauit gloriam populo suo.Inuenitur enim nomen Iudæorum ante Iudam Machabęum,secũdum illud Hester 8, Iudæis noua lux oriri visa est.Et ideo dicẽdum est ꝙ Iudæi denominantur à Iuda patriarcha.Gen.49. Iuda te laudabunt fratres tui.Cùm enim tempore Roboam,10.tribus ab eius regno se segregãtes vitulum aureum adorarent in transmigrationem sunt ductę ab Assiriis,vt habetur 4.Reg.17. Nec de eorum reuersione facit mentionem scriptura, sed potius terra remãsit occupata ab alienigenis,qui postmodum Samaritani sunt dicti.Duæ autẽ tribus.s.Iudæ & Beniamin adhærentes regno Roboam perseuerauerũt in cultu dei.Et q̃is in captiuitatem Babylonis fuerunt ductæ, postmodũ tamen per Cyrũ regem Persarũ sunt reducti in terrã suam,vt dicitur 1.Esdr.1,Et quia tribus Iudæ maior erat,ab ea gens tota illa denominabatur.Et nõ solùm illi qui erant ex tribu Beniamin,sed etiã de aliis tribubus reuertẽtibus qui se illis adiunxerunt. ¶Consequẽter cùm dicit(Et requiescis in lege)ponit eorũ prerogatiuã quãtum ad legẽ.Et primò quidẽ quãtum ad ipsam legẽ,cũ dicit,& requiescis in lege,quasi per eam certificatus in credendis & in agẽdis. Dubitans enim intellectu nõ quiescit,sed vtrinq; solicitatur: qui autẽ sapiẽtiæ certitudinẽ accipit,mente quiescit.Sapiẽ.8,intrans in domum meã cõquiescam cũ illa. Secũdò quãtum ad legislatorẽ, cùm subdit,& gloriaris in deo.i.in cultu & notitia vnius dei.Hie.9.In hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me.1.Cor.1.& 2.Cor.10,Qui gloriatur in domino glorietur. ¶Deinde cũ subdit(Et nosti)ponit prerogatiuam eorũ quantũ ad fructũ legis:primò quãtum ad hominem respectu suiipsius:secũdò respectu aliorum,ibi(Confidis)Ponit autem duplicẽ fructum. ¶Primum quidem respõdentem gloriæ quam de deo habebant,cùm dicit,nosti volũtatem eius,qui.s.deus velit vos facere.infrà 12, Vt probetis quæ sit volũtas dei. ¶Secundum fructũ ponit,qui respõdet quiescẽti in lege dei,cùm dicit,& probas vtiliora.i.scis approbare eligẽdo nõ solùm mala à bonis,sed etiã meliora à minus bonis.Vnde quęrebat quidã Mat.22.Quod est mandatum magnum.& hoc instructus per legem.Psal.Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. ¶Consequẽter ponit fructus per respectũ ad alios,qui quidem tripliciter se habent ad notitiam legis . Quidã enim sunt omnino in legis ignorãtia cõstituti.Vno quidẽ modo per defectũ naturalis ingenii, sicut & homo corporaliter dicitur cæcus per defectũ interioris

Vnde dicuntur Iudæi, oẽs filij Iacob opinio. Israelitæ dicũtur Iudæi à Iuda patriarcha.

Quid sunt cogitatiões q̃ remanẽt in aĩa post hãc vitã, q̃ nũc sunt in ea, & eam accusabũt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentiæ visiuæ.Esa.59,Palpauimus cæci parietem.Huiusmodi autem hominibus nõ potest homo lumen scientiæ præbere,vt ipsi per se videre possint quid sit agendũ,sed præbet eis homo ducatũ vt cæcis mãdando eis quid facere debeant:quãuis mandatorum ratione non cognoscant.Iob.29,Oculus fui cęco: de quibus tamen dicitur Mat.15,Cæci sunt,& duces cæcorũ.Alio modo sunt in ignorãtia per defectũ disciplinæ qui sunt quasi in tenebris exterioribus nõ illuminati per doctrinã quibus sapiens præbere potest lumẽ disciplinæ vt intelligãt quæ mandantur,& hoc est ꝙ dicit,Lumen eorũ qui in tenebris sunt.Lu.1,Illuminare his qui in tenebris.Secundò autẽ tangit illos qui sunt in via pueniendi ad scientiã,quã nondũ attigerũt, & hoc vno modo ꝑ defectũ plenæ instructionis.Et hoc est ꝙ dicit,Eruditorẽ insipientiũ.i. eorũ qui nõdum sapientiã acceperũt, qui dicũtur erudiri quasi erui à ruditate q̃ à principio ineſt oĩbus cùm primò instruuntur.Eccl.7,Filii tibi sunt,erudi eos.Alio modo per defectũ ætatis sicut sunt pueri.Et quantũ ad hoc magistrum infantiũ.Esa.33,Vbi est doctor paruulorũ.Tertii verò sunt qui iã sunt in scientia ꝓueti.Et isti indigẽt à sapiẽtibus informari vt habeant sapientũ dicta in authoritate quasi quandã regulã seu formã.Et quãtum ad hoc dicit habentẽ formam sciẽtiæ.2.Thim.1,Formã habe bonorum verborũ quę à me audisti.Et Phil.3,Obseruate eos qui ita ambulãt sicut habetis formã nostrã. Oportet autẽ eos qui sic informãtur authoritate maiorũ instrui vt sciãt quid sit in lege traditũ.Et ideo dicit,scientiæ.Sapiẽ.10,Dedit illi sciẽtiam sanctorum.Et etiã vt sciant quid sit verus intellectus eorũ quæ traduntur in lege. Et quãtum ad hoc dicit, veritatis,ps.Emitte lucẽ tuam & veritatẽ tuam. ¶Deinde cũ dicit(Qui ergo aliũ doces.)ostendit defectum eorum secundũ transgressionem legis.Et primò hominis ad seipsum cum dicit,Qui ergo aliũ doces, dirigẽdo ipsum ad bonũ,teipsum non doces dirigẽdo.Et potest legi vel interrogatiuè, quasi cũ quadã indignatione,vel remissiuè quasi asserẽdo eorum malitiã,& simile est in sequentibus.Iob 4,Ecce docuisti plurimos.Et infrà,Nunc tetigit plaga & defecisti.Secundò tangit defectũ quantum ad proximum.Primò quidem quantum ad res quæ furto subtrahũtur,cùm dicit,Qui prædicas nõ furãdum furaris.Esa.1,Principes tui infideles socii furũ.Secundò quantũ ad personã cõiunctã,quæ ꝑ adulteriũ polluitur.Et quãtum ad hoc dicit,Qui doces nõ mœchandũ mœcharis.Oseæ 7,Omnes adulterãtes quasi clibanus.Hier.5,Vnusquisq; ad vxorem proximi sui.Tertiò autẽ ostendit eorum defectũ per cõparationem eorum ad deum , & primò quidem quantum ad hoc ꝙ peccabant cõtra ipsius cultum.Et quantum ad hoc dicit, Qui abominaris idola,cognoscens.s.ex prẽcepto legis ea nõ esse colenda.Sacrilegiũ facis,abutendo.s.his quę pertinent ad diuinum cultum.Quod quidẽ primò fecerunt in statu legis.Malac.1,Dicitis mensa domini cõtaminata est.Et postmodum blasphemãdo Christum.Mat.12,In Beelzebuth principe,&c. Secundò quãtum ad ipsam gloriam cum dicit,Qui in lege gloriaris ꝑ prẽuaricationem legis deum inhonoras,sicut enim legis obseruãtia in bonis operibus est occasio videntibus vt honorent deũ, ita etiam trãsgressio legis ꝑ mala opera occasio est videntibꝰ blasphemandi.1.Pet.2,Ex bonis operibꝰ vos cõsiderantes glorificent deum.Ecõtra autem dicitur.1.Thim.6. Quicũq; sunt sub iugo seruitutis dominos suos omni honore dignos arbitrẽtur,ne nomẽ dñi & doctrina fidei blasphemetur.Et ideo inPsa.dicitur,Vidi prẽuaricãtes & tabescebã.Et ad hoc inducit authoritatem subdens,Nomen enim dei ꝑ vos blasphematur inter Gẽtes,quia.s. Gentes videntes Iudęorũ malam cõuersationem,reputabant hoc prouenire ex mala instructione legis à deo traditę.Dicit autẽ,sicut scriptum est.s.Esa.52.Dominatores eius iniquè agunt,& iugiter tota die nomen meum blasphematur. & Ezec.36.secundum aliam literã vbi nostra sic habet,Non propter vos faciam domus Israel,sed ꝓpter nomen sanctum meum quod polluistis in Gentibus. ¶Deinde cum dicit(Circuncisio.)ostẽdit ꝙ nec circuncisio sufficit ad salutẽ eadẽ ratione qua nec lex,quia.s.obseruantia legis sine circũcisione valet,sine qua tamen circuncisio nõ prodest,sicut similiter dictũ est.Et circa hoc tria facit. Primò cõparat circuncisionẽ ad Iudæos circuncisos.Secũdò ad Gẽtes incircũcisas,ibi(Si igitur præputiũ) Tertiò manifestat quod dixerat,ibi(Non enim qui in manifesto.)Circa primũ duo facit.Primò ostẽdit qualiter circũcisio prosit.Secundò qualiter nõ prosit,ibi(Si autẽ prævaricator,&c.)Dicit ergo primò,Circuncisio quidẽ prodest quãtum ad remissionẽ peccati originalis.Vnde dicitur Gen.17.Masculus cuius præputii caro circuncisa,&c.Sed tibi adulto tunc finaliter ꝓdest,si legẽ obserues:sicut religiosis prodest ꝓfessio si regulam obseruẽt.Circuncisio enim erat quasi quędã professio obligans homines ad obseruantiã legis.Gal.5,Testificor omni circũcidenti se quoniã debitor,&c.Quòd autẽ Apostolus dixit,si circuncidimini,Christus nihil vobis ꝓderit:loquitur quantũ ad tẽpus post gratiam euangelii diuulgatã:hic autem loquitur quantũ ad tẽpus ante passionem Christi in quo circuncisio statũ habebat:secundò,ibi(Si autẽ prævaricator.)ostendit quomodo circũcisio nõ prosit dicens,Si tu Iudæe adulte prẽuaricator es legis,circuncisio tua præputiũ facta est.i.nõ plus valet tibi q̃ præputium,quia nõ seruas quod ꝑ circuncisionem ꝓfiteris.Hie.9,Omnes Gentes præputium habent,domus autẽ Israel incircuncisi sunt corde,quinimmo ex hoc sunt magis rei,quia nõ seruãt quod ꝓmiserunt.Displicet enim stulta & infidelis ꝓmissio,vt dicitur Eccl.5. ¶Deinde cùm dicit(Si ergo præputium.)cõparat circuncisionẽ ad Gentiles,& hoc dupliciter.Primò quidẽ quantum ad hoc ꝙ eius fructũ habent Gẽtiles obseruãdo legẽ,vnde dicit,Si circuncisio ꝓdest cum obseruatione legis,nõ autẽ sine ea:igitur si prẽputiũ.i.Gentilis incircuncisus custodiat iustitias legis.i.iusta præcepta legis. Psal. Omnia mãdata tua veritas.Nónne præputiũ illius in circuncisionẽ reputabitur?quasi dicat,Fructũ veræ circuncisionis habebit.Ad hoc em̃ homo exterius circũciditur in carne,vt.s.se circũdat in corde.Hie.4,Circũcidimini dño & auferte prẽputia cordiũ vestrorum.Secũdò ibi(Et iudicabit,&c.cõparat circuncisionẽ Gẽtilis ostẽdens ꝓpter obseruantiã legis Iudæo præferri:vnde dicit,Et præputiũ.i.Gentilis incircuncisus,cõsummans.i.implens mãdata legis,ex natura.i.ꝑ naturalem rationẽ vt supra dictũ est ꝙ naturaliter quæ sunt legis faciunt. Iudicabit per cõparationem te.s.Iudæum circuncisum qui es prævaricator legis transgrediendo præcepta eius per literã,id est,habentem legem literis descriptã &circũcisionem.s.carnis.Vnde de hoc cõparationis iudicio dicitur Mat.12.Viri Niniuitæ,&c. ¶Deinde cũ dicit (Non enim qui in manifesto,&c.)Assignat rationem dictorum.Et primò ponit rationẽ.Secũdò probat eã,ibi (Cuius laus.)Circa primum duo facit. Primò assignat rationẽ quare circuncisio vel Iudaismus sine legis obseruatione nõ prosit.Secũdò assignat

Defectꝰ Iudæorũ quo ad legis trãsgressionem.

Ostenditur circũcisionẽ nõ iustificare sine lege.

Quomodo prodest circuncisio.

Circuncisio erat quasi quædã professio obseruãdæ legis.

Cum in tota hac epistola est mẽtio de circũcisiõe, est de ea in statu suo ãte passionẽ christi

Cur circuncisio sine legis obseruãtia nõ ꝓsit.

rationẽ,quare obseruantia legis prosit sine iudaismo & circũcisione, ibi(Sed qui in abscon.)Dicit ergo ꝙ ideo circuncisio prævaricantis legem fit præputiũ,& iudicatur à præputio custodiente legẽ. Non enim est verus Iudæus ille qui in manifesto est Iudæus,secundũ carnalem generationẽ.Infrà 9,Nõ enim omnes qui ex circũcisione sunt Israel,hi sunt Israelitæ,sed qui filii sunt promissionis: & similiter etiã non est vera circuncisio illa quæ est manifesta in carne.Illa enim est signũ,vt dicitur Gen.17,Circũcidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis. Non autem est signum verum, nisi ei respondeat signatum.Vnde ſquis Iudæus esset transgressor fœderis,non esset eius vera circũcisio.Et ideo reputatur in præputiũ. ¶Deinde cùm dicit, (Sed qui in abscõdito,) assignat rationem quare præputiũ custodientis legem reputetur in circuncisionem & iudicet circũcisionem carnalem,quia.s.ille verè est Iudæus qui est in abscõdito.i.qui habet in affectu cordis mãdata legis quã Iudæi profitentur.Mat.6,Pater tuus qui videt in abscõdito,&c.& similiter circũcisio vera est,quæ est cordis in spiritu.i.per spiritũ facta,per quam superfluæ cogitationes à corde præciduntur.Vel in spiritu.i.per spiritualem intellectũ legis non literalem.Philip.3,Nos sumus circuncisio qui spiritu deo seruimus. ¶Deinde cùm dicit,(Cuius laus,&c.)probat præmissam rationem,manifestũ est enim ꝙ in omnibus iudiciũ diuinum præferendum est humano. Ea verò quæ exterius apparent,siue sit iudaismus siue circũcisio laudãtur ab hominibus,sed ea quæ sunt in abscõdito laudãtur secũdum iudiciũ diuinum,quia vt dicitur 1.Reg.16,Homines vident quæ parent,deus autem intuetur cor,&c.Vnde relinquitur ꝙ interior iudaismus & circũcisio prævalet exteriori: & hoc est ꝙ dicit,cuius scilicet interioris circũcisionis,laus nõ est ex hominibus,sed ex deo.2.Corinth.10,Non enim qui seipsum commendat.

Cur præputiũ reputabatur in circũcisionem obseruanti legem.

Caput 3.

Quid ergo amplius Iudæo est,aut quæ utilitas circuncisionis?Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt ? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus uerax,omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonibus tuis,& uincas cùm iudicaris. Si autẽ iniquitas nostra iustitiam dei cõmendat, quid dicemus, Nũquid iniquus est deus qui infert iram? Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hũc mundum? Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius,quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, & non sicut blasphemamur , & sicut aiunt quidam nos dicere,faciamus mala ut ueniãt bona? Quorum damnatio iusta est.

A hoc loco vsq; ad 5.c.tractat reuelationẽ iustitiæ ex ipsamet iustitia : quã tractant ex punitione cõtrarij. s. iniustitia, & ꝓsequitur primam q. hìc positã

¶Postquã Apostolus ostẽdit ꝙ iudaismus ad quem pertinet legis susceptio & circũcisio non sufficiunt ad salutẽ sine legis custodia,per quã Gentilis,sine interiori iudaismo & circũcisione,fructũ vtriusq; consequitur.Hìc obiicit cõtra præmissa,& primò quidẽ proponit obiectionẽ,secũdò soluit,ibi(Multũ quidẽ.)Obiicit ergo primò sic,Si ita esset,sicut dictũ est,ꝙ non est verus Iudæus,nec vera circũcisio in manifesto,sed in occulto cordis,quid ergo amplius est Iudæo.i.quid amplius datũ est q̃ cæteris? videtur ꝙ nihil . Et hoc est incõueniens,cùm dominus dixerit Deutero .7, Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris. Aut quæ vtilitas circũcisionis .s.exterioris?Videtur ex præmissis ꝙ nulla,quod est incõueniens,cũ sit à deo tradita,qui dicit Esa.48,Ego dominus docens te vtilia. ¶Deinde cùm dicit,(Multũ quidem,)soluit præmissam obiectionẽ:& primò quantũ ad prærogatiuã iudaismi, secundò quantũ ad vtilitatem circũcisionis. 4.caꝑ.ibi[Quid ergo dicemus.]Circa primũ duo facit.Primò ostendit Iudæorum prærogatiuam. Secũdò excludit eorũ gloriam,qua se Gentibus superbè præferebant,ibi[Quid ergo præcellimus.] Circa primum tria facit.Primò proponit quod intendit. Secũdò manifestat,ibi[Primùm quidem.] Tertiò excludit obiectionem,ibi[Quid enim si quidã.]Dicit ergo primò,Quæsitũ est quid amplius sit Iudæo.Est autem ei amplius,& quantũ ad quantitatem,quæ significatur cùm dicit,Multũ. Et quantum ad numerũ, quæ significatur cùm dicit,Per omnem modũ. Habent enim amplius aliquid,& in cõtemplatione diuinorum,secũdum illud Psal.Notus in Iudæa.Et secundũ dispositionẽ temporaliũ.Psal.Nõ fecit taliter omni nationi. Habẽt etiam amplius quantum ad partes,quantum ad promissiones,& quantum ad prolem.Infrà 2,Quorum est adoptio filiorũ dei,& gloria & testamentũ:& in quolibet eorũ nõ est parua excellentia,sed magna & præcipua,quod pertinet ad id ꝙ dicit,multum. Maximũ enim bonum hominis est in dei cognitione,in hoc ꝙ deo adhæreat,& à deo instruatur.Psal.Beatus homo quem tu erudieris domine. ¶Deinde cùm dicit,[Primùm quidẽ,&c.]manifestat quod dixerat dicẽs,Primùm quidẽ.i.præcipuè amplius est Iudæis,quia eloquia dei sunt credita illis quasi amicis.Io.5,Vos dixi amicos. Et hoc est multũ,quia eloquia dei sũt honesta.Psal. Eloquia domini vera,iustificata in semetipsa.Sũt delectabilia.Psal.Quàm dulcia faucibꝰ meis eloquia tua. Sunt etiã vtilia ad non peccãdum.Psal.In corde meo abscõdi eloquia vt non peccẽ tibi. ¶Deinde cùm dicit,[Quid enim si quidã,]excludit obiectionẽ.Et primò ponit eã. Secundò excludit ipsam ducendo ad inconueniens,ibi[Nũquid incredulitas.]Tertiò ostendit esse incõueniens ad quod inducitur,ibi [Est autem deus verax.]Posset aliquis prærogatiuæ Iudæorũ derogare,opponendo ingratitudinem eorũ,per quã viderentur dignitatem eloquiorũ dei amisisse.Vnde dicit,Quid autẽ si quidam illorũ non crediderunt:nunquid per hoc cõcluditur ꝙ nihil amplius sit Iudæo ? secundũ illud 2.Pet.2, Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ, q̃ post cognitã retrorsum conuerti. Non crediderunt autem primo quidem legislatori. Psal. Non crediderũt verbis eius.Secũdò non crediderũt prophetis.Ezech.2,Increduli &subuersores sunt tecũ. Tertiò nõ crediderunt ipsi filio.Ioan.8,Si veritatẽ dico vobis,quare non creditis mihi? ¶Deinde cùm dicit,[Nũquid incredulitas]excludit dictã obiectionem ducendo ad incõueniens,quia si propter incredulitatem aliquorũ prærogatiua Iudæorũ tolleretur, sequeretur ꝙ incredulitas hominis fidem dei euacuet,quod est incõueniens.Et hoc est quòd dicit,Nũquid incredulitas eorũ,scilicet qui non crediderunt euacuauit fidem dei,quod potest dupliciter intelligi. Vno modo de fide qua creditur in deũ. Non enim per hoc quòd quidã non crediderunt,euacuatur fides illorũ qui crediderunt.Malum enim quorundã in societate existentium,non euacuat bonũ aliorum. Eccles.33,Ex ipsis benedixit & exaltauit,sanctificauit & ad se applicauit. &c.quod est cõtra illos,cõtra quos Augustinus dicit in epistola ad plebẽ Hyponensem . Ad quid aliud sedent isti,& quid aliud tractant,nisi vt cùm episcopus vel clericus,vel monachus,vel sanctimonialis cecidерit oẽs tales esse credãt,sed non omne posse manifestari.Alio modo potest intelligi de fide qua deus fidelis

est impiens promissa. Heb.10,Fidelis enim est qui repromisit. Hæc autem fidelitas euacuaretur si propter quorundam incredulitatem accideret quòd nihil amplius esset Iudæo. Promisit enim deus populum illum multiplicare & magnificare,vt patet Genes.22,Multiplicabo semen tuum. ¶Deinde cùm dicit,[Est autem]ostendit hoc esse incõueniens, q̃ fides dei euacuaretur propter hominũ incredulitatẽ. Et primò quidem ad hoc inducit rationẽ. Secundò authoritatem, ibi[Sicut scriptũ est.] Tertiò excludit falsum sensum authoris,ibi(Si autem iniquitas.)Ratio autem sumitur ex hoc quòd deus secundum se verax est.Hiere.10, Dominus autem deus verax est.1.Ioan.5,Hic est verus deus,& vita æterna:& tamen omnis homo est mendax.Psal.Ego dixi in excessu meo,omnis homo mendax. Vnde patet quòd mendaciũ hominis siue infidelitas veritati non adhærens,dei veritatem siue fidem non euacuat. Ad horum euidentiam sciẽdum est quòd veritas importat adæquationem rei ad intellectum. Aliter autem adæquatur res ad intellectũ nostrum,aliter ad intellectum diuinum.Noster enim intellectus cognitionem accipit à rebus:& ideo causa & mensura veritatis ipsius est esse rei: ex eo enĩ q̃ res est,vel non est,oratio dicitur,vel vera vel falsa secundum philosophum . Vnde intellectus noster potest esse verus vel falsus inquãtum potest adæquari vel non adæquari. Quod autem potest esse & non esse,indiget alio agente ad hoc quòd sit,sine quo remanet non ens,sicut enim aer sine illuminãte remanet tenebrosus,ita & intellectus noster, nisi à prima veritate illuminetur de se in mendacio remanet.Vnde quantum est de se,omnis homo est mendax secundum intellectum, sed solùm est verus inquantum veritatem diuinã participat. Psal.Emitte lucem tuam & veritatem tuam . Intellectus autem diuinus est causa & mensura rerum,& propter hoc secundũ seipsum est indeficienter verax,& vnaqueque res est vera inquantum ei conformat . Similiter secundum quòd accipitur veritas ex parte rei, homo de se non habet veritatem, quia natura sua vertibilis est in nihilum. Sed solùm natura diuina, quæ nec est ex nihilo,nec vertibilis in nihilum,de se veritatem habet. ¶Deinde cùm dicit,(Sicut scriptum est,)probat idem per authoritatẽ Psalmi 50.in quo sic legitur, Vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cùm iudicaris.Quod qualiter ad propositum faciat videri potest,si præcedentia Psalmi cõsiderentur. Præmittitur enim,tibi soli peccaui:& tunc sequitur,vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cũ iudicaris. Promiserat enim deus per Nathan prophetam Dauid,quòd eius regnum in æternum stabiliret in semine suo,vt habetur 2.Reg.7,Postea verò cũ in graue peccatum incideret,adulterii scilicet & homicidii, vt legitur 2.Reg. 11,Propter huiusmodi peccatum dicebatur à quibusdam, q̃ deus non esset ei promissionem obseruaturus. Intentio ergo Psalmistæ,est duo dicere.Primò quidem q̃ propter peccatum eius non mutatur iustitia dei, ad quam pertinet vt suos sermones impleret. Et quantum ad hoc dicit,vt iustificeris in sermonibus tuis.i. vt ex hoc appareas in sermonibus tuis iustis,quia propter mea peccata eos nõ præteris.Prou.8,Recti sunt omnes sermones mei.Psal.Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Secundò q̃ diuina promissio imitetur humanum iudicium:& hoc est quòd dicit,vincas.s.promissionem tuam seruando,cũ iudicaris.s.ab hominibus:quòd eam propter mea peccata nõ sis impleturus.Infrà 12,Noli vinci à malo,sed vince in bono malum.Hoc dicitur homini,quod multo magis competit deo. ¶Est autem considerandum quòd promissio facta Dauid à deo,erat implenda de Christi incarnatione.Vnde pertinebat ad prophetiam prædestinationis,secũdum quam aliquid promittitur quasi omnibus modis implendum:quod verò promittitur vel pronuntiatur secundum prophetiam cõminationis,non prædicitur quasi omnibus modis implendum,sed secundum quod exigunt humana merita quæ possunt mutari. Et ideo si nõ factum fuisset quod promissum est Dauid,præiudicaret diuinæ iustitiæ.Si verò non fiat quod promittitur per prophetiã cõminationis,non præiudicat diuinæ iustitiæ,sed designat mutationem meritorũ humanorum.Vnde dicit Hierem.18,Repentè loquar aduersus gentem & aduersus regnũ,vt eradicem & destruã & dissipẽ.Si egerit pœnitentiã gẽs illa.&c.pœnitentiã agã & ego super malo,&c.Sic ergo patet secundũ hunc sensum quòd peccatum hominis diuinam fidelitatem non excludit . Ponuntur autem & alii sensus authoritatis huius in glos.qui non ita pertinent ad intentionẽ Apostoli,quorũ primus est,vt hæc verba quæ hîc ponuntur continuãtur cũ his quę antè Psalmista præmiserat,Amplius laua me ab iniquitate mea,ad hoc.s.vt iustificeris.i. iustus appareas in sermonibus tuis,in quibus veniam peccatoribus promisisti non solùm Ezech.18. Quia hæc verba Psalmi.prius fuerunt dicta,sed etiã Leuit.26,Orabunt pro impietatibus suis,& recordabor fœderis mei.& Deut.30,Si ductus pœnitudine cordis reuersus fueris ad deum,reducet te dominus deus tuus, & miserebitur tibi.Et sic vincas cũ iudicaris ab hominibus,quòd mihi veniã dare nõ debeas.Secundò continuantur hæc verba cũ eo quòd dictum est, tibi soli peccaui. i.per cõparationẽ ad te qui solus es iustus : & hoc est quòd dicit,vt iustificeris.i.ex cõparatione mei & aliorũ peccatorũ iustus appareas.Psa.Iustus dominus,& iustitias dilexit,& hoc non solùm in factis,sed etiã in sermonibus, quod est maximũ,secundum illud Iaco.3,Siquis in verbo non offendit.Et vincas cũ iudicaris.i.dũ cuicũque alii in iudicio cõpararis.Esa.5,Iudicate inter me & vineã meam,&c.Quartò referuntur hæc verba ad Christum,qui solus est sine peccato, secundum illud 1.Pet.2,Qui peccatum non fecit,nec inuẽtus est in ore eius dolus,& sic iustificetur in sermonibus in cõparatione ad omnes homines.Et vincas.s.peccatum,mortem & diabolum.Apoc.5,Ecce vicit leo.Et hoc dum iudicaris.s.iniustè à Pilato.Iob 36,Causa tua quasi impii iudicata est. ¶Deinde cùm dicit,(Si autem iniquitas mea)excludit falsum intellectum authoritatis inductæ.Posset enim aliquis intelligere præmissa verba secundũ hunc sensum, vt hæc dictio vt poneretur causaliter, & non solùm cõsecutiuè. Et sic sequeretur quòd peccatum hominis directè ordinaretur ad cõmendandum dei iustitiam .Sed Apostolus ostendit hoc esse falsum. vt sic det intelligere q̃ ly vt,ponit cõsecutiuè, quia.s. Dauid peccante consecutum est q̃ diuina iustitia manifestetur,non autem causaliter,quasi peccatum hominis commendet dei iustitiã.Quod quidem probat ducendo ad incõueniens.Et hoc dupliciter.Primò quidem ex parte iudicii diuini.Secundò ex parte iudicii humani.Circa primum tria facit.Primò ponit sensum falsum.Secundò ostendit incõueniens,quod ex hoc sequitur ibi,(Quid dicemus?nũquid iniquus.) Tertiò ostendit hoc esse incõueniens ibi,(Absit.) ¶Est considerandum q̃ suprà Apostolus duas cõparationes fecerat.vnã quidem veritatis diuinæ ad humanũ mendacium cùm dixerat,Est autẽ deus verax,omnis homo mẽdax. Alia iusti-

Quid veritas. Aliter adæquatur res ad intellectũ nostrũ aliter diuinum. Homo de se est mẽdax, deus ex se verax.

Quia ꝓphetia prædestinationis, & quid ꝓphetia cõminationis.

tiæ dei ad peccatum humanũ,secũdum verba Psal. quibus dicit,Tibi soli peccaui,vt iustificeris.Et quãtum ad cõparationem primam,dicit,Si hæc verba sunt intelligẽda quòd iniquitas mea directè commẽdat dei iustitiam,quid dicemus,id est,nõ poterimus sustinere incõuenientia quæ sequuntur.Non enim peccatum est deo necessarium ad eius iustitiam cõmendãdam.Eccle.15,Non cõcupiscit multitudinẽ infidelium filiorum & inutilium.Exprimit autẽ incõueniens quod sequitur,dicens,Nũquid deus qui infert iram.i.vindictã pro peccato est iniquus?hoc enim sequitur ex eo quod dictum est.Si enim peccatũ directè ordinaretur ad commendãdam iustitiam,nõ esset dignum pœna,sed præmio.Et sic deus puniẽs homines pro peccato esset iniquus,cõtra illud Deut.32,Deus autẽ fidelis est absq; vlla iniquitate.Excludit autem consequẽter hoc incõueniens,cùm subdit,Absit,scilicet,q̃ deus sit iniquus.Secũdum hominem dico,id est,quòd hęc verba protuli,nõ ex meo sensu,sed ex hominis errãtis sensu protuli,sicut dicitur 1.Cor.3, Cùm sint inter vos zelus & contẽtio,nõne carnales estis?Hoc autem nõ esse dicẽdum ostendit,subdẽs, Alioquin,scilicet si deus est iniquus quomodo iudicabit hunc mũdum.i.quomodo cõueniet q̃ ipse sit vniuersalis & supremus mundi iudex.Oportet enim quod est primũ & supremum in quolibet genere esse ineffabile,sicut primũ mouens est immutabile.Vnde in Psal.dicitur,Iudicabit orbẽ terræ in æquitate. Et simile argumẽtum ponitur Iob 34. vbi dicitur,Verè deus nõ condẽnat frustrà:nec omnipotens subuertit iudicium,quem cõstituit alium super terrã,&c.scilicet quia si ipse nõ iustè iudicaret,oporteret dicere alium esse iudicem mundi. ¶Deinde cùm dicit[Si enim veritas]ostẽdit idem per humanũ iudicium.Et circa hoc etiam tria facit.Primò proponit falsum intellectum prędictorũ verborum.Secũdò ponit incõueniens quod sequitur,ibi[Quid adhuc]Tertiò ostẽdit illud esse incõueniens.ibi[Quorum dãnatio]Exprimit autem falsum sensum secundum illam cõparationẽ quæ est diuinæ veritatis ad humanum mẽdacium,cùm dicit,Si enim in meo mẽdacio,id est,propter meum mẽdacium,veritas dei manifesta.s.abundauit in gloria ipsius,ita q̃ mẽdacium hominis directè pertineat ad augmẽtum glorię,cõtra id quod dicitur Iob 13,Nunquid deus indiget vestro mẽdacio?Subdit autẽ consequẽter duo incõuenientia, quæ sequũtur,quorũ vnum est,q̃ non deberet reputari peccator propter mẽdacium,ex quo in dei gloriam directè ordinatur.Et hoc est q̃ dicit, Quid adhuc.i.cur etiam nũc & ego iudicor.s.ab hominibus tanq̃ peccator pro mendacio.Sap.17.Cùm sit timida nequitia data est in omnium condẽnationem,quia.s.peccatores ab omnibus iudicio cõdemnãtur. Aliud autem incõueniens est quòd locum habeat verbum falsum quod apostolis imponebatur,quia enim prædicabãt q̃ per abundantiã gratiæ Christi soluebatur abundãtia peccatorum,secundũ illud infrà.5.Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia:blasphemabant apostolos quasi dicerẽt q̃ homines deberent facere malavt cõsequerentur bona, quod sequeretur si mẽdacium hominis directè cõmendaret dei gratiam& veritatem,hoc est quod dicit nos facimus mala peccando.s.& mẽdacium docẽdo vt veniant bona.s.vt dei veritas & iustitia cõmendetur,sicut blasphemamur.i.sicut quidã blasphemãdo nobis imponunt:infrà 1.Cor.4. Blasphemamur & obsecramus:& sicut quidã aiunt nos dicere verba nostra deprauando.2.Petr.vlti. Quæ indocti & instabiles depravant:hæc autẽ excludit subdẽs,quorum cõdemnatio iusta est.i.eorum qui faciũt mala vt veniãt bona:sicut enim nõ est verum sillogizandum ex falsis,ita nõ est perueniẽdum ad bonum finẽ per mala.Hier.12. Bene est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt:quod dicitur ex persona impiorum.Vel quorum.s.hæc nobis falsè imponentium damnatio iusta est.Iustè enim condemnãtur peruersores sacræ doctrinæ.Apoc.vlti. Si quis apposuerit ad hæc,apponet deus plagas scriptas in libro isto.

Nõ faciendũ est malũ vt inde veniat bonũ.

Lectio 11.

Ostẽdit Iudæos et Gẽtiles esse æquales q̃tũ ad statũ culpæ præcedẽtis.

QVid igitur? præcellimus eos? Nequaquã. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse: sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ, non est usq; ad unũ. Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolo agebant, uenenũ aspidum sub labiis eorum. Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est, ueloces pedes eorum ad effundendũ sanguinem. Cõtritio & infœlicitas in uiis eorum, & uiã pacis non cognouerunt. nõ est timor dei ante oculos eorũ. Scimus autẽ quoniã quæcũq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. Vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati.

¶Postquam Apostolus ostendit prærogatiuã Iudæorum supra Gẽtiles quãtum ad diuina beneficia,hîc excludit eorum inanẽ gloriam,qua se Gẽtibus ad fidem cõuersis præferebant.Et primò proponit quod intẽdit:secũdò probat propositum,ibi[Causati enim sumus.]Dicit ergo primò ita dictum est,quid amplius est Iudæo?Primum quidẽ,quia tradita sunt illis eloquia dei. Quid igitur dicemus nos?Iudæi ad fidem cõuersi nunquid præcellimus eos.s.Gentiles ad fidem cõuersos,de quo erat inter eos cõtentio.Luc.22,Facta est cõtentio inter discipulos Iesu quis esset maior.Et respõdens subdit,nequaquã. ¶Sed hoc videtur contra præmissa in quibus dictum est,multum per omnẽ modum amplius est Iudæo.Sed ad hoc respõdetur in glo. q̃ illud fuit dictum quãtum ad esse quod habebãt Iudæi tẽpore legis:hoc autem nunc dicit Apostolus secundum statum gratię quia vt dicitur Col.3.In Christo nõ est Gentilis & Iudæus,circuncisio & pręputiũ,quia s.non faciunt differentiã quantum ad statum gratiæ.Sed hæc respõsio non videtur esse omnino secundum intentionẽ Apostoli,quia infrà ostendet q̃ etiam dum sub lege erant peccatis subiacebãt,sicut &Gentiles, vel amplius.Eze.5,Ista est Hierusalẽ in medio Gẽtium posui eã,& in circuitu eius terras,cõtempsit iudicia mea vt magis esset impia q̃ Gentes.Sic igitur dicẽdum est q̃ suprà ostẽdit prærogatiuã diuinorũ beneficiorũ:vnde nõ dixit q̃ Iudęus esset excellẽtior & q̃ aliquid esset Iudæis amplius donatũ,hîc autẽ excludit excellentiam personarum:quia illi qui diuina beneficia acceperunt nõ sunt illis debitè vsi. ¶Deinde cùm dicit[Causati enim sumus.]Ostendit propositum & primò q̃ Iudæi non excedunt Gentiles quãtum ad statum peccati,secundò q̃ nõ excedunt quãtum ad statum iustitię,ibi(Nunc autẽ sine lege.)Primum ostendit dupliciter.Primò quidem ex his quæ suprадicta sunt. Secundò per authoritatem,ibi (Sicut scriptum est.) ¶Dicit ergo causati enim sumus.i.causando rationibus ostẽdimus Iudæos atq; Græcos.i. Gẽtiles omnes sub peccato esse.Esa.1,A planta pedis vsq; ad verticem nõ est,&c. Ostendit enim primò q̃ Gentiles veritatem dei cognitã in impietate & in iniustitia detinebant:secundò q̃ Iudæi lege susceptа per pręuaricationẽ legis deum inhonorabant. ¶Deinde cùm dicit(Sicut scriptũ est.)Ostendit propositum per authoritatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalmistæ,& primò inducit authoritatẽ, secũdò manifestat eã,ibi(Scimus autẽ.) ¶Circa primũ duo facit. Primò ponit peccata omissionis,secũdò peccata cõmissionis,ibi(Sepulchrũ patens.) Peccata autẽ omissio nis tangit dupliciter.Primò quidẽ remouendo principia bonorũ operũ. Secũdò remouẽdo ipsa bona opera,ibi(Omnes declinauerũt.)Sunt autẽ tria bonorum operũ principia quorũ vnũ pertinet ad ipsam operis rectitudinem,& hoc est iustitia quam excludit dicens,sicut scriptum est,scilicet in Psal.Quia non est iustus quisquam.Mich.7,Et periit sanctus de terra,& rectus in hominibus nõ est,quod quidem dupliciter potest intelligi.Vno modo quòd intelligatur,nullus est iustus in se ex seipso,sed ex se quilibet est peccator,ex solo autem deo habet iustitiam. Exod.34,Dominator domine deus misericors & clemens qui aufers iniquitatem,atque peccata,&c.Nullus apud te,per se innocens est. Alio modo quòd nullus est quantum ad omnia iustus,quin aliquod peccatũ habeat secundum illud Prou.20,Quis potest dicere,Mundum est cor meum. Eccles.7,Nõ est homo iustus in terra qui faciat bonũ,& nõ peccet.Tertiò etiã potest intelligi,vt referatur ad populũ malorũ,inter quos nullus est iustus.Est enim cõsuetudo scripturæ,vt quãdoque loquatur de toto populo ratione malorum,quandoque ratione bonorum,vt patet Hiere.16,Vbi dicitur quòd cum complesset Hieremias loqui omnia quæ præceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eũ sacerdotes & prophetæ,& omnis populus dicentes, morte moriatur. Et postea subditur, dixerunt principes& omnis populus,non est viro huic iudicium mortis.Sed primi duo sensus magis sunt secundum intentionem Apostoli. ¶Et hoc idem dicendum est in sequentibus.Secundum autem principiũ boni operis est discretio rationis.Et hoc excludit subdens,non est intelligens.Psal.Nescierunt neque intellexerunt.Et alibi,Noluit intelligere.Tertium principiũ est rectitudo intentionis quã excludit subdens,Nõ est requirens deum,intentionem suam,scilicet dirigendo ad ipsum Oseæ 10, Tempus inquirẽdi dominum qui cùm venerit docebit iustitiam. ¶Consequenter excludit ipsa bona opera.Et primò quidem quantum ad offensionem diuinæ legis cùm dicit,Omnes declinauerunt,scilicet à regula diuinæ legis.Esa.56,Omnes in viam suam declinauerunt.Secundò quantum ad ostensionem finis,vnde subdit,Simul inutiles facti sunt. Hoc enim inutile dicimus quod nõ consequitur finem suũ. Et ideo cùm homines à deo declinant propter quẽ facti sunt redduntur inutiles.Sap.4,Impiorũ multitudo non est vtilis.Tertiò excludit ipsa bona opera cùm subdit,Nõ est qui faciat bonũ. Hiere.4.Sapientes sunt vt faciãt mala,bene autem facere nescierũt. Subdit autem,Vsque ad vnũ,quod potest vno modo intelligi exclusiuè,quasi diceret,præter vnum,qui scilicet solus fecit bonũ redimendo humanũ genus.Eccles.7,Virum de mille vnum reperi,mulierem non inueni. Vel potest intelligi inclusiuè quasi dicat,nec etiam vnus est purus homo qui faciat bonũ,scilicet perfectum.Hiere.5,Quærite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium & quærentem fidem.

¶Deinde cùm dicit,(Sepulchrum patens)ponit peccata cõmissionis.& primò peccata oris.Secundò peccata operis,ibi(Veloces pedes eorum.)Peccata verò cordis ex his peccatis deprehẽduntur. ¶Circa peccatum oris quatuor ponit.Primò prõptitudinem,seu turpitudinem,cùm dicit,Sepulchrum patens est guttur eorum.Sepulchrum enim patens duo habet.Est enim paratũ ad recipiẽdum mortuũ,& secundũ hoc,guttur hominis dicitur esse sepulchrũ patens,quando est paratum ad dicendum mortifera, per quem modum dicitur Hiere.5,Pharetra eius quasi sepulchrum patens.Secundò exaltat fœtorem.Mat.23,Similes sunt sepulchris dealbatis quæ à foris patent hominibus speciosa, intus sunt plena ossibus mortuorũ & omni spurcitia.Eorum ergo guttur est sepulchrum patens,ex quorũ ore ipsorum procedit turpiloquii fœtor. Apoca.9,Et de ore ipsorum procedit ignis & fumus & sulphur.Secundò tangit circa peccatum oris fraudem cùm dicit,Linguis suis dolosè agebant.Aliud scilicet habendo in corde,aliud in ore. Hierem.9,Sagitta vulnerãs lingua eorum dolum locuta est.Tertiò ponit verborum noxietatẽ cùm dicit,Venenum aspidum sub labiis eorum:quia scilicet talia verba eueniunt quæ insanabiliter proximos occidunt,vel spiritualiter vel corporaliter.Deut.32,Fel draconum vinum eorum & venenum, &c.Quartò designat abundãtiam horum peccatorum,cùm dicit,Quorum os maledictione plenum est & amaritudine, quia scilicet in talibus semper abundat maledictio,quia scilicet maledicunt de aliis detrahendo, contra id quod dicitur infrà 12,Benedicite & nolite maledicere.Et amaritudine,in quãtum.s.non verẽtur in faciem proximi dicere iniuriosa verba quibus ad amaritudinem prouocãtur,contra id quod dicitur Ephes.4,Omnis amaritudo tollatur à vobis. ¶Deinde cùm dicit,(Veloces pedes eorũ)tangit peccata operis,circa quæ tria tangit.Primò quidem prõptitudinem ad malè agendum.Vnde dicit,Veloces pedes eorũ.Prompti sunt pedes.i.affectus eorum ad effundendum sanguinem.i.ad faciendum quæcunque grauia peccata,quia inter cætera quæ committimus in proximũ homicidium est grauius.Prou.1,Pedes eorum in malum currunt,& festinant vt effundant sanguinem.Secundò tangit multitudinem nocumentorũ,quæ aliis inferunt,cùm subdit,in viis eorum.i.in operibus eorum est contritio,quia.s.alios conterunt opprimendo eos. Esa.50,Ad conterendum cor eius,& infœlicitas,inquantum scilicet priuant homines bonis suis ad miseriam eos deducẽdo. Iob 23, Nudos dimittunt homines indumenta tolentes,&c. Possunt tamen hîc duo intelligi esse posita ad designãdum pœnam potius q̃ culpã,vt sit sensus,in viis eorũ est contritio & infœlicitas.i. opera eorum quæ per vias designãtur, ducunt ad eos contritionem & infœlicitatem, ita q̃ contritio referatur ad oppressionẽ pœnæ qua pro peccatis punientur.Esa.30,Cõminuentur sicut conteritur lagena figuli.Infœlicitas autem referẽda est ad pœnam damni,quia fœlicitate æterna priuabuntur. Sap.12, Infœlices autem sunt,& inter mortuos spes eorũ. Tertiò ostendit eorum culpæ obstinationẽ ad malum,à qua quidẽ aliqui reuocãtur dupliciter.Vno modo per hoc q̃ volunt ab hominibus pacem habere,sed contra hoc dicitur, (Et viã pacis non cognouerunt.)i. non acceptauerũt. Psal.Cũ his qui oderunt pacẽ.Alio modo intuitu diuini timoris,sed isti nec deũ timent, nec hominem reuerentur,vt dicitur Luc.18. Vnde subditur,nõ est timor dei ante oculos eorum.i.ante ipsorum considerationem.Eccles.1,Timor domini expellit peccatum . Nam qui sine timore est non poterit iustificari . Potest autem & hoc specialiter contra Iudæos Christo non credentes quòd non cognouerunt viam pacis.i. Christum de quo dicitur Ephes.2, Ipse est pax nostra . ¶Deinde cùm dicit, (Scimus autem quia quæcunque) manifestat authoritatem inductam tripliciter . Primò quidem exponendo sensum eius.

Tria bonorum operũ principia.

Secundò exponendo intentionem ipsius,ibi (Vt omne os.) Tertiò assignãdo rationem dictorũ in ipsa,ibi (Quoniam ex operibus.) ¶Circa primũ considerandum est quòd Iudæi, cõtra quos Apostolus hîc loquebatur poterant ad sui excusationem peruertere sensum authoritatis inductæ,dicẽdo q̃ præmissa verba sunt intelligẽda de Gentibus nõ de Iudæis.Sed hoc excludit Apostolus dicẽs,Scimus q̃ quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur.i.ad quos lex datur,& qui legem profitentur.Legem præcepit nobis Moyses. Gentiles autem non erãt sub lege,& secundum hoc prædicta verba pertinent ad Iudæos.Est hîc autem duplex obiectio.Prima quidem,quia verba suprà inducta nõ sunt assumpta de lege,sed de Psal.Sed ad hoc dicendũ est q̃ quandoq; nomen legis sumitur pro toto veteri testamento, nõ pro quinque libris Moysi tantùm,secundũ illud Ioan.15,Vt impleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.quod scriptũ est in veteri testamento,non in quinque libris Moysi,qui propriè lex dicũtur. Et sic etiam lex accipitur hîc. Quandoq; autẽ totum vetus testamentũ diuiditur in tria.s.in legem,psalmos,& prophetas,secũdum illud Luc.vlt. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi,psalmis & prophetis de me. Aliquando verò totum vetus testamentum diuiditur in duo, scilicet in legem & prophetas, secundum ilud Matth. 22, In his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. Et secundum hunc modum Psalteriũ sub prophetis continetur.Secunda obiectio est quia in lege.i. in veteri testamento multa dicũtur pertinentia ad alias gentes,sicut patet in pluribus locis Esa.& Hierem. Vbi dicuntur multa cõtra Babylones,& similiter cõtra alias nationes.Nõ ergo quæcunq; loquitur lex loquitur his & de his qui in lege sunt. ¶Sed dicendũ q̃ quæcũq; indeterminatè loquitur ad eos pertinere vidẽtur, quibus lex datur, quãdo verò scriptura de aliis loquitur,speciali titulo designat alios, sicut cũ dicitur onus Babylonis, & onus Tyri,&c. Quæ cõtra alias gentes in veteri testamento dicũtur aliquo modo ad Iudæos pertinebãt inquantum eorũ infortunia ad eorum cõsolationem vel terrorem prænuntiabãtur, sicut etiã prædicator ea debet dicere quę pertinent ad eos quibus prædicat,non autem quæ pertinent ad alios..Esa. 58,Annuntia populo meo pecta eorum,quasi diceret,non quæ sunt aliorum. ¶Deinde cùm dicit,(Vt omne os,&c.)assignat intentionẽ prædictæ authoritatis:propter duo enim scriptura omnes de iniustitia arguit.Primò quidẽ ad reprimendũ eorum iactantiam qua se iustos arbitrabantur,secundum illud Luc.18,Ieiuno bis in sabbato. Et quantum ad hoc dicit vt omne os obstruatur,q̃.s.sibi iustitiã præsumptuose,ascribebat. Psal.Obstructum est os loquentium iniqua.1.Reg.2,Nolite multiplicare loqui sublimia gloriãtes. Secundò vt suã culpam recognoscentes se deo subiiciant,sicut infirmus medico.Vnde subdit,(Et subditus fiat omnis mũdus deo).i.non solùm Gentilis,sed etiã Iudæus culpam suã recognoscẽtes.Psal.Nónne deo subiecta erit anima mea. ¶Deinde cùm dicit,(Quoniã ex operibus legis)assignat rationem præmissorũ verborum. Et primò ponit rationem.Secundò manifestat eam,ibi)Per legem,&c. ¶Dicit ergo primò,ideo non est iustus quisquam, quoniam omnis caro.i.omnis homo non iustificatur coram illo.i. secũdum eius iudiciũ ex operibus legis,quia vt dicitur Gal.2,Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est.Et ad Tit.3,Nõ ex operib⁹ iustitiæ quæ fecimus nos,sed secũdum misericordiã suam saluos nos fecit.Est autem duplex opus legis, quoddã quidem est propriũ legis Mosaicæ,sicut obseruatio cerimonialiũ præceptorum:quoddã est opus legis naturæ quia pertinet ad legem naturalem,sicut nõ occidas,non furtum facias. Quidã ergo hoc intelligunt dictũ esse de primis legis operibus.s.q̃ cerimonialia gratiã non cõferebant per quã homines iustificãtur:non tamen ista videtur esse intentio Apostoli,quod patet ex hoc q̃ statim subdit(Per legem enim cognitio peccati.)Manifestũ est autem q̃ peccata cognoscuntur p̃ prohibitionẽ moraliũ præceptorũ, & ita Apostolus intendit q̃ ex omnibus operibus legis,etiã quæ p̃ præcepta moralia mandantur nõ iustificatur homo, ita q̃ ex operibus in eo cauſetur iustitia,quia vt dicitur infrà 12,Si enim gratia,iam non ex operibus. ¶Deinde cùm dicit,(Per legem)probat quod dixerat.s.q̃ opera legis nõ iustificẽt.Lex enim datur vt homo cognoscat quid debeat agere,quid vitare. Psal.Non fecit taliter omni nationi,& iudicia sua non manifestauit eis. Prou.6, Mãdatum lucerna est,& lex lux & via vitæ.Ex hoc autem q̃ homo cognoscit peccatum quod vitare debet tanquã prohibitum,non statim sequitur q̃ illud vitet quod pertinet ad rationem iustitiæ,quia cõcupiscentia subuertit iudicium rationis in particulari operabili.Et ideò lex non sufficit ad iustificandum, sed est necessarium aliud remedium per quod concupiscentia reprimatur. Lectio 3.

Aliquãdo lex capitur p̃ toto veteri testamento.

Quinque libri Moysi dicũtur lex vetus.

Aliquãdo testamentũ vetus diuiditur in legẽ psalmos et ꝓphetas, aliquando solũ in legem et ꝓphetas.

Quomodo lex quæcunq; loquitur his qui in lege sunt loquatur.

Nullis operibus legis siue Mosaicæ siue naturæ iustificatur homo in ordine ad deum.

NVnc autem sine lege iustitia dei manifesta est,testificata à lege & prophetis.Iustitia autẽ dei per fidẽ Iesu Christi,in omnes & super omnes qui credunt in eũ.Non enim est distinctio.Omnes enim peccauerũt & egent gloria dei.Iustificati gratis per gratiã ipsius,per redẽptionem quæ est in Christo Iesu,quẽ proposuit deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine ipsius,ad ostensionẽ iustitiæ suæ propter remissionem præcedentiũ delictorum,in sustentatione dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore,ut sit ipse iustus & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.

Ostẽdit hic Iudæos & Gẽtiles esse æquales quãtum ad statum gratiæ ostendẽdo sola fide Christi fieri iustificationem.

¶Postquam ostendit Apostolus Iudæos & Gentiles æquales esse quantum ad statum culpæ præcedentis, hîc ostendit eos æquales quantũ ad statum gratiæ subsequentis.Et circa hoc tria facit.Primò ostendit propositum. Secundò ostendit quoddam quod imposuerat, ibi(An Iudæorum deus tantum.) Tertiò respondet obiectioni,ibi)Legem ergo destruimus.)Circa primum tria facit.Primò proponit quod intendit.Secundò manifestat propositum,ibi(Non est distinctio.) Tertiò infert conclusionem intentam,ibi(Vbi est ergo gloriatio tua?) Circa primum tria facit.Primò proponit habitudinem iustitiæ ad legem . Secundò assignat causam iustitiæ,ibi(Iustitia autem dei.) Tertiò assignat huiusmodi iustitiæ communitatem, ibi (In omnes, &c.) Ponit autem primò duplicem cõparationem seu habitudinem iustitiæ ad legem. Primò quidem quia non est ex lege causata. Et hoc est quòd dicit, dictum est quòd olim per opera legis non poterat esse iustitia dei, vel quia ipse iustus est adimplens promissa de iustificatione hominum . Infrà 13, Dico enim Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei. Vel potius iustitia dei,qua aliquis iustificatur à deo,de qua dicitur infrà 10,Ignorantes dei iustitiam. Hæc inquam dei iustitia nunc, id est tempore gratiæ manifestata est,tum per Christi doctrinam,tum per eius miracula, tum etiam per facti euidentiam inquantum euidens est multos esse diuinitus iustificatos.Et hoc sine lege,scilicet causante iustitiam. Galat.5,Euacuati estis à Christo,qui in lege iustificamini à gratia excidistis. Esa.56,Propè est salus mea vt veniat,& iu-

Duplex cõparatio iustitiæ ad legem.

Quomodo iustitia dei sit nũc manifestata.

stitia mea vt reueletur. Et ne aliquis credat hanc iustitiam legi esse contrariam. Secundò ponit aliam habitudinem iustitiæ ad legem, cùm dicit, (Testificata à lege & prophetis.) Lex quidem Christi iustitiam testificata est pronũtiando, & prefigurãdo. Io. 5, Si crederetis Moysi, forsitan & mihi crederetis, de me enim ille scripsit, & etiã per effectum, quia cũ ipsa iustificare nõ poterat, testimoniũ perhibebat aliũde quærẽdam esse iustitiam. Prophetæ autẽ testificati sunt eam prænũtiando. Act. 11, Huic omnes pphetæ testimoniũ perhibent. ¶ Consequenter autem assignat causam huius iustitiæ, & dicit (Iustitia autem dei est per fidẽ Iesu Christi) à quam ipse tradidit. Hie. 12, Aspicientes in authorem fidei, &c. Vel etiam quę de ipso habetur infrà 10, Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Dicitur autem iustitia dei esse per fidem Iesu Christi, non vt quasi per fidem mereamur iustificari, quasi ipsa fides ex nobis existat, & per eam mereamur dei iustitiam, sicut Pelagiani dixerũt, sed quia in ipsa iustificatione qua iustificamur à deo, primus motus mentis in deum est per fidem. Acceden tem enim ad deum oportet credere, vt dicitur Heb. 11, Vnde & ipsa fides quasi prima pars iustitię est nobis à deo. Ephes. 2, Gratia estis saluati per fidem, &c. Hæc autem fides ex qua est iustitia, non est fides informis de qua dicitur Iac. 2, Fides sine operibus mortua est sed est fides per charitatẽ formata, de qua dicitur Gal. 5, Nam in Christo Iesu neque circũcisio aliquid valet sine fide, per quam in nobis habitat Christus. Ephe. 3, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, quod sine charitate non fit. 1. Ioann. 4, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Hæc est etiam fides de qua dicitur Act. 15, Fide purificans corda eorum, quæ quidem purificatio non fit sine charitate. Prouerb. 10, Vniuersa delicta operit charitas. Et ne aliquis diceret per hanc fidem solos Iudęos iustificari. Tertiò ostendit communitatem huius iustitiæ, cùm subdit, in omnes, scilicet ista iustitia est in corde, non carnalibus obseruantiis, de quibus dicitur Heb. 9, Quod carnales obseruantiæ erant ad iustificationem carnis, vsq; ad tẽpus correctionis impositæ. Et super omnes, quia videlicet facultatem humanam ac merita excedit. 2. Cor. 3, Non q̃ sufficiẽtes simus cogitare. Addit autem qui credunt in eum, quod pertinet ad fidem formatam, per quam homo iustificatur, vt dictum est.

¶ Deinde cùm dicit, (Non est enim distinctio) manifestat quod dixerat, & primò quantum ad cõmunitatem iustitiæ. Secundò quantũ ad causam eius: ibi (Iustificati gratis) Tertiò quantũ ad manifestationẽ ipsius ibi, (Ad ostensionem) Dicit ergo primò dictũ est, iustificatio dei est in omnes & sup omnes qui credunt in Christũ. Non enim est quantũ ad hoc distinctio inter Iudæũ & Gentilẽ. Col. 3, In Christo Iesu nõ est Gentilis & Iudæus. s. distinctionem aliquã habens, quasi Iudæus nõ indigeat iustificari à deo sicut Gentilis: omnes enim peccauerũt, sicut suprà ostẽsum est. Esa. 53, Omnes nos quasi oues errauimus, & per hoc egẽt gloria dei. i. iustificatione quæ in gloriam dei cedit, nõ autẽ sibi debet homo hanc gloriã ascribere. Psal. Nõ nobis domine nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã. Psal. Date gloriam deo. Sic igitur quia omnes peccauerunt, & ex se iustificari nõ possunt, restat vt per aliã causam iustificẽtur, quã consequẽter ostendit subdens (Iustificati.) Vbi primò ostendit q̃ huiusmodi iustificatio est sine lege. i. q̃ non est ex operibus legis cũ dicit (Iustificati gratis). i. absq; merito præcedẽtium operum. Esa. 52. Gratis venũdati estis, & sine argẽto redimemini. Et hoc per gratiã ipsius. s. dei, cui ex hoc debetur gloria. 1, Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum. Secundò ostendit quæ sit causa iustificationis. Et primò ponit ipsam causam cũ dicit (Per redẽptionẽ.) vt enim dicitur Io. 8, Qui facit peccatũ seruus est peccati. Ex qua quidem seruitute homo redimitur si pro peccato satisfaciat. Sicut si aliquis ob culpã cõmissam obnoxius esset regi ad soluẽdam pecuniã, ille eũ redimere diceretur à noxa, qui pro eo pecuniam solueret. Hęc autem noxa ad totum humanũ genus pertinebat, quod erat infectũ per peccatum primi parentis. Vnde nullus alius q̃ peccato totius humani generis satisfacere poterat, ni si solus Christus qui ab omni peccato erat immunis. Vnde subdit (Quæ est in Christo Iesu) Quasi dicat: in alio nõ poterat nobis esse redẽptio. 1. Petr. 1, Non corruptibilibus auro vel argento. Secundò ostẽdit vnde ista redẽptio efficaciam habuit, cùm dicit (Quem proposuit deus propitiatorẽ) Ex hoc enim Christi satisfactio efficaciam ad iustificãdum habuit, & ad redimẽdum, quia eum deus ad hoc ordinauerat secũdum suũ propositum, quod designat, cùm dicit (Quem proposuit deus propitiatorem) Ephes. 1, Qui operatur omnia secũdum cõsilium volũtatis suæ. Vel proposuit. i. pro omnibus posuit, vt quia humanũ genus nõ habebat, vnde satisfacere posset, nisi ipse deus eis redẽptorem & satisfactorem daret. Psal. Redẽptionem misit dominus populo suo. Et sic dum satisfaciẽdo nos redimit à noxa peccati deum peccatis nostris propitiũ facit, quod petebat Psal. dicens, Propitius esto peccatis nostris. & ideo dicit eum propitiatorem. 1. Io. 2, Propitiatio. In cuius figura Exod. 25. mãdatur q̃ fiat propitiatorium. i. q̃ Christus ponatur super archam, id est, ecclesiam. Tertiò ostendit per quos redemptionis effectus ad nos perueniat, cùm dicit (Per fidem in sanguine eius) id est, quę est de sanguine eius pro nobis effuso. Vt enim pro nobis satisfaceret cõgruebat vt pœnã mortis pro nobis subiret, quã homo per peccatũ incurrerat, secũdum illud Gene. 2, Quacũq; die &c. Vnde dicitur 1. Pet. 3, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Hæc autem mors Christi nobis applicatur per fidem, qua credimus per suã mortẽ mũdum redemisse. Gala. 2, In fide viuo filii dei qui dilexit me, &c. Nam & apud homines satisfactio vnius alteri nõ valeret: nisi eam ratam haberet. Et sic patet quomodo sit iustitia per fidem Iesu Christi, vt suprà dictum est. Sed quia etiam suprà dixit iustitiã dei esse nunc manifestatam agit cõsequenter de hac manifestatione, & primò tangit modũ manifestationis dicens, (Ad ostensionem.) quasi dicat, hoc inquam factũ est, vt iustificatemur per redemptionem Christi, & per fidẽ sanguinis eius ad ostensionem iustitiæ suæ. i. ad hoc q̃ suam iustitiam deus ostenderet, & hoc propter remissionem præcedentium delictorum. In hoc enim q̃ præcedentia delicta deus remisit, quæ lex remittere nõ poterat, nec homines propria virtute ab eis se præcauere poterant, ostendit q̃ necessaria est hominibus iustitia, qua iustificentur à deo. solùm autem per sanguinem Christi potuerunt remitti peccata nõ solùm præsentia, sed præterita, quia virtus sanguinis Christi operatur per fidẽ hominis, quam quidem fidem habuerunt illi qui præcesserunt Christi passionem sicut & nos habemus. 2. Cor. 4, Habentes eundem spiritũ fidei credimus. Vnde & legitur aliter vt dicatur propter remissionem delictorum quæ sunt hominum præcedentiũ Christi passionem. Vnde dicitur Mich. vlt. Deponet iniquitates nostras & proiiciet, &c. Secundò ostendit tẽpus

Hic nota quomodo fides dicatur iustificare.

Virtus sanguinis Christi operatur in nobis per fidem.

manifestationis eius cùm subdit, In sustentatione dei ad ostensionẽ iustitiæ eius in hoc tempore: quasi diceret, præcedentia delicta erant ante Christi passionem in sustentatione dei quasi in quadam diuina dei sustinẽtia: quia nec pro eis credentes & pœnitentes dãnat, nec ab eis totaliter reddit absolutos, vt. s. eis nõ obstãtibus possint introire in gloriam. Vel secundũ aliam literã potest intelligi q̃ ipsi sancti patres erãt in sustentatione dei, quia detinebantur in limbo, nõ quidẽ patientes pœnam sensibilem, sed expectãtes introire in gloriam per Christi passionẽ. Eccl. 2, Sustine sustentationes dei. Ad hoc inquã præcedentia delicta vel præcedẽtes patres erant in sustentatione dei ad ostẽsionem. s. iustitiæ eius in hoc tẽpore. i. vt in hoc tẽpore gratiæ suam iustitiam perfectè ostenderet, plenã remissionẽ peccatorum tribuendo. Psal. Venit tẽpus, &c. Et. 2. Cor. 6, Ecce nunc tẽpus acceptabile, &c. Et hoc est q̃ suprà dixerat nunc esse iustitiam dei manifestatam. Oportuit autem vt præcedẽtia peccata vsq; ad hoc tẽpus essent in dei sustentatione: vt primò conuinceretur homo de defectu scientiæ, quia tẽpore legis naturæ in errores & turpia peccata incidit, & etiã defectu potẽtiæ, quia post legem scriptã quæ fecit cognitionem peccati, adhuc homo per infirmitatẽ peccauit. Tertiò ostenditq̃ per remissionem peccatorũ dei iustitia ostendatur, siue accipiatur dei iustitia qua ipse est iustus, siue qua alios iustificat. Vnde subdit, Vt sit ipse iustus, id est vt per remissionem peccatorum deus appareat esse iust⁹ in seipso, tum quia remittit peccata sicut promiserat, tum quia ad iustitiam dei pertinet q̃ peccata destruat, homines ad iustitiam dei reducendo. Psal. Iustus dominus & iustitias dilexit. Et etiam vt sit iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi, id est, qui per fidem Iesu Christi accedit ad deum. Accedẽtem enim ad deum oportet credere. Hæbr. secundo.

Lectio 4.

Vbi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non. sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorũ deus tantum? Nónne & Gentium? Immo & Gentium. Quoniam quidem unus est deus qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus. *Cõclusio ex dictis.*

¶ Postquam Apostolus ostendit q̃ Iudæi non præcedunt Gentiles: neq; quantum ad statum culpę: neque quantum ad statũ iustitiæ: hîc concludit cõclusionẽ intentam excludendo. s. eorum gloriationem qua Gentibus se præferebant, & circa hoc tria facit. Primò proponit huius gloriæ exclusionem. Secũdo exclusionis causam, ibi (Per quam legem) Tertio oẽstdit modũ quo excludit, ibi (Arbitramur enim, &c.) ¶ Circa primum duo facit. Primò proponit quæstionẽ dicens, ex quo cõmuniter es sub peccato tu Iudæus sicut & Gẽtilis, & ex quo Gẽtilis iustificatur per fidẽ: sicut & tu, vbi est gloriatio tua, qua. s. in lege gloriaris vt suprà secundò dictum est. Et per hoc te Gentili vis præferre. 1. Cor. 6, Non est bona gloriatio vestra. Gal. 6, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, &c. Secũdò huic quæstioni respõdet dicens, exclusa est. i. subdita est. 1. Reg. 4, Et ablata est gloria de Israel. Oseæ. 4, Gloriam eorum in ignominiam cõmutabo. Vel exclusa. i. expressè manifestata est: gloriabantur enim Iudæi in gloria & cultu vnius dei, & hanc eorum gloriã dicit exclusam. i. expressam per Christum, sicut artifices qui aliquam imaginẽ in argento exprimunt exclusores vocantur, secundum illud Psal. Vt excludant eos qui probati sunt argẽto. Sed primus sensus est magis literalis. Cùm autem dicit, per quam legem, ostendit causam huius exclusionis. Quia autem Iudæorũ gloriatio erat in lege, vt suprà dictum est. Ideo oportere videbatur q̃ per aliquid eiusdẽ generis. i. per aliquam legem eorũ gloriatio excluderetur. Et ideo quærens subdit, Per quam. s. est eorum gloriatio exclusa. Posset autẽ aliquis credere q̃ eorum gloriationem exclusam Apostolus diceret per aliqua præcepta legalia, quibus quædã maiora opera mandarentur. Et ideo interrogando subdit, (Factorum?) quasi dicat. Nunquid per aliquam legem factorum eorum gloriationẽ exclusam dico? Et respondet q̃ non, sed per legem fidei: & sic patet q̃ duplicem legem hîc inducit Apostolus. s. factorum & fidei. Et in promptu esse videtur q̃ per legem factorũ intelligitur lex vetus, & per legem fidei, lex noua, per quam Gentilis æquiparatur Iudęo. ¶ Sed dubitatur de hac distinctione. Nam & in veteri lege necessaria erat fides, sicut & in noua. Eccl. 2. Qui timetis dominum credite illi. Et Psal. Credidi propter quod locutus sum. immo etiam in noua lege facta quædã requiruntur & quorũdam sacramentorũ secundũ illud. Luc. 22, Hoc facite in meã cõmemorationem. Et etiã moralium obseruationum. Iac. 1, Estote factores verbi, & non auditores tantùm. ¶ Dicendum est igitur q̃ legem factorum dicit legem exterius propositam & descriptã, per quam exteriora facta hominum ordinantur, dum præcipitur quid fieri debeat & per prohibitionẽ ostenditur à quo debeat abstineri. legem autem fidei vocat legem interius descriptam, per quã non solùm exteriora facta, sed etiam ipsi motus cordium disponuntur, inter quos primus est motus fidei. Corde enim creditur ad iustitiã, vt dicitur hîc cap. 10. Et de hac lege loquitur infrà. 8. Lex spiritus vitæ quæ est in Christo Iesu. ¶ Deinde cùm dicit, (Arbitramur enim.) ostendit modum quo per legem fidei gloria Iudæorum excluditur, dicens, Arbitramur enim nos Apostoli veritatem à Christo edocti, hominem quẽcunq; siue Iudæũ, siue Gentilem iustificari per fidẽ. Act. 15, Fide purificans corda eorũ, & hoc sine operibus legis, nõ autem solùm sine operibus cerimonialibus quę gratiã non conferebant: sed solùm significabant, sed etiã sine operibus moralium præceptorum, secundũ illud ad Tit. 3, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, &c. ita tamen q̃ intelligas sine operibus præcedentibus iustitiam. Non autẽ sine operibus consequentibus quia vt dicitur Iaco. 2, Fides sine operibus. s. subsequentibus mortua est. Et ideo iustificare nõ potest. ¶ Deinde cùm dicit, (An Iudæorum.) ostendit quoddã quod præposuerat. s. q̃ iustitia fidei cõmuniter se haberet ad omnes. Et prius quidẽ hoc manifestauerat ratione accepta ex parte causæ materialis cũ suprà dixerat, omnes peccauerunt & egẽt gratia dei. i. peccatores sunt quos oportet q̃ gratiã fidei iustificari, sed probatio quæ est ex sola causa materiali non sufficit, quia materia non mouetur per se ad formã sine causa agente. Et ideo hîc subiungit rationem acceptã ex parte causæ agẽtis. i. iustificantis qui est deus. infrà. 8. Deus qui iustificat. Manifestum est autem q̃ deus noster illos iustificãdo saluat quorum est deus, secundum illud Psal. Deus noster deus saluos faciendi. Non est autẽ Iudæorum tãtum deus, sed & Gentiũ, ergo vtrosq; iustificat. ¶ Circa hoc ergo tria facit. Primò proponit quæstionem de Iudæis cùm dicit, An Iudæorum tantùm est deus? Quod quidẽ videri posset alicui per hoc quod dicitur Exo. 5, Deus Hebræorũ vocauit nos. ¶ Dicendum est ergo q̃ Iudæorum deus tantũ erat per specialẽ eul

Duplex est lex. s. lex fidei & lex factorũ: lex fidei integratur fide, spe & charitate: & sic verificatur q̃ sola fides iustificat. nãtũc capitur fides q̃ lege fidei: & est sensus inter leges, sola fides iustificat. i. sola lex fidei sub lege factorũ cõprehẽduntur oẽs aliæ leges à lege fidei: vt pote lex naturæ Moysi et oẽs leges humanæ. Per fidẽ sine operibus præcedẽtib⁹ iustificatio, nõ tamẽ sine sequẽtibus in revelpropria dispositione.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium ab eis deo exhibitũ. Vnde in Psal. dicitur, Notus in Iudæa deus. erat tamen deus omniũ per cõmune regimen vniuersorũ, secundũ illud Psal. Rex omnis terrę deus. ¶ Secundò proponit quæstionẽ ex parte Gentiliũ dicẽs, Nónne & Gentiũ. s. est deus? & respõdet, Immo & Gentiũ quas. s. gubernat & regit, secundũ illud Hier. 10, Quis nõ timebit te ò rex Gentium? ¶ Tertiò, ibi Quoniã quidem, manifestat per signũ quod dixerat. quasi dicat, ex hoc manifestum est ꝙ deus est non solùm Iudęorũ, sed & Gentiliũ, quoniã quidẽ vnus est deus qui iustificat circuncisionem. i. Iudæos ex fide, vt enim dicitur Gal. 5, In Christo Iesu neq; circuncisio neq; præputiũ. Quòd autẽ dicit ex fide & per fidem secundũ, glosam est omnino idẽ: potest tamen aliqua differentia attendi. Nam hæc prępositio, ex, designat aliquãdo causam remotã, hæc prępositio, per, pro pinquam. Iudæi ergo iustificari dicũtur ex fide, quia fides fuit prima causa ex qua processit circũcisio & cætera sacramẽta legalia: & ita Iudæos iustificat fides, sicut quædam causa primaria per quasdã medias causas, sed Gentiles per ipsam fidẽ immediatè iustificãtur. ¶ Deinde cùm dicit, (Legem ergo) excludit quãdam obiectionem, posset enim aliquis dicere ꝙ prædictã legem destrueret, & ideò quærit dicens, (Legẽ ergo destruimus per fidem) ex hoc. s. ꝙ dicimus homines iustificari sine operibus legis. Et respõdet (Absit) secundũ illud Mat. 5. Non præteribit iota vnum, aut vnus apex, &c. Subdit autem, sed legem statuimus. i. per fidem legem perficimus, & adimplemus, secundũ illud Mat. 5, Non veni soluere legem, sed adimplere. & hoc quantum ad præcepta cerimonialia, quæ cùm essent figuralia per hoc statuuntur & adimplentur ꝙ veritas signi ficata per ea, in fide Christi exhibetur, & etiam quantũ ad moralia: quia fides Christi auxilium gratiæ cõfert ad implenda moralia præcepta legis. Addit etiam quædam consilia per quæ præcepta moralia tutius & firmius conseruantur.

Cap. 4.

Hoc caput ostendit per circũcisionẽ nõ esse iustitiã, soluendo. q. secundã in principio præcedentis capituli motam

Vid ergo dicemus, Inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed nõ apud deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiã: sed secundum debitum. Ei uero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei: sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus, Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Beatus uir cui nõ imputauit dominus peccatũ. Beatitudo ergo hæc in circũcisione tantũ manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est fides Abrahæ ad iustitiã. Quomodo ergo reputata est? In circũcisiõe an in præputio? Nõ in circũcisione sed in præputio. ¶ Postquam Apostolus exclusit Iudæorum gloriã quam habebãt in lege per eam se Gentibus præferẽtes, hîc excludit eorum gloriã quantum ad circuncisionem. Et circa hoc duo facit. Primò resumit quæstionem quã suprà posuerat dicens, Quæ est vtilitas circũcisionis? Et quia Abrahã primus mandatũ de circuncisione accepit. vt dicitur Gene. 17. Ideò quæstionẽ iterat in persona ipsius Abrahę dicens, Si ita est ꝙ deus iustificat præputium sicut & circuncisionẽ, quid ergo dicemus inuenisse vtilitatis Abrahã patrem nostrum secundum carnẽ? i. secundum circuncisionẽ carnalem & secundũ alias obseruantias carnales. videtur esse inconueniens si dicatur ꝙ nihil vtilitatis inuenerit cùm dicatur Esa. 48. Ego dominus docens te vtilia. ¶ Secundò, ibi (Si enim Abraham, &c. respondet propositæ quæstioni. Et duo facit. Primò ostẽdit ꝙ Abraham non hoc inuenerit per circuncisionẽ & cætera legis opera ꝙ per eam iustificaretur, sed magis per fidem. Secundò cõmendat fidem ipsius, ibi Qui cõtra spem, &c. ¶ Circa primum duo facit. Primò ostendit propositum ratione accepta ex parte diuinæ acceptationis. Secũdò ratione diuinæ promissionis, ibi Non enim per legem, &c.) ¶ Circa primum duo facit. Primò proponit quandã conditionalẽ. Secundò probat destructionem cõsequentis, ibi (Quid enim dicit scriptura, &c.) Tertiò probat ipsam conditionalem, ibi (Sicut & Dauid, &c.) ¶ Circa primum intendit Apostolus sic argumẽtari. Si Abraham iustificatus esset ex operibus legis, nõ haberet gloriam apud deum, ergo nõ ex operibus iustificatus. Proponit ergo conditionalem dicens, Quæsitum est quid Abrahã inuenit secundum carnalem circuncisionẽ. Et manifestum est ꝙ hoc nõ inuenit vt iustificatus sit ex operibus legis, ita. s. ꝙ eius iustitia in operibus legis cõsistat, habet quidem gloriam, scilicet apud homines qui exteriora facta vident, sed nõ apud deum qui videt in occulto, secundum illud. 1. Reg. 16, Deus autem intuetur cor. 1. Cor. 3, Nemo vestrum glorietur in hominibus, &c. Vnde cõtra quosdã dicitur Ioan. 12. Dilexerunt magis gloriã hominum q̃ dei. ¶ Sed contra hoc potest obiici, quia ex consuetudine operum exteriorum generatur interior habitus secundũ quem etiam cor hominis bene disponitur, vt sit promptum ad bene operandum, & in bonis operibus delectetur, sicut Philosophus docet in 2. Ethi. ¶ Sed dicendum est ꝙ hoc habet locum in iustitia humana, per quam. s. homo ordinatur ad bonum humanum. Huius enim iustitię habitus per opera humana potest acquiri, sed iustitia quę habet gloriã apud deum ordinatur ad bonum diuinitatis. s. futuræ gloriæ quæ facultatẽ humanam excedit, secundum illud. 1. Cor. 2, In cor hominis non ascendit quæ præparauit deus diligentibus se. Et ideo opera hominis non sunt proportionata ad huius iustitiæ habitũ causandum, sed oportet prius iustificari interius cor hominis à deo vt opera faciat proportionata diuinę gloriæ. ¶ Deinde cùm dicit, (Quid enim, &c.) destruit cõsequens quod fuit negatiuum, probando affirmationem oppositam. s. ꝙ Abrahã habebat gloriam apud deum. Et hoc probat per authoritatem scripturæ, quam primò Apostolus ponit: secundò exponit, ibi (Ei autem, &c.) Dicit ergo primò, Dico Abraham sic iustificatum esse ꝙ habet gloriam apud deum. Quid enim scriptura dicit? Gene. 15, Credidit Abraham deo, promittenti sibi seminis multiplicationem. Eccl. 2, Crede deo & recuperabit te. Et reputatum est illi. s. à deo ad iustitiam. 1. Mach. 2. Abraham in tentatione inuentus est fidelis. Et sic patet ꝙ apud deum, à quo est ei reputatum ad iustitiam ꝙ credidit, gloriam habet. Est autem considerãdum quòd iustitia quam deus reputat, scriptam expresit non in aliquo exteriori opere, sed in interiori fide cordis quam solus deus intuetur. Cùm autem dicatur triplex esse actus fidei, scilicet, credere deum, deo, & in deum, posuit hunc actũ qui est credere deo, qui est proprius actus fidei, eius speciem demõstrans. Nam credere in deum, demonstrat ordinem fidei ad finẽ, qui est per charitatem credendo in deum ire, quod charitas facit. Et sic sequitur speciem fidei. Credere autẽ deum, demonstrat fidei materiam, secundum ꝙ est virtus theologica habens deum pro obiecto. Et ideo hic actus nõdum attingit ad speciem fidei, quia si aliquis credat

Triplex actus fidei.

credat deũ esse per aliquas rationes humanas & naturalia signa, nõdũ dicitur fidẽ habere de qua loquimur, sed solùm quando ex hac ratione credit quod est à deo dictũ, quod designatur ꝑ hoc ꝙ dicitur credere deo: & ex hoc fides specificatur, sicut & quilibet cognoscitiuus habitus speciem habet ex ratione per quã assentit in aliquid. Alia enim ratione inclinatur ad assentiendũ habẽs habitũ scięti æ, scilicet per demõstrationẽ, & alia ratione habẽs habitũ opinionis, scilicet per sylogismũ dialecticũ. ¶ Deinde cùm dicit, [Ei autẽ qui operatur, &c.] exponit prædictã authoritatẽ quantũ ad hoc ꝙ dicit, reputatũ est illi ad iustitiã, & tãgitur in glo. duplex horũ verborũ expositio. Prima est secũdũ ꝙ referũtur ad finalẽ mercedẽ de qua primò ostẽditur qualiter se habeat ad opera, secũdò qualiter ad fidẽ, ibi, [Ei verò q nõ, &c.] Dicit ergo primò ꝙ ei qui operatur, scilicet opera iustitiæ, merces æternę retributionis de qua dicitur Esa. 4, Ecce merces eius cũ eo, non reputatur secundũ gratiã tantũ, sed secundũ debitũ. secundũ illud Matth. 20, Nónne ex denario cõuenisti mecũ? ¶ Sed cõtra est ꝙ dicitur infrà. 6, Gratia dei vita æterna. Et infrà. 8, Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã. Sic igitur illa retributio nõ fit secundũ debitũ sed secundũ gratiã. ¶ Sed dicendũ est ꝙ opera humana possunt cõsiderari dupliciter. Vno modo secundũ substantiã operũ, & sic nõ habẽt aliquid cõdignũ vt eis merces æternæ gloriæ reddatur. Alio modo possunt cõsiderari secundũ suum principiũ prout. s. ex impulsu dei aguntur secundũ propositũ dei prædestinãtis, & secundũ hoc eis debetur merces prædicta secundũ debitũ, quia vt infrà. 8. dicitur, Qui spiritu dei agũtur, hi sunt filii dei: si autẽ filii, & hęredes. ¶ Deíde cùm dicit, [Ei verò, &c.] ostẽdit qualiter se habeat merces æterna ad fidẽ dicẽs, ei verò qui non operatur. s. exteriora opera, puta quia nõ habet tẽpus operãdi, sicut patet in baptizato statim mortuo credẽti in eum qui iustificat impium. s. in deum, de quo dicitur infrà. 8. Deus qui iustificat, reputabitur fides eius. s. sola sine operibus exteriorib⁹ ad iustitiam, id est vt per eam iustus dicatur & iustitiæ præmium accipiat, sicut si opera iustitiæ feciſſet. secundum illud infrà. 10, Corde creditur ad iustitiam. & hoc secundum pro posito gratiæ dei, id est secũdum ꝙ deus proposuit ex gratia sua homines saluare. infrà. 8, His qui secundum propositũ vocati sunt sancti. Ephe. 1, Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Alia expositio est vt hoc referatur ad hominis iustificationem. Dicit ergo, Ei autẽ qui operatur, id est si aliquis per opera iustificetur, ipsa iustitia imputaretur quasi merces non secũdum gratiam, sed secundum debitum. infrà. 11, Si autẽ gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Ei vero qui nõ operatur, vt scilicet per sua opera iustificetur, credenti autẽ in eum qui iustificat impium, cõputabitur hæc eius fides ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei, non quidem ita quòd per fidem iustitiam mereatur, sed quia ipsum credere est primus actus iustitiæ quam deus in eo operatur. Ex eo enim quòd credit in deũ iustificantem, iustificationi eius subiicit se, & sic recipit effectum. Et hæc expositio est literalis, & secundum intẽtionem Apostoli qui facit vim in hoc quod in Gene. 15, dictum est, Reputatum est illi ad iustitiã, quod consueuit dici, quando id quod minus est ex parte alicuius reputatur ei gratis, ac si totum feciſſet. Et ideo Apostolus dicit quòd hæc reputatio locum non haberet si iustitia esset ex operibus, sed solùm habet locum secundum quòd est ex fide. ¶ Deinde cùm dicit, [Sicut & Dauid, &c.] probat conditionalem præmissam ex authoritate Psalmi. Cuius prmò præmittit sensum. Secũdò ponit verba eius, ibi, (Beati quorum.) Tertiò excludit falsum intellectum, ibi, (Beatitudo, &c.) Dicit ergo, Sicut & Dauid dicit, id est asserit beatitudinem hominis esse illius, scilicet cui deus fert, id est dat iustitiam. Accepto, id est gratis sine operibus præcedentibus. Ad Titum. 3, Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Beatitudo autem hominis est à deo, secundum illud Psal. Beatus vir cuius est dominus deus spes eius. Sic igitur manifestum est illum habere gloriam apud deum qui non ex operibus legis iustificatur, vt dictũ est. ¶ Deinde cùm dicit, [Beati quorum, &c.] ponit verba Dauid prædictam sentẽtiam continentia, & dicit eos esse beatos quorum remittuntur peccata, de quibus patet quòd non habuerunt prius bona opera ex quibus iustitiam seu beatitudinem consequerentur. Est autem triplex peccatum, scilicet originale, actuale mortale, & actuale veniale. Primo ergo quantum ad originale dicit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Vbi considerandum est ꝙ peccatum originale iniquitas dicitur, quia est carentia originalis iustitiæ, per quam secundum æquitatem ratio hominis subiiciebatur deo, inferiores vires rationi, & corpus animæ, sed per peccatum originale hæc æquitas tollitur: quia postq̃ ratio desiit esse subiecta deo, inferiores vires rationi rebellant, & corpus ab obedięntia animæ subducitur per corruptionẽ & mortem. Vnde in ps. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Vtrobique autẽ peccatũ originale pluraliter significatur. Vel propter plures homines in quibus multiplicatur originale peccatum. Vel potius quia virtute cõtinet in se quodãmodo omnia peccata. Huiusmodi autem peccatum originale remitti dicitur, quia transit reatus superueniẽte gratia: sed remanet actu remanẽte fomite siue cõcupiscentia, quæ non tollitur totaliter in hac vita, sed remittitur siue mitigatur. Secũdò quãtum ad actuale mortale, dicit; Et quorũ tecta sunt peccata. Dicũtur autẽ peccata tegi diuino conspectui inquantũ non inspicit ad ea puniẽda. Psal. Operuisti omnia peccata eorũ. Tertiò quantũ ad veniale dicit. Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatũ. vt. s. per peccatũ intelligãtur peccata venialia: quę licet leuia sint, tamen per multa homo elõgatur à deo. 2. Paralipo. 3, Dominus bonus propitiabitur cũctis qui in toto corde requirunt illũ, & nõ imputabitur illis ꝙ minus sancti sunt. ¶ Possunt autem & hæc tria aliter distingui. Sũt enim in peccato tria. Quorũ vnũ est offensa dei. Et quantũ ad hoc dicit, Beati quorũ remissę sunt iniquitates. secũdum ꝙ homo dicitur remittere offensam sibi. Esa. 4, Dimissa est iniquitas illius. Aliud est ipse actus inordinatus culpæ, qui nõ potest nõ fuisse factus ex quo semel perpetratus est, sed tegitur manu misericordiæ diuinæ: vt quasi pro nõ facto habeatur. Tertiũ est reatus pœnæ, & quantũ ad hoc dicit, Beatus vir cui non imputauit dominus peccatũ. s. ad pœnam. ¶ Deinde cùm dicit, [Beatitudo ergo hominis, &c.] excludit falsum intellectũ authoritatis prędictæ. Posset enim Iudæus sic intelligere ꝙ prędicta gratia remissio nis peccatorũ non fieret nisi circũcisis. ¶ Ad hoc ergo excludendum primò Apostolus quæstionẽ mouet dicens, Beatitudo hæc qua scilicet deus, dat iustitiã sine operibus, manet tantũ in circuncisione, id est, habet locũ solùm in circuncisis. An etiam & in præputio. i. in Gentibus? Manifestum est quòd in vtrisq; secũdum illud quod dicit infrà. 10, Idẽ dominus diues in omnes, &c. ¶ Secũdò, ibi, [Dominus enim.] ad hoc ostẽdẽ-

Opera humana dupliciter considerantur.

Triplex peccatum. Peccatum originale dicitur iniquitas.

In peccato sunt tria.

dum assumit authoritatē scripturæ,quasi dicat,hoc ideo quæro.(Dicimus enim,&c.)Quòd reputatur fides Abrahæ ad iustitiā.Gene.15.¶Tertiò hac authoritate concludit solutionē præmissæ quæstionis sub interrogatione tamen,dicens,Quomodo ergo reputata est scilicet fides Abrahæ ad iustitiam in circuncisione,id est,quādo erat circuncisus,an in præputio,id est,quādo erat incircūcisus?Et respondet,Non in circuncisione,sed in præputio.Et hoc manifestum est ex serie narrationis scripturæ.Nam Gene.15,legitur ꝙ fides reputata est Abrahæ ad iustitiam:circūcisionem autem accepisse legitur Gene.17,Si igitur Abraham adhuc incircuncisus existēs iustificatus est per fidem,manifestum est quòd iustitia fidei per quam gratis remittuntur peccata,non est solùm in circuncisione,sed etiam in præputio,id est in gentilitate. Lectio. 2.

Ostēdit circuncisionem esse solum signum iustificationis & non causa.

ET *signū accepit circūcisionis,signaculū iustitiæ fidei quæ est in præputio,ut sit pater omniū credentium per præputiū,ut reputetur & illis ad iustitiā.Et sit pater circūcisionis,nō his tātū qui sunt ex circūcisione,sed & his qui sectantur uestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.Non enim per legem promissio Abrahæ,aut semini eius ut hæres esset mundi,sed per iustitiam fidei.Si enim qui ex lege hæredes sunt,exinanita est fides,abolita promissio.Lex enim iram operatur.Vbi enim non est lex,nec præuaricatio.*

¶Ostenso ꝙ beatitudo remissionis peccatorū nō solū est in circūcisione,sed etiā in prꝑputio,exēplo Abrahæ qui tēpore præputii est iustificatus,hīc respōdet cuidā obiectioni. Posset enim aliquis dicere,si Abrahā iustificatus est ante circūcisionē:ergo sine causa & frustrà circūcisus est. Ad hāc ergo obiectionē excludēdā primò ꝓponit ꝙ circūcisio non erat causa iustitiæ sed signū.Secūdò ostēdit quid ex hoc signo cōsequatur, ibi,(Vt sit pater,&c.)Tertiò ostēdit modū quo hoc cōsequatur,(Nō his tantū,&c.) Circa primū duo facit. Primò ꝓponit circūcisionē esse signū.Gene.17,Circūcidetis carnē preputii uestri vt sit in signū fœderis inter me & vos.Secūdò ostēdit cuius rei sit signū dicēs,quod sit signaculū iustitiæ fidei.i.quæ est per fidē,quę quidē fides est in præputio.i.quā Abrahā habuit adhuc incircūcisus exist̄es. ¶Dicitur autē signaculū dupliciter.Vno modo quasi expressum signū habēs similitudinē rei signatæ,secūdū illud Ezec.28, Tu signaculū similitudinis,&c.Habet autē circuncisio expressam similitudinē cum fide Abrahæ.Primò quidē quantū ad rem creditā.Credidit enim multiplicationē sui seminis,& cōgruenter accepit signū in mēbro generationis. Secūdò quātum ad effectū huius fidei, qui est remotio culpæ,quæ signatur per remotionē superfluæ pelliculæ.Alio modo signaculū dicitur signū aliquid occultās,quod reuelandū est amicis sicut patet de sigillo:& secundū hoc dicitur Apo.5,Dignus est agnus qui occisus est accipere librū & aperire signacula eius.Claudebatur ergo sub signaculo circūcisionis secretū incarnationis Christi ex semine Abrahæ.Cōsequēter ostēdit quid cōsequatur ex dictis.Cōsequitur enim ex hoc ꝙ Abrahā in præputio iustificatus per fidem postea circūcisionē accepit vt sit pater nō solū circuncisorū:sed etiā credentiū in præputio:& hoc est ꝙ dicit,Vt sit pater.i.ex prædictis cōsequitur ꝙ Abrahā sit pater omniū credentiū per præputiū.i. qui sunt in statu præputii.Vel Abrahā sit pater per prꝑputiū.i.per id quod habuit in præputio vt reputetur & illis ad iustitiam, hoc.s.quòd credūt sicut reputatū est Abrahæ.Et de hac paternitate dicitur Matth.3,Potēs est deus de lapidibus istis,&c.Et sit pater circūcisionis.i.circūcisorū qui ex eo originē ducūt.Vnde Io.8,Pater noster Abraham est.¶Deinde ostēdit per quē modū sit pater etiā incircūcisorū,quia per imitationē.Et hoc est ꝙ dicit, (Vt sit inquam pater nō his tantū qui sunt in circūcisione,)id est qui sunt circūcisi.(sed etiā his qui sectātur vestigia fidei patris nostri Abrahę quę est in prꝑputio,)id est quā Abrahā habuit adhuc incircūcisus.Ioā.8, Si filii Abrahę estis,opera eius facite.¶Et quia hīc de circūcisione fit mētio,oportet circa ipsam tria cōsiderare.s.quare sit instituta,quā vim habuit,& quare sit mutata.¶Circa primū considerādum ꝙ circūcisio sicut & aliæ legis cerimoniæ,est propter duo instituta. Primò quidē propter cultū diuinū ad quē homines secundū huiusmodi cerimonialia disponebātur. Et secundū hoc circūcisio habet triplicē institutionis causam,quarū prima est ad significandū fidē & obedientiā qua Abrahā se deo subiecit:vt.s.illi qui circūcisionē acciperēt Abrahæ,traditā fidē & obediētiā ipsius obseruarēt.Dicitur enim Hæb.11,Fide Abrahā circūcisus est,& ideo facta est circuncisio in mēbro generationis ad significandū fidē ipsius circa prolē futurā,vt dictū est.Secūda est ad exprimendū in signo corporali id quod spiritualiter erat faciēdum:vt.s.sicut à mēbro generationis,quod principaliter cōcupiscētiæ deseruit,abscindebatur superflua pellicula:ita etiam à corde hominis omnis superflua cōcupiscētia tolleretur,secundū illud Hie.4, Circūcidimini domino & auferte prꝑputiū cordiū uestrorū,&c.Tertia est,vt per hoc signū populus ille deū colēs ab omnib⁹ aliis populis distingueretur.Et inde est ꝙ Iosue.5,Mādauit dominus circūcidi filios Israel,qui inter aliās nationes erāt habituri,qui prius in deserto solitarii manētes circūcisi nō erant. Alia autē ratio circūcisionis & omniū cerimonialium accipitur per cōparationē ad Christum ad quē cōparatur,sicut figura ad veritatē & mēbra ad corpus,secundum illud Col.2,Quæ sunt vmbra futurorum,corpus autē Christi.Sic igitur per circuncisionem corporalē significatur circuncisio spiritualis fiēda per Christū.Primò quidē in animā,quātū per ipsum peccatorē reatus & cōcupiscētiæ præscindūtur.Collos.2,In quo.s.Christo,circuncisi estis circuncisione nō manu facta in expoliatione corporis carnis,sed in circūcisione domini nostri Iesu Christi.Secundò verò quātum ad corpus,quādo.s.etiā in resurrectione ab electorum corporib⁹ omnis pasibilitas& mortalitas auferetur:& ideo circuncisio fiebat octauo die,qui significat octauā ætatē resurgentiū:nam septima est quiescētium in Christo.Sex autē ætates sunt quib⁹ seculum currit.Vnde & circuncisio facta legitur cultellis petrinis.Iosue.5,Ad significādū ꝙ spiritualis circūcisio,fienda erat per petrā q̄ est Christus,vt dicitur.1.Cor.10. Non tamē hoc generaliter obseruabatur ꝙ necesse esset circuncisionē fieri cū petra. ¶Circa secundū verò est sciendū ꝙ sicut hīc glo.dicit & est Bedæ.Idem salutare curationis auxiliū circūcisio in lege cōtra originalis peccati vulnus præbebat,quod baptismus agere tēpore reuelatæ gratiæ cōsueuit. Ex quo patet ꝙ virtus circūcisionis se ostēdebat ad deletionē originalis peccati.Quidā tamē dicūt ꝙ gratia in circūcisione nō cōferebatur:nō em̄ potest esse dei gratia sine iustitia.Argumētatur autē Aug.Gal.2,Si iustitia est ꝑ legē,ergo Christus gratis mortuus est.i.sine causa.Et eodē modo argumētari possum⁹.Si ex circūcisione est gratia iustificās,Christus gratis mortuus est, sed hoc nō potest esse:nā remissio peccati nunq̄ fit sine gratia,infrà. 5.Iustificati igitur gratia ipsius,&c.Et ideo alii dicūt ꝙ in circūcisione dabatur gratia quātū ad effectus priuatiuos.s.remotionis culpæ,non autem quantū ad effectus positiuos,puta operationē iustitiæ.Sed hoc etiā cōueniens nō videtur:effectus enim positiui alicuius formæ ordine naturæ præcedūt effectus priuatos.Nō enim lumen pellit tenebras,nisi per hoc ꝙ illuminat. Et ita gratia per hoc culpā pellit ꝙ iustificat.Remoto autē priori remouetur posterius.Et ideo melius dicendū est ꝙ circuncisio ex ipso opere operato non habeat virtutē effectiuā,neq; quantū ad remotionē culpæ,neq; quātum ad operationē iustitiæ:sed erat solùm iustitiæ signū,vt hīc Apostolus dicit,sed per fidē Christi cuius circūcisio signū erat,auferebatur peccatum originale & cōferebatur auxiliū gratiæ ad rectè agendū. ¶Circa tertiū verò manifestum est iam ex dictis, quare oportuit circūcisionē mutari.Nam circūcisio erat signū futuri.Non autē idē signū cōuenit præsenti siue preterito & futuro, & ideo baptismus est signū præsentis gratiæ qui copiosiorē & vtiliorē effectū habet gratiæ,quia quāto agēs est propinquius & præsentius,tanto efficacius operatur. ¶Deinde cùm dicit, (Non enim per legē,&c.)ostendit propositū.s.ꝙ circuncisio siue quodcunq; opus legis nō iustificet ex diuina promissione.Et circa hoc duo facit.Primò proponit quod intēdit.Secundò probat propositū,ibi,(Si enim qui ex lege,&c.)Supponit ergo Apostolus primò ex authoritate Gene.promissionē factā Abrahæ & semini eius,vt hæres esset mūdi,id est,vt omnes gētes mundi in ipso benedicerētur,secundū illud Gene.12, In te benedicētur,&c.Dicit autē,ac semini eius:quia huiusmodi promissio & si in ipso non est cōpleta,cōplenda tamē erat in semine eius.Dicitur enim Gene.22,Benedicētur in semine tuo omnes gētes terræ.hoc autem semen principaliter intelligitur Christus,secundum illud Gal.3,Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius.Non dicit,in seminibus quasi in multis:sed in semine quasi in vno,&c.Quia.s.in vno in quo cōpletur,ostenditur vt sit hæres mundi,secūdum illud ps.Postula à me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā. Secundariò autem cōpletur in illis qui per gratiam Christi sunt spiritualiter semen Abrahæ.infrà.9.Qui filii sunt promissionis æstimantur in semine. Qui etiā per Christum sunt hæredes mundi in quantū omnia in gloriam electorū cedunt.1.Corin.3,Omnia vestra sunt,&c.Circa hanc promissionē vnum negat & vnum asserit.Negat huiusmodi promissionē factam per legē.Quod quidē non dicitur propter ipsam promissionem,quia tēpore promissionis lex data erat:sed propter promissionis impletionē,vt sit sensus, ꝙ talis promissio facta erat Abrahæ,non quæ sit implenda per legē,quia vt dicitur Hæbr.7,Nihil ad perfectū adduxit lex.Aliud autē astruit,ꝙ.s.huiusmodi promissio sit implēda per iustitiā fidei,quia Sancti per fidem vicerūt regna.Heb.11,¶Deinde cùm dicit,(Si enim,&c.)ostēdit propositū. Et primò quātū ad hoc ꝙ promissio non sit implēda per legē.Secūdò quantū ad hoc ꝙ sit implēda per iustitiā fidei,ibi,(Ideo ex fide,&c.)Circa primū ponit talē rationē. Si promissio facta Abrahæ esset implenda per legem,fides Abrahæ credentis promissioni esset inanis,quia promissio ei facta aboleretur:sed hoc est incōueniens,ergo & primum.Circa hoc duo facit.Primò proponit conditionalē.Secūdò probat eam,ibi,(Lex enim,&c.)Destructio autē consequentis est manifesta.Dicit ergo primò ꝙ promissio nō est facta per legē.Si enim qui ex lege sunt,hi sunt hæredes,id est,si ad hoc ꝙ aliqui hæreditatē promissam participēt,requiritur ꝙ ex legis obseruātia hoc cōsequantur,exinanita est fides.i.vacua facta est fides qua Abrahā credidit deo promitteti,vt dicitur Gen.15. Ex hoc est inconueniens secundum quòd dicitur.primæ Corinthiorū decimoquinto,Si Christus non resurrexit,inanis est prędicatio nostra,&c. Et quare sit inanis ostēdit subdēs,Abolita.i.cassata est promissio, quia nō cōsequitur suum effectū.cōtra id quod dicitur Hebr.11,Fidelē credidit eum esse qui repromiserat. Et hīc infrà in præsenti cap̄.dicitur,Quæcunq; promisit deus potēs est,&c.Deinde cùm dicit,(Lex enim.) probat cōditionalē præmissam per effectū siue euentū legis. Et primò proponit legis effectū siue euentū. Secūdò probat,ibi,(Vbi enim nō est lex,&c.)Probat autē cōditionalē sic, Si aliqua promissio sit implēda per id quod impletionē promissionis impedit,talis promissio aboletur,& fides credētis exinanitur: sed lex impedit cōsecutionē hæreditatis.Lex enim irà operatur:ergo si per legē sit adimplēda promissio,eximanita est fides,abolita est promissio.Dicitur autē lex operari iram.i.vindictā:quia per legē facti sunt homines digni dei vindicta.4.Reg.22,Magna ira domini succensa est cōtra nos,quia non audierūt patres nostri verba libri huius,scilicet legis,&c.Posset autem aliquis intelligere ꝙ lex iram operatur quantum ad cerimonialia tempore gratiæ obseruata,secundum illud Gal.5,Si circūcidimini Christus nihil vobis proderit.Sed quod hīc dicitur intelligendum est etiam quantum ad moralia,non quidem quòd legis præcepta moralia præcipiant aliquid quod qui obseruant dignos ira dei efficiat,sed occasionaliter,quia præcipit & gratiam adimplendi non præbet,secundum illud.2. Cor.3,Litera occidit,spiritus autem viuificat. Quia scilicet interius adiuuat infirmitatem nostram,vt dicit infrà.8. ¶Deinde cùm dicit,(Vbi enim non est lex,&c.) ostendit qualiter iram operatur,dicens,Vbi non est lex,non est prævaricatio: quia & si aliquis lege non data peccare posit contra id quod naturaliter iustum est faciendo, non tamen prævaricator dicitur nisi legem transgrediens . Psal. Vidi prævaricantes & tabescebam,&c. Et tamen omnis peccator potest dici prævaricator inquantum legem naturalem transgreditur.Psal.Prævaricantes reputaui omnes peccatores terræ.Grauius est tamen transgredi simul legem naturæ & legem scriptam,quàm solam legem naturæ . Et ideo lege data fine gratia adiuuante,prævaricatio creuit,& maiorem iram promeruit. Lectio 3.

IDEO *ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini.Non ei qui ex lege est solùm: sed & ei qui ex fide est Abrahæ,qui pater est omnium nostrum,sicut scriptum est.Quia patrem multarum gentium posui te ante deum, cui credidisti qui uiuificat mortuos,& uocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt.Qui cōtra spem in spem credidit, ut fieret pater multarū gentiū secundū quod dictū est ei.Sic erit semē tuū sicut stellæ cæli et arena maris.Et nō infirmatus est in fide,nec cōsiderauit corpus suum emortuū,cùm iam ferè centū esset annorū,& emortuā uuluā Saræ.In repromissione etiā dei nō hesitauit diffidētia,sed cōfortatus est fide,dans gloriā deo,plenissimè sciēs quia quæcūque promisit deus potens est & facere.Ideo & reputatum est illi ad iustitiam . Non est autem scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiam , sed & propter nos , quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominū nostrū à mortuis,qui traditus est propter delicta nostra,& resurrexit propter iustificationē nostrā.*

¶Ostēso ꝙ promissio facta Abrahæ & semini eius nō sit implēda per legē,hīc ostēdit ꝙ sit implenda per fidē.Et circa hoc tria facit,Primò ostendit per quid sit huiusmodi promissio adimplēda.Secundò ostendit

Circuncisio non remittebat peccatum ex opere operato effectiuè, sed erat signū remissionis.i.erat signū quòd tunc deus remittebat p fidem quæ protestabatur per circūcisionem & est quod alij dicūt.s. quòd erat causa (sine qua nō) remissionis originalis.

Circuncisio habet expressam similitudinē cū fide Abrahæ quo ad duo.

Sub signo circuncisionis claudebatur secretum incarnationis.

Circuncisio & aliæ legis cerimoniæ sunt propter duo institutæ.

Triplex causa institutionis circuncisionis.

Per circunciosionē corporalem signabatur circuncisio spiritualis p christum fiēda & in anima & in corpore.

Non necesse erat fieri circuncisionem cultro lapideo.

Per circuncisionem fiebat deletio originalis peccati.

Lex tam naturæ quàm mosaica iram operatur, vide hic quomodo.

Quomodo verificatur illud, Litera occidit, spiritus viuificat.

Ostenditur promissa Abrahæ implenda per fidem.

Magna fides Abrahæ,

Laudatur fides Abrahæ ex eo quòd credidit in iterata promissione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quib⁹ fit adimplenda,ibi,(Omni semini,&c.)Tertiò à quo fit implẽda,ibi,(Qui viuificat mortuos,&c.) Primò ergo concludit propositũ quasi ex diuisione.Videtur enim necessariũ esse q̃ promissio adimpleatur vel per fidẽ,vel per legem:nõ autẽ per legẽ,quia promissio aboleretur.Vnde cõcludit,Ideo ex fide.s.conse-
quimur promissionẽ,vt hæredes simus mundi.1.Io.5,Hæc est victoria quæ vincit mũdum,&c.Et hoc con-
firmat per cõtrariũ mediũ ei quod suprà assumpserat. Dictum est enim q̃ si iustitia ex lege esset,promissio
aboleretur: sed si sit ex fide,remanet firma promissio propter virtutẽ diuinæ gratiæ iustificantis hominem
per fidẽ.Et hoc est q̃ dicit,Vt promissio dei sit firma,non quidem per operationes hominum quæ possunt
deficere,sed secundum gratiam quæ infallibilis est.2.Corinthiorum.12,Sufficit tibi gratia mea,&.2.Corin
thiorum.1.Quotquot sunt promissiones in illo,scilicet Christo est,id est,veritatem habẽt. ¶Deinde cùm
dicit,(Omni semini,&c.)ostendit in quibus impleatur prædicta promissio.Et primò proponit quod inten-
dit,& dicit quòd prædicta promissio sic implenda per fidem,est firma per gratiam . Omni semini,id est,o-
Duplex semen Abrahæ. mni homini qui fuerit qualitercunque semen Abrahæ.Ecclesiast.44,Cum semine eorum permanent bo-
na,hæreditas sancta nepotes eorum. ¶Secundò ibi,(Non ei,&c.) exponit quod dixerat,omni semini. Est
enim quoddam semen carnale,secũdum illud Io.8,Semen Abrahæ sumus.Est aliud semen spirituale,secun
dum illud Matth.3,Potẽs est deus de lapidibus his.i.de gentibus suscitare filios Abrahæ.Semen autẽ Abra-
hæ carnalẽ legem seruauit,sed fidem eius etiam imitatur semẽ spirituale.Et sic si per solam legem esset pro-
missio,non impleretur in omni semine,sed solùm in carnali. Quia verò impletur per fidẽ quæ est omnibus
communis,planum est,q̃ impletur in omni semine. ¶Tertiò ibi,(Qui est pater,&c.)probat quod suppo-
suerat,scilicet q̃ semen Abrahæ sit,non solùm quod est ex lege, sed etiam quod ex fide per auctoritatẽ scri-
pturæ,cuius primò ponit sensum,dicens,Qui scilicet Abraham est pater omnium nostrum,id est,omnium
credẽtium,siue Iudæorum,siue Gẽtilium.Suprà eodem,vt sit pater omnium credentium.Esaiæ.51,Atten-
dite ad Abraham patrem vestrum.Secundò inducit auctoritatem,dicẽs,Sicut scriptũ est.Genẽ.17,Quia pa
trem multarum gentiũ posui te.Litera alia habet,Constitui te.quod sensum non variat.Eccle.44,Abrahã
magnus pater multitudinis gentium.Tertiò ibi.(Ante deũ,&c.)exponit quod dixerat,Sic enim dictum est,
posui te,quasi iam esset impletum quod longé postea erat implendum: sed quæ sunt futura in seipsis, in dei
prouidentia sunt præsentia,secundũ illud Eccle.23,Domino deo nostro anteq̃ crearẽtur omnia sunt agni-
ta,sicut & post perfectũ respicit omnia.Et ideo Apostolus dicit q̃ hoc quod dictũ est,posui te,intelligendũ
est ante deũ.i.in eius præsentia cui credidisti. Crediderat enim Abrahã deo futura prænũtianti ac si videret
præsentia:quia vt dicitur Heb.11, Fides est sperãdarum subsantia rerum,argumentum non apparentium.
¶Deinde cùm dicit,(Qui viuificat mortuos,&c.) ostẽdit à quo sit implẽda huiusmodi promissio,dicens,
Qui.s.deus viuificat mortuos,id est,Iudæos qui erant mortui in peccatis cõtra legem agentes,viuificat per
fidem & gratiam,vt promissionẽ Abrahæ cõsequantur.Ioã.5,Sicut pater suscitat mortuos & viuificat,&c.
Et ea quæ non sunt,id est,gentiles vocat,scilicet ad gratiam tanquam ea quæ sunt.i.tanquã Iudæos,infrà.9,
Vocabo nõ plebem meã,&c.Significat autẽ gẽtiles per ea quæ non sunt,quia erant omnino alienati à deo.
sicut.1.Cor.13,dicitur.Si charitatẽ nõ habuero nihil sum.Et sic per huiusmodi vocationẽ implebitur pro-
missio Abrahæ etiã in gẽtilibus.Vel q̃ dicit,vocat ea quę non sunt,non intelligitur de vocatione tẽporali,
sed de vocatione prædestinationis æternæ,qua vocãtur & eligũtur etiam qui non sunt ac si essent. Ephe.1,
Elegit nos in ipso ante mũdi constitutionẽ.Et de hac vocatione dicitur infrà.9.Non ex operibus sed ex vo
cante dictũ est, quia maior seruiet minori.Vel vocationẽ hìc dicit simpliciẽ dei notitiã vel cognitionem qua
cognoscit futura quæ nõ sunt in actu sicut præsentia . Et hoc modo vocatio in Psal.accipitur cùm dicitur,
Qui numerat multitudinẽ stellarũ,&c.Et secundũ hũc sensum q̃ hic dicitur,inducitur propter id quod su-
prà dictum est ad deũ cui credidisti,duo enim videbantur obstare ei quod dictũ est,patrem multarum gen-
tium posui te,quorũ vnum erat quia ipse idem Abrahã erat quasi emortuus præ senectute,vt infrà dicetur.
Et cõtra hoc dicit,qui viuificat mortuos.Aliud autem est,quia illæ multæ gentes nondũ erant.Et cõtra hoc
subdit,Et vocat ea quæ nõ sunt tãquam ea quæ sunt. ¶Deinde cùm dicit,(Qui cõtra spem.)commendat
Quid spes importet. fidem Abrahæ. Et primò ostendit magnitudinẽ fidei eius. Secundò efficaciam vel fructũ eius,ibi,(Ideo &
reputatũ est,&c.)Circa primũ duo facit. Primò ostẽdit magnitudinem fidei Abrahæ quantum ad promis-
sionem seminis multiplicãdi.Secũdò quantũ ad repromissionem seminis exaltandi,ibi,(In repromissione,
&c.)Circa primũ duo facit.Primò ostendit fidem eius fuisse magnam. Secũdò ostendit eam fuisse firmam
ibi,(Et nõ infirmatus est in fide,&c.) Circa primũ duo facit.Primò proponit magnitudinẽ fidei Abrahę,di
cens,qui scilicet Abraham in hanc spem credidit vt fieret pater multarum gentium,sed contra aliam spem.
Circa quod considerandũ est q̃ spes importat certam expectationem boni futuri, quæ quidẽ certitudo est
quandoq; ex causa humana siue naturali,secundũ illud.1.Corint.9, Debet in spe qui arat,arare.quãdoque
verò certitudo expectãtis est ex causa diuina,secundũ illud Psal. In te domine speraui,&c. Hoc ergo bonũ
quòd Abraham fieret pater multarum gentium,certitudinem habebat ex parte dei promittẽtis.Sed cõtra-
riũ apparebat ex causa naturali siue humana. Ideo dicit,Qui cõtra spem causæ naturalis vel humanæ,cre-
didit in spem diuinæ promissionis.Quã quidẽ secundò ponit dicẽs,secundũ quod dictum est ei,scilicet Ge-
ne.22,Sic erit semẽ tuum sicut stellæ cæli,& sicut arena maris. Vtrunq; autẽ horũ inducitur propter simi-
litudinem innumerabilis multitudinis.Nam quãtum ad stellas dicitur Deute.1.Dominus deus vester mul-
tiplicauit vos & estis hodie sicut stellæ cæli.Quantum ad arenam dicitur.1.Regum.4,Iuda & Israel innu-
merabiles sicut arena maris sunt . Potest tamen aliqua differentia inter vtrunque attendi vt stellis compa-
rentur iusti qui fuerunt ex semine Abrahę.Danie.12,Qui ad iustitiã erudiunt plurimos,quasi stellæ in per-
petuas æternitates. Arenæ autem comparantur peccatores,quia fluctibus mũdi quasi cuiusdam maris op-
primuntur.Hiere.5,Posui arenam terminum maris. ¶Deinde cùm dicit,(Et non infirmatus est.)ostendit
firmitatẽ Abrahæ quam primò proponit dicens,& nõ infirmatus est.sicut enim temperantia ostẽditur non
esse infirma quæ magnis cõcupiscibilibus non vincitur,ita fides ostenditur non esse infirma,sed fortis quæ
à magnis difficultatibus nõ superatur.1.Pet.5,Cui resistite fortes in fide.Secũdò ibi,(Nec cõsiderauit,&c.)

Ponit difficultates ex quibus ostenditur fides eius non fuisse infirma.Et primò quidẽ ex parte ipsius Abra-
hæ cùm dicit,Non cõsiderauit,scilicet ad discredẽdum promissionem corpus suum emortuum,scilicet quia
iam mortificata erat in eo vis generatiua propter senectutem . Vnde cùm dicit,Cùm iam ferè centum an-
norum esset,Abrahæ enim centenario existenti natus est Isaac.vt habetur Gene.21,Per annum autem an-
tè fuerat sibi filius promissus,secundum illud Gene.18,Reuertens veniam ad tè tempore illo, & erit Saræ
filius. ¶Sed videtur quòd non fuit corpus eius emortuum quantum ad vim generatiuam,quia etiam post
mortem Saræ duxit Cethuram vxorem, quæ genuit ei filios : vt dicitur Gene.25, ¶Dicunt ergo quidam
quòd mortua erat in eo vis generatiua quantum ad hoc quòd ex muliere antiqua generaret,non quantum
ad hoc quòd generaret filium ex iuuencula.Solent enim senes ex iuuenculis mulieribus prolem gignere,nõ
autem ex antiquis quæ sunt minus aptæ ad concipiendum.Sed melius dicẽdum videtur quòd Abrahæ mi-
raculosè restituta erat vis generandi,& quantum ad Saram,& quantum ad omnes mulieres. Secundò po-
nit difficultatem ex parte vxoris cum dicit,Et emortuam vuluam Saræ,scilicet non considerauit vt discre-
deret. Dicit autem emortuam quantum ad actum generandi, tum propter sterilitatem,tum propter senec-
tutem.Iam enim desierant ei fieri muliebria,vt dicitur.18.Et ideo Esaiæ 51,vbi dicitur,Attẽdite ad Abra-
ham patrem vestrum & ad Saram quæ vos peperit,vt ostenderet vtriusque mortificationem: & frigidita-
tem præmisit, dicens, Attendite ad petram vnde excisi estis , & ad cauernam loci de quo præcisi estis.
¶Deinde cùm dicit,(In repromissione etiam dei,&c.) commendat fidem Abrahæ quantum ad iteratam
promissionem de seminis exaltatione . Et primò ponit fidei firmitatem . Secundò firmitatis causam,ibi,
(Dans gloriam deo.)Dicit ergo primò,In repromissione etiam dei.i.in iterata eius promissione vel de se-
minis multitudine quam promisit.Primò quidem Gene.15,dicens,Suspice cælum & numera stellas si po-
tes,& infrà.17.Eris pater multarum gentium.& iterũ infrà.22.Multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli.
Vel intelligendum est in repromissione dei.i.in iterata promissione de exaltatione seminis eius: quia cùm
dixisset, multiplicabo semen tuum , statim subdit , Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum,&
benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.In hac quidem dei repromissione non hesitauit.i.non du-
bitauit diffidentia scilicet q̃ diffideret de veritate diuinæ promissionis. Iaco.1, Qui hesitat similis est flu-
ctui maris, &c.sed confortatus est fide, id est fortiter fidei adhæsit.1.Pet.vlt.Cui resistite fortes in fide.
¶Consequẽter cùm dicit,(Dans gloriã deo.)assignat rationẽ firmitatis fidei eius,dicens, Confortatus est
inquam fide dans gloriã deo inquantũ.s.cõsiderauit omnipotentiam eius.ps.Magna virtus eius,&c. Vnde
& hìc subditur,Plenissimè sciẽs quia quæcunq; promisit deus potẽs est facere. Sap.12, Subest tibi enim cũ
volueris posse.Ex quo patet q̃ quicũq; nõ est firmus in fide dei,quantũ est in se diuinæ gloriæ derogat, vel
quantũ ad eius veritatẽ,vel quãtum ad eius potẽtiam. ¶Deinde cùm dicit,(Et reputatũ est ei.) cõmendat
fidem Abrahæ quantũ ad eius effectũ.Et primò ponit effectũ quẽ in ipso habuit,dicẽs, Ideo.s.quia Abra-
ham tam perfectè hoc ipsum credidit,reputatũ est illi ad iustitiã.1.Mach.2,Et reputatũ est ei ad iustitiam.
Secũdò ostẽdit effectum quẽ fides eius habet etiã in aliis.Et circa hoc tria facit.Primò ponit similitudinem
effectus,dicẽs,Non autẽ scriptum est propter ipsum quia reputatũ est illi ad iustitiam,vt.s.reputemus quòd
soli Abrahæ fides ad iustitiã reputata sit:sed scriptũ est propter nos quib⁹ reputabitur.s.fides ad iustitiã.in-
frà.15.Quęcũq; scripta sunt ad nostrã doctrinã scripta sunt.Sic ergo scriptum est propter eum vt sit nobis
in exemplũ,& propter nos vt sit nobis in iustificationis spem.Secũdò ibi,(Credẽtibus in eũ,)ostẽdit simi-
litudinẽ fidei. Reputata est enim ad iustitiam fides Abrahæ credẽti q̃ corpus suum emortuum, & emortua
vulua Saræ posset viuificari ad filiorũ procreationẽ. Reputabitur & nobis credentibus in eũ qui suscitauit
dominum nostrũ Iesum Christum à mortuis:& in deum patrẽ cui ipse dicit in Psal. Tu autẽ domine mise-
rere mei & resuscita me.Et quia eadem est virtus patris & filii,ipse etiã in propria virtute surrexit. Quòd
autem hæc fides iustificet,habetur infrà.10. Si cõfitearis in ore tuo dominũ Iesum,& in corde tuo credide-
ris q̃ deus illũ suscitauit à mortuis, saluus eris. Tertiò,ibi,(Qui traditus est,&c.)assignat causam quare fi-
des resurrectionis Christi iustificet,dicẽs,qui.s.Christus traditus est.s.in mortẽ à deo patre.infrà.8.Proprio
filio suo nõ pepercit deus,sed pro nobis omnibus tradidit illũ.Et à seipso Eph.5,Tradidit semetipsum pro
nobis.Et à Iuda.Io.19,Qui me tradidit tibi maius peccatũ habet.Et à Iudæis Matth.20,Tradẽt eum gen
tibus ad illudendũ.Et resurrexit propter iustitiã nostrã.i. vt nos resurgẽdo iustificaret.infrà.6. Quomodo
Christus resurrexit à mortuis per gloriã patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus . Et q̃ propter deli-
cta nostra sit traditus in mortẽ,manifestũ videtur ex hoc q̃ sua morte meruit nobis deletionẽ peccatorũ,
sed resurgendo nõ meruit,quia in statu resurrectionis nõ fuit viator sed cõprehẽsor.Et ideo dicendũ est q̃
mors Christi fuit nobis salutaris,nõ solũ per modũ meriti,sed etiã per modũ cuiusdã efficiẽtiæ.Cũ enim hu
manitas Christi esset quodámodo instrumẽtũ diuinitatis eius,vt Damasce.dicit,omnes passiones & actio-
nes humanitatis Christi fuerũt nobis salutiferæ,vtpote ex virtute diuinitatis prouenientes.Sed quia effectus
habet aliqualiter similitudinẽ causę,mortẽ Christi qua extincta est in eo mortalis vita,dicit esse causam ex-
tinctionis peccatorum nostrorum: resurrectionem autem eius qua rediit ad nouam vitam gloriæ,dicit esse
causam iustificationis nostræ per quam redimus ad nouitatem iustitiæ. Caput 5.

Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accesſum per fidem in gratiam istam in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.Non solùm autem,sed & gloriamur in tribulationibus,scientes quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem , probatio verò spem.Spes autem non confundit,quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis.

¶Postq̃ Apostolus ondit necessitatẽ gratię Christi,quia sine ea nec cognitio veritatis Gẽtibus,nec circũ-
cisio & lex Iudæis profuerũt ad salutẽ,hìc incipit cõmẽdare virtutem gratiæ.Et circa hoc duo facit.Primò
ostẽdit quę bona per gratiam cõsequamur.Secũdò à quibus malis per eam liberemur,ibi,(Propterea sicut
per vnũ hominẽ,&c.)Circa primũ duo facit.Primò proponit modũ perueniendi, seu viã qua venimus ad
gratiam.Secũdò ostendit bona quæ per gratiã cõsequimur,ibi,(Et gloriamur in spe gloriæ,&c.)Circa pri
mum duo facit.Primò exhortatur ad debitũ gratiæ vsum. Secũdò ostẽdit nobis gratiæ aditũ,ibi,(Per quẽ

Quomodo verum sit q̃ corpus Abrahæ esset emortuum, cùm post ex aliis genuerit.

A quibus est traditus Christus in mortem.

Mors Christi nõ solùm permodum meriti, sed etiam per modum efficientiæ.

Ab isto cap.vsq; ad 9.tractat a liã particulã in 1.cap. positã.s. euãgelium, virtus dei ẽ in salutem oĩ credẽti. Firmitas ex dono.

acceſſum,&c.)Dicit ergo primò,dictũ eſt q̃ fides reputabitur omnibus ad iuſtitiã credẽtibus reſurrectionẽ Chriſti,quæ eſt cauſa noſtræ iuſtificationis . Iuſtificati igitur ex fide inquantum.ſ.per fidem reſurrectionis effectum eius participamus,habeamus pacẽ ad deũ.ſ.ſubiiciẽdo nos & obediẽdo ei.Iob.22,Acquieſce igitur ei & habeto pacẽ. Iob.9,Quis reſtitit ei & pacẽ habuit. Et hoc per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum qui nos ad iſtã pacẽ pduxit.Eph.2,Ipſe eſt pax noſtra . Vnde ſubdit,per quẽ Chriſtũ acceſſum habemus.ſ. tanq̃ per mediatorẽ.1.Thi.2,Mediator dei & hominũ,&c. Ephe.2,Per ipſum acceſſum habemus ambo in vno ſpiritu ad patrẽ.Acceſſum inq̃ in gratiã iſtã.i.in ſtatũ gratię.Io.1, Gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt.In qua.i.per quã gratiã nõ ſolũ reſurreximus à peccatis,ſed etiã ſtamus fixi & erecti per affectũ in cęleſtia.ps.Stãtes erãt pedes noſtri.Idẽ,Nos autẽ ſurreximus & erecti ſumus,& hoc per fidẽ per quã.ſ.gratiam cõſequamur,nõ quia fides prẽcedat gratiã,cũ potius per gratiã ſit fides.Ephe.2,Gratia eſtis ſaluati per fidem.ſ.quia primus effectus gratiæ in nos eſt fides. ¶ Deinde cùm dicit, (Gloriamur in ſpe gloriæ,&c.) oſtendit quæ bona nobis per gratiã prouenerũt.Primò dicit q̃ per gratiam habemus gloriã ſpei. Secundò quòd per gratiã habemus gloriã dei,ibi,(Non ſolùm autẽ.)Circa primum tria facit.Primò oſtẽdit magnitudinẽ ſpei in qua gloriamur.Secũdò eius vehementiã,ibi,(Non ſolũ autẽ,&c.)Tertiò eius firmitatem,ibi, (Spes autẽ nõ cõfundit,&c.)Magnitudo autẽ ſpei cõſideratur ex magnitudine rei ſperatæ quã ponit,dicẽs, Et gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ dei.i.ex hoc q̃ ſperamus nos adepturos gloriã filiorũ dei.Per gratiã enim Chriſti adepti ſumus ſpiritũ adoptionis filiorum dei,vt dicitur Sap.4, Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei.Filiis autẽ debetur hæreditas patris,infrà.8,Si autẽ filii & hæredes.Hæc autem hæreditas eſt gloria quam deus habet in ſeipſo.Iob.4, Si habes brachiũ vt deus,&c. & huiuſmodi ſpes indita eſt nobis per Chriſtũ.1.Pet.1,Regenerauit nos in ſpem viuã per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatẽ incorruptibilem,&c. Et hæc gloria quæ in futuro in nobis cõplebitur,interim nunc in nobis inchoatur per ſpem,infrà.8,Spe ſalui facti ſumus.ps.Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum. ¶ Deinde cùm dicit,(Non ſolùm autem,&c.)oſtendit vehementiã huius ſpei. Qui enim vehementer aliquid ſperat,libẽter ſuſtinet propter illud, etiam difficilia & amara, ſicut infirmus ſi vehementer ſperat ſanitatem, libenter bibit potionem amaram vt ſanetur per ipſam.Signum ergo vehementis ſpei quam habemus propter Chriſtum eſt,quòd non ſolùm gloriamur ex ſpe futuræ gloriæ, ſed etiam de malis quæ pro ipſa patimur, vnde dicit,Nõ ſolùm autẽ gloriamur.ſ.in ſpe gloriæ,ſed etiã gloriamur in tribulationib⁹ per quas ad gloriã peruenimus. Act.14,Per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ cælorũ. Iac.1,Omne gaudiũ exiſtimate fratres mei cùm in tẽtationes varias incideritis.Et cauſam oſtẽdit conſequenter,dicens,Sciẽtes,&c. Vbi quatuor per ordinẽ ponit,quorũ primum eſt tribulatio, de qua dicit q̃ tribulatio patientiã operatur. Non quidẽ ſic q̃ tribulatio ſit eius cauſa effectiua,ſed quia tribulatio eſt materia & occaſio exercẽdi patiẽtiæ actum,infrà.12,In tribulatione patiẽtes.Secũdò ponit patientiæ effectũ cùm dicit,Patientia probationem.Eccle.2,In igne probatur aurũ & argentum:homines verò receptibiles in camino humiliationis.Manifeſtum eſt q̃ detrimentũ alicuius rei de facili ſuſtinemus,propter rem quam magis amamus. Vnde ſi aliquis in rebus corporalib⁹ & tẽporalibus patiẽter ſuſtinet propter bona cõſequenda æterna,ſufficiẽter exhoc probatur q̃ talis plus amet bona æterna q̃ temporalia. ¶ Sed cõtra id quod hîc dicitur Iac.1,Probatio fidei veſtræ patientiam operatur.Dicẽdum eſt autem q̃ probatio dupliciter poteſt intelligi.Vno modo ſecundum q̃ eſt in probato , & ſic probatio eſt ipſa tribulatio per quam homo probatur. vnde idem eſt dictum quòd tribulatio patientiam operatur,& q̃ tribulatio probat patientiam.Alio modo accipitur probatio pro probatum eſſe.Et ita accipitur hîc q̃ patientia probationem operatur,quia ex hoc q̃ homo patiẽter tribulationem ſuſtinet redditur iam probatus.Tertiò ſubdit tertium,dicens,(Probatio verò ſpem) ſcilicet operatur:quia.ſ.per hoc q̃ aliquis iam probatus eſt,poteſt de eo ſpes haberi & ab ipſo & ab aliis,q̃ ad hæreditatẽ dei admittatur.Sap.3,Deus probauit illos & inuenit illos dignos ſe.Sic igitur de primo ad vltimum patet quòd tribulatio viam parat ad ſpem. Vnde ſi aliquis gloriatur de ſpe,conſequens eſt vt de ipſis tribulationibus glorietur. ¶ Deinde cùm dicit,(Spes autẽ non cõfundit.)oſtendit huiuſmodi ſpei firmitatem.Et primò ponit eam,dicens, Spes autem hæc qua ſperamus gloriam filiorũ dei,nõ cõfundit.i.non deficit niſi homo ei deficiat.Ille dicitur à ſpe ſua cõfundi qui deficit ab eo quod ſperat.ps.In te domine ſperaui non cõfundar in æternum.Eccle.2,Nullus ſperauit in domino & confuſus eſt. Secũdò ibi,(Quia charitas dei,&c.)Ponit certitudinis ſpei duplex argumẽtum,quorũ primũ eſt ex dono ſpiritus ſancti,ſecundũ ex morte Chriſti,ibi,(Vt quid enim Chriſtus,&c.)Dicit ergo primò ex hoc poſſumus ſcire q̃ ſpes nõ cõfundit,quia charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis.Charitas dei autem dupliciter accipi poteſt . Vno modo pro charitate qua diligit nos deus. Hie.31, Charitate perpetua dilexi te.Alio modo poteſt dici charitas dei qua nos deũ diligimus,infrà.8,Certus ſum q̃ neq; mors neq; vita ſeparabit nos à charitate dei.Vtraq; autẽ charitas dei cordib⁹ noſtris diffunditur per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis.Spiritũ enim ſanctũ qui eſt amor patris & filii dari nobis,eſt nos adduci ad participationẽ amoris qui eſt ſpiritus ſanctus.A qua quidẽ participatione efficimur dei amatores. Et hoc q̃ ipſum amamus,ſignũ eſt q̃ ipſe nos amet.Prouerb.8,Ego diligẽtes me diligo.Nõ quaſi nos primò dilexerimus deũ,ſed quoniam ipſe prior dilexit nos,vt dicitur.1.Io.4,Dicitur autẽ charitas qua nos diligit in cordib⁹ noſtris diffuſa eſſe, quia eſt in cordib⁹ noſtris patẽter oſtẽſa per donum ſancti ſpiritus nobis impreſſum.1,Io.3, In hoc ſcimus quoniã manet in nobis deus,&c. Charitas autẽ qua nos deũ diligimus dicitur in cordibus noſtris diffuſa.i. quia ad omnes mores & actus animæ pficiẽdos ſe extẽdit.nã vt dicit.1. Co.13, Charitas patiẽs eſt,benigna eſt,&c. Ex vtroq; autẽ intellectu horũ verborũ cõcluditur q̃ ſpes nõ cõfundit. Si enim accipiatur charitas dei qua nos diligit deus,manifeſtũ eſt q̃ his quos diligit ſeipſum non negabit.Deut.33,Dilexit populos,omnes ſancti in manu illius ſunt.Similiter etiã ſi charitas dei accipiatur qua nos deũ diligim⁹,manifeſtũ eſt q̃ ſe diligẽtibus bona æterna præparauit.Ioan.14,Si quis diligit me,diligetur à patre meo,&c. Lectio 2.

Probatio dupliciter intelligitur.

Duplex argumentum certitudinis ſpei.

Charitas dei dupliciter accipitur.

Spei firmitas ex morte Chriſti.

VT *quid enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus ſecundũ tempus pro impiis mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur.Nam pro bono forſitan quis audeat mori? Commendat autem charitatem ſuam deus in nobis,quoniam ſi*

cùm adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt:multo ergo magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.Si enim cùm inimici eſſemus reconciliati ſumus deo per mortem filij eius, multomagis reconciliati ſalui erimus in uita ipſius,Non ſolùm autem ſed & gloriamur in deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum per quem nunc reconciliationem recepimus.

¶ Poſtquam Apoſtolus oſtendit firmitatem ſpei per donum ſpiritus ſancti, hîc oſtendit idem per mortem Chriſti.Et primò proponit quæſtionem.Secundò oſtendit difficultatẽ,ibi,(Vix enim pro iuſto,&c.)Tertiò determinat quæſtionis veritatem,ibi,(Commendat autem ſuam charitatem,&c.)Dicit ergo primò,dictum eſt, quòd ſpes non confundit, quod quidem apparet hoc conſideranti . Vt quid enim Chriſtus cùm adhuc infirmi eſſemus.ſ.infirmitate peccati.Pſal.Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum. Nam ſicut per corporalem infirmitatem diſſoluitur humorum debita harmonia , ita etiam per peccatum debitus ordo affectionũ excluditur.Cùm ergo adhuc infirmi eſſemus Chriſtus mortuus eſt,p impiis.1.Pet.3,Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt,iuſtus pro iniuſtis.Et ſecundum tempus.i. vt certo tẽpore in morte moraretur,die.ſ.tertia ſurrecturus.Matthęi 12,Sicut fuit Ionas in ventre ceti trib⁹ diebus & trib⁹ noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ.Hoc ergo magnum eſt ſi conſideremus quid ſit. Magnum etiam eſt ſi conſideremus pro quibus eſt mortuus.Non poteſt autem eſſe tam magnum quid,niſi fiat propter aliquem certum fructum,ſecundum illud Pſal.Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcẽdo in corruptionem?Quaſi dicat,Nulla ſi non ſequatur humani generis ſalus. ¶ Deinde cùm dicit, (Vix enim pro iuſto,&c.) oſtendit prædictæ quæſtionis difficultatem ex parte eorum pro quibus Chriſtus mortuus eſt,ſcilicet pro impiis,dicens,Vix enim quis.i.aliquis moritur pro homine iuſto liberando,quinimmo vt dicitur Eſa.57,Iuſtus perit & non eſt qui recogitet in corde ſuo,&c.ideo dico,vix moritur . Nam forſitan quis , id eſt aliquis rarus ex zelo virtutis audeat mori pro bono homine.Rarum enim eſt propter hoc quod eſt maximum:vt enim dicitur Ioan.15, Maiorem hac dilectionem nemo habet,&c.Illud autem quòd Chriſtus fecit vt quis moriatur pro impiis & iniuſtis nunquam inuenitur. Et ideo merito admirandum eſt quare Chriſtus hoc fecerit. Poteſt autem & aliter legi,vt pro iuſto intelligamus aliquem in virtute exercitatum,per bonum autem hominem innocentem . Et ſecundum hoc iuſtus ſit præſtantior bono , tamen pro iuſto vix aliquis moritur. Cuius ratio eſt , quia innocens qui per bonum intelligitur magis miſerandus videtur propter defectum ætatis vel alicuius huiuſmodi.Iuſtus autem quia perfectus eſt & abſque defectu non habet in ſe miſericordię malitiam.Quòd ergo aliquis moriatur pro innocente,poteſt ex compaſsione miſericordiæ prouenire.Sed quòd aliquis moriatur pro iuſto prouenit ex zelo virtutis qui in paucioribus inuenitur quàm miſericordiæ paſsio. ¶ Deinde cùm dicit,(Cõmendat autem,&c.)reſpõdet præmiſſæ quæſtioni.Et primò ponit reſpõſionem.Secũdò ex hoc arguit propoſitũ,ibi,(Multo ergo magis.) Tertiò oſtendit neceſsitatem conſequẽtiæ,ibi,(Si enim cùm inimici,&c.)Dicit ergo primò,Quæſitũ eſt quare Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Et ad hoc eſt reſponſio,quia per hoc deus ſuã charitatem cõmendat in nobis.i.per hoc oſtendit ſe nos maximè diligere,quoniam ſi cùm adhuc peccatores eſſemus,Chriſtus mortuus eſt pro nobis, & hoc ſecundũ tempus ſicut ſuprà expoſitum eſt. Ipſa autẽ mors Chriſti pro nobis charitatẽ oſtendit dei qua dedit filium ſuum,vt pro nobis ſatisfaciens moreretur.Io.3,Sic deus dilexit mundum,&c.Et ita ſicut charitas dei patris ad nos oſtenditur per hoc q̃ ſpiritum ſuum dedit nobis vt ſuprà dictum eſt , ita & per hoc q̃ dedit filium ſuum vt hîc dicitur.Sed in hoc q̃ dicit,cõmendat,immenſitatem quandam diuinæ charitatis aſsignat, quæ quidem oſtẽditur,tum ex ipſo facto, ſcilicet filium ſuum vt moreretur pro nobis,tum ex parte noſtræ conditionis,quia hoc non fecit prouocatus noſtris meritis cùm adhuc peccatores eſſemus . Ephe.2,Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem qua dilexit nos cùm eſſemus mortui peccatis cõuiuificauit nos Chriſto,&c. ¶ Conſequẽter cũ dixit,(Multo ergo magis,&c.)cõcludit propoſitũ ex præmiſsis, dicens, Si Chriſtus pro nobis mortuus eſt cùm adhuc peccatores eſſemus , multomagis viuificati nunc in ſanguine ipſius ſicut ſuprà tertiò habitum eſt : quem propoſuit deus propitiatorem per fidem per ſanguinem ipſius ſalui erimus ab ira,id eſt à vindicta damnationis æternæ quam propter peccata homines incurrunt.Matth.3,Genimina viperarũ quis demõſtrabit,&c. ¶ Deinde cùm dicit,(Si enim cùm inimici,&c.) oſtẽdit neceſsitatẽ prædictæ conſequentiæ quæ procedit à minori ad maius affirmãdo.Et eſt ibi obſeruãda duplex cõparatio minoris ad maius.Vna quidẽ ex parte noſtra.Alia ex parte Chriſti.Ex parte quidem noſtra comparat inimicos recõciliationis. Minus enim videtur q̃ aliquis benefaciat inimicis q̃ iam recõciliatis.Ex parte Chriſti comparat mortem vitæ. Potentior enim vita eius videtur q̃ mors, quia vt dicitur.2, Corin.vlt.Mortuus eſt ex infirmitate.ſ.carnis noſtræ,ſed viuit ex virtute dei.Et ideo dicit ratione concluſum eſt quòd multo magis viuificati,ſalui erimus per ipſum.Si enim cùm inimici eſſemus recõciliati ſumus deo,& hoc per mortẽ filii eius:multomagis iam nos recõciliati ſalui erimus,& hoc in vita ipſius.Eſt autem conſiderandũ q̃ homo dicitur inimicus deo dupliciter.Vno modo quia cõtra deum inimicitiã exercet dũ eius mandatis renititur.Iob.15,Cõcurrit aduerſus deum erecto collo.Alio modo per hoc q̃ deus homines odio habet,non quidem ſecundum ipſum quod fecit, quia quantum ad hoc dicitur Sapien.11,Dilexiſti omnia & nihil odiſti,&c.ſed quantũ ad hoc quòd in homine inimicus homo,id eſt diabolus fecit.i.quantum ad peccatum. Sap.14, Similiter odio ſunt deo impius,&c. Et Eccle.13,Altiſsimus odio habet peccatores. Subtracta inimicitiæ cauſa ſcilicet peccato per Chriſtum ſequitur reconciliatio per ipſum.2.Cor.5, Deus erat in ipſo mundum recõcilians ſibi. Peccatũ autẽ noſtrũ ſublatũ eſt per mortẽ filii eius.Circa quod conſiderandũ eſt q̃ mors Chriſti tripliciter conſiderari poteſt . Vno modo ſecundum ipſam rationem mortis. Et ſicut dicitur Sap.1,Deus mortẽ non fecit in humana natura,ſed eſt per peccatum inducta.Et ideo mors Chriſti ex cõmuni mortis ratione non fuit,ſic deo accepta vt per ipſam recõciliaretur,quia deus non lætatur in perditione viuorũ,vt dicitur Sap.1. Alio modo poteſt mors cõſiderari ſecũdum q̃ eſt in actione occidentium quæ maximè deo diſplicuit.Vnde cõtra eos Petrus dicit Act.3,Vos ſanctum & iuſtum negaſtis & petiſtis homicidam,&c. Vnde mors Chriſti ſic conſiderata non potuit eſſe reconciliationis cauſa ſed magis indignationis. Tertiò modo poteſt conſiderari ſecundum quòd proceſsit ex volũtate Chriſti patientis

Maxima charitas Chriſti in nobis.

Homo dicitur dupliciter inimicꝰ deo.

Mors Chriſti tripliciter conſideratur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ quidē voluntas informata fuit ad mortem ſuſtinēdam: tum ex obedientia ad patrem. Phil. 2, Factus eſt obediēs patri vſque ad mortem. tum etiam ex charitate ad homines. Ephe. 5, Dilexit nos & tradidit ſe pro nobis. Et ex hoc mors Chriſti fuit meritoria & ſatisfactoria pro peccatis noſtris, & intantum deo accepta quòd ſufficit ad reconciliationem omnium hominum etiam occidentium Chriſtum ex quibus aliqui ſunt ſaluati ipſo orante quando dixit Lucæ. 23, Ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. ¶ Deinde cùm dicit, (Non ſolùm autem, &c.) oſtendit quæ bona iam in re conſequimur per gratiam, dicens, Non ſolùm autem gloriamur in ſpe gloriæ quam in futuro expectamus, ſed in deo, id eſt in hoc quòd ſumus etiam nunc deo coniuncti per fidem & charitatem. 1, Corin. 1, & 2, Corinth. 10, Qui gloriatur in domino, &c. Et hoc quidem per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem etiam nunc in præſenti tempore reconciliationem accepimus, vt de inimicis facti ſimus amici. Colloſſen. 1, Per eum placuit reconciliari omnia, &c. Poſſet autem & continuari cum eo quod dictum eſt, ſalui erimus in vita ipſius à peccato & à pœna, & nō ſolùm ſalui erimus à malis, ſed etiam gloriemur in deo, id eſt per hoc quòd erimus idem in futuro cum ipſo. Io. 17, Vt ſint vnum in nobis ſicut & nos vnum ſumus. ¶ Lectio III.

Progreſſus peccati in hunc mundum.

PRopterea ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt,

¶ Poſtquam Apoſtolus oſtendit quæ bona per gratiam Chriſti conſecuti ſumus, hîc conſequenter oſtēdit à quibus malis per eam liberemur. Et circa hoc tria facit. Primò enim oſtendit quòd per gratiam Chriſti liberati ſumus à ſeruitute peccati. Secundò oſtēdit quòd per gratiā Chriſti liberamur à damnatione. 8, caꝑ. ibi, (An ignoratis fratres, &c.) Tertiò oſtendit quòd per gratiā Chriſti liberamur à damnatione. 8, caꝑ. ibi, (Nihil nunc damnationis, &c) Circa primum duo facit. Primò oſtendit quòd per gratiam Chriſti liberamur ab originali peccato præterito. Secundò oſtendit quòd ea tuti regimur contra peccata futura, ibi, (Quid ergo dicemus, &c.) Circa primum duo facit. Primò agit de proceſſu peccati. Secundò de proceſſu gratiæ deſtruentis peccatum, ibi, (Sed non ſicut delictum, &c.) Circa primum duo facit. Primò proponit proceſſum peccati. Secundò manifeſtat, ibi, (Vſque ad legem, &c.) Circa primum duo facit. Primò proponit proceſſum peccati. Secundò oſtendit eius vniuerſalitatē, ibi, (Et ita in omnes, &c.) Circa primum duo facit. Primò oſtendit peccati originem. Secundò originem mortis, ibi, (Et per peccatum mors, &c.) Dicit ergo primò quòd per Chriſtum reconciliationem accepimus. Ita enim à Chriſto reconciliatio procedit in mundum ſicut per vnum hominē, ſcilicet per Adam peccatum intrauit in hunc mundum. 1, Corinth. 15, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Eſt autem hîc conſiderandū quòd

Error Pelagianorū negantium originale in pueris.

hæretici Pelagiani peccatum originale in paruulis eſſe negantes, hæc verba apoſtoli dicebant eſſe intelligēda de peccato actuali. Quod quidem ſecundum eos in hunc mundum intrauit per Adam inquantū omnes peccantes peccatum Adæ imitantur, ſecundum illud Oſeæ. 6, Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſsi ſunt pactum, &c. Sed ſicut dicit Aug. contra eos, ſi de introitu peccati actualis qui eſt per imitationem hîc Apoſtolus loqueretur, non diceret peccatum per hominem in hunc mundū intraſſe, ſed magis per diabolum quem peccantes imitantur, ſecundum illud Saꝑ. 2, Inuidia diaboli mors eſt, &c. Eſt ergo intelligendum quòd per Adam peccatum in hunc mundum intrauit, non ſolùm imitatione ſed etiam propagatione. i. per carnis originem vitiatam, ſecundum illud Ephe. 2, Eramus natura filii iræ. & in ps. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. Sed videtur hoc eſſe impoſsibile quòd per originem carnis, peccatum ab vno in alium traducatur. Peccatum enim eſt in anima rationali quæ non traducitur per originem carnis, tum quia intellectus non eſt alicuius corporis actus, & ita non poteſt per virtutē corporalis ſeminis cauſari, vt Philoſophus dicit in libro de generatione animalium. tum etiam quia cùm anima rationalis ſit quædam res ſubſiſtens, vt puta per ſe operationem habens & corpore corrupto non corrumpatur, conſequens eſt quòd non generetur corpore generato ſicut aliæ formæ quæ non poſſunt per ſe ſubſiſtere, ſed potius cauſatur à deo. Conſequens igitur videtur quòd nec peccatum quod eſt accidens animæ poſsit per carnis originem traduci. Ad hoc autem rationabiliter reſpondetur, quòd licet in ſemine non ſit anima: eſt tamen in ſemine virtus diſpoſitiua corporis ad animæ receptionem, quæ cùm corpori infunditur etiam ei ſuo modo conformatur, eo quòd omne receptum eſt in recipiente per modum recipientis. Et exinde videmus quòd filii ſimilantur parentibus non ſolùm in defectibus corporalibus, ſicut leproſus generat leproſum, & podagricus podagricū, ſed etiam in defectibus animæ, ſicut iracundus iracundum, & amentes ex amentibus naſcuntur. Quanuis enim pes qui eſt ſubiectum podagræ non ſit in ſemine, nec anima quæ eſt ſubiectum iræ vel amentiæ, eſt tamen in ſemine virtus formatiua corporalium membrorum & diſpoſitiua ad animam. ¶ Sed adhuc remanet dubitatio quia defectus qui ex vitiata origine trahuntur non habent rationem culpæ. Non enim merentur pœnam, ſed magis miſericordiam. ſicut Philoſophus dicit de eo qui naſcitur cæcus, vel quocunque alio modo aliter orbatus. Et hoc ideo quia de ratione culpæ eſt quòd ſit voluntaria & in poteſtate hominis cui culpa imputatur. Sic igitur ſi aliquis defectus in nos peruenit per originem primi parentis, non videtur in nobis habere rationem culpæ, ſed pœnæ. Et ideo dicendum eſt quòd ſicut peccatū actuale eſt peccatum perſonæ, quia per voluntatem perſonæ peccantis committitur: ita peccatum originale eſt peccatum naturæ quod per voluntatem principii humanæ naturæ commiſſum eſt. Eſt enim conſiderādum quòd ſicut diuerſa corporis membra partes ſunt perſonæ vnius hominis, ita omnes homines ſunt partes & quaſi quædam membra humanæ naturæ. Vnde & Porphyrius dicit, quòd participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo. Videmus autem quòd actus peccati exercitus per aliquod membrum, puta per manū vel pedem, non habet rationem culpæ ex voluntate manus vel pedis, ſed ex voluntate totius hominis a qua ſicut à quodam principio deriuatur motus peccati ad ſingula membra. Et ſimiliter à voluntate Adæ qui fuit principium humanæ naturæ tota inordinatio naturæ habet culpæ rationem in omnibus ad quos peruenit quantum ad hoc quòd ſuſceptiui ſunt culpæ. Et ſicut peccatum actuale quod eſt peccatum perſonæ trahitur ad ſingula membra per aliquem actum perſonalem, ita peccatum originale trahitur ad ſingulos homines per actum naturæ qui eſt generatio. Et ita ſicut per generationē humana natura trahitur, ita etiā

Quomodo ſit poſsibile quòd per originem peccatum traducatur ab vno in aliū.

Bona difficultas de originali.

Declaratio quomodo originale ſit peccatum in nobis.

per generationē traducitur defectus humanæ naturæ qui eſt cōſecutus ex peccato primi parētis. Eſt autem hîc defectus carētię originalis iuſtitię, quę erat primò homini diuinitus collata: nō ſolūm vt erat perſona quędam ſingularis, ſed etiam vt erat principium humanæ naturæ, vt. ſ. eam ſimul cū natura in poſteros traduceret. Et ideo ſimili modo amiſsionē huius originalis iuſtitiæ per peccatum ad poſteros tranſmittit habētem in eis rationem culpæ ratione iā dicta. Et ideo dicitur q̄ in proceſſu originalis peccati perſona infecit naturam. ſ. Adam peccās vitiauit humanā naturam: ſed poſt modum in aliis natura vitiata inficit perſonā, dum ſ. genito imputatur ad culpā naturæ vitium propter voluntatē primi parentis, vt dictū eſt. Ex hoc autē patet q̄ licet primū peccatum primi parentis per originē traducatur in poſteros, alia tamen eius peccata, vel etiā aliorum hominū in filios non traducuntur, quia per ſolum primū peccatum ſublatum eſt bonum naturæ, quod erat per originem naturæ traducēdum. Per alia verò peccata ſubtrahitur bonū gratiæ perſonalis quod non tranſit ad alios poſteros: & inde etiā eſt q̄ quāuis peccatum Adæ deletū fuerit per ſuā pœnitentiam, iuxta illud Saꝑ. 10, Eduxit illum à delicto ſuo, non tamen eius pœnitētia delere potuit peccatū poſterorum, quia eius pœnitētia fuit per actū perſonalem, quia vltra eius perſonā non ſe extendebat. Et propter hoc eſt vnum tātum originale peccatum, quia ſolus defectus conſequens primū peccatum originaliter deriuatur ad poſteros. Et ideo Apoſtolus ſingulariter dicit, per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit: non autē dixit pluraliter peccata: quod fuiſſet dicendū ſi de actualibus loqueretur. Dicitur autem quādoque pluraliter peccata originalia, ſicut in Pſal. In peccatis concepit me mater mea: quia cōtinet virtualiter multa peccata, inquātum ex corruptione fomitis inclinamur ad multa peccata. Sed videtur q̄ peccatum originale nō intrauerit in hūc mundum per vnum hominē. ſ. Adam, ſed magis per vnā mulierem. ſ. Euā, quæ primò peccauit, ſecundum illud Eccle. 25, A muliere factum eſt initium peccati, & per illam omnes morimur. Ad hoc reſpōdetur in gloſ. dupliciter. Vno modo, quia conſuetudo ſcripturæ eſt vt genealogiæ, nō per mulieres, ſed per viros taxātur, ſicut patet Matt 1. & Luc. 3. Et ideo Apoſtolus hîc volens quaſi genealogiam quandā peccati oſtendere, nō fecit mentionē de muliere. ſed ſolùm de viro. Alio modo, quia etiā mulier de viro ſumpta eſt: & ideo quod eſt mulieris attribuitur viro. Poteſt etiā alio modo dici, & melius, q̄ cùm peccatum originale traducatur ſimul cū natura, ſicut dictum eſt, ſicut per virtutem actiuā viri muliere materiā miniſtrante natura traducitur, ita & peccatū originale. Vnde ſi Adam non peccaſſet Eua peccante, nō per hoc fuiſſet peccatum traductum ad poſteros. Illa enim eſt cauſa quare Chriſtus peccatum originale nō traxit, quia ex ſola fœmina ſine virili ſemine carnē accepit. Per hoc verbū Apoſtoli Auguſt. reſpondet Iuliano hæretico in hūc modum quærenti, Nō peccat iſte qui naſcitur, non peccat iſte qui genuit, non peccat ille qui cōdidit: per quas igitur rimas inter tot præſidia innocentiæ peccatum fingis ingreſſum. Sed Auguſt. reſpōdet, Quid quæris latentem rimā cùm habeat apertiſsimā ianuam? Nam ſecundum Apoſtolum per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit. ¶ Conſequenter tangit ingreſſum mortis in mundum, cùm dicit, (Et per peccatum mors.) ſ. in hunc mundum intrauit, ſecundum illud Sap. 1, Iniuſtitia mortis eſt acquiſitio. Videtur autem q̄ mors nō ſit ex peccato, ſed magis ex natura vtpote proueniēs ex neceſsitate materiæ. Eſt enim corpus humanū ex contrariis cōpoſitum. Vnde eſt naturaliter corruptibile. Dicendum eſt autem q̄ natura humana dupliciter poteſt cōſiderari. Vno modo ſecundum principia in trinſeca, & ſic mors eſt ei naturalis. Vnde Seneca dicit in libro de remediis fortuitorum, q̄ mors natura eſt hominis, nō pœna. Alio modo poteſt cōſiderari natura hominis ſecundum q̄ per diuinā prouidentiā fuit ei per iuſtitiā originalem prouiſum. Quæ quidem iuſtitia erat quædam rectitudo vt mens hominis eſſet ſub deo: & inferiores vires eſſent ſub mente, & corpus ſub anima, & omnia exteriora ſub homine: ita. ſ. q̄ quandiu mens hominis deo ſubderetur, vires inferiores ſubderētur rationi, & corpus animæ indeficienter ab ea vitam recipiens & exteriora homini, vt. ſ. omnia ſeruirent & nullum ex eis nocumentū ſentiret. Hoc autem prouidentia diuina diſpoſuit propter diuinitatem animæ rationalis, quæ cùm naturaliter ſit incorruptibilis, debebatur ſibi incorruptibile corpus: ſed quia corpus quod eſt ex cōtrariis cōpoſitum oportebat eſſe organum ſenſus, & tale corpus ſecundum naturā ſuam incorruptibile eſſe non poteſt, ſuppleuit potentia diuina quod deerat naturæ humanæ dās animæ virtutem cōtinendi corpus incorruptibiliter, ſicut faber ſi poſſet daret ferro ex quo cultellum fabricat virtutē vt rubiginem nullam contraheret. Sic ergo poſtquā mens hominis per peccatum eſt à deo auerſa, amiſit virtutem cōtinendi inferiores vires, & etiā corpus & exteriora: & ſic incurrit mortem naturalem à cauſis intrinſecis, & violentiā ab exterioribus nocumētis. ¶ Deinde cùm dicit, (Et ita in omnes, &c.) oſtendit vniuerſalitatē huius proceſſus, & quātum ad mortem & quātum ad peccatum, ordine tamen retrogrado. Nam ſuprà prius egit de ingreſſu peccati, qui eſt cauſa ingreſſus mortis, nunc autē prius agit de vniuerſalitate mortis, tanquā de manifeſtiori: & hoc eſt q̄ dicit, Et ita mors ſ. vel peccatum primi parentis pertrāſiit in omnes, quia. ſ. per originem vitiatā cōtrahunt homines neceſsitatem moriēdi. 2. Reg. 14, Omnes morimur. Pſal. Quis eſt homo qui viuit, &c. ¶ Deinde tangit vniuerſalitatem proceſſus peccati, cùm dicit, (In quo omnes peccauerunt,) quod ſicut Aug. dicit in gloſ. poteſt dupliciter intelligi. Vno modo in quo. ſ. primo homine, vel in quo. ſ. peccato, quia. ſ. eo peccāte quodammodo omnes peccauerunt inquantū in eo erant ſicut in prima ſua origine. Sed cùm Chriſtus etiā originem ex Adam traxerit, vt patet Luc. 3. videtur q̄ etiā ipſe eo peccāte peccauerit. Ad hoc reſpondet Aug. ſuper Gen. ad literā, q̄ Chriſtus non omni modo fuit in Adam, quo nos fuimus: nos enim fuimus & ſecundum corpulentam ſubſtantiā, & ſecundum ſeminalem rationē. Chriſtus autem fuit in eo ſolùm ſecundum corpulentiā ſubſtantiam. Quod quidam malè intelligentes putauerunt q̄ tota ſubſtantia corporum humanorum quæ pertinet ad veritatem humanæ naturæ fuerit actu in Adam, & per quandam multiplicationē diuina virtute factā. i. quod ſumptū eſt ab Adam eſt in tanta corporum quantitate ampliatum. Sed hoc eſt incōueniens opera naturæ miraculo attribuere, præſertim quia videmus q̄ corpus humanum quātuncunque ſit de veritate humanæ naturæ corrūpitur & accipit aliā formam. Vnde quia omne generabile eſt corruptibile, & ecōuerſo, oportet dicere q̄ materia quæ ante generationē hominis ſub alia forma q̄ humana fuit, formam humanæ carnis aſſumpſerit: & ſic non totum quod eſt in corporibus noſtris ad veritatē naturæ pertinens

In proceſſu originalis perſona infecit naturam & natura infecit perſonam.

Cur primū peccatū primi parentis traducitur in poſteros p originem & nō alia, nec aliorū. parentū vitia.

Cur aliquā do originale cū ſit ſolū vnum dicatur peccata in plurali.

Si Adam nō peccaſſet Eua peccāte nō fuiſſet peccatū traductum in poſteros.

An mors ſit ex peccato cū videatur eſſe ex natura.

Quare chriſt⁹ cū deſcēdat ab Adā nō cōtraxit originale vt alij.

Error dicētiū ſubſtantiā corporū fuiſſe actu in Adam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit actu in eodem,sed solùm secundum originẽ,prout.s.effectus est in principio actiuo.Secundum hoc ergo intelligẽdum est ꝙ cùm in nostra generatione sit & materia corporalis quã fœmina ministrat,& vis actiua quæ est in semine maris,vtrunque per originẽ ducitur ab Adam,sicut à primo principio.Et ideo dicitur in eo fuisse & secundum rationem seminalem,& secundum corpulentã substantiam:quia.s.vtrumque ab eo processit.In generatione autẽ Christi fuit corpulenta substantia quã traxit de virgine:loco autem rationis seminalis fuit virtus actiua spiritus sancti,quæ non deriuatur ab Adam, & ideo nõ fuit in Adam secundum seminalem rationẽ,sed tantùm secũdum substantiã corpulentam.Sic igitur nõ accipimus peccatum ab Adam & trahimus:atque naturã humanã ab eo accipimus,sicut à principio actiuo,quod est esse in eo secundum seminalem rationẽ,quod quidem non cõpetit Christo,vt dictum est.Videtur vlterius ꝙ peccatũ originale non transeat in omnes:quia baptizati à peccato originali purgantur per baptismum:&ita videtur ꝙ non possint in posteros peccatũ transmittere,quod nõ habent. Dicendum est autẽ ꝙ per baptismũ homo liberatur à peccato originali quantũ ad mentem,sed remanet peccati infectio quantum ad carnẽ, vnde infrà.7,dicit Apostolus,Ego ipse mente seruio legi dei,carne autẽ legi peccati.Homo autẽ non generat mẽte carnales filios,sed carne:& ideo nõ transmittit nouitatẽ Christi,sed vetustatem Adæ. Lectio 4.

Ostenditur progressio peccati in mundum.

Vsque ad legem enim peccatũ erat in mundo.Peccatũ autem non imputabatur cùm lex nõ esset,sed regnauit mors ab Adã usq; ad Moysen, etiã in eos qui nõ peccauerũt in similitudinẽ præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

¶Postquam Apostolus ostendit originẽ peccati & mortis siue ingressum vtriusque in mũdum , hîc manifestat quod dixerat.Et primò manifestat ipsum dictũ.Secundò manifestat similitudinẽ quam innuebat dicẽs,ibi(Propterea sicut,&c.)Tertiò exponit similitudinẽ,ibi(Qui est forma futuri,&c.)Dixerat autẽ quòd peccatum & mors in omnes trãsierunt,& hoc quidem secundum expositionem Aug.manifestare intendit per hoc ꝙ etiã sub lege peccatum remansit quasi lege illud excludere nõ valente. Circa quod duo facit.Primò manifestat propositũ quantum ad peccatum.Secundò quantũ ad mortem,ibi(Sed regnauit,&c.) Circa primũ duo facit.Primò ostendit peccatũ fuisse etiã sub lege.Secũdò quid circa peccatũ lex facit,ibi(Peccatum autẽ,&c.)Dicit ergo primò,dictũ est ꝙ omnes peccauerũt in Adam,quia nec etiã lex peccatũ abstulit.Vsque ad legẽ.i.etiam sub lege,vt ly vsque teneatur inclusiuè.Peccatum erat in mũdo,quod quidem potest intelligi de lege naturæ & de lege Moysi:similiter & de peccato actuali & de peccato originali.Peccatũ enim originale erat in paruulo vsque ad legem naturæ. i. vsque ad vsum rationis per quẽ homo huiusmodi leges aduertit.Psal.In peccatis cõcepit me mater mea.Nec tamen cessat hoc peccatum lege naturali adueniente in homine,sed magis excrescit per additionẽ peccati actualis,quia vt dicitur Eccles.7, Nõ est homo iustus in terra qui faciat bonũ,&c.Sed si intelligamus de lege Moysi,tunc quod dicitur peccatum fuisse in mundo vsque ad legem,potest intelligi nõ solùm de originali,sed etiã de actuali:quia & ante legẽ & sub lege peccatũ vtrunque permansit.Prou.20,Quis potest dicere mundũ est cor meũ?Quanuis autẽ lex peccatum nõ auferret,peccati tamẽ cognitionem fecit,quod antea nõ cognoscebatur. Vnde subdit,Peccatum autem nõ imputabatur.Quod quidem planum est si intelligatur de lege naturali.Quãuis enim peccatum originale sit in paruulo ante legem naturalem,& reputetur ei à deo,non tamen imputatur ei apud homines.Si autẽ intelligatur de lege Moysi,planũ est quantum ad aliqua peccata actualia ꝙ non imputabantur ante legẽ,sicut illa quæ specialiter sunt per legẽ prohibita,quæ homines peccata non reputabãt,sicut quod dicitur Exod.20,Nõ concupisces,&c. Imputabantur tamen quædã peccata prout erãt contra legem naturæ.Vnde & Genes.39,Ioseph legitur in carcerem missus propter adulteriũ sibi impositum. ¶Consequenter agit de morte,dicens,Quanuis peccata ante legem non imputarentur,tamen mors.s.spiritualis.i.peccatum vel æterna damnatio,de qua dicitur in Psal.Mors peccatorũ pessima,regnauit.i. potestatem suã exercuit in homines,ducẽdo eos in damnationẽ ab Adam, per quem peccatum intrauit in mundum, vsque ad Moysen,sub quo data est lex.Ioan.1,Lex per Moysen data est,nõ solùm in eos qui peccauerunt actualiter, sed etiã in eos qui nõ peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ,qui actualiter peccauit.Oseæ 6, Ipsi autẽ sicut Adam trãsgressi sunt peccatum,&c.vsque ibi,(Præuaricati sunt in me:) quia etiã pueri damnationem incurrebãt.Potest etiã & sub hoc sensu intelligi de morte corporali per quã manifestatur peccatum fuisse etiã cùm non imputabatur,quasi dicat,peccatũ autem non imputabatur ante legem,sed ex hoc deprehenditur fuisse:quia regnauit mors.s.corporalis.Primò quidem aliquas passiones inducẽdo, puta famem & sitim & ægritudinem,& tandem totaliter dissoluẽdo,etiam in eos qui nõ peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ.i.in pueros qui nõ peccauerunt actualiter: quoniã etiam Christi mortem corporalem antea & postea patiuntur,secundum illud Psal.Quis est homo qui,&c. Ambrosius autẽ aliter ista verba exposuit.s.de peccato actuali tantũ & de lege Moysi.Et secundum eũ inducuntur hæc verba ad manifestandum quod per primũ parentem peccatum in hunc mundum intrauit & in omnes transiuit, vsque enim ad legem.i.ante legem Moysi peccatum erat in mundo.s.peccatum actuale. Homines enim multipliciter peccabãt contra legem naturæ.Vnde dicitur Gen.13,Homines sodomitæ pessimi erant.Peccatũ autem nõ imputabatur cùm lex non esset,quod est intelligendum, non quin imputaretur quasi puniẽdum apud homines:cùm quidam legãtur ante legem puniti ab hominibus pro peccatis,vt patet Gen.39.& 40. Sed non imputabatur quasi à deo puniendũ.Tunc enim non credebãt homines ꝙ deus humana facta vel puniret vel præmiaret,secundum illud Iob 22,Circa cardines cæli perambulat nec nostra considerat . Sed postea lege diuinitus data innotuit ꝙ peccata imputantur à deo ad pœnã,& non solùm ab hominibus.Et ideo quia homines non credebãt se puniendos à deo pro peccatis,liberè & absque freno peccabant vbi humanum iudicium non timebant.Et ideo subdit,Sed mors.i.peccatum regnauit,i.omnimodam suam potestatem exercuit ab Adam vsque ad Moysen exclusiuè.Nam per Moysen data est lex, quæ incœpit regnum peccati diminuere incutiens timorem diuini iudicii,secundum illud Deuter. 5, Quis det eos talem habere mentem,vt timeãt me,& custodiant vniuersa mandata mea?Regnauit inquã peccatum vsque ad Moysen, non tamen in omnes,sed in eos qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ . Dicit enim Ambrosius in libris antiquis nõ inueniri hãc negationem Non.Vnde credit à corruptoribus appositũ. Adam

Lege naturæ aduenìte p vsum liberi arbitrij non obhæc cessat peccatũ originale.

Hic sensus apparet magis literalis.

Expositio Ambrosii

quippe magis credidit promissioni diaboli q̃ commonitioni diuinæ,vt patet Genes.3.&ita quodammodo diabolum prætulit deo.Sic igitur in similitudinem præuaricationis Adæ,præuaricantur idololatræ qui relicto dei cultu,diabolum colunt.In tales ergo mors.i.peccatum totaliter regnauit: quia eos omnino possedit.Fuerunt autẽ ante legem Moysi viri dei cultores,qui & si peccarent,nõ tamen peccatũ in eis regnabat, quia nõ totaliter eos à deo separabat:sed peccabãt sub deo.i.sub fide vnius dei, etiã si peccarẽt mortaliter: vel sub charitate dei cùm peccabãt venialiter.Ex vtraque harũ expositionum potest cõstari tertia:quæ magis videtur ad intentionẽ Apostoli pertinere.Dixerat enim ꝙ per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit,& quia peccatum est trãsgressio legis diuinæ,posset alicui videri ꝙ hoc non esset verũ quantum ad tempus ante legem:præsertim cùm supra quarto dixerit,Vbi non est lex nec præuaricatio. Et ideo posset aliquis credere ꝙ non per vnũ hominem peccatũ in mundum intrauit,sed magis per legem.Et ideo ad hoc excludendum dicit,ꝙ vsque ad legẽ.i.tempus ante legem peccatũ erat in mundo, & originale & actuale,non tamen erat peccatum cognitum,præsertim quasi à deo puniendum.Et hoc est ꝙ subdit,Peccatum autem non imputabatur.s.quasi cõtra deũ existens,cùm lex.s.diuinitus data nõ esset.Fuerunt enim aliqui,vt dicit Philosophus in 5.Ethic.qui crediderunt ꝙ nihil est iustum naturaliter,& per consequens nec iniustum,sed per solam positionẽ legis humanæ.Et secundum hoc non imputabatur aliquod peccatũ quasi contra deum existens,& præcipuè peccatum originale.i.non cognoscebatur.Sed ꝙ ista reputatio hominũ esset falsa ostenditur per effectũ,quia mors corporalis regnauit ab Adam,per quem intrauit originale peccatum in mundum vsque ad Moysen,sub quo data fuit lex,& ita cùm mors sit effectus peccati præcipuè originalis,manifestum est ꝙ ante legem fuit peccatum originale in mundo.Et ne aliquis dicat ꝙ moriebantur propter peccata actualia,ad hoc excludendũ dicit ꝙ regnauit etiã in eos qui non peccauerunt proprio actu.s.pueros,& etiã in iustos qui non peccauerunt mortaliter,qui tamen peccauerũt in primo homine, vt suprà dictum est.Et ideo subdit,In similitudine prꝙuaricationis Adę,inquantũ similitudinem illius peccati traxerũt per originẽ simul cũ similitudine naturæ,q.d.quod moriebãtur absque proprio peccato,demonstrat ꝙ in eis erat diffusa similitudo peccati Adæ per originem. Et hoc est quod Apostolus manifestare intendit.s.ꝙ per Adam peccatum originale in mundum intrauit. ¶Deinde cùm dicit,(Qui est forma futuri,&c.)exponit similitudinẽ quæ intelligebatur in aduerbio Sicut. Vnde dicit,qui.s.Adam est forma.i.figura quædam futuri.i.Christi, tamen per contrarium. Nam sicut per Adam peccatum & mors in mundum intrauit,ita per Christum intrauit iustitia & vita.1.Corinth.15,Primus homo de terra terrenus:secũdus de cælo cælestis. Sunt autem & aliæ similitudines inter Christum & Adam,quòd.s.sicut corpus Adæ formatum sine coitu,ita & corpus Christi de virgine.Et sicut de latere Adæ dormientis sumpta est mulier, ita ex latere Christi dormientis in cruce fluxit sanguis & aqua,vt dicitur Ioan.19.quæ significant sacramẽta quibus est formata ecclesia. Lectio 5.

Expositio verior.

Secũdũ S. Thom. hîc peccatũnon cognoscebatur quasi à deo puniendũ ante legem Moysi ꝙ solã legẽ naturæ.

Quomodo Adam sit forma seu figura Christi certè per cõtrarium.

Sed non sicut delictum, ita & donum.Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit.Et non sicut per unũ peccatum ita & donũ.Nam iudicium quidem ex uno in cõdemnationem,gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ . Si enim unius delicto mors regnauit per unum,multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in uita regnabũt per unum Iesum Christum.Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in cõdemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ.Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obeditionem iusti constituentur multi.

Progressus gratiæ abolentis peccatũ & extollẽtia gratiæ sup peccatũ & hîc primò ostẽditur abolitio originalis.

¶Postquam Apostolus posuit ingressum peccati in hunc mundum,hîc agit de progressu gratiæ abolentis peccatum.Et circa hoc duo facit. Primò ostẽdit quomodo per Christi gratiã remotum est peccatum quod per vnum hominem in mundum intrauit.Secundò ostendit quomodo per gratiã Christi peccatum est remotum quod lege adueniente superabundauerat,ibi (Lex autem subintrauit,&c.) Ostendit autem ꝙ per gratiã Christi remouetur peccatum per Adam introductum in mundum,cõparando gratiam Christi peccato Adæ,quia s.plus potest gratia Christi in bono,q̃ peccatum Adæ in malo.Et circa hoc duo facit. Primò cõparat ipsas causas.s.gratiã Christi peccato Adæ. Secundò ponit comparationem earum quãtum ad effectus,ibi(Et non sicut per vnum,&c.)Circa primum duo facit.Primò proponit comparationem.Secũdò manifestat eam,ibi(Si enim vnius,&c.)Dicit ergo primò,dictum est ꝙ Adam est forma futuri, sed non sicut delictum:&c.quasi dicat,non est æstimandum ꝙ tantæ efficaciæ sit delictum Adæ, quantæ est efficaciæ donum Christi.Cuius ratio est ista: quia peccatum procedit ex infirmitate voluntatis humanæ, gratia autem procedit ex immensitate bonitatis diuinæ, quam manifestum est voluntati humanæ, præsertim infirmæ præferri.Et ideo virtus gratiæ excedit omne peccatum.Et idcirco dicebat Dauid,Miserere mei deus secundum magnã misericordiam tuam. Et propter hoc iustè reprobatur verbum Cain Genes.4.dicentis, Maior est iniquitas mea,&c. ¶Deinde cùm dicit,(Si enim vnius,&c.)manifestat quod dixerat.s.quòd donum gratiæ excedit delictum Adæ,dicens,Si enim delicto vnius.s.Adæ multi mortui sunt.i.si ex delicto Adæ peccatum & mors transiuit in multos alios, quia in omnes qui in eo peccauerunt , multo magis gratia dei & donũ.i.gratuitum dei donum.vt ly &,expositiuè teneatur,vel gratia dei refertur ad remissionẽ peccati.Suprà eodem, Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c. Donum autẽ refertur ad bona supradicta vltra remissionem peccatorum,vt dicit Psal.secundum aliam literã, Dedit dominus dona hominibus. multo inquam huiusmodi gratia & donum abundauit in plures.i.in multos.Quanto enim aliquid est potẽtius,multomagis se potest ad multa extendere.Peccatũ autem Adę ad multos se extendit,quod probatur per mortem.Vnde signanter dicit ꝙ vnius delicto multi mortui sunt.Mors enim argumentum est peccati originalis,vt suprà dictum est Adæ, Quacunque die comederis,&c. Gratia dei quæ est fortior, multo amplius ad multos extenditur.Heb.2,Qui multos filios in gloriam adducit. ¶Notandum est autem ꝙ dicit,abundauit,quia non solùm gratia dei processit in multos ad deletionem peccati per Adam inducti, sed etiã ad peccata actualia delenda,& multa alia bona consequenda.2.Corinth.9,Potens est autem deus omnem gratiã abundare facere in vobis.Sicut enim peccatum ex vno homine abundauit in multos ex prima suggestione

Ostenditur gratiã Christi excedere peccatum Adæ,

In quo abũdauit gratia Christi super peccatum Adæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diaboli,ita & gratia dei per vnum hominem processit ad multos.Vnde signanter addit,In gratia.i.per gratiam vnius hominis Iesu Christi.Sic enim à deo gratia in multos effunditur vt eã per Christum accipiãt,in quo omnis plenitudo gratiarũ inuenitur,secũdum illud Ioan.1,De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sic autem legẽda est litera secũdum expositionem August. vt hoc ꝙ dicitur Plures,nõ accipiatur cõparatiuè,sed absolutè: & ita vult ꝙ attendatur cõparatio quantũ ad hoc ꝙ si delictum vnius Adæ processit in multos,multo magis gratia vnius Christi in multos.Sed secundum Ambrosiũ ly Plures,accipitur comparatiuè,vt sit sensus,ꝙ delicto.i.peccato actuali vnius.s. Adæ multi,non omnes mortui sunt.s. morte peccati,imitando.s.peccatum ipsius Adæ per idololatriam,vt suprà expositum est Sapien.13.dicitur de idololatris,Infœlices autem sunt,& inter mortuos spes eorum . Et multo magis gratia dei abundauit in plures.s.quàm in idololatris qui peccauerunt in similitudinem Adæ,quia non solùm eorum peccata tollun tur per gratiã Christi,sed etiã peccata eorum qui in fide vnius dei permanserunt.Mich.vlt.Deponet iniquitates nostras,& proiiciet omnia peccata nostra. ¶Deinde cùm dicit,(Et non sicut,&c.)comparat Christi gratiã peccato Adæ,quantum ad effectum,quia nõ solùm vtrunque in multos redundat,sed etiã maiorem effectum habet gratia Christi q̃ peccatum Adæ . Et circa hoc tria facit . Primò proponit quod intendit. Secundò manifestat propositũ,ibi(Nam iudicium,&c.) Tertiò probat,ibi(Si enim vnius,&c.) Dicit ergo primò,non solùm dictum est.s.quòd Christi gratia magis abundat in multos,q̃ peccatum Adæ, sed etiã in eis maiorem effectum faciet.Et hoc est ꝙ dicit,Et nõ sicut per vnum peccatum,ita & donum, quasi dicat, Non tantus effectus sequitur per vnũ peccatum Adæ in multis, quantus consequitur in multis per donum gratiæ Christi.Potentioris enim causæ potentior est effectus.Vnde cùm dictum sit gratiam esse potentiorem q̃ peccatum Adæ,cõsequens est ꝙ maiorem effectũ efficiat. ¶Deinde cùm dicit,(Nam iudiciũ,&c.) manifestat quod dixerat,dicens, Nam iudicium.i.diuina punitio procedit quidem ex vno.s.peccato primi parentis in cõdemnationem.s.omnium hominum,quia in illo peccante peccauerunt secundum illud quod suprà dictum est,ꝙ mors in omnes pertransiit,in quo omnes peccauerunt:gratia autem dei,quæ datur per Christum procedit ex multis delictis.i.non solùm ex illo vno originali,sed etiam ex multis actualibus.In iustificationem.i.perfectã emundationem. 1.Corinth.6,Et hoc quidem fuistis aliquando,sed abluti estis, sed sanctificati estis,sed iustificati estis. ¶Deinde cùm dicit,(Si enim vnius,&c.) probat quod dixerat. s.quòd gratia Christi procedit ex multis delictis in iustificationem.Et primò quidem hoc probat ex posteriori.Secundò ex priori,ibi(Si enim,&c.) Circa primum cõsiderandum est ꝙ Apostolus in præmissa cõparatione non ponit sibi respondentia.s.res eiusdem generis.Nam ex parte peccati ponit condemnationẽ quæ pertinet ad pœnam:ex parte autem gratiæ ponit iustificationem quæ non pertinet ad præmiũ,sed magis ad statum meriti. Sic igitur Apostolus intendit per hoc quod dicit ꝙ peccatum inducit cõdemnationẽ ostendere ꝙ gratia inducat iustificationem. Et vtitur tali ratione,Sicut condemnatio mortis procedit ex peccato primi parentis,ita regnum vitæ procedit ex gratia Christi.Hæc enim duo vniformiter sibi correspondent, sed ad regnum vitæ nullus potest peruenire,nisi per iustitiã, ergo per gratiam Christi homines iustificãtur. Primò ergo ponit præmissas.Secundò infert conclusionem intentam,ibi(Igitur sicut per vnius,&c.)Primã autem propositionem proponit,dicens,Si enim ex delicto vnius hominis mors regnauit per vnũ hominẽ, quia sicut suprà eodem dictum est,per vnum hominem peccatum intrauit,& per peccatũ mors,multo magis homines regnabunt in vita.s. æterna per vnum Iesum Christum, qui dicit Ioan.10, Ego veni vt vitam habeant,& abundantius habeant,participando.s.æternitatem vitæ, quæ quidem abũdantia hîc per regnũ designatur.Vnde dicitur Apoc.20,Quòd regnabunt cũ Christo annis mille.i.æterno tempore. Minorem autem designat interponendo abundantiã gratiæ Christi & donationis & iustitiæ accipientes, quasi diceret,ad regnum vitæ homines peruenire non possunt,nisi hoc accipiendo, ita ꝙ gratia Christi referatur ad dimissionem peccati,quam nulla merita præcedere possunt : & ideo omnino gratiæ deputatur, si enim ex operibus,iam non ex gratia,vt dicitur infrà 11.Quòd autem dicitur donationis,referẽdum est ad dona gratiarum,quibus homines promouentur in bona.Hester 2,Largitus est dona iuxta magnificentiam principalem,&c.Quòd autem dicitur iustitiæ,referendum est ad rectitudinem operum. 1.Corint.1, Qui factus est nobis à deo iustitia. ¶Deinde cùm dicit,(Igitur sicut,&c.)infert conclusionem intentã, quæ idem cõtinet cum eo quod suprà præmissum est,videlicet quòd sicut per vnius delictum Adæ diuinum iudicium processit in omnes homines qui carnaliter nascuntur in condemnationem mortis,sic & per vnius.s.iustitiã Christi,diuina gratia processit in omnes homines in iustificationẽ vitæ.i.quæ ducit ad vitã. ¶Sed videtur hoc esse falsum, Non enim omnes homines iustificantur per Christum , sicut omnes homines moriuntur per Adam.Sed dicendum ꝙ intelligendum est,quòd sicut omnes homines qui nascuntur carnaliter ex Adam, incurrunt condemnationẽ per eius peccatum,ita omnes qui renascuntur spiritualiter per Christum adipiscuntur iustificationem vitæ, quia vt dicitur Ioan.3, Nisi quis renatus fuerit denuò ex aqua & spiritu sancto,non potest,&c.Quanuis possit dici ꝙ iustificatio Christi transit in iustificationem omniũ hominum, quantũ ad sufficientiã,licet quantum ad efficiẽtiam procedat in solos fideles. Vnde dicitur.1.Tim.4, Qui est saluator omniũ hominum,maximè autem fideliũ.Ex hoc autem ꝙ hîc dicitur accipere debemus,quòd sicut nullus moritur , nisi per peccatum Adæ, ita nullus iustificatur , nisi per iustitiam Christi , quæ quidem est per fidem ipsius, secundũ illud quod suprà 3,dictũ est, Iustitia dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt in eum.In eum autem crediderunt homines,non solùm qui sunt post eius incarnationem,sed etiam qui eius incarnationem præcesserunt.Sicut enim nos credimus eum natum & passum,ita ipsi crediderunt nasciturum & passurum.Vnde eadem est fides nostra & eorum. 2.Cor.4, Habentes eundem fidei spiritum,&c.Sic igitur probatum est quòd gratia Christi procedit ad multorum iustificationem ex posteriori,scilicet ex regno vitæ. ¶Consequenter cùm dicit,(Sicut enim,&c.)probat idem ex priori. Causæ enim similes sunt suis effectibus.Inobedientia autẽ primi parentis quæ habet rationem iniustitiæ constituit peccatores & iniustos.Igitur obedientia Christi,quæ habet rationem Iustitiæ constituit iustos.Et hoc est quòd suprà dictum est,ꝙ gratia procedit in omnes homines in iustificationem. ¶Sed videtur esse dubiũ

Quomodo sit verum ꝙ sicut ꝑ Adã oẽs condẽnatiõe sũt digni, ita ꝑ Christum omnes iusti ficentur.

quod dicitur, ꝙ per inobedienitiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi.i.omnes qui ab eo nascuntur secundum rationẽ seminalem.Primũ enim eius peccatum videtur fuisse superbia,magis q̃ inobedientia,secundum illud Eccles.10,Initiũ omnis peccati superbia . ¶Sed dicendum est quòd sicut ibidem dicitur,initium superbiæ facit homines apostatare à deo, quia.s.prima pars superbiæ cõsistit in hoc quòd homo non vult subiici præceptis diuinis,quod ad inobedientiam pertinet.Vnde primum hominis peccatũ fuisse videtur inobedientia,non secundũ actum exteriorem,sed secundũ interiorem motum superbiæ,quo voluit diuino præcepto contra ire.Vnde eius inobedientiam dominus arguit.Gene.3,Quia audisti vocem vxoris tuæ,& comedisti de ligno de quo præceperam tibi ne comederes,&c. Obedientia autem Christi hîc dicitur,secundum quam præcepto patris obediens,mortem sustinuit pro salute nostra,secundũ illud Phili. Factus est obediens vsque ad mortem,&c.Nec est contrariũ quod alibi dicitur,Christus ex charitate mortuus,vt patet Ephe.5,Quia hoc ipsum ꝙ obediuit,processit ex dilectione quã habuit ad patrem & ad nos. Et est attendendum ꝙ per obedientiã &inobedientiam probat nos per vnum,peccatores effici,& per vnũ iustificari:quia iustitia legalis,quæ est omnis virtus,attenditur in obseruatione præceptorũ legis,quod pertinet ad rationem obediẽtiæ.Iniustitia autem illegalis,quæ est omnis malitia,vt dicitur 5.Ethic.attenditur in transgressione mandatorum legis,quæ pertinet ad rationem inobedientiæ.Sic ergo cõuenienter dicitur quòd per obedientiã constituuntur homines iusti,& per inobedientiam peccatores.

Primũ peccatũ Adæ fuit inobedientia.

Iustitia legalis ẽ omnis virtus. Iniustitia il legalis est oĩs malitia.

Lectio 6.

Lex autem subintrauit ut abũdaret delictũ.Vbi autẽ abundauit delictũ,superabũdauit & gratia:ut sicut regnauit peccatũ in mortem,ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam,per Iesum Christum dominum nostrum.

¶Postquã Apostolus ostendit ꝙ per donum gratiæ subtrahitur peccatum quod per Adam in hunc mundum intrauerat,hîc ostendit quòd per gratiã Christi tollitur peccatũ, quod lege superueniẽte abũdauerat. Circa hoc duo facit.Primò ponit abundantiã peccati,quæ fuit per legem.Secundò absolutionem peccati, quæ est per gratiã Christi,ibi(Vbi abundauit,&c.) Dicit ergo primò,dictum est ꝙ per obedientiam vnius hominis,iusti constituũtur multi,non autem lex hoc facere potuit,sed potius lex subintrauit,vt superabundaret delictum. ¶Circa quod Apostoli dictum duplex occurrit dubitatio. Primò quidem de hoc quòd dicit legem subintrasse.i.latenter intrasse post culpam originalem & actualem, vel post naturalem legem, vt glo.dicit.Non enim lex occultè intrauit,sed manifestè data fuit,secundum illud Ioan.8, Non in abscõdito locutus sum. ¶Dicendum est ergo quòd licet ipsa legislatio fuerit data in manifesto,tamen mysteria legis erant in occulto,& præcipuè quo ad intentionem dei circa legem ferendam , quæ peccatũ ostenderet non sanaret,secũdum illud infrà 11,Quis cognouit sensum domini,&c.Potest etiã dici ꝙ lex subintrauit.i.quasi media intrauit inter peccatũ hominis & donũ gratiæ Christi, quorum vtrũque suprà dixerat per vnũ ad plures transisse. ¶Secunda autem dubitatio est de hoc ꝙ dicit legem subintrasse vt abundaret delictũ.Sic enim videtur quòd abundantia delicti sit finis legis,& ita sequitur ꝙ lex sit mala,quia cuius finis malus est, ipsum quoque malum est,& hoc est contra illud 1.Tim.1,Scimus quidem quòd lex bona est,&c. ¶Ad hoc autem respondetur in glo.tripliciter.Primò quidem vt dicamus quòd ly,Vt,non ponitur causaliter,sed cõsecutiuè.Non enim ad hoc fuit data lex vt peccatum abundaret,quin potius lex quantum in se fuit peccatum prohibuit,secundum illud Psal.In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Sed lege data consecuta est abundantia delictorum dupliciter.Vno quidem modo,quãtum ad peccatorum multitudinẽ. Lex enim licet peccatum demonstret , peccati tamen concupiscentiam non auferebat . Cùm autem alicui prohibetur id quod cõcupiscit,vehemẽtius in cõcupiscentiã illius exardescit & sicut fluuius appositio obice fortius fluit & obicem frangit.Cuius ratio potest esse triplex.Vna quidem illud quod subiacet hominis potestati,non reputat aliquis pro magno,sed illud quod est extra hominis potestatem,apprehenditur ab homine quasi magnum.Prohibitio autẽ eius quod concupiscitur ponit illud quod prohibetur quasi extra hominis potestatem:& ideo concupiscentia magis exardescit in rem concupitam dum prohibetur. Secũda ratio est,quia interiores affectiones quando interius retinentur,ita quòd exterius non deriuentur,ex hoc ipso magis interius incenduntur,sicut patet in dolore & ira,quæ dum interius clausa tenentur,magis augẽtur,si autem exterius quoquo modo prodeant, eorum virtus diminuitur.Prohibitio autem propter timorẽ pœnæ cogit hominẽ vt concupiscentiam suã ad exteriora non producat , & ideo ipsa concupiscentia interius retenta,magis inflammatur.Tertia ratio est,quia illud quod non est nobis prohibitũ apprehendimus quasi possibile fieri quandocunque nobis placuerit : & ideo multotiens oportunitate existente illud vitamus: sed quando aliquid est prohibitũ,apprehenditur à nobis,vt non semper à nobis haberi possit:& ideo quando oportunitas datur sine timore pœnæ,illud consequendi promptiores ad hoc sumus.Et inde est ꝙ data lege,quæ cõcupiscentiæ vsum prohibebat,& tamen ipsam concupiscentiam non mitigabat,concupiscentia ipsa magis feruẽter homines ad peccata ducebat.Vnde dicitur Ezech.5,Ista est Ierusalem in medio gẽtium,posui eã in circuitu eius terras,& contempsit iudicia mea,vt plus esset impia,quàm Gẽtes. ¶Sed secundum hoc videtur ꝙ omnis lex humana,quæ gratiã non confert diminuentem concupiscentiam, faciat abundare peccata,quod est cõtra intentiones legislatorũ,quia ad hoc tendunt,vt ciues faciant bonos,vt patet per Philosophum 2.Ethic. ¶Sed dicendum quòd alia est intentio legis humanæ,& alia legis diuinæ. Lex enim humana refertur ad humanum iudicium,quod est de exterioribus actibus:sed lex diuina refertur ad diuinũ iudiciũ,quod est de interioribus motibus cordis,secundũ illud 1.Reg.16,Homo videt ea quę patent,sed deus intuetur cor.Sic igitur lex humana suã intentionem consequitur,dum per prohibitionem & pœnæ cõminationem impedit ne multiplicentur exteriores actus peccati,licet cõcupiscentia interior magis augeatur:sed quãtum ad legem diuinã etiam interiores cõcupiscentiæ malæ imputantur ad peccatum, quæ abundant lege prohibente,& non auferente concupiscentiã. ¶Sciendum tamen,quòd sicut Philosophus dicit in 4.Ethic. Prohibitio legis,licet illos qui sunt malè dispositi cohibeat ab exterioribus peccatis solo pœnæ timore : quosdam tamen bene dispositos inducit per amorem virtutis,sed ista bona dispositio quantum ad aliquid potest esse à natura,sed eius perfectio non est nisi per gratiã,ex qua contingit ꝙ etiam lege veteri data nõ in omnibus peccatum abundat,sed in pluribus.Quidam verò lege prohibẽte & gratia

Quomodo verũ sit ꝙ lex subintrauit vt abundaret delictum.

Lege data, secutaẽ abũdãtia peccatorũ dupliciter.

Nota hanc triplicẽ rationẽ abundantiæ peccati aduẽiente lege, seu præcepto.

Ex lege veteri non sequebatur i omniꝰ peccati abũdãtia , sed in quibusdã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vlterius adiuuante ad perfectionem virtutum tandem peruenerunt,secundum illud Eccles.44,Laudemus viros glorioſos,&c.Et infrà,Homines magnos virtute. ¶Secundò ſuperabundauit delictum lege ſuperueniente quantum ad grauitatem reatus.Grauius enim fuit peccatum vbi acceſsit præuaricatio, non tantùm legis naturæ,ſed etiam legis ſcriptæ.Vnde ſuprà 4.dictum eſt, quòd vbi non eſt lex nec præuaricatio. ¶Secundò autem poteſt reſpõderi vt dicatur q̃ly Vt,teneatur cauſaliter:ita tamen q̃ loquatur Apoſtolus de abũdantia delicti,ſecundũ quod eſt in noſtra cognitione,vt ſit ſenſus,lex ſubintrauit vt abũdaret delictũ. i.vt abundantius delictum cognoſceretur ſecundum modum loquendi, quo dicitur aliquid fieri cùm innoteſcit.Vnde ſuprà dictum eſt,q̃ per legem eſt cognitio peccati. ¶Tertio modo poteſt exponi ita quòd ly Vt,teneatur cauſaliter: ita tamen q̃ abundantia delicti non intelligatur finis legis ſubintrantis, ſed id quod ex abundantia delicti ſequitur.ſ.humiliatio hominis. Lege enim ſubintrante abundauit delictum, vt dictũ eſt in prima expoſitione. Ex qua quidem delicti abundantia conſecutum eſt q̃ homo infirmitatem ſuam recognoſcens humilietur.Dicebat enim homo ſuperbus,de viribus ſuis præſumens, Nõ deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat,ſecũdum illud Exod.24,Omnia quæ locutus eſt dominus,faciemus,& ei obediemus. Sed quando lege data conſecuta eſt multitudo delictorum,homo ſuã infirmitatem cognouit ad obſeruantiam legis,ſecundum illud Sap.9,Infirmus homo & exigui tẽporis,&c.Intentio ergo dei legem dantis non terminatur ad abundantiã peccatorum,ſed ad humilitatẽ hominis, propter quã permiſit abundare delicta. Sic ergo quia hoc erat occultum ſignanter,quantum ad hoc dicit quòd lex ſubintrauit. Quia verò hîc agitur de lege & fine legis,duo conſideranda occurrunt.Primò quidem quot modis lex dicatur.Secundò quis ſit finis legis. Circa primum ſciendum eſt quòd lex vno modo dicitur tota ſcriptura veteris veſtamenti, ſecundum illud Ioannis 15,Vt impleatur ſermo eorum,qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis,cùm tamen hoc ſcriptũ ſit in Pſal.Quandoque verò dicitur lex ſcriptura quinque librorũ Moyſi,ſecundum illud Deut.33,Legem præcepit nobis Moyſes.Tertiò dicitur decalogus præceptorũ,ſecũdum illud Exod.24,Dabo tibi duas tabulas lapideas,& legem ac mandata quæ ſcripſi vt doceas. Quartò dicitur lex tota cõtinentia cerimonialiũ,ſecundũ illud Heb.10,Vmbram habens lex futurorũ bonorũ.Quintò dicitur aliquod ſpeciale præceptum cerimoniale,ſecundum illud Leuit.7.Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum. Sumitur autem hîc lex cõmuniter ab Apoſtolo, quantũ ad totam doctrinã legis Moyſi.i.quantum ad moralia & cerimonialia præcepta,quia. ſ.per cerimonias legis non dabatur gratia, per quã homo adiuuaretur ad implenda præcepta moralia cõcupiſcentia diminuta.Circa finem autem legis ſciendum eſt q̃ in populo Iudæorũ tria fuerunt hominum genera,ſicut & in quolibet alio populo.ſ.duri.i. peccatores & rebelles, proficiẽtes & perfecti.Quantũ igitur ad duros lex fuit data in flagellum,& quantum ad pręcepta moralia, ad quorum obſeruantiã cogebantur per pœnæ cõminationem,vt patet Leuit.2.& quãtum ad cerimonialia quæ ideo ſunt multiplicata,ne liceret eis diis alienis alium cultum ſuperaddere. Ezech.20,In manu valida & brachio extento,& in furore effuſo regnabo ſuper vos.Sed proficientibus qui dicuntur mediocres, lex fuit in pedagogum,ſecundum illud Galat.3,Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto. Et hoc quantum ad cerimonialia, quibus continebantur in diuino cultu:& quantum ad moralia,quibus ad iuſtitiam promouebantur.Perfectis autem fuit quantum ad cerimonialia quidem in ſignũ,ſecundum illud Ezec. 20, Sabbata mea dedi eis,vt eſſent ſignum inter me,&c.Quantum ad moralia verò in ſolatium,ſecũdum illud infrà 7, Condelector legi dei ſecundum interiorem hominem. ¶Deinde cùm dicit,(Vbi abundauit,&c.)oſtendit quomodo per gratiam tollitur abundantia delictorum.Et primò ponit gratiæ abundantiã. Secundò oſtendit abundantis gratiæ effectum,ibi(Vt ſicut regnauit,&c.) Dicit ergo primò,dictum eſt q̃ lege ſubintrãte abundauit delictum:nec tamen propter hoc impeditur diuinũ propoſitum de ſalute Iudæorũ & totius humani generis:quia vbi abundauit delictum.ſ.in humano genere,& ſpecialiter in Iudæis,ſuperabundauit & gratia.ſ.Chriſti condonantis peccata.2.Corinth.9,Potens eſt deus omnem gratiam abũdare facere in vobis.Eius autem quod hîc dicitur duplex ratio aſsignari poteſt. Vna quidem ex effectu gratiæ. Sicut enim magnitudinem morbi non ſanat niſi fortis & efficax medicina,ita requirebatur abundans gratia ad hoc vt ſanaret abundantiã delictorum.Luc.7,Dimiſſa ſunt ei peccata multa,&c. Alia ratio ſumi poteſt ex diſpoſitione peccantis,qui dum magnitudinem peccatorum ſuorum recognoſcit,quandoque quidem deſperat & contemnit,ſecundum illud Prou.18,Impius cùm in profundum,&c. Quandoque verò per auxilium diuinum ex conſideratione ſuorum peccatorum magis humiliatur, & maiorem conſequitur gratiã, ſecundum illud Pſal.Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum,poſtea accelerauerunt. ¶Deinde cùm dicit,(Vt ſicut regnauit peccatum in mortem,&c.)oſtendit effectum gratiæ abũdantis,qui quidem eſt per oppoſitũ reſpondens effectui peccati:vt.ſ. ſicut peccatum introductum per primum hominem, & abundans per legem regnauit.i.plenum dominiũ in homines obtinuit,& hoc quouſque duceret eos in mortem temporalem & ęternam.Infrà 6,Stipendia peccati mors. Ita & gratia dei regnet.i. plenè dominetur in nobis per iuſtitiam quã.ſ.in nobis facit.Suprà eodem,Iuſtificati gratis per gratiã ipſius: & hoc quouſq; nos ducat in vitã æternam,ſecundũ illud infrà 6,Gratia dei vita æterna.Et hoc totum eſt per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum, qui eſt dator gratiæ,ſecundum illud Ioan.2,Gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt.Et etiã iuſtitia.1. Corinth.1,Qui factus eſt nobis iuſtitia à deo:& dator vitæ æternæ.Ioan.10,Ego vitam æternam do eis.

Lex hîc capitur q̃ tota doctrina Moyſi quo ad moralia iudicialia & cerimonialia quatenus ſint finis legis.

Caput 6.

Hoc caput oſtendit q̃ per gratiã Chriſti datur facultas reſiſtẽdi peccatis ſoluendo in principio q. quæritur ex eo q̃ dixit in fi

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato ut gratia abundet? Abſit. Si enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.

¶Poſtquam Apoſtolus oſtendit q̃ per gratiam Chriſti liberamur à peccato præterito,tam introducto per primum hominẽ,quàm etiã abundanti per legem,hîc oſtendit q̃ per gratiam Chriſti datur nobis facultas ad reſiſtendum peccatis futuris.Et circa hoc duo facit.Primò ponit quæſtionem ex præmiſsis ortã.Secun-

dò ſoluit eã,ibi(Abſit.ſi enim,&c.) Dixerat autem ſuprà,q̃ vbi abundauit delictum,ſuperabũdauit & gratia,quod quidem aliquis poſſet malè intelligere,quaſi abundantia delicti eſſet cauſa ſuperabundantiæ gratiarum:& ideo inducit quæſtionẽ dicens,Quid ergo dicemus?Nunquid permanebimus in peccato,vt gratia abundet?Quod quidem oporteret dicere,ſi abundantia delicti eſſet cauſa gratiæ abundantis,& non ſola occaſio,vt ſuprà dictum eſt.Vnde & ſuprà 3.Apoſtolus dicit,Sicut blaſphemamur,& ſicut aiunt quidam nos dicere,faciamus mala vt eueniant nobis bona.Hierem.12,Bene eſt omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt. ¶Deinde cùm dicit,(Abſit,&c.)ſoluit inductam quæſtionem.Et primò aſsignat rationẽ,quare non eſt nobis permanendum ſub peccato. Secundò concludit exhortationem intentam,ibi(Non ergo regnet,&c.)Circa primum duo facit.Primò aſsignat rationem,quare non ſit in peccato permanẽdum.Secundò oſtendit nobis ineſſe facultatẽ,ad hoc quòd non ſub peccato maneamus,ibi(Hoc ſcientes,&c.)Circa primum ponit talem rationem,Si ſumus mortui peccato,non debemus viuere in illo,ſed mortui ſumus peccato,ergo non debemus viuere in peccato.Circa hoc ergo quatuor facit. Primò ponit conditionalem. Secundò probat antecedens,ibi(An ignoratis,&c.)Tertiò concludit conſequens,ibi(Vt quomodo Chriſtus,&c.)Quartò probat neceſsitatem conſequẽtię,ibi(Si enim cõplantati,&c.)Dicit ergo primò,Abſit.ſ. quòd hac intentione permanendũ ſit in peccato vt gratia abundet,quia vt dicitur Eccle.15,Nemini mandauit deus impiè agere:& huius ratio eſt,Si enim mortui ſumus peccato,per hoc.ſ.quòd peccatũ eſt mortificatum in nobis,quomodo adhuc in illo viuemus?Non enim naturalis ordo rerum habet,vt à morte redeatur ad vitã.Eſa.26,Morientes non viuant,&c.Cant.5,Laui pedes meos,&c. ¶Deinde cùm dicit,(An ignoratis,&c.)probat antecedens.ſ.quòd fideles ſunt mortui peccato.Et primò proponit medium ad propoſitum oſtendendum.Secundò manifeſtat medium inductum,ibi(Conſepulti enim ſumus,&c.)Dicit ergo primò,An ignoratis, quaſi dicat, quod vobis proponendum eſt, eſt à deo manifeſtum quòd illud vobis ignorare non licet. 1.Corinth.14,Siquis ignorat, ignorabitur,quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu:quod intelligitur tripliciter.Vno modo ſecundum inſtitutionem Ieſu Chriſti. Matth.vlt.Docete omnes gentes baptizantes eos,&c.Secundò per inuocationem Ieſu Chriſti.Act.8,In nomine Ieſu Chriſti baptizantur viri ac mulieres.Tertiò in Chriſto Ieſu.i.in quadam conformitate ad Chriſtum Ieſum. Galat.3, Quicunque in Chriſto Ieſu baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.In morte ipſius baptizati ſumus.i.in ſimilitudinem mortis eius,quaſi ipſam mortẽ Chriſti in nobis repræſentãtes.2.Corint.4,Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circũferentes.Gal.vlt.Stigmata Ieſu in corpore meo porto.Vel in morte ipſius.i.per virtutẽ mortis eius.Apoc.1,Lauit nos à peccatis noſtris.Vnde de latere Chriſti pendentis in cruce poſt mortem fluxit ſanguis &aqua,vt dicitur Ioan.19,Sicut igitur eius morti configuramur inquantum peccato morimur, ſic ipſe mortuus eſt vita mortali, in qua erat ſimilitudo peccati, licet non eſſet ibi peccatũ.Ergo omnes qui baptizati ſumus,mortui ſumus peccato. ¶Deinde cùm dicit,(Cõſepulti enim, &c.)probat propoſitum medium.ſ.q̃ omnes baptizemur in conformitate ad mortẽ Chriſti,dicens,Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmũ in morte,quaſi dicat,Sepultura non niſi mortuis debetur. Mat. 8,Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos.Per baptiſmum autem homines ſepeliuntur Chriſto.i.cõformantur ſepulturæ ipſius. Sicut enim ille qui ſepelitur ponitur ſub terra, ita ille qui baptizatur,immergitur ſub aqua.Vnde & in baptiſmo fit trina immerſio,non ſolùm propter fidẽ trinitatis,ſed etiã ad repreſentãdum triduum ſepulturæ Chriſti.Et ſicut triduum ſepulturę non facit niſi vnã ſepulturam,ita trina immerſio nõ facit niſi vnũ baptiſma.Et inde etiã eſt q̃ in ſabbatho ſancto ſolennis baptiſmus in eccleſia celebratur quãdo cõmemoratur ſepultura Chriſti,ſicut & in vigilia pentecoſtes quando ſolennizatur de ſpiritu ſancto:ex cuius virtute aqua baptiſmi accipit vim purgãdi,vt dicitur Ioã.3, Niſi quis renatus fuerit ex aqua &ſpiritu ſancto,&c.Eſt tamen conſiderandum q̃ corporaliter aliquis prius moritur & poſtea ſepelitur:ſed ſpiritualiter ſepultura baptiſmi cauſat mortẽ peccati,quia ſacramentum nouæ legis efficit quod ſignat. Vnde cùm ſepultura,quę fit per baptiſmum,ſit ſignum mortis peccati,mortem efficit in baptizato.Et hoc eſt q̃ dicit quòd ſumus ſepulti in mortem:vt per hoc ipſum q̃ ſignum ſepulturæ Chriſti in nobis accipimus,cõſequimur mortem peccati. ¶Deinde cùm dicit,(Vt quomodo Chriſtus)infert conſequens.ſ.quòd non debeamus viuere in peccato,ad hoc quidem inducit ſimilitudinem ex reſurrectione Chriſti,dicens,Vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris.i.per virtutẽ patris,ex qua ipſe pater glorificatur,ſecundũ illud Pſal. Exurge gloria mea: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.i. per bona opera vitæ procedamus. Vita enim peccati vetuſtatem habet,quia in corruptionem nos ducit.Heb.8,Quod antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt.vnde & dicitur Bar.3, Quid eſt q̃ in terra inimicorũ es,inueteraſti in terra aliena,&c. Vnde & nouitas vitæ dicitur per quã aliquis redit ad integritatem: vt.ſ.ſit ſine peccato. Pſal. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.Ephe.4,Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. ¶Deinde cùm dicit,(Si enim)probat neceſsitatem cõſequentiæ,Chriſtus enim poſtquam fuit mortuus reſurrexit, vnde cõueniens eſt,vt illi qui conformantur Chriſto quãtum ad mortem in baptiſmo,conformentur etiã reſurrectioni eius per innocentiam vitæ.Et hoc eſt q̃ dicit,Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius.i.ſi in nobis aſſumamus ſimilitudinẽ mortis eius,vt ei incorporemur ſicut ramus qui inſeritur plantæ:vt quaſi nos in ipſa paſſione Chriſti inſeramur,ſimul & reſurrectionis erimus.ſ.ſimilitudini eius cõplantati,vt.ſ.in præſenti innocenter viuamus,& in futuro ad ſimilem gloriam perueniamus.Philip.3,reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.2.Tim.2,Si commortui ſumus & conuiuemus.Sic igitur ſicut Apoſtolus per ſimilitudinem mortis Chriſti probauit quòd ſumus mortui peccato, quod præmiſerat quaſi antecedens:ſic per ſimilitudinem reſurrectionis eius,probauit quòd non debemus viuere in peccato:quod quaſi conſequens ſuperius introduxit.

ne præcedẽtis.c.ducẽdo vbi abũdauit delictũ ſuperabũdauit & gratia.docetur etiã nõ eſſe manẽdũ in peccato, & q̃ ſit uirtuoſe operãdũ.

Tripliciter dicimur baptizati in Chriſto Ieſu.

In baptiſmo repræſentam⁹ in nobis mortẽ Chriſti.

Mod⁹ quo in nobis repſentamus mortẽ Chriſti in baptiſmo.

Lectio 2.

Hoc ſcientes quòd uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultra nõ ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam uiuemus cum illo, ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quòd autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos exiſtimate uos mor-

Oſtẽditnobis adeſſe facultatẽ non permanẽdi in peccato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuos quidem esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu.

¶Postquã Apostolus ostendit q̃ non est nobis in peccato permanẽdum, ex eo q̃ per baptismum mortui sumus peccato, hîc vlterius ostendit adesse nobis facultatem ad hoc obseruandũ. Et circa hoc duo facit. Primò proponit quod intendit. Secundò manifestat propositũ, ibi (Qui enim mortuus, &c.) Circa primũ duo facit. Primò proponit beneficiũ quod consecuti sumus. Secundò huius beneficii effectũ, ibi (Vt destruatur, &c.) Dicit ergo primò, dictum est q̃ debemus in nouitate ambulare. s. desistendo à peccato. Et ne hoc aliquis forte impossibile diceret, dicit q̃ sumus hoc scientes, quia vetus homo noster. i. vetustas hominis per peccatũ inducta simul. s. cũ Christo crucifixus est. i. per crucem Christi est mortificatus: sicut enim suprà dictum est, vetustas hominis per peccatũ inducta est inquãtum per peccatum bonum naturæ corrumpitur. Quæ quidem vetustas in homine principatur quãdiu homo peccato subiacet. Et quia id quod est principale in homine, dicitur esse ipse homo. Inde est q̃ in eo qui peccato subiicitur, ipsa vetustas peccati dicitur esse vetus homo. Vetustas autem peccati potest intelligi, vel ipse reatus, seu macula actualiũ peccatorum, vel etiã consuetudo peccandi: quæ quandã necessitatem ingerit ad peccãdum, vel etiã ipse fomes peccati proueniẽs ex peccato primi parẽtis. Sic igitur vetus homo noster dicitur esse simul crucifixus cũ Christo, inquãtum prædicta vetustas virtute Christi sublata est. Vel quia totaliter est amota, sicut totaliter amouetur in baptismo reatus & macula peccati. Vel quia diminuitur virtus eius sicut virtus fomitis, vel etiã consuetudinis peccãdi. Col. 2, Delẽs quod aduersum nos erat chirographũ decreti, quod erat cõtrariũ nobis: & ipsum tulit de medio, affigẽs illud cruci. ¶Deinde cùm dicit, [Vt destruatur, &.] ponit effectum prædicti beneficii duplicẽ, quorum primus est remotio præcedentiũ delictorum. Et hoc est q̃ dicit, Vt destruatur corpus peccati. Dicitur enim corpus peccati ipsa cõgeries malorum operũ, sicut ipsa cõgeries mẽbrorum facit vnum corpus naturale. Iob 41, Corpus eius quasi scuta fusilia, &c. Secũdus autẽ effectus est, vt caueamus à peccatis in futurũ: & hoc est q̃ subdit dicẽs, vt vltrà nõ seruiamus peccato. Tunc enim homo peccato seruit quãdo cõcupiscentiæ peccati obedit per cõsensum & corporis executionẽ. Ioan. 8, Qui facit peccatũ seruus est peccati. ¶Deinde cùm dicit, (Qui enim mortuus est, &c.) manifestat quod dixerat. Et primò quãtum ad primum effectum. Secundò quãtum ad secundum, ibi (Si autẽ mortui. &c.) Circa primum considerandum est q̃ congeries peccatorum destruitur quãdo peccata homini remittuntur. Sic igitur destructionem corporis peccati manifestat dicens, Qui enim mortuus est peccato. s. per baptismũ, quo Christo cõmorimur, iustificatus est à peccato. i. remissis peccatis trãslatus est in statum iustitię. 1. Corint. 6, Et hæc quidem fuistis aliquando, sed abluti estis, &c. Quia igitur per crucem Christi homo peccato moritur, cõsequens est quòd à peccato iustificetur, & ita quòd corpus peccati destruatur. ¶Deinde cùm dicit, (Si autem mortui, &c.) manifestat secundum effectum per cõformitatẽ ad vitam Christi tali ratione. Ille qui Christo morièti commoritur, simul cõuiuit & resurgenti. Christus autem sic resurrexit à mortuis tanquam nunquam de cætero moriturus: ergo ille qui mortificatus est peccato, sic Christo resurgẽti cõuiuit q̃ habet facultatem nũquã de cætero ad peccatum redeundi. Circa hoc ergo tria facit. Primò ostendit conformitatem hominis fidelis ad vitã Christi resurgentis. Secundò ponit conditionem vitæ resurgentis, ibi [Scientes q̃ Christus, &c.] Tertiò infert conclusionem intentam, ibi [Ita & vos, &c.] Dicit ergo primò, Si enim mortui sumus cum Christo. i. si virtute mortis Christi sumus mortui peccato, credimus quia & iam simul viuemus cum illo. i. ad similitudinem vitæ eius. viuemus inquã hîc vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ. Ephes. 2, Cùm essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos, &c. ¶Deinde cùm dicit, [Scientes] ponit conditionem vitę Christi resurgentis. Et primò ponit eam. Secundò probat, ibi [Quòd enim mortuus est, &c.] Dicit ergo primò, Hoc inquam quod dictum est credimus, scientes q̃ Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, sed viuit vita perpetua. Apoc. 1, Fui mortuus, & sum viuens in secula seculorum. Et quod plus est, mors illi vltrà non dominabitur, quæ. s. in homine dominatur, non solùm dum moritur per separationem animæ à corpore, sed etiam ante mortem dum patitur egritudinẽ, famem & sitim, & alia huiusmodi, per quæ peruenitur ad mortem: sed ab his libera est vita Christi resurgentis. Et ideo non subiicitur dominio mortis, sed potius ipse habet dominium super mortem. Apoc. 1, Habet clauem mortis & inferni. ¶Deinde cùm dicit, [Quòd enim mortuus est, &c.] probat propositum. s. quòd Christus resurgens vlterius nõ moriatur. & hoc dupliciter. Primò quidem ratione accepta ex parte mortis, quam sustinuit, dicens, Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Non autem intelligitur q̃ ipse mortuus est peccato quod ipse cõmisit vel contraxit, quia in eo nullo modo peccatum locum habuit. 1. Pet. 2, Qui peccatum nõ fecit, &c. Sed dicitur mortuus esse peccato dupliciter. Vno modo, quia mortuus est pro peccato tollendo. 2. Corint. 5, Eum qui non nouit peccatum pro nobis deus, fecit peccatum. i. hostiam pro peccato. Alio modo, quia mostuus est similitudini carnis peccati. i. vitæ passibili & mortali. Infrà 8, Deus misit filium suũ in similitudinem carnis peccati. Vtroque autem modo concludi potest q̃ Christus mortuus sit semel, ex hoc q̃ mortuus est peccato. Quantum enim ad primũ manifestum est q̃ per vnam mortem omnia peccata deleuit, secũdum illud Hebr. 10, Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Ideo non restat vt adhuc pro peccato moreretur. 1. Pet. 3, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, &c. Quantum ad secundum autem, idem potest cõcludi. Si enim Christus mortem sustinuit, vt deficeret in eo similitudo carnis peccati, debuit eius mors conformari aliis gerentibus carnem peccati, qui semel moriuntur. Vnde dicitur Hebr. 9, Quemadmodum statutum est hominibus semel mori, sic & Christus semel oblatus est, &c. Secundò ostendit idem ex cõditione vitæ, quam resurgendo adeptus est, dicens, Quòd autem viuit, viuit deo. i. ad cõformitatem dei. Dicitur enim 2. Corint. vlti. Quòd si crucifixus est ex infirmitate, viuit ex virtute dei. Effectus autem conformatur causæ. Vnde & vita quã Christus resurgẽs acquisiuit est diformis: sicut ergo vita dei est sempiterna & absque corruptione, secundũ illud. 1. Tim. vlti. Qui solus habet immortalitatẽ, ita & vita Christi est immortalis. ¶Deinde cùm dicit, [Ita & vos, &c.] infert conclusionem intentam vt conformemur vitæ Christi resurgentis, & quantum ad hoc q̃ mortuus est peccato. i. mortali vitæ, quæ habet similitudinem peccati, nunquam ad eam rediturus, & quantum ad hoc q̃ viuit ad conformitatem dei. Et quantum ad primum dicit,

Quid vetustas peccati à qua vetꝰ hõ dicitur.

Quid corpꝰ peccati.

Quid obedire peccato.

Christꝰ dicitur mortuꝰ peccato dupliciter.

Ita

Ita & vos existimate quidẽ mortuos esse peccato. s. tanq̃ ad peccatũ nunq̃ sitis reddituri. Esa. 26, Morientes non viuãt. Et q̃tum ad secũdum, dicit, Viuẽtes deo. i. ad honorẽ vel similitudinẽ dei, vt. s. nunq̃ per peccatũ moriamur. Gal. 2, Quòd autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei. Et ideo subdit, In Christo Iesu domino nostro. i. per Iesum Christũ, per quẽ & peccatis morimur, & deo viuimus: vel in Christo Iesu. i. tanq̃ incorporati Christo Iesu, vt per eius mortẽ moriamur peccato, & per eius resurrectionẽ viuamus deo. Eph. 2, Conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis per Christum.

Lectio 3.

NOn ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra uestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete uos deo, tanquam ex mortuis uiuentes, & mẽbra uestra, arma iustitiæ deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem deo, quòd fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis.

Hortatur.

Ratio exhortatiõis.

Quæstio ex dictis.

¶Postquam Apostolus ostendit q̃ non est nobis permanẽdum in peccato, & q̃ huius rei facultatem habemus, hîc cõcludit moralẽ exhortationem. Et circa hoc tria facit. Primò proponit admonitionẽ. Secũdò rationẽ assignat, ibi [Peccatũ enim &c.] Tertiò mouet quæstionẽ & soluit, ibi [Quid ergo? Peccabimus &c.] Circa primũ duo facit. Primò proponit admonitionẽ. Secũdò exponit eam, ibi [Vt obediatis &c.] Dicit ergo primò, Dictũ est q̃ vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, per quod datur intelligi q̃ virtus peccati intãtum diminuta est, vt nobis dominari non possit. Ergo peccatum de cętero nõ regnet in vestro mortali corpore. Non autẽ dicit, Non sit peccatum in vestro mortali corpore, quia quãdiu corpus nostrũ est mortale. i. necessitati mortis adictũ, non potest esse, quin in corpore nostro sit peccatũ. i. fomes peccati. Sed ex quo à deo liberati sumus à regno peccati, debemus conari q̃ peccatũ in corpore nostro dominium iam amissum in nobis nõ recuperet: & hoc est q̃ dicit, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et hoc quidem necessarium est cauere, dum corpus mortale gerimus, quia dicitur Sap. 9, Corpus quod corrũpitur, aggrauat &c. ¶Deinde cùm dicit [Vt obediatis &c.] exponit admonitionẽ præmissam. Circa quod considerãdum est q̃ dupliciter peccatũ regnat in homine. Vno modo per interiorem consensum mentis. Et hoc remouẽdo, dicit, Vt obediatis concupiscẽtiis eius. Obedire enim per consensum mẽtis concupiscẽtiis peccati, est peccatum regnare in nobis. Eccl. 18, Post concupiscẽtias tuas non eas. Secũdo modo regnat in nobis peccatum per operis executionem. Et ad hoc excludẽdum, subdit, Sed neq; exhibeatis membra vestra peccato. i. fomiti peccati, arma iniquitatis. i. instrumenta ad iniquitatem exequẽdam. Homo enim cùm per membra peccatum exequitur, ad iniquitatem exequitur: & hoc ipso pugnare videtur ad restituẽdum dominium peccati, quod per consuetudinem peccati in nobis conualescit. Ezech. 32, Cum armis suis ad inferos descẽderunt. ¶Deinde cùm dicit [Sed exhibete vos deo &c.] exhortatur ad contrariũ. vt. s. exhibeamus nos deo. Et primò quãtum ad interiorem affectũ, cùm dicit, Sed exhibeatis vos deo, vt. s. mens vestra ei subdatur. Deut. 10, Et nunc Israel quid dominus deus tuus requirit à te, nisi vt timeas dominum deum tuũ, & ambules in viis eius? Et hoc facere debetis tãquam ex mortuis viuentes. i. tanquam reducti ad vitam gratiæ, de morte culpæ. Nam & ideo iustum est, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. 2. Corint. 5, Secũdò quãtum ad exteriorẽ actum: vnde dicit, Exhibete mẽbra vestra deo. i. ad eius obsequium arma iustitiæ. i. instrumẽta quædam ad iustitiam exequẽdam, quibus. s. pugnetis cõtra inimicos dei. Ephes. vlt. Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. ¶Deinde cùm dicit [Peccatũ enim &c.] assignat rationem admonitionis prædictæ. Posset enim aliquis seipsum excusare allegãs peccati dominiũ per quod assereret se ab obseruatione admonitionis prædictæ impediri. Hoc ergo Apost. primò excludit, dicẽs, Peccatũ em̃ vobis nõ dominabitur. s. si ceperitis peccato resistere & vos deo exhibere, secũdum illud Ia. 4, Appropinquate deo, & appropinquabit vobis: resistite diabolo, & fugiet à vobis. Quasi dicat, Ideo potestis prædicta obseruare, quia nõ inuenietis peccatũ in vos dominari, p quod retrahi possitis: sumus enim liberati à Christo, secũdum illud Io. 8, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Secũdò manifestat quod dixerat, dicẽs, Nõ enim estis sub lege, sed sub gratia. Vbi cõsiderãdum est q̃ nõ loquitur hîc de lege solũ, q̃tum ad cerimonialia, sed etiam q̃tum ad moralia, sub qua quidẽ aliquis dicitur esse dupliciter. Vno modo quasi legis obseruãtiæ volũtariè subiectus. Et hoc modo etiã Christus fuit sub lege, secũdum illud Gal. 4, Factũ sub lege: quia. s. legẽ obseruauit, nõ solùm q̃tum ad moralia, sed etiam q̃tum ad cerimonialia. Fideles autẽ Christi sunt quidẽ hoc modo sub lege, q̃tum ad moralia, nõ autem q̃tum ad cerimonialia. Alio modo dicitur aliquis esse sub lege, quasi à lege coactus. & sic dicitur esse sub lege, qui nõ volũtariè ex amore, sed timore cogitur legẽ obseruare. Talis autẽ caret gratia, quæ si adesset, inclinaret volũtatẽ ad obseruãtiam legis, vt ex amore moralia eius præcepta impleret. Sic igitur q̃diu aliquis sic est sub lege, vt nõ impleat volũtariè legẽ, peccatũ in eo dominatur ex quo volũtas hominis inclinatur, vt velit id quod est cõtrarium legi, sed per gratiã tale dominiũ tollitur: vt. s. homo seruet legem, nõ quasi sub lege existẽs, sed sicut liber, Gala. 4, Non sumus ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit. Hanc autem gratiam faciẽs homines liberè legem implere, non conferebãt legalia sacramẽta, sed cõferunt eam sacramenta Christi. Et ideo illi qui se cerimoniis legis subiiciebãt, quãtum pertinet ad virtutem ipsorũ sacramẽtorum legalium, nõ erant sub gratia, sed sub lege, nisi fortè per fidẽ Christi gratiam adipiscerentur. Illi verò qui se sacramentis Christi subiiciunt, ex eorum virtute gratiã consequũtur, vt non sint sub lege, sed sub gratia, nisi fortè per suam culpã se subiiciant seruituti peccati. ¶Deindè cùm dicit [Quid ergo &c.] mouet quæstionem cõtra id quod dictũ est. Et circa hoc tria facit. Primò proponit quæstionẽ. Secundò soluit eam ducẽdo ad incõueniens, ibi [Absit. An nescitis &c.] Tertiò ostẽdit esse incõueniens ad id quod dixerat, ibi [Gratias ago deo &c.] Circa primum considerandum est q̃ verbum præmissum poterat malè intelligi ab aliquibus, vt, scilicet, fideles Christi non sint sub lege, quantum ad debitum obseruãdi præcepta moralia, ex quo sequeretur q̃ fidelibus Christi licitũ esset peccare, scilicet contra præcepta moralia faciẽdo. Et ideo sub hoc sensu quæstionẽ mouet, dicens, Quid ergo dicemus? Nũquid peccabimus. s. cõtra præcepta moralia legis fa-

Nõ sumus sub lege nec Moysi nec naturæ, sed vide hic q̃ sub lege dicitur aliqs esse dupliciter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nō sic dicimur nō esse sub lege naturæ q̄ non teneamur seruare eius præcepta.

ciendo,quoniam dictum est q̄ non sumus sub lege,sed sub gratia. Et hunc sensum Apostolus improbat ad Gal.5.dicens,Vos in libertatem vocati estis fratres mei,tātum ne detis in occasionem carnis libertatem.Et ideo hīc etiam respōdens,subdit,Absit.s.vt peccemus,quia sumus à lege liberati:quia si peccaremus,sequeretur hoc incōueniens q̄ iterum redigeremur in seruitutem peccati.Et hoc est q̄ dicit,An nescitis, quoniā cui vos exhibetis propria voluntate seruos ad obediendum,spōtaneè serui estis,cui obeditis.Obedire enim debitū est,quod serui dominis debēt.Ephes.6,Serui obedite dominis carnalibus.Vnde cùm aliquis obedit alicui,se seruū profitetur eius obediēdo.Diuerso tamen stipēdio,diuersis dominis obeditur. Qui enim obedit peccato,per seruitutē peccati ducitur in mortem.Et hoc est q̄ dicit,Siue peccati.s.serui estis ei obediēdo.Et hoc in mortem.i.æternam dānationem præcipitādi:de qua dicitur Apoc.2, In his mors secūda non habet locum. Qui verò obedit deo,efficitur huius obedientiæ seruus:quia per assuetudinē obediendi,mens eius magis ac magis ad obediēdum inclinatur,& ex hoc iustitiam perficit.Et hoc est q̄ dicit,Siue obeditionis.s.diuinorum præceptorū,serui estis ad iustitiam implendam,secūdum illud suprà 2, Factores legis iustificabuntur.Et satis cōuenienter obeditionem peccato opponit,eo q̄ sicut Ambr.dicit,Peccatum est transgressio legis diuinæ,& cęlestium inobdientia mādatorum.Deinde cùm dicit[Gratias autem deo.]ostendit hoc esse inconueniens.s. q̄ obediēdo peccato,iterum reducamur in seruitutē peccati.Primò quidem ratione accepta ex beneficio quod cōsecuti sumus.Si enim aliquis per gratiā alicuius à seruitute liberatur,incōueniens est q̄ se spōtaneum subiiciat seruituti:vnde cū nos per gratiam dei simus liberati à peccato,incōueniens est q̄ iterum nos spōte retrudamus in seruitutem peccati.Secūdò ex conditione in quam ducti sumus post libertatem peccati,vt.s.simus serui iustitiæ. Non licet autē seruo alicuius,se contrarii domini seruituti subiicere: vnde nobis nō licet ex quo sumus facti serui iustitiæ,iterum redire ad seruitutem peccati. Vtrāq; rationē Apostol.simul tāgit,dicens,Gratias ago deo:sic & vos gratias agere debetis,q̄ cùm essetis serui peccati:quia qui facit peccatum,seruus est peccati.Io.8.Obedistis.s.credendo.suprà 1, Ad obediēdum fidei in omnibus Gentibus.Et hoc nō coacti,sed ex corde.infrà 10.Corde creditur ad iustitiam.In eam formā doctrinæ.i.in doctrinā catholicæ fidei.2.Tim.1,Formam habēs sanorum verborū quæ à me audisti.In quam traditi estis.i.cui vos totaliter subdidistis.2. Cor.8,Semetipsos dederunt primùm deo,deinde nobis per voluntatem dei.Et per hoc liberati estis à peccato,& ita non conuenit quòd in seruitutem peccati redeatis.Et serui facti estis iustitiæ, & ita non conuenit quòd iustitiam deseratis.1.Corint.7, Pretio empti estis,& non estis vestri.

Lectio 4.

Hvmanum dico propter infirmitatem carnis uestræ.Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem . Cùm enim serui essetis peccati,liberi fuistis iustitiæ.Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorū mors est.Nunc uerò liberati à peccato, serui autem facti deo,habetis fructum uestrū in sanctificationem,finem uerò uitam æternam.Stipendia enim peccati,mors.Gratia autem dei,uita æterna in Christo Iesu domino nostro.

Cōditio documenti. Documētū Cōditio status iustitiæ. Finis mali & bon.

¶Postquam Apostolus ostēdit ratione accepta ex beneficio diuino,q̄ non est nobis in peccato permanēdum,sed deo seruiendum,hīc ostendit idem ratione accepta ex priōris vitæ consuetudine. Et circa hoc tria facit.Primò proponit suppositi documenti cōditionem,quod subdit.Secundò ponit documenti expressionem,ibi [Sicut em exhibuistis &c.]Tertiò documēti rationē assignat,ibi[Cùm enim serui &c.] Dicit ergo primò,Monui,q̄ exhibeatis vos deo. Adhuc dico vobis quoddā humanum,i.cōgruens imbecilitati humanę.Sic enim quādoq; homo accipitur in scriptura,prout.s.significat cōditionem infirmitatis humanæ.Sap.9.Homo infirmus & exigui temporis & minor ad intellectum iudicii & legum.1.Cor 3,Cùm sit inter vos zelus & contentio,nonne carnales estis,& secūdum hominem ambulatis? Causam autem assignat,subdēs, Propter infirmitatem,Perfectis enim,sunt perfectiora præcepta tradēda.1.Cor.2,Sapientiam loquimur inter perfectos.Heb.5,Perfectorū est solidus cibus. Infirmioribus sunt danda leuiora præcepta.1.Cor.3,Tāquam paruulis in Christo,lac potum dedi vobis,non escam.Hebr.5,Facti estis quibus lac opus est.Hæc autem infirmitas non ex spiritu,sed ex carne venit,quia corpus quod corrumpitur,aggrauat animam,vt dicitur Sapien.9.Et ideo subdit [Carnis vestræ.]Matt.26,Spiritus quidem promptus est,caro autem infirma.

Præfertur status gratiæ statui culpæ.

¶Deinde cùm dicit[Sicut enim exhibuistis &c.]ponit documētum quod dicit esse humanum in quo decet corpus esse æqualiter exhibendum ad seruiendum iustitiæ , secundum quòd nos exhibuimus ipsum ad seruiendum peccato.Et hoc est quòd dicit,Sicut enim exhibuistis membra vestra seuire.s.per executionem mali operis,immūditiæ & iniquitati corde conceptæ, vt immūditia referatur ad peccata carnalia. Ephes.5, Omnis fornicatio aut immūditia nec nominetur in vobis &c,Iniquitas autem refertur ad peccata spiritualia,& præcipuè quibus læditur proximus. Psalm.Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quibus in corde conceptis,mēbra seruiunt ad iniquitatem.s.opere exequēdam. Et ponit iniquitatem hīc pro immūditia & iniquitate,secūdum quòd omne peccatum est iniquitas,infrà 13. Et hoc inquātum discordat ab æquitate legis diuinæ. Ita nunc.s.liberati à peccato,exhibete mēbra vestra.s.per executionem bonorū operum seruire iustitiæ,in lege diuina nobis propositæ:& hoc in sanctificationem.i.in executionem & augmentum sanctitatis.Apoc.vlt.Sanctus sanctificetur adhuc.Dicit autē hoc esse humanum,quia secūdum rectū iudicium exigeretur:vt homo multò plùs seruiret iustitiæ,q̄ antè seruierit peccato.Bar.4,Sicut fuit sensus vester,vt erraretis à deo decies tantū iterum conuertētes requiretis eum.Huius documenti rationē consequēter assignat, dicēs,[Cùm enim serui &c.]Et circa hoc duo facit.Primò proponit rationē prædictorum. Secūdò probat quod supposuerat,ibi[Stipēdia peccati mors &c.]Ostēdit autē rationem præmissorū præferēdo statum gratiæ statui culpæ.Si enim plura nobis bona ex iustitia proueniūt q̄ ex culpa,magis debemus insistere ad seruiēdum iustitię,q̄ studuerimus ad seruiēdum peccato.Primò ergo ponit cōditionem status peccati.Secūdò cōditionē status iustitiæ,ibi[Nūc verò liberati &c.] Circa primū tria facit.Primò ponit cōditionē peccati. Secūdò effectū peccati,ibi[Quē ergo fructum&c.]Tertiò finē,ibi[Nā finis illorū &c.]Circa primū considerandum est q̄ homo naturaliter est liberi arbitrii, propter rationem & volūtatem,quæ cogi non potest: inclinari tamen ab aliquibus potest.Semper ergo homo,quātum ad arbitriū rationis,remanet liber à coa-

De libero arbitrio.

fol. seq. 26.

ritus,in spiritu renouati per gratiam Christi.Eze.36, Dabo vobis cor nouum,& spiritū nouum ponam in medio vestri,non in vetustate literæ.i.non secūdum veterem legem.Vel non in vetustate peccati,quam litera legis auferre non potuit.Psal.Inueteraui inter omnes inimicos meos.

Lectio 2.

Qvid ergo dicemus? Lex peccatū est? Absit.Sed peccatum nō cognoui,nisi per legem.Nam concupiscētiam nesciebā, nisi lex diceret, Non cōcupisces.Occasione autem accepta, peccatū per mādatum operatum est in me omnem concupiscētiam.Sine lege enim peccatum mortuum erat.Ego autem uiuebam sine lege aliquando.Sed cùm uenisset mandatum,peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum,& inuētum est mihi mādatum quod erat ad uitam,hoc esse ad mortem.Nam peccatum occasione accepta per mandatum,seduxit me,& per illud occidit.Itaque lex quidē sancta,mandatum sanctum,& iustum,& bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit.Sed peccatum, ut appareat peccatum,per bonum operatum est mihi mortem,ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

¶Postquā Apostolus ostēdit q̄ per gratiam Christi liberamur à seruitute legis,& q̄ ista liberatio est vtilis, hīc respōdet cuidā obiectioni,qua ex præmissis occasionē habet,per quam videtur q̄ lex vetus,nō sit bona. Et circa hoc duo facit.Primò soluit obiectionē per quā videtur legē nō esse bonā. Secūdò ostēdit legē esse bonā,ibi[Scimus enim &c.]Circa primū duo facit.Primò proponit obiectionem q̄tum ad ipsam legē.Secundò soluit,ibi[Itaq; lex quidē sancta &c.]Dicit ergo primò,Dictū est q̄ passiones peccatorū erāt per legem,& q̄ est lex mortis,quid ergo dicemus ex his sequi?Nūquid dicemus q̄ lex est peccatū?Quod quidem potest intelligi dupliciter.Vno modo q̄ lex peccatum doceat,sicut dicitur Hier.10, Leges populorū vanæ sunt:quia.s.vanitatem docēt.Alio modo,vt lex dicatur peccatū,quia ille qui legem dedit,peccauerit,talem ferēdo:& hæc duo inuicē se consequuntur:quia si lex peccatū docet,legislator legem ferēdo peccat. Esa.10, Vę qui cōdunt leges iniquas.Videtur autem q̄ lex peccatum doceat,si passiones peccatorū sunt per legem, & lex ducit ad mortē. ¶Deinde cùm dicit[Absit.]soluit prædictā obiectionem.Circa quod sciēdum est q̄ si lex per se & directè causaret passiones peccatorum vel mortē,sequeretur q̄ lex esset peccatum altero modorū dictorum,nō autē si lex est occasio passionum peccati & mortis.Circa hoc ergo tria facit.Primò ostēdit quid lex per se facit.Secundò ostendit quid ex ea occasionaliter sequatur,ibi[Occasione autem accepta &c.]Circa primū tria facit.Primò respōdet ad quæstionē,dicens,Absit.s.q̄ lex sit peccatum.Neq; enim ipsa docet peccatū,secūdum illud Psal. Lex domini immaculata.Neq; legislator peccauit,quasi iniustā legem ferens,secūdum illud Prou.8,Per me reges regnāt,&c. ¶Secundò,ibi[Sed peccatū &c.]ponit id quod per se pertinet ad legem.s.notificare peccatum,& nō auferre.Et hoc est q̄ dicit[Sed peccatum nō cognoui nisi per legem]suprà 3,Per legem enim dei cognitio peccati. Et siquidē hoc intelligitur de lege naturali manifestū est quod dicitur,quia per legem naturalē homo diiudicat bonū & malum.Eccle.17,Sensu impleuit corda illorum & bona & mala ostēdit.Sed Apostol.hīc videtur loqui de lege veteri,quam significauit suprà,dicens[Nō in vetustate literæ.] ¶Dicēdum est ergo q̄ sine lege poterat quidē peccatum cognosci secūdum q̄ habet rationem inhonesti.i.cōtra rationem existens:nō autem secūdum q̄ importat offensam diuinam, quia per legem diuinitus datam manifestatur homini q̄ deo displicent peccata humana,in hoc q̄ ea prohibet & mādat puniri. ¶Tertiò ibi[Nam cōcupiscentiam &c.]probat quod dixerat,dicens,Nam concupiscētiam nesciebā,nisi lex diceret[Non cōcupisces.]Circa quod considerādum est q̄ hoc quod dixerat,Peccatum nō cognoscebam,nisi per legem.posset aliquis referre ad ipsum actū peccati quem lex in notitiā hominis ducit,dum ꝓhibet:& hoc quidē verum est quātum ad aliqua peccata.Dicitur enim Leuit.18,Mulier non succūbet iumento. ¶Sed q̄ hīc nō sit intellectus Apostoli,patet ex his quæ hīc dicūtur.Nullus enim est qui ipsum actū concupiscentiæ ignoret,cùm omnes ipsum experiātur.Est ergo intelligēdum,sicut suprà diximus,q̄ peccatum nō cognoscitur,nisi per legē,quātum ad reatū pœnæ & offensam dei. Ideo autē hoc probat per concupiscētiam,quia concupiscentia praua cōmuniter se habet ad omnia peccata.Vnde glo.dicit & Aug. Hīc elegit Apostol.quod est generale peccatum.s. concupiscētiam. Bona est ergo lex quæ dum concupiscētias prohibet,omnia mala prohibet.Potest autē intelligi q̄ concupiscētia sit generale peccatū, secūdum q̄ sumitur pro concupiscētia cuiuslibet peccati.Nō autem sic appellauit Aug.concupiscētiam,generale peccatū:sed quia est radix & causa omnis peccati aliqua concupiscētia specialis.Vnde & glo.dicit q̄ concupiscētia est generale peccatum,vnde omnia mala veniūt. Inducit enim Apostolus præceptum legis, quod habetur Exod.20,vbi specialiter prohibetur, Non cōcupisces rem proximi tui.quæ est cōcupiscētia auaritiæ:de qua loquitur 1.Tim.6,Radix omniū malorum est cupiditas.Et hoc ideo,quia pecunię obediūt omnia:vt dicitur Eccle.10,Et ideo concupiscētia,de qua hīc loquitur,est generale malum,non cōmunitate generis vel speciei,sed cōmunitate causalitatis.Nec est cōtrarium quod habetur Eccle.10.Initiū omnis peccati,superbia.Nā superbia est initiū peccati ex parte auersionis. Cupiditas autē est principiū peccatorū ex parte cōuersionis ad bonū cōmutabile.Potest autē dici q̄ Apostol.specialiter assumit cōcupiscētiam ad ꝓpositi manifestationem,quia vult ostēdere q̄ sine lege peccatū non cognoscebatur,inquātum.s.pertinet ad offensam dei:& hoc maximè patet in hoc q̄ lex dei prohibet concupiscētiam quæ ab homine nō prohibetur.Nam solus deus hominē reum reputat propter concupiscētiam cordis:secūdum illud 1.Reg.16,Homines vident quæ parēt,deus autē intuetur cor.Ideo autē lex dei potius prohibuit concupiscētiam rei alienæ, quæ furto aufertur,& vxoris alienæ,quæ per adulteriū violatur,q̄ concupiscētiam aliorū peccatorum: quia ista peccata etiā concupiscētiam habēt & quādam delectationē,quod nō cōtingit de aliis peccatis. ¶Deinde cùm dicit[Occasione autē &c.]Ostēdit quid ex lege occasionaliter cōsequatur. Et primò ꝓponit quod intēdit.Secūdò manifestat propositū,ibi[Sine lege &c.] Dicit ergo primò q̄ peccatum occasione accepta per mādatum.s.legis prohibētis peccatū,operatū est in me omnē cōcupiscētiam.Per peccatū autē potest hīc intelligi diabolus secūdū emphaticā locutionē,quia ipse est peccati initiū.Et secūdū hoc in homine operatur omnē cōcupiscētiam peccati.1.Io.3,Qui facit peccatū,ex diabolo est,qa ab initio diabol⁹ peccauit.Sed quia Apost. hīc de diabolo mētionem nō fecerat,potest dici q̄ peccatū actuale quodcūq; est,cogitatiōe aprehēsum,operatur in homine,sui cōcupiscētiam:secūdum illud Ia.1,Vnusquisq; tētatur à cōcupiscētia sua: deinde cōcupiscētia parit peccatū.Sed melius est q̄ hoc referamus ad peccatū,quod suprà dixerat,ꝓ vnum

Per se pertinet ad legē notificare peccatū nō auferre.

Per legē naturæ, sine lege Moysi et alia positiua,poterat cognosci peccatū habere rationē inhonesti,nō tamē esse contra deum.

Peccatū nō cognoscitur quoad reatū pœnæ nec quoad offensam contra deū p solā legem naturæ,sed p legē positiuā, quarū prima est Moysi.

Cōcupiscētia est malū generale generalitate causalitatis, nō generis vel speciei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cũ dicitur peccatũ operari oẽm cõcupiscẽtiã, capitur peccatũ p originali, quod veniẽte gratia, trãsit reatu, sed manet actu p fomitem. Vel p peccatũ intelligitur cõcupiscẽtia habitualis, quæ operatur actualem.

hominem in hunc mũdum ingressum.s.ad peccatũ originale,quod.s.ante gratiã Christi est in homine secũdum culpã & pœnam:sed veniẽte gratia trãsit reatu & permanet actu quãtum ad fomitẽ peccati vel cõcupiscẽtiam habitualem,quę operatur in homine omnẽ concupiscẽtiam actualẽ,siue hoc referatur ad cõcupiscẽtias diuersorũ peccatorum.Alia enim est cõcupiscẽtia furti,alia adulterii,& sic de aliis.Siue referatur ad diuersos concupiscẽtiæ gradus prout cõsistit in cogitatione,delectatione,cõsensu & opere.Sed ad hũc effectum in homine operãdum peccatũ accipit occasionẽ ex lege.Et hoc est q̃ dicit [Occasione accepta.]Vel quia aduenientẽ mãdato additur ratio præuaricationis:quia vbi nõ est lex,nec præuaricatio:vt suprà 4.dictũ est:vel quia crescit desiderium peccati ꝓhibiti rationibus suprà positis.Et est notãdum q̃ non dicit q̃ lex dederit occasionẽ peccãdi,sed quia ipsum peccatũ occasionẽ acceperit ex lege.Ille enim qui dat occasionẽ scãdalizat,& per cõsequens peccat:quodquidẽ fit quando aliquis facit aliquod opus minus rectũ,vnde proximus offenditur aut scãdalizatur,putà si qs loca inhonesta frequẽtaret,licet nõ mala intẽtione. Vnde dicitur infrà 14,Hoc iudicate magis ne ponatis offendiculũ fratribus vel scãdalum.Sed si quis rectũ opus faciat,putà si det eleemosinã,& alius inde scãdalizatur,ipse nõ dat occasionem scandalizãdi,vnde nec scãdalizat,nec peccat,sed alius accipit occasionem qui scãdalizatur,& ille peccat.Sic igitur lex rectũ aliquid fecit,quia peccatum prohibuit,vnde occasionem nõ dedit peccãdi:sed homo occasionem ex lege accipit,& propter hoc sequitur q̃ lex non sit peccatum,sed magis q̃ peccatum sit ex parte hominis . Sic igitur intelligẽdum est q̃ passiones peccatorum quæ pertinẽt ac concupiscẽtiam peccati, nõ sunt per legem, quasi lex illas operetur, sed peccatum illas operatur accepta occasione ex lege.Et eadem occasione dicitur lex mortis:non quia lex mortem operetur,sed quia peccatum mortẽ operatur occasione accepta ex lege.Potest autem eodẽ sensu litera aliter ordinari,vt dicatur q̃ peccatum operatũ est per mãdatum legis,omnem concupiscẽtiam,& hoc occasione accepta ab ipso mãdato,sed prima expositio simplicior & melior est. ¶ Deinde cùm dicit[Sine lege enim]manifestat quod dixerat,& hoc per experiẽtiam effectus. Et primò proponit effectum, Secũdò resumit causam.ibi[Nam peccatũ &c.]Circa primũ tria facit.Primò describit statum ante legẽ,Secũdò statum sub lege,ibi[Sed cùm venisset,&c.]Tertiò ex cõparatione vtriusq; status,cõcludit euẽtum legis,[Et inuentũ est mihi &c.]Dicit ergo primò q̃ peccatũ occasione accepta per mãdatum operatũ est in me omnẽ cõcupiscẽtiam,quod ex hoc apparet,Sine lege em̃ peccatũ erat mortuũ,non quidẽ sic q̃ peccatũ non esset, quia p vnum hominẽ peccatũ in hũc mũdum intrauit ante legẽ:vt suprà 2.dictũ est.Sed intelligitur q̃ erat mortuũ vel q̃tum ad cognitionẽ hominis qui quidẽ in lege ꝓhibita nesciebat esse peccatũ, putà cõcupiscẽtiã:vel quia erat mortuũ q̃tum ad efficaciã moriẽdi per cõparationem ad id quod postea fuit:nõ enim habebat tãtam virtutẽ inducẽdi hominẽ ad mortem,quãtam postea habuit occasione accepta sub lege.Habetur enim quasi mortuũ quod est debilitatũ virtute.Col.3,Mortificate mẽbra vestra q̃ sunt super terrã.Talis ergo erat status ante legẽ quãtum ad peccatũ.Sed qualis esset q̃tum ad hominẽ ostẽdit,subdens, Ego autẽ viuebã sine lege aliquãdo.Quod etiã dupliciter potest intelligi.Vno modo q̃tum ad id quod homini videbatur ex seipso q̃ viueret,dũ ignorabat peccatũ esse id p quod mortuus erat.Apoc.3,Nomen habes q̃ viuas, sed mortuus es.Vel hoc dicitur per cõparationem ad mortẽ quę cõsecuta est occasione legis.Dicũtur enim minus peccãtes viuere,in cõparatione ad eos q̃ magis peccãt. ¶ Deinde cũ dicit[Sed cũ venisset&c.]describit statũ sub lege.Et primò q̃tum ad peccatũ,cùm dicit[Sed cũ venisset mandatũ.]Data.s.lege,reuixit peccatũ.Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo q̃tum ad cognitionẽ hominis q̃ incepit cognoscere peccatũ in se esse,quod prius nõ cognouerat.Hie.31,Postq̃ ostẽdisti mihi p̃cussi femur meũ,cõfusus sum & erubui.Et signãter dixit,Reuixit,quia in paradiso plenã notitiã homo habuerat de peccato,licet nõ habuerit p experiẽtiã.Vel,Reuixit,q̃tum ad virtutẽ, quia data lege occasionaliter augmẽtata est virtus peccati.1.Cor. 15,Virtus peccati,lex.Secũdò q̃tum ad ipsum hominẽ,cũ dicit[Ego autẽ mortuus sum.]Quod etiã dupliciter potest intelligi.Vno modo secundũ cognitionẽ,vt sit sensus,Mortuus sum.i.cognoui me mortuũ. Alio modo per cõparationem ad statũ priorem,vt sit sensus,Mortuus sum.i.magis morti obligatus sum,q̃ antè. Vnde aliqualiter verũ est quod dictũ est Moysi & Aarõ.Nu.16,Vos interfeciſtis populũ domini. ¶ Deinde cùm dicit[Et inuẽtum &c.]cõcludit ex cõparatione vtriusq; status euẽtum legis,dicens,Et inuẽtum est, secũdum prædicta,mãdatum quod erat ad vitam.Primò quidẽ secũdum intẽtionẽ dãtis legẽ.Secũdò q̃tum ad ipsam mãdati honestatẽ & deuotionẽ obediẽtis.Eze.20, Dedi eis p̃cepta bona & iudicia,quæ faciẽs homo,viuet in eis.hoc est mihi ad mortẽ occasionaliter.s.p̃ peccatũ quod in homine erat. Iob 20, Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidũ &c. ¶ Deinde cũ dicit [Nam peccatũ &c.]resumit causam quasi manifestã per euẽtum præmissum,dicens[Hoc ideo cõtingit].s.q̃ mãdatum quod erat ad vitam,inueniretur ad mortẽ esse.Nam peccatũ occasione accepta per mãdatum seduxit me.s.per concupiscẽtiam quam in me operatum est,vt dictum est Daniel.13,Species decepit te,& concupiscẽtia subuertit cor tuum:& per illud.s. mandatum occasionaliter peccatum,me occidit.2.Cor.3,Litera occidit. ¶ Deinde cùm dicit [Itaque lex &c.]concludit cõclusionem intẽtam.s.q̃ lex nõ solùm nõ sit peccatum,sed vlterius q̃ sit bona,tanq̃ faciẽs cognoscere peccatum & prohibẽs ipsum.Et primò concludit quãtum ad totã legem,dicens, Sicut ex præmissis patet,lex quidem est sancta.Psal.Lex domini immaculata.1.Tim.1,Scimus quia bona est lex.Secũdò quãtum ad particulare legis mandatum,dicens, Et mãdatum legis est sanctum quantũ ad præcepta cerimonialia quibus homines ordinantur ad dei cultum.Leuit.20, Sancti estote, quia ego sanctus sum. Et iustum q̃tum ad p̃cepta iudicialia quibus homo debito modo ordinatur ad proximũ.Psa.Iudicia domini vera iustificata, &c.Et bonum.i. honestum quãtum ad præcepta moralia.Psal.Bonũ mihi lex oris tui super milia, &c.Quia tamen omnia præcepta ordinãt nos in deũ,ideo totam legem sanctã nominauit. ¶ Deinde cùm dicit [Quod ergo bonũ est &c.] mouet quæstionem quãtum ad legis effectũ.Et primò quæstionem,dicẽs, Quod ergo bonũ est.s.in se,factũ est mihi mors.i.per se causa mortis.Quod quidẽ aliquis poterat falsò intelligere ex eo quod suprà dictũ est,Inuẽtum est mihi mãdatum quod erat ad vitã,hoc esse ad mortẽ.Secũdò soluit p interẽptionem,dicẽs [Absit.]Nõ potest id quod est secũdũ se bonũ & viuificũ esse causa mali & mortis,secundũ illud Mat.7,Nõ potest arbor bona fructus malos facere.Tertiò,ibi[Sed peccatũ &c.]

Dupliciter dicitur peccatũ reuixisse adueniente lege.

Fol. seq.

ctione, nõ tamen est liber ad inclinatione. Quãdoq; enim liberũ arbitrium inclinatur ab bonũ per habitũ gratiæ vel iustitiæ:& tunc habet seruitutẽ iustitiæ,& est liber à peccato. Quãdoq; autẽ arbitrium inclinatur ad malũ per habitum peccati:& tũc habet seruitutẽ peccati,& libertatẽ iustitiæ. Seruitutem quidẽ peccati dico,quia trahitur ad consentiẽdum peccato cõtra iudiciũ rationis.Io.8,Qui facit peccatũ,seruus est peccati.Et q̃tum ad hoc,dicit,Cũ enim serui essetis peccati.Libertatẽ verò à iustitia,q̃tum ad hoc,q̃ homo absq; freno iustitiæ pręcipitat se in peccatũ.E q̃tum ad hoc,dicit[Liberi fuistis iustitiæ.]quod præcipuè cõtingit his qui ex certo proposito peccãt.Nã illi qui ex infirmitate vel passione peccãt,aliquo freno iustitiæ retinẽtur,vt nõ videãtur à iustitia omnino liberi.Hie.2, A seculo fregisti iugũ,rupisti vincula,dixisti nõ seruiam. Iob 11,Vir vanus in superbiam erigitur,& tanq̃ pullum onagri,liberum se putat.Sciẽdum est tamen,q̃ iste status habet verã seruitutem,libertatẽ autem nõ veram,sed apparẽtem.Cùm enim homo sit id quod est secũdum rationem, tunc homo verè est seruus, quãdo ab aliquo extremo abducitur ab eo quod est rationis. Sed q̃ aliquis freno rationis non cohibeatur à sequela concupiscẽtiæ,est libertas quãtum ad opinionem illius qui summũ bonum putat concupita sequi. ¶ Deinde cùm dicit[Quem ergo fructũ &c.]ostendit effectum peccati.Et vnum quidẽ effectum excludit.s.effectũ fructuosum,cùm dicit, Quem ergo fructum.s.cùm peccabatis in illis.s.peccatis.Sunt enim infructuosa peccati opera, quia non adiuuãt hominem ad beatitudinem consequendam.Esa.59,Opera eorum,opera inutilia.Mich.2,Væ qui cogitatis inutile,& operamini malum in cubilibus vestris.Astruit autem effectũ cõfusibilem,dicẽs,In quibus.s.peccatis.i.de quibus nunc, scilicet in statu pœnitentiæ erubescitis,propter eorum turpitudinem.Hie.31,Postq̃ ostendisti mihi,percussi femur meũ confusione,& erubui.Esa.1, Erubescetis super ortis.s.voluptatis,quos elegeratis. ¶ Deinde cùm dicit[Nã finis &c.]ponit finem peccati,dicẽs,Nam finis illorum.s.peccatorũ,mors est. Quæ quidẽ & si nõ sit finis operãtis peccatum, quia peccãdo non intẽdit mortem incurrere,est tamen finis ipsorum peccatorũ,quia nata sunt mortem inducere tẽporalem:quia cùm anima à se deũ separat,dignũ est,vt ab ea corpus suũ separetur: & æternã,quia cùm aliquis vult separari à deo propter concupiscẽtiam peccati, dignum est vt ab eo æternaliter separetur,quod est mors æterna:suprà 1,Qui talia agunt,digni sunt morte. ¶ Deinde cũ dicit[Nunc verò &c.]ostẽdit qualitatẽ status iustitiæ.Et primò ponit cõditionem status iustiiæ.Secũdò effectũ,ibi[Habetis fructũ vestrum &c.]Tertiò ponit finẽ,ibi[Finem verò &c.]Circa primũ considerãdum est,q̃ sicut quãdo aliquis à peccato inclinatur ad malũ, est libera iustitia:ita cũ aliquis ex habitu iustitię & gratię inclinatur ad bonũ,est liber à peccato,vt.s.ab eo nõ superetur vsq; ad cõsensum.Vnde dicit, Nũc verò.s.in statu iustitiæ,liberati à peccato.Io.8,Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis.Similiter econtra,sicut in statu peccati est aliquis seruus peccati,cui obedit:ita in statu iustitię est aliquis seruus dei voluntariè obediẽs,secũdum illud Psal.Seruite domino in lætitia.Et hoc est,q̃ subdit[Serui autẽ facti deo.] Psal. O dñe,quia ego seruus tuus,&c.Hęc autẽ vera est libertas&optima seruitus:quia per iustitiã homo inclinatur ad id quod cõuenit ipsi,quod est propriũ hominis:& auertitur ab eo quod cõuenit concupiscẽtiæ,quod est maximè bestiale. ¶ Deinde cùm dicit[Habetis fructũ &c.]ponit effectũ iustitię,dicẽs,Habetis fructum vestrũ in sanctificatione.i.ipsa sanctificatio,hoc est, executio sanctitatis per bona opera, est fructus vester, inquãtum.s.hoc spiritualiter & sanctè vos delectat.Eccle.9,Flores mei fructus,&c. Gal.5, Fructus spiritus est gaudiũ,pax &c. ¶ Consequẽter ponit finem,dicens[Finẽ verò habetis,vitã æternam.]Quę quidẽ est finis & ipsorũ iustorum,qui propter vitam æternã habendam,omnia operãtur.Mat.6,Primũ quærite regnũ dei &c.Et etiam ipsorum opera quæ cùm ex obediẽtia dei fiant,& ad dei imitationem,vitã æternam merẽtur.Ioã.10, Oues meæ vocem meam audiunt,& sequũtur me,& vitam æternã do eis. ¶ Deinde cùm dicit [Stipendia enim peccati &c.]manifestat quod dixerat de finibus malorum & bonorũ.Et primò quantum ad mala,dicit,Dictum est q̃ finis peccatorum est mors:Stipendia enim peccati,mors. Dicũtur autẽ stipendia, mercedes militum à stipe pendẽda.i.ponderanda:quia pecunia distribuenda militibus ponderabatur. Quia ergo peccatores peccato militant, mẽbra sua exhibentes arma peccato, vt suprà dictum est,mors dicitur esse stipendium peccati.i.retributio quam retribuit sibi seruientibus.Et ex hoc manifestum est,quod mors sit finis peccatorum,non quem peccantes quærunt,sed qui eis retribuitur.Psal.Ignis,sulphur,spiritus procellarum,pars calicis eorum.Quãtum verò ad bona, dicit[Gratia dei vita æterna.] Quia enim dixerat iustos homines habere vitam æternam,quam certum est nõ posse haberi,nisi per gratiam : ideo hoc ipsum quod bona operamur,& quod opus nostrũ est dignũ vita æterna,est à gratia dei.Vnde & in Psal.dicit,Gratiam & gloriã dabit dominus.Sic igitur opera nostra si considerarẽtur in sui natura,& secũdum quod procedunt ex libero arbitrio hominis, non merentur ex condigno vitam æternam,sed solùm secũdum q̃ procedunt ex gratia spiritussanctꝰ.Vnde dicitur Io.4, Quod fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternam. Et hoc fit in Christo Iesu domino nostro.i. per Christum,vel inquantum in ipso sumus per fidem & charitatem.Ioan.6,Omnis qui videt filium & credit in eum habet vitam æternam. Caput 7.

Quid liberũ esse à peccato & seruũ iustitiæ.

Quid liberũ esse à iustitia & seruũ peccati.

Liber à iustitia simpliciter est seruus.

Effectꝰ peccati, cõfusio

Finis peccati, mors, tã tẽporalis, q̃ æterna.

AN ignoratis fratres , scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Nam quæ sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cum alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri, ut non sit adultera si fuerit cum alio uiro . Itaque fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis deo. Cùm enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabãtur in membris nostris, ut fructificarent morti . Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ.

Ostẽdit nos liberari à lege Moysi p gratiã Christi, tractãdo tãdẽ de lege fomitis.

¶ Postq̃ Apostol.ostẽdit q̃ per gratiam Christi liberamur à peccato, hîc ostẽdit q̃ per eãdem gratiã Christi liberamur à seruitute legis.Et circa hoc duo facit. Primò proponit propositũ.Secũdò excludit obiectionem,ibi[Quid ergo dicemus,&c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit q̃ per gratiam Christi liberamur à seruitute legis.Secũdò ostẽdit vtilitatem huius liberationis,ibi[Vt fructificemus deo,&c.] Circa primum tria facit.Primò proponit documẽtum,ex quo arguitur ad propositum ostẽdendum. Secũdò manifestat ipsum,ibi[Nam quæ sub viro est &c.]Tertiò concludit,ibi[Itaq; fratres mei &c.]Documẽtum autem

proponit eis quasi notũ. Vnde dicit, An ignoratis fratres. quasi diceret, Hoc ignorare nõ debetis. 1. Cor. 14, Si quis ignorat, ignorabitur. Et causam quare nõ debent ignorare, ostendit, subdens [Scientibus enim legẽ loquor.] Sed cùm Romani, Gẽtiles essent, & legem Moysi ignorarẽt, videtur eis non cõpetere quod hîc dicitur. Et ideo quidã exposuerũt hoc de lege naturali, quæ Gẽtibus nõ erat incognita, secũdum illud suprà 2, Cùm Gẽtes, quæ legẽ non habẽt, naturaliter ea quæ legis sunt, faciũt, &c. Vnde & subditur, Quia lex in homine dominatur. s. naturalis, quãto tẽpore. s. viuit lex in homine. Quæ quidẽ viuit quãdiu ratio naturalis efficaciter in homine viget. Moritur autẽ lex naturalis in homine, quãdo ratio naturalis passionibꝰ succũbit. Esa. 24, Dissipauerũt fœdus sempiternũ. s. legis naturalis. Sed hoc nõ videtur esse secũdum intẽtionem Apostoli, qui absolutè & indeterminatè de lege loquẽs, semper loquitur de lege Moysi. Et ideo dicẽdum est ꝙ Romani fideles nõ erãt solùm Gentes, sed inter eos erãt multi Iudæi. Vnde habetur Act. 18, Paulus Corinthi inuenit quẽdam Iudæũ, nomine Aquilã, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillã, vxorẽ eius, eo ꝙ præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma. Lex ergo hoc modo dominatur in homine, quãto tempore viuit. s. homo. Data est enim lex ad dirigẽdum homines in via huius vitę, secũdum Psal. Legẽ statuit ei in via quam elegit. Ideo legis obligatio morte soluitur. ¶ Deinde cùm dicit [Nã quæ sub viro &c.] manifestat per signũ, quod dixerat per exẽplum in lege matrimonii. Et primò ponit exẽplum. Secũdò manifestat per signũ, ibi [Ergo viuente &c.] Circa primũ duo facit. Primò in exẽplo ponit quomodo obligatio legis durat, vita durãte, dicẽs, Nã mulier, quæ sub viro. i. sub viri potestate, est ex lege diuina, qua dictum est Gen. 3, Sub viri potestate eris. alligata est legi. s. qua tenetur cõiuuere viro, secũdum illud Mat. 19, Quod deus coniũxit, homo nõ separet. Et hæc quidẽ inseparabilitas matrimonii, præcipuè causatur inquãtum est sacramẽtum coniunctionis indissolubilis Christi & ecclesiæ, vel verbi & humanę naturæ in persona Christi. Ephe. 5, Sacramẽtum hoc magnũ &c. ¶ Secũdò ibi [Si autẽ mortuus &c.] manifestat in exẽplo, quomodo obligatio legis soluitur post mortẽ, dicens, Si autẽ vir. s. mulieris fuerit mortuus, mulier post mortẽ viri, soluta est à lege mariti. i. à lege matrimonii, qua obligatur viro. Cùm enim [vt Aug. ait lib. de nuptiis & concupiscẽtia.] nuptiæ sint bona mortaliũ, non se extẽdit obligatio nuptiarũ post vitã mortalem. Et propter hoc in resurrectione, quãdo erit vita immortalis, neq; nubẽt neq; nubentur, vt dicitur Mat. 22. Ex quo patet, si aliquis moriatur, & resurgat, sicut in Lazaro accidit, nõ erit vxor, quæ fuerat, nisi de nouo cũ ipso cõtrahat. ¶ Sed cõtra hoc inducitur quod habetur Heb. 11, Acceperũt mulieres de resurrectione mortuos suos. Sed sciẽdum est ꝙ mulieres nõ receperũt maritos suos, sed filios suos: sicut mulier quædã per Heliã, vt habetur 3. Reg. 17. Et alia per Helisæũ, vt habetur 4. Reg. 4. Aliter autẽ se habet in sacramẽtis quæ imprimũt caracterẽ, quæ est quædam cõsecratio animæ immortalis. Omnis autẽ cõsecratio manet, quãdiu manet res cõsecrata: sicut patet in cõsecratione ecclesiæ vel altaris. Et ideo si baptizatus vel cõfirmatus vel ordinatus moriatur & resurgat, nõ debet iterũ eadẽ sacramẽta accipere. Deinde cũ dicit [Ergo viuẽte &c.] manifestat quod dixerat per signũ. Et primò q̃tum ad obligationẽ matrimonii, quæ durat in muliere, viuẽte viro, cuius signũ est ꝙ vocatur adultera si fuerit cum alio viro. s. ei carnaliter cõmixta, viuẽte viro. Hie. 3, Si dimiserit vir vxorẽ suam, & recedens ab eo, duxerit virũ alterũ, nũquid nõ polluta & cõtaminata est mulier illa? ¶ Secũdò, ibi [Si autẽ mortuus &c.] Inducit signũ quãtum ad hoc quòd obligatio legis matrimonii soluitur per mortẽ, dicẽs, ꝙ si virtuus &c.] Inducit signũ quãtum ad hoc quòd obligatio legis matrimonii soluitur per mortẽ, dicẽs, ꝙ si vir eius. s. mulieris mortuus fuerit, liberata est mulier à lege viri, qua obligatur viro, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro carnaliter ei cõmixta, præsertim si ei matrimonialiter coniũgatur. 1. Corint. 7, Si dormierit vir eius. s. mulieris liberata est: cui vult, nubat. Ex quo patet ꝙ secũdæ nuptiæ vel tertiæ vel quartæ, sunt secũdum se licitæ, & nõ solũ per dispẽsationẽ, vt videtur dicere Chrysost. qui super Mat. dicit, ꝙ sicut Moyses permisit libellum repudii, ita Apostolus permisit secũdas nuptias. Nulla est enim ratio, si lex matrimonialis soluitur per mortẽ, quare nõ liceat coniugi remanẽti ad secũda vota trãsire. Quod autẽ Apostolus dicit 1. Tim. 3, Quòd oportet episcopum esse vnius vxoris virum. non hoc dicitur, quia secũdæ nuptiæ sint illicitæ: sed propter defectum sacramenti, quia non esset vnus vnius, sicut Christus est sponsus vnius ecclesiæ. ¶ Deinde cùm dicit [Itaq; fratres mei &c.] concludit principale propositum, dicens, Itaq; &c. i. per hoc, ꝙ estis facti mẽbra corporis Christi, simul cum eo mortui & sepulti, vt suprà est habitum, mortificati estis legi. i. quãtum ad hoc ꝙ cessat in vobis obligatio legis, ita. s. vt iam sitis alterius. s. Christi, eius legi subiecti qui ex mortuis resurrexit, in quo & vos resurgentes nouã vitam assumpsistis. Et ita nõ lege prioris vitæ, sed lege nouæ vitæ tenemini obligati. Videtur autem esse dissimilitudo, quãtum ad hoc, ꝙ in præcedenti exẽplo vir moriebatur, & remanebat mulier absq; obligatione legis. Hic autẽ ille q̃ soluitur ab obligatione, dicitur mori, sed si rectè consideremus vtrunque, est eiusdem rationis, quia cùm matrimonium sit inter duos, sicut quædam relatio, non refert quicunque eorum moriatur ad hoc quòd tollatur lex matrimonii: vtrumlibet enim contingat, manifestum est, quòd per mortem, qua cõmorimur Christo, cessat obligatio veteris legis. ¶ Deinde cùm dicit [Vt fructificemus] ostẽdit vtilitatem prædictæ liberationis. Et circa hoc tria facit. Primò ponit vtilitatem, dicẽs, Vt fructificemus deo, Per hoc enim ꝙ sumus facti mẽbra Christi, in Christo manentes, possumus fructum boni operis facere ad honorẽ dei. Ioan. 15, Sicut palmes non potest ferre fructũ &c. ¶ Secundò ibi [Cùm enim essemus] ostendit ꝙ iste fructus impediebatur, quãdo eramus sub seruitute legis, dicens, Cùm essemus in carne. i. subditi concupiscentiis carnis. infrà 8. Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu. Passiones autem & affectiones peccatorum, quę quidem erant per legem vel notificatæ vel augmentatæ occasionaliter, vt suprà patuit, operabantur in mẽbris nostris. i. mouebant mẽbra nostra. Iaco. 4, Vnde bella & lites, nónne ex cõcupiscentiis? Et hoc vt fructificarẽt morti. i. vt fructũ facerẽt mortis. Iaco. 1, Peccatũ cùm consummatum fuerit, generat mortẽ. ¶ Tertiò ibi [Nunc autẽ soluti] ostendit ꝙ prædicta vtilitas acquiritur ab his qui sunt liberati à seruitute legis, dicẽs, Nunc autẽ soluti sumus per gratiã Christi à lege mortis. i. à seruitute legis Moysi, quæ dicitur lex mortis. Vel quia corporaliter occidebat absq; misericordia. Heb. 10, Irritam quis faciens legẽ Moysi &c. Vel potius dicitur lex mortis, quia spiritualiter occidebat per occasionẽ, secũdum illud 2. Cor. 3, Litera occicit, &c. In qua lege nos tenebamur, quasi serui sub lege. Gal. 3, Prius autẽ q̃ veniret fides, sub lege custodiebamur. Ita. s. sumus soluti, vt seruiamus in nouitate spi-

Vbicunque Paul⁹ loquitur absolutè & indeterminatè de lege, loquitur de lege Moysi.

Secũdæ & tertiæ nuptiæ sũt in se licitæ cõtra Chrysostũ.

concordat id quod nũc dicitur, cum eo quod suprà dictũ est, Nõ enim mãdatum sic inuenitur esse ad mortem ꝙ ipsum mortẽ operetur, sed quia occasione accepta ab ipso peccato mortẽ operatur. Et hoc est ꝙ dicit, Sed peccatũ, vt appareat peccatũ. i. ex hoc apparet esse peccatũ per legis bonũ. i. per mãdatũ legis: quia ex hoc ipsum bonũ est quod facit cognitionẽ peccati. Et hoc occasionaliter inquantũ manifestat peccatũ. Non autẽ sic intelligitur peccatũ per legem operatum esse mortem, quasi sine lege mors nõ fuisset: dictum est enim suprà, ꝙ regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen. s. cùm lex nõ esset: sed intelligitur ꝙ peccatum per legẽ operatur mortem, quia dãnatio mortis est augmẽtata lege adueniente. Et hoc est quòd subditur, Ita dico ꝙ peccatum operatum est mortem per bonum vt peccatum fiat peccans. i. peccare faciens per mãdatum legis occasionaliter. Et hoc supra modum quo antea peccabat, vel quia accessit reatus præuaricationis, vel quia creuit cõcupiscẽtia peccati, vt suprà dictum est, Veniente prohibitione legis. Peccatum autem hîc intelligitur, sicut suprà diximus, vel diabolus, vel potius fomes peccati. Lectio 3.

Per peccatum, fomes peccati intelligitur.

Scimus enim ꝙ lex spiritualis est. Ego autẽ carnalis sum, uenũdatus sub peccato. Quod enim operor, nõ intelligo. Nõ enim quod uolo bonũ, hoc ago, sed quod odi malũ, illud facio. Si autẽ quòd nolo, illud facio, cõsentio legi quoniam bona est. Nunc autẽ iã non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Scio enim quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea bonũ. Nam uelle adiacet mihi, perficere autẽ bonum nõ inuenio. Non enim quod uolo bonũ, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum.

Ostenditur lex esse bona tractando simul de lege peccati seu fomitis.

¶ Postquam Apostolus excluſit illa ex quibus lex videbatur esse mala & mali effectus, hîc probat legẽ esse bonã. Et circa hoc duo facit. Primò probat bonitatẽ legis ex ipsa repugnantia quæ in homine inuenitur ad bonũ, quam lex tollere non potest. Secũdò ostẽdit per quid huiusmodi legis repugnãtia tolli potest, ibi [Infœlix &c.] Circa primũ tria facit. Primò proponit quod intendit. Secundò probat propositum, ibi [Quod enim operor &c. [Tertiò infert cõclusionẽ intẽtam, ibi [Inuenio igitur &c.] Circa primũ duo facit. Primò proponit legis bonitatẽ. Secũdò hominis cõditionem, ibi [Ego autẽ &c.] Dicit ergo primò, Dictũ est ꝙ lex est sancta. Et hoc dixi, Scimus enim nos qui sumus in diuinis sapientes, ꝙ lex. s. vetus, spiritualis est. s. spiritui homines concordans. Psal. Lex domini immaculata. Vel spiritualis est. i. à spiritu sancto data, qui digitus dei dicitur in scripturis. Lucę 11, Si in digito dei eiicio dæmonia. vnde dicitur Exodi 31, Dedit dominus Moysi duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Lex tamen noua, nõ solùm dicitur lex spiritualis, sed lex spiritus, vt patet infrà 8. Quia non solùm à spiritu sancto est, sed spiritus sanctus eam imprimit cordi quod inhabitat. ¶ Deinde cùm dicit [Ego autẽ carnalis sum, &c.] ostẽdit conditionem hominis, & potest hoc verbum dupliciter exponi. Vno quidẽ modo, vt Apostol. loquatur in persona hominis in peccato existẽtis. Et ita hoc Augustinus exponit in lib. 83. quæstionum. Postea verò in lib. contra Iulianum, exponit hoc, vt Apostol. intelligatur loqui in persona sua. i. hominis sub gratia constituti. Prosequamur ergo declarãdo qualiter hęc verba & sequentia diuersimodè possunt vtroq; modo exponi, quanuis secunda expositio melior sit. Quod ergo dicitur primò, Ego autem &c. sic intelligẽdum est, vt ly ego, pro ratione hominis intelligatur, quę est principale in homine: vnde videtur vnusquisq; homo esse sua ratio vel suus intellectꝰ, sicut ciuitas videtur esse rector ciuitatis, ita vt quod ille facit, ciuitas facere videatur. Dicitur autem homo carnalis, quia eius ratio carnalis est, quæ dicitur carnalis dupliciter. Vno modo ex eo ꝙ subditur carni consentiens his ad quę caro instigat, secundum illud 1. Cor. 3, Cùm sit inter vos zelus & contentio &c. Et hoc modo intelligitur de homine nõdum per gratiã reparato. Alio modo dicitur ratio esse carnalis, ex eo ꝙ à carne impugnatur, secũdum illud Gala. 5, Caro concupiscit aduersus spiritum. Et hoc modo intelligitur esse carnalis ratio etiam hominis sub gratia constituti, vtraq; enim carnalitas prouenit ex peccato: vnde subdit, Venũdatus sub peccato.

Quomodo lex vetus dicatur spiritalis.

Lex vetus dicitur quidẽ spiritalis, sed nõ dicitur lex spiritus: noua autẽ et spiritalis et spiritus, vide rationem.

Quomodo homo dicitur hîc carnalis.

¶ Sed tamen notãdum ꝙ carnalitas quæ importat rebellionẽ carnis ad spiritũ prouenit ex peccato primi parẽtis, quia hoc pertinet ad fomitẽ cuius corruptio ex illo peccato deriuatur. Carnalitas autẽ quæ importat subiectionẽ ad carnẽ, prouenit nõ solùm ex peccato originali, sed etiã actuali, per quod homo obediẽdo concupiscẽtiis carnis, seruum se carnis cõstituit: vnde subdit, Venũdatus sub peccato. s. vel primi parẽtis, vel proprio. Et dicit, Venũdatus, quia peccator seipsum vẽdit in seruũ peccati, pretio propriæ volũtatis implẽdæ. Esa. 50, Ecce in iniquitatibus vestris vẽditi estis. ¶ Deinde cùm dicit [Quod enim operor, &c.] ostendit quod proposuerat. Et primò ꝙ lex sit spiritualis. Secũdò ꝙ homo sit carnalis, venũdatus sub peccato, ibi [Nunc autẽ iam nõ ego, &c.] Circa primũ duo facit. Primò proponit probationem. Secũdò inducit cõclusionẽ, ibi, [Si autẽ quod nolo &c.] Sumitur autẽ probatio ex hominis infirmitate, quã primò proponit. Secũdò adducit probationẽ, ibi, [Nõ autem &c.] Infirmitas autẽ hominis est manifesta, & ex hoc ꝙ operatur id quod intelligit nõ esse operãdum: vnde dicitur, Quod enim operor, nõ intelligo. s. esse operãdum. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo de eo qui est subiectus peccato, qui quidẽ in vniuersali intelligit nõ esse operãdum peccatum: tamen victus suggestione dæmonis, vel passione, vel inclinatione peruersi habitus, operatur illud. Et ideo dicitur operari quod intelligit non esse operãdum contra conscientiam faciens: sicut Luc. 12, Seruus sciẽs volũtatem domini sui & nõ faciens, dignè plagis vapulabit multis. Alio modo potest intelligi de eo qui est in gratia constitutus, qui quidẽ operatur malum, nõ quidem exequendo in opere vel consentiente mente, sed solùm concupiscẽdo secũdum passionem sensibilis appetitus, & illa concupiscentia est præter rationem & intellectum, quia præuenit eius iudicium, quo aduenıente talis operatio impeditur. Et ideo signanter non dicit, Intelligo non esse faciendum, sed non intelligo: quia. s. intellectu nõdum deliberato, aut percipiente, talis operatio concupiscentiæ insurgit. Gala. 5, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. ¶ Deinde cùm dicit [Non enim quod volo &c.] Probat quod dixerat, & per diuisionem, & per effectum. Per diuisionem quidẽ eius quòd dixit [Quod enim operor &c.] sub quo duo continẽtur. s. non agere bonum & agere malũ: quia etiã ille qui non agit bonũ, dicitur operari peccatum peccato omissionis. Ex parte autem eius ꝙ dixit, nõ intelligo, probat per effectum, quia enim intellectus mouet volũtatem, velle est effectus eius quod est intelligere. Dicit ergo primò quãtum ad omissionẽ boni, Non enim ago hoc bonũ, quod volo agere. Quod quidem vno modo potest intelligi de homine sub peccato cõstituto: & sic hoc ꝙ dicit, Ago, est accipiẽdum secũdum actionem cõpletam, quæ exterius opere

Universidad de Deusto
Biblioteca

exercetur per rationis consensum. Quòd autem dicit, Volo, est intelligẽdum nõ quidem de volũtate cõpleta, quæ est operis præceptiua, sed de volũtate quadã incõpleta, qua homines in vniuersali bonũ volũt, sicut & in vniuersali habẽt rectum iudicium de bono: & deprauatur talis volũtas in particulari, vt nõ agat quod in vniuersali intelligit agẽdum, & agere vellet. Secũdum autẽ ꝙ intelligitur de homine per gratiã reparato, ecõuerso oportet intelligere per hoc ꝙ dicit, Volo, volũtatem cõpletã perdurãtem in electione particularis operationis, vt per hoc ꝙ dicit, Ago, intelligatur actio incõpleta, quæ cõsistit tãtum in appetitu sensitiuo nõ peruenies vsq; ad rationis cõsensum. Homo em̃ sub gratia cõstitutus vult quidẽ mentem suã à prauis cõcupiscẽtiis cõseruare, sed hoc bonũ non agit, ꝓpter motus inordinatos cõcupiscentię insurgẽtes in appetitu sensitiuo. Et simile est quod dicit Gal. 5, Vt nõ quæcũq; vultis, illa faciatis. Secũdò quãtum ad perpetrationem mali, subdit, Sed quod odi malũ, illud facio: quod quidem si intelligatur de homine peccatore, per hoc ꝙ dicit, Odio, intelligatur quoddã odium imperfectũ, secũdum ꝙ omnis homo naturaliter odit malũ. Per hoc autẽ ꝙ dicit, Facio, intelligatur actio perfecta per operis executionem secũdum rationis cõsensum. Nã illud odium mali in vniuersali, tollitur in particulari eligibili per inclinationem habitus vel passionis. Si verò intelligitur de homine sub gratia cõstituto per hoc ꝙ dicit, Facio, intelligitur ecõuerso actio imperfecta, quæ cõsistit in sola cõcupiscẽtia appetitus sensitiui. Per hoc ꝙ dicit, Odio, intelligitur odium perfectũ quo quis perseuerat in detestatione mali vsq; ad finalem reprobationẽ ipsius de quo dicitur in Psal. Perfecto odio oderã illos. s. malos inquãtum sunt peccatores. 2. Mac. 3, Cũ leges adhuc optimæ custodirẽtur propter Oniæ põtificis pietatem, & alios odio habẽtes malum. ¶ Deinde cũ dicit (Si autẽ quod nolo &c.) cõcludit ex præmissa dispositione hominis, ꝙ lex sit bona, dicens, Si autẽ quod nolo, illud facio: quocunq; dictorum modorũ intelligatur hoc ipso, ꝙ nolo malum, cõsentio legi, quoniam bona est, in hoc ꝙ prohibet malum, quod ego naturaliter nolo. Manifestũ est enim ꝙ inclinatio hominis secũdum rationem ad volẽdum bonũ & fugiẽdum malum, est secũdum naturã vel gratiam, & vtraq; est bona. Vnde & lex quæ huic inclinationi consentit præcipiẽdo bonum & prohibendo malum eadẽ ratione est bona. Prou. 4, Donum bonũ tri. &c. ¶ Deinde cùm dicit (Nunc autẽ ego &c.) probat quod dixerat de conditione hominis. s. ꝙ sit carnalis venundatus sub peccato. Et circa hoc tria facit. Primò proponit quod intẽdit. Secundò probat propositum, ibi (Scio enim &c.) Tertiò cõcludit intẽtum, ibi (Si autem quod nolo &c.) Quòd autem homo carnalis venũdatus sub peccato, quasi aliqualiter sit seruus peccati, ex hoc apparet ꝙ ipse nõ agit, sed agitur à peccato. Ille enim qui est liber, ipse per seipsum agit, & non ab alio agitur. Et ideo dicit, Dictum est ꝙ per intellectũ & volũtatem consentio legi: nunc autẽ dum cõtra legem facio, ego iam non operor illud quod facio cõtra legẽ, sed peccatum quod in me habitat: & sic patet me esse seruum peccati, inquãtum peccatũ in me, quasi dominium habẽs, operatur. Et hoc quidẽ rectè ac faciliter potest intelligi de homine sub gratia constituto, ꝙ enim concupiscit malum secũdum appetitum sensitiuum ad carnẽ pertinẽtem, non procedit ex opere rationis, sed ex inclinatione fomitis. Illud autem homo dicitur operari quod ratio operatur, quia homo est id quod est secundum rationẽ: vnde motus concupiscẽtiæ qui non sunt à ratione, sed à fomite nõ operatur homo: sed fomes peccati qui hîc peccatum nominatur. Iac. 4, Vnde bella & lites in vobis? Nónne ex concupiscentiis vestris quæ militant in mẽbris vestris? Sed de homine sub peccato constituto, hoc propriè intelligi non potest, quia eius ratio peccato consentit. Et ideo ipsemet operatur: vnde dicit Aug. & habetur in glos. Multùm fallitur homo qui consentiens est concupiscẽtiæ carnis suæ: & quod illa desiderat decernens facere, & statuens putat sibi adhuc esse dicendum, non ego operor illud. Potest tamen, licet extortè, exponi etiã de homine peccatore. Actio enim maximè attribuitur principali agenti quod secũdum proprietatem suam mouet: nõ autem agẽti quod mouet vel agit secũdum proprietatẽ alterius à quo mouetur. Manifestum est autem quòd ratio hominis, secũdum illud quod est proprium sibi, nõ inclinatur ad malum, sed secũdum ꝙ mouetur à concupiscẽtia. Et ideo operatio mali quam ratio facit, prout est à concupiscentia victa, non attribuitur principaliter rationi quæ hîc per hominem intelligitur, sed potius ipsi concupiscẽtiæ vel habitui ex quo ratio inclinatur ad malum. Dicitur autẽ peccatum habitare in homine, non quasi peccatum sit res aliqua, cùm sit priuatio boni, sed designatur permanẽtia huiusmodi defectus in homine. ¶ Deinde cùm dicit (Scio enim) probat ꝙ peccatum habitãs in homine operetur malũ quod homo facit. Et primò ponit medium ad probãdum propositum. Secũdò illud medium manifestat, ibi (Nam velle &c.) Probat ergo primò ꝙ peccatum habitãs in homine operetur malum quod homo facit, quæ quidẽ probatio manifesta est secũdum ꝙ verba referuntur ad hominẽ sub gratia cõstitutum, qui est liberatus à peccato per gratiam Christi, vt suprà 6. habitum est. Quãtum ergo ad eum in quo Christi gratia nõ habitat, nõdum est liberatus à peccato. In carne autẽ gratia Christi nõ inhabitat, sed habitat in mẽte: vnde infrà 8. dicitur, ꝙ si Christus in nobis est, corpus quidẽ mortuũ est propter peccatum, spiritus autẽ viuit propter iustificationẽ. Igitur adhuc in carne dominatur peccatũ quod operatur cõcupiscẽtia carnis. Carnẽ enim hîc accipit simul cum mẽbris sensitiuis. Sic enim caro distinguitur cõtra spiritũ, & ei repugnat inquãtum appetitus sensitiuus tẽdit in contrariũ eius quod ratio appetit, secũdum illud Gal. 5, Caro cõcupiscit aduersus spiritum. Dicit ergo, Dictum est ꝙ in me, etiam per gratiã reparato, peccatum operatur: sed intelligẽdum est in me secũdum carnẽ simul cum appetitu sensitiuo. Scio enim per rationẽ & experimẽtum, ꝙ bonum. s. gratiæ quo reformatus sum, nõ habitat in me. Sed ne intelligatur secundum rationẽ, secũdum modum superius positum exponit (Hoc est in carne mea.) Nã in me. i. in corde meo hoc bonum habitat, secũdum illud Ephes. 3, Habitare Christũ per fidem in cordib⁹ vestris. Et per hoc patet ꝙ hoc verbum nõ patrocinatur Manicheis, qui volunt carnẽ non esse bonã secũdum naturã, & ita non esse creaturã dei bonam, cùm scriptum sit 1. Tim. 4, Omnis creatura dei bona est. Nõ enim hîc Apost. agit de bono naturæ, sed de bono gratię quo à peccato liberamur. Si verò hoc referatur ad hominẽ sub peccato existẽtem, superfluè additur quod dicit, hoc est in carne mea: quia in homine peccatore bonũ gratiæ nõ habitat, nec q̃tum ad carnẽ, nec q̃tum ad mẽtem, nisi fortè qs extortè velit exponere hoc esse dictũ, quia peccatũ quod est priuatio gratię, quodãmodo à carne derivatur ad mẽtem ¶ Deinde cùm dicit (Nã velle &c.) manifestat quod dixerat. Et primò ex hominis facultate. Secũdò ex hominis actione quæ facultatẽ demõstrat, ibi, [Non enim quod volo, &c.] Facultas autẽ hominis primò describitur quantum ad voluntatem quę videtur in hominis esse potestate: vnde dicit, Nam velle adiacet mihi. i. propinquum est mihi, quasi sub mea potestate existẽs. Nihil enim est tam in hominis voluntate constitutũ q̃ hominis voluntas, vt Aug. dicit. Secundò ponit facultatẽ hominis vel potius difficultatem quantũ ad cõsummationem effectus cùm subdit, (Perficere autẽ bonum non inuenio) scilicet, in mea potestate existens, secundum illud Prouer. 16, Hominis est prępărare animum. Et iterũ, Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Hoc autẽ verbum patrocinari videtur Pelagianis qui dicebãt ꝙ initium boni operis est ex nobis inquãtum bonum volumus. Et hoc est ꝙ videtur Apostolus dicere, Perficere autẽ bonum non inuenio. Sed hoc hunc sensum excludit Apostolus Phili. 2. dicens, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Quòd ergo dicit, (Velle adiacet mihi) scilicet, ꝓ gratiam iam reparato, est ex operatione diuinæ gratiæ, per quã quidem gratiã non solùm volo bonũ, sed etiã aliquid boni facio, quia repugno cõcupiscentiæ, & cõtra eam ago ductus spiritu, sed nõ inuenio in mea potestate quomodo istud bonũ perficiã, vt. s. totaliter concupiscentiã excludam. Et per hoc manifestatur ꝙ bonum gratiæ nõ habitat in carne, quia si in carne habitaret, sicut habeo facultatem volendi bonum per gratiã habitantem in mente, ita haberem facultatem perficiendi per gratiã habitãtem in carne. Si verò referatur ad hominem sub peccato cõstitutum, sic exponi poterit vt velle accipiatur pro voluntate incõpleta, quæ ex instinctu naturæ in quibuscũq; peccãtibus est ad bonum, sed illud velle adiacet homini. i. iuxta hominem iacet, quasi infirmum, nisi gratia voluntati tribuat efficaciam ad perficiendum. ¶ Deinde cùm dicit, (Non enim quod volo, &c.) manifestat quod dixerat ex actione hominis quæ est signum & effectus facultatis humanę. Ex hoc enim apparet ꝙ homo non inuenit perficere bonum, quia nõ agit bonum quod vult, quia facit malum quod non vult, & hoc quidem suprà expositum est. ¶ Deinde cùm dicit, (Si autem quod nolo, &c.) concludit illud quod suprà proposuerat, dicens, Si autẽ quod nolo illud facio, non ego operor illud. Sed quod inhabitat in me peccãtum, & hoc etiã suprà expositum est. ¶ Sed notãdum est ꝙ ex vno & eodem medio. s. quod nolo illud facio, Apostolus duo concludit quæ suprà posuerat. s. legis bonitatem cùm dicit, Si autem quod nolo illud facio, consentio legi dei quoniã bona est. Et iterum dominiũ peccati in homine cùm dicit hîc, Si autem quod nolo illud facio, nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ, quarum duarum cõclusionum, prima pertinet ad hoc ꝙ dixerat, Lex spiritualis est. secunda ad hoc ꝙ dixerat, Ego autẽ carnalis sum venundatus sub peccato. Sed primã cõclusionem quæ est de bonitate legis, elicit ex illo medio ratione eius ꝙ dicit, Nolo, quia eius ratio nõ vult illud quod lex ꝓhibet, & ex hoc patet legem esse bonã, sed ex parte eius ꝙ dicit, illud facio, cõcludit in homine damnari peccatum quod cõtra voluntatem rationis operatur. Lectio 4.

*I*Nuenio igitur aliam legẽ uolenti mihi facere bonum, quoniã mihi malũ adiacet. Condelector enim legi dei secũdum interiorem hominem. Video autem aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in mẽbris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati.

¶ Postq̃ Apostolus ostendit legem esse bonã ex eo ꝙ rationi cõcordat, hîc infert duas conclusiones secundum duo quæ posuerat: secunda ponitur, ibi, (Video autem legem, &c.) Circa primum duo facit. Primò infert cõclusionem ex dictis. Secũdò ponit signum ad maiorem manifestationem, ibi, (Cõdelector, &c.) Duo autem suprà posuerat. Primum quidem ꝙ lex spiritualis est, quo iam ꝓbato cõcludit sic, Inuenio igitur. s. ꝓ experimentum, legem Moysi consonã esse mihi volenti facere bonum. i. rationi meæ, ꝓ quã bonum approbo & malum detestor, dum & ipsa lex bonum mãdat & malum ꝓhibet. Deut 30, Iuxta te est verbum valde in ore tuo, & in corde tuo vt facias illud. Et hoc modo necessarium fuit ꝙ. i. quia malum. i. peccatum vel fomes peccati mihi adiacet. i. iuxta rationem meã iacet quasi carnem meã inhabitãs. Mich. 7. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. i. à carne. ¶ Deinde cùm dicit, (Condelector enim, &c.) ponit signum ꝓ quod ostẽditur ꝙ lex rationi cõsentiat. Nullus enim delectatur nisi in eo quod est sibi cõueniens. Homo autem secundum rationem delectatur in lege dei, ergo lex dei est cõueniens rationi. Et hoc est ꝙ dicit, Cõdelector legi dei secundum interiorem hominem. i. secundum rationem & mentem quæ interior homo dicitur, non ꝙ anima sit effigiata secundum formã hominis, vt Tertulianus posuit. vel ꝙ ipsa sola sit homo, vt Plato posuit ꝙ homo est anima vtens corpore: sed quia id quod est principalius in homine dicitur homo, vt supra dictum est. Est autem in homine principalius secundum apparentiã quidem id quod est exterius. s. corpus sic effigiatum quod dicitur homo exterior: secundũ veritatem autem id quod est intrinsecũ. s. mens vel ratio quæ hîc dicitur homo interior. Psal. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua. 1. Mach. 12, Habentes solatio libros sanctos qui in manib⁹ nostris sunt. Deinde cùm dicit, (Video autem, &c.) ponit aliã cõclusionem quæ respõdet ei quod suprà secundò posuerat dicens, (Ego autẽ carnalis sum, &c.) dicens, Video aliã legem in membris meis, quæ est fomes peccati, quæ quidẽ potest dici lex duplici ratione, Vno modo ꝓpter similes effectus, quia sicut lex inducit ad bonum faciendum, ita fomes inducit ad peccãdum. Alio modo ꝓ comparationem ad causam. Cùm autem fomes sit quædã pœna peccati, duplicem causam habet. Vnã quidem ipsum peccatum quod in peccãte dominium accepit, & ei legem imposuit, quę est fomes, sicut dominus seruo victo legem imposuit. Alia causa fomitis est deus qui hanc pœnam homini peccãti indidit, vt rationi eius inferiores vires non obedirent. Et secundum hoc ipsa inobediẽtia inferiorũ virium quę dicitur fomes, lex dicitur inquãtum est ꝓ legem diuinæ iustitiæ introducta sicut iusti iudicis sententia quæ legẽ habet, secũdum illud. 1. Reg. 30. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutũ & prefinitum, & quasi lex in Israel vsq; ad diem hanc. Hæc autẽ lex originaliter quidẽ consistit in appetitu sensitiuo, sed diffusiuè inuenitur in omnibus mẽbris quæ deseruiunt cõcupiscentię ad peccandũ. suprà. 6. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditię, &c. Et ideo dicit, in membris meis. Hæc autẽ lex duos effectus in homine habẽt. Primò nanq; resistit rationi, & quantũ ad hoc dicit, Repugnantẽ legi mentis meæ. i. legi Moysi quæ dicitur lex mentis inquantũ cõsonat menti, vel legi naturali quæ dicitur lex mẽtis, quia naturaliter mẽti indita est. suprà. 2, Qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis. Et de hac repugnãtia dicitur Gala. 5, Caro cõcu

Illud dicitur operari hõ. quod operatur per rationem.

Iudamẽtũ Manichei nullum.

An initiũ boni operis sit ex nobis Error Pelagij.

Et opus bonũ et initiũ eius & dispositio ad ipsum, oĩa gratia dei id est, auxilio gratuito.

Bonũ gratiæ nõ habitat in carne

Conclusio ex dictis.

Quid sit interior hõ. Error Tertuliani. Error Platonis.

Fomes dicitur lex mẽbrorum.

Fomes dicitur lex duplici ratiõe.

Duplex causa fomitis. s. deꝰ et peccatum.

Lex fomitis est originaliter in appetitu sensitiuo, diffusiuè autẽ in oĩbus membris quæ deseruiũt concupiscentiæ ad peccãdũ

Lex fomitis duos ef-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecti° habet in homine.

Nota q̃ lex carnis quæ dicitur lex mẽbrorũ et lex peccati q̃ est in mẽbris q̃ dicitur lex fomitis, idem sunt ꝓ materiali, sed differũt formaliter: nã lex mẽbrorũ seu carnis est naturalis inclinatio viriũ sensitiuarũ ad bonum sensibile nil aliud cõtrãdo & est à natura: lex aũt peccati q̃ est in mẽbris et q̃ dicitur lex fomitis cõnotat deordinationẽ supra legẽ mẽbrorũ et carnis ꝓuenientẽ à peccato originali, estq; pœna peccati originalis: cõnotat etiã priuationẽ iustitiæ originalis.

Ostenditur q̃ ꝑ gratiã Christi liberamur ãdã natione & culpæ et pœnæ. Primò culpæ.

Ad vitandũ dãnationẽ omnẽ. s. culpæ et pœnæ, duæ conditiones requiruntur. s. esse in Christo, secundo nõ secundũ carnem ambulare.

Opinio falsa q̃ in infidelib° primi motus sũt peccata mortalia. Ostenditur esse falsa opinio.

Solutio rationum.

pisicit aduersus spiritum. Secundus effectus est q̃ hominem in seruitutẽ redigit. Et quantum ad hoc subdit, Et captiuãtem me, vel captiuum me ducentẽ secundum aliam literã in lege peccati quę est in mẽbris meis, id est, in meipso more hebraicę locutionis, secundũ quã ponuntur nomina loco pronominũ. Lex autẽ peccati captiuat hominẽ dupliciter. Vno modo hominẽ peccatorẽ ꝑ cõsensum & operationẽ. Alio modo hominẽ captiuat dupliciter. Vno modo hominẽ peccatorẽ ꝑ cõsensum & operationẽ. Alio modo hominẽ

propter iustificationem per quã iustificatur à deo.Gal.2,Quòd autem nunc viuo in carne,in fide viuo filii dei.supra 1,Iustus ex fide viuit. ¶Deinde cùm dicit,[Quòd si spiritus,&c.]ostendit quid consequamur in spiritu sancto inquãtum est spiritus patris,dicens,[Quòd si habitat in vobis spiritus eius.] scilicet dei patris qui suscitauit Iesum Christum à mortuis.Psaml.Tu autem domine miserere mei & resuscita me. Act.3, Hunc deus suscitauit,&c.Et tamen ipse Christus propria virtute resurrexit,quia eadem est virtus patris & filii:consequens est q̃ id quod deus pater fecit in Christo,faciat etiam in nobis.Et hoc est q̃ subdit, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra. Non dicit,mortua, sed mortalia: quia in resurrectione non solùm à corporibus vestris auferetur q̃ sint mortua.i.necessitatem mortis habentia,sed etiam q̃ sint mortalia.i. potentia mori quale fuit corpus ante peccatum. Nam post resurrectionem corpora nostra erunt penitus immortalia.Esa.26,Viuent mortui, &c. Osee 6,Viuificabit nos post duos dies.Et hoc propter inhabitantẽ spiritum eius in nobis.i.in virtute spiritus sancti in nobis habitantis.Eze. 37,Hæc dicit dominus deus ossibus his.Ecce ego intromittam in vobis spiritũ,& viuetis. Et hoc propter inhabitantem spiritum.i.propter dignitatẽ quam corpora nostra habent eo q̃ fuerunt receptacula spiritus sancti.1.Cor.6,Nescitis q̃ membra vestra templũ sunt spiritus sancti. Illi verò quorum membra nõ fuerũt templum spiritus resurgent,sed habebunt corpora passibilia. ¶Deinde cùm dicit,[Ergo debitores,&c.] concludit correlarium ex dictis.Et primò ponit cõclusionem.Secundò rationẽ assignat,ibi,[Si enim,&c.] Dicit ergo primò,Dictum est q̃ per spiritum sanctum multa bona nobis proueniunt,& q̃ ex prudẽtia carnis sequitur mors:ergo debitores sumus spiritui sancto propter beneficia ab eo recepta, vt viuamus secundum spiritum,& non carnem.Gal.5,Si spiritu viuimus:spiritu & ambulemus. ¶Deinde cùm dicit,[Si enim secundum carnem]assignat rationem conclusionis præmissæ.Et primò quantum ad carnem, dicens, Si enim secundũ carnem vixeritis.s.sequendo concupiscentias carnis,moriemini.s.morte culpæ in præsenti,& morte damnationis in futuro.1.Timo.5,Quæ in delitiis viuens mortua est.Secũdò assignat rationem quantum ad spiritũ,dicens,[Si autem spiritu].i.per spiritum.s.mortificaueritis facta carnis.i. opera quæ ex concupiscentia carnis proueniunt,viuetis vita gratiæ in præsenti,& vita gloriæ in futuro.Col.3,Mortificate membra vestra quæ sunt super terram.Gal.5, Qui Christi sunt,carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.

Lectio 3.

Ostenditur q̃ spiritum sanctum vitam gloriæ dari.

Quicunque enim spiritu dei aguntur,hi sunt filij dei.Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei,in quo clamamus abba pater.Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filij dei.Si autem filij & hæredes.Hæredes quidem dei,cohæredes autem Christi. Si tamen compatimur,ut & glorificemur.

¶Postquam Apostolus proposuit q̃ per spiritum sanctum dabitur nobis vita gloriosa quæ omnẽ mortalitatem à corporibus nostris excludet,hic probationẽ inducit. Et primò ostendit q̃ per spiritum sanctum hui usmodi gloriosa vita datur.Secundò ostẽdit quare differtur,ibi,[Si tamen cõpatimur,&c.] Circa primum ponit talem rationem.Quicunq; sunt filii dei consequuntur æternitatem gloriosæ vitę:sed quicunq; reguntur spiritu sancto,sunt filii dei:ergo quicunq; reguntur spiritu sancto cõsequuntur hæreditatem gloriosæ vitæ.Primò ergo ponit minorem prædictæ rationis.Secundò maiorẽ,ibi,[Si autem,&c.]Circa primum duo facit.Primo proponit quod intendit.Secundo probat propositũ,ibi,[Non enim accepistis,&c.] Circa primum duo cõsideranda sunt.Primò quidem quomodo aliqui agũtur à spiritu dei,& potest sic intelligi, Quicunq; spiritu dei aguntur sicut quodã ductore & directore,quod quidem in nobis facit spiritus.s.inquãtum illuminat nos interius quid facere debeamus.Psal.Spiritus tuus bonus deducet me,&c. Sed quia ille qui ducitur ex seipso,nõ operatur.Homo autẽ spiritualis non tantũ instruitur à spiritu sancto quid agere debeat, sed etiã cor eius à spiritu sancto mouetur.Ideo plus intelligendũ est in hoc q̃ dicitur, Quicunq; spiritu dei aguntur.Illa enim agi dicuntur quæ quodã superiori instinctu mouentur.Vnde de brutis dicimus q̃ non agunt,sed aguntur:quia à natura mouentur & nõ ex proprio motu ad suas actiones agẽdas. Similiter autem homo spiritualis nõ quasi ex motu propriæ voluntatis principaliter: sed ex instinctu spiritus sancti inclinatur ad aliquid agẽdum,secundũ illud Esa.56,Cùm venerit quasi fluuius violentus quẽ spiritus dei cogit.Et Luc. 4, Quòd Christus agebatur à spiritu in deserto . Non tamen per hoc excluditur quin viri spirituales per voluntatem & liberum arbitrium operẽtur,quia ipsum motum voluntatis & liberi arbitrii spiritus sanctus in eis causat,secundũ illud Phil.2,Deus est qui operatur in vobis velle & perficere. ¶Secundò cõsiderãdum est quomodo illi qui spiritu dei agũtur sunt filii dei.Et hoc est manifestum ex similitudine filiorum carnalium qui per semen carnale à patre procedens generantur. Semen autẽ spirituale à patre procedẽs,est spiritussanctus.Et ideo per hoc semẽ aliqui homines in filios dei generãtur.1.Io.3, Omnis qui natus est ex deo peccatũ non facit,quoniã semen dei manet in eo. ¶Deinde cùm dicit,[Non enim accepistis,&c.]probat propositum.s.q̃ spiritum sanctũ accipientes sint homines filii dei,& hoc dupliciter . Primò quidem ex distinctione donorũ spiritus sancti.Secũdò ex cõfessione nostra,ibi,[In quo clamamus,&c.]Circa primum considerãdum est,q̃ spiritus sanctus duos effectus facit in nobis:vnum quidẽ timoris.Esa.11,Replebit eum spiritus timoris domini.Alium amoris suprà 5,Charitas dei diffusa est per spiritũ sanctum in cordibus nostris qui datus est nobis.Timor autem facit seruos,non autẽ amor. ¶Ad cuius euidentiã considerari oportet q̃ timor habet duo obiecta.s.malum quod quis timendo refugit,& illud à quo sibi hoc malum imminere videt.Dicitur enim homo timere & occisionem,&regem qui potest occidere.Contingit autẽ quandoq; q̃ malum quod quis refugit,est contrarium bono corporali vel temporali quod quis interdum inordinatẽ amat & refugit pati ab aliquo homine temporali.Et hic est timor humanus vel mundanus:& hic non est à spiritu sancto.Et hunc prohibet dominus.Mat.10,Nolite timere eos qui corpus occidũt.Alius autem est timor qui refugit malum,quod cõtrariatur naturæ creatę.s.malum pœnæ,sed tamen refugit hoc pati à causa spirituali.s.à deo,& hic timor est laudabilis quantũ ad hoc saltem q̃ deum timet.Deut.5, Quis det eos talẽ habere mentem vt timeant me?Et secundũ hoc à spiritu sancto est. Sed inquantum talis timor non refugit malum quod opponitur bono spirituali.s.peccatũ sed solùm pœnam,non est laudabilis. Et istum defectum,

Timoris duplex obiectum.

Timor mũdanus non est à spiritu sancto.

Timor seruilis quid i se habeat bene & quid malè.

rum rationes.Nam primò quidem ex litera Apostoli hoc habere nõ possunt.Non enim dicit Apostolus q̃ hoc solùm nõ sit dãnabile his qui sunt in Christo Iesu,q̃ carne seruiunt legi peccati secundũ concupiscentiæ motus:sed q̃ omnino nihil est eis damnationis. Illis autem qui non sunt in Christo Iesu,est hoc ipsum damnabile.Præterea si hoc ad primos motus referatur his qui non sunt in Christo Iesu,sunt damnabiles huiusmodi motus secundum dãnationem originalis peccati quæ adhuc in eis manet,à qua sunt liberati hi qui sunt in Christo Iesu.Non autem sic q̃ per huiusmodi motus noua addatur eis damnatio.Quòd etiam secundò obiiciunt non ex necessitate concludit quod intendunt.Non enim verum est q̃ actus quilibet procedens ex habitu peccati damnabilis,sit etiam & ipse damnabilis,sed solùm quando est actus perfectus per consensum rationis.Si enim in aliquo sit habitus adulterii,motus concupiscentiæ adulterii qui est actus imperfectus,non est in eo peccatum mortale,sed solùm motus perfectus qui est per cõsensum rationis.Et præterea actus ex tali habitu procedens,non habet aliam rationẽ damnationis ab ea quæ est secundum rationẽ habitus.Et secundum hoc primi motus in infidelibus ex eo q̃ procedunt à peccato originali,non afferunt damnationẽ peccati mortalis,sed solùm originalis. ¶Deinde cùm dicit,[Lex,&c.] probat quod dixerat.Et primò quantum ad primã conditionem qua dixerat,nihil esse damnationis his qui sunt in Christo Iesu.Secundò quantum ad secundã conditionem qua dixerat,qui non secundum carnem ambulant,ibi,[Qui non secundum carnem ambulamus,&c.]Circa primum duo facit.Primò ponit probationem. Secundò manifestat quod supposuerat per causam,ibi,[Nam quod impossibile erat legi,&c.] Circa primũ ponit talem rationem.Lex spiritus liberat hominem à peccato & morte , sed lex spiritus est in Iesu Christo:ergo per hoc quòd aliquis est in Christo Iesu,liberatur à peccato & morte: quòd autem lex spiritus liberet à peccato & morte sic probat.Lex spiritus est causa vitæ,sed per vitam excluditur peccatũ,& mors quæ est effectus peccati.Nam & ipsum peccatum est spiritualis mors animæ,ergo lex spiritus liberat hominẽ à peccato & morte.Damnatio autem non est nisi per peccatum & mortem , ergo his qui sunt in Christo Iesu nihil damnationis existit:hoc est ergo quod dicit, [Lex enim spiritus,&c.]quæ quidem lex potest dici vno modo spiritus sanctus,vt sit sensus,Lex spiritus.i.lex quæ est spiritus:lex enim ad hoc datur,vt per eam homines inducantur ad bonum,vnde & Philosophus in 2.Ethico. dicit,quòd intentio legislatoris est ciues facere bonos, quod quidem lex humana facit,solùm notificando quid fieri debeat: sed spiritus sanctus mentem inhabitãs non solùm docet quid oporteat fieri intellectum illuminãdo de agendis, sed etiã affectum inclinat ad rectè agendum.Io.14,Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit omnia,quantum ad primum:& suggeret vobis omnia,quantũ ad secundum,quæcunq; dixero vobis. Alio modo lex spiritus potest dici proprius effectus spiritus sancti.s.fides per dilectionẽ operans,quę quidẽ & docet interius de agendis,secundum illud infrà 1.Io.2,Vnctio docebit vos de omnibus,& inclinat affectum ad agendum,secundum illud.2.Cor.5, Charitas Christi vrget nos.Et hæc quidem lex spiritus dicitur lex noua, quæ vel est ipse spiritus sanctus,vel eam in cordibus nostris spiritus sanctus facit.Hie.31, Dabo legẽ meam in visceribus eorum,& in corde eorũ superscribam eam.De lege autem veteri suprà dixit solùm q̃ erat spiritualis.i.à spiritu sancto data. Et sic prædicta cõsiderãtes,inueniemus quatuor leges ab Apostolo esse inductas.Primò legem Moysi,de qua dicit,Condelector legi dei secundũ interiorem hominem.Secundò legem fomitis,de qua dicit,Video aliam legem in membris meis. Tertiò legem naturalem secundũ vnum sensum de qua subdit,Repugnantem legi mentis meæ. Quartò tradit legem nouã,cùm dicit , Lex spiritus:& addit vitæ:quia sicut spiritus naturalis facit vitã naturæ,sic spiritus diuinus facit vitã gratiæ.Io.6.Spiritus est qui viuificat.Ezech.1,Spiritus vitæ erat in rotis.Addit autem,In Christo Iesu,quia.s.iste spiritus non datur nisi his qui sunt in Christo Iesu.Sicut enim spiritus naturalis non peruenit ad membrum quod nõ habet cõnexionem ad caput,ita spiritus sanctus non peruenit ad hominem qui non est capiti Christo iunctus.1. Io. 3,In hoc scimus q̃ ipse manet in nobis,quia de spiritu suo ipse dedit nobis. Act.5,Spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi.Hæc inquam lex ex eo quod est in Christo Iesu liberauit me.Ioã.8, Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis.Et hoc à lege peccati.i.à lege fomitis quæ inclinat ad peccatum vel à lege peccati.i.à consensu & operatione peccati quod hominẽ tenet ligatum per modum legis.Per spiritum enim sanctum remittitur peccatum.Io.20,Accipite spiritum sanctum,quorũ remiseritis peccata,remittuntur eis.Et mortis nõ solùm spiritualis,sed etiã corporalis,vt infrà probabitur . Et hoc ideo quia est spiritus vitæ.Eze.37,A quatuor vẽtis veni spiritus & insuffla super interfectos istos & reuiuiscãt. ¶Deinde cùm dicit,[Nam quod impossibile,&c.]manifestat quod dixerat.s.q̃ lex vitæ quæ est in Christo Iesu liberat à peccato.Nam q̃ liberet à morte,infrà probabit.Et hoc probat per causam quæ sumitur ex incarnatione Christi.Circa quam tria ponit.Primò necessitatem incarnationis.Secundò modũ incarnationis, ibi, [Deus filiũ suum,&c.]Tertiò incarnationis fructũ,ibi,[Et de peccato,&c.]& vt planior fiat expositio,accipiemus primò secundum,secundò tertium:tertiò primum hoc modo.Rectè dico quòd lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberat à peccato.Nam deus pater filium suum.i.proprium consubstantialem sibi & coæternum.Psalm. Dominus dixit ad me filius meus es tu,&c.Mittens non de nouo creans vel faciẽs,sed quasi præexistentem misit.Mat.21.Nouissimè misit ad eos filium suum,non quidem vt esset vbi non erat,quia vt dicitur Ioã. 1, In mundo erat,sed vt esset modo quo nõ erat in mundo.i.visibiliter per carnem assumptam , vnde ibidem sequitur,Verbum caro factum est,& vidimus gloriã eius.Bar.3,Post hoc in terris visus est. Et ideo hîc subditur,In similitudinem carnis peccati:quod non est sic intelligendũ quasi veram carnem non habuerit , sed solùm carnis similitudinẽ quasi phantasticã,sicut Manichei dicunt,cũ ipse dominus dicat Luc.vlti.Spiritus carnem & ossa nõ habet sicut videtis me habere.Vnde non subdit solùm,in similitudinem carnis, sed in similitudinem carnis peccati.Non enim habuit carnem peccati.i.cum peccato conceptã, quia caro eius fuit concepta per spiritum sanctum qui tollit peccatum.Mat.1, Quod enim in ea natũ est,de spiritu sancto est. Vnde Psal.dicit,Ego in innocentia mea ingressus sum.s.in mundum.sed habuit similitudinem carnis peccati.i.similem carnem carni peccati in hoc q̃ erat passibilis:nam caro hominis ante peccatum passioni subiecta non erat.Hebr.2.Debuit per omnia fratribus assimilari vt misericors fieret.Subdit autem duplicẽ effe

Quid sit lex spiritus vita et quotmodis dicatur.

Differẽtia legis spiritus ab aliis legibus.

Lex spiritus est fides per dilectionẽ operãs quæ etiã sæpe includit,et dicetur lex noua, lex gratiæ, lex fidei , lex spei.

Quatuor leges ex Paulo.s.naturæ Moysi, fomitis,et noua seu spũs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duplex effectꝰ incarnationis. Vera expositio illꝰ dānauit peccatū in carne.

ctum incarnationis,quorum primus est remotio peccati,quem ponit,dicens,De peccato dānauit peccatum in carne. Quod quidem potest legi de peccato.i.pro peccato cōmisso in carne Christi diabolo instigāte ab occisoribus eius. Damnauit.i.destruxit peccatum,quia cùm diabolus innocētem in quo nihil iuris habebat attentauit morti tradere,iustum fuit vt potestatem amitteret. Et ideo per suam passionē & mortem dicitur peccatum destruxisse. Col.2,Expolians.s.in cruce principatus& potestates. Sed melius est vt dicatur,Damnauit peccatum in carne.i.debilitauit fomitem peccati in carne nostra de peccato.i.ex virtute passionis suę & mortis quæ dicitur peccatum propter similitudinem peccati,vt dictum est:vel quia per hoc factus est hostia pro peccato quæ in sacra scriptura dicitur peccatum. Oseæ 4,Peccata populi mei comedent. vnde dicit 2.Cor.5,Eum qui non nouerat peccatū pro nobis deus fecit peccatum.i.hostiā pro peccato. Et ita satisfaciendo pro nostro peccato abstulit peccata mundi.Ioā.1,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Secundum effectum ponit cōsequenter,dicēs,vt iustificatio legis.i.iustitia quam lex promittebat, & quam ex lege aliqui sperabant,impleretur.i.perficeretur in nobis existentibus.s. in Christo Iesu.infrà 9, Gentes quæ non sectabantur iustitiam,apprehenderunt iustitiā quæ est ex fide.Et 2. Cor.5.cùm dixisset, Eum qui non nouerat peccatum deus pro nobis fecit peccatū:subdit,Vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. hoc aliter fieri nō poterat quàm per Christum,& ideo præmisit ꝙ.s.damnare potest peccatum in carne, & impleri iustificationem,quod erat impossibile legi Moysi.Heb.7,Nihil ad perfectū adduxit lex. Et hoc quidem erat legi impossibile,nō propter defectū legis,sed in quo.i.inquantum infirmabatur per carnem.i. propter infirmitatem carnis,quæ erat in homine ex corruptione fomitis,ex qua proueniebat ꝙ etiam lege data homo à cōcupiscentia vincebatur.Mat.26,Spiritus quidem prōptus est,caro autē infirma.Et supra.6,Humanum dico propter infirmitatē carnis vestrę.Et ex hoc patet ꝙ necesse est Christum incarnari,vnde & Gal. 2.dicitur,Si per legem est iustitia Christus gratis mortuus est.i.sine causa.Ideo ergo necessarium fuit Christum incarnari,quia lex iustificare non poterat. ¶Deinde cùm dicit,[Qui non secundū carnem,&c.]probat propositum quantū ad secundam conditionem,ostendens ꝙ ad hoc ꝙ aliqui damnationē euadant requiritur ꝙ non secundū carnem ambulent.Et circa hoc tria facit.Primò proponit quod intendit.Secundò probat propositum,ibi,[Qui enim secūdum carnem,&c.] Tertiò manifestat quoddā quod in probatione supposuerat,ibi,[Quoniā sapientia,&c.]Dicit ergo primò, Dictum est ꝙ iustificatio legis impletur in nobis,qui.s.non solùm sumus in Christo Iesu,sed etiā non ambulamus secundum carnem , sed secundū spiritum.i.qui non sequimur concupiscentias carnis,sed instinctum spiritus sancti.Gala.5,Spiritu ambulate.

¶Deinde cū dicit,[Qui enim secundū carnem,&c.]probat quod dixerat,& inducit duos sylogismos,vnū quidem ex parte carnis qui est talis,Quicunq; sequuntur prudentiā carnis,ducūtur ad mortem:sed quicunque sunt secundū carnem,sequuntur prudentiam carnis:ergo quicunq; sunt secundum carnem, ducūtur ad mortem.Alium sylogismū ponit ex parte spiritus qui est talis,Quicunq; sequūtur prudentiā spiritus,cōsequuntur vitā & pacem:sed quicunq; sunt secundum spiritū,sequuntur prudentiā spiritus:ergo quicūq; sunt secundum spiritum,sequuntur vitam & pacem.Et sic patet ꝙ illi qui non ambulant secundū carnem, sed secundum spiritum,liberantur à lege peccati & mortis.Primò ergo ponit minorē primi sylogismi,dicēs:Qui enim secundum carnem.i.qui carni subduntur quasi ei subiecti.Rom.16,Huiusmodi domino non seruiūt, sed suo ventri.Sapiunt ea quæ sunt carnis,ac si dicat,habent sapientiā carnis.Sapere enim quæ sunt carnis, est approbare & iudicare bona esse quæ sunt secundū carnem.Mat.16,Non sapis quæ dei sunt,sed quæ hominis.Hier.4.Sapiētes sunt vt facerent mala,Secundò,ponit minorē secundi sylogismi,dicens [Qui verò sunt secundū spiritum].i.qui spiritum sanctū sequuntur,& secundum eum ducuntur, secundū illud Gal.5, Si spiritu ducimini nō estis sub lege.Sentiunt ea quæ sunt spiritus.i.qui habēt rectum sensum in rebus spiritualibus,secundū illud Sap.1,Sentite de domino in bonitate. Et horū ratio est,quia sicut Philosophus dicit in 3.Ethi.Qualis est vnusquisq;,talis finis videtur ei.Vnde ille cuius est animus informatus per habitum bonum vel malū,existimat de fine secundum exigentiam illius habitus.Tertiò, ponit maiorē primi sylogismi,dicens,[Nam prudentia carnis,&c.[Ad cuius intellectū oportet scire ꝙ prudentia est recta ratio agibilium,vt dicit Philosophus 6.Ethi.Recta autē ratio agendorum vnū præsupponit & tria facit.Præsupponit enim finē qui est sicut principium in agēdis,sicut & ratio speculatiua præsupponit principia ex quibus demonstrat.Facit autē recta ratio agibilium tria.Nam primò rectè cōciliatur.Secundò,rectè iudicat de cōciliatis.Tertiò,rectè & constāter præcipit quod indicatū est.Sic ergo ad prudentiā carnis requiritur ꝙ aliquis præsupponat pro fine delectabile carnis,& ꝙ concilietur & iudicet & præcipiat ea quæ cōueniunt ad hūc finem.Vnde talis prudētia est mors.i.causa mortis æternæ.Gal.vlt.Qui seminat in carne,de carne & metet corruptionē.Quartò,ponit maiorem secundi sylogismi,dicens,[Prudentia autē spiritus vita & pax.] Dicitur autem secundū prędicta prudentia spiritus,quādo aliquis præsupposito fine spiritualis boni conciliatur & iudicat & præcipit quæ ordinātur conuenienter ad hunc finē.Vnde talis prudentia est vita.i.causa vitæ, gratiæ & gloriæ.Gal.vlt.Qui seminat in spiritu,de spiritu & metet vitā æternā.Et est pax.i.causa pacis.Nā pax causatur à spiritu sancto.Psal.Pax multa diligētibus legem tuā domine.Gal.5,Fructus spiritus charitas, gaudium & pax.

Quid prudentia.
Ratio recta præsupponit finem.
Tres actus rectæ rationis.
Quid prudētiæ spūs.

Lectio 2.

Ostendit ꝙ prudentia carnis sit mors.

QVoniam sapientia carnis inimica est deo.Legi enim dei nō est subiecta,nec enim potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt.Vos autem in carne non estis,sed in spiritu,si tamen spiritus dei habitat in uobis . Si quis autem spiritum Christi non habet,hic non est eius.Si autem Christus in uobis est,corpus quidem mortuum est propter peccatū,spiritus uerò uiuit propter iustificationē: ꝙ si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis,habitat in uobis qui suscitauit Iesum Christū à mortuis:uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritū eius in uobis.Ergo fratres debitores sumus,non carni ut secundum carnem uiuamus.Si enim secundum carnem uixeritis , morieminī.Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis.

¶Supposuerat Apostolus in præcedentibus ꝙ prudētia carnis mors est,& hoc quidē nunc probare intendit.Et primò probat propositū.Secundò,ostēdit fideles quibus scribit à tali prudētia esse alienos,ibi,[Vos autē &c.]Circa primū duo facit.Primò propositū probat de prudentia carnis in abstracto.Secūdò id quod

nō habet à spiritu sancto,sed ex culpa hominis sicut & fides informis quantū ad id quod est fidei,est à spiritu sancto,nō autem eius informitas.Vnde & si per huiusmodi timorē aliquis bonū faciat, non tamen bene facit,quia nō facit sponte,sed coactus metu pœnę,quod propriè est seruorum.Et ideo timor iste propriè dicitur seruilis,quia seruiliter facit hominē operari.Est autem tertius timor qui refugit malum quod opponitur bono spirituali.s.peccata vel separationē à deo & hoc quidē timet incurrere ex iusta dei vindicta.Et sic quantum ad vtrunq; obiectum respicit rem spiritualē,sed tamen cum hoc habet oculū ad pœnam.Et iste timor dicitur esse initialis,quia solet esse in hominibus in initio suæ conuersionis.Timent enim pœnam propter peccata prēterita,& timent separari à deo per peccatū propter gratiam charitati infusam.Et de hoc dicit in Psal.Initium sapiētiæ timor domini.Est autē quartus timor quòd ex vtraq; parte oculū habet solùm ad rem spiritualē,quia nihil timet nisi à deo separari.Et iste timor est sanctus qui permanet in sæculū sæculi, vt in Psal.dicitur.Sicut autem timor initialis causatur ex charitate imperfecta:ita hic timor causatur ex charitate perfecta.1.Ioan.4,Perfecta charitas foras mittit timorem.Et ideo timor initialis & timor castus non distinguntur contra amorem charitatis qui est causa vtriusq;,sed solùm timor pœnæ:quia sicut hic timor facit seruitutem,ita amor charitatis facit libertatē filiorum.Facit enim hominē voluntariè ad honorē dei operari,quod est propriè filiorum.Lex igitur vetus data est in timore,quod significabāt tonitrua & alia huiusmodi quæ facta sunt in datione veteris legis,vt dicitur Exo.19,Et ideo dicitur Heb.12, Et ita terribile erat quod videbatur.Et ideo lex vetus per inflictionē pœnarū inducens ad mādata dei seruanda,data est in spiritu seruitutis.Vnde dicitur Gal.4,Vnum quidē in monte Syna in seruitutē generās.Et ideo hīc dicit,Rectè dictum est ꝙ qui spiritu dei agūtur,&c.Non enim iterum in noua lege,sicut in veteri lege fuit,accepistis spiritum seruitutis in timore.s.pœnarū,quem timorem spiritus sanctus faciebat:sed accepistis spiritū.s.charitatis qui est adoptionis filiorū.i.per quem adoptamur in filios dei.Gal.4,Vt adoptionem filiorum reciperemus.Non autē hoc dicitur quasi sit alius & alius spiritꝰ,sed quia idē est spiritus.s.qui in quibusdā facit timorem seruilem quasi imperfectum,in aliis facit amorem quasi quoddam perfectum. ¶Deinde cùm dicit,[In quo clamamus,&c.]manifestat idē per nostram confessionē. Profitemur enim nos patrē habere deum instructi à domino cùm dicimus orātes,Pater noster qui es in cælis,vt habetur Mat.6,Hoc autē conuenit dicere nō solùm Iudæis,sed etiā Gentibus.Et ideo duo ponit idem significātia.s.abba quod est Hebrę̄,& pater quod est Latinū vel Græcū, vt ostēdat hoc ad vtrunq; populū pertinere.Vnde & dominus Mar.14, Abba pater omnia possibilia sunt tibi.Hier.3,Patrem vocabis me.Hoc autem dicimus non tantū sono vocis quantum intētione cordis,quæ quidem propter sui magnitudinē clamor dicitur,sicut & ad Moysen tacentem dicitur Exo.14,Quid clamas ad me.s.intētione cordis.Sed ista magnitudo intētionis ex affectu filialis amoris procedit quē in nobis.s.facit.Et ideo dicit,In quo.s.spiritu sancto clamamus abba pater.Vnde Esa. 6.dicitur quòd seraphin qui interpretantur ardentes quasi igne spiritus sancti clamabant alter ad alterum. ¶Deinde cùm dicit,[Ipse enim spiritus,&c.]ostendit idē ex testimonio spiritus sancti, ne fortè aliquis dicat ꝙ in nostra confessione decipimur,vnde dicit,Ideo dico ꝙ in spiritu sancto clamamus abba pater.Ipse enim spiritus testimoniū reddit,non quidē exteriori voce ad aures hominū sicut pater protestatus est de filio suo Matt.3,sed reddit testimonium per effectū amoris filialis,quem in nobis facit. Et ideo dicit ꝙ testimonium reddit nō auribus,sed spiritui nostro,&c.Act.3,Nos testes sumus horum verborū. ¶Deinde cùm dicit,[Si autē filii,&c.ponit maiorem & primò ostendit ꝙ filiis debetur hæreditas,dicens, Si autē aliqui filii per spiritū.s.sequitur etiam ꝙ sint hæredes,quia non solùm filio naturali,sed etiā adoptiuo debetur hæreditas.1.Pet.1,Regenerauit nos in spem viuā in hæreditatem,&c.Psal.Hæreditas mea pręclara est mihi.Secundò ostendit quæ sit ista hæreditas.Et primò describit eam quantū ad deum patrē,dicens, Hæredes quidem dei.Dicitur autē aliquis hæres alicuius existere qui principalia eius bona percipit seu adipiscitur,nō autem qui aliqua munuscula recipit,sicut legitur Gen.25.Quòd Abrahā dedit cūcta quæ possedit Isaac, filiis autem cōcubinarū largitus est munera.Bonū autē principale quo deus diues est,est ipsemet.Est enī diues per seipsum,& nō per aliquid aliud,quia extrinsecorum bonorū non indiget,vt dicitur in Psal.Vnde ipsum deū adipiscūtur filii dei pro hæriditate,vnde Psal.Dominus pars hæreditatis meæ.Thren.3,Pars mea dominus dicit anima mea.Sed cùm filiis hæreditatē non adipiscatur nisi patre defuncto,videtur ꝙ homo nō possit esse hæres dei,qui nunquā decedit. ¶Dicendum est autē ꝙ illud habet locum in bonis tēporalibus quæ simul à multis possideri nō possunt,& ideo necesse est vnum decedere vt alius succedat: sed bona spiritualia simul à multis haberi possunt , & ideo, non oportet patrem decedere vt filii sint hæredes. Potest tamen dici ꝙ deus decedit nobis inquātum est in nobis per fidē : erit autem nostra hæreditas inquantum videbimus eum per speciem.Secūdò describit hanc hæreditatē ex parte Christi,dicens,[Cohæredes autem Christi]quia ipse cùm sit principalis filius à quo nos filiationē participamus,ita est principalis hæres cui in hæreditate coniungimur.Mat.22,Hic est hæres,&c.Mich.1, Adhuc hæredē adducam tibi. ¶Deinde cùm dicit,[Si tamen compatimur,&c.]ostendit causam dilectionis huius vitę glorioſæ. Et primò ponit causam ex parte passionum. Secūdò ponit præeminentiam gloriæ ad passiones,ibi,[Existimo enim,&c.]Circa primum considerandum est ꝙ Christus qui est principalis hæres ad hæreditatem gloriæ peruenit per passiones.Luc.vlti.Nónne oportuit Christum pati,& ita intrare in gloriam suam ? Non autē nos faciliori modo debemus hæreditatem adipisci.Et ideo nos etiā oportet per passiones ad illam hęreditatem peruenire.Act. 14.Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei.Non enim statim immortale & impassibile corpus accipimus vt simul cum Christo pati possimus,Si tamen compatimur,id est,simul patienter sustinemus tribulationes huius mundi, vt & cū Christo glorificemur.2.Timo.2,Si commortui sumus & conregnabimus.

Qui ex timore seruili aliquid facit bonū facit,sed nō bene.
De timore initiali qui bonus est.
Timor filialis.
Lex vetus data est i timorē & in spiritu seruitutis.
Quomodo aliquis possit esse hæres dei,cum nūq; moratur deus.

Lectio 4.

Ostenditur excellentia futuræ gloriæ sup passiones huius seculi.

EXistimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat.Vanitati enim creatura subiecta est non uolens,sed propter eum qui subiecit eam in spe,quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei.Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Suprà Apostolus assignat causam dilationis immortalis vitę,quæ est hæreditas filiorum dei, ex eo quòd oportet nos Christò compati,vt ad eius gloriæ societatem perueniamus.Et quia posset aliquis dicere onerosam esse hereditatem huiusmodi,ad quam non potest,nisi per tolerantiam passionum peruenire,ideo hîc ostendit excellentiam futuræ gloriæ ad passiones præsentis temporis.Et primò ponit quod intendit.Secũdò ostendit propositum,ibi[Nam expectatio &c.]Dicit ergo primò,Dictum est quòd oportet nos pati,vt & glorificemur, nec debemus refugere passiones, vt gloriam habeamus . Existimo enim ego qui vtrunque expertus sum.Eccle.34,Vir in multis expertus,cogitabit multa.Ipse abundanter passiones sustinuit:secundum illud 2.Corint.11,In laboribus & carceribus abundãtius.Ipse etiam futuræ gloriæ contemplator fuit: secũdum illud 2.Corint.12,Raptus in paradisum,& audiuit arcana verba &c. Hoc inquam existimo quòd passiones huius temporis non sunt passiones condignæ ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.Vbi quatuor ponit ad ostendẽdum excellentiam illius gloriæ.Primò quidem designat eius æternitatem,cùm dicit[Ad futuram]scilicet post hoc tempus,nihil autem est post hoc tẽpus nisi æternitas. Vnde illa gloria excedit passiones huius temporis,sicut æternum temporale.2. Corinth.4,Id quod in præsenti est momentaneum & leuæ tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Secundò designat eius dignitatem,cùm dicit [Gloriam] quæ claritatem quandam dignitatis insinuat. Psalm. Exultabunt sancti in gloria.Tertiò designat manifestationem,cùm dicit[Quæ reuelabitur.] Nunc enim gloriam quidem habent sancti,sed occultatam in conscientia.2.Corinth.1,Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Tunc autem gloria illa in conspectu omnium reuelabitur, & bonorum & malorum,de quibus dicitur Sapien.5,Mirabũtur in subitatione insperatæ salutis.Quartò designat eius veritatem,cùm dicit[In nobis]Gloria enim huius mundi vana est:quia est in his quę sunt extra hominem,putà in apparatu diuitiarum & in opinione hominum. Psalm , In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed illa gloria erit deo,eo ꝙ est intra hominem:secũdum illud Luc.17, Regnum dei intra vos est.Sic igitur passiones hnius temporis, si secundum se considerentur, multùm deficiunt à quantitate huius gloriæ. Esa. 54, Ad punctum in modico dereliqui te,& in miserationibus magnis congregabo te. Sed si considerentur huiusmodi passiones inquantum eas aliquis voluntariè sustinet propter deum ex charitate quam in nobis spiritus sanctus facit, sic ex condigno per huiusmodi passiones homo meretur vitam æternam. Nam spiritus sanctus est fons,cuius aquæ,id est effectus,saliunt in vitam æternam,vt dicitur Ioan.4. ¶Deinde cùm dicit [Nam expectatio creaturæ &c.] ostendit propositum per excellentiam illius gloriæ. Et primò ex expectatione creaturæ. Secundò ex expectatione apostolorum, ibi [Non solùm autem &c.] Circa primum tria facit.Primò ponit expectationem creaturæ.Secundò manifestat eam,ibi[Vanitati enim &c.]Dicit ergo primò,Dictum est quòd etiam futura gloria excedit passiones pręsentes.Et tamen hoc manifestum est. Nam expectatio creaturæ,id est ipsa creatura,expectans expectat reuelationem filiorum dei:quia vt dicitur 1.Ioan. 3, Nunc filii dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus. Occultatur enim dignitas diuinæ filiationis in sanctis propter exteriores passiones, sed postmodum reuelabitur illa dignitas , quando immortalem & glorioſam vitam susçipient,ita quòd ex persona impiorum dicitur Sapien.5,Ecce quomodo computati sunt inter filios dei. Dicit autem expectatio expectat , vt talis geminatio intensionem expectationis designet,secundum illud Psam. Expectans expectaui dominum. ¶Sciendum est autem quòd creatura hîc tripliciter accipi potest. Vno modo homines iusti, qui specialiter creatura dei dicuntur . Vel quia permanent in bono,in quo creati sunt.Vel propter excellentiam,quia omnis creatura quodammodo eis deseruit.Iaco. 1,Voluntariè genuit nos verbo veritatis,vt simus initium aliquod creaturæ eius.Hæc autem creatura,id est homo iustus,expectat reuelationem gloriæ filiorum dei,tãquam præmium sibi repromissum.Tit.2,Expectantes beatam spem & aduẽtum gloriæ magni dei.Secundò potest dici creatura ipsa humana natura, quæ subiicitur bonis gratiæ,quæ quidem in hominibus iniustis nondum iustificata est, sed est sicut informis. In omnibus autem iam iustificatis est quidẽ partim formata per gratiam,sed tamen est adhuc informis respectu illius formæ,quam est acceptura per gloriam.Sic igitur ipsa creatura.i.nosipsi,secundum quòd consideramur in bonis naturæ,expectat reuelationem gloriæ filiorum dei.Quod etiam nobis competit per gratiã, sicut si dicamus ꝙ materia expectat formam vel colores expectant completionem imaginis,sicut dicit glo. Iob 14, Cunctis diebus quibus nunc milito,expecto donec veniat immutatio mea.Tertio modo potest intelligi de ipsa creatura sensibili,sicut sunt elemẽta huius mũdi:secũdum illud Sap.13,A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit eorũ creator videri.Huiusmodi autem creatura dupliciter aliquid expectat:nã expectatio creaturæ sensibilis secũdum ꝙ est à deo,ordinatur ad aliquẽ finem, quod quidẽ cõtingit dupliciter:Vno modo secũdum ꝙ deus imprimit aliquã formam &virtutẽ naturalem huiusmodi creaturę, ex qua inclinatur ad aliquẽ finem naturalẽ,putà si dicamus ꝙ arbor expectat fructificationẽ,& ignis expectat locũ sursum.Alio modo creatura sensibilis ordinatur à deo ad aliquẽ finem, qui superexcedit formã naturalem ipsius.Sicut enim humanum corpus induetur quadã forma gloriæ supernaturali, ita tota creatura sensibilis in illa gloria filiorũ dei quãdam nouitatem gloriæ cõsequetur:secũdum illud Apo.21,Vidi cælum nouũ & terram nouã.Et per hunc modum creatura sensibilis expectat reuelationem filiorũ dei. ¶Deinde cùm dicit[Vanitati enim &c.]manifestat prædictã expectationem.Et primò ponit necessitatem expectandi.Secũdò expectationis terminum,ibi[Quia & ipsa creatura &c.]Tertiò expectationis signũ,ibi [Scimus enim quòd omnis creatura &c.]Necessitas autem expectãdi est ex defectu cui subiacet creatura.Cui enim nihil deficit,nõ habet necesse aliquid expectare.Defectum autem creaturæ ostendit,dicens, Vanitati enim creatura subiecta est.Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus, sic intelligitur subiici vanitati.i. istis rebus corporalibus,quæ sunt mutabilia & caduca.Vnde dicitur vana,secũdum illud Eccl.1,Vanitas vanitatum & omnia vanitas.Subiicitur autẽ eis propter necessitatẽ præsentis vitæ,circa ea occupationem habens,non tamen volẽs,quia huiusmodi tẽporalia non amat,sicut illi contra quos dicitur in Psal. Vt quid diligitis vanitatem & quæritis mẽdacium.Sed tamen huiusmodi vanitati subiicitur talis creatura propter eũ, id est propter ordinationem dei qui subiecit eam.i. hominẽ iustum huiusmodi sensibilibus creaturis, & tamen

Quomodo passiones et actus nostri sint meritorij, & quomodo non.

Hîc accipitur triplici ter creatura

men in spe,vt.s.quandoque à tali occupatione homo liberetur in resurrectione.s.quãdo neque nubent,neque nubentur,sed erunt sicut angeli in cælo. Matth.22. Si verò intelligatur creatura ipsa humana natura, sic est subiecta vanitati.i.passibilitati,secundum illud Psal.Veruntamen vniuersa vanitas,omnis homo viuens.Non tamen volens,quia talis vanitas est,humanæ naturæ in pœnã inflicta. Pœna autem est inuoluntaria,sicut & culpa voluntaria,sed tamen huiusmodi passionibus humana natura subiicitur propter eum.i. propter sententiã dei,qui subiecit eam.s.humanã naturã defectibus: sed tamen in spe quandoque euadendi huiusmodi passiones.Esa.28,Non in perpetuũ triturans triturabit.Si autem intelligatur de creatura sensibili,sic talis creatura subiecta est vanitati.i.mutabilitati non volens . Huiusmodi enim defectus qui consequuntur mutabilitatem, sicut corruptio & senium & alia huiusmodi sunt cõtra naturã particularem huius vel illius rei,cuius appetitus est ad conseruationem, licet sint secundum naturam vniuersalem.Sed nihilominus huiusmodi vanitati creatura sensibilis subiicitur propter eum.i. propter ordinationem dei qui subiecit eam in spe ,id est in expectatione glorioſæ nouitatis,vt suprà dictũ est. ¶Deinde cùm dicit,[Quia & ipsa creatura,&c.]ostẽdit terminũ prædictæ expectationis. Nõ enim est vana eius expectatio vel spes,quia ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei . Et siquidem per creaturam intelligatur homo iustus,per seruitutem corruptionis intelligitur cura quærẽdi victum & vestitum, & alia quibus seruitur nostræ mortalitati, quæ est quædam seruitus à qua liberabuntur sancti tendentes in libertatem gloriæ filiorum dei. Qui quanuis nunc habeant libertatem iustitiæ, quæ est à seruitute peccati, nondum tamen habent libertatem gloriæ,quæ est à seruitute miseriæ.Iob 39,Quis dimisit onagrum liberum?Si verò per creaturã intelligatur humana natura,ipsa liberabitur à seruitute corruptionis.i.ad literã à passibilitate & corruptione,& hoc tendens in libertatem gloriæ filiorũ dei,quæ est non solùm à culpa,sed etiã à morte,secundũ illud 1.Corint.15,Absorpta est mors in victoria.Si verò intelligatur de creatura sensibili,sic ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis.i.mutabilitatis:quia in qualibet mutatione est aliqua corruptio,vt Augustꝰ.dicit,& etiã Philosophus in 8.Phisi.& hoc in libertatẽ gloriæ filiorum dei,quia hoc etiam libertati gloriæ filiorum dei congruit, vt sicut ipsi sunt innouati , etiam eorum habitatio innouetur.Esa.65,Ego creo cælos nouos,& terram nouam,& non erunt in memoria priora,id est prior mutabilitas creaturæ,quia & ipsa,&c.secundum primum sensum. Acsi dicat,Non solùm nos apostoli,sed etiam alii iusti.In sensu autem secundo,non solùm iusti,sed etiam ipsa humana natura,quæ in quibusdam nõdum est renouata per gratiam.In tertio autem sensu,intelligendum est,acsi dicatur, Non solùm homines,sed alia creatura. ¶Deinde cùm dicit,[Scimus enim,&c.]ponit signum expectationis,Scimus enim nos apostoli per spiritum sanctum instructi , & etiam per experimentum quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Quod quidem si intelligatur de creatura sensibili, habet difficultatem . Primò quidem quantum ad hoc quòd dicit , Ingemiscit & parturit : hoc enim conuenire videtur non nisi creaturæ rationali,sed potest sic exponi vt hoc quòd dicit,Ingemiscit,idem sit ei quòd dixit, non volens. In illis enim ingemiscimus, quæ nostræ voluntati repugnant . Sic ergo inquantum defectus naturæ sensibilis sunt contra naturalem appetitum particularis naturæ, dicitur ipsa creatura sensibilis ingemiscere . Quòd autem dicit, Parturit,idem est ei quòd suprà dixerat,Expectat.Nam parturitio est via ad prolem producendam. Secundum autem dubium est in hoc quòd dicit, [Omnis creatura,] quia sic etiam includerentur corpora cælestia.Vnde & glosa dicit quòd sol & luna non sine labore statuta sibi implent spatia,sed exponendum est vt Labor accipiatur pro Motu,sicut & Requies quandoque accipitur pro Cessatione ab opere,sicut deus die septima requieuisse dicitur Gen.1.Et secundum hoc,gemitus intelligatur corruptio,quæ aut miscetur motui locali, prout,scilicet definit esse in hoc,vbi & incipit esse in alia. Per parturitionem autem intelligitur ordinatio cælestium corporum ad eorũ innouationem.Si verò exponatur de hominibus,sic dicitur humana natura,omnis creatura,quia participat cum omni creatura, cum spirituali quidem quantum ad intellectum,cum animali quantum ad corporis animationem,cum corporali quantum ad corpus.Hîc ergo creatura,id est homo,ingemiscit partim propter mala quæ patitur,partim propter bona sperata quæ differuntur.Threno.1,Multi gemitus mei. Parturit autem, quia cum quadam afflictione animi sustinet dilationem gloriæ expectatæ.Prouerb.13,Spes quæ differtur affligit animam.Io.16,Mulier cùm parit,tristitiã habet. Psal.Ibi dolores vt parturientis.Dicit autem vsque adhuc,quia iste gemitus nõ est ablatus per nostrã iustificationem,sed manet vsque adhuc.i.vsque ad mortẽ,vel vsque adhuc, quia & si aliqui iam sint liberati qui sunt in gloria,adhuc tamẽ nos sumus residui.Vel vsq; adhuc,quia nõ solùm antiqui patres qui fuerunt ante Christũ,sed etiam adhuc tẽpore gratiæ eadẽ patimur.2.Pet.3.dicitur ex persona impiorũ. Vbi est promissio aut aduẽtus eius.Ex quo patres dormierũt omnia sic perseuerãt ab initio creaturæ. ¶Est autẽ sciẽdum ꝙ creatura dei potest dici omne illud quod sub deo est:aliqui voluerũt prædicta verba exponere de qualibet creatura,etiã de angelis sãctis:sed valde incõueniẽs est vt ipsi dicãtur vanitati subiecti,aut ingemiscere& parturire:vt ipsi iã habeant gloriã,cuius similitudinẽ expectamus, secundũ illud Matt.22,Erũt sicut angeli dei in cælis:& ideo conuenientius secundum prædicta exponitur. Lectio 5.

Ostẽditur magnitudo gloriæ futuræ ex expectatione magnorũ.s. apostolorũ.

Non solùm autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes , & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei,expectantes redemptionem corporis nostri.Spe enim salui facti sumus . Spes autem quæ uidetur, non est spes. Nam quod uidet quis,quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus,per patientiam expectamus . Similiter autẽ & spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram.Nã quid oremus sicut oportet,nescimus:sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibꝰ inenarrabilibus. Qui autẽ scrutatur corda,scit quid desiderat spiritus,quia secundũ deũ postulat pro sanctis.

¶Suprà ostẽdit Apostolus excellentiã futuræ glorię & expectationẽ creaturæ,nũc ostendit idẽ ex expectatione apostolorũ.Nõ autẽ potest esse paruũ quod à magnis viris expectatur tã anxiè.Et circa hoc duo facit.Primò proponit quod intẽdit.Secũdò probat propositũ,ibi[Spe enim,&c.]Circa primũ tria facit.Primò proponit dignitatem expectantiũ,cùm dicit, [Non solùm autẽ illa,]scilicet creatura,expectat gloriã filiorũ dei,sed & nosipsi,scilicet apostoli,habentes primitias spiritus sancti, quia scilicet spiritum sanctum & tẽpore prius,& cæteris abũdantius apostoli habuerũt, sicut & in fructibus terræ illud quod primò ad ma-

Apostoli habuerunt primitias

spiritibus: quia spiritū sanctū accepérit & tẽpore prius & cæteris abūdātius. Magnitudo meriti simpliciter ꝙ à charitate.

turitatem peruenit,est pinguius & magis acceptum. Hier.2, Sanctus Israel domino primitiæ frugum eius. Heb.12,Accessistis ad ecclesiã primitiuorũ qui conscripti sunt in cęlestibus .Ex quo patet ꝙ apostoli sunt omnibus aliis sanctis,quacũque prærogatiua præfulgeãt,siue virginitatis,siue doctrinæ,siue martyrii,præferendi,tanquã abundantius spiritum sanctũ habentes. ¶Sed potest aliquis dicere,ꝙ quidam alii sancti maiora tormenta sustinuerunt,& maiores austeritates propter Christum,quàm apostoli. ¶Sed sciendum est quòd magnitudo meriti principaliter & respectu essentialis præmii,attenditur secundum charitatẽ.Consistit enim præmium essentiale in gaudio quod habetur de deo.Manifestũ est autem quòd de deo plus gaudebunt qui plus amant. Vnde & illam visionem beatã,dominus suo dilecto promittit, dicens Ioan.14,Si quis diligit me,diligetur à patre meo:& ego diligã eum,& manifestabo ei meipsum.Sed secundũ quantitatem operum,meretur homo præmium accidentale,quod est gaudiũ de talibus operibus.Apostoli ergo illa opera quæ fecerunt, ex maiori charitate fecerunt, ex qua habebant cor ad multa maiora facienda si fuisset opportunum.Si autẽ dicat aliquis,potest tantum quis conari quòd habebit æqualem charitatem cum apostolis. Dicendum quòd charitas hominis non est à seipso, sed ex gratia dei quæ datur vnicuique secundum mẽsuram donationis Christi,vt dicitur Ephes.4, Vnicuique autem dat gratiã proportionatam ei ad quod eligitur,sicut homini Christo data est excellentissima gratia,quia ad hoc est electus vt eius natura in vnitatem personæ diuinæ assumeretur,& post eum habuit maximam plenitudinem gratiæ beata Maria,qu æad hoc est electa vt esset mater Christi.Inter cæteros autem ad maiorem dignitatem sunt electi apostoli, vt.s. immediatè ab ipso accipientes,aliis traderent ea quæ pertinent ad salutem,& sic in eis ecclesia quodammodo fundaretur,secundum illud Apoc.21,Murus habebat fundamenta duodecim, & nomina apostolorum erant in eis scripta: & ideo dicitur 1.Corinth.12,Deus posuit in ecclesia primùm quidẽ apostolos. Et ideo deus eis abundantiorẽ gratiam præ cæteris tribuit.Secũdò ponit anxietatem expectationis,cùm dicit, [Et ipsi intra nos gemimus.] Qui quidem gemitus designat afflictionẽ ex dilatione rei cum magno desiderio expectatæ,secundum illud Prou.13,Spes quæ differtur,affligit animam.Psal.Laboraui in gemitu meo. Iste autem gemitus non est tam exterius,quàm interius,tum quia ex interiori cordis affectu producit,tum quia est propter interiora bona:vnde signanter dicit,Intra nos.Thre.1,Multi gemitus mei. Tertiò ponit rẽ expectatam,dicens,[Adoptionẽ filiorũ dei expectantes].i.cõpletionem huius adoptionis. Inchoata enim est huiusmodi adoptio per spiritũ sanctum iustificantem animã. Suprà eodem, Accepistis spiritũ adoptionis filiorũ.Consummabitur autẽ per ipsius corporis glorificationẽ:vnde suprà 5,Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.Et hoc est ꝙ subdit.Redemptionem corporis nostri,vt.s.sicut spiritus noster redẽptus est à peccato,ita corpus nostrũ redimatur à corruptione & morte.Oseæ 13,De morte redimã eos,Philip.3,Reformabit corpus humilitatis nostrę. ¶Deinde cùm dicit,[Spe enim,&c.]probat quod dixerat tali ratione,Spes est de his quæ non præsentialiter videntur, sed in futuro expectantur . Sed nos sumus salui facti per spem, ergo expectamus in futurum complementum salutis.Primò ergo ponit minorem dicens,[Nos enim apostoli & cæteri fideles spe salui facti sumus]quia.s.spem nostræ salutis habemus.1.Pet.1,Regenerauit nos in spem viuã.psal.Sperate in eũ omnis congregatio populi.Secundò ponit maiorem,dicens, [Spes autem].i. res sperata,quæ videtur quasi præsentialiter habita:nõ est spes.i.nõ est res sperata,sed habita.Spes enim est expectatio futuri.Soph.8,Expecta me in die resurrectionis meæ in futurũ.Tertiò ponit probationẽ maioris,dicens,[Nam quod videt quis quid].i.cur sperat,quasi dicat,Spes importat motũ animæ in aliquid nõ habitum tendentẽ.Cùm autem aliquid iam habetur,non est necessariũ vt in id aliquis moueatur. ¶Et est notandum ꝙ quia spes ex fide quodammodo oritur,attribuit spei opus illud quod est fidei.s.esse de nõ visis,secundum illud Heb.11,Fides est argumentũ non apparentium. Quartò ponit conclusionẽ,dicens,[Si autem quod non videmus speramus,]sequitur ꝙ per patientiam expectamus. ¶Vnde notãdum est quòd propriè patientia importat tolerantiam tribulationum cum quadam æquanimitate.Infrà 12,In tribulatione patientes,quia verò dilatio boni habet quandã rationem mali.Inde est ꝙ etiam diutina expectatio bonorum absentiũ,cum tranquilitate animi attribuitur patientiæ,sed hæc maximè ad longanimitatem pertinent,secundum illud Iac.2,Patientes estote vsque ad aduentũ domini.Vtroque autẽ modo patiẽtia hîc accipitur:quia apostoli expectabant æquanimiter gloriam,& cum dilatione & tribulatione. ¶Deinde cùm dicit, [Similiter autem,&c.]ostendit quomodo per spiritum sanctũ adiuuamur in defectibus vitæ præsentis.Et primò quantum ad completionem desideriorum.Secundò quantum ad directionem exteriorum euentuum,ibi[Scimus autem,&c.]Circa primum duo facit.Primò proponit quod intendit. Secundò manifestat propositum,ibi[Nam quid oremus,&c.]Dicit ergo primò,Dictũ est ꝙ per spiritum sanctũ viuificabuntur nostra mortalia corpora,quando auferetur à nobis nostra infirmitas. Similiter autem,& in statu huius vitæ,in quo adhuc infirmitati subiicimur,spiritus adiuuat infirmitatem nostrã,&si non totaliter eam tollat.Eze.3,Spiritus quoque eleuauit me,& assumpsit me:abii amarus in indignatione spiritus mei,quasi infirmitate nõdum totaliter cessante.Manus enim domini erat mecũ confortans me.Et in hoc spiritus me assumpsit.Matth.26,Spiritus quidem promptus,caro autẽ infirma. ¶Deinde cùm dicit,[Nam quid oremus,&c.]manifestat quod dixerat. Et primò ostendit necessitatem auxilii spiritus, quod pertinet ad infirmitatem præsentis vitæ.Secundò ostendit modum auxilii,ibi[Sed ipse spiritus,&c.]Tertiò ostendit efficaciam auxilii,ibi[Qui autem scrutatur,&c.] Dicit ergo primò,Rectè dico quòd spiritus adiuuat infirmitatem nostram . Nam in hoc patimur infirmitatem quòd nescimus quid oremus, sicut oportet. Iob 3, Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum deus tenebris. ¶Et est considerandum quòd duo dicit nos Apostolus nescire , scilicet quid orando petamus , & modum quo petere oporteat : sed vtrunque videtur esse falsum.Nam primùm scimus quid oremus:quia hoc nos dominus docuit Matth. 6, Sanctificetur nomen tuum, &c. ¶Sed dicendum quòd in generali quidem possumus scire quid conuenienter oremus, sed in speciali hoc non possumus scire . Primò quidem , quia si desideramus aliquod opus virtutis facere, quod est implere voluntatem dei , sicut in cælo & in terra , potest contingere quòd illud opus virtutis non est huic vel illi congruum : sicut alicui qui vtiliter posset in actione proficere , non expedit con-

Quid importet patientia.

Deus dat gratiã vnicuique proportionatã ei ad quod eligitur.

Scimus in generali qd oremus, nõ tamẽ in speciali.

templationis quies, & econuerso,vt Gregorius dicit in moralibus super illud Iob 5,Ingredieris in abundãtia sepulchrum.vnde dicitur Prouerbio.14,Est via quæ videtur homini iusta , nouissima autem illius ducunt ad mortem . Secundò aliquis desiderat aliquod temporale bonum ad sustentationem vitæ quod est petere panem quotidianum,quod tamẽ sibi vertitur in periculum mortis.Multi enim propter diuitias perierunt.Eccle.5,Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui.Tertiò aliquis desiderat liberari ab aliqua molestia tentationis,quæ tamen est sibi ad custodiam humilitatis:sicut Paulus petiit amoueri à se stimulum, qui tamen erat ei datus,ne eum magnitudo reuelationũ extolleret,vt dicitur 2.Corint.12. Similiter etiam videtur quòd sciamus sicut nos oportet orare:secundum illud Iaco.1,Postulet in fide nihil hæsitans. ¶Et ad hoc dicendum quòd in generali hoc scire possumus , sed speciali motu cordis nostri vsquequaque discernere non possumus:vt puta vtrum petamus aliquid ex ira,vel ex zelo iustitiæ. Vnde & Mat.10,Reprobata est petitio filiorũ Zebedei, quia licet viderentur participationem diuinæ gloriæ postulare,tamen ex quadam gloria seu elatione procedebat eorum petitio. ¶Deinde cùm dicit.[Sed ipse &c.]Ponit modum auxilii spiritus sancti dicẽs, quòd ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus . Quod quidẽ videtur suffragari errori Arrii & Macedonii,qui posuerunt spiritũ sanctum esse creaturam & mniorem patre & filio,postulare enim est minoris,sed si ex eo quòd dicit eum postulare,intelligamus eũ esse passibilem creaturã & patre minorẽ,consequens est etiam quòd ex eo ꝙ dicit gemitibus postulare, intelligamus eum esse passibilem creaturã beatitudine carẽtem,quod nullus vnqua hæreticus dixit. Nam gemitus ex dolore est qui ad miseriã pertinet.Et ideo exponendũ est,Postulat.i.postulantes nos facit, sicut & Gen.22,Nunc cognoui quòd timeas dominum.i.cognoscere feci . Facit autem spiritus sanctus nos postulare, inquantum in nobis recta desideria causat. Nam postulatio est quædam desideriorum explicatio. Desideria autem recta ex amore charitatis proueniunt,quam in nobis.s.facit. Suprà 5,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum:qui datus est nobis.Spiritu autem sancto dirigente & instigante cor nostrum,& nostra desideria non possunt esse nisi nobis vtilia.Esaiæ.4,Ego dominus docens te vtilia. & ideo subdit, Pro nobis.Eius autem quod multum desideramus & desideranter petimus,dilationem cum dolore & gemitibus patimur. & ideo subdit,Gemitibus,quos scilicet in corde nostro causat,inquantum scilicet nos facit cælestia desiderare, quæ differuntur. Iste est gemitus columbæ, quem scilicet,in nobis facit. Nahum 2, Minabantur gementes vt columbæ.Dicit autẽ,Inenarrabilibus:aut quia sunt propter rem inenarrabilem, scilicet cælestem gloriam.2.Corin.12,Audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui.Aut quia ipsi motus cordis sufficienter enarrari nõ possunt,secundum ꝙ à spiritu sancto procedunt.Iob 38,Quis enarrabit cælorum rationem? Deinde cùm dicit,[Qui autem scrutatur &c.]ostendit efficaciam auxilii, quo spiritus sanctus nos adiuuat dicens,Qui autem scrutatur corda.i.deus cui proprium est corda scrutari.Psal.Scrutãs corda & renes deus.Dicitur autẽ deus scrutari corda,non ꝙ inquirendo occulta cordis cognoscat,sed quia manifestè scit ea quæ in corde latent.Sophon.1,Scrutabor Ierusalem in lucernis.Deus inquã scrutans corda,scit.i.approbat,secundũ illud 2.Tim.2,Nouit dominus qui sunt eius.Quid desideret spiritus.i.quid desiderare nos faciat. Psal.Domine ante te omne desideriũ meum. Ideo autem desideria spiritus quæ in sanctis facit spiritus sanctus,sunt deo accepta: quia postulat pro sanctis.i. postulare eos facit secũdum deum,id est quod conuenit diuino beneplacito.Prou.10,Desiderium iustorum omne bonũ,in cuius exemplum dominus patri dicebat,Non sicut ego volo,sed sicut tu vis.Matth.26.

Error Arrij & Macedonij.

Lectio 6.

Scimus autem quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

Spiritus sanctus nos dirigit in exterioribus mouẽtibus in bonum nostrum.

¶Ostendit suprà Apostolus ꝙ spiritus sanctus adiuuat infirmitates præsentis vitæ quantum ad impletionem nostrorũ desideriorum,hîc ostendit qualiter nos iuuat quantũ ad exteriores euentus,dirigendo in bonum nostrũ.Et primò proponit quod intendit. Secũdò probat propositum,ibi [Nam quos præsciuit,&c.] Tertiò infert quandam conclusionẽ,ibi[Quis ergo separabit nos,&c.]Circa primũ duo consideranda occurrunt.Primò quidem magnitudo beneficii quæ nobis à spiritu sancto confertur, vt scilicet omnia nobis cooperentur in bonum. Ad cuius euidentiam considerandum est,quòd quicquid fit in mundo,etiã si malum sit,cedit in bonum vniuersi:quia vt Augustinus dicit in Enchi. Deus est adeò bonus,ꝙ nihil mali esse permitteret,nisi esset adeò potens quòd ex quolibet malo posset elicere aliquod bonum.Nõ autem semper cedit malum in bonum eius in quo est,quod sicut corruptio vnius animalis,cedit quidem in bonũ vniuersi inquantum per corruptionẽ vnius generatur aliud,non tamen in bonum eius quod corũpitur: quia bonum vniuersi est à deo volitum secũdum se,& ad ipsum ordinantur omnes partes vniuersi. Et eadem ratio esse videtur circa ordinem nobilissimarum partium ad alias partes , quia malum aliarum partiũ ordinatur in bonum nobilissimarum.Sed quicquid fit circa nobilissimas partes non ordinatur nisi in bonũ ipsarum: quia de eis propter se cura habetur,de aliis autem propter ipsas: sicut medicus infirmitatem pedis sustinet vt curet caput.Inter omnes autem partes vniuersi excellunt sancti dei, ad quorũ quemlibet pertinet quod dicitur Matth.25,Super omnia bona sua constituet eum. Et ideo quicquid accidit, vel circa ipsos vel alias res,totũ in bonum eorum cedit:ita quòd verificatur quod dicitur Prou.11, Qui stultus est,seruiet sapienti, quia.s.etiam mala peccatorum in bonũ iustorum cedunt: vnde & deus specialem curã de iustis habere dicitur,secundum illud Psal. Oculi domini super iustos, inquantum.s.sic de eis curat quòd nihil mali circa eos permittit,quod non in eorũ bonum cõuertat. Et hoc quidem manifestũ est quantũ ad mala pœnalia quæ patiuntur:vnde in glosa dicitur,ꝙ ipsorum infirmitate exercetur humilitas afflictione,patientia,contradictione,sapiẽtia,odio,beneuolentia,vnde 1.Pet.3,Si quid patimini propter iustitiã,beati. ¶Sed nũquid etiã eis peccata cooperantur in bonũ?Quidam dicunt quòd peccata non continentur sub hoc ꝙ dicit omnia: quia secundum Augustinum, peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cùm peccant . Sed contra hoc est,

Quicquid fit in mũdo cadit in bonum sanctorũ etiam peccata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bonũ hoīs non in sola charitate, sed maximè in perseuerãtia charitatis vsq; ad mortem

quod in glosa sequitur. Vsque adeo talibus deus omnia cooperatur in bonum, vt si qui horum deuiant & exorbitant, etiam hocipsum eis faciat proficere in bonum, vnde & in Psalm. dicitur, Cum ceciderit iustus non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Sed secundum hoc videtur quòd semper tales in maiori charitate resurgant, quia bonum hominis in charitate consistit, quam si non habeat Apostolus se nihil esse recognoscit. primæ Corinthiorum 13. Sed dicendum est quòd bonum hominis non solùm consistit in quantitate charitatis, sed præcipuè in ipsius perseuerantia vsque ad mortem, secundum illud Matthæi 24, Qui perseuauerit vsque in finem, hic saluus erit. Ex hoc autem quòd iustus cadit, resurgit cautior & humilior. vnde in glo. subditur, postquam dixerat ꝙ hocipsum faciat eis in bonum proficere: quia sibi humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim cum tremore se exultare debere: non quasi arrogando sibi tanquam de sua virtute fiduciam permanendi. ¶ Secundò oportet considerare quibus hoc beneficium competat. Circa quod primò attenditur aliquid ex parte hominis. cùm dicit, Diligentibus deum. dei enim dilectio est in nobis per inhabitantem spiritum, vt habitum est suprà secundo. Ipse autē spiritus sanctus est qui nos dirigit in viā rectā, vt dicitur in Psalm. Vnde dicitur 1, Petri 3, Quis est qui vobis noceat si boni æmulatores fueritis? Et Psalmista, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et hoc rationabiliter: quia vt dicitur Prouerbiorum 8, Ego diligentes me diligo. Diligere est bonum velle dilecto: dei autem velle est operari. Omnia enim quæcunque voluit, fecit, vt in Psalm. dicitur. Et ideo deus omnia conuertit in bonum his qui eum diligunt. Secundò attenditur id quod est ex parte dei, qui primò fideles ab æterno prædestinauit. Secundò ex tempore vocat. Tertiò sanctificat, & hæc tria tangit cùm dicit, His qui secundum propositū vocati sunt sancti. prædestinatis, vocatis & sanctificatis: vt propositum referatur ad prædestinationem quæ secundum Augustinum, est propositum miserendi. Ephe. 1, Prædestinati secundum propositum eius. Quòd dicit, vocati, ad vocationem pertinet. Esaiæ 41, Vocauit eum vt sequeretur se. Quòd dicit, sancti, ad sanctificationem: secundum illud Leuitic. 21, Ego dominus qui sanctifico. Hoc autem Apostolus se scire dicit ex persona sanctorum, dicens. Scimus Sapient. 10, Dedit illi scientiam sanctorum. Procedit autem hæc scientia, tum ex experimento, tum etiam ex consideratione efficaciæ charitatis. Canticorum 8, Fortis est vt mors dilectio. Et etiam prædestinationis æternæ. Esaiæ 46, Omnis voluntas mea implebitur, & omne consilium meum fiet. ¶ Deinde cùm dicit, [Nam quos præsciuit &c.] probat quod dixerat tali ratione. Nullus potest nocere his quos deus promouet, sed prædestinatos diligentes deum deus promouet: ergo nihil potest eis nocere, sed omnia cedunt eis in bonum. Primò ergo probat minorem, scilicet quòd eos deus promoueat. Secundò maiorem, scilicet, promotis à deo nihil potest esse nociuum, ibi, Quid ergo dicemus &c.) Circa primum duo facit. Primò proponit ea quæ sunt ad promotionem sanctorum ab æterno. Secundò ea quæ sunt ex tempore, ibi, Quos autem prædestinauit & cætera.) Ponit autem duo, circa primum, scilicet præscientiam & prædestinationem cùm dicit, (Nam quos præsciuit & prædestinauit.) Dicunt autē quidam quòd prædestinatio hīc accipitur pro præparatione quæ est in tempore, qua scilicet deus præparat sanctos ad gratiam. & hoc dicunt ad distinguendum præscientiam à prædestinatione. Sed si rectè consideretur vtrunque est æternum, & differunt ratione. Nam sicut dictum est suprà primò super illud, Qui prædestinatus est, prædestinatio importat præordinationem quandam in animo eorum quæ quis est facturus. Ab æterno autem deus prędestinauit beneficia quę sanctis suis erat daturus. Vnde prædestinatio est æterna. Differt autem à præscientia secundum rationē, quia præscientia importat solam notitiā futurorum: sed prædestinatio importat causalitatem quādam respectu eorum. Et ideo deus habet præscientiam de peccatis: sed prædestinatio est de bonis salutaribus. Vnde Apostolus ad Ephe. 1, dicit, Prædestinati secundum propositum eius vt simus in laudem &c. Circa ordinem autem præscientiæ & prædestinationis dicunt quidam quòd præscientia meritorum bonorum & malorum est ratio prædestinationis & reprobationis, vt scilicet intelligatur quòd deus prædestinet aliquos quia præscit eos bene operaturos, & in Christum credituros. Et secundum hoc litera sic legitur, Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii eius, hos prædestinauit. Et hoc quidem rationabiliter diceretur si prædestinatio respiceret tantùm vitam æternam quæ datur meritis: sed sub prædestinatione cadit omne beneficium salutare, quod est homini ab æterno diuinitus præparatum: vnde eadem ratione omnia beneficia quę nobis confert ex tempore, præparauit nobis ab æterno. Vnde ponere quòd aliquod meritum ex parte nostra præsupponatur, cuius præscientia sit ratio prædestinationis, nihil est aliud quàm gratiam ponere dari ex meritis nostris, & quo principium bonorū operum est ex nobis, & consummatio est ex deo. vnde conuenientius sic ordinatur litera, Quos præsciuit, hos & prædestinauit fieri conformes imaginis filii sui. Vt ista conformitas non sit ratio prædestinationis sed terminus vel effectus. Dicit enim Apostolus Ephe. 1, Prædestinauit nos in adoptionem filiorum dei. Nihil enim aliud est adoptio quàm illa conformitas. Ille enim qui adoptatur in filium dei, conformatur vero filio eius. Primò quidem in iure participandæ hæreditatis, sicut suprà eodem dictum est, Si filii & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Secundò in participatione splendoris ipsius. Ipse enim est genitus à patre tanquam splendor gloriæ eius. Heb. 1. Vnde per hoc quòd sanctos illuminat de lumine sapientiæ & gratie facit eos fieri conformes sibi. vnde in Psal. dicitur, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. i. profundantem omnem splendorem sanctorum. Quòd autem dicit, Imaginis filii eius: potest intelligi dupliciter. Vno modo vt sit constructio appositiua, vt sit sensus, conformes imaginis filii eius qui est imago. Col. 1, Est imago inuisibilis dei. Alio modo potest intelligi vt sit constructio transitiua, vt si sensus, prædestinauit nos fieri conformes filio suo, in hoc quòd portemus eius imaginē. 1. Cor. 15, Sicut portauimus imaginē terreni, sic portemus imaginem cælestis. Dicit autem, Quos prædestinauit: non quia omnes præscitos prædestinet, sed quia eos prædestinare non poterat nisi præsciret. Hieremiæ primo, Priusquam te formarem in vtero noui te. Quid autem ex hac prædestinatione sequatur, subiungit, Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Sicut enim deꝰ suā naturalē bonitatem voluit aliis communicare, participando eis similitudinem suæ bonitatis vt non solū sit bonus, sed etiā actor bonorum: ita filius dei voluit conformitatē suæ filiationis aliis cōmunicare, vt nō solū

Differētia inter præscitiam & prædestinationem.

De ordine præscientiæ & prædestinationis.

Sub prædestinatiōe cadit oē beneficium salutare.

sit ipse filius, sed etiam primogenitus filiorum. Et sic qui per generationem æternam est vnigenitus. secundum illud Ioannis 1, Vnigenitus qui est in sinu patris secundum collationem gratiæ, sit primogenitus in multis fratribus. Apoc. 1, Qui est primogenitus mortuorum & princeps regum terræ. Habet igitur Christus nos fratres, tum quia nobis similitudinem filiationis communicauit, sicut hic dicitur, tum quia similitudinem nostræ naturæ assumpsit. secundum illud Hebr. 2, Debuit per omnia fratribus assimilari.

¶ Deinde cùm dicit, (Quos autem prædestinauit &c.) ponit ea quæ ex parte sancti diuinitus consequuntur. Et primò ponit vocationem cùm dicit, (Quos prædestinauit hos & vocauit.) Prædestinatio autem eiꝰ irrita esse non potest secūdum illud Esa. 14, Iurauit dominus exercituum, dicens, Si non vt putaui ita erit, & quomodo mēte tractaui, sic eueniet. Primum autem in quo incipit prædestinatio impleri, est vocatio hominis, quæ quidē est duplex, vna exterior quæ fit ore prædicatoris. Prouerb. 9, Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Hoc modo deus vocauit Petrum & Andream, vt dicitur Matthæi quarto. Alia verò vocatio est interior, quæ nihil aliud est quàm quidam mentis instinctus, quo cor hominis mouetur à deo ad assentiendum his quæ sunt fidei vel virtutis. Esaiæ 41, Quis suscitauit ab oriente iustum & vocauit eum vt sequeretur se? Et hæc vocatio necessaria est, quia cor nostrum non se ad deum conuerteret, nisi ipse deus nos ad se traheret. Ioannis 6, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Threnorū quinto, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Et etiam hæc vocatio est efficax in prædestinatis, quia huiusmodi vocationi assentiunt. Ioannis 6, Omnis qui audiuit à patre meo & didicit, venit ad me. Vnde secundò ponit iustificationem, cùm dicit, (Quos vocauit hos & iustificauit.) scilicet gratiam infundendo. Suprà tertio, Iustificati gratis per gratiam ipsius. Hæc autem iustificatio & si in aliquibus frustretur, quia nō perseuerant vsque ad finem: in prædestinatis tamen nunquam frustratur, vnde tertiò ponit magnificationem cum subdit, (Hos & magnificauit.) Et hoc dupliciter. s. vno quidem modo per profectum virtutis & gratiæ. Alio autem modo per exaltationem gloriæ. Sapient. vlt. In omnibus domine magnificasti populū tuum & honorasti. Ponit autem præteritū pro futuro si intelligatur de magnificatione gloriæ, vel propter certitudinem futuri: vel quia quod in quibusdam est futurum, in aliis est completum. ¶ Deinde cū dicit, [Quid ergo dicemus &c.] manifestat maiorem. s. quòd promotis à deo nullus potest nocere. Et primò ostendit quòd non posit pati detrimentum per malum pœnæ, secundò ꝙ nec per malum culpę, ibi, [Quis accusabit &c.) Malum pœnæ est duplex. Vnum quidem consistit in illatione malorum, aliud in subtractione bonorum. Primò ostendit quòd illi qui promouentur à deo, non patiuntur detrimentum per conatum alicuius persequentis, dicens, Quid ergo dicemus? quasi dicat, Cùm tot bona deus suis electis præstet, quid potest dici contra hæc, vt scilicet prædicta dei beneficia annulentur? quasi diceret, nihil. Prouer. 21. Non est sapientia, & non est prudentia, & non est consilium contra dominum. Vel quid dicemus? Ad hæc scilicet assicientes, & oportet nos obstupescere. Abac. 3, Secundum aliam literam. Consideraui opera tua & expaui. Vel quid dicemus ad hæc. i. quid poterimus deo retribuere tot beneficiis dignum? Psalmista, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et subiungit, Si deus pro nobis est, scilicet prædestinādo, vocando, iustificando, & magnificando, quis contra nos scilicet, esse poterit efficaciter? Esa. 5, Stemus simul, quis est aduersarius meus? Iob 17, Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra me. Secundò ostēdit quòd sancti dei non possunt pati detrimentum ex subtractione bonorum, dicens, (Qui etiam proprio filio non pepercit.) Cùm autem suprà de multis filiis mentionem fecisset, dicens, Accepistis spiritum adoptionis filiorum, ab omnibus illis hunc filium separat, dicens, Proprio filio suo, i. non adoptato vt hæretici mentiuntur, sed naturali & coæterno 1Io. vlti. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo, de quo pater dicit Matthæi 3, Hic est filius meus dilectus. Quòd autem dicit, Non pepercit intelligendum est ꝙ eum à pœna non exemit. Nam culpa in eo non fuit cui parci potuisset. Prouerb. 13, Qui parcit virgæ, odit filiū suum. Non tamen deus pater filio suo non pepercit vt ei aliquid accresceret, qui est per omnia deus perfectus, sed propter nostram vtilitatem eum passioni subiecit. Et hoc est quòd subdit, Sed pro nobis omnibus tradidit illum. i. exposuit eum passioni pro expiatione peccatorum nostrorum. suprà. 4, Traditus est propter delicta nostra. Esaiæ 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. Tradidit eum deus pater in mortem, eum incarnari & pati statuendo, & humanæ eius voluntati inspirando charitatis affectū qua passionem spontaneus subiret. Vnde ipse seipsum tradidisse dicitur. Ephe. 5, Tradidit semetipsum pro nobis. tradidit etiā eū Iudas, & Iudæi exterius aliquid operando, vt suprà. 5, habitū est. ¶ Est autem notandum quòd dicit, (Qui etiam proprio &c.) Quasi dicat, Non solùm alios sanctos pro salute hominum tribulationi exposuit, secundum illud Osææ 6, Propter hoc dolaui in prophetis. 2. Corinth. 1. Cùm tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Sed etiā proprium filium suū. In ipso autē filio dei omnia existūt, sicut in primordiali præoperatiua causa. Colloss. 1, Ipse est ante omnia &c. Vnde eo tradito nobis omnia sunt data nobis. vnde subdit. Quomodo non etiam cum illo. f. dato nobis, omnia donauit nobis: vt. s. omnia cedant in bonum nostrum, superiora quidem scilicet diuinæ personæ ad fruendum, rationales spiritus ad conueniendum, omnia inferiora ad vtendum, non solùm prospera, sed etiam aduersa. 1. Corinth. 3, Omnia vestra sunt, vos autē Christi, Christus autem dei: vnde patet quòd sicut in Psal. dicitur, Nihil deest timentibus eum.

Primum in executione prædestinationis. Duplex vocatio.

Vocationē efficacē sequitur iustificatio.

Tertiò sequitur magnificētia quæ duplex est.

Ostenditur ꝙ nullū malū noceat sanctis.

Malū pœnæ duplex.

Quomodo omnia sint nobis data, dato Christo.

Lectio 7.

Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sicut scriptū est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Ostenditur sanctos nullum malū pati à malo culpæ.

¶ Postquam Apostolus ostēdit quòd sancti quos deus promouet nullum detrimentum pati possunt, quasi à malo pœnæ, hīc ostendit quòd nullum detrimentum pati possunt quasi à malo culpæ. Et primò osten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit propositum. Secundò excludit quandam obuiationem, ibi (Christus Iesus &c.) Circa primum considerandum est quòd aliquis propter culpam læditur à duobus. Primo quidem ab accusatione. Secundò à iudice condemnante, Primò ergo ostendit quòd nulla accusatio possit esse sanctis dei nociua: & hoc ratione diuinæ electionis. Qui enim aliquē eligit ex hoc ipso eum approbare videtur. Sancti autem sunt electi à deo. Ephe.1, Elegit nos in ipso ante mūdi constitutionem, vt essemus sancti. Qui accusat, improbat eum quem accusat. Non est autem alicuius accusatio contra dei approbationem. Et ideo dicit, Quis accusabit, scilicet efficaciter aduersus electos id est, aduersus quos deus elegit, vt sint sancti. vnde dicitur Apoca.12, Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundò quòd nullius accusatio potest esse sanctis nociua. Et hoc etiam ostendit ex alio dei beneficio, quo scilicet deus nos iustificat: quod quidem beneficium præmittit, dicens, Deus scilicet est qui iustificat, secundum illud quod suprà dictum est, Quos vocauit, hos & iustificauit. 1. Corinth. 6, Sed iustificati estis. Cōdemnatio autem contra iniustos locū habet. Quis est ergo qui cōdemnet iustificatos à deo? Iob.34, Ipso concedente pacem quis est qui condemnet? ¶ Deinde cùm dicit, [Christus Iesus,] excludit obuiationem. Posset aliquis timere ne à Christo Iesu aliquis accusaretur & condemnaretur tanquam transgressor mandati ipsius Christi, sicut & de Moyse dominus dicit Ioannis. 5, Est qui accusat vos Moyses in quo speratis. Et quòd etiam ab ipso condemnaretur, eo quòd ipse est constitutus à deo iudex viuorum & mortuorum: vt dicitur Act.10. Ipse etiam est immunis à peccato. 1, Corinth. 2, Qui peccatum non fecit, & ideo idoneus videtur ad accusandū & cōdemnandum, secundum illud Ioan. 8, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et ideo dicit Christus Iesus, quasi diceret, Nunquid Christus Iesus accusabit aduersus electos dei, vel etiam eos condemnabit? Et ostendit quòd non, quia etiam ipse secundum humanitatem suam magna beneficia satis confert, sicut & secundum suam diuinitatem. Et ponit quatuor humanitatis ipsius beneficia. Primò quidem mortem cùm dicit, (Qui mortuus est.) scilicet pro nostra salute. 1, Petri. 3, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundò resurrectionem per quam. s. nos viuificat, & nunc vita spirituali, & tandem vita corporali. Vnde subdit, Qui & resurrexit. vt suprà. 4, Resurrexit propter iustificationem nostram. Addit autem, immo, quia potius est nunc commemorandus ex virtute resurrectionis quàm ex infirmitate passionis. 2, Corint. vlt, Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit ex virtute dei. Tertiò ipsam patris confessionem cùm dicit, (Qui est à dextris dei,) id est, in æqualitatē dei patris secundum naturam diuinam, & in potioribus bonis eius secundum naturam humanam. Et hoc etiam est ad gloriam nostram, quia vt dicitur Ephe.2, Consedere nos fecit in cælestibus in Christo Iesu. Inquantum enim nos mēbra eius sumus, nos in ipso deo patri consedemus. Apoc. 3, Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Quartò interpellationem eius cùm dicit, (Qui etiā interpellat pro nobis) quasi aduocatus noster existēs. 1, Ioannis. 2, Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Ad officium aduocati pertinet, nō quòd accuset vel condemnet, sed magis accusatorem repellat, & condemnationem impediat. Dicitur autem pro nobis interpellare dupliciter. Vno modo pro nobis orando, secundum illud Ioannis. 17, Non pro his rogo tantùm, scilicet apostolis, sed his qui crediturí sunt per verbum eorum in me, Nunc autem eius interpellatio pro nobis est voluntas ipsius de nostra salute. Ioannis. 17. Volo vt vbi sum ego & illi sint mecum. Alio modo interpellat pro nobis humanitatem pro nobis assumptam, & mysteria in ea celebrata conspectui patērno representando. Hebr. 6, Introiuit in ipsum cælū, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. ¶ Deinde cùm dicit, [Quis ergo nos separabit &c.] infert conclusionem ex dictis. Et quia hæc conclusio quasi incredibilis videtur inexpertis, proponit eam per modum quæstionis, vnde tria facit. Primò proponit quæstionem. Secundò ostendit necessitatem quæstionis propositæ, ibi, (Sicut scriptum est &c.) Tertiò ponit solutionem, ibi, (In his omnibus &c,) Potest autem hæc quæstio ex præmissis duplici ratione concludi. Primò quidem sic, Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata, & tam efficacia vt nullus contra ea possit. Omnia autem prædicta beneficia ad hoc tendunt vt nos simus in charitate radicati & fundati. vt dicitur Ephe.3, Quis ergo nos separabit à charitate Christi? qua scilicet Christum diligimus & proximum, secundū quod ipse præcepit. Ioannis. 13, Mandatum nouum do vobis &c. Alio modo sic, Dictum est quòd magna beneficia deus sanctis suis confert, ex quorum consideratione à deo charitas Christi in cordibus nostris feruet, quòd nihil eam extinguere potest. Cantico. vlti. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Proponit autē mala per quorū passionem aliquis credi posset vt charitatē Christi desereret. Et primò ponit ea quæ pertinent ad vitam. Secundò id quod pertinet ad mortem. Circa verò ea quæ in vita imminent sustinenda, primò ponit mala præsentia, secundò futura. Circa præsentia verò primò ponit ea quæ pertinēt ad tolerantiam malorum. Secundò ea quæ pertinent ad defectum bonorum. Mala autem perpessa considerari possunt dupliciter. Vno modo secundum quòd sunt in patiente qui dupliciter ab eis affligitur, scilicet exterius secundum corpus. Et ad hoc pertinet tribulatio. Dicitur enim à tribulis quæ sunt herbæ pungitiuæ. Gene. 3, Spinas & tribulos germinabit tibi. Vnde aliquis tribulari dicitur cùm exterius pungitur. Nec tamen propter hoc iusti vincuntur. Psal. Multæ tribulationes iustorū, & de his omnibus liberabit eos dominus. Affligitur etiā homo ab eis per interiorem anxietatē cordis, dū. s. aliquis nō videt quo diuertat, vel quomodo euadat. Et quantū ad hoc subdit, An angustia: Danie. 13, Angustiæ mihi sunt vndique & quid eligam ignoro. Alio modo huiusmodi mala cōsiderari possunt secundū quòd sunt in agente. Et quantū ad hoc subdit, An persecutio? Quāuis em̄ persecutio ad hoc propriè pertinere videatur quòd aliquis alium persequitur effugando, secundum illud Matthæi. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā. tamen communiter persecutio accipi potest pro inflictione cuiuslibet nocumenti. Psal. Multi persequūtur me qui tribulant me. Deinde ponit mala quæ pertinent ad subtractionē bonorū quæ sunt necessaria vitæ, s. cibus & vestimenta, secundum illud. 1. Tim. 6, Habentes alimenta & quibus tegamur his cōtenti simus. Ad subtractionem autē cibi pertinet fames. vnde subdit, An fames? Ad subtractionē autē vestitus pertinet nuditas. vnde subdit, An nuditas? 1, Cor. 4, Vsq; in hanc horā esurimus & sitimus, & nudi sumus. Quātum ad mala futura subdit, An periculū. s. imminens in futurū. 2. Cor. 12, Periculis fluminū, periculis latronum.

Si Christus nō resurrexisset, non fuissemus iustificati

Christus dicitur ꝓ nobis interpellare dupliciter.

Quantum autem ad mortem subdit, An gladius? Hebræorum vndecimo, In occisione gladii mortui sunt ¶ Deinde cùm dicit, [Sicut scriptum est, &c.] ostendit huius quæstionis necessitatē per hoc ꝙ dicit ꝙ sanctis omnia ista imminebant patienda, propter Christi charitatē. Et inducit verba Psalmistæ quasi in persona martyrum proposita. In quibus primò ponit causam passionis. Martyrem enim nō facit pœna, sed causa, vt dicit Aug. Vnde dicit propter te Mat.10, Qui perdiderit animā suam. i. vitam ꝓpter me, inueniet eā. 1. Pet.4, Nemo vestrum patiatur vt fur aut homicida. Si autē vt Christianus, non erubescat. Patitur etiam propter Christū, non solùm qui patitur ꝓpter fidē Christi, sed etiā qui patitur pro quocunq; iustitię opere pro amore Christi. Mat.5, Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā. Secūdò ponit grauitatē passionis cùm dicit, Mortificamur. i. morti tradimur. Hester 7, Traditi sumus ego & populus meus vt cōteramur & iugulemur, & pereamus. Tertiò continuitatē persecutionis, cùm dicit, [Tota die.] i. per totum tēpus vitæ. 2. Cor.4, Semper nos qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum. Quartò prōptitudinem persequentium ad occidendū cùm dicit, [Estimati sumus vt oues occisionis.] i. deputatæ vt occidātur in macello, quæ cum studio occidūtur. Ita & sancti ex ꝓposito & cum studio occidebātur. Io.16, Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiūse præstare deo. Zach.11, Pasce pecora occisionis quę qui possedent, occidebāt. ¶ Deinde cùm dicit, [Sed in his omnibus.] soluit quæstionē. Et primò proponit solutionem, dicens, [Sed in his omnibus.] s. malis quæ suprà posui, superamus, dum. s. circa omnia illibatam charitatem seruamus. Sapien.10, Certamen fortē dedit illi vt vinceret. Et hoc non nostra virtute, sed per auxiliū Christi, vnde subdit, Propter eum qui dilexit nos. i. ꝓpter eius auxilium, vel propter affectū quem ad eū habemus: nō quasi nos primò dilexerimus eum, sed quoniā ipse prior dilexit nos, vt dicitur. 1. Io.4. & .1. Cor. 15, Gratias deo qui dedit nobis victoriā per Iesum Christum. Secundò ibi, [Certus sum.] manifestat solutionem ostendens inseparabilem esse sanctorū charitatem. Et primò ostendit ꝙ non potest seperari à creaturis quæ sunt. Secundò ꝙ nec etiam à creaturis quæ non sunt, sed esse possent, ibi, [Neque creatura alia.] Circa primum duo facit. Primò ponit ea quæ sunt in homine, dicēs, Certus sum enim quia neq; mors quæ est præciputū inter terribilia, neq; vita quæ est præcipuū inter appetibilia. s. poterit nos seperare à charitate dei. Infrà. 14, Siue viuimus, domino viuimus: siue morimur, domino morimur. In his autē duobus includūtur omnia quæ suprà posuit. Nam sex præcedentia pertinent ad vitam. Vnum autem. s. gladius pertinet ad mortem, vt suprà dictum est. ¶ Deinde ponit ea quæ sunt exterius, inter quæ primò ponit spirituales creaturas, dicens, [Neq; angeli.] qui. s. sunt minores deputati ad custodiam hominum singulorum. Psal. Angelis suis mandauit de te. Neq; principatus. s. qui sunt deputati ad custodiam Gētium. Danie.10. Nunc reuertar vt prælier aduersus principem Persarum. Cùm enim egrederer apparuit princeps Græcorū veniens, & nemo est adiutor meus nisi Michael noster princeps. Addit autem, Neq; virtutes, qui est supremus ordo ministrantium. Luc.21, Virtutes cælorum mouebuntur. Potest autē hoc intelligi dupliciter. Vno modo de malis angelis qui contra sanctos decertant. Ephe.6, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Alio modo potest intelligi de bonis. Et secundum hoc, vt Chrysostomus dicit in libro de cōpunctione cordis, hoc dicebat non ꝙ angeli affectare possent aliquando eū à Christo separare, sed etiā ea quæ sunt impossibilia: verbi gratia fieri posse dixit magis q̄ se ab amore Christi separari: vt per hoc quanta in eo vis esset diuinæ charitatis ostenderet, atq; omnibus ante oculos poneret: hīc enim amantiū mos est vt amorē suum silentio tegere nequeant: sed necessariis suis & charis afferunt & produnt, & flāmas suas intra pectus cohibere non possunt. Enarrant ea frequentius vt ipsa assiduitate narrandi amoris sui solatiū capiāt, & refrigeria immēsi ardoris assumāt. Sic ergo facit beatus hic eximius amator Christi omnia quæ sunt & quæ erunt, quæq; accidere possunt, & quæ omnino non possunt, simul vno sermone cōplectitur. Et simile est quod dicitur Galat.1, Licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euāgelizaui vobis, anathema sit. ¶ Deinde posuit etiam creaturas sensibiles, quarum duplicem diuersitatē ponit. Primò quidem secundū tempus quod diuersificantur secundum præsens & futurum. Vnde dicit, Neq; instantia. i. præsentia siue dolorem, siue delectationem inferant. 2. Cor.4, Non contemplātibus nobis ea quæ videntur. Addit autem, Neq; futura: quorum nec timor, nec desiderium potest nos separare à Christo. Vnde dicebat Act.21. Ego non solùm alligari, sed & mori in Hierusalē paratus sum propter nomen domini Iesu. ¶ Deinde ponit diuersitatem sensibiliū creaturarum ex parte magnitudinis: & primò tangit magnitudinē virtutis cùm dicit, [Neq; fortitudo.] id est neq; creatura fortis potest me separare à Christo, puta fortis ignis, aut fortis aqua: quia vt Cantic.8. dicitur, Fortis est vt mors dilectio. ¶ Deinde ponit magnitudinem dilectionis, describens eam secundum ea quæ propriè conueniunt corporibus. s. altum & profundum. Vnde dicit, [Neque altitudo.] ex qua. s. aliquis mihi minaretur præcipitium: sicut dicitur Luc.4, Quòd duxerunt Iesum vsque ad supercilium montis vt præcipitarent eum. Neq; profundum in quo aliquis submersionem minaretur. Psal. Infixus sum in limo profundi. Possunt etiam hęc tria ad res humanas referri. Tripliciter enim aliquis homo posset à deo aliquē auertere. Vno quidē modo, cogēdo per fortitudem. Sed sicut dicitur. 1. Regū. 2, Nō est fortis sicut deus noster. Secundò stupefaciēdo per altitudinem authoritatis: sed de deo dicitur in Psal. Tu solus altissimus super omnē terram. Tertiò seducendo per profundum sapientię: sed de eo dicitur Iob 11, Profundior inferno: & vnde cognosces? Possunt etiā hęc duo, altitudo & profundum, ad prospera & aduersa referri, secundum illud. 2. Corin. 6, Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, vel secundum Chryso. in libro de compunctione cordis, quòd ait, Altitudo & profundum non mihi aliud indicare videntur, quàm regnum cælorum & gehennam. Quasi dicat, Nec si à regno decidere me necesse sit, aut etiam in gehennam trahi pro Christo, nec hoc mihi quidem metuendum est. Quantum autem ad ea quæ non sunt, sed possunt esse, subdit, Neque creatura alia: quod vtique secūdum Chrysosto. de his dicit quæ non sunt, quasi illi non sufficiant omnia quæ sunt, sed illa quæ non sunt, prouocat quodammodo ad certamen. Nihil, inquit, istorum poterit nos separare à charitate dei. 1. Corinthio. 13, Charitas nunquam excidit. Quæ quidem charitas dei est in Christo Iesu domino nostro, quia, scilicet, per eum data est nobis inquantum spiritum sanctum nobis dedit. Lucæ 12, Ignem veni mittere in terrā, &

quid volo nisi vt accendatur? Sed cùm scriptum sit, Eccl. 9, Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta: quid est hoc ꝙ dicit se esse certũ ꝙ nihil posit eum à charitate separare? Ad quod dici potest ꝙ Apostolus nõ loquitur singulariter de seipso: sed loquitur in persona omniũ prædestinatorum, de quibus propter certitudinem prædestinationis annuntiat ꝙ nihil eos à charitate possit separare. Potest etiam ista certitudo causari ex virtute charitatis quæ quantum in se est ab aliquibus nõ potest separari, cùm deum super omnia diligant. Quòd autem aliquis interdum à charitate recedat nõ est propter defectum charitatis, sed propter defectum liberi arbitrii. Si autẽ Paulus hoc dicit de seipso, de hoc certus esse nõ poterat, nisi fortè per reuelationem: quia dictũ est ei, Sufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12, Nam quantum ad possibilitatem liberi arbitrii, ipse alibi dicit. 1. Corin. 6, Ne fortè cum aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar.

Declaratur quòd euangelium sit virtus Dei in salutẽ Iudæo primum et Græco, & ꝙ iustus ex fide viuit: & hoc istius tribus capitibus declaratur nẽpe modus quo euangelium est virtus Iudæo primũ et Græco, & modus est ꝙ pauci Iudæis ꝓfuit, Græci autẽ seu Gẽtibus ꝓfuit cõmunicauerit: et horũ causa ex parte dei fuit, diuinũ ꝙ positum ex parte autẽ hoim fuit, qa Gẽtes cõfisæ sunt in fide Christi Iudæi autẽ. i iustitia legis: et i hoc cap. agit de electiõe Gẽtiũ, sed prio in initio cõmemorat dignitatẽ Iudæorũ ostẽdens suũ affectũ ad eos

Caput 9.

VEritatem dico in Christo non mentior, testimonium perhibẽte conscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt Israelitæ, quorũ adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in sæcula, Amen.

¶ Apostolus suprà necessitatem & virtutẽ gratiæ demonstrauit, hîc incipit agere de ordine gratiæ, vtrum ex sola dei electione detur, aut detur ex meritis præcedentium operum occasione accepta ex eo ꝙ Iudæi qui videbãtur diuinis obsequiis mancipari, exciderãt à gratia. Gentiles autẽ ad eam erant admissi qui prius fuerant à deo alieni. Primò igitur agit de electione Gentiũ. Secundò de casu Iudęorum. cap. 10, [Fratres vo luntas quidem cordis mei, &c.] Circa primum duo facit. Primò cõmemorat dignitatem Iudæorum. Secundò ostendit quomodo Gentiles ad illam dignitatem sunt assumpti, ibi. [Non autem ꝙ exciderit.] Circa primum duo facit. Primò Apostolus ostendit effectum suum ad gentem Iudæorum, ne ea quæ cõtra eos dixit vel dicturus est, ex odio dicere videatur. Secundò eorũ dignitatem ostẽdit, ibi, [Qui sunt Israelitæ, &c.] Circa primum duo facit. Primò confirmat dicenda per simplicem assertionem, dicens, Veritatẽ dico, quod maximè cõuenit prædicatori, qui est testis veritatis. Prouer. 8, Veritatẽ meditabitur guttur meum. Zach. 8, Pacem & veritatem diligite. Et quia quandoq; aliquis veritati quam loquitur aliquod mendacium interserit, ad hoc excludendum subdit, Non mentior. Ephe. 4, Deponentes mendacium loquimini veritatem. Secundò confirmat quæ dicenda sunt per iuramentum, quæ est quædam confirmatio per testimoniũ ineffabilis veritatis. Tales autẽ sunt testes sanctorum. Primò quidem deus, secundum Iob. 16, Ecce in cælo testis meus. Et ideo dicit, In Christo Iesu, id est, per Christum Iesum qui est veritas absq; mendacio. 2. Corin. 1, Dei enim filius qui prædicatus est in vobis nõ fuit in illo, est, & non. Secundò testis ineffabilis sanctorũ est eorũ conscientia, vnde subdit, Testimonium perhibente mihi conscientia mea. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonium cõscientię nostræ. Et quia interdum cõscientia errat nisi per spiritum sanctum rectificetur subdit, In spiritu sancto, suprà octauo, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro. ¶ Deinde cùm dicit, [Quoniam tristitia, &c.] ostendit suum affectum ad Iudæos per dolorẽ quem de eorum casu patiebatur, quem quidẽ primò exponit. Secundò eius signũ ponit cùm dicit, [Optabã, &c.] Exaggerat autem suũ dolorem tripliciter. Primò quidẽ ex eius magnitudine. Quoniã mihi tristitia est magna quia. s. est de magno malo. i. de excidio tãtæ gentis. Threno. 2, Magna est velut mare cõtritio tua. ¶ Sed cõtra hoc videtur esse quod dicitur Eccl. 3, Tristitiã non des animæ tuæ, quod videtur sententiæ Stoicorum cõsonare, qui tristitiam omnino ab animo sapientis propellebãt. Cùm enim tristitia sit de malo præsenti: nõ potest sapiẽti cõpetere, cui nullum malum est præsens. Nõ enim æstimabãt aliquid esse bonum nisi honestum, & malum nisi peccatum. Sed hæc opinio refellitur dupliciter. Primò quidẽ quia corporales defectus, licet nõ sint simpliciter mala, quibus. s. homines fiãt mali, sunt tamen quædã mala quæ natura abhorret. Vnde & dominus pro his tristatus legitur, Mat. 26, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Secũdò cùm ex charitate homo debet suum diligere proximum sicut seipsum, imminet sapiẽti tristitia laudabilis de peccato proximi sicut de peccato suiipsius, vnde Apostolus dicit. 2. Cor. 12, Et lugeã multos ex eis q peccauerũt. Sic igitur reprobatur sæculi tristitia quæ mortem operatur, procedens ex amore sæculi: sed tristitia quæ est secundũ deum vtpote ex diuina charitate procedens salutem operatur, vt dicitur. 2. Cor. 7, Et talis fuit ista tristitia. Secundò exaggerat eam ex cõtinuitate, vnde subdit, Et continuus dolor. Non ꝙ continuo actu doleret, sed secũdum habitum. Hiere. 9, vt plorẽ die ac nocte interfectos populi mei., Tertiò exaggerat eam ex sui veritate, est dicit Cordi meo. non enim erat superficialis sed in corde radicata Thren. 1. Multi gemitus mei & cor meum merens. ¶ Deinde cùm dicit, [Optabam enim, &c.] ponit signum doloris, dicens, Optabam enim ego ipse qui tam ferues sum in charitate Christi, vt supra ostensum est anathema esse à Christo pro fratribus meis. Vbi primò sciendum est quod anathema est Græcum, & cõponitur ab ana quod est sursum, & thesis quod est positio, vt dicatur anathema quasi sursum positũ: quia. s. cùm capiebatur aliquid in præda quod nolebant esse in vsu hominũ suspendebant illud in templo. Et inoleuit vsque adhuc vt ea quæ sunt separata ab hominũ cõmuni vsu anathema vocarẽtur. vnde Iosue. 6, dicitur, Sit ciuitas hęc anathema, & omnia quę in ea sunt domino. Dicit ergo optabã egoipse anathema esse à Christo. i. separatus ab eo. quod quidẽ fit dupliciter. Vno modo ꝙ culpã, per quã aliquis à charitate Christi separatur, eius præceptũ non seruans. Io. 14, Si diligitis me, mãdata mea seruate. Sic autẽ Apostolus non poterat optare esse anathema à Christo pro qua cunque causa vt ex supradictis in 8. capit. patet. Est enim hoc contra ordinem charitatis quo quis tenetur deum super omnia diligere, & salutem suam plusquam aliorum. Et ideo non dicit, Opto, sed Optabam, scilicet, tempore infidelitatis, sed secundum hoc nihil magnum dicit Apostolus: quia tunc etiam propter se volebat esse separatus à Christo. Vnde & quædam glossa exponit quòd dicit, Tristitia magna est mihi: de tristitia qua dolebat de præterito statu peccati, in quo à Christo voluerat esse separatus. Alio modo potest aliquis esse separatus à Christo, id est à fruitione Christi quæ habetur in gloria. Sic autem separari à Christo volebat Apostolus pro salute gentilium, nedum pro conuersione Iudęorum, secundum

Dupliciter quis est anathema à Christo.

illud Phil. 1. Desiderium habens dissolui & cum Christo esse, multo melius permanere in carne necessarium prõpter vos. Et hoc modo dicebat, Optabã. s. si fieri posset anathema esse. i. separatus à gloria, vel simpliciter vel ad tempus propter honorem Christi qui est ex conuersione Iudæorũ, secundum illud Prouerb. 14, In multitudine populi dignitas regis. Vnde Chrysosto. in libro de cõpunctione cordis, Ita totam eius mẽtem deuicit amor, vt etiam eo ꝙ prę cæteris omnib⁹ amabilius erat esse cum Christo rursum idipsum, quia ita placeret Christo contemnĕret, sed & cælorum regna quod videbatur laborum esse remuneratio pro Christo, nihilominus cedere pateretur. Et causam tanti effectus ostendit, subdens, Pro fratribus meis. Vnde Ecclesiast. 25, dicitur quòd tria sunt probata coram deo & hominibus, concordia fratrum. Et ne hoc intelligeretur de his qui erant spiritualiter in Christo fratres, secundum illud Matth. 23. Omnes vos fratres estis. subiungit, Qui sunt cognati mei secũdum carnẽ. 2. Corinth. 11, Semẽ Abrahæ sunt & ego. ¶ Deinde cùm dicit, [Qui sunt Israelitæ.] ostendit dignitatem Iudæorum vt eius tristitia videretur esse rationabilis propter pristinam dignitatem populi pereuntis. Propensius enim est malum, dignitatem perdidisse quàm nunquam habuisse, vt dicit glosa, Et non solùm ex affectu carnali procedens. Ostendit autem eorum dignitatem tripliciter. Primò quidem quantum ad suam gentem cùm dicit, [Qui sunt Israelitæ,] id est à genere Iacob descendentes, qui est dictus Israel. Gene. 32, &. 2. Corinth. 11, Israelitæ sunt & ego. Et hoc ad dignitatem pertinet. Dicitur enim Deut. 4, Non est alia natio tam grandis, &c. Secundò ostendit dignitatem illius gentis ex dei beneficiis, inter quæ primò ponit spiritualia beneficia, quorũ vnum respicit præsens. Et quantum ad hoc dicit, Quorum est adoptio filiorũ dei. vnde dicitur Exod. 4, Primò genitus meus Israel. Et hoc quidem dicitur quantũ ad spirituales viros qui fuerunt in illo populo. Quantum ad carnales verò suprà. 8. innuit ꝙ acceperunt spiritum seruitutis in timore. Aliud verò beneficium ponit quod respicit futurũ cùm dicit, Et gloria. s. filiorum dei eis repromissa. In cuius signum legitur Exod. vlti. Quòd gloria domini impleuit tabernaculum. ¶ Deinde ponit alia beneficia figuralia, quorum tria sunt figura præsentis spiritualis beneficii. Et horum primùm est testamẽtum. i. pactũ circumcisionis Abrahæ datũ, vt dicitur Gene. 17, Quanuis hoc possit referri ad testamentum nouum quod primò Iudæis est prædicatum. Vnde & dominus dicebat Matth. 15, Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Et Hiere. 31, dicitur, Feriam domui Israel fœdus nouum. Secundum est lex data Moysi. Vnde & subdit, Legislatio. Eccle. 24, Legem mandauit nobis Moyses. Tertium est cultus diuinus, cùm dicit, Et obsequium quo. s. deo seruiebant, omnibus aliis gẽtibus seruiẽtibus idolis. Esa. 44, Et nũc serue meus Iacob rectissime quem elegi. ¶ Deinde ponit id quod pertinet ad futuram gloriam, cùm dicit, (Et promissa.) Promissiones enim factæ in veteri testamẽto impletæ per Christum, Iudæis præcipuè factæ videntur. Vnde dicitur infrà. 15, Dico Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas, &c. Fuerunt autem eis multæ promissiones factæ de bonis terrenis, vt patet Leui. 26, & Deut. 18. Sed per illa temporalia bona, spiritualia figurantur. Tertiò autem describit dignitatem Iudæorum ex origine, cùm dicit, (Quorum patres.) quia. s. secũdum carnem sunt progeniti ab illis patribus qui fuerũt maximè deo accepti. Deut. 4. Dilexi patres tuos & elegi semen eorũ. Osęæ. 9, Quasi prima poma ficulneæ eius vidi patres eorum. Quartò ostẽdit dignitatem eorũ ex prole, cùm dicit, Ex quib⁹ & Christus est genitus secundum carnem. sicut ipse dicit Ioan. 4, Salus ex Iudæis est. Et ne hoc parũ videatur, ostendit Christi dignitatem, dicens, Qui est super omnia deus benedictus in sæcula, Amen. 1. Ioan. vlt. Hîc est verus deus & vita æterna. In quibus verbis quatuor hæreses destruuntur. Primò quidem Manichei qui dicebat Christum habuisse corpus phantasticum & non verum, quod remouet per hoc quòd dicit, secundum carnem. Habet enim veram carnem, secundum illud Luc. vlti. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Secundò hæresis Valẽtini qui dicit Christum non de massa humani generis, sed de cælo corpus attulisse. Quod quidem excludit in hoc quòd dicit Christum ex Iudæis secũdum carnem esse, secundum illud Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi filii Dauid. Tertiò hæresis Nestorii qui posuit alium esse filium hominis, alium dei: contra quem Apostolus hîc dicit, quòd ille est ex patribus secundũ carnem qui est deus super omnia. Quartò excluditur hæresis Arrii qui dicebat Christum esse minorem patre, & quòd est creatus ex nihilo. Contra quorũ primum dicit ꝙ est super omnia. Contra secundũ ꝙ est benedictus per omnia sæcula. Hoc enim de solo deo dicendũ est ꝙ eius bonitas durer in sæcula.

Quatuor hæreses destruuntur.

Lectio 2.

NOn autem quòd exciderit uerbum dei. *Non enim omnes qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij. Sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est non qui filij carnis hi filij dei: sed qui filij sunt, promissiones æstimantur in semine, Promissionis enim uerbum hoc est. Secundum hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Non solùm autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

¶ Postquam Apostolus posuit dignitatẽ Iudæorum, nunc ostendit quòd ista dignitas non pertinet ad eos qui carnaliter processerunt ab antiquis patribus, sed ad spirituale semen quod est à deo electum. Et primò ostendit quòd huiusmodi dignitas proueniat ex electione diuina. Secundò ostendit quòd hæc electio communiter pertinet ad Iudæos & ad gentiles, ibi, [Quos etiam vocauit non solùm, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quomodo ex electione diuina homines spiritualem dignitatem consequuntur. Secundò mouet quæstionem de iustitia diuinæ electionis, ibi, (Quid ergo dicemus?) ¶ Circa primum duo facit. Primò proponit quod intẽdit. Secundò ostendit propositum, ibi, [Sed in Isaac, &c.] ¶ Circa primum duo facit. Primò ponit firmitatem diuinæ electionis. Secundò ostendit in quibus impleatur, ibi, [Non enim omnes, &c.] ¶ Dicit ergo primò, ita dictum est quòd eorũ sunt promissa & adoptio filiorum, & gloria, pro quorum casu est mihi magna tristitia & continuus dolor. Non autem est hoc sic intelligendum quòd verbum dei exciderit. i. frustratũ sit, quia & si non habet locũ in quibusdam qui exciderunt, habet locum in aliis. Esa. 55, Verbum quod egreditur ex ore meo non reuertetur ad me vacuum, &c. Psal. In æternum domine permanet verbum tuum. ¶ Deinde cùm dicit, [Non enim, &c.] ostendit quomodo & in quibus verbũ dei exciderit. Circa quòd considerandũ est ꝙ Iudæi de duobus præcipuè gloriabantur, videlicet de Abrahã

Ostenditur gentes esse assumptas ad dignitatem Iudæorum & eos esse filios q sunt filij imitatione utpote filios Abraham & Iacob q habent & imitatur fidem eorum & tales ostendit esse filios dei, hãcque filiationem esse ex sola electione dei.

qui primò accepit pactum circuncisionis à domino, vt dicitur Gene.17. Et de Iacob siue Israel cuius nota posteritas in populo dei cõnumerabatur. Non autem ita fuit de Isaac. Nam posteritas filii eius Esau ad populum dei non pertinebat. Vnde Apostolus ostendit propositum. Primò quidem per comparationem ad Iacob, dicens, Non enim omnes qui sunt ex Israel. i. ex Iacob secũdum carnem progeniti, hi sunt veri Israelitæ, ad quos pertinent dei promissa, sed illi qui sunt recti & videntes deum per fidem. Esa. 44, Rectissime quem elegi. Vnde & dominus dicit Nathanaeli. Io. 1, Ecce verus Israelita in quo dolus non est. Hoc autem nomen Israel impositum fuit Iacob ab angelo. vt patet Gene. 32. Secundò ostendit idem, propter comparationem ad Abraham dicens, Neque omnes qui sunt carnale semen Abrahæ, sunt spirituales Abrahæ filii quibus deus benedictionem repromisit, sed solùm illi qui eius fidem & opera imitantur. Ioan. 8, Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. ¶ Deinde cùm dicit, [Sed in Isaac, &c.] manifestat propositum. Et primò quantum ad Abraham. Secundò quantum ad Iacob, ibi, [Non solùm autem illa, &c.] Circa primũ tria facit. Primò proponit authoritatem scripturæ, dicens, (Sed in Isaac vocabitur tibi semen. Hoc dominus dixit Abrahæ, vt habetur Gene. 21, Vbi agebatur de expulsione Hysmaelis. Quasi dicat, Non omnes qui nati sunt carnaliter ab Abraham pertinent ad illud semen cui facta est repromissio, secundum illud Galat. 3, Abrahæ dictę sunt repromissiones & semini eius. Sed illi qui similes sunt Isaac. ¶ Deinde cùm dicit, [Id est non qui filii, &c.] exponit authoritatem inductam secundum quòd facit ad propositum. Ad cuius euidentiam accipiẽdum est quod Apostolus dicit Galat. 4, Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alium de libera: sed qui de ancilla scilicet Hysmael, secundum carnem natus est, quia. s. secundum legem & consuetudinem carnis ex iuuencula natus est: qui autem ex libera. s. Isaac per repromissionem & non secundum carnem. i. non secundum carnis legem & consuetudinem, quia natus est ex sterili & vetula, vt habetur Gene. 18, Quanuis sit natus secundum carnem, id est secundum substantiam carnis quam accepit à parẽtibus. Ex quo Apostolus hìc accipit quòd illi non adoptantur in filios dei qui sunt filii carnis. i. ex hoc ipso quòd secundum carnẽ progeniti sunt ab Abraham, sed illi æstimantur in semine quibus facta est repromissio qui sunt filii promissionis. i. illi qui ex gratia promissionis diuinæ facti sunt filii Abrahæ secundum imitationẽ fidei, secundum illud Matth. 3, Potes est deus de lapidibus his suscitare filios Abrahæ. Sicut etiam Hysmael secundum carnem natus, est non computatus in semine, sed Isaac per repromissionem natus. ¶ Tertiò, ibi, [Promissionis enim, &c.] probat conuenientem fuisse suam expositionem qua per Isaac significari dixit eos qui sunt filii repromissionis, quia. s. Isaac per promissionem natus est. Vnde dicit, (Promissionis enim.) Hoc verbum est quod angelus immo dominus in angelo dixit ad Abraham Gene. 18, Secundum hoc tempus veniam, quo significatur tempus gratiæ. Gal. 4, Cùm venit plenitudo temporis, misit deus filiũ suum. (Et erit Saræ filius.) scilicet per gratiam repromissionis. Vnde & Gala. 4, dicitur, Vt adoptionem filiorum reciperemus. ¶ Deinde cùm dicit, [Non solùm autem illa, &c.] manifestat propositum quantum ad Iacob. Et primò ponit quod intendit. Secundò manifestat propositum, ibi, [Cùm enim nondum nati, &c.] Dicit ergo primò, Non solùm illa. s. Sara habuit filium de quo facta est promissio, sed & Rebecca habens in vtero duos filios, quorum vnus pertinebat ad promissionem, alius ad carnem solùm, & hoc ex vno concubitu Isaac patris nostri. Dicitur enim Gene. 25, Quòd Isaac rogauit pro vxore sua eo quòd sterilis esset, & dedit dominus conceptum Rebeccæ & collidebantur in ventre eius paruuli. ¶ Et est notandum quòd hoc Apostolus inducit contra Iudæos qui reputabant se dei gratiam adepturos propter merita patrum, contra quos dicit de viris iustis Ezechielis. 14, Quòd filium & filiam non liberabunt, sed ipsi in iustitia sua liberabuntur. Vnde & Ioannes Iudæis dicebat Matthæi 3, Ne ceperitis dicere, Patrem habemus Abraham, &c. ¶ Contra horum opinionem ergo primò induxerat quòd de filiis Abrahæ vnus erat electus, & alius reprobatus. Possent autem hoc ascribere vel diuersitati matrum, quia Hysmael natus est de ancilla, & Isaac de libera, vel diuersitati meritorum patris, quia Hysmaelem genuit incircuncisus, Isaac autem circuncisus. Vt igitur omne subterfugium excludatur, inducit exempla vbi vnus eligitur & alius reprobatur eorum qui non solùm ab vno patre, sed etiam ab vna matre sunt geniti & eodem tempore, immo ex vno concubitu. ¶ Deinde cùm dicit, [Cùm nondum, &c.] ostendit propositum & primò per authoritatẽ. Gene. 25, Per authoritatem prophetæ, ibi, [Sicut scriptum est, &c.] Circa primũ tria facit. Primò designat tempus promissionis & dicit quòd per repromissionem est vnus filiorum Rebeccæ alii prelatus cùm nondum nati fuissent. Et sicut per superiora excluſit opinionem Iudæorum de meritis patris confidentium, ita etiam per hoc excludit errorem Manicheorum qui diuersitatem eorum quæ hominibus accidũt, natiuitati ascribunt, vt. s. vniuscuiusque vita & mors dispensatur secundum constellationem sub qua natus est, contrà quod dicitur Hie. 10, A signis cæli nolite metuere quæ gentes timent. Subdit autem, (Aut aliquid egissent boni aut mali.) vbi excluditur error Pelagianorum qui dicunt secundum merita precedentia gratiam dari, cùm tamen scriptum sit Tit. 3, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam nos saluos fecit. Vtrunque autem horum ostenditur falsum, per hoc quòd ante natiuitatem & ante opera vnus filiorũ Rebeccæ alteri est prælatus. Excluditur per hoc etiam error Origenis qui posuit animas hominum simul cum angelis esse creatas & quòd pro meritis eorum quæ ibi egerunt bene vel male, diuersitatem vitæ sortiuntur, secundum quem non posset esse verum quod hìc dicitur. Cùm nondum aliquid mali vel boni egissent. Contra hoc autem est quod dicitur Iob. 38, Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii dei? Possent enim secundum Origenis errorem respondere. Eram inter ipsos dei filios iubilantes. Secundò ostendit quid accipi posset ex ipsa promissione, quia vnus geminorum in vtero existentium alteri est prælatus, dicens, Vt propositum dei. s. volentis vnum præ alio magnificare, maneret. i. firmum esset & hoc non secundum merita, sed secundum electionem, id est inquantum ipse deus spontanea voluntate vnum alteri præelegit, non quia sanctus erat, sed vt sanctus esset, secundum illud Ephe. 1, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus sancti. Hoc autẽ est propositum prædestinationis, de quo ibidem dicitur, Prædestinati secundum propositum voluntatis eius. Tertiò ponit promissionẽ, dicens, Non ex operibus quæ nulla præcesserunt, vt dictũ est, sed ex vocante. i. quòd ipsa gratia est vocatis,

Error Manichei & astrologorum.

Error Origenis.

de quo suprà dictum est, Quos prædestinauit hos & vocauit. dictum est ei. s. Rebeccæ, quia maior. s. Esau seruiet minori. s. Iacob. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo secundum eorum personas, & sic intelligitur Esau seruisse Iacob, non directè sed occasionaliter inquantum persecutio quam ei intulit, in eius bonum cessit, secundum illud Prouer. 11, Qui stultus est seruiet sapienti. Secundò potest referri ad populos ex vtroque progenitos: quia Idumei aliquãdo fuerunt subiecti Israelitis, secundum illud Psal. In Idumeam extendam calciamentum meum. Et hoc videtur cõpetere his quæ præmittuntur in Gene. 25, Præmittuntur enim, duo populi ex ventre tuo diuidẽtur: populus populum superabit, & maior minori seruiet. Tertiò potest intelligi figuraliter dictum, vt per maiorem intelligatur populus Iudæorum, qui primò adoptionem filiationis accepit, secundum illud Exo. 4, Primogenitus meus Israel. Per minorẽ autem figuratur populus gentilium qui posterius est ad fidem vocatus, qui etiam figuratur per filiũ prodigum. Luc. 15. Maior ergo populus seruiet minori, inquantum Iudæi sunt nostri capsarii custodientes libros ex quibus nostrę fidei testimonium perhibetur. Io. 5, Scrutamini scripturas. ¶ Deinde cùm dicit, [Sicut scriptum est, &c.] probat propositum ex authoritate prophetæ, dicens, Sicut scriptum est. s. 1. Malach. prophetæ ex persona dei, dicentis, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Dicit autem hìc quædam glo. Quòd id quod suprà dictũ est, maior seruiet minori, dictum est secundum præscientiam, Quod autem hic dicit est intelligendũ secundum iudiciũ, quia. s. deus propter bona opera dilexit Iacob, sicut & omnes sanctos diligit. Prouer. 8, Ego diligentes me diligo. Esau verò odio habui, propter peccata. sicut scriptum est Eccl. 12, Altissimus odio peccatores habet. Sed quia dilectio hominis præuenitur à dilectione dei, secũdum illud infrà. 10. Non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, oportet dicere ꝙ antè Iacob dilectus sit à deo quàm ipse deum dilexerit. Nec potest dici quòd deus ex tẽpore eum dẽligere inceperit. Alioquin eius affectus esset mutabilis. Et ideo oportet dicere quòd deus ab æterno Iacob dilexit, vt dicitur Hiere. 31, In charitate perpetua dilexi te. Est autem in his verbis Apostoli considerandum quòd tria ponit in deo pertinentia ad sanctos, videlicet electionem per quam intelligitur prædestinatio & electio dei, quæ quidem realiter sunt idẽ in deo, sed differunt ratione. Nam ipsa dei dilectio dicitur secundum quòd vult bonum alicui absolutè. Electio autem dicitur secũdum quòd per bonum quod alicui vult, eum alteri præfert. Prædestinatio autem est secũdum quòd hominem dirigit in id bonum quod ei vult, diligẽdo & eligendo: & ideo secundum rationẽ prædestinatio sequitur dilectionem, sicut & voluntas de fine naturaliter præcedit directionem aliquorũ in finem. Electio autem & dilectio aliter ordinantur in deo & in homine. In homine enim electio præcedit dilectionem, voluntas enim hominis mouetur ad amandũ ex bono quod in re amata cõsiderat, ratione cuius ipsam præelegit alteri & præelectæ suum amorem impendit. Sed volũtas dei est causa omnis boni quod est in creatura, & ideo bonum per quod vna creatura præfertur alteri per modũ electionis, consequitur voluntatem dei quæ est de bono illius quæ pertinent ad rationem dilectionis. Vnde non propter aliquod bonum quod in homine eligat deus eum diligit, sed potius eo quòd ipsum diligit, præfert eum aliis eligendo. Sicut autem dilectio de qua hìc loquitur, pertinet ad æternam dei prædestinationem, ita etiam odium de quo hìc loquitur, pertinet ad reprobationem qua deus reprobat peccatores. Nec est dicendum quòd ista reprobatio sit temporalis, quia nihil temporale est in voluntate diuina, sed est ab æterno: quæ quidem quantum ad aliquid conuenit cum dilectione vel prædestinatione, quantum autem ad aliquid differt. Conuenit quidem quãtum ad hoc quòd sicut prædestinatio est præparatio gloriæ, ita reprobatio est præparatio pœnæ. Esa. 3, Præparata est ab Herithophet à rege præparata. Differt autem quantum ad hoc quòd prædestinatio importat præparationem meritorum quibus peruenitur ad gloriam, sed reprobatio importat præparationẽ peccatorum quibus peruenitur ad pœnam. Et ideo præscientia meritorum non potest esse aliqua ratio prædestinationis, quia merita præscita cadunt sub prædestinatione: sed præscientia peccatorum potest esse aliqua ratio reprobationis ex parte pœnæ quæ præparatur reprobatis: inquantum. s. deus proponit se punirum malos propter peccata quæ à seipsis habent, non à deo. Iustos autem proponit se præmiaturum propter merita quæ à seipsis nõ habẽt. Oseæ. 13, Perditio tua ex te Israel, tantũ in me auxiliũ tuum. Lectio. 3.

Tripliciter Esau seruuit Iacob.

Iudæi sunt nostri capsarij seruantes libros fidei.

Tria in deo pertinentia ad sanctos.

Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit, Miserebor cui misertus fuero, & miserebor cui misertus fuero. Igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te uirtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in uniuersa terra. Ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat.

¶ Postquam præmisit Apostolus quòd secundum dei electionem vnus alteri præfertur non ex operibus, sed ex gratia vocantis, hìc inquirit de iustitia huius electionis. Et primò proponit dubitationem. Secundò soluit, ibi, [Absit Moysi, &c.] Tertiò obiicit contra solutionẽ, ibi, [Dicis itaque mihi quid ad hæc, &c.] Dicit ergo primò, Dictum est quòd deus sine merito præcedente vnum eligit, & alterum reprobat. Quid ergo dicemus? Nunquid per hoc probari potest quòd sit iniquitas apud deum? videtur quòd sic. Pertinet enim ad iustitiam in distributionibus vt æqualiter æqualibus distribuatur. homines autẽ remota differentia meritorum sunt æquales. Si ergo absque consideratione meritorum deus inæqualiter distribuit vnum eligens & alium reprobans, videtur quòd sit in eo iniquitas, quod est contra illud quod dicitur Deutero. 32, Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. Psal. Iustus es domine & rectum iudicium tuum. Est autem sciendum quòd Origenes hanc obiectionem soluere volens incidit in errorem. Ponit enim in suo periarchon, deum ab initio solum creaturas spirituales fecisse, & omnes æquales ne ex eorũ inæqualitate posset secũdum rationem prædictam iniquitas deo ascribi: sed postea creaturarum diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritorum. Nam illarum creaturarum spiritualium quædam per amorem conuersæ sunt ad deum plus vel minus, & secundum hoc distincti sunt ordines angelorum: quædam verò aduersę sunt à deo plus vel minus & secundũ hoc alligatæ sunt corporibus vel nobilibus vel innobilibus, quædam quidem cælestibus corporibus, quædam autem corporibus dæmonum, quædam autem corporibus hominum: & secundum hoc ratio condẽdi & distinguendi creaturas corporeas est peccatum spiritualis creaturæ: quod est contra id quod Gene. 1. dicitur, Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. per quod datur intelligi quòd causa producendi

Quæritur de iustitia prædestinationis & reprobationis & ostenditur iustitia vtriusque.

Error Origenis de predestinatione & de animarum productione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

creaturas corporales, est bonitas, vt dicit Aug. 11, de ciuitate dei. Et ideo hac opinione reiecta videndum est qualiter Apostolus dubitationē soluat, cùm dicit, [Absit. Moysi enim dicit, &c.] ¶ Et circa hoc duo facit. Primò soluit obiectionem prædictam quantum ad dilectionem sanctorum. Secundò quantum ad odiū seu reprobationem malorum, ibi, [Dicit enim scriptura, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit authoritatem scripturæ ex qua procedit solutio. Secundò ex ea conclusionē inducit, ibi, [Igitur non volētis, &c.] Inducit autem authoritatem quæ habetur Exod. 33. vbi dixit dominus Moysi secundum literam nostram, Miserebor cui voluero & clemens ero in quem mihi placuero. sed Apostolus inducit eam secundum literam. 70. dicens, Moysi enim dicit dominus, Miserebor cui misereor & misericordiam præstabo cui miserebor. vbi secundum superficiē literæ omnia bona nostra dei misericordię ascribuntur, secundū illud Esa. 63, Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis. Et Tren. 3, Misericordiæ domini quòd non sumus consumpti, multæ enim sunt miserationes eius. Exponitur autem hæc authoritas in glo. dupliciter. & secundum hoc ex authoritate hac dupliciter soluitur quæstio & obiectio. Vno modo sic, Miserebor cui misereor. i. illi qui est dignus misericordia, & ad maiorem expressionem iterat, dicens, Misericordiam præstabo cui misereor. i. cui dignū iudico misereri: sicut & in Psal. dicitur, Misertus est dominus timentibus se. Et secundum hoc licet misericorditer sua impendat, tamen ab iniustitia excusatur, quia dat quibus dandum est, & quia non dat cui dandum non est secundum rectitudinē sui iudicii. Sed misereri cui dignum est, potest intelligi dupliciter. Vno modo vt intelligatur aliquis dignus misericordia propter opera præexistentia in hac vita, licet nō in alia, vt posuit Origenes quod pertinet ad hæresim Pelagianorum qui posuerunt gratiam dei hominibus secundum merita dari. Sed hoc stare non potest, quia sicut dictum est: ipsa etiam bona merita sunt homini à deo & sunt prædestinationis effectus. Alio modo potest intelligi vt aliquis dicatur dignus misericordia, non propter aliqua merita præcedentia gratiam, sed propter merita subsequentia, puta vt dicamus quòd deus dat alicui gratiam, & proposuit eam ab æterno illi se daturum quem præsciuit ea bene fore vsurum. Et secundum hoc intelligit glo. quòd miseretur cui miserendū est. Vnde dicit, Miserebor cui misertus ero. i. illi miserebor vocando, & gratiam apponēdo cui præscius ero quòd misericordiam daturus essem, sciens illum conuertendum & apud me permansurū. Sed videtur quòd nec hoc cōuenienter dici possit. Manifestū est enim quòd nihil potest poni vt ratio prædestinationis quod est prædestinationis effectus, etiā si accipiatur prout est in dei præscientia, quia ratio prædestinationis præintelligitur prædestinationi, effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est autem quòd omne dei beneficium quod homini confert ad salutem, est diuinæ prædestinationis effectus. Diuinum autem beneficium non solùm extendit se ad infusionem gratiæ qua homo iustificatur, sed etiam ad gratiæ vsum: sicut etiam in rebus naturalibus non solùm causat ipsas formas in rebus, sed etiam ipsos motus & operationes formarū, eo quòd deus est principium omnis motus cuius operatione cessante à mouendo ex formis nullus motus vel operatio sequitur. Sicut autem se habet habitus gratiæ vel virtutis in anima ad vsum ipsius, sic se habet forma naturalis ad suam operationē. Et ideo dicitur Esa. 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Probat autem hoc speciali ratione Aristoteles de operibus voluntatis humanæ. Cùm enim homo habeat potentiam ad oppositа, putà ad sedendum vel non sedendum, oportet quòd reducatur in actum per aliquid aliud. Reducitur autem in actum alterius horum per consilium ex quo vnum oppositorum prælegit alteri. Sed cùm iterum homo habet potentiā consiliandi vel non consiliandi, oportebit esse aliquid per quod reducatur in actum consilii. Et cùm in hoc non sit procedere in infinitum, oportet esse aliquod principium extrinsecum superius homine quod ipsum moueat ad consiliandū, & hoc non est aliud quàm deus. Sic igitur ipse vsus gratiæ est à deo, nec propter hoc superfluit habitus gratiæ, sicut nec superfluunt formæ naturales quanuis deus in omnibus operetur, quia sicut dicitur Sap. 8, Ipse disponit omnia suauiter, quia. s. per suas formas omnia inclinantur quasi sponte in id ad quod ordinantur à deo. Sic igitur non potest esse quòd merita consequentia gratiam sint ratio miserendi aut prædestinandi, sed sola dei voluntas secundum quam misericorditer aliquos liberat. Manifestum est enim quòd iustitia distributiua locū habet in his quæ dantur ex debito, puta si aliqui meruerunt mercedem vt plus laborantibus maior merces donetur, non autem habet locum in his quæ sponte & misericorditer aliquis dat, puta si aliquis duos pauperes in via inueniens det vni quod potest vel disponit in eleemosinam dare, non est iniquus sed misericors. Similiter si aliquis duobus æquè ipsum offendentibus vni dimittat offensam & non alteri, est misericors vni & iustus ad alterum, neutri verò iniquus. Cùm enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxii, quos deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat: & sic quibusdam est misericors quos liberat, quibusdam autem iustus quos non liberat, neutris autē iniquus. Et ideo Apostolus quæstionem soluit per authoritatem quæ omnia diuinæ misericordiæ ascribit. Sciendum est tamen quòd dei misericordia secundum tria attenditur. Primò quidem secundum prædestinationem qua ab æterno proposuit aliquos liberare. Psal. Misericordia eius ab æterno & in æternum. Secundò secundum vocationem & iustificationem quibus homines saluat ex tempore. Tit. 3, Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertiò magnificando per gloriam quando liberat ab omni miseria. Psal. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Et ideo miserebor. s. vocando & iustificando, cui misereor prædestinādo & misericordiam præstando, finaliter glorificando eum cui misereor vocando & iustificando. Et hic sensus magis concordat cum nostra litera quæ dicit, Misereor cui voluero, & clemens ero cui mihi placet. Vbi manifestè non meritis, sed soli diuinæ voluntati ascribitur diuina misericordia. ¶ Deinde cùm dicit, [Igitur non volentis, &c.] concludit propositum ex præmissa authoritate. Et potest hæc conclusio multipliciter intelligi. Vno modo sic, Igitur ipsa salus hominis nō est volentis neq; currentis. i. non debetur alicui per aliquam eius voluntatē vel exteriorem operationem, quæ dicitur cursus, secundū illud. 1. Corinth. 9, Sic currite vt cōprehendatis. Sed est miserentis dei, id est procedit ex sola dei misericordia, vt maximè sequitur ex authoritate inducta Deut. 9, Nec dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc possiderē. Potest autē & aliter intelligi, vt sit sensus, Omnia procedunt ex dei misericordia: igitur nō est volētis,

Error Origenis & Pelagianorum q̄ gratia datur ex meritis præcedentibus.

Reicitur opinio eorū qui dicunt deum aliquem prædestinare eo quòd prenidet eum bene vsurum gratia.

Bonus vsus gratiæ est à deo & ideo est effectus prædestinationis & non causa. Nota.

scilicet velle, neque currentis, scilicet currere: sed vtrunque est miserentis dei, secundum illud 1. Corinth. 15, Non autem ego, sed gratia dei mecū. Et Ioan. 15, Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solùm in hoc verbo intellexisset Apostolus cùm etiā gratia sine libero arbitrio hominis non velit neque currat, potuisset conuerso dicere, non est miserentis dei, sed volentis & currentis, quod aures piè non ferunt. Vnde plus aliquid est ex his verbis intelligendum, vt scilicet principalitas gratiæ dei attribuatur. Semper enim actio magis attribuitur principali agenti, quàm secundario, puta si dicamus quòd securis non facit arcam, sed artifex per securim, voluntas autem hominis mouetur à deo ad bonum. Vnde suprà 8. dictum est, Qui spiritu dei aguntur hi sunt filii dei. Et ideo hominis operatio interior non est homini principaliter, sed deo attribuenda. Phil. 2, Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Sed si non est volētis velle, neque currentis currere, sed dei mouentis ad hoc hominem, videtur quòd homo non sit dominus sui actus quod pertinet ad libertatem arbitrii. Et ideo dicendum est q̄ deus omnia mouet sed diuersimodè inquantum. s. vnunquodque mouetur ab eo secundum modum naturæ suæ. Et sic homo mouetur à deo ad volendum & currendum per modum liberæ voluntatis. Sic ergo velle & currere est hominis, vt liberē: non autē est hominis vt principaliter mouentis, sed dei. ¶ Deinde cùm dicit, [Dicit enim scriptura, &c.] soluit quæstionem præmissam quantum ad reprobationem malorum. Et primò inducit authoritatē. Secundò infert conclusionem, ibi, [Ergo cui vult miseretur, &c.] Dicit ergo, Ita ostensum est quòd non est iniquitas apud deum, quantum ad hoc quòd ab æterno reprobat malos. Dicit enim scriptura ex ore dei. Exo. 9, Quia in hoc ipsum excitaui te vel seruaui te secundum aliam literam, vt ostendam in te virtutem meam vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Nostra autem litera sic habet, Et idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, vt enarretur nomen meum in omni terra. Vbi primò considerandum est quid deus circa reprobos faciat, quod ostendit, dicens, In hoc ipsum seruaui te. i. dignus eras mori propter mala quæ fecerās. suprà primo. Qui talia agunt, digni sunt morte. Sed tamen non statim tibi mortē induxi sed seruaui te in vita eo fine quo sequitur, vt. s. ostendam, &c. Et in hoc etiam sensu potest legi quod dicitur, Excitaui te i. cùm apud me pro tuis meritis mortuus esses, concessi tibi vitam quasi te excitarem. In quo apparet quòd deus iniquitatē reprobis non facit, cùm ipsi ex suis meritis essent digni statim consumi, sed hoc ipsum quod eos seruat in vita procedit ex nimia sua bonitate. Hier. 10, Corripe me domine, veruntamen in iudicio & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi, Excitaui te in peccatum, vt deterior fias. Quod quidem non est intelligendum hoc modo quòd deus in homine causet malitiam, sed est intelligendum permissiuè, quia. s. ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum propter præcedentes iniquitates, sicut suprà primo dictum est, Tradidit eos deus in reprobum sensum. Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc esse intelligendum: quia videlicet instinctu quodam interiori mouentur homines à deo ad bonum & ad malum Vnde Aug. dicit in lib. de gratia & libero arbitrio, quòd deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum. Vnde & deus dicitur sæpius suscitare aliquos ad bonum, secundum illud Danie. 13, Suscitauit deus spiritum pueri iunioris. Dicitur etiam suscitare aliquos ad malum faciendum, secundum illud Esa. 13, Suscitabo Medos qui sagittis paruulos interficiant, aliter tamen ad bona, aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hominum voluntates directè & per se, tāquam actor bonorum: ad malum autem dicitur inclinare vel suscitare homines occasionaliter, inquantum. s. deus homini aliquid proponit vel interius vel exterius quod quantum est de se est inductiuum ad bonum: sed homo propter suam malitiam perueršē vtitur ad malum. suprà secundo, Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit: secundū autem duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ. Et Iob. 14, Dedit ei deus locum pœnitentiæ & ille abutitur eo in superbia. Et similiter deus quātum est de se interius instigat hominem ad bonum, puta regem ad defendendum iura regni sui vel ad puniendū rebelles. Sed hoc instinctu bono malus homo abutitur secundum malitiam cordis sui. Et hoc patet Esa. 10, Vbi dicitur de Assur, Ad gentem fallacem mittam eum, cōtra populum furoris mei mandabo illi vt auferat spolia, &c. Et post, Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit sed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa Pharaonem accidit qui cùm à deo excitaretur ad regni sui tutelam abusus est hac excitatione in crudelitatem. Secundò oportet considerare quo fine deus ista partim faciat & partim permittat. Est enim considerandum quòd deus operatur in creaturis ad suam manifestationem, secundū illud suprà 1, Inuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Vnde & huiusmodi excitatio in hoc ipsum ordinatur & quantū ad præsentes vt ostendam in te virtutem meam. Exod. 14, Viderunt filii Israel manum magnam quam exercuerat dominus contrà AEgyptios. Et quantum ad absentes vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Psal. Annuntiate inter gentes gloriam eius. Sic igitur patet quòd quātum ad hoc non est iniquitas apud deum, quia vtitur creatura sua secundum eius merita ad gloriam suam. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicatur, Posui te. i. ordinaui malitiam tuam ad gloriam meam, deus enim malitiam ordinat, sed non causat. ¶ Deinde cùm dicit, [Ergo cui vult miseretur, &c.] infert conclusionem quandam ex vtraque authoritate suprà inducta. Nam ex eo quòd dictum est, miserebor cui misereor, concludit, Ergo cui vult miseretur. Psal. Misertus est dominus timentibus se. Ex eo verò quòd dictū est, In hoc ipsum excitaui te, cōcludit, Et quem vult indurat. Esa. 63, Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Eccle. 33, Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit. Et quidem quod dicitur de dei misericordia dubitationem non habet, suppositis his quæ præmissa sunt. Sed circa indurationem videtur esse duplex dubitatio. Primò quidem quia duritia cordis ad culpam pertinere videtur, secundum illud Eccl. 3, Cor durum malè habebit in nouissimo. Si ergo deus indurat, sequitur quòd sit actor culpæ. Contra quod dicitur Iac. 1, Deus intentator malorum est. Ad quod dicendum quòd deus non dicitur indurare aliquos directè quasi in eis causet malitiam, sed indirectè inquantum. s. ex his quæ facit in homine intus vel extra homo sumit occasionē peccati, & hoc ipse deus permittit. Vnde non dicitur indurare quasi immittendo malitiā, sed non apponendo gratiam. ¶ Secunda dubitatio est, quia ipsa obduratio non videtur diuinæ voluntati posse ascribi, cùm scriptum sit 1. Tessa. 4,

Vide quid faciat deus circa reprobos.

Mouentur homines à deo interius & ad bonum & ad malum, sed differenter.

Quomodo deus indurat aliquē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra. Et. 1. Timo. 2, Qui vult omnes homines ſaluos fieri. ¶ Ad quòd dicendum eſt, quòd tam miſericordia quàm iuſtitia diſpoſitionem voluntatis important. Vnde ſicut miſeratio attribuitur diuinæ voluntati, ita & id quod eſt iuſtitiæ. Sic ergo intelligendum eſt cui vult miſeretur ſcilicet per ſuam miſericordiam, & quem vult indurat per ſuam iuſtitiam: quia illi quos indurat hoc merentur vt indurentur ab ipſo, vt ſuprà. 1. cap. dictum eſt.

Quia concluſit dicendo cui vult indurat nõ monebitur quæſtio & ſoluitur.

Lectio 4.

DIcis itaque mihi, *Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? O homo tu quis es, qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud uerò in contumeliam? quòd ſi deus uolens oſtendere iram & notam facere potẽtiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia uaſa iræ apta in interitum ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam.*

¶ Poſita ſolutione præmiſſæ quæſtionis, hìc Apoſtolus contra ipſam ſolutionem obiicit & præcipuè contra vltimam concluſionem qua dictum eſt, Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Primò ergo ponit obiectionem. Secundò ſolutionem, ibi, [O homo tu quis es, &c.] Dicit ergo primò, Dictum eſt quòd deus cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. (Dicis itaque mihi, Quid adhuc quæritur.) id eſt quid oportet vlterius quærere de cauſa bonorum & malorum quæ hic aguntur cùm omnia voluntati diuinæ attribuantur quæ eſt cauſa ſufficiens eo q̃ nullus poteſt ei reſiſtere. Vnde ſequitur, Volũtati eius quis reſiſtit? Eccl. 1, Propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole. Vel aliter, Quid adhuc quæritur. i. cõqueritur deus de hominibus quãdo peccant, ſicut Eſa. 1, Filios enutriui & exaltaui, &c. Ideo autem videtur iuſtam querimoniam non habere quia ex voluntate eius totum procedit, cui nullus poteſt reſiſtere. Vnde ſubdit, Volũtati eius quis reſiſtit? Vel aliter, Quid adhuc quæritur. ſ. ab homine vt faciat bonum vel malũ. Mich. 6, Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum & quid deus requirat à te, &c. Fruſtrà autem requiritur ab aliquo quod non eſt in eius poteſtate. Nihil autẽ in hominis poteſtate eſſe videtur ſecundum prædicta quibus omnia diuinæ voluntati videntur aſcribi cui reſiſti non poteſt. Sequitur, Voluntati enim eius quis reſiſtit? Quaſi diceret, Nullus. Heſter. 13, Non eſt qui tuæ poſsit reſiſtere voluntati. Et hæc videtur eſſe intentio Apoſtoli. ¶ Deinde cùm dicit, [O homo tu quis es, &c.] reſpõdet tacitè quæſtioni. Ad cuius reſponſionis intellectum conſiderandum eſt, quòd circa electionem bonorum & reprobationem malorum duplex quæſtio poteſt moueri. Vna quidem in generali, quare deus velit quoſdam indurare, & quorundam miſereri. Alia verò in ſpeciali, quare velit huius miſereri & hunc vel illũ indurare. Et poteſt quidem ratio huius quęſtionis aſsignari, ſecundæ autem quæſtionis non poteſt aſsignari ratio, niſi ſimplex dei voluntas, cuius exemplum patet in rebus humanis. Si enim aliquis ædificare volẽs haberet multos lapides ſimiles & æquales congregatos, poſſet ratio aſsignari quare quoſdam ponat in ſummo & quoſdam in imo ex parte finis, quia ad perfectionem domus quam facere intendit, requiritur & fundamentum quod habet lapides in imo, & cacumẽ parietis quod habet lapides in ſummo. Sed quare ponat hos lapides in ſummo & hos in imo, non habet aliquam rationem, niſi quia artifex voluit. ¶ Primò igitur Apoſtolus reſpondet dubitationi quantum ad quæſtionem ſecundam, quare. ſ. huius hominis miſereatur & illum induret. Secundò quantum ad quæſtionem primam. quare. ſ. quibuſdam miſereatur, & quoſdam induret, ibi, [Quòd ſi volẽs deus, &c.] ¶ Circa primum tria facit. Primò arguit præſumptionem quærentis. Secundò inducit authoritatem quæ quæſtionem ſoluit, ibi, [Nunquid dicit figmentum, &c.] Tertiò exponit authoritatem, ibi, [An non habet poteſtatem, &c.] Dicit ergo primò. O homo qui es fragilis & ignorãs tu quis es qui reſpondes deo vnde ſufficis ad reſpondendum ei ſi voluerit tecum iudicio contendere. Iob. 9, Si voluerit contendere iudicio cum illo non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Et ſicut dicitur Iob. 39, Qui arguit deũ debet ei reſpondere. In quo datur intelligi quòd homo non debet ſcrutari rationem diuinorum iudiciorum cum intentione apprehendendi, eo quòd excedant rationem humanam. Eccle. 3, Altiora te ne quæſieris. Prou. 25, Perſcrutator maieſtatis opprimetur gloria. ¶ Deinde cùm dicit, [Nunquid dicit figmentũ &c.] inducit authoritatem, quæ habetur Eſa. 45, Nunquid dicit lutum figulo ſuo, Quid facis & opus tuum ſine manibus. Vbi conſiderandum eſt quòd ſi aliquis artifex ex materia vili faciat vas pulchrum & nobilibus actibus accommodatum, totum aſcribitur bonitati artificis, puta ſi ex luto faciat ſcutellas & vrceos ad nobilẽ menſam decentes. Si verò ex vili materia puta ex luto faciat vas accommodatũ vilibus vſibus, puta coquinę vel huiuſmodi officiis, non poſſet vas conqueri ſi rationem haberet. Poſſet enim cõqueri ſi ex materia prætioſa quæ præiacet artificis operationi, puta ex auro & lapidibus pretioſis faceret vas ad vilia officia deputatum. Humana autem natura vilitatem habet ex ſua materia, quia vt dicitur Gene. 2, Fecit deus hominem de limo terre, ſed maiorem vilitatem habet ex corruptione peccati quæ per vnum hominem in hunc mundum intrauit. Et ideo homo luto meritò comparatur. Iob. 30, Comparatus ſum luto, & aſsimilatus ſum fauillæ & cineri. Vnde quicquid boni habet homo, debet bonitati diuinæ quaſi peritiæ figuli aſcribere. Eſa. 64, Nunc domine pater es tu, nos verò lutum, & fictor noſter tu, & opus manuum tuarum omnes nos. Si verò deus hominem ad meliora promoueat, ſed in ſua infirmitate eum dimittens deputat eum ad infirmũ vſum, nullam ei facit iniuriam: vt poſsit iuſtè de deo conqueri. ¶ Deinde cùm dicit, [An non habet poteſtatem, &c.] exponit Apoſtolus verba Prophetæ Quaſi dicat, Hoc eſt dictum, Figmentũ. i. vas fictile non poſſet dicere fictori, quid me feciſti ſic, quia figulus liberam poteſtatẽ habet ex materia luti opus facere quodcunque ſibi placuerit. Vnde dicit, An non habet poteſtatem. ſ. liberam figulus luti, qui. ſ. operatur in vili materia, ex eadem maſſa ſcilicet vilis materiæ facere abſque alicuius iniuria. Aliud quidem vas in honorem. i. in honorabiles vſus, aliud verò in contumeliam. i. in vſus viliores. 2. Tim. 2, In magna enim domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed etiam lignea & fictilia: & quædam quidem in honorẽ, quædam autem in contumeliam. Et ſimiliter deus liberam poteſtatẽ habet facere ex eadem corrupta materia humani generis: ſicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam quoſdam homines præparatos in gloriam, quoſdam autem in meſeria derelictos. Hiere. 18, Sicut lutum in manu figuli, ita in manu mea vos domus Iſrael.

Quæſtio cõmouetur motu cur aliquos prædeſtinet & alios reprobet, & cur hunc prædeſtinat & hunc repro bat.

¶ Deinde cùm dicit, [Quod ſi volens deus, &c.] ſoluit primam quæſtionem. ſ. quare deus velit quibuſdam

miſereri, & quoſdam in miſeria derelinquere, ſiue quoſdam eligere & quoſdam reprobare. Circa quod conſiderandum eſt quòd finis omnium diuinorum operum eſt manifeſtatio diuinæ bonitatis. Prouer. 16, Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Vnde ſuprà 1. dictum eſt quòd inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Tanta eſt autem diuinæ bonitatis excellentia quòd non poteſt vno modo nec in vna creatura ſufficienter manifeſtari. Et ideo diuerſas creaturas condidit, in quibus diuerſimode manifeſtatur. Præcipuè autem in creaturis rationalibus in quibus eius iuſtitia manifeſtatur quantum ad illos quos pro eorum meritis punit, miſericordia verò in illis quos ex ſua gratia liberat. Et ideo vt vtrunque in hominibus manifeſtaretur, quoſdam miſericorditer liberauit, ſed non omnes. Primò ergo ponit rationẽ reprobationis malorum. Secundò ponit rationem electionis bonorum ibi, [Vt oſtenderet diuitias, &c.] Eſt autem in vtriſque triplex differentia attendenda. Prima quidem ſecundum finem. Secunda, ſecundũ vſum. Tertia ſecundum diuinum actum. Finis autem reprobationis vel obdurationis malorum eſt manifeſtatio diuinæ iuſtitiæ & virtutis. Et quantum ad hoc dicit, quòd idem eſt vt ſi deus volens oſtendere iram ſuam, id eſt iuſtitiam vindicatiuam. Non enim dicitur ira in deo ſecundum affectus commotionem, ſed ſecũdum effectus vindictæ. ſuprà. 1, Reuelatur ira dei, &c. Addit autem, Et notam facere potentiam ſuam, quia deus contra malos non ſolùm vtitur ira. i. vindicta puniendo eos ſibi ſubiectos, ſed etiam ſua potentia ſubiiciendo ſibi. Phil. 3, Secundum operationem qua poteſt etiã ſibi ſubiicere omnia. Exod. 14, Viderãt AEgyptios mortuos ſuper littus maris & manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Vſus autem malorum ad quem vtitur eis deus eſt ira. i. pœna. Et ideo vocat eos vaſa iræ. i. iuſtitiæ inſtrumenta quibus deus vtitur ad oſtendendam iram. i. iuſtitiam vindicatiuam. Ephe. 2, Eramus natura filii iræ. Actus verò quem deus erga eos exercet non eſt quòd diſponat eos ad malum, quia ipſi de ſe habent diſpoſitionem ad malum ex corruptione primi peccati. Vnde dicit, Vaſa apta in interitum. i. in ſe habentia aptitudinem ad æternam damnationem. Gene. 6, Vidẽs deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio humani cordis intenta eſſet ad malum omni tempore. Hoc autem ſolùm deus circa eos agit quòd eos permittit agere quæ concupiſcunt. Vnde ſignanter dicit, Suſtinuit. Et hoc eius patientiam demonſtrat quòd non ſtatim vindictam infert. Vnde addit, In multa patientia. Eccl. 5, Altiſsimus eſt patiens redditor. ¶ Deinde ex parte bonorum ſimiliter tria ponit. Primò quidem finem, cùm dicit, (Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ.) Finis enim electionis & miſerationis bonorum eſt vt manifeſtaret in eis abundantiam bonitatis ſuæ reuocando eos à malo & ad iuſtitiam eos trahendo & finaliter eos perducendo in gloriam. Et hoc eſt quòd dicit, Vt oſtẽderet diuitias gloriæ ſuæ, de quibus diuitiis ſuprà. 2, An diuitias bonitatis eius contẽnis? Ephe. 2, Deus autem qui diues eſt in miſericordia. Signanter autem dicit, Vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, quia ipſa condemnatio & reprobatio malorum quæ eſt ſecundum dei iuſtitiam manifeſtat & cõmendat ſanctorũ gloriam qui ab ipſa tali miſeria liberantur. Secundò deſcribit vſum eorum cùm dicit, In vaſa miſericordiæ. Nominat autem bonos vaſa miſericordiæ, quia vtitur eis deus quaſi inſtrumentis ad ſuam miſericordiam manifeſtandam. Eccle. 44, Iſti ſunt viri miſericordiæ. Tertiò ponit actũ quem circa eos deus exercet. Non enim deus eos ſolùm ſuſtinet quaſi de ſe aptos exiſtẽtes ad bonũ, ſed eos præparat & diſponit vocando ad gloriam. Vnde dicit, Quæ præparauit in gloriam. Pſal. Præparans mõtes in virtute tua. Eſt autem conſtructio defectiua & ſuſpenſiua vſque hic vt ſit ſenſus, Si deus volẽs hoc facere quibuſdam miſeretur & quoſdam indurat quid cõtra hoc iuſtè poterit dici? Quaſi dicat, Nihil. Nõ enim ſic quos vult indurat, vt eos pecare compellat, ſed ſuſtinet eos vt ſecundum ſuam inclinationem tendant in malum.

Lectio 5.

QVos & uocauit non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus ſicut in Oſæa dicit. Vocabo non plebẽ meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. Et erit in loco ubi dictum eſt eis, non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. Eſaias autem clamat pro Iſrael. Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris reliquiæ ſaluæ fient. Verbum enim conſummans & abbreuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus ſuper terram. Et ſicut prædixit Eſaias, niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. Quid ergo dicemus? quòd Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam apprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt. Iſrael uerò ſectando legem iuſtitiæ in legẽ iuſtitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. Offenderunt enim in lapidẽ offenſionis, ſicut ſcriptum eſt, Ecce pono in ſyon lapidem offenſionis & petram ſcandali, & omnis qui credit in eum non confundetur.

Oſtenditur gratiam vocationis nõ ſolum pertinere ad Iudæos, ſed etiam ad gẽtes.

¶ Poſtquam Apoſtolus oſtendit quòd dei gratia datur hominibus ex diuina electione per quam homines ad gratiam vocantur, hìc oſtendit quòd prædicta electio ſiue vocatio non ſolùm pertinet ad Iudæos vt ipſi poterant gloriari, propter hoc quod dicitur Deut. 4, Dilexi patres tuos. Sed etiã ad Gentes. Et primò proponit quod intendit. Secundò probat propoſitum, ibi, [Sicut in Oſęæ dicit, &c.] Tertiò ex dictis infert cõcluſionem, ibi, [Quid ergo dicemus, &c.] Dicit ergo primò, Dictum eſt quòd ſanctos præparauit in gloriã, quos & vocauit. ſ. per gratiam ſuam non ſolùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus. ſuprà. 3. An Iudæorum deus tantum? Nónne & gentium Soph. 2, Adorabunt eum viri de loco ſuo omnes inſulæ gentium.

¶ Deinde cùm dicit, [Sicut in Oſęæ dicit, &c.] probat propoſitum. Et primò quantum ad gentiles. Secundò quantum ad Iudæos, ibi, [Eſaias autem clamat, &c.] ¶ Circa primum ponit duas authoritates Oſęæ loquentis pro gentibus, quarum prima promittit eis dona dei. Secunda ipſam diuinam filiationem, ibi, [Et erit in loco vbi dictum, &c.] Dicit ergo primò, Sicut dominus dicit in Oſæa, quia ipſe erat qui loquebatur in prophetis. 2. Regum. 23, Spiritus domini locutus eſt per me & ſermo eius per linguam meam. Vnde & Oſęæ 1, dicitur, Principium loquendi domino in Oſęæ. Eſt autem conſiderandum quòd à tribus bonis quę in Iudæis eminebant gentiles erant alieni, quorum primum erat diuinus cultus ratione cuius dicebãtur populus dei, quaſi ei ſeruientes & eius præceptis obedientes. Vnde in Pſal. dicitur, Nos autem populus eius & oues paſcue eius. Sed ab huius populi ſocietate gentiles erant alieni ſecundum illud Ephe. 2, Alienati à cõuerſatione Iſrael & hoſpites teſtamentorum. Sed per Chriſtum facti ſunt populus dei. Tit. 2, Dedit ſemetipſum pro nobis vt emundaret ſibi populũ acceptabilem. Et hoc eſt q̃ dicit, Vocabo non plebem meam. i. gentilitatem quæ non erat plæbs mea, plæbem meam. i. ad hoc vt ſit plæbs mea. Secundum eſt priuilegium

Gentes aliænæ erant à tribus bonis quæ in Iudæis eminebant ſcilicet dei cultu, dilectione, libertate ab originali.

diuinæ dilectionis. Osee 3, Diligit dominus filios Israel in eo.s.quòd eis multa beneficia inducentia ad specialem gratiam præstabat,à qua quidem dilectione gentiles olim erant excluſi.Ephe.4,Alienati à veritate dei propter ignorantiam quæ est in illis.Et ideo dicit,Et non dilectam meam,scilicet gentilitatem,vocabo dilectam meã.Epheſi.2,Vos qui aliquando eratis longè facti estis prope in sanguine Christi.suprà.5,Cùm inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Tertium est libertas à peccato originali quæ Iudæis in circuncisione conferebatur. Esa.14,Miserebitur dominus Iacob.Sed huius miserationis gentiles non erant participes. Eze.16,Quando natus es in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus . Et infrà, Non pepercit super te oculus vt faceret tibi vnum de his misertus tui.Sed postea per Christum sunt misericordiam consecuti.Ideo sequitur,Et non misericordiam consecutam,misericordiam consecutam. Tit.3, Secũdum suam misericordiam saluos,&c. Hæc autem authoritas habetur . Osee 2,secundũ.70.loco huius litera nostra habet,Miserebor eius quæ fuit absque misericordia,& dicam non populo meo,populus meus es tu. ¶Deinde cùm dicit,[Et erit in loco,&c.]inducit aliam authoritatem quæ habetur Osee 1,In qua eis repromittitur dignitas filiorum dei de qua Iudæi gloriabantur propter id quod dicitur Esa.1,Filios enutrui & exaltaui,ipsi autem spreuerunt me. Et Deut.33,Nónne ipse est pater tuus? Gentiles etiam non solùm dicebantur filii,quod pertinet ad eos qui ex amore deo seruiunt & spiritu dei aguntur vt suprà 8.dictũ est. sed nec etiam digni erant vt populi dei dicerentur quod pertinere poterat etiam ad eos qui spiritum seruitutis acceperãt in timore,Vnde dicit,Et erit in loco.i.in Iudæa,vbi dictũ est eis.s. Gentilibus à Iudæis quasi ex persona dei loquentibus.Non plæbs mea vos,quia non reputabant eos populũ dei,ibi.i.etiam apud Iudæos credentes vocabũtur filii dei. Vel in loco.i.toto mundo in quo conuertentur sicut proseliti quos Iudæi faciebant qui suis locis derelictis in Iudæam pergebant , hoc autem non ita futurum esse in his qui ad Christum conuertendi erant,ostenditur Sopho.2,Adorabunt eum viri de loco suo.Vnicuique ergo in loco suo habitanti vbi dictum est eis olim ex diuina sententia non plæbs mea vos,ibi vocabuntur filii dei per diuinam adoptionem.Ioan.1,Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credũt in nomine eius. ¶Deinde cùm dicit,[Esa.autem clamat,&c.]probat propositum quantum ad Iudæos per authoritatem Esa. Et ponit duas authoritates,quarum prima videtur pertinere ad omnes credentes ex Iudeis.secunda specialiter ad Apostolos,ibi,Et sicut prædixit,&c.Dicit ergo primò,dictum est per Osee pro Gentibus,Esaias autem clamat.i.apertè loquitur pro conuersione Israel 58,Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam.In hac autem prima authoritate primò ponit paucitatem conuersorum,dicens,Si fuerit numerus filiorũ Israel quasi arena maris.i.innumerabiles prę multitudine Gentium.Gene.22,Multiplicabo semen tuum velut arenam maris,&c.3. Regum.4., Iuda & Israel innumerabiles quasi arena maris . Reliquiæ saluæ fient.i.non omnes nec maior pars,sed aliqui pauci qui relinquentur ex excidio aliorum.Mich.7, Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ . Infrà.11,Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ.secunda,ibi, [Verbum enim consummans,&c.]Assignat causam salutis,& primò ponit efficaciam euangelici verbi,dicens,(Verbum enim consummans & abbreuians in æquitate.)Vbi notatur duplex efficacia euangelici verbi,prima est,quia consummans.i.perficiens,vt enim dicitur Heb.7,Nihil ad perfectum adduxit lex.Dominus autem dicit Matth.5,Non veni soluere legem , sed adimplere:tum quia figuris legis veritatem adhibuit,tum quia præcepta legis moralia debito modo exposuit,& occasiones transgrediẽdi abstulit, & etiam eis consilia perfectionis adiunxit . Vnde & iuueni diuiti Matth.19,Quia omnia mandata legis seruauerat, dixit , Vnum tibi deest, si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes,&c. Et propter hoc discipulis suis dicebat,Matth.5,Estote perfecti sicut & pater vester cæleſtis perfectus est. Secunda efficacia est abbreuiandi & hæc conuenienter primæ adiungitur,quia quanto aliquod verbum est magis perfectum,tanto est altius,& per consequens magis simplex & breue.Est autem verbum euangelii abbreuians verba legis,quia omnia sacrificia figuralia legis in vno vero sacrificio comprehendit quo Christus obtulit seipsum pro nobis hostiam vt dicitur Ephe.5,Omnia verò præcepta legis moralia in duobus præceptis charitatis concludit.Matth.22,In his duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet & prophetæ.Vnde dicit,(Abbreuiãs in æquitate.) Vel quia nihil est prætermissum de multitudine figurarum & præceptorum legis,quin sub breuitate euangelii comprehenderetur . Vel quia nihil ipsorum remanet obseruandum quod est æquum secundum dictamen rationis naturalis.Psal. Omnia mandata tua æquitas.subaudiendum est autẽ erit,vt sit sensus,verbum euangelii erit abbreuians & consummans in æquitate.Secundò cùm dicit,[Quod verbum,&c.]assignat rationem prædictæ efficaciæ,dicens,Quia dominus super terram existens.i.in terris tanquam homo inhabitans,secũdum illud Bar.3,Post hæc in terris visus est,&c.Faciet verbum breuiatum. Perfectius enim debet esse verbum & maioris virtutis quod ipse dominus deus carnem indutus locutus est per semetipsum,quàm verba quæ locutus est per prophetas , secundum illud Heb.1, Multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis,&c.Vel aliter quia dominus.s.deus pater faciet super terram verbum breuiatum.i.incarnatum,quia filius dei exinaniuit semetipsum formam serui accipiens . Dicitur autem exinanitũ vel breuiatum non quia aliquid subtractum sit plenitudini vel magnitudini diuinitatis ipsius, sed quia nostram exilitatem & paruitatem suscepit.Habetur autem hæc authoritas Esa.10,vbi secundum literam nostram sic dicitur,Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquiæ conuertentur ex eo . Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Cõsummationem enim & abbreuiationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terræ. ¶Deinde cùm dicit,[Et sicut prædixit Esa.&c.]inducit authoritatem pertinentem specialiter ad Apostolos, Dicens, Et sicut prædixit Esa.1, Nisi dominus sabaoth.i.exercituum vel virtutum reliquisset nobis.s.ex sua misericordia semẽ.i.verbum euangelii.Vel semen,id est Christũ.Gala.3, Et semini tuo qui est Christus,vel semen.i.Apostolos.Esa.6,Semen sanctum erit id quod steterit in ea.Sicuti Sodoma facti essemus,& sicut Gomorra similes fuissemus. Grauius enim fuit peccatũ Iudæorũ quàm Sodomorum.Treno.4,Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum.Et Eze.16,Non fecit Sodoma ipsa & filiæ eius sicut fecisti tu & filiæ tuæ. Et ideo quòd Iudæi non sunt totaliter exterminati sicut Sodomitę est diuinæ misericordiæ imputandũ. Tren.3,Misericordiæ domini quia nõ sumus cõsumpti. ¶Deinde

Duplex efficacia verbi diuini euangelici.

¶Deinde cùm dicit, [Quid ergo dicemus.]infert cõclusionem ex dictis.Et primò quãtum ad Gentes.Secundò,quantum ad Iudæos,ibi,[Israel verò,&c.]Circa primum duo facit.Primò concludit quod intendit, dicens,Quid ergo dicemus ex cõsideratione prædictorum?Hoc inquam q̃ Gentes apprehenderunt.i. cõsecutę sunt iustitiam.s.qua vocantur filii.1.Cor.6,Et hoc quidẽ fuistis,sed iustificati estis.Et hoc quidẽ ex vocatione diuinæ electionis non ex meritis,quod patet per hoc q̃ dicit,Quæ non sectabantur iustitiam,secundum illud Ephe.2,Eratis in illo tempore sine Christo alienati à conuersatione Israel.Secũdò exponit quod dixerat,Iustitiam autem quæ ex fide est,non eam quæ in operibus consistit. Non enim ad hoc Gentes conuersæ sunt,vt iustitiam legalem obseruent,sed vt iustificentur per Christi fidem.suprà 2, Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi. ¶Deinde cùm dicit,[Israel verò,&c.]includit conclusionem quãtum ad Iudæos. Et primò concludit quod intendit,dicens, [Israel verò.]id est,populus Iudæorum sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.Dicitur lex iustitiæ lex spiritus vitæ,per quã homines iustificantur ad quam Iudæorum populus non peruenit: quam tamen sectabatur obseruando vmbram huius spiritualis legis quæ cõsistit in obseruationibus legalibus. Heb.10. Vmbram habens lex futurorum bonorum.Vel sectãdo legẽ iustitiæ.i.legem Moysi quæ est lex iustitiæ si sit bene intellecta:quia docet iustitiam. Vel dicitur lex iustitiæ, quia facit homines iustos non verè,sed exterius dum peccata vitãtur, non ex amore,sed timore pœnæ quã lex infligebat.Esa.51.Audite me qui sequimini quod iustum est & quæritis dominum.Et in eodem,Audite me qui scitis iustum,populus meus lex mea in cordibus eorũ.Secundò allegat causam,dicens, quare.s.dum sectarentur legem ad legem iustitiæ non peruenerunt,quia.s.non per debitam viam sectabantur.Et hoc est quòd subdit,Quia non ex fide,scilicet,Christi quęrebant iustificari,sed quasi ex operibus legis. Sequebantur enim figuram & repudiauerunt veritatem.suprà 3,Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.Tertiò manifestat causam propositam,& primò proponit manifestationem,dicens, Offenderunt enim in lapidem offensionis, id est, ad Christum qui assimilatur lapidi offensionis, in hoc quòd sicut lapis in quem offendit non cauetur propter suam paruitatem:ita Iudæi videntes Christũ infirmitate nostra contentum non cauerunt in eum offendere.Esa.53,Quasi absconditus vultus eius,& despectus , vnde non reputauimus eum.Hiere.13,Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, id est, ad Christum & eius apostolos qui dicuntur mõtes caliginosi propter quod hoc eorũ dignitas& magnitudo latebat.Secundò ad hoc inducit authoritatem,sicut scriptum est in Esa.scilicet.Componit autem Apostolus verba Esa. in diuersis locis scripta.Nam Esa.28.dicitur,Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem.Lapidem angularem,probatum,prætiosum in fundamento fundatum.Qui crediderit nõ festinet.Et hinc sumitur principium authoritatis,Ecce ponam in Sion,lapidem,scilicet,quasi fundamentum,in quo designatur q̃ Christus diuina ordinatione constitutus erat ecclesiæ fundamentum.1. Corinth.3, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est,quod est Christus Iesus. Legitur etiam Esa.8, In lapidem autem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel.Et hinc sumitur medium authoritatis quo dicit, Lapidem offensionis & petram scandali,vt offensio referatur ad ignorantiam,quia vt dicitur 1.Corin.2,Si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent.Scandalum autem referẽdum est ad impactionem & casum quo per infidelitatem ceciderunt Christum & eius apostolos persequentes 1.Corint.1, Nos prædicamus Christum crucifixum,Iudæis quidem scandalum.Luc.2,Ecce hîc positus est in ruinam, &c. Finis autem authoritatis sumitur Exod.28,Qui crediderit non festinet,loco cuius hîc dicitur, Omnis qui credit in eum non confundetur,quia,scilicet,consequetur mercedem ab eo.Eccle.2,Qui timetis deum credite illi,& non euacuabitur merces vestra.Ponit autem Apostolus hæc verba secundũ literam 70.Et ad hunc sensum pertinet quod in litera nostra dicitur, Qui crediderit non festinet.Ille enim festinare videtur , qui delusum se reputat,quia cito non adipiscitur quod sperabat.

Caput 10.

Orat.p Iudæis.prosequitur rationẽ casus eorũ ostendẽs ignorãtiam ei esse annexã non tamen excusantẽ & in hoc quidem ca.hoc.p̃sequitur ex p̃te ipsorum Iudæorum, ostendendo simul iustitiã quæ facit dignã vitã æternã esse solũ ex lege & fide Christi.

Fratres uoluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro illis in salutem.Testimonium enim perhibeo illis,quòd æmulationem quidem dei habent,sed non secundum scientiam.Ignorantes enim iustitiam dei, & suam quærentes statuere,iustitiæ dei non sunt subiecti.Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credẽti,Moyses enim scripsit,quoniam iustitiam quæ ex lege est,qui fecerit homo uiuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia,sic dicit,Ne dixeris in corde tuo,quis ascendet in cælum?id est, Christum deducere:aut quis descẽdet in abyssum?hoc est Christum à mortuis reuocare.Sed quid dicit scriptura?Propè est uerbum in ore tuo,Hoc est uerbum fidei quod prædicamus:quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd deus illum suscitauit à mortuis,saluus eris.

¶Postq̃ Apostolus ostendit quomodo per electionem gratiæ dei Gentiles sunt ad fidem vocati & etiã alii qui ex Iudęis de maiori parte populi Iudaici offendẽtibus & scandalizatis,hîc agit specialiter de casu Iudęorum.Et circa hoc tria facit.Primò manifestat causam casus eorũ quem suprà tetigerat:ex qua ostenditur ea sus eorum esse miserandus.Secũdò,ostendit casum eorum non esse vniuersalem.11.cap.ibi,[Dico ergo nũquid,&c.]Tertiò ostendit casum eorum non esse inutilem neq; irreparabilẽ,ibi,[Dico ergo nunquid,&c.] ¶Circa primum duo facit.Primò ostendit casum eorũ esse miserandum ex sua causa. Secundò ostendit q̃ non est totaliter excusabilis,ibi,[Sed dico nunquid nõ audierunt,&c.]Circa primũ duo facit. Primò ostendit se ad Iudæos habere miserationis affectũ.Secundò ostendit causam miserationis,ibi, [Testimoniũ enim illis perhibeo,&c.]Dico ergo primò,dictũ est q̃ Iudæi in legem iustitiæ non peruenerunt, propter hoc q̃ offenderunt in lapidẽ offensionis:nec tamen cõtra eos indignor,sed eorũ misereor.Et ideò dicovobis ô fratres qui cõuersi estis tam ex Gẽtibus q̃ ex Iudæis.Mat.23,Omnes vos fratres estis.Voluntas quidem cordis mei.i.ex intimo cordis affectu procedens est ad salutem eorũ,vt scilicet,ipsi saluentur, sicut & ego saluatus sum, 1.Cor.7,Volo omnes homines esse sicut meipsum.Act.26, Opto apud deum omnes qui audiunt tales fieri,qualis & ego sum.Et in hoc deo cõformabãtur qui vt dicitur 1.Tim.2,vult omnes homines saluos fieri.Nec sola voluntas est in salutem eorum,sed etiam voluntatis effectus,vnde subdit,Et obsecratio.s.mea fit ad deum pro illis in salutẽ.1.Reg.12,Absit à me hoc peccatum in domino vt cessem orare pro vobis. Ia co.vlti.Orate pro inuicem vt saluemini.Et ex hoc patet quòd orandũ est pro infidelibus vt saluentur, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipsa fides est donum dei. Ephe. 2, Gratia saluati estis per fidem & non ex vobis, dei enim donum est. ¶ Deinde cùm dicit, [Testimonium enim, &c.] assignat causam sue miserationis, quia. s. non ex certa malitia, sed ex ignorantia peccabant. Et circa hoc tria facit. Primò enim proponit eorum ignorãtiam. Secundò ostendit quid ignorabãt, ibi, [Ignorantes enim dei, &c.] Tertiò ostendit veritatẽ eorum quæ ignorabãt, ibi, [Moyses enim dicit, &c.] ¶ Dicit ergo primò, Ideò salutem eorũ volo & propter hoc oro, misertus eorũ, quia testimonium perhibeo de illis ꝙ æmulationem quidẽ dei habent. s. quia zelo dei Christũ & eius membra persequuntur. Io. 16, Venit hora in qua omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare deo. Et huius rei testis esse poterat, quia & ipse aliquando fuerat in simili causa. Phil. 3, Secundum æmulationem persecutus sum ecclesiam dei, sed non secundum scientiam: quia. s. eorum zelus per rectam scientiã non ordinatur dũ ignorant veritatẽ. Esa. 5, Propter ea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiã 1. Cor. 14, Si quis autem ignorat, ignorabitur. ¶ Deinde cùm dicit, [Ignorantes enim, &c.] ostẽdit cuius rei scientiam non haberent. Et primò proponit, quod intendit. Secundò manifestat propositũ, ibi, [Finis enim legis Christus, &c.] Dicit ergo primò, Rectè dico ꝙ non secundũ scientiã: ignorantes enim dei iustitiã. s. quã deus per fidẽ iustificat. suprà 3, Iustitia autẽ dei per fidẽ Iesu Christi. Et quærẽtes statuere. i. firmare suam. s. iustitiam quæ consistit in operibus legis, quæ secundum eorum opinionem non expectabat aliquid â deo, sed solùm ex arbitrio operantium erat. Et ideo dicit eorum esse iustitiam quasi humanam & non diuinam, secundum illud suprà 4, Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriã. s. apud homines, sed nõ apud deum. ¶ Iustitiæ enim dei non sunt subiecti. i. nolunt subiici Christo per cuius fidem iustificantur homines à deo. Psal. Nónne deo subiecta erit anima mea. suprà 3, Vt subditus fiat omnis mundus deo. Exo. 10, Vsquequo non vis subiici mihi? ¶ Deinde cùm dicit, [Finis legis Christus, &c.] manifestat quod dixerat. s. eos dei iustitiam ignorare, & ꝙ ei subiici nolunt, cùm tamen iustitiã legalem statuere velint. Circa quod cõsiderandum est, ꝙ sicut etiam philosophi dicunt, intentio cuiuslibet legislatoris est facere homines iustos: vnde multomagis lex vetus hominibus diuinitus data ordinabatur ad faciendum homines iustos. Hanc tamen iustitiam lex per semetipsam facere nõ poterat, quia neminem ad perfectũ adduxit lex, vt dicitur Heb. 7. Sed ordinat homines in Christum quem promittebat & prefigurabat. Gal. 3, Lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur, & hoc est ꝙ dicit, Christus enim est finis legis, ad quem. s. tota lex ordinatur. Psal. Omnis consummationis vidi finem. Finis inquam, ad iustitiã, vt. i. homines per Christum iustitiam consequantur, quam lex intendebat. suprà 8, Quod impossibile erat legi mittens deus filium dãnauit peccatum in carne vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et hoc dico omni credenti, quia per fidẽ suos iustificat. Ioan. 1, Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credũt in nomine eius. ¶ Deinde cùm dicit. [Moyses enim. &c.] probat veritatem eorum quæ Iudæi ignorabant. s. ꝙ iustitia dei sit perfectior q̃ iustitia legalis. Et hoc authoritate ipsius Moysi veteris legislatoris. Primò ergo per eius verba ostendit conditionẽ iustitiæ legalis. Secundò conditionem iustitiæ fidei, ibi, [Quæ autem ex fide est, &c.] Dicit ergo primò, Rectè distinxi iustitiam humanam à iustitia dei. Moyses enim scripsit, Leuit. 18, Quoniam homo qui fecerit iustitiam quæ ex lege est, viuet in ea. vbi sic litera nostra habet, Custodite leges meas atq; iudicia quæ faciens homo, viuet in eis, Et Ezec. 20, Iudicia mea proiecerunt quæ faciens homo, viuet in eis, quia. s. hoc commoditatis consequebatur homo per legis obseruantiam, ne occideretur tanquam legis transgressor. Heb. 10, Irritam quis faciens legem Moysi absq; vlla misericordia moritur. Leuit. 20, Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. & sic de aliis. Possumus vlterius dicere ꝙ per legis obseruationem homo ordinatur in vita præsenti: promittebat enim lex tẽporalia bona & quædam mandabat quę ad ordinationẽ carnalis vitæ pertinebant. Heb. 9, Iustitiis carnis vsq; ad tempus correctionis impositis. Sed contra videtur esse quod dominus dicit Mat. 19, quærenti quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Respondit, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vnde & suprà 5, super illud, Lex autem subintrauit. dicit quædam gloss. Iustitia legis suo tempore custodita non solùm bona temporalia, sed & vitam conferebat æternam: sed hæc intelligẽda sunt secundum spiritualem sensum legis, qui pertinet ad fidem Christi. Sed quod hîc dicitur refertur ad interiorem legis sensum, secundum quem lex de vita æterna mentionẽ non faciebat. ¶ Deinde cùm dicit, [Quæ autem ex fide est iustitia, &c.] inducit authoritatem Moysi de iustitia fidei. Et primò Moyses ostendit certitudinem fidei, quæ debet esse in corde hominis. Secundò fidei effectum, ibi, [Sed quid dicit scriptura, &c.] Dicit ergo primo, non solùm loquitur Moyses de iustitia legis, sed etiam ipse sic dicit de iustitia quæ est ex fide. ¶ Quæ autem est ex fide iustitia, sic dicit. i. sic loquitur in corde hominis, Ne dixeris in corde tuo. s. dubitando, Quis ascendit in cælum? quasi hoc impossibile reputans. sicut & Prouer. 30. quæritur, Quis ascẽdit in cælum atq; descendit, quia. s. hoc tenere quasi impossibile est deducere Christum à cælo. i. asserere ꝙ Christus non sit in cælo contra id quod dicitur Io. 3, Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo. Eph. 4, Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos. Aut etiam ne dixeris quis descendit in abyssum. i. in infernum, quasi reputãs hoc esse impossibile. hoc enim negare, est reuocare Christum ex mortuis. s. negare eum non esse mortuum. Ipse enim moriens in abyssum descẽdit. Ecle. 24, Penetrabo inferiores partes terræ. Et secundũ hoc prohibet dubitari de duobus articulis fidei Christi. s. de eius ascensione & de eius morte & descensu ad inferos, quorum primum pertinet ad maximã Christi exaltationem: secundum ad maximam eius humiliationem. Potest autem & aliter exponi, vt dicatur nobis certitudo duorum articulorum. Primò quidem incarnationis, qua de cælis ad terram descendit: vt sit sensus, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cælum, & exponitur supplendo. i. Christum deducere: quasi dicat, Quis ascendit in cælum ad deducendum Christum ad nos? quod quidem non fuit necessarium, quia ipse propria virtute descendit. Secundò autem resurrectionis, cùm subdit, Aut etiam ne dixeris quis descendit in abyssum, & supplendo additur, Hoc est Christum ex mortuis reuocare: quasi dicat, Illuc descẽdit vt inde posset Christum reuocare sicut ex persona insipientium dicitur, Sap. 2, Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Et hic sensus cõgruit verbis Moysi. dicitur enim Deut. 30, secundũ literã nostrã, Mandatũ quod ego præcipio tibi hodie, nõ supra te est neq; procul positũ neq; in cælo sitũ vt possis dicere, Quis nostrũ valet ad

cælum conscendere vt deferat illud ad nos? Nec est incõueniens si quod Moyses dixit de mãdato legis, hoc Apostolus attribuit Christo: quia Christ⁹ est verbũ dei in quo sunt omnia dei mãdata. Sic ergo intelligendũ est quod dixit, Quis ascendit in cælum. i. Christũ deducere. Ac si dicat, Quis potest in cælum conscendere, vt verbum dei inde deferat ad nos? Et idem est dicendũ in alio quod sequitur. ¶ Deinde cùm Dicit, [Sed quid dicit scriptura, &c.] ostendit fructum fidei per eiusdem authoritatẽ. Et primò proponit authoritatem. Secundò exponit eam, ibi, [Hoc est verbum fidei, &c.] Tertiò probat expositionem esse cõuenientem, ibi, [Corde enim creditur, &c.] Dicit ergo primò, Sed quid dicit scriptura? Hoc inquã, Propè est verbũ in ore & in corde tuo. Sic enim post præmissa verba Deut. sequitur, Iuxta te est sermo valde in ore tuo. Quasi dicat, non solicitaris ꝙ tibi desit verbũ fidei iustificãtis propter hoc ꝙ Christus est in cælo secundũ naturam diuinam, aut ꝙ descendit in infernũ propter mortẽ humanitatis, quia ipse descendens de cælo, & resurgens ab inferis, impressit verbũ fidei in ore tuo & in corde tuo. Vnde ꝙ dicit, Propè est: potest referri ad hoc ꝙ verbum dei sumus adepti per Christum incarnatũ & resurgentẽ. Heb. 2, Quę cum initiũ accepisset enarrari per dominũ. Hier. 1, Ecce dedi verba mea in ore tuo. Vel secundũ glo. ꝙ dicit, propè, referendũ est ad vtilitatem secundũ ꝙ dicimus, propè apud nos esse quod nobis est cõmodum & vtile. Verbo enim dei cor nostrum mũdatur. Io. 15, Iam vos mũdi estis ꝓpter sermonem quẽ locutus sum vobis. Vel potest referri ad hoc ꝙ verba fidei & si sint supra rationẽ. Eccl. 3, Plurima supra sensum hominis mõstrata sunt tibi, non tamen sunt contra rationẽ, quia veritas nõ potest esse veritati contraria. Psal. Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis. ¶ Deinde cùm dicit, [Hoc est verbũ, &c.] exponit authoritatẽ prędictã. Et primò ostẽdit ꝙ sit illud verbũ de quo Moyses loquitur, dicẽs, Hoc est verbũ fidei quod prędicamus. 2. Timo. 4, Prędica verbum. Hie. 23, Qui habet sermonẽ meum loquatur sermonẽ verè. Secũdò exponit quomodo hoc verbũ est in ore ꝙ confessionẽ, & in corde per fidẽ. Et hoc est ꝙ subdit, ꝙ si cõfitearis in ore tuo dominũ Iesum Christum. s. recognoscens eũ dominũ subiiciẽdo sibi tuũ affectum, secundũ quod dicitur 1. Cor. 12, Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et iterũ, Si credideris in corde tuo. s. fide formata quæ per dilectionẽ operatur, vt dicitur Act. 2, Quòd deus excitauit illũ à mortuis. Psal. Tu autem domine miserere mei & resuscita me. quia vt dicitur 2. Cor. vlt. Resurrexit ex virtute dei, quę est cõmunis sibi & patri. Saluus erit. s. salute æterna: de qua dicitur Esa. 45, Saluatus est Israel in domino salute æterna. Quòd autẽ dicit, Dominum Iesum: ad mysteriũ incarnationis refertur. Quòd autẽ sequitur Christum, manifestè ad resurrectionem refertur. De quibus duobus articulis suprà fecerat mentionem.

Lectio 2.

Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omniũ, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quẽ non audierunt? Quomodo autẽ audient sine prædicante? Quomodo uerò prædicabũt nisi mittãtur? Sicut scriptũ est, Quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacẽ euãgelizantiũ bona. Sed non omnes obediunt euãgelio. Esaias enim dicit, Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autẽ per uerbũ Christi.

Ostenditur ꝙ fidẽ & cõfessionem fidei homo cõsequitur salutẽ & ponitur hic ordo salutis cõcludendo fidem esse ex auditu uerbi Christi.

¶ Præmiserat Apostolus exponendo verbum Moysi, ꝙ cõfessio oris & fides cordis operantur salutẽ, proponens hoc causa exempli in duob⁹ articulis, hîc probat quod dixerat in vniuersali. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit ꝙ per fidem & confessionẽ homo consequitur salutẽ. Secundò ponit salutis ordinẽ, ibi, [Quomodo ergo inuocabunt, &c.] Tertiò infert quandã conclusionem ex dictis, ibi, [Ergo fides ex auditu, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit quod intẽdit, dicens, Rectè dico ꝙ si confitearis ore & credas corde, saluus eris. Corde enim creditur ab homine ad iustitiam. i. ad hoc vt iustitiã per fidẽ consequantur. suprà 5, Iustificati igitur ex fide. Signanter autẽ dicit, Corde creditur. i. voluntate. Nam cætera quæ ad exteriorem dei cultum pertinent, potest homo nolens, sed credere non potest nisi volens. Intellectus enim credentis nõ determinatur ad assentiendũ veritati ex necessitate rationis sicut intellectus scientis, sed ex voluntate: & ideo scire nõ pertinet ad iustitiã hominis quæ est in voluntate, sed credere. Gen. 15, Credidit Abraham deo, & reputatũ est illi ad iustitiam. Postq̃ autem homo est iustificatus ꝑ fidem, oportet ꝙ eius fides ꝑ dilectionẽ operetur ad consequendam salutẽ. Vnde subdit, Ore autẽ confessio fit ad salutem. s. æternã consequẽdam. Esa. 51, Salus autẽ mea in sempiternum erit. Est autẽ triplex cõfessio necessaria ad salutẽ. Primò quidẽ confessio ꝓpriæ iniquitatis, secundũ illud Psal. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiã meam domino: quæ est cõfessio pœnitentis. Secunda cõfessio est per quã homo cõfitetur dei bonitatẽ misericorditer beneficia præstantis. Psal. Confitemini dño quoniã bonus. & hæc est cõfessio gratias agentis. Tertia est confessio diuinæ veritatis. Mat. 10, Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre, & hæc cõfessio est credentis, de qua nũc Apostolus loquitur. Hæc autẽ est necessaria ad salutem ꝓ loco & tẽpore, quando. s. expoſcit fides alicuius. s. à persecutore fidei, vt quãdo periclitatur fides aliena: sicut pręcipuè prælati debẽt prædicare fidẽ subditis suis. Et ideo baptizati liniuntur chrismate in fronte signo crucis, vt ipsum crucifixum confiteri nõ erubescant. suprà 1, Non enim erubesco euangeliũ. Ita est autem & de omnib⁹ virtutum actibus qui pro loco & tẽpore sunt necessarij ad salutem. Nam præcepta affirmatiua quæ de his dantur, obligant semper, sed nõ ad semper. Secundò, ibi, [Dicit enim scriptura, &c.] probat per authoritatem, dicens, Dicit enim scriptura. s. Esa. 18, Omnis qui credit in illum fide non cõfundetur. s. deficiens à salute. Eccl. 2, Qui timetis dominũ credite illi, & nõ euacuabitur merces vestra. Litera verò nostra habet, Qui crediderit nõ festinet. vt suprà dictũ est. Tertiò, ibi, [Non em̃ est distinctio, &c.] ꝓbat hoc esse vniuersaliter intelligendum cùm Esaias indefinitè hoc proferat. Et primò proponit quod intẽdit, dicẽs, Ideo dictum est, Omnis qui credit, &c. Non enim est distinctio quantum ad hoc Iudæi & Græci. Coll. 3, Vbi non est Gentilis & Iudęus, circumcisio & præputium, &c. Secundò probat per rationẽ quę duplici modo innititur, quorũ primum tangit, dicens, Nam idem dominus omnium. suprà 3, An Iudæorum deus tantum? Nónne & Gentium? Psal. Rex omnis terrę deus. Et ideo ad ipsum pertinet prouidere omniũ saluti. Secundũ mediũ tangit, dicẽs, Diues est in omnes qui inuocant illum. Si enim nõ esset tantæ bonitatis ꝙ sufficeret ad satisfactionẽ vtriusq;, posset putari ꝙ nõ omnibus credẽtibus prouideret: sed diuitię bonitatis eius & misericordię indeCõfessio triplex necessaria ad salutem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficientes sunt.suprà 2',An diuitias bonitatis eius contẽnis?Ephe.2,Deus autẽ qui diues est in misericordia, &c.Tertiò probat idẽ per authoritatẽ quæ habetur Ioel.2.Omnis quicũq; inuocauerit nomen dñi,saluus erit.Est autẽ inuocare,in se vocare perfectũ & deuotum cultũ. Psal. Inuocabit me & ego exaudiam eum. ¶Deinde cùm dicit,[Quomodo ergo inuocabũt,&c.]Ponit ordinẽ quo quis vocatur in salutem,quæ est ex fide.Et circa hoc duo facit.Primò ostẽdit ꝙ ea quæ sunt posteriora in hoc ordine,sine prioribus esse nõ possunt.Secundò ostendit ꝙ positis prioribus,nõ est necessarium posteriora poni,ibi,[Sed nõ omnes euã gelio obediunt.]Circa primum duo facit.Primò ponit ordinẽ eorum quæ requiruntur ad salutem.Secũdò cõfirmat quod suppoſuerat per authoritatẽ,ibi,[Sicut scriptũ est.]Ponit autem primò quinq; per ordinem incipiens ab inuocatione ad quã secundũ authoritatem ꝓphetę,sequitur salus.Dicit ergo,Quomodo ergo inuocabunt in quẽ non crediderũt,quasi dicat,Sine dubio inuocatio salutẽ facere nõ potest, nisi fide præcedente.Pertinet autẽ inuocatio ad confessionẽ oris quæ ex fide cordis ꝓcedit.Psal.Credidi propter quod locutus sum.2.Cor.4,Nos credimus ꝓpter quod & loquimur.Secũdò à fide ascẽdit vel procedit ad auditum,dicẽs,Aut quomodo credent ei quẽ non audierũt.Ille enim homo credere dicitur quæ sibi ab aliis dicuntur quæ ipse nõ videt.Io.4,Iam non ꝓpter tuam loquelã credimus:Ipsi enim audiuimus & scimus,&c. Est autẽ duplex auditus.Vnus quidẽ interior quo quis audit à deo reuelãte.Psal.Audiã quid loquatur in me dñs deus.Alius autẽ auditus est quo aliquis audit ab homine exterius loquente.Act.10,Adhuc loquẽte Petro verba hæc,cecidit ſpiritusſanctus sup omnes qui audiebant verbũ.Primus autem auditus non cõmunicatur ptinet ad omnes,sed propriè pertinet ad gratiã prophetæ,quæ est gratia gratis data distinctè aliquibus, sed nõ omnibus,secundũ illud 1.Cor.12,Diuisiones gratiarũ sunt. Sed quia nunc loquitur de eo quod indistinctè,ad omnes pertinere potest,secundũ illud quod suprà dixit,Non enim est distinctio,ideo relinquitur ꝙ hoc sit intelligendũ de secundo auditu.Et ideo subdit,Quomodo ergo audient sine prædicante?Auditus enim exterior est passio quædã audientis quæ absq; actione loquentis esse nõ potest. Vnde & dominus mãdauit discipulis.Mat.vlt.Euntes in mundũ vniuersum prædicate euangelium omni creaturę.Ea vero quæ fidei sunt prædicatores à semetipsis nõ habent,sed à deo.Esaiæ 21, Quæ audiui à domino deo exercituũ annũtiaui vobis.1.Cor.11,Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis.Et ideo 4.subdit, Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur?quasi dicat,Non dignè.Hier.23,Non mittebã eos & ipsi currebãt. Mittuntur autẽ aliqui à domino dupliciter. Vno modo immediatè ab ipso deo per inspirationẽ internam, Esa.48,Et nũc dominus deus misit me,& spiritus eius.Huius autẽ missionis signum quãdoq; quidẽ est sacræ scripturæ authoritas,vnde Ioãnes baptista cũ quęreretur ab eo quis esset,authoritatẽ ꝓphetę induxit, dicens,Ego xox clamãtis in deserto,dirigite viã domini,sicut dixit Esaias ꝓpheta,vt legitur Io.1,Quãdoq; autem signũ huius missionis est veritas quæ annũtiatur.Vnde ꝓ contrariũ dicitur Deut.18,Quòd hoc habebit signum ꝙ in nomine domini Propheta prædixerit & nõ euenerit,hoc dominus nõ est locutus.Quãdoq;verò signũ huius missionis est operatio miraculi.Vnde dicitur Exod.4,Quòd cũ dixisset Moyses domino,nõ credent mihi.ſ.illi ad quos mittor,dominus dedit ei potestatẽ signa faciẽdi.Nec tamen ista duo vltima sufficienter demõstrant dei missionẽ,præsertim cum aliquis annuntiat aliquid contra fidẽ. Dicitur enim Deut.13,Si surrexerit in medio tui propheta & prædixerit signũ atq; portentum & euenerit quod locutus est & dixerit tibi,eamus & sequamur deos alienos,nõ audies verba illius.Alio modo mittuntur aliqui à deo mediante authoritate prælatorũ qui gerunt vicem dei.2. Cor.8, Misimus cum illo fratrem nostrum cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. ¶Deinde cùm dicit,[Sicut scriptũ est.]inducit authoritatẽ ad hoc vltimũ quod dixerat de missione prædicatorũ,dicens,Sicut scriptum est,&c.Esa.52,Quàm speciosi pedes euangelizãtium pacẽ,euangelizãtium bona.vbi litera nostra sic habet, Quàm pulchri supra montes pedes annuntiãtis bonum.Et similiter habetur Naũ 1, Ecce sup montes pedes euãgelizantis & annuntiãtis pacem.In his autẽ verbis primò cõmendatur processus prædicatorũ cùm dicit, Quàm speciosi pedes,quod dupliciter potest intelligi.Vno modo ut ꝑ pedes intelligãtur eorum processus,quia.ſ.ordinatè ꝓcedunt,nõ vsurpãtes sibi prædicationis officium. Cantic.7, Quã pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.Alio modo possunt intelligi ꝑ pedes,affectus,qui rectitudinẽ habent dum nõ intẽtione laudis aut lucri verbum dei annuntiãt,sed propter omnium salutẽ & dei gloriam.Eze.1,Pedes eorum pedes recti.Secundò tangit prædicationis materiã,quæ quidẽ est duplex. Prædicant enim ea quæ sunt vtilia ad vitã præsentem, quod designat cùm dicit,Euãgelizantium pacẽ.ſ.triplicem. Primò quidẽ annuntiant pacẽ quam Christus fecit inter homines & deum.2.Cor.5,Deus erat in Christo mundũ reconciliãs sibi.Et posuit in nobis verbum recõciliationis.suprà 5,Pacem habeamus per Iesum Christum ad dominum.Secundò annuntiãt pacẽ habendam cum omnibus hominibus.infrà 12.Si fieri potest quod ex vobis est cum omnib⁹ hominib⁹ pacẽ habentes.Tertiò annuntiãt ea ꝑ quæ homo potest habere pacẽ in semetipso.Psal.Pax multa diligẽtibus legem tuã domine.Et sub his tribus continentur omnia quæ in hac vita sunt vtilia ad salutẽ, vel quantum ad deum,vel quantum ad proximum,vel quãtum ad semetipsum.Prædicant etiam ea quæ speramus habere in alia vita.Et quantum ad hoc dicit,Euangelizantium bona.Lucæ 12,Super omnia bona sua constituet eum. ¶Deinde cùm dicit,[Sed non omnes obediũt euangelio,&c.]ostendit ex prioribus non semper sequi posteriora,licet enim nõ possit esse ꝙ quis credat nisi audiat à prædicante,nõ tamen quicunq; audit à prædicante credit,& hoc est ꝙ subdit,Sed nõ omnes obediunt euãgelio.2.Thes.3,Non enim omnium est fides.Hoc autem dicit ideo vt ostendatur ꝙ verbum exterius loquentis non est causa sufficiens fidei,nisi cor hominis attrahatur virtute dei loquẽtis.Io.6,Omis qui audiuit à patre meo,& didicit,venit ad me. & sic ꝙ homines credunt,non est attribuendum prædicatoris industriæ.Per hoc etiam ostenditur ꝙ omnes increduli nõ excusantur à peccato,sed illi qui non audiunt & non credunt.Io.10, Si nõ venissem & locutus eis nõ fuissem, peccatum non haberent.Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.Et hoc etiam magis consonat his quæ Apostolus posterius dicet.Secundò ad hoc inducit authoritatem cùm subdit, Esaias enim dicit,Domine quis credidit auditui nostro?quasi diceret,Rarus.Ezec.2,Increduli & subuersores sunt tecum. Mathe. 7, Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Quod quidem Esaias dixit prædi-

Quinque requisita ad salutem.

Duplex est auditus & ad fidem requiritur interior.

Dupliciter aliqui à deo mittuntur.

Signũ missionis à deo interius est ex sacris,ex veritate annuntiata,ex miraculo.

Veritas rei prædicatæ, & operatio miraculi nõ semp ꝓbat sufficienter missionem esse à deo.

dens Iudæorum infidelitatẽ futuram.Eccl.48,Spiritu magno vidit vltima,&c. Dicit autẽ, auditui nostro, vel ꝓpter id quod à deo audierũt,sicut dicitur in Abdia, Auditũ audiuimus à domino, & legatos ad Gẽtes misit.Vel propter id quod homines ab apostolis audiebant.Ezec.33,Audiunt verba tua & non faciunt ea. ¶Dein de cùm dicit,[Ergo fides ex auditu,&c.]infert conclusionẽ ex dictis,dicens,Ergo ex quo aliqui nõ credunt nisi audierint,fides est ex auditu.Psal.In auditu auris obediuit mihi. ¶Sed cõtra videtur esse ꝙ fides est virtus infusa diuinitus.Philip.1,Vobis datum est vt in ipsum credatis. Dicendum est ergo ꝙ ad fidẽ duo requiruntur.Quorum vnũ est cordis inclinatio ad credendũ,& hoc non est ex auditu,sed ex dono gratiæ.Aliud autẽ est determinatio de credibili,& istud est ex auditu.Et ideo Cornelius qui habebat cor inclinatum ad credendũ,necesse habuit,vt ad eum mitteret Petrus qui sibi determinaret quid esset credendum. ¶Ex eo verò ꝙ dixerat,Quomodo audiẽt sine prædicante?& quomodo prædicabũt nisi mittãtur?concludit, Auditus autẽ.ſ.credentium est per verbũ prædicatorum,quod est verbũ Christi.Vel quia est de Christo.1.Cor.1,Nos prædicamus Christũ Iesum.Vel quia à Christo habent ꝙ mittuntur.1.Cor.11, Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis.

Ad fidem duo requiruntur.

Lectio 3.

SEd dico,Nunquid non audierunt?Et quidem in omnem terrã exiuit sonus eorũ,& in fines orbis terræ uerba eorum.Sed dico,Nunquid Israel non cognouit?Primus Moyses dicit,Ego ad æmulationẽ uos adducam in non gẽtem: in gentẽ insipientẽ,in irã uos mittã.Esaias autẽ audet & dicit,Inuentus sum à nõ quærentibus me,palã apparui his qui mè nõ interrogabant.Ad Israel autẽ dicit,Tota die expãdi manus meas ad populũ non credentẽ,sed cõtradicentẽ mihi. ¶Postq̃ ostendit casum Iudæorũ esse miserandum quia ex ignorãtia peccauerunt,hîc ostendit ꝙ eorũ talis casus nõ est excusabilis ex toto:quia eorũ ignorantia nõ fuit inuincibilis,vel ex necessitate existens,sed quodãmodo voluntaria.Et hoc quidẽ ostendit dupliciter.Primò quidẽ per hoc quod audierũt ex doctrina apostolorũ,Secũdò per hoc quod eognouerũt ex doctrina legis & prophetarũ,ibi, [Sed dico,nũquid Israel nõ cognouit,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ꝓponit quæstionẽ,dicens, Dictũ est ꝙ fides ex auditu & non possunt homines credere ei quem nõ audierunt.Dico ergo,Nunquid nõ audierunt?vt.ſ.per hoc possint excusari totaliter ab incredulitate,secundũ illud Io.15,Si nõ venissem & locutus eis nõ fuissem,peccatũ nõ haberent:Secundò ad quæstionẽ respondet interueniẽdo per authoritatẽ Psal. dicentis, In omnẽ terram exiuit sonus eorũ.ſ.apostolorum.i.fama eorũ exiuit in omnem terrã,non solùm Iudęorũ,sed etiã omnium Gẽtium.Iob 28,Perditio & mors dixerunt,auribus nostris audiuimus famã eius.ſ.sapientiæ per apostolos prædicatæ.Et dominus eis præceperat Mat.vlti.Euntes in mundũ vniuersum,prædicate euangeliũ omni creaturæ.Et verba eorũ.ſ.distincta eorum doctrina,exiuerũt in fines orbis terræ. Ad literã vsq; ad fines mundi. Esa.24,A finibus terræ laudes audiuimus gloriã iusti.Et 49,Dedi te in lucem Gentiũ, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ.Et est notandũ ꝙ secundum Aug.hæc verba nondũ erant cõpleta quãdo Apostolus talia loquebatur,sed præuidebat ea esse cõplenda.Et ideo vtitur præterito pro futuro ꝓpter certitudinẽ diuinæ præordinationis:sicut etiã Dauid cuius verba assumit Apostolus, manifestè vtebatur præterito ꝓ futuro.Et ideo hoc dicit Aug.quia adhuc tẽpore suo dicit fuisse quasdã gentes in Aphricæ partibus quibus non erat fides Christi prædicata.Chrysost.autẽ super Mat.econtrario dicit hoc quod hîc dicitur cõpletũ fuisse tempore apostolorũ,exponens ꝙ sic habetur Mat.24,Et prædicabitur hoc euangeliũ regni in vniuerso orbe:& tunc veniet cõsummatio.i.destructio Hierusalẽ.Vtrunq; autẽ est aliqualiter verũ.Tẽpore enim apostolorum ad omnes gẽtes etiam vsq; ad fines mundi peruenit aliqua fama de prędicatione apostolorũ per ipsos apostolos vel discipulos eorũ.Matthæus enim prædicauit in Ethiopia,Thomas in India,Petrus&Paulus in Occidente.Et hoc est quod Chrysostomus dicere intendit. Non tamẽ sic fuit impletũ tempore apostolorũ ꝙ in omnibus gẽtibus ecclesia ædificaretur, quod tamen est implendũ ante finẽ mundi,vt Aug. dicit in Hesitiũ.Magis tamen præsenti intentioni Apostoli cõgruit expositio Chrysostomi q̃ Augustini. Nulla enim ratio esset auferendi excusationẽ infidelibus per hoc ꝙ in futurũ erant audituri;per hoc tamen non habetur ꝙ ad singulos homines fama prædicationis apostolicæ peruenerit,licet peruenerit ad omnes gentes. ¶Nunquid ergo illi ad quos nõ peruenit,vtpote si fuerunt nutriti in syluis,excusationẽ habent de peccato infidelitatis?Ad hoc dicendũ est ꝙ secundum sententiã domini quæ habetur Io.17, Illi qui loquentem dominum ꝑ se vel per eius discipulos nõ audierunt,excusationẽ habent de peccato infidelitatis,non tamen beneficium dei cõsequentur,vt.ſ.iustificentur ab aliis peccatis,vel quæ nascendo contraxerunt,vel malè viuendo addiderũt,& pro his meritò dãnantur.Si qui tamen eorũ feciſſent quod in se est, dominus eis secundum suam misericordiã prouidisset mittendo eis prædicatorẽ fidei,sicut Petrũ Cornelio. Act.10. Et Paulũ Macedonibus,vt habetur Act.16.Sed tamen hoc ipsum ꝙ aliqui faciunt quod in se est conuertendo se.ſ.ad deum,ex deo est mouente corda ipsorum ad bonum.Treno.5,Cõuerte nos domine ad te,& conuertemur. ¶Deinde cùm dicit,[Sed dico,Nunquid Israel,&c.]ostẽdit eos esse inexcusabiles ꝓpter notitiam quã habuerunt ex lege & prophetis.Et primò mouet quæstionẽ,dicens,Sed dico adhuc inquirendo,Nunquid Israel.i.populus Iudæorũ non cognouit ea quæ pertinent ad mynisteriũ Christi, & ad vocationem Gentiũ, & casum Iudæorũ?Planè cognouit. infrà.2,Instructus per legem.Psal.Non fecit taliter omni nationi. Bar. 4,Beati sumus ô Israel,quoniã quæ placita sunt deo,manifesta sunt nobis.Secundò determinat motam quę stionem cũ dicit,Primus Moyses dixit qui est legislator,quòd nõ est sic intelligendũ per hoc ꝙ inducit primus,quasi fuerint duo Moyses.Quorum primus hoc dixit,sed quia Moyses fuit primus.i. præcipuus inter doctores Iudæorum.Deut.vlt.Non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses.Vel primus fuit in ordine talia dicendi,quia ipse primus inter alios hoc dixit.Deut.32,Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem,in gentem insipientem in iram vos mittã.Vbi litera nostra sic habet,Ego prouocabo eos in eo quí non est populus, & in gente stulta irritabo eos.Vbi duplex est distinctio attendenda.Prima quidem ex parte gentilitatis quã vocat non gentẽ,quasi non dignã vocari gentem eo ꝙ non erat adunata in cultu vnius dei.Eccl.50.Tertia nõ est gens quã oderim. Eandẽ autem gentilitatẽ vocat gentem insipientem, & si aliqualiter gens dici posset secundũ ꝙ aduuatur & gubernatur lege humana, dicitur tamen insipiẽs quasi priuata vera sapiẽtia quæ in cognitione & cultu dei cõsistit.Eph.4,Sicut & gentes ambulãt in vanitate sensus

In omni terra tã Iudæorũ q̃ Gẽtiũ est prædicatum verbũ Christi.

Opinio Augu. de prædicatiõe verbi Christi ĩ oĩ terra

Opinio Chrysostо.

Concordia Augu. & Chrysostо.

Præfertur Chrysо. ex Augusti.

Nota ꝙ illis qui nihil de fide audierunt.

sui tenebris obscuratum habentes intellectũ,alienati à vita dei.Et sic refertur ad Gẽtilitatem secundũ statũ antè cõuersionẽ.Possunt hæc etiã duo attribui gẽtilitati post cõuersionẽ quę dicitur nõ Gens.i.non Gẽtiliter viuens,sicut Apostolus dicit ibidẽ,Iam non amplius ambuletis sicut & Gẽtes.Dicitur etiã Gẽtilitas cõuersa Gẽs insipiẽs secundũ opinionẽ infideliũ.1.Cor.3,Si quis inter vos sapiẽs videtur esse,stultus fiat vt sit sapiens. ¶ Secunda differentia attenditur quantũ ad hoc cp primò ponit æmulationẽ.s.inuidiæ qua Iudæi inuidebãt Gẽtilibus cõuersis.Gal.4,AEmulãtur vos non bene. ¶ Secũdò ponit irã qua cõtra eos irascũtur.ps.Obseruabit peccator iustũ & stridebit,&c.Et hæc duo congruè coniungũtur,quia ex inuidia causatur ira.Vnde Iob 5.dicitur,Virũ stultũ interficit iracundia,& paruulũ occidit inuidia. Dicitur autẽ deus in æmulationẽ inducere & in iram mittere,nõ quidẽ in eis causando malitiã, sed subtrahẽdo gratiã vel potius faciẽdo cõuersionẽ gentiũ,vnde Iudæi occasionẽ iræ & inuidiæ sumunt.Secũdò ostẽdit eos cognouisse per doctrinam prophetarũ & inducit Esaiam, primò quidem prænuntiãtem cõuersionẽ Gentiũ,dicẽs,(Esaias autẽ audet & dicit.)id est,audacter Iudæis annũtiat veritatẽ,quanuis ei periculũ mortis immineret.Iob.39, Audacter in occursum pergit armatis & dicit.Esa.64,Inuẽtus sum à Gẽtibus non quærentibus me,palam apparui his qui me non interrogabant.vbi litera nostra sic habet,Quæsierunt me qui antè non interrogabant,inuenerũt qui non inquisierunt me.In his autẽ verbis primò designat conuersionẽ gentiũ,dicens,Inuentus sum à gentibus non quærentibus me.Et ideo præter merita & intentionẽ gentilium ostenditur fuisse eorum conuersio.infrà 15, Gentes autẽ super misericordia honorare deum. De hac autẽ inuẽtione dicitur Matth.13, Simile est regnũ cælorũ thesauro absc̃dito in agro quẽ qui inuenit abscondit,&c. Secundò ostendit causam & modum cõuersionis eorũ.Causam quidem,quia non casu factum est vt inuenirẽt quod non quærebant, sed ex gratia eius qui eis voluit apparere, quod designatur in hoc cp dicit,Apparui. Tit.2, Apparuit gratia saluatoris nostri dei omnibus hominibus.Modum autem,quia non apparuit Christus gentilibus in enigmatib' & figuris legis,sed in manifesta veritate.Vnde dicit,palam. Io.16,Ecce palam loqueris,& prouerbium nullum dicis.Palam,inquit,apparui eis.s.gentilibus qui me non interrogabant.i.qui meã doctrinam non quærebant. Esaiæ 45,Rogant deum nõ saluantẽ. Secundò ostendit cp Esaias prænũtiauit incredulitatem Iudæorum, dicens, Ad Israel autem.i.contra Israel dicit Esa.65, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Vbi nostra litera sic habet, Expandi manus meas ad populum incredulum qui graditur in via non bona post cogitationes suas,populus qui ad iracundiam prouocat me.Quòd autem dicit,Expandi manus meas,potest vno modo intelligi de expansione manuum in cruce,quæ quidẽ dicitur fuisse in cruce tota die.i.principali parte totius diei.s.ab hora sexta vsque ad vesperas.Matth.27,Et quanuis eo expandẽte manus in cruce sol sit obscuratus,petræ scissæ,monumẽta aperta:Iudæi tamẽ in sua incredulitate permanserũt eum blasphemãtes,vt dicitur.Matth.27,Vnde subdit, Ad populum non credentẽ,sed contradicẽtem mihi.Hebr.12,Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionẽ. Alio modo potest referri ad extensionẽ manus dei in miraculis faciẽdis. Act.4, In eo cp manum tuã extendis ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomẽ sanctũ filii tui Iesu.vt sit sensus,Tota die,id est,toto tẽpore prædicationis meæ expandi manus meas miracula faciẽdo ad populũ non credentẽ,etiam miraculis visis.Ioã.15,Si opera nõ fecissem quæ nemo alius fecit,peccatum non haberẽt.Sed contradicentẽ mihi,id est,meis miraculis detrahentẽ.secũdum illud Matth.12,In Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia.Osee.4,Populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti.Tertiò potest intelligi de extentione manus dei ad beneficia illi populo exhibita, secundum illud Prouerb.1, Extendi manum meam & non fuit qui aspiceret.vt sit sensus, Tota die,id est,toto tempore legis & prophetarum expandi manus meas ad dandum beneficia ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. Deut.31,Semper contentiosè egistis contra dominum.

Expandisse manus deũ tripliciter intelligitur.

Caput 11.

Ostenditur non omnes Iudæos cecidisse & esse explosos à gratia euangelij,aliquos tamen esse excæcatos.insultatio Gẽtium contra iudæos.Extollitur ꝓfunditas sapientiæ & iudiciorum dei. & primo hic nõ omnes Iudæos cecidisse ostenditur.

Dico ergo,nũquid repulit dominus deus populũ suũ? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahã de tribu Beniamin.Non repulit deus plebẽ suã quam præsciuit. An nescitis in Helia quid dicit scriptura,quẽadmodũ interpellat deũ aduersum Israel? Domine ꝓphetas tuos occiderũt,altaria tua suffoderũt, & ego relictus sum solus & quærunt animã meã.Sed quid dicit illi diuinũ respõsum? Reliqui mihi septẽ milia uirorũ qui nõ curuauerũt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tẽpore reliquiæ secundũ electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt.Si autẽ gratia,iam nõ operibus. Alioquin gratia tam nõ est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel hoc nõ est cõsecutus.Electio autẽ consecuta est,cæteri uerò excæcati sunt,sicut scriptũ est. Dedit illis deus spiritũ cõpũctionis, oculos ut non uideãt, & aures ut nõ audiãt usque in hodiernũ diẽ.Et Dauid dicit, Fiat mẽsa eorũ corã ipsis in laqueũ, & in captionem, & in scandaliũ, & in retributionẽ illis.Obscurẽtur oculi eorũ ne uideant: & dorsum eorũ semper incurua.

¶ Postquam Apostolus ostendit Iudæorũ casum esse miserendũ,non tamen totaliter excusabilẽ,hîc ostendit casum Iudæorũ non esse vniuersalem.Et primò mouet quæstionẽ.Secundò soluit,ibi,[Absit,&c.]Tertiò infert conclusionem,ibi,[Quid ergo,&c.]Dicit ergo primò,Dico ad hæc inquirendo, Nunquid deus repulit totaliter populum suum,scilicet Iudæorum,quia vocat eum non credẽtem,sed contradicentem. Et hoc Psalmista etiam inquirit,dicens,Vt quid deus repulisti in finẽ? Treno.2,Repulit dominus altare suum. ¶ Deinde cùm dicit, [Absit,&c.] soluit quæstionem ostendens quòd deus non totaliter repulit populum Iudæorum. Et hoc est quòd dicit,Absit.vt.s.populus Iudæorum sit totaliter repulsus. Et hoc quidẽ primò probat quantũ ad personam suam,dicẽs,Nam & ego.s.in fide Christi existens Israelita sum.s.gente.2. Corint.11,Israelitæ sunt & ego.Et quia in populo Israel erãt aliqui Proseliti, qui nõ descenderũt secundũ carnem ex patriarchis. Secũdò hoc de se excludit,subdens,Ex semine Abrahæ.2. Cor.11,Semẽ Abrahæ sunt & ego.Erant autem in populo Iudæorum tribus distinctæ secundũ filios Iacob, quorũ quidem fuerunt filii ancillarum,quidam vxorum.Ioseph autem & Beniamin filii Rachel prædilectæ vxoris.Vnde suam excellentiam in populo Iudæorum ostendens dicit,Ex tribu Beniamin.Philip.3,Ex genere Israel de tribu Beniamin.Vnde & de eo exponitur à quibusdã quod legitur Gen.penult.Beniamin lupus rapax mane comedet prædã,& vespere diuidet spolia.Secundò,ibi,[Non repulit,&c.]ostendit populum illum nõ esse repulsum à deo etiã quantum ad multos electos suos.Et primò proponit quod intendit.Secũdò inducit similitudinẽ,

ibi,[Sic ergo & in hoc tempore,&c.]Dicit ergo primò,Non solùm ego non sum repulsus,sed deus non repulit plebem suam totã quam præsciuit,in est,prædestinauit. Suprà.8, Quos præsciuit,hos & prædestinauit.ps.Non repellet dominus plebem suam. Quod Apostolus hîc exponit quantum ad prædestinatos.

¶ Deinde cùm dicit, [An nescitis,&c.] inducit similitudinẽ de his quæ contigerunt tẽpore Heliæ quando etiam totus populus videbatur à cultu vnius dei aberrasse.Vbi primò ponit interpellationẽ Heliæ.Secũdò responsionem domini,ibi,[Sed quid dicit scriptura diuina,&c.]Dicit ergo primò,An nescitis quid scriptura sacra dicat in Helia,id est,de Helia.3,Reg.19,Vel in Helia,id est,in libro de Helia scripto.Totus enim liber Regũ est principaliter scriptus ad notificandũ dicta & facta prophetarũ.Vnde & inter libros propheticos cõputatur,vt Hiero.dicit in prolo.libri Regum quemadmodũ.s.ipse Helias interpellat deum aduersus Israel.Contra quod videtur esse verbũ Samuelis dicentis.1.Regum.12,Absit hoc peccatũ à me in domino vt cessem orare pro vobis. Multo ergo minus est contra populum interpellandum. Sed intelligendum est quòd prophetæ contra populum aliquem interpellant tripliciter . Vno modo conformando voluntatem suam volũtati diuinæ eis reuelatæ,sicut & in Psal.dicitur,Lætabitur iustus cùm viderit vindictam.Alio modo interpellando contra regnum peccati,vt.s.non homines,sed peccata hominum destruãtur . Tertio modo vt interpellatio vel oratio est interpretanda per modum denuntiationis,secundum illud Hier.17,Confundãtur qui me persequuntur.i.cõfundentur. Duo autem in hac sua interpellatione cõtra eos allegat.Primò quidem impietatem quam commiserant contra cultum dei.Vno quidem modo persequendo ministros eius,quod tangit dicens,Domine prophetas tuos occiderunt.3.Reg.18,Nunquid nõ indicatum est tibi domino meo quid fecerim cùm interficeret Iezabel prophetas domini? Act.7,Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri.Alio modo quantum ad loca deo sanctificata secundum illud Psal.Incenderunt igni sanctuarium tuum.Et quantum ad hoc dicit,Altaria tua suffoderunt. ¶ Vnde notãdum est quòd Deut.12, dominus mandauit,dicens,Ad locum quem elegerit dominus deus vester de cunctis tribubus vestris,vt ponat nomen suum ibi & habitet in eo:venietis & offeretis in illo loco holocausta & victimas vestras. Tamẽ ante ædificationem tẽpli permittebatur populus , vt in diuersis locis altaria construeret ad cultum diuinũ: quod quia erat contra legem,ædificato iam templo Ezechias rex piissimus omnia huiusmodi altaria destrui fecit.Et hoc est quòd dicitur 4.Regum.18,Nónne iste est Ezechias,qui abstulit excelsa & altaria & præcepit Iudæ & Hierusalem ante altare,hoc adorabitis in Hierusalem.quod ergo Ezechias fecit ex pietate hoc fecit.Achab & Iezabel ex impietate volentes cultũ dei totaliter extirpare.Tertiò allegat contra eos impietatem quam facere intendebant,dicens,At relictus sum ego solus,scilicet in cultu vnius dei. Quod quidem dixit Helias eo cp alii non ita apertè manifestabant se esse dei cultores . Dicitur enim de eo Ecclesiast.48, Surrexit Helias propheta quasi ignis,& verbum illius quasi facula ardebat. Et quærunt animam meam.s. vt auferant eam,Miserat enim Iezabel ad Heliam.3. Regum.19,dicens, Hæc mihi faciant dii & hæc addãt nisi hac hora eras posuero animam tuã sicut animã vnius ex illis.s.prophetis Baal quos occiderat Helias.

Prophetæ interpellant tripliciter contra aliquos.

Ante ædificationem tẽpli licuit in diuersis locis ædificare altaria & nõ post, sed solum in templo.

¶ Deinde cùm dicit, [Sed quid dicit,&c.] ponit diuinum responsum,dicens,Sed quid dicit scriptura ibidem.s.dixisse illi.s.Heliæ responsum diuinum . Hoc inquam cp sequitur , Reliqui mihi.i.in cultu meo non permittendo eos cadere in peccatum,septem milia virorũ. Ponitur certum pro incerto propter perfectionem septenarii & miliarii qui non curuauerũt genua ante Baal.i.qui cultũ dei nõ deseruerunt.Esa.43,Omnem qui inuocat nomẽ meũ in gloriã meã creaui,&c. ¶ Deinde cùm dicit,[Sic ergo,&c.adaptat quod dixerat ad propositum.Et primò ponit adaptationem,dicens,Sic ergo & hoc tẽpore in quo videtur multitudo populi deuiasse.reliquiæ,id est,multi qui sunt relicti ab illo excidio saluæ fient,vel saluæ factæ sunt secũdum electionem gratiæ dei,id est secundum gratuitam electionẽ dei.Ioannis.14,Non me elegistis,sed ego elegi vos.Secundò ex hoc infert conclusionem,dicens,Si autem gratia salui facti sunt,iam non ex operibus eorum.Tit.3,Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos,sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.Tertiò ostendit sequi conclusionem ex præmissis,dicens, Alioquin scilicet si gratia est ex operibus iam non est gratia quæ dicitur ex eo quòd gratis datur.Suprà.5, Iustificati gratis per gratiam ipsius. ¶ Deinde cùm dicit,[Quid ergo,&c.]infert conclusionem intentam. Et primò ponit eam,dicens,Quid ergo secundum præmissa dicemus? Hoc scilicet quòd Israel quantum ad maiorem multitudinem populi non est consecutus quod quærebat,scilicet iustitiam . Et hoc modo intelligendum est quod suprà nono dictum est,Israel sectando legem iustitiæ,in legem iustitiæ non peruenit.Io.7,Quæretis me & non inuenietis.ita tamen quòd electio.i.electi ex Iudæis consecuta est iustitiam. Ephe.1,Elegit nos in ipso vt essemus sancti. Cæteri verò,id est alia pars populi excæcati sunt propter suam malitiam. Sapien.2,Excæcauit eos malitia eorum. Secundò,ibi,[Sicut scriptum est,&c.]manifestat conclusionem quãtum ad vltimam partem.Et primò per authoritatem Esa.2,Per authoritatem Dauid,ibi,(Et Dauid dicit.) Circa primum notandum quòd Apostolus componit authoritatem ex duabus.Legitur enim Esaiæ 29,Miscui vobis spiritum saporis.Et quantum ad hoc dicit,Dedit deus illis spiritum cõpunctionis,quod pertinet ad peruersitatẽ affectus.Compunctio enim importat quandam cordis punctionem,siue dolorem . Est ergo quædam bona compunctio qua quis dolet de propriis peccatis. secundum illud Psal. Potasti nos vino compunctionis . Est autem & mala compunctio,scilicet inuidiæ qua quis dolet de bonis aliorum.Hunc ergo compunctionis.i.inuidiæ spiritũ eis dedit deus,non quidem immittendo malitiam,sed subtrahendo gratiam,sicut suprà 10.dictum est, Ego ad æmulationem adducam vos in non gentem.Item legitur Esaiæ.6,Excęca cor populi huius,& aures eius aggraua,& oculos eius claudens forte videat oculis suis,& auribus suis audiat.Et quantũ ad hoc designans defectum cognitiuæ virtutis subdit, Oculos vt non videant, scilicet per seipsos quantum ad miracula quæ Christus eis videntibus fecit.Et aures vt non audiant scilicet fructuosè doctrinam Christi & apostolorum. Esaiæ 42, Qui vides multa nonne custodies ? Qui apertas aures habes nonne audies ? Addit autem Apostolus de suo,Vsqúe in hodiernum diem,quia in fine mundi videbũt & audient quando cõuertentur corda filiorum ad patres eorũ,vt dicitur Malach.vltimo. ¶ Deinde cùm dicit,[Et Dauid dicit,&c.]ponit ad idẽ, authoritatẽ Dauid.In qua primò tangit occasionẽ defectus Iudæorũ,dicẽs,Fiat mensa eorum.i.malitia qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatores reficiuntur. Iob.20,Cùm dulce fuerit in ore eius malum abscondet illud sub lingua sua. Quæ quidem mensa est coram ipsis quando ex certa malitia peccant. Hoc quidem fit in laquæum quando ex ea paratur tentatio ad peccandum. Esa.24,Qui explicauerat se de fouea tenebitur laqueo. Et in captionem quando delectationi succumbit per sensum. Esa.8,Capientur & irretientur. Et in scandalum,id est in pactionem casus quando ruunt de peccato in peccatum.ps.Pax multa diligentibus legem tuam,& non est illis scandalum. Et in retributionem illis quando scilicet punientur pro suis peccatis. Vel quia hoc ipsum est retributio delictorum,quia deus eos permittit sic cadere.ps. Redde retributionem superbis. Vel mensa,est sacra scriptura Iudæis apposita.Prouerb.9, Proposuit mensam suam.Quæ quidem fit in aliquem quando occurrit aliquod ambiguum.In captionem quando malè intelligitur.In scandalum quando ruit in pertinaciam erroris. Et retributionem,vt suprà.Secundò ponit ipsum defectum quãtum ad cognitiuam virtutem cùm dicit,Obscurentur oculi eorũ ne videant quod magis prænuntiando quàm optando dicitur.Ephe.4, Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et quantum ad effectum cùm dicit,Et dorsum eorum,id est liberum arbitrium quod portat ad bona & ad mala, semper incurua.i.incuruati permitte ab æternis ad temporalia,à rectitudine iustitiæ ad iniquitatem.Esaiæ 51,Incuruare vt transeamus. Lectio 2.

Ostenditur casus Iudæorum nõ esse inutilis: reparabilis.

Dico ergo,nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delicto salus est Gẽtibus ut illos æmulẽtur,quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quantomagis plenitudo eorum? Vobis enim dico Gentibus, Quandiu quidem ego sum Gentium apostolus,ministerium meum honorificabo,si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam,& saluos faciam aliquos ex illis.Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi,quæ assumptio nisi uita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est,& massa.Et si radix sancta,& rami.

¶Postquam Apostolus ostendit ꝙ casus Iudæorum non est vniuersalis,hîc incipit ostendere ꝙ casus eorũ non est inutilis neq; irreparabilis.Et circa hoc duo facit.Primò ostendit casum Iudæorũ esse vtilem & reparabilem.Secũdò excludit gloriã Gentiliũ Iudæis insultantium,ibi,[Quòd si aliqui ex ramis,&c.]Circa primum duo facit.Primò proponit quæstionẽ.Secundò soluit,ibi,[Absit,&c.]Dicit ergo primò,Dictũ est & probatum ꝙ cæteri Iudæi præter electos sunt excæcati. Dicit ergo quæstionẽ mouens,Nunquid sic offenderũt vt caderẽt?Sed potest dupliciter intelligi. Vno modo sic,Nũquid deus permisit eos offendere solùm vt caderent,id est propter nullã aliam vtilitatẽ inde consequentẽ,sed solùm volens eos cadere.Quod quidẽ esset cõtra bonitatem diuinam quæ tãta est,vt Augustinus dicit in Enchi.ꝙ nunquam permitteret aliquid mali fieri nisi propter bonũ quod ex malo elicit.Vnde & Iob.34,dicitur,Conteret multos & innumerabiles,& stare faciet alios pro eis.Et Apocalip.3,dicitur,Tene quod habes ne alter accipiat coronã tuam,quia scilicet deus aliquos sic permittit cadere,vt quorũdam casus sit aliorũ salutis occasio.Alio modo potest intelligi sic,Nunquid sic offenderũt vt caderẽt?id est perpetuò in casu remanerẽt.Psal. Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? ¶Deinde cùm dicit,[Absit,&c.]soluit quæstionẽ, Et primò secundum intellectũ ostendens casum Iudæorũ fuisse vtilem. Secundò soluit quæstionem quantũ ad secundũ intellectum ostendens casum Iudæorũ esse reparabilem,ibi,[Quòd si delictum illorum,&c.]Dicit ergo primò,Absit.vt scilicet inutiliter caderent:sed magis illorum.s.Iudæorũ delicto,salus Gentibus facta est occasionaliter. Vnde & dominus dicit Ioan.4,Salus ex Iudæis est.Quod quidẽ potest intelligi tripliciter.Primò modo quia delictum quod in occisione Christi cõmiserũt est subsecuta salus Gentiũ per redemptionem sanguinis Christi.1.Petr.1, Non enim corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis,sed pretioso sanguine agni immaculati.Secũdo modo potest intelligi de delicto quo doctrinam apostolorum repulerunt,secũdum illud Act.13,Vobis oportebat primùm loqui verbũ dei,sed quoniam repulistis illud,&c.Tertio modo potest intelligi de hoc ꝙ propter suam impœnitẽtiam sunt in omnes Gentes dispersi.Et sic Christus & ecclesia vbiq; à libris Iudæorum testimoniũ habuit fidei Christianæ,ad conuertendos Gentiles qui suspicari potuissent prophetias de Christo quas prædicatores fidei inducebant esse confictas nisi probarẽtur testimonio Iudæorũ,vnde in Psal.dicit,Ostendit mihi super inimicos meos.s.Iudæos ne occidas eos,nequãdo obliuiscãtur populi mei dispergere illos in virtute tua.Sequitur,Vt illos æmulentur.Et quia non dicit qui vel quos,cùm etiam sit duplex æmulatio.s.indignationis & imitationis.Potest hoc quatuor modis exponi. Primo modo vt intelligatur sic,Vt gẽtiles illos.s.Iudæos æmulẽtur.i.imitentur in cultu vnius dei.Ephe.2,Eratis in illo tẽpore sine episcopo alienati à cõuersatione Israel.& postea subdit, Nunc autẽ vos qui aliquãdo eratis longè,facti estis propè in sanguine Christi.1.Thim.2,Vos imitatores facti estis ecclesiarũ dei quæ sunt in Iudæa. Vel vt gẽtiles æmulẽtur Iudæos.i.indignentur cõtra eos propter incredulitatẽ eorum.Psal.Vidi præuaricãtes & tabescebã,quia eloquia tua nõ custodierunt. Tertio modo potest intelligi sic,Vt Iudæi æmulẽtur,id est imitentur Gẽtiles quãdo vbiq; & nunc aliqui eorũ particulariter cõuertũtur ad fidẽ imitãtes fidẽ Gentiũ,& finaliter omnis Israel saluus fiet cũ plenitudo Gentiũ intrauerit,& sic impleatur quod dicitur Deut.28,Ille erit in caput,& tu eris in caudã.Quarto modo potest exponi sic,Vt Iudæi æmulẽtur Gẽtiles.i. cõtra eos ex inuidia turbẽtur dum vidẽt ad eos eorũ gloriã translatã. Deut.32,Ego prouocabo eos in eo qui non est populus. ¶Deinde cùm dicit,[Quòd si delictũ eorũ,&c.] soluit quæstionẽ quantum ad secundũ intellectum,ostẽdens casum Iudæorum esse reparabilem,quod quidem ostẽdit tripliciter.Primò ex vtilitate.Secũdò ex Apostoli intentione,ibi,[Vobis enim dico,&c.]Tertiò ex conditione illius populi,ibi,[Quòd si delibatio sancta,&c.]Circa primũ ponit talẽ rationẽ,Bonum est potẽtius ad vtilitatem inferendam quàm malum,sed malum Iudæorũ magnam vtilitatem gẽtibus contulit:ergo multo maiorẽ confert mundo eorũ bonum:hoc est ergo quòd dicit,Dictũ est quòd eorũ delicto salus gentibus facta est:ꝙ pro sed,illorum.s.Iudæorũ delictum diuitiæ sunt mundi.i. Gẽtilium, quia.s.delictum Iudæorũ redundauit in spirituales diuitias Gẽtilium, de quibus dicitur Esa.33,Diuitiæ salutis sapientia & scientia,quod quidẽ refert ad eorũ culpã.Et diminutio eorũ,qua.s.decreuerũt ab illa celsitudine gloriæ quam habebant,quod pertinet ad pœnam.Danie.3, Imminuti sumus plusquam omnes Gẽtes, sumúsq; humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Sunt autẽ diuitiæ Gentiũ per occasionem vt dictũ est,vel diminutio eorũ.i.aliqui minimi & abiecti ex Iudæis, Gẽtes spiritualiter ditauerũt.s.apostoli quibus

Delictũ Iudæorum dicitur tripliciter esse salus gẽtium.

Duplex æmulatio.

dicitur 1.Corint.1,Infirma mũdi elegit deus,vt cõfundat fortia.Quantomagis plenitudo eorũ.i.abõdantia eorũ spiritualis, vel multitudo eorũ ad deũ cõuersa in diuitias Gentiũ redũdabit.Eccles.24,In plenitudine sanctorũ detentio mea.Et sic si deus propter vtilitatẽ totius mundi permisit Iudæos delinquere & diminui, multo magis implebit ruinas eorũ propter totius mundi vtilitatẽ. ¶Deinde cùm dicit,[Vobis enim dico Gentibus,&c.]ostendit idem ex sua intentione quã primò proponit.Secundò eius rationẽ assignat,ibi [Si enim amissio,&c.] Circa primũ considerãdum est ꝙ cùm in superioribus huius epistolæ partibus locutus fuit omnibus fidelibus existentibus Romæ,siue fuerint ex Gentibus,siue ex Iudæis,nunc specialiter sermonem suum dirigit ad Gentiles cõuersos.Dicit ergo ,Dixi ꝙ plenitudo eorũ erit diuitiæ mundi.In huius enim signũ dico,vobis Gentibus.i.Gentibus ad fidem cõuersis.Esa.65,Dixi,ecce ego ad Gentes,&c. Hoc inquã vobis dico quandiu ego sum Gentiũ apostolus,quarũ cura specialiter mihi incũbit ex iuncto officio.Galat.2,Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in Gentes,ipsi autem in circũcisionem. 1.Tim.2,In quo positus sum ego prædicator & apostolus,veritatẽ enim dico in Christo Iesu,non mentior doctor Gentiũ in fide & veritate.Ministeriũ meum honorificabo,non quidem his quæ ad secularem honorem pertinent,sed primò quidẽ ornando ipsum bonis moribus. 2.Corint.6,In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patiẽtia.Secũdò per supererogationẽ operũ ad quæ non tenebatur.1.Corin.9, Quæ est ergo merces mea vt euangeliũ Christi prædicans sine sumptu,&c.Tertiò ampliando solicitudinẽ ad omniũ salutem.2.Corin.11,Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo omniũ ecclesiarũ.Vnde & hîc subdit, Si quo modo ad æmulandum prouocẽ carnem meam.i.Iudæos,qui sunt mihi cognati secundum carnẽ,vt suprà 9.dictum est.Esa.58,Carnem tuam ne despexeris.Et hoc ad æmulandum bona æmulatione,secundũ illud 1.Corint.12,AEmulamini charismata meliora.Et per hunc modum vt saluos faciã aliquos ex illis.s.ex Iudæis.1.Corin.10,Non quærens quod mihi vtile est,sed quod multis,vt salui fiant.Sed contrà est quod ipse dicit 2.Corint.10, Nos autẽ non in immensum gloriamur,sed secundũ mensurã regulæ qua mensus est nobis deus mensurã pertingendi vsque ad vos. Non autẽ acceperat mensuram sui ministerii,nisi super Gentes.Non ergo debebat se intromittere de Iudæis. Dicũt autem quidam ꝙ Iudæi in Iudæa habitãtes non pertinebant ad eius apostolatũ,sed Petri, Iacobi & Ioãnis,vt dicitur Gal. 2.Sed Iudæi inter Gentes habitantes,ad eius apostolatũ pertinebant, & eorũ saluti insistebat. Sed hoc videtur contra intentionẽ literæ.Si enim illi Iudæi ad eius apostolatũ pertinebant in hoc ꝙ eorũ conuersionem intendebat,non honorificasset suũ ministerium.Et ideo dicendum est ꝙ sic erat sibi cõmissa prædicatio Gentiliũ,vt ad eam ex necessitate teneretur,sicut ipse dicit 1.Corin.9,Si non euangelizauero,væ mihi. Necessitas enim incũbit.Nec tamen erat ei prohibitũ Iudæis prædicare,quanuis ad hoc nõ teneretur.Et secundum hoc eorũ saluti insistendo ministeriũ suum honorificabat.Quod quidem nõ faceret.si casum eorũ irreparabilem reputaret.Vnde ipsum Apostoli studiũ quod adhibebat ad conuersionem Iudæorũ, inducit pro signo ꝙ casus Iudæorũ sit reparabilis. ¶Deinde cùm dicit,[Si enim,&c.]assignat rationẽ suæ intẽtionis,quia.s.videbat ꝙ conuersio Iudæorũ proueniebat in salutem Gentium,vnde dicit,Si enim amissio eorum.i.incredulitas & inobediẽtia eorũ, sicut dicitur seruus amissus,quando sub cura & obedientia domini refugit esse.Hier.50,Grex perditus factus est populus meus.Si inquã Iudęorum amissio est occasionaliter reconciliatio mundi,inquantũ per mortem Christi sumus reconciliati deo:quæ assumptio,nisi vita ex mortuis?i.ꝙ Iudæi reassumantur à deo,secundũ illud Zachar.11,Sumpsi mihi duas virgas.Quid inquam faciet talis assumptio,nisi ꝙ Gentiles resurgere faciat ad vitã?Gentiles enim sunt fideles qui tepescunt.Matt.24, Quoniã abundauit iniquitas,refrigescet charitas.Vel etiam qui totaliter cadent decepti ab antichristo Iudæis cõuersis in pristinum feruorẽ restituentur. Et etiam sicut Iudæis cadentibus Gentiles post inimicitias sunt reconciliati,ita post cõuersionem Iudæorum,imminente iam fine mũdi erit resurrectio generalis, per quã homines ex mortuis ad vitã immortalem redibunt. ¶Deinde cùm dicit,[Quòd si delibatio,&c.] ostendit idem ex conditione ipsius gentis Iudæorũ.Et hoc quidem dupliciter,Primò ex parte apostolorũ, cùm dicit,Quòd si delibatio sancta est & massa. Dicitur autem delibatio,id quod ex massa pastæ sumitur, quasi ad probandum.Sunt autem apostoli ex gente Iudæorum assumpti à deo,sicut delibatio ex massa.Et ideo si apostoli sunt sancti,consequens est ꝙ gens Iudęorum sit sancta.1.Pet.2,Gens sancta populus acquisitionis,&c.Secundò probat idem ex parte patriarcharũ,qui cõparantur ad Iudæos, sicut radix ad ramos, vnde & Esa.11.dicitur,Egredietur virga de radice Iesse. Si ergo patriarchæ,qui sunt radix sunt sancti,& Iudæi qui ex eis processerũt sicut rami,sunt sancti.Osee 14,Erũpet radix eius,vt libani ibũt rami,&c. ¶Sed contra est quod dicitur Ezech.18,Vir si fuerit iustus,vita viuet.Sic ergo nõ sequitur ꝙ si radix est sancta,& rami. Ibidem etiam subditur ꝙ si filius videns peccata patris sui timuerit & non fecerit simile,non morietur,sed vita viuet,vnde etiã videtur non sequi quòd si delibatio sancta est,& massa. ¶Sed dicendum quòd Apostolus hîc non loquitur de actuali sanctitate.Non enim intendit ostendere Iudęos incredulos esse sanctos,sed de sanctitate potentiali. Nihil enim prohibet eos reparari in sanctitate,quorum patres & quorum filii sunt sancti.Vel potest dici,quòd illi sunt specialiter rami patriarcharum,qui eos imitantur,secũdum illud Ioan.8,Si filii estis Abrahæ,opera Abrahæ facite. Lectio 3.

Tripliciter honorificauit Paulus suum ministerium.

Tenebatur Paul' prædicare Gentibus,non Iudæis.

Quid' delibatio.

Quomodo verũ sit, ꝙ si radix sancta, & rami, &c.

Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt,tu autem cùm oleaster esses, insertus es in illis,& socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es:noli gloriari aduersus ramos,quòd si gloriaris, non tu radicem portas,sed radix te. Dicis ergo,fracti sunt rami ut ego inserar.Bene,propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere,sed time.Si enim deus naturalibus ramis non pepercit,ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatẽ & seueritatem dei.In eos quidem qui ceciderunt,seueritatẽ,in te autem,bonitatẽ dei si permanseris in bonitate.Alioquin & tu excideris. Sed & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim deus iterum inserere illos. Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ?

Reprimit gloriationẽ Gentium aduersum Iudæos. Inducit in cõsiderationẽ iudiciorum diuinorum.

¶Postquam Apostolus ostendit casum Iudæorũ fuisse vtilem & reparabilem, hîc excludit gloriationem Gentilium contra Iudæos.Et circa hoc duo facit. Primò ostendit Gentibus cõuersis,non esse gloriandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra Iudæos. Secũdò reſpondet obiectioni Gentilium, ibi [Dicis ergo, fracti ſunt, &c.] Circa primũ duo facit. Primò prohibet Gentiles contra Iudęos gloriari. Secundò rationẽ prohibitionis aſsignat, ibi, [Quòd ſi gloriaris, &c. Videbatur autẽ ex duabus partibus imminere Gentilibus gloriandi occaſio contra Iudæos. Primò quidem ex defectu Iudæorũ, dicens, Dictum eſt ꝙ ſi radix eſt ſancta, & rami. Sed ſi aliqui ex ramis. i. ex Iudæis, nõ omnes tamen ſunt fracti. i. diuiſi à fide patrum qui cõparantur radici, noli. ſ. gloriari. Iob 15, Ramos eius arefecit flamma. Sap. 4, Confringentur rami inconſumpti. Secundò videtur eis imminere materia gloriandi ex parte promotionis eorum. Promotio autem alicuius tantò magis conſueuit eum extollere in vanã gloriam, quanto ex viliori ſtatu eleuatur, ſecundum illud Prou. 30, Propter tria mouetur terra, & quartũ non poterit ſuſtinere. Per ſeruum cùm regnauerit, &c. Et ideò præmittit abiectum ſtatũ, de quo aſſumpti erant, dicẽs, Tu autẽ Gentilis cùm in ſtatu gentilitatis oleaſter eſſes. i. arbor infructuoſa. Hier. 17, Erit quaſi mirice in deſerto. Matth. 3, Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ excidetur, &c. ¶ Deinde ponit eorum promotionem. Et primò quidem quantũ ad hoc ꝙ ſunt aſſumpti in dignitatem illius gentis, vnde dicit, [Infertus es illis]. i. loco illorũ. Iob 4, Cõteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Secũdo per hoc ꝙ ſunt conſociati patriarchis, quos ſuprà radici cõparauerat, vnde dicit, Et ſocius radicis factus es. i. conſociatus es patriarchis & prophetis. Mat. 8, Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cælorum. Tertiò per cõparationem ad gloriã apoſtolorum, cùm dicit, [Et ſocius pinguedinis oliuæ factus es.] Oliua quidem dicitur ipſa gens Iudæorum propter vniuerſales fructus ſpirituales, quos attulit. Hierem. 11, Oliuam vberẽ, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit deus nomen tuum. Pſal. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei. Sicut autem huius oliuæ radix ſunt patriarchæ & prophetæ, ita pinguedo huius oliuæ, eſt abundantia gratiæ ſpiritus ſancti, quam præ omnibus apoſtoli habuerunt, vt glo. dicit. Vnde Iudi. 9, Oliua dixiſſe inducitur, Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam? Pſal. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Sic ergo promoti ſunt Gentiles ad ſocietatem illius populi & patriarcharũ & apoſtolorum. Epheſ. 2, Eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei ſuperædificati ſuper fundamentũ apoſtolorum & prophetarum, & licet has occaſiones gloriãdi habere videaris Gentilis, noli tamen gloriari aduerſus ramos. i. aduerſus Iudæos. 1. Corint. 5, Non eſt bona gloriatio veſtra. ¶ Deinde cùm dicit, [Quòd ſi gloriaris, &c.] aſsignat rationem ſuæ admonitionis, dicens, quòd ſi non obſtante hac admonitione gloriaris inſultando Iudæis ſtantibus vel excisis, hoc cõſideres ad repreſsionem gloriæ tuæ, quòd tu radicem non portas, ſed radix te. i. Iudæa non accepit à Gentilitate ſalutẽ, ſed potius ecõuerſo. Ioan. 4, Salus ex Iudæis. Vnde & Abrahæ promiſſum eſt Geneſ. 22, quòd in ipſo benedicentur omnes cognationes terræ. ¶ Deinde cùm dicit, [Dicis ergo, &c.] excludit obiectionem Gentilium. Et primò proponit obiectionem. Secundò excludit eam ex cõſideratione diuini iudicii, ibi [Bene, &c.] Tertiò inducit eos in diligentem conſiderationẽ diuinorum iudiciorum, ibi [Vide ergo bonitatem, &c.] Dicit ergo primò, Ergo tu Gentilis qui gloriaris contra Iudæos fortè dicis, Fracti ſunt rami, vt ego inſerar. i. ad hoc deus permiſit Iudæos à fide excidere, vt ego ad fidem intrarem. Nullus autẽ ſuſtinet detrimentum rei, niſi propter rem pretioſiorem & magis dilectam, ſicut medicus permittit infirmitatem eſſe in pede, vt ſanet oculum. Sic igitur ex hoc ipſo videtur Gentilitas eſſe pretioſior & magis deo accepta, q̃ Iudæa. Vnde Mala. 1. dicitur, Non eſt mihi volũtas in vobis, & munus non accipiã de manu veſtra. Ab ortu autem ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen in Gentibus. Et Eſa. 49, Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob. Dedi te in lucem Gẽtium. ¶ Deinde cùm dicit, [Bene, &c.] excludit obiectionem. Et primò aſsignat cauſam defectus Iudęorum, & promotionis Gentiliũ, dicens, Bene in hoc dicis ꝙ deus permiſit fragi ramos vt tu inſeraris, ſed conſidera cauſam fractionis ramorũ propter incredulitatem in quã fracti ſunt, quia. ſ. in Chriſtum credere noluerunt. Ezech. 2, Increduli & ſubuerſores ſunt tecum. Ioan. 8, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Tu autem. ſ. Gẽtilis ſtas in fide. i. credendo in Chriſtũ, in quo gratiam conſecutus es. 2. Corinth. 1, Nam fide ſtatis. 1. Corinth. 15, Notũ facio vobis euangelium, in quo ſtatis, per quod & ſaluamini. Secundò inducit admonitionem, dicens, [Noli altum ſapere] . i. noli de te vltra teipſum præſumere. Infrà 12, Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Pſal. Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Sed time, ne. ſ. etiam tu frangaris per incredulitatem quod pertinet ad timorem caſtum. Prou. 28, Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, qui verò mẽtis eſt duræ, corruet in malum. Eccle. 1, Timor domini expellit peccatum. Secundò aſsignat rationem ſuæ admonitionis, dicens, Si enim naturalibus ramis. i. Iudęis, qui ex naturali origine ex patriarchis deſcenderunt, non pepercit deus, quin eos frangi permitteret: time ne fortè nec tibi parcat, quin. ſ. te permittat per incredulitatẽ excidere. Prou. 6, Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Hier. 13, Non parcam neque miſerebor, vt non diſpergã eos. In hoc ergo conſiſtit ſolutio Apoſtoli ꝙ cùm aliquis videt ſe gratiam adeptũ, alio cadente, non debet extolli contra cadentem, ſed magis timere ſibiipſi, quia ipſa ſuperbia eſt cauſa præcipitii, & timor eſt cauſa cuſtodiæ & cautellæ. ¶ Deinde cùm dicit, [Vide ergo bonitatem & ſeueritatem, &c.] inducit eos in diligentem conſiderationem diuinorum iudiciorũ. Et primò inducit eos ad conſiderandum. Secũdò inſtruit eos quaſi per ſe conſiderare non valentes, ibi [Nolo enim vos ignorare fratres, &c.] Tertiò quaſi nec ipſe perfectè ſufficeret ad iſtorum inueſtigationẽ, exclamat admirando diuinam ſapientiam, ibi [O altitudo diuitiarũ, &c.] Circa primum tria facit. Primò oſtendit quid conſiderari oporteat, dicens, Vide ergo. i. diligenter conſidera bonitatẽ dei miſerentis. Pſal. Quàm bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde. Suprà 2, An diuitias bonitatis eius contemnis, & ſeueritatem ipſius punientis? Pſal. Deus vltionum dominus. i. deus æmulator, & vlciſcens dominus. Prima enim conſideratio tribuit ſpem. Secunda timorẽ vt vitetur deſperatio & præſumptio. Secundò oſtendit in quibus vtrunque dictorum ſit conſiderandum quantum ad prædicta, dicens, In eos quidem. ſ. Iudæos qui ceciderunt. Thren. 2, Præcipitauit dominus nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob deſtruxit. In te autem. ſ. Gentilem qui inſertus es, bonitatem. Pſal. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine. Tertiò oſtendit quo tenore poſsint in prædictis hæc conſiderari, quia non immobiliter ſicut quod poteſt mutari in futurum. Et primò oſtendit quantum ad Gentiles, dicens, In te dico, vide bonitatem dei operan-

Cur Iudæorũ gens oliua dicitur.

tem, eo tamen tenore ſi permanſeris in bonitate. Ioã. 15, Nanete in dilectione mea. Alioquin ſi tu non dederis operam ad permanendum per timorem & humilitatem, & tu excideris. Matth. 3, Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur. Secundò oſtendit idem quantũ ad Iudæos, & primò proponit quod intendit, dicens, Sed & illi. ſ. Iudæi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. i. in ſuum ſtatũ reſtituentur. Hier. 3, Fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus. Secundò probat quod dixerat. & primò ex diuina potentia, dicens, Potens eſt enim dominus deus iterũ inſerere illos: & ideo non eſt de eorum ſalute deſperandum. Eſa. 59, Ecce non eſt abbreuiata manus domini, vt ſaluare non poſſit. Secundò probat idem per locum à minori, dicens, Nã ſi tu Gentilis exciſus es ex naturali oleaſtro. i. ex gentilitate quæ naturaliter erat infructuoſa, nõ quidem prout dominus fecit naturã, ſed ſecundum ꝙ corrupta eſt per peccatum. Sapient. 12, Iniqua eſt natio eorũ, & naturalis malitia ipſorum. Ephe. 2, Eramus natura filii iræ. Et inſertus in bonã oliuam. i. in fide Iudæorũ contra naturã. i. contra cõmunem curſum naturæ. Non enim conſueuit ramus arboris malæ inſeri in bonam arborem, ſed potius ecõuerſo. Id autẽ quod deus facit non eſt contra naturã, ſed ſimpliciter eſt naturale. Dicimus enim eſſe naturale, quod fit ab agẽte cui naturaliter ſubditur patiens, quanuis etiã non ſit ſecũdum propriã naturam patientis, ſicut enim fluxus & refluxus maris eſt naturalis propter hoc ꝙ cauſatur ex motu lunę, cui naturaliter ſubditur aqua, quanuis non ſit naturalis ſecũdum formã aquæ: ita etiam cùm omnis creatura ſit naturaliter deo ſubiecta: quicquid deus facit in creatura eſt ſimpliciter naturale, licet fortè non ſit naturale ſecundum propriam & particularem naturam rei in qua fit, puta cùm cæcus illuminatur & mortuus reſuſcitatur, ſi inquam hoc factum eſt contra naturam, quanto magis hi qui ſunt ſecundum naturã, id eſt qui naturali origine pertinent ad gentem Iudæorum inſeruntur ſuæ oliuæ, id eſt reducentur ad dignitatem gentis ſuæ. Mala. vlti. Conuertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum.

Lectio 4.

Propoſitũ diuinorũ iudiciorũ, videlicet cõuerſionis Iudæorum in fine ſæculi cũ plenitudo Gentium intrauerit.

NOlo enim uos ignorare fratres myſteriũ hoc, ut non ſitis uobiſipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte contingit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt, Veniet ex Syon, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me teſtamentũ, cùm abſtulero peccata eorũ. Secundum euangelium quidem, inimici propter uos, ſecundum electionem autem, chariſsimi propter patres. Sine pœnitentia enim ſunt dona & uocatio dei. Sicut enim aliquando & uos non credidiſtis deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem illorum, ita & iſti nunc non crediderunt in ueſtram miſericordiam, ut & ipſi miſericordiam conſequantur. Concluſit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium miſereatur.

¶ Poſtquam Apoſtolus induxit Gentiles in cognitionem diuinorũ iudiciorum, in quibus diuina bonitas & ſeueritas manifeſtatur, hîc quaſi eis adhuc non ſufficientibus cõſiderare prædicta, exponit quid ſibi circa hæc videatur. Et primò proponit factum. Secundò probat, ibi [Sicut ſcriptum eſt, &c.] Tertiò rationem aſsignat, ibi [Si enim, &c.] Circa primum tria facit. Primò proponit ſuã intentionem, dicens, Ideo induxi vos ad conſiderandum bonitatem & ſeueritatẽ dei. Nolo enim ô fratres ignorare vos myſteriũ hoc, non enim omnia myſteria capere poteſtis. hoc eſt enim perfectorum quibus dominus dicit Luc. 8, Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni dei. Sapien. 6, Non abſcondam à vobis ſacramenta dei. Sed ignorantia huius myſterii eſſet nobis damnoſa. 1. Corint. 14, Siquis ignorat, ignorabitur. Secundò aſsignat ſuæ intẽtionis rationem, vt non ſitis vobiſmetipſis ſapientes. i. non de ſenſu veſtro præſumatis: & ex veſtro ſenſu alios condemnantes, vos eis præferatis. Infrà 12, Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Eſa. 5, Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Tertiò proponit quod intendit. Primò quidem quantum ad caſum particularũ Iudæorum, cùm dicit, Quia cæcitas cõtingit in Iſrael non vniuerſaliter, ſed ex aliqua parte, vt ſuprà oſtenſum eſt. Eſa. 6, Excæca cor populi huius. Secundò ponit terminum huius cæcitatis, dicens, Donec intraret ad finem plenitudo Gentium. i. non ſolùm aliqui particulariter ex Gentibus, ſicut tũc conuertebantur, ſed vel pro toto vel pro maiori parte in omnibus Gentibus eccleſia fundata. Pſal. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Dicuntur autem Gentiles ad fidem cõuerſi intrare, quaſi ex exterioribus & viſibilibus rebus quæ venerabantur in ſpeciali, & voluntate diuina. Pſal. Introite in conſpectu eius in exultatione. Et eſt notandum ꝙ hoc aduerbiũ Donec, poteſt deſignare cauſam excæcationis Iudæorum. Propter hoc enim permiſit deus eos excæcari, vt plenitudo Gentium intraret, ſicut patet ex ſupradictis. Poteſt etiã deſignare terminũ, quia videlicet vſque tunc cæcitas Iudæorum durabit quouſque plenitudo Gentium ad fidem intrabit. Et huic concordat quod infrà ſubdit de futuro remedio Iudæorũ, cùm dicit, Et ſic. ſ. cùm plenitudo Gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluus fiet, nõ particulariter ſicut modò, ſed vniuerſaliter omnes. Oſee 1, Saluabo eos in domino deo ſuo. Mich. vlt. Reuertetur & miſerebitur noſtri. ¶ Deinde cùm dicit, [Sicut ſcriptum eſt, &c.] probat quod dixerat de futura ſalute Iudæorum. Et primò probat hoc per authoritatem. Secundò per rationem, ibi [Secundum euangelium meum, &c.] Dicit ergo primò, Dico quòd omnis Iſrael ſaluus fiet, ſicut ſcriptum eſt Eſa. 56. vbi noſtra litera ſic habet, Veniet ex Syon redemptor & eis qui redeunt ad Iacob, hoc fœdus meum cum eis dicit dominus. Sed Apoſtolus hoc inducit, ſecundum literam 70. & tangit tria verba hîc poſita. Primò ſaluatoris aduẽtum, cùm dicit, Veniet deus. ſ. humanatus ad ſaluandum nos ex Syon. i. ex populo Iudæorum, qui ſignificatur per Syon, quæ erat arx Ieruſalem, quæ eſt metropolis Iudææ. Vnde dicitur Zacha. 9, Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Ieruſalem, ecce rex tuus venit tibi, &c. Ioan. 4, Salus ex Iudæis eſt. Vel dicit ex Syon eum venire, non quia ſit ibi natus, ſed quia inde doctrina eius exiuit in vniuerſum mundum, per hoc ꝙ apoſtoli in cœnaculo Syon ſpiritum ſanctum receperunt. Eſa. 2. De Syon exibit lex. Secundò ponit ſalutem per Chriſtum Iudæis oblatam, dicens, Qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et poteſt ereptio referri ad liberationem à pœna. Pſal. Eripiet animam meam de morte. Quòd verò dicit, Auertet impietatem à Iacob, poteſt referri ad liberationẽ à culpa. Pſal. Auertet dominus captiuitatem plebi ſuæ. Vel vtrunque refertur ad liberationem à culpa, ſed dicit, qui eripiat, propter paucos, qui nunc difficulter quaſi cum quadam violentia cõuertuntur. Amos 3, Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura aut extremũ auriculæ, ſic eruẽtur filii Iſrael. Dicit autẽ, auertet impietatem à Iacob, ad oſtendendum facilitatem conuerſionis Iudæorum in fine mundi. Mich. vlt. Quis deus ſi-

milis tui qui aufers iniquitatem,& trãsfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Et hoc teſtamentum.ſ. nouum erit illis à me cùm abſtulero peccata eorum. Vetus enim teſtamentũ peccata non auferebat,quia vt dicitur Hebr.10,Impoſsibile eſt ſanguine taurorũ & hircorum auferri peccata. Et ideo propter imperfectionem veteris teſtamẽti promittitur eis nouũ teſtamentũ. Hier.51,Feriã domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouũ. Quod quidẽ habebit efficaciã ad remiſsionem peccati per ſanguinem Chriſti. Mat.26,Hic ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effundetur in remiſsionẽ peccatorũ. Mich.vlt. Deponet iniquitates noſtras,& proiiciet in profundũ maris omnia peccata noſtra. ¶ Deinde cùm dicit,[Secũdum euangelium meum,&c.]probat propoſitũ per rationẽ. Et primò inducit probationẽ. Secundò remouet obiectionem,ibi[Sine pœnitentia enim.]Dicit ergo primò ꝙ eorum peccata auferãtur, & ꝙ poſtquam peccata habent,manifeſtũ eſt ꝙ ſunt inimici Chriſti. Secũdum euangelium quidem inimici.i.quantum ad doctrinam euangelii pertinet,quã impugnant propter vos.i. ad vtilitatem veſtri cedit, vt ſuprà dictum eſt. Vnde dicitur Luc.19,Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe,adducite huc,& interficite ante me. Ioan.15,Nunc autem & viderunt & oderunt me,& patrem meũ. Vel ſecundum euangelium dicit, eorum inimicitia ad vtilitatem euãgelii pertinet,cuius prædicatio occaſione talis inimicitiæ vbique diffunditur. Coloſ.1,In verbo veritatis euãgelii,quod peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mũdo eſt,fructificat & creſcit. Sed ſunt chariſsimi deo propter patres,& hoc ſecundum electionem,quia.ſ.ob gratiam patrum,eorum ſemen elegit. Deut.4,Dilexit patres tuos,& elegit ſemen eorum poſt eos. Quod nõ eſt ſic intelligendum quaſi merita præſtita patribus fuerint cauſa æternæ electionis filiorũ, ſed quia deus ab æterno elegit gratis & patres & filios,hoc tamen ordine, vt filii propter patres cõſequerentur ſalutem,non quaſi merita patrum ſufficerent ad filiorũ ſalutem,ſed per quandã abundantiã diuinæ gratiæ & miſericordiæ hoc dicit, quæ intantum patribus eſt exhibita,vt propter promiſsiones eis factas etiam filii ſaluarẽtur. Vel intelligendum eſt ſecundum electionem.i.quantum ad electos ex illo populo, ſicut ſuprà dictũ eſt, electio conſecuta eſt. Si autem ſunt domino chariſſimi rationabile eſt ꝙ à deo ſaluẽtur,ſecundum illud Eſa.64, Oculus non vidit deus abſque te quæ præparaſti,&c. ¶ Deinde cùm dicit,[Sine pœnitẽtia enim ſunt,&c.]excludit obiectionem. Poſſet enim aliquis obuiãdo dicere,ꝙ Iudæi & ſi olim fuerint chariſsimi propter patres, tamen inimicitia quã contra euangelium exercent,prohibet ne in futurũ ſaluentur,ſed hoc Apoſtolus falſum eſſe aſſerit,dicens,Sine pœnitẽtia enim ſunt.ſ.dona & vocatio dei,quaſi dicat,ꝙ deus aliquid aliquibus donet, vel aliquos vocet,hoc eſt ſine pœnitentia,quia de hoc deũ non pœnitet,ſecundũ illud 1.Reg.5,Triumphator in Iſrael non parcet,nec pœnitudine flectetur. Pſal.Iurauit dominus,& non pœnitebit eũ. ¶ Sed videtur falſum. Dicit enim dominus Gene.6,Pœnitet me feciſſe hominẽ. Et Hier.18,Loquar de gente & de regno,vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malũ in oculis meis, pœnitentiã agam ſuper bonũ quod locutus ſum vt facerem ei. ¶ Sed dicendum eſt ꝙ ſicut dominus iraſci dicitur,nõ propter hoc ꝙ in eo ſit commotio iræ,ſed quia admodũ irati ſe habet quantum ad punitionis effectũ,ita quandoque pœnitere dicitur, non quaſi in eo ſit pœnitentiæ cõmutatio,ſed quia ad modum pœnitentis ſe habet dũ mutat quod fecerat. ¶ Sed adhuc videtur ſecundum hoc ꝙ dona & vocatio non ſint ſine pœnitentia, quia dona diuinitus conceſſa frequenter amittuntur,ſecundũ illud Matt.25. Tollite itaque ab eo talentũ, & date ei qui habet decẽ talenta. Vocatio enim dei etiã quandoque mutari videtur cùm ſcriptum ſit Matt.22,Multi ſunt vocati,pauci verò electi. ¶ Sed dicendum eſt ꝙ donum hîc accipitur pro promiſsione quæ fit ſecundum dei præſcientiam vel prædeſtinationẽ. Vocatio autem hîc accipitur pro electione,quia propter certitudinem vtriuſque quod deus promittit iã,quodãmodo dat:& quos elegit iã,quodãmodo vocat. Et tamen ipſum tẽporale dei donũ & temporalis vocatio non irritatur per mutationẽ quaſi pœnitentis,ſed per mutationẽ hominis qui gratiam dei abiicit,ſecundum illud Heb.12,Contẽplantes nequis deſit gratiæ dei. Poteſt etiã quod hîc dicitur aliter intelligi, vt dicamus ꝙ dona dei quæ dantur in baptiſmo , & vocatio qua baptizatus vocatur ad gratiã,ſunt ſine pœnitentia hominis baptizati,quod quidem hîc inducitur ne aliquis deſperet de futura Iudæorum ſalute,propter hoc quod non videntur de peccato ſuo pœnitere. ¶ Sed contra hoc quod dicitur, eſt quod Petrus dicit Act.2,Pœnitentiã agite,& baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Sed dicendum eſt ꝙ duplex eſt pœnitentia,interior & exterior. Interior quidem conſiſtit in contritione cordis, qua quis dolet de peccatis præteritis,& talis pœnitentia requiritur à baptizato, quia vt Auguſt.dicit in libro de Pœnitentia, Nemo ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus,poteſt nouã vitam inchoare,niſi pœniteat eum veteris vitæ,alioquin fictus ad baptiſmum accedit. Exterior verò pœnitentia cõſiſtit in exteriori ſatisfactione quæ à baptizato non requiritur,quia per gratiã baptiſmalem liberatur homo, non ſolùm â culpa, ſed etiã à tota pœna per virtutẽ paſsionis Chriſti,qui pro peccatis omniũ ſatisfecit,ſicut ſuprà.6.dictũ eſt, Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte ipſius baptizati ſumus. Vnde dicitur Tit.3, Per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti quẽ effudit in nos abundè . ¶ Sed cùm claues eccleſiæ,& omnia alia ſacramenta in virtute paſsionis Chriſti operentur, videtur ꝙ pari ratione omnia alia ſacramenta liberent hominem à culpa & à tota pœna. Sed dicendum eſt ꝙ paſsio Chriſti operatur in baptiſmo per modũ cuiuſdam generationis,quæ requirit vt homo totaliter priori vitæ moriatur,ad hoc vt nouã vitam accipiat. Et ideo tollitur in baptiſmo totus reatus pœnæ,qui pertinet ad vetuſtatem prioris vitæ. Sed in aliis ſacramentis operatur virtus paſsionis Chriſti per modũ ſanationis vt in pœnitẽtia. Sanatio autẽ non requirit vt ſtatim omnis infirmitatis reliquiæ auferãtur. Et eadem ratio eſt in aliis ſacramẽtis. ¶ Sed cùm confeſsio peccatorũ pertineat ad exteriorem pœnitentiã,quæri poteſt,vtrũ à baptizato confeſsio peccatorũ requiratur, videtur ꝙ ſic. Dicitur enim Matt.1.ꝙ baptizabantur homines à Ioanne,cõfitentes peccata ſua. Sed dicendũ eſt quod baptiſmus Ioãnis erat baptiſmus pœnitẽtiæ,quia.ſ.accipiẽdo illum baptiſmum quodãmodo ſe profitebantur pœnitentiã accepturos de peccato ſuo:& ideo cõueniens erat vt confiteretur,vt ſecundum modum peccati,eis pœnitentia ſtatueretur:ſed baptiſmus Chriſti,eſt baptiſmus omniũ peccatorũ,ita ꝙ non reſtat baptizato aliqua ſatisfactio pro peccatis præteritis,propter quod nulla eſt confeſſionis vocalis neceſsitas. Ad hoc enim neceſſaria eſt cõfeſsio in ſacramento pœnitentiæ,vt ſacerdos per poteſtatem clauium conuenien

Quomodo dona dei & vocatio ſunt ſine pœnitentia.

Pœnitentia duplex.

ter pœnitentem ſoluat vel liget. ¶ Deinde cùm dicit,[Sicut enim aliquando,&c.]aſsignat rationẽ futuræ ſalutis Iudæorum poſt eorũ incredulitatem. Et primò ponit ſimilitudinẽ inter vtriuſque populi ſalutẽ. Secundò huius ſimilitudinis cauſam oſtendit,ibi[Concluſit enim deus,&c.] Dicit ergo primò,Ita dico quod omnis Iſrael ſaluus fiet,quãuis nunc ſint inimici. Sicut enim & vos Gentiles aliquando nõ credidiſtis deo. Epheſ.2,Eratis illo tempore ſine deo in hoc mũdo:nunc autem miſericordiã conſecuti eſtis. Infrà 15,Gentes autem ſuper miſericordia honorare deum. Oſee 2, Miſerebor eius qui fuit abſque miſericordia. Et hoc propter eorum incredulitatem,quæ.ſ.fuit occaſio veſtræ ſalutis,vt ſuprà dictum eſt. Ita & iſti.ſ.Iudæi.nunc ſ.tempore gratiæ non crediderunt.ſ.Chriſto. Ioan.8,Quare non creditis mihi? Et hoc eſt ꝙ ſubdit,In veſtram miſericordiã.i.in gratiã Chriſti,per quã miſericordiam conſecuti eſtis. Tit.3,Secundũ ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Vel non crediderunt,vt per hoc peruenirent in veſtram miſericordiam. Vel non crediderunt quòd in veſtram miſericordiã occaſionaliter ceſsit , vt &ipſi quandoque miſericordiam cõſequerentur. Eſa.14,Miſerebitur dominus Iacob. ¶ Deinde cùm dicit, [Concluſit enim,&c.] aſsignat rationem huius ſimilitudinis:qui.ſ.deus voluit vt ſua miſericordia in omnibus locum haberet. Et hoc eſt ꝙ ſubdit,Concluſit enim deus.i.concludi permiſit,omnia.i.omne hominũ genus, tam Iudæos quàm Gentiles in incredulitate,ſicut in quadam cathena erroris. Sapiẽ.17,Vna cathena tenebrarũ omnes erant colligati. Vt omniũ miſereatur.i.vt in omni genere hominum ſua miſericordia locũ habeat. Sap.11,Miſereris omnium domine. quod quidem non eſt extẽdendum ad omnes homines ſigilatim,ſed ad omnia genera hominũ. Fit enim hîc diſtributio pro generibus ſingulorũ,& non pro ſingulis generũ. Ideo autem deus vult omnes per ſuã miſericordiã ſaluari,vt ex hoc humiliẽtur,& ſuam ſalutem non ſibi,ſed deo aſcribant. Oſee 13, Perditio tua in te Iſrael,tãtummodo ex me auxilium tuum. Suprà 3,Vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus deo.

Lectio 5.

O *Altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei , quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius , & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini,aut quis conſiliarius eius fuit,aut quis prior dedit illi,& retribuetur ei? Quoniam ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia:ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Exclamando admiratur profunditatẽ iudiciorũ & ſapientiæ ac ſcientiæ dei & oĩa deo attribuẽdo procedit in gratiarũ actionẽ, & ſic ſubtiliter egreditur profundiſsimã abyſsũ prædeſtinationis & reprobationis.

¶ Suprà Apoſtolus conatus fuit aſsignare rationem diuinorũ iudiciorũ,quibus tam Gentes,q̃ Iudæi poſt incredulitatẽ miſericordiam conſequuntur,nũc quaſi ad hæc inueſtiganda ſe inſufficientem recognoſcens, exclamando diuinã excellentiam admiratur. Et primò admiratur diuinã excellentiã. Secundò probat quod dixerat,ibi[Quis enim cognouit,&c.]Circa primũ duo facit. Primò admiratur excellentiã diuinæ ſapientiæ ſecundũ ſe conſideratæ. Secundò per cõparationem ad nos,ibi [Quàm incõprehenſibilia,&c.] Excellentiam diuinæ cognitionis admiratur . Primò quantum ad altitudinem,dicens, O altitudo. Eccleſ.7, Alta profunditas quis inueniet eã? Hier.17,Solium gloriæ altitudinis à principio. Hæc autem altitudo attenditur quantũ ad tria. Vno quidem modo quantũ ad rem cognitam, inquantum.ſ.deus ſeipſum perfectè cognoſcit. Eccleſ.24,Ego in altiſsimis habito. Alio modo quantũ ad modum cognoſcendi, inquantum.ſ.per ſeipſum omnia cognoſcit. Pſal.Proſpexit de excelſo ſancto ſuo,dominus de cælo in terram aſpexit . Tertiò quantum ad certitudinem cognitionis. Eccleſ.23,Oculi domini multò plus lucidiores ſuper ſolem. ¶ Secundò admiratur excellentiã diuinæ cognitionis quantũ ad eius plenitudinẽ,cùm dicit, Diuitiarũ. Eſa.33, Diuitiæ ſalutis ſapiẽtia & ſcientia. Quæ quidem plenitudo attenditur in tribus. Vno modo in multitudine cognitorũ,quia.ſ.omnia nouit. Ioan.vlti. Domine tu omnia ſcis. Col.2,In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ dei abſcõditi. Alio modo quantũ ad facilitatem cognoſcẽdi,quia ſtatim omnia intuetur ſine inquiſitione & difficultate. Heb.4,Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Tertiò quantum ad copiam cognitionis, quia eam omnibus cõmunicat affluenter. Iaco.1,Siquis veſtrũ indiget ſapientia, poſtulet à deo qui dat omnibus affluenter. ¶ Tertiò admiratur diuinã excellentiam quantũ ad perfectionem,cùm dicit, Sapiẽtiæ & ſcientiæ dei. Habet enim ſapientiã de diuinis. Iob 12,Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia . Et ſcientiã de rebus creatis. Baruch 4,Qui ſcit vniuerſa,nouit eã. ¶ Deinde cùm dicit,[Quàm incomprehẽſibilia,&c.] oſtendit excellentiam diuinæ ſapientiæ per cõparationem ad noſtrum intellectum. Et primò quantũ ad ſapientiã,ad quam pertinet iudicare & ordinare. Vnde dicit,q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, quia.ſ.homo non poteſt cõprehendere rationem diuinorũ iudiciorum,quia in ſapientia dei latent. Pſal. Iudicia tua abyſſus multa. Iob 11,Forſitan veſtigia dei cõprehendens & omnipotẽtem vſque ad perfectũ reperies. Secundò quantum ad ſcientiam,per quam in rebus operatur. Vnde ſubdit,Et inueſtigabiles.i.nõ perfectè ab homine veſtigabiles viæ eius.i.proceſſus eius,quibus in creaturis operatur. Et ſi ipſæ creaturæ ſint hominũ notæ,tamen modi quibus deus in creaturis operatur,ab homine cõprehendi non poſſunt. Pſal.In mari viæ tuæ in aquis multis,& veſtigia tua nõ cognoſcẽtur. Iob 38,Per quam viã ſpargitur lux,&c. ¶ Deinde cùm dicit,[Quis enim,&c.]probat quod dixerat,ad quod inducit duas authoritates, quarum vna habetur Eſa. 40.vbi ſecundũ litteram noſtrã ſic legitur,Quis adiuuit ſpiritũ domini,aut quis conſiliarius eius fuit? Loco cuius hîc dicitur, Quis enim cognouit ſẽſum domini,aut quis cõſiliarius eius fuit? Alia authoritas habetur Iob 41,Quis autem dedit mihi vt reddam ei? ex loco cuius hîc dicitur,aut quis prior dedit ei,& retribuetur ei? In his autem verbis & ſequentibus Apoſtolus tria facit. Primò oſtendit excellentiã diuinæ ſapientiæ per cõparationem ad intellectũ noſtrum,dicens,Dictum eſt ꝙ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini,per quẽ.ſ.iudicat & operãdo procedit? quaſi dicat,nullus,niſi eo reuelante. Sap.9,Senſum tuũ quis ſcire poterit,niſi tu dederis ſapientiam,& miſeris ſpiritum ſanctum tuũ de altiſsimis? Et 1.Corinth.2,Quæ ſunt dei nemo nouit,niſi ſpiritus dei,nobis autem reuelauit deus ſpiritum ſuũ. Secundò oſtendit excellentiã diuinæ ſapientiæ ſecundum ꝙ in ſe habet altitudinem,quæ quidem eſt altitudo quæ eſt ſupremi principiũ,ad quod duo pertinent . Primò ꝙ non ſit ab alio. Secundò ꝙ alia ſint ab eo. Et hæc oſtendit ibi,[Quoniam ex ipſo.] Quòd autem ſapientia dei nõ dependeat ab altiori principio,oſtendit dupliciter,Primò quidem per hoc ꝙ non eſt inſtructa alieno cõſilio. Vnde dicit,Aut quis cõſiliarius eius fuit? quaſi diceret,Nullus. Ille enim conſilio indiget,qui nõ plenè cognoſcit qualiter ſit agendũ,quòd deo non cõpetit. Iob 26,Cui dediſti cõſilium? Forſitan illi qui non habet ſa-

Plenitudo diuinæ conditionis attenditur in tribus.

pientiam. Hiere. 23, Quis affuit in cõsilio domini? Secundò per hoc quòd nõ est adiuta alieno dono. Vnde subdit, Aut quis prior dedit illi, & per hoc retribuetur ei quasi prius danti. Quasi dicat, nullus. Nõ enim potest homo dare deo, nisi quæ à deo accepit. 1. Paral. vlt. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Iob 35, Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? ¶ Deinde cùm dicit, [Quoniam ex ipso, &c.] ostendit altitudinem dei, quantũ ad hoc q̃ in ipso sunt omnia. Et primò ostendit eius causalitatẽ. Secundò eius dignitatem, ibi [Ipsi honor & gloria.] Tertiò eius perpetuitatem, ib. [In secula seculorũ, amen.] Dicit ergo primò, Rectè nullus prior dedit illi, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et ita nihil potest esse nisi à deo acceptum. Ad designandum autem dei causalitatem vtitur tribus præpositionibus, quæ sunt, ex, per, & in. Hæc autem præpositio Ex, denotat principium motus. Et hoc tripliciter. Primò quidem ipsum principiũ agens vel mouens. Alio modò ipsam materiam. Tertio modo ipsum cõtrarium oppositum, à quo incipit motus. Dicimus enim cultellum fieri ex fabro & ferro & ex informato. Vniuersitas autem creaturarũ non est facta ex præexistenti materia, sed est effectus dei. Et secundum hoc omnia creata nõ dicuntur ex aliquo esse, sed sicut ex opposito dicuntur esse ex nullo, quia nihil erant antequam crearentur vt essent. Sap. 2, Ex nihilo nati sumus. Ex deo autem sunt omnia, sicut ex primo agente. 1. Corin. 11, Omnia autem ex deo. Notãdum tamen quòd hæc præpositio De, easdem habitudines designare videtur, hoc tamen superaddit, quia semper designat consubstantialitatem. Dicimus enim cultellum esse de ferro, non autem de artifice, quia igitur filius procedit à patre, vt ei consubstantialis dicimus filium esse de patre. Creaturæ verò non procedunt à deo tanquã ei consubstantiales. Vnde non dicuntur esse de ipso, sed etiam ex ipso. Hæc autem præpositio Per, designat causam operationis, sed quia operatio est medium inter faciens & factum, dupliciter hæc præpositio Per, potest operationis causam designare. Vno modo secũdum quòd operatio exit ab operãte, sic aliquid dicitur per se operari, quod est sibi causa vt operetur. Hoc autem est vno quidem modo forma, sicut dicimus, quòd ignis calefacit per calorem. Alio modo aliquid superius agens, puta si dicamus quòd homo generat per virtutem solis, vel potius dei, sic igitur omnia dicuntur dupliciter esse per ipsum. Vno modo, sicut per primum agens, cuius virtute omnia alia agunt. Prou. 8, Per me reges regnant. Alio modo, inquantum eius sapientia, quæ est eius essentia, est per quã deus omnia fecit, secundum illud Prouerb. 3, Dominus sapientia fundauit terram. Alio verò modo hæc præpositio Per, designat causam operationis, non quidem secundum quòd exit ab operante, sed secundum quòd terminatur ad opera, sicut dicimus quòd faber facit cultellum per martellum, quod non est sic intelligendum, quòd martellus sic cum fabro operetur, sicut in prioribus intelligebatur, sed quia cultellus fit ex operatione fabri per martellum. Et ideo dicitur q̃ hæc præpositio Per, quandoque designat authoritatem in recto, sicut cùm dicimus, Rex operatur per baliuum, quod pertinet ad hoc q̃ nunc dicitur. Quandoque autem in causali, sicut cùm dicitur, Baliuus per regem operatur, quod pertinet ad præcedentem modum. Hoc autem modo de quo nunc loquimur, dicuntur omnia esse facta à patre per filiũ, secundum illud Ioan. 1, Omnia per ipsum facta sunt: nõ ita quòd pater habeat à filio hoc quod facit res, sed potius, quia virtutem faciendi filius accipit à patre, non tamen instrumentalem aut diminutam, aut aliam, sed principalem & æqualem & eandem. Ioan. 5, Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit. Vnde licet omnia sint facta à patre per filiũ, non tamen filius est instrumentum vel minister patris. Hæc autem præpositio In, designat etiam triplicem habitudinem causæ: vno quidem modo designat materiam: sicut dicimus animam esse in corpore, & formã in materia, hoc autem modo non dicitur q̃ omnia sint in deo, quia ipse nõ est causa materialis rerum. Alio modo designat habitudinem causæ efficientis, in cuius potestate est effectus suos disponere, & secundũ hoc dicuntur omnia esse in ipso, secundum q̃ omnia in eius potestate & dispositione consistunt, secundum illud Psal. In manu eius sunt omnes fines terræ. Et Act. 17, In ipso viuimus, mouemur & sumus. Tertiò modo designat habitudinem causæ finalis, secundum q̃ totum bonum rei & conseruatio ipsius consistit in suo optimo, & secundũ hoc dicuntur omnia esse in deo, sicut in bonitate cõseruata. Col. 1, Et omnia in ipso cõstant. Quod autẽ dicit Omnia, est absolutè accipiendum pro omnibus, quæ habent verum esse, peccata autẽ non habent verũ esse, sed inquantũ sunt peccata, dicuntur per defectũ alicuius entis, eo q̃ malum nihil est, nisi priuatio boni. Et ideo cùm dicitur, ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, nõ est intelligendũ de peccatis, quia secundum Aug. peccatum nihil est & nihil fiunt homines cùm peccant. Quicquid tamen entitatis est in peccato, totum est à deo. Sic igitur secundũ prẽmissa, omnia sunt ex ipso. s. deo, sic ex prima operatrice potentia. Omnia sunt per ipsum inquantũ omnia facit per suã sapiẽtiam. Omnia sunt in ipso, sicut in bonitate conseruãte. Hæc autem tria. s. potẽtia, sapientia & bonitas cõmunia sunt tribus personis. Vnde hoc q̃ dicitur, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso, potest attribui cuilibet triũ personarum, sed tamen potentia quæ habet rationẽ principii, appropriatur patri, qui est principiũ totius diuinitatis. Sapiẽtia filio, qui procedit vt verbũ, quod nihil aliud est q̃ sapientia genita. Bonitas appropriatur spiritui sancto, qui procedit vt amor, cuius obiectũ est bonitas. Et ideo appropriando dicere possumus ex ipso s. ex patre, per ipsum. s. per filium, in ipso. s. in spiritu sancto omnia sunt. ¶ Deinde cùm dicit, [Ipsi honor & gloria] ostendit dei dignitatẽ, quæ consistit in duobus quæ præmissa sunt. Nam ex eo q̃ ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, debetur ei honor & reuerentia & subiectio à tota creatura. Mal. 1, Si ego pater, vbi est honor meus. Ex eo verò q̃ ab alio non accepit nec consiliũ nec donum, debetur ei gloria, sicut ecõtrario dicitur homini. 1. Corint. 4, Si accepisti quid gloriaris, quasi non acceperis: Et quia hoc est proprium dei dicitur Esa. 42, Gloriam meã alteri non dabo. Vltimò ponit eius æternitatem cùm dicit, In secula seculorum. i. per omina secula succedentia seculis, prout seculum dicitur duratio vniuscuiusque rei. Vel secula seculorum dicuntur secula. i. durationes rerum incorruptibilium, quæ continent secula corruptibiliũ rerum, & præcipuè ipsa dei æternitas, quæ tamen pluraliter dici potest, licet in se sit vna & simplex propter multitudinem & diuersitatem contentorum, vt sit sensus, in secula cõtentiua seculorum. Psal. Regnum tuũ, regnum omnium seculorum. Addit autem ad confirmationem, Amen, Quasi dicat, verè ita est. Et sic accipitur in euangeliis, vt i dicitur, Amen dico vobis. Quandoque tamen accipitur pro Fiat. Vnde in Psalterio

Hieronymi dicitur, Dicet omnis populus, Amen amen. Vbi nos habemus, fiat fiat.

Caput 12.

Obsecro itaque uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentẽ, ratationabile obsequium uestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas dei bona & beneplacens & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei.

Träsit hoc ad moralia & ad usũ gratiæ docẽdũ, est enim totũ hoc 12. ca. plenũ salutarib⁹ instructioib⁹, potissimũ de humilitate & fideli administratione gratiarũ in inuicẽ de uindictanõ appetẽda p ira & aliis multis.

¶ Postquam Apostolus ostendit necessitatem virtutũ & originem gratiæ, hìc docet gratiæ vsum quod pertinet ad instructionẽ moralem. Et circa hoc duo facit. Primò ponit doctrinã moralem in generali. Secundò specialiter descendit ad quædã particularia pertinentia ad eos quibus scribit circa mediũ 15. cap. ibi, [Certus sum autẽ, &c.] Circa primũ duo facit. Primò docet vsum gratiæ, quantũ ad hoc q̃ sit homo perfectus. Secundò quãtum ad hoc q̃ perfectus imperfectum sustineat 14. cap. ibi, [Infirmum autem, &c.] Circa primum tria facit, Primò inducit ad perfectionem vitæ quantum ad sanctitatem quã homo seruat deo. Secundò quantum ad iustitiam quam quis exhibet proximo 13. cap. ibi, [Omnis anima, &c.] Tertiò quãtum ad puritatem quam homo conseruat in seipso, circa finem 13. cap. ibi, [Et hoc sciẽtes, &c.] Circa primum duo facit. Primò monet vt homo se exhibeat deo sanctum. Secundò docet qualiter aliquis vti debeat donis gratiæ dei quibus sanctificatur, ibi [Dico enim per gratiã, &c.] Circa primũ duo facit. Primò docet qualiter aliquis se debeat exhibere deo quantũ ad corpus. Secundò quantũ ad animã, ibi [Et nolite conformari, &c.] Circa primũ duo facit. Primò inducit obseruantiã eorum quæ docentur: & hoc dupliciter. Vno quidẽ modo ex parte suiipsius, cùm dicit, Obsecro itaque vos fratres. Quasi dicat, Dictũ est incõprehensibilia esse iudicia dei, & inuestigabiles vias eius. Itaque obsecro vos fratres, vt. s. obseruetis ea quæ dicentur. Vtitur autẽ obsecratione propter tria. Primò quidem ad demonstrandũ suam humilitatem. Prou. 18, Cũ obsecrationibus loquitur pauper, qui. s. de sua abundantia nõ confidit, & ideo nõ ex eo quod suũ est, sed ex eo quod dei est, homines conatur inducere ad bonũ. Nam obsecrari est ob sacra contestari. Secundò vt magis ex amore moueat rogãdo, q̃ ex timore authoritate imperando. Vnde dicitur ad Philem. Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperãdo tibi quod ad rem pertinet propter charitatẽ magis obsecro. Gal. vlti. Vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Tertiò propter reuerentiã Romanorũ quibus scribebat 1. Tim. 5, Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra vt patrẽ. Alio modo inducit eos ex parte dei, cùm dicit, Per misericordiã dei, per quam. s. saluati estis. Titum 2, Secundũ misericordiam suã saluos nos fecit. Et ideo ex consideratione diuinæ misericordiæ debemus facere quod monemur. Matt. 18, Nónne oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum. Vel potest dici per misericordiã dei. i. authoritate apostolatus mihi misericorditer cõmissi. 1. Corinth. 7, Misericordiã consecutus sum à domino, vt sim fidelis. Secundò ponit ammonitionẽ cùm dicit, Vt exhibeatis corpora vestra, &c. Circa quod sciendũ est q̃ sicut Aug. dicit 10. de Ciui. dei, Visibile sacrificiũ, quod exteri⁹ deo offertur, signũ est inuisibilis sacrificii, quo quis se & sua in dei obsequiũ exhibet. Habet autẽ homo triplex bonum. Primò quidem bonũ animæ, quod exhibet deo per deuotionis & cõtritionis humilitatem, secũdum ilud Psal. Sacrificiũ deo spiritus contribulatus. Secũdò habet homo exteriora bona quæ exhibet deo per eleemosynarũ largitionem. Vnde dicitur Heb. vlt. Beneficentiæ & cõmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur deus. Tertiò habet homo bonum proprii corporis: & quantũ ad hoc dicit ibi, [Vt exhibeatis]. s. deo corpora vestra, sicut quãdam specialem hostiam. Dicebatur autẽ animal deo immolatum hostia, vel quia pro victoria hostiũ offerebatur, sed pro se curitate ab hostibus. Vel quia ad ostiũ tabernaculi immolabatur. Exhibet autem homo deo corpus suum vt hostiam tripliciter. Vno quidem modo quando aliquis corpus suum exponit passioni & morti propter deum, sicut dicitur de Christo Ephes. 5, Tradidit semetipsum oblationẽ & hostiam deo. Et Apostolus dicit de se Philip. 2, Si immolor supra sacrificium & obsequiũ fidei vestrę, gaudeo. Secundò per hoc q̃ homo corpus suũ ieiuniis & vigiliis macerat ad seruiendũ deo, secundũ illud 1. Cor. 9, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Tertiò per hoc quòd homo corpus suum exhibet ad opera iustitiæ & diuini cultus exequenda. Suprà 6, Exhibete vestra membra seruire iustitiæ in sanctificationem. ¶ Est autem considerandũ quòd hostia quæ deo immolabatur quatuor habebat. Primò nanque ipsa oblatio debebat esse integra & incorrupta. Vnde dicitur Mala. 1, Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votũ faciens immolat debile domino. Et propter hoc dicit, Viuentem, vt. s. hostia nostri corporis quã deo offerimus, sit viuens per fidem formatam charitate. Gal. 2, Quòd nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei. Et est autem attendendum quòd naturalis hostia quæ prius viua erat occidebatur vt immolaretur, ad ostẽdendum quòd adhuc mors regnabat in homine regnante peccato, vt suprà 5. dictum est. Sed hæc hostia spiritualis semper viuit & in vita proficit, secundum illud Ioan. 10, Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant, quia iam peccatum ablatum est per Christum, nisi dicamus quòd hostia corporis nostri viuit quidem deo per iustitiam fidei, sed mortificatur cõcupiscentiis carnis. Col. 3, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Secundò verò hostia deo oblata in ipsa immolatione sanctificabatur. Vnde dicitur Leuit. 22, Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ cõsecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel domino, in quo est immunditia, peribit corã domino. Et ideo subdit, [Sanctam,] scilicet per deuotionem, qua corpus nostrum dei seruitio mãcipatur. Leuit. 20, Sanctificamini & estote sancti, quia ego dominus deus vester. Propriè autem sanctitas dicitur per respectum ad deum, inquantum, scilicet homo, seruat ea quæ sunt iusta quò ad deum. Tertiò quantum ad ipsam sacrificii consumptionem dicebatur sacrificiũ suaue & acceptũ domino, secũdum illud Leuit. 1, Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & in odorem suauissimum domino. Vnde hìc dicit, [Deo placentem,] scilicet per rectitudinẽ intentionis. Psal. Vt placeã coram deo in lumine viuentiũ. Quartò in ipsa sacrificii præparatione apponebatur sal. Vnde Leuit. 2, Quicquid obtuleris sacrificii sale condies. Et Mar. 9. dicitur, Omnis victima sale salietur. Sal autem discretionem sapientiæ significat. Vnde dicitur Col. vlt. In sapiẽtia ambulate ad eos qui foris sunt, sermo vester semper in

Hõ triplex bonũ habet quod deo exhibet. Cur animal immolatũ dicebatur hostia. Hõ exhibet corpus suũ vt hostiam tripliciter.

Hostia quæ deo immolabatur habebat quatuor primò debebat esse integra & incorrupta. secundò sãcti ficata. tertiò oblata in sacrificiũ suae domino. quartò sale condita.

gratia sit sale conditus. Vnde & hîc sequitur,[Rationabile obsequium vestrũ].s.cum discretione corpora vestra deo exhibeatis hostiã,vel per matyriũ,vel per abstinentiã,vel per quodcũque opus iustitiæ.1.Corin.14,Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis. Et in Psal.Honor regis iudiciũ diligit. Aliter se habet homo iustus ad interiores actus,quibus deo obsequitur,& ad exteriores.Nam bonũ hominis & iustitia eius principaliter in interioribus actibus consistit, quibus.s.homo credit, sperat & diligit. Vnde dicitur Luc.17,Regnũdei intra vos est.Non autem principaliter consistit in exterioribus actibus. Infrà 14,Nõ est regnum dei esca & potus.Vnde interiores actus se habent per modum finis qui secundũ se quæritur, exteriores verò actus ad quos deo corpora exhibentur,se habent sicut ea quæ sunt ad finem, in eo autem quòd quæritur tanquã finis nulla mensura adhibetur,sed quanto maius fuerit tanto melius se habet.In eo autem quòd quæritur propter finem,adhibetur mensura secundum proportionẽ ad finem,sicut medicus sanitatẽ facit tantum quantũ potest,medicinã autem non tantum dat quantũ potest, sed quãtum videt expedire ad sanitatem consequendã.Et similiter homo in fide & spe & in charitate nullam mensurã debet adhibere,sed quanto plus credit,sperat & diligit,tanto melius est,propter quod dicitur Deute.6,Diliges dominũ deum tuum, &c. Sed in exterioribus actibus est adhibenda discretionis mensura per cõparationem ad charitatẽ. Vnde dicit Hieron. Nónne rationalis homo dignitatem amittit,qui ieiunium vel vigilias præfert sensus integritati,vt propter Psalmorũ atque officiorum decantationem amentiæ vel tristitiæ quis notam incurrat. ¶ Deinde cùm dicit,[Et nolite conformari,&c.]ostendit qualiter se debeat homo exhibere deo quantum ad animã.Et primò prohibet seculi conformitatem,cùm dicit,Et nolite cõformari huic seculo.i.rebus quæ temporaliter transeunt.Nam seculum præsens,est quædam mensura eorum quæ tẽporaliter labuntur.Rebus autem tẽporalibus homo conformatur per affectũ eis amore inhærendo.Osee 19,Facti sunt abominabiles,sicut ea quæ dilexerũt.Iac.1,Religio mũda & immaculata hæc est,immaculatũ se custodire ab hoc seculo.Conformatur etiã huic seculo qui vitã seculariter viuentiũ imitatur. Ephes.4, Testificor in domino, vt iã non amplius ambuletis, sicut & gentes ambulant. Secundò mandat interiorem mentis reformationẽ, cùm dicit,Sed reformamini in nouitate sensus vestri. Sensus autẽ hominis hîc dicitur ratio, secundũ quòd per eã homo iudicat de agendis,hunc autẽ sensum homo in sua creatione habuit integrũ & vigentem.Vnde dicitur Eccles.17,Sensu impleuit corda illorũ,& bona & mala ostendit illis. Sed per peccatum hîc sensus est corruptus & quasi inueteratus.Baruch 3,Inueterasti in terra aliena.Et per cõsequẽs pluchritudinem & decorem suum amisit. Threno.1, Egressus est à filia Syon omnis decor eius. Monet ergo Apostolus vt reformemur.i.iterato formam & decorem mentis assumamus, quem nostra mens habuit, quod quidem fit per gratiã spiritus sancti,ad quã participando homo studium habere debet, ita.s.vt qui eã nondum perceperunt,eam percipiant:& qui illam perceperunt,in eã proficiant.Ephes.4,Renouamini spiritu mentis vestræ.Psal.Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.Vel aliter,Renouamini.s.in exterioribus actibus in nouitate sensus vestri.i.secundum nouitatem gratiæ quam mente percepistis.Tertiò assignat rationem ammonitionis prædictæ,cùm dicit, [Vt probetis quæ sit voluntas.] Circa quod considerandum est quòd sicut homo qui habet gustũ,infectũ nõ habet rectum iudiciũ de saporibus, sed ea quæ sunt suauia interdũ abominatur, ea verò quæ sunt abominabilia appetit: qui autem habet gustum sanum,rectum iudicium de saporibus habet,ita homo qui habet corruptum affectum quasi cõformatum rebus secularibus,non habet rectum iudicium de bono,sed ille qui habet sanum affectum sensu eius innouato per gratiam,rectum iudiciũ habet de bono.Ideo ergo dixit,Nolite cõformari huic seculo,sed renouamini in nouitate sensus vestri,vt probetis.i. experimento cognoscatis.Psal.Gustate & videte quoniã suauis est dominus[Quæ sit voluntas dei,]qua.s. vult vos esse saluos. 1.Thessal.4,Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra(bona) id est vult bonum honestum nos velle,& ad hoc suis prẽceptis nos inducit.Mich.6,Indicabo tibi ô homo quid sit bonum,& quid deus requirat à te. [Et beneplacens,] inquantum, scilicet bene dispositò est delectabile id quod deus vult nos velle.Psal.Iustitiæ domini rectæ lętificantes corda . Et non tantum vtilis ad finem consequendam, sed etiam perfecta,quasi coniungens nos fini.Mat.5,Estote perfecti,sicut & pater vester cælestis perfectus est. Genes.17,Ambula coram me,& esto perfectus.Talem ergo experiuntur dei voluntatem illi qui non conformantur huic seculo,sed reformantur in nouitate sensus sui.Illi autem qui in vetustate permanent seculo conformati,iudicant dei voluntatem non esse bonam, sed grauem & inutilem. Eccles.6, Quàm aspera est sapientia indoctis hominibus. ¶ Deinde cùm dicit,[Dico enim per gratiam,&c.]docet qualiter donis dei homo habeat vti.Et primò docet hoc quantum ad dona quæ non sunt omnibus cõmunia, sicut sunt gratiæ gratis datæ.Secundò quantum ad donum charitatis quod est omnibus commune,ibi[Dilectio sine simulatione,&c.[Circa primum duo facit. Primò docet in generali quomodo debeat homo vti gratiis gratis datis.Secundò exequitur hoc per partes,ibi [Sicut enim in vno corpore,&c.] Circa primum tria facit. Primò excludit superfluum,dicens,Monui quòd reformemini in nouitate sensus vestri, quod quidem moderatè facere debetis.Dico enim,id est mando per gratiam apostolatus & authoritate apostolica quæ data est mihi.Galat.2,Cùm cognouissent gratiam quæ data est mihi inter Gentes.Ephe.3,Mihi omniũ sanctorum minimo data est gratia hæc,&c.Omnibus qui sunt inter vos,omnibus est hoc vtile.1.Corinth.7,Volo omnes homines esse sicut meipsum. Hoc inquam mando. Non plus sapere, quàm oportet sapere, id est nullus præsumat de sensu aut sapientia sua confidens supra suam mensurã. Eccle.7,Non plus sapias quàm necesse est,Psal.Neque ambulaui in magnis,neque in mirabilibus super me. Secundò hortatur ad id quod est medium dicens,sed sapere ad sobrietatem, scilicet mando vobis vt mensuratè sapiatis secundum gratiã vobis datam.Sobrietas enim mensuram importat.Et quanuis propriè dicatur circa potum vini,potest tamen accipi circa quamlibet materiam,in qua homo debitam mensuram obseruat. Titum 2, Sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo.Tertiò docet secundum quid accipienda sit mensura medii,dicens,Et hoc inquam sicut deus vnicuique diuisit , id est distribuit mensuram fidei , id est mensuram donorum suorum quæ ordinatur ad fidei ædificationem. 1.Corinth.12, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Dat enim deus huiusmodi dona,non eadem omnibus,sed diuersa diuersis distribuit,secundum illud 1.Co-

duodecimo,Diuisiones gratiarum sunt.Nec omnibus æqualiter dat, sed vnicuiq; secundum certam mensuram.Ephe 4,Vnicuiq; nostrum data est gratia secũdum mensuram donationis Christi.Et ideo Apostolus sobriè sapiens secundum hanc mensuram dicebat.2.Cor.12, Non autem in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulæ qua mensus est nobis deus. Soli autẽ Christo datus est spiritus non ad mensuram,vt dicitur Ioan.3,Non solùm autem alias gratias gratis datas dat deus mensuratè, sed etiam ipsam fidem quæ per dilectionem operatur.Vnde Luc.17.discipuli Christo dixerũt,Domine adauge nobis fidem.

Lectio 2.

Inducit ad bonũ vsum gratiæ & ad mores p similitudinẽ corporis mistici ad corpus naturale.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus,non omnia autem membra eundem actũ habent,ita multi unum corpus sumus in Christo,singuli autem alter alterius membra,habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes.Siue prophetiam secundum rationem fidei.Siue ministerium in ministrando. Siue qui docet in doctrina.Qui exhortatur in exhortando.Qui tribuit in simplicitate.Qui præest in solicitudine.Qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione.Odientes malum,adherentes bono. Charitate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes.Sollicitudine non pigri.spiritu feruentes,domino seruientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes,orationi instantes,necessitatibus sanctorum communicantes,hospitalitatem sectantes.

¶ Premissa admonitione hîc Apostolus rationem assignat sumptã ex simulatione corporis mystici ad corpus naturale.Et primò in corpore naturali tangit tria.Primò quidem corporis vnitatẽ cùm dicit,[Sicut enim in vno corpore.]Secundò membrorũ pluralitatem cùm dicit,[Multa mẽbra habemus.]Est enim corpus humanum organicũ ex diuersitate membrorum constitutum.Tertiò officiorum diuersitatem cùm dicit,[Omnia autẽ membra non eundem actum habẽt.]Frustrà enim esset membrorũ diuersitas nisi ad diuersos actus ordinarentur. ¶ Deinde adaptat hæc tria ad corpus Christi mysticum,quod est ecclesia. Eph. 1,Ipsum dedit caput super omnem ecclesiã quæ est corpus eius.Circa quod etiam tria tãgit.Primò quidem fidelium quasi membrorũ multitudinem cùm dicit, [Ita multi.]Luc.14, Homo quidam fecit cœnam magnam,& vocauit multos.Esa.54, Multi filii desertę. Quanuis enim sint pauci per cõparationem ad infrumẽ absolutè loquendo sunt multi.Apo.7,Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo potest.Secundò tangit corporis mystici vnitatem cùm dicit,[Vnum corpus sumus.]Ephe.2, Vt reconciliet ambos in vno corpore,&c.Huius autem corporis mystici est vnitas spiritualis per quam fide & affectu charitatis inuicem vnimur & deo,secundum illud Ephe.4,Vnum corpus & vnus spiritus.Et quia spiritus vnitatis à Christo in nos deriuatur,suprà 8,Si quis spiritũ Christi non habet hic nõ est eius. Ideo subdit in Christo qui spiritum suum quem dat nobis,nos inuicem vnit & deo.Ioã.17,Vt sint vnum in nobis sicut & nos vnum sumus.Tertiò tangit officiorũ diuersitatem ad vtilitatem cõmunem reductam,dicens, [Singuli autẽ membrum sua virtute & actu alteri prodest,dicitur membrum alterius , sicut pes dicitur membrum oculi inquantum oculum defert,& oculus dicitur membrũ pedis inquantum regit pedem.1.Cor.12, Non potest dicere oculus manui,opera tua non indigeo.Ita etiam in corpore mystico ille qui accepit gratiam prophetiæ,indiget illo qui accepit gratiam sanitatum,& ita est in omnibus aliis. Vnde dum vnusquisq; fidelis secũdum gratiam sibi datam alteri seruit,efficitur alterius membrum.Gala.vlti.Alter alterius onera portate. 1. Petri 4,Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrũ illam administrantes. ¶ Deinde cùm dicit,[Habentes autem donationes]exequitur per partes monitionem quam suprà posuerat de sobrio & moderato gratiæ vsu.Et primò ponit gratiarum diuersitatem, dicens,sumus inquam,alter alterius membra , non secundum eandem gratiam,sed habentes differentes non ex diuersitate meritorum, sed secundũ gratiam quæ data est nobis.1.Corin.7,Vnusquisq; proprium donum habet ex deo,vnus quidem sic,alius verò sic.Mat.25. Vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua,& vni dedit quinq; talenta,alii autem duo,alii verò vnum. Secundò docet diuersarum gratiarũ vsum,& primò in rebus diuinis quantum ad cognitionem quidẽ, dicens. Siue prophetia quã habentes,vtamur ea secundum rationem fidei.Dicitur autem prophetia quædã apparitio ex reuelatione diuina eorum quæ sunt procul.Vnde 1.Reg.9.dicitur,Qui propheta hodie dicitur, vocabatur olim videns.Sunt autem procul à cognitione nostra,secundum se quidem futura contingẽtia quæ propter defectum sui esse cognoscibilia nõ sunt,sed res diuinę sunt procul à nostra cognitione,nõ secundũ se cùm sint maximè cognoscibiles,quia vt dicitur 1.Ioan.1, Deus lux est,& tenebræ in eo non sunt vllę, sed propter defectũ intellectus nostri qui se habet ad ea quæ sunt in seipsis manifestissima,sicut oculus noctuæ ad lucem.Et quia vnumquodq; magis dicitur tale,quod est secundũ se tale quàm secundum aliud. Inde est quòd magis propriè dicuntur esse procul à cognitione nostra futura contingentia. Et propter hoc horum propriæ est prophetia Amos.4,Non faciet dominus deus verbũ nisi reuelauerit secretũ suum.Dicitur tamen prophetia cõmuniter etiam reuelatio quoruncunq; occultorum.Hoc autem donum prophetiæ, non solùm fuit in veteri testamẽto,sed etiam in nouo.Ioel.2,Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem , & prophetabunt filii vestri.Dicuntur etiã prophetę in nouo testamento qui prophetica dicta exponunt,quia sacra scriptura eodẽ spiritu interpretatur quo est condita.Eccle.24,Adhuc doctrinam quasi prophetiã effundam.Ordinatur autẽ prophetiæ donum,sicut & aliæ gratiæ gratis datæ ad fidei ędificationẽ.1. Cor.12, Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatẽ.Hebr.2,Cõfirmata est.s.doctrina fidei contestante deo signis & prodigiis & variis virtutibus & spiritussancti distributionibus.Et ideo prophetia est vtendũ secundum rationem fidei.i.non in vanum,sed vt per hoc fides confirmetur,non autem contra fidem.Vnde dicitur Deut.13,Si surrexerit in medio tui propheta,& dixerit tibi,eamus & sequamur deos alienos: nõ audies verba prophetiæ illius,quia.s.prophetizat cõtra rationem fidei. ¶ Quantũ ad sacramenta ministrãda subdit.[Siue ministrerium in ministrando].1.si quis accepit gratiam vel officiũ ministerii,putà vt sit episcopus vel sacerdos,qui dicuntur ministri dei.Esa.6,Vos sacerdotes domini vocabimini ministri dei nostri:dicetur vobis,exequatur illud diligẽter exequendo in ministrando.2.Tim.4,Ministeriũ tuum imple.Secundò tangit ea quæ pertinent ad res humanas in quibus potest aliquis alteri subuenire.Primò quidem quantũ ad co-

Quid prophetia & de quibus.

Donũ prophetiæ est etiã i nouo testamento.

Dicuntur nũc prophetæ nõ solũ q habẽt donũ prophetiæ sed etiã qui interpretãtur dicta prophetarum.

gnitionem,vel ſpeculatiuam vel practicam.Quantum ergo ad ſpeculatiuam primò dicit.Siue qui docet.i. qui habet officium vel gratiã docendi,vtatur doctrina.i.vt ſtudioſe & fideliter doceat.Iob 4,Ecce docuiſti plurimos.Mat.vlt.Euntes docẽte omnes gẽtes.Quantum autẽ ad cognitionem practicã ſubdit. [Qui exhortatur].i.qui habet officium vel gratiã exhortandi homines ad bonũ,vtatur illo in exhortando.1.Theſſ. 2,Exhortatio noſtra nõ fuit de errore neq; de immunditia neq; in dolo.Tit.2, Hæc loquere & exhortare. ¶Deinde ponit ea quæ pertinẽt ad exteriora opera in quibus quãdoq; aliquis ſubuenit alicui aliquod donum dãdo,& quantum ad hoc dicit,[Qui tribuit].i.qui habet facultatẽ tribuendi & gratiã,exequatur hoc in ſimplicitate,vt.ſ.nihil mali ex illo intẽdat quaſi donis homines ad malũ alliciens. Vel etiam cùm aliquis ex modico dato intẽdit multo maiora acquirere.Eccl.20,Datus inſipientis nõ erit tibi vtilis, oculi enim illius ſeptẽplices ſunt.Exigua dabit & multa improperabit. Et prouer.11, Simplicitas iuſtorum dirigit eos. Quandoq; autẽ aliquis ſubuenit alteri eius curam habendo: & quantũ ad hoc dicit,[Qui præeſt].i.qui eſt in prælationis officio cõſtitut⁹,vtatur illo officio in ſollicitudine.Heb.vlt.Obedite prępoſitis veſtris & ſubiacete eis.Ipſi enim peruigilant quaſi rationẽ reddituri pro animabus veſtris.2.Cor.11, Sollicitudo omniũ eccleſiarum.Quandoq; autem ſubuenit aliquis alicui reuelãdo eius miſeriam,& quantũ ad hoc dicit,[Qui miſeretur].i.qui habet facultatẽ & affectum miſerendi,exequatur hoc in hilaritate quaſi libẽter hoc faciẽs. 2.Corint.9,Non ex triſtitia aut ex neceſsitate.Hilarem enim datorem diligit deus. Eccle.7, In omni dato hilarem fac vultum tuum. ¶Deinde cùm dicit,[Dilectio ſine ſimulatione,&c.]Docet vſum doni gratuiti quod eſt omnibus cõmune.ſ.charitatis.Et primò ponit ea quę ptinent ad charitatẽ in generali. Secũdò ponit quædam ſpecialiter pertinentia ad dilectionem quorundam,ibi[Neceſsitatibus ſanctorum, &c.] Circa primum tria facit.Primò oſtendit qualis debeat eſſe dilectio ex parte diligentis.Secundò qualiter ſe debeat habere ad proximum,ibi [Charitatẽ fraternitatis,&c.] Tertiò qualiter ſe debeat habere ad deum,ibi [Sollicitudine non pigri.]Circa qualitatem autem charitatis tria docet.Primò quidem quòd dilectio debet eſſe vera.Vnde dicit,[Dilectio ſine ſimulatione]vt,ſcilicet,non tantùm in verbo aut in exteriori apparẽtia, ſed ſit in vero cordis affectu & efficacia operis.1.Ioan.3,Non diligamus verbo neq; lingua,ſed opere & veritate.Eccle.6,Amico fideli nulla eſt comparatio.Secundò docet quòd dilectio debet eſſe pura,cùm dicit,[Odientes malum.]Tunc enim eſt pura dilectio quando homo non conſentit amico ſuo in malum,ſed ita diligit hominem,vt eius vitium odiat.Vnde dicitur 1.Cor.13,Non gaudet ſuper iniquitate, cõgaudet autem veritati.Pſal.Iniquos odio habui. Tertiò docet quòd dilectio debet eſſe honeſta, cùm dicit, [Adherentes bono]vt.ſ.aliquis adhereat alteri propter bonũ virtutis.Galat.4,Bonum autem emulamini in bono ſemper.Hæc eſt pulchra dilectio de qua dicitur Eccl.24,Ego mater pulchrę dilectionis. ¶Deinde cùm dicit, [Charitatem fraternitatis.]Oſtendit qualiter charitas ſe debet habere ad proximum. Et primò quantũ ad interiorem affectum cùm dicit.[Charitatem fraternitatis inuicem diligentes.] Vt.ſ.non ſolùm fratres diligamus per charitatẽ,ſed etiam diligamus ipſam charitatẽ qua eos diligimus & ab eis diligimur. Sic enim ſi charã habemus charitatem,nõ de facili eam diſſolui faciemus.Heb.vlt.Charitas fraternitatis maneat in vobis.Cantic.vlti.Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione,tanq̃ nihil deſpiciet illam. Secundò quantum ad exteriorem effectum cùm dicit.[Honore inuicem præueniẽtes.] In quo tria deſignãtur.Primò quidem quòd homo proximum in reuerentia debet habere , quod pertinet ad rationẽ honoris. Nullus enim poteſt verè diligere eum quem deſpicit.Phil.2,Superiores inuicem arbitrantes. Quod quidẽ fit dum aliquis ſuum defectum conſiderat & bonum proximi.In honore autem nõ ſolùm reuerentia intelligitur,ſed etiam neceſſariorũ ſubuentio,ſicut cùm dicitur Exod.20,Honora patrem tuum & matrẽ tuam, præcipitur neceſſariorũ ſubuentio,ſicut patet per hoc quòd dominus Matt.5. arguit Phariſeos contra hoc præceptum impedientes filios à ſubuentione parentum.Secundò deſignatur quòd effectus dilectionis debet mutuò exhiberi,vt.ſ.homo non ſolùm velit beneficia recipere,ſed etiam exhibere.Eccl.4,Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta.Et 14,In diuiſione ſortis da & accipe.Et hoc deſignat cùm dicit[Inuicem.] Tertiò deſignatur quòd effectus dilectionis debet eſſe prõptus & velox,quod deſignantur cùm dicit,[Præuenientes]vt.ſ.aliquis præueniat amicum in beneficiis.Eccle.37, Omnis amicus dicit,& ego amicitiam copulaui. ¶Deinde cùm dicit[Sollicitudine,&c.] oſtẽdit qualiter ſe debeat habere dilectio charitatis ad deũ. Et primò incipit ab ipſa rationis attentione cũ dicit,Sollicitudine ſitis nõ pigri.ſ. ad ſeruiendum deo.Mich.6,Indicabo tibi ô homo quid ſit bonũ,& quid deus requirat à te. Poſtea ſubdit, Sollicitè ambulare cum deo tuo.2.Timo.2,Sollicitè cura teipſum probabilem exhibere deo.Secũdò quantum ad effectũ cùm dicit,Spiritu ſitis feruentes].ſ.in dei dilectione.Procedit autẽ feruor ex abundantia caloris.Vnde feruor ſpiritus dicitur,quia propter abundantiam diuinæ dilectionis totus homo feruet in deũ. Act.18.dicitur quòd Apollo feruens ſpiritu loquebatur.1. Theſſa.vlti. Spiritum nolite extinguere. Tertiò quantum ad exterius obſequium cùm dicit,[Domino ſeruientes] ſcilicet, ſeruitute latriæ quæ ſoli deo debetur.Deute.6,Dominum deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies.Pſalm.Seruite domino in timore.Vel ſecundum aliam literam.Tempori ſeruientes,vt ſcilicet dei ſeruitium congruo tempore faciamus. Eccleſ. 8, Omni negotio tempus eſt & oportunitas.Quartò quantum ad mercedem ſeruitii cùm dicit, [Spe gaudentes]ſcilicet,mercedis,quæ eſt dei fruitio.Gene.15,Ego dominus merces tua magna nimis.ſuprà 5, Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei.Facit autẽ ſpes hominem gaudentẽ ratione certitudinis,ſed tamẽ affligit ratione dilationis. Prouerb.13,Spes quę differtur affligit animam.Quintò quantum ad difficultatem quam homo patitur in dei ſeruitio.Vnde ſubdit.[In tribulatione]ſcilicet,quam propter deum ſuſtinetis,ſitis patientes,ſuprà 5,Tribulatio patientiam operatur,Sextò quantum ad omnia prædicta dicit,[Orationi inſtãtes]in quo orationis aſsiduitas deſignatur.Luc.18,Oportet ſemper orare & nunquam deficere. 2. Timot. 5,Sine intermiſsione orate.Per orationem enim in nobis ſollicitudo excitatur,feruor accenditur,ad dei ſeruitium incitamur,gaudium ſpei in nobis augetur,& auxilium in tribulatione promeremur. Pſalmi.Ad dominum,cùm tribularer clamaui,& exaudiuit me. ¶Deinde cùm dicit,Neceſsitatibus ſanctorum,&c.]Determinat de charitate quantum ad ſpeciales quaſdam perſonas.Et primò quidẽ quantum ad indigentes.Se-

cundò quantũ ad inimicos, ibi [Benedicite perſequentibus vos.]Circa primũ duo facit.Primò inducit ad exhibẽda beneficia charitatis indigẽtibus in vniuerſali cùm dicit,[Neceſsitatibus ſanctorum cõmunicãtes. Vbi tria ſunt notanda.Primò quidẽ quòd eleemoſinæ ex charitate ſunt impendendæ indigentibus ſiue neceſsitatem patientibus.Ephe.4,Laboret operando manibus ſuis quod bonũ eſt,vt habeat vnde tribuat neceſsitatem patienti.Secundò quòd potius eſt ſubueniendũ iuſtis quàm aliis.Vnde dicit,Neceſsitatibus ſanctorum.Eccl,12,Da iuſto & nõ recipias peccatorem. Quod quidẽ non ſic intelligendum quin etiam in neceſsitatibus ſit peccatoribus ſubueniendũ,ſed quia non eſt eis ſubueniendum ad fomentum peccati,vtilius tamen eſt ſubuenire iuſtis,quia talis eleemoſyna fructuoſa eſt,nõ ſolùm ex parte dãtis , ſed etiã ex ſuffragio recipientis.Luc.16,Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis,vt cùm defeceritis,recipiant vos in ęterna tabernacula.ſ.ſuis ſuffragiis.Secundò in ſpeciali admonet ad hoſpitalitatem,dicens[hoſpitalitatem ſectantes]quia.ſ.in hoc miſericordiæ opere alia miſericordiæ opera includuntur.Nam hoſpes nõ ſolùm domum exhibet ad manendum,ſed etiam alia neceſſaria ſubminiſtrat.Heb.vlti. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. 1. Petri 4,Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Lectio 3.

Docet vſũ charitatis ſ ordine ad inimicos.

Benedicite perſequentibus uos.Benedicite & nolite maledicere.Gaudere cum gaudentibus,flere cum flẽtibus. Idipſum inuicem ſentientes.Non alta ſapientes,ſed humilibus conſentientes.Nolite eſſe prudentes apud uoſmetipſos.Nulli malum pro malo reddentes,prouidentes bona,non tantùm coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt quod ex uobis eſt,cum omnibus hominibus pacem habentes.Non uoſmetipſos defendentes chariſſimi,ſed date locũ iræ.Scriptum eſt enim.Mihi uindictã, & ego retribuã, dicit dominus.Sed ſi eſurierit inimicus tuus,ciba illũ, ſi ſitit,potũ da illi.Hoc enim faciẽs,carbones ignis cõgeres ſuper caput eius.Noli uinci à malo,ſed uince in bono malum. ¶Suprà oſtendit qualiter charitas ſit exhibenda indigentibus,nũc oſtendit qualiter ſit exhibenda,etiã inimicis.Et primò ponit admonitionẽ.Secundò probat quod dixit,ibi[Scriptũ eſt enim,&c.]Circa primum conſiderandũ eſt quòd ad charitatem tria pertinent. Primò quidẽ beneuolentia quæ conſiſtit in hoc quod aliquis velit bonum alteri & malum eius nolit.Secundò cõcordia quæ conſiſtit in hoc quòd amicorum ſit idem nolle & velle.Tertiò beneficentia quæ conſiſtit in hoc quòd aliquis benefaciat ei quem amat & eum non ledat. Primò ergo ponit ea quæ pertinent ad beneuolentiam. Secũdò ea quæ pertinent ad concordiã, ibi[Gaudere cum gaudentibus.]Tertiò ea quæ pertinent ad beneficẽtiam,ibi[Nulli malum &c.]Circa primum duo facit.Primò monet vt beneuolẽtia ſit ampla,quæ ſe extendat etiam ad inimicos,cùm dicit[Benedicite perſequentibus vos.]Circa quod notãdum eſt q⁹,Benedicere,eſt bonum dicere. Cõtingit autem bonum dicere tripliciter.Vno modo enuntiãdo,putà cùm quis bonum alterius laudat.Eccle.31,Splẽdidum in panibus benedicent labia multorũ,& teſtimonium veritatis illius fidele.Alio modo imperãdo,& ſic benedicere per authoritatem,eſt proprium dei, cuius imperio bonum ad creaturas deriuatur: miniſteriũ autem pertinet ad miniſtros dei, qui nomen domini ſuper populũ inuocant. Numer.6,Sic benedicetis filiis Iſrael,& dicetis eis.Et poſt,Inuocabũt nomen meũ ſuper filios Iſrael & ego benedicã eis.Tertiò benedicit aliquis optando.Pſal.Et non dixerunt qui præteribant,benedictio domini ſuper vos.Et ſecundum hoc benedicere eſt bonum alicui velle & quaſi bonum pro aliquo præcari.Et hoc modo accipitur hîc. Vnde in hoc quod dicitur benedicite perſequentibus vos.Datur intelligi quòd etiam ad inimicos & perſecutores debemus eſſe beniuoli eis bona optando & pro eis orando.Mat.5, Diligite inimicos veſtros & orate pro perſequentibus & calũniantibus vos.Quod autem hîc dicitur,quodam quidem modo eſt in præcepto,quodam autem modo eſt in conſilio: q⁹ enim aliquis in generali dilectionis affectũ impendat inimicis non excludẽdo eos à cõmuni dilectione proximorum,& à cõmuni oratione quam quis pro fidelibus facit , pertinet ad neceſsitatem præcepti.Similiter etiã quòd aliquis in articulo neceſsitatis inimico dilectionis effectũ particulariter impendat,pertinet ad neceſsitatẽ præcepti.Vnde dicitur Exod. 21, Si occurreris boui inimici tui aut aſino erranti,reducas eum.Sed quòd aliquis in ſpeciali dilectionis effectũ & orationis ſuffragiũ aut qualecunq; ſubuentionis beneficiũ exhibeat inimico,interdum etiã extra articulum manifeſtę neceſsitatis,pertinet ad perfectionẽ conſiliorum:quia per hoc oſtenditur perfecta charitas ad deũ,quòd ẽmne humanum odium ſuperet.Ille autẽ qui pœnitet & miſericordiã petit,iam nõ eſt inter inimicos aut perſecutores cõputandus.Vnde ei abſq; omni difficultate ſunt charitatis indicia oſtendẽda.Eccl.28,Relinque ꝓximo tuo nocenti te,& tunc depręcãti tibi peccata ſoluentur.Secundò docet q⁹ beneuolentia ſiue benedictio ſit pura. i. abſq; pmixtione cõtrarii.Vnde dicit.[Benedicite & nolite maledicere].1.ita benedicatis quòd nullo modo maledicatis.Quod eſt contra quoſdã qui ore benedicũt,& corde maledicunt,ſecundũ illud Pſal. Qui loquuntur pacẽ cum ꝓximo ſuo,mala autẽ in cordibus eorũ.Et etiam cõtra illos qui quandoq; benedicunt, quandoq; maledicũt,vel quibuſdã benedicunt,quibuſdã maledicũt.Iac.3, Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio.Non oportet fratres mei hæc ita fieri 1.Petri 3, Non reddentes maledictum pro maledicto.

Quomodo benedicere ſeu diligere ſit de præcepto & quomodo ſit de conſilio.

¶Sed cõtrà videtur eſſe quòd in ſacra ſcriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicit enim Deute.27. Maledictus qui nõ permanſerit in ſermonibus legis huius,nec eos opere perficit. ¶Ad quod dicendũ eſt q⁹ maledicere eſt malum dicere,quod quidẽ tripliciter contingit,ſicut & benedicere.ſ.annuntiãdo,imperãdo,& optando,& ſecũdum quodlibet horum modorum poteſt bene & malè fieri. Si enim id quod eſt materialiter malum,dicatur malum quolibet prædictorum modorum,ſub ratione boni non eſt illicitum,quia hoc eſt magis benedicere,quàm maledicere:vnũquodq; enim magis iudicatur ſecũdum ſuam formã, quàm ſecũdum ſuam materiam.Si verò aliquis dicat malum ſub ratione mali,formaliter maledicit: vnde eſt ominino illicitum. Vtrumq; autem horum cõtingit in hoc quòd aliquis enuntiãdo malum profert. Quandoq; enim aliquis enuntiat malum alicuius ad notificandũ neceſſariam veritatẽ,& ſic dicit malũ ſub ratione veri neceſſarii quod eſt bonũ,vnde eſt licitum.Et hoc modo Iob tertio dicitur, quòd Iob maledixit diei ſuæ, enuntians malitiam præſentis vitæ,ſicut Apoſtolus dicit Epheſio.5,Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt. Quandoq; autem aliquis enuntiat malum alterius.ſ.intentione detrahendi.Et hoc eſt illicitum. Dicitur enim.1.Corint.6, Neque maledici.neq; rapaces regnum dei poſsidebunt.Similiter etiam in eo quòd quis dicit malum imperando,contingit autem quandoque quòd aliquis dicit id quod eſt materialiter ma-

Maledicere cõiungit tripliciter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum sub ratione boni,putà cùm ex imperio alicuius prouenit alicui malum pœnæ propter iustitiam, quod quidem est licitũ.Et hoc modo transgressiones legis maledicuntur. i.pœnæ secundum iustitiã deputantur. Quandoq; verò aliquis imperãdo dicit malũ alterius iniustè,putà propter odiũ & vindictã. Et talis maledictio est illicita.Exo.21,Qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur. Et id est etiã circà id quod aliquis dicit malũ optando. Si enim hoc optet sub ratione boni,putà vt per aduersitatẽ alicuius peruenìatur ad spiritualem profectũ,hoc licitum est.Iob 5,Vidi stultum firma radice & maledixi pulchritudini eius statim. Si verò hoc homo faciat propter odiũ vel vindictã est omnino illicitũ.1.Reg.17,Maledixit Philysteus Dauid in diis suis. ¶Deinde cùm dicit,[Gaudere cũ gaudentibus,&c.]Ponit ea quæ pertinẽt ad concordiam. Et primò ponit concordiæ documenta.Secundò remouet impedimenta,ibi.[Non alta sapiẽtes,&c.] Concordia autem potest dupliciter attendi. Vno modo quantũ ad effectum in bonis & in malis.In bonis quidem,vt aliquis bonis aliorum congaudeat.Vnde dicit.Gaudere.s.debetis cũ gaudentibus. Philippenses secundo,Gaudeo & cõgratulor omnibus vobis.Sed hoc est intelligendũ:quando quis gaudet de bono.Sunt autem quidã qui gaudent de malo,secundum illud Prouerb.2, Lętantur cùm malefecerint. Et istis non est congaudendum.1.Corint.13.dicitur de charitate quòd non gaudet super iniquitate,congaudet autem veritati,In malis autem vt aliquis tristetur de malis alterius.Vnde subdit. [Flere].s.debetis cum flentibus. Iob 30,Flebam quondam super eo qui afflictus erat.Ecclesiastici 7, Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.Ipsa enim compassio amici condolentis consolationem in tristitiis affert. Primò quidem quia ex hoc colligitur efficax amicitiæ argumentum.Eccle.12,In malitia illius,id est,in infortunio amicus cognitus est.Et hoc ipsum est delectabile cognoscere aliquem sibi esse verum amicum.Alio modo hoc ipso quòd amicus condolet,videtur se offerre ad simul portandum onus aduersitatis, quod tristitiam causat.Et quidem leuius portatur quod portatur à pluribus quàm ab vno solo.Secundò concordia cõsistit in vnitate sententiæ & quantũ ad hoc dicit,[Idipsum].i.idem sitis inuicem sentientes,vt.s.in eadem sententia conueniatis.1.Cor.1,Sitis perfecti in eodem sensu,& in eadem sentẽtia.Phil.2,Eãdem charitatem habẽtes vnanimes,idipsum sentientes.Sciendum est tamen quòd duplex est sententia. Vna quidem quæ pertinet ad iudicium intellectus circa speculabilia,puta circa considerationes geometricas vel naturales,dissentire autem in talibus nõ repugnat amicitiæ vel charitati,quia charitas in voluntate est.Huiusmodi autẽ iudicia non proueniunt ex voluntate,sed ex necessitate rationis.Alia verò sententia pertinet ad iudicium rationis circa agenda & in talibus dissentio amicitiæ contrariatur: quia talis dissentio habet contrarietatẽ voluntatis,& quia fides non solùm est speculatiua,sed etiam practica inquantum per dilectionem operatur,vt dicitur Gal.5,Ideo etiam dissentire à recta fide est contrarium charitati. ¶Deinde cùm dicit,[Non alta sapientes,&c.]excludit impedimenta concordiæ quę quidem sunt duo.Primum est superbia ex qua contingit quòd dum aliquis inordinatè suam excellentiam quærit & subiectionem refugit,vult alium subiici.Et eius excellẽtiam impedire.Et ex hoc sequitur discordia Prou.13, Inter superbos semper iurgia sunt. Et ideo ad hoc remouendum dicit,Non sitis alta sapientes,vt.s.inordinatè vestram excellentiã appetatis, suprà 11, Noli altum sapere,sed time.Eccl.3,Altiora te ne quæsieris.Sed sitis consentientes humilibus.i.his quæ sunt humilia.i.quæ abiecta videntur non recusetis cũ oportuerit. Psal. Elegi abiectus esse in domo dei mei.Iaco.4,Dominus superbis resistit,humilibus autẽ dat gratiam.Secundum impedimentum concordię est præsumptio sapientiæ:ex qua contingit quòd aliquis aliorum sententiæ non credit.Ad quod remouendum dicit,[Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos.]vt.s.iudicetis solùm id esse prudẽtiæ quod vobis videtur. Esa. 5,Væ qui sapientes estis in oculis vestris & coràm vobismetipsis prudentes,suprà 11, Vt non sitis vobismetipsis sapientes. ¶Deinde cùm dicit, [Nulli malum pro malo,&c.] Docet illa quę pertinẽt ad beneficentiam excludendo contrarium.Et primò docet quòd non sit alicui malefaciendum ratione vindictæ.Secundò docet quòd non sit alicui malefaciendum ratione defensionis,ibi[Non vosmetipsos defendentes.]Circa primum tria facit.Primò prohibet vindictam dicens,Nulli malum pro malo reddentes.s.sitis. Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala.1.Petr.3,Non reddentes malum pro malo.Sed hoc est intelligẽdum formaliter, sicut suprà dictum est de maledicto: prohibemur enim affectu odii vel vindictæ reddere malum pro malo ita quòd in malo alterius delectemur.Sed si pro malo culpæ quod quis facit,reddat iudex malum pœnæ secundum iustitiam ad compensandam mailitiam materialiter quidem infert malum, sed formaliter & per se infert bonum.Vnde cùm iudex suspendit latronem pro homicidio non reddit malum pro malo sed magis bonum pro malo.Et hoc modo Apostolus quendã pro peccato incestus tradidit sathanæ in interitũ carnis vt spiritus saluus fiat.Vt habetur 1.Cor.5.Secundò docet ꝙ etiam bona sint proximis exhibenda, dicens, Prouidẽtes.s.sitis bona non tantũ coram deo, vt.s.curetis satisfacere cõscientiæ vestræ coràm deo,sed etiam coràm omnibus hominib⁹,vt.s.ea faciatis quę hominibus placeãt.1.Cor.10,Sine offensione estote Iudęis& Gentibus & ecclesię dei sicut & ego per omnia omnibus placeo.1.Cor.13,Prouidentes bona nõ solùm coram deo,sed etiã coram omnibus hominibus.Hoc tamen cõtingit & bene & malè fieri:si enim hoc fiat ꝓpter fauorem humanũ non bene agitur Mat.6,Attendite ne iustitiã vestram faciatis coràm hominibus vt videamini ab eis.Si autẽ hoc fiat ad gloriã dei bene agitur,secundũ illud Mat.5, Sic luceat lux vestra coràm hominibus,vt videãt opera vestra bona & glorificẽt patrem vestrũ qui in cælis est. Tertiò assignat rationem vtriusq; dictorũ.Ad hoc enim debemus abstinere à retributione malorũ,& coràm hominibus bona prouidere,vt cum hominibus pacẽ habeamus,& ideo subdit,Cum omnibus hominibus pacẽ habentes.Hebręorũ vlti.Pacẽ sequimini cũ omnibus.Sed hic addit duo,quorum primũ est ꝙ dicit,[Si fieri potest.]Quandoq; enim malitia aliorũ impedit ne cum eis pacẽ habere possimus,quia.s.cum eis pax haberi nõ potest,nisi eorum malitiæ cõsentiatur quam quidẽ pacem constat esse illicitam.Vnde dominus dicit Matt.10,Non veni pacem mittere,sed gladium.Aliud autẽ addit,dicens,Quod ex vobis est.s.& si ipsi contra pacem agant,tamen quod in nobis est facere nos debemus, vt eorũ pacem quæramus.Psal. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.Et alibi.Inquire pacẽ & persequere eam. ¶Deinde cùm dicit,[Non vosmetipsos defendẽtes,&c.]ostendit ꝙ nõ sunt mala proximis inferẽda per modũ defensionis.Et primò ponit documentum,

dicens,Non sitis vosmetipsos defendẽtes ô charissimi,sicut & de Christo dicitur Esa.50,Dedi corpus meũ percutiẽtibus & genas meas vellẽtibus.Et Esa.53,Quasi agnus coram tondẽte se obmutuit,&c.Vnde & ipse dominus mãdauit Matt.5,Si quis te percusserit in vna maxilla præbe ei etiã alteram.Sed sicut Aug.dicit in lib.contra mẽdacium.Ea quę in nouo testamẽto à sanctis facta sunt,valent ad exẽpla intelligẽdarum scripturarum quę in præceptis data sunt.Ipse autẽ dominus cùm alapa percussus esset,nõ ait,ecce altera maxilla,sed si malè locutus sum,testimonium perhibe de malo: si autẽ bene,quid me cedis?Vbi ostẽdit præparationem alterius maxillę in corde esse faciẽdam.Paratus enim fuit dominus,nõ solùm in altera cedi pro salute hominis,sed in toto corpore crucifigi.Et sicut Aug.dicit ad Marcellinũ,tunc quidẽ hoc mãdatũ rectè fit cùm ei creditur profecturũ esse propter quem fit ad adaptãdam in eo correctionem atq; oõcordiam,etiam si alius exitus cõsequatur. Sunt igitur ista præcepta patientiæ semp in cordis præparatione retinẽda & ipsa beneuolentia,ne reddatur malum pro malo,semper in voluntate complẽda est. Agenda sunt autem & multa etiam cùm inuitis benigna quadam asperitate plectẽdis. ¶Secũdò assignat rationem,cùm dicit [Sed date locum iręi.]id est,diuino iudicio. Quasi diceret,cõmittatis vos deo,qui suo iudicio potest vos defendere & vindicare,secũdum illud 1.Pet.vlt.Omnem sollicitudinẽ vestram proicientes in eum,quoniam ipsi cura est de vobis. Sed hæc intelligẽda sunt in casu in quo nobis non adest facultas aliter faciẽdi secũdum iustiam:sed quia,vt dicitur Deut.1. Domini est iudiciũ, cùm aliquis authoritate iudicis,vel vindictam quærit ad comprimẽdam malitiam,& non propter odium,vel etiam cùm authoritate alicuius superioris suam defensionem procurat,intelligitur locũ dare iręi.i.diuino iudicio,cuius ministri sunt principes: vt dicitur infrà 13. Vnde etiam Paulus procurauit se per armatos defendi contra insidias Iudæorum,vt patet Actuum 23. ¶Deinde cùm dicit[Scut scriptum est,&c.]probat quod dixerat. Et primò per authoritatem.Secũdò per rationem,ibi[Noli vinci à malo,&c.]Circa primum duo facit. Primò probat quod dictum est de prohibitione vindictæ,dicens,Dictum est,Date locum iræ.i.diuino iudicio.Scriptum est enim Deut.32, Mihi vindictam,scilicet seruate,& ego retribuam,dicit dominus. Nostra litera sic habet, Mea est vltio,& ego retribuam eis in tempore.Psalm. Deus vltionum dominus. Naum 1, Deus emulator & vlciscens dominus.Secundò probat per authoritatem quod dictum est de beneuolẽtia exhibenda inimicis.In qua quidem authoritate,primò ponit documentum,vt subueniamus inimicis in articulo necessitatis, quia hoc est de necessitate præcepti,vt suprà dictum est.Et hoc est quòd dicit,Sed si esurierit inimicus tuus,ciba illum:si sitit,potum da illi.Matt.5,Benefacite his qui oderunt vos. Secũdò rationem assignat,dicens,Hoc enim faciens,carbones ignis congeres super caput eius.Quod quidem vno modo potest intelligi in malum, vt sit sensus,Si tu ei benefacias,bonum tuũ vertetur ei in malũ,quia ex hoc incurret combustionem ignis ætherni per suam ingratitudinem:sed iste sensus repugnat charitati,cõtra quem ageret,qui alicui subueniret,vt ei proueniret in malum.Et ideo est exponẽdum in bonũ,vt sit sensus,Hoc enim faciens.i.in necessitate ei subueniens,carbones ignis.i.amorẽ charitatis:de qua dicitur Can.8, Lãpades eius,vt lampades ignis atq; flãmarum congeres.i.cõgregabis super caput.i.super mẽtem eius:quia vt Aug.dicit in lib.de cathecizandis rudibus,nulla est maior prouocatio ad amãdum, quàm præuenire amando. Nimis enim durus animus qui dilectionem,& si nolebat impendere,nolit rependere. ¶Deinde cùm dicit[Noli vinci à malo,&c.]probat quod dixit per rationem.Naturale est enim homini,vt velit aduersarium vincere,& nõ vinci ab eo. Illud autẽ ab aliquo vincitur,quod ad illud trahitur,sicut aqua vincitur ab igne,quando trahitur ad calorẽ ignis.Si ergo bonus aliquis homo propter malum quod sibi ab aliquo infertur,trahatur ad hoc quod ei malefaciat, bonum à malo vinceretur.Si autem ecõtrario propter beneficium quod bonus persecutori exhibet,eum ad suum amorem trahat,bonus malum vincit.Sic ergo noli vinci à malo,scilicet eius qui te persequitur,vt tu eum persequaris,sed in bono tuo vince malum illius,vt scilicet ei benefaciendo,eum trahas.1.Ioan.vlt. Hæc est victoria quæ vincit mũdum,fides nostra.Hie.15,Ipsi conuertentur ad te,& tu non conuerteris ad eos.

Facta sanctorũ noui testamenti valẽt ad intelligenda exẽpla sanctæ scripturæ quæ data sunt in ꝓceptis.

Caput 13.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.Non enim est potestas nisi à deo.Quæ autem sunt,à deo ordinata sunt.Itaque qui resistit potestati,dei ordinationi resistit.Qui autem resistunt,ipsi sibi damnationẽ acquirunt.Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.Vis autem nõ timere potestatem? Bonum fac,& habebis laudem ex illa.Dei enim minister est tibi in bonum.Si autem malum feceris, time. Nõ enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui malum agit. Ideóque necessitati subditi estote, non solùm propter iram sed etiam propter conscientiam.Ideo enim & tributa præstatis.Ministri enim dei sunt,in hoc ipsum seruientes.Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum,tributum:cui uectigal,uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem,honorem.

Instruit de vsu charitatis docendo inferiores obedire superiorib⁹ ꝓ subuentionẽ & dilectionẽ et ꝙ omnib⁹ oĩa redduntur vnicuiq; sit qđ suũ est.

¶Postquam Apostolus ostẽdit qualiter se debeat homo exhibere deo,vtendo donis gratiæ eius, hìc ostendit quomodo debeat se exhibere proximo,& primò q̃tum ad superiores.Secũdò q̃tum ad omnes,ibi[Nemini quicq̃ debeatis,&c.]Circa primũ duo facit. Primò inducit homines ad subiectionẽ quam debẽt superioribus.Secũdò ad exhibẽdũ subiectionis signũ,ibi[Ideo & tributa ꝓstatis,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ꝓponit documẽtum.Secũdò rationẽ assignat,ibi[Nõ enim est potestas &c.]Tertiò infert conclusionẽ intẽtã,ibi,[Ideóq;&c.]Circa primũ cõsiderãdũ est ꝙquidã fideles in primitiua ecclesia dicebãt,terrenis potestatib⁹ se subiici nõ debere ꝓpter libertatẽ quam cõsecuti erãt à Christo,secũdum illud Io.8,Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis.Sed libertas per Christũ concessa est,libertas spiritus qua liberamur à peccato & morte,sicut suprà 8.dictũ est,Lex spiritus in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Caro autem adhuc remanet seruituti obnoxia,sicut suprà 7.dictũ est.Et ideo tunc nulli subiectioni homo per Christum liberatus,erit obnoxius,nec spirituali.s.nec carnali.Vnde dicitur 1.Cor.15, Cùm tradiderit Christus regnũ deo patri & euacuauerit omnem principatũ & potestatẽ.Interim autẽ dum corruptibilẽ carnẽ gerimus, oportet nos dominis carnalib⁹ subiacere.Vñ dicitur Ephe.6,Serui obedite dominis carnalib⁹.Et hoc est ettã quod hîc Apost. dicit, Omnis aĩa potestatib⁹ sublimioribus subdita sit.Potestates autẽ sublimiores hîc dicũtur,homines in potestatibus cõstituti,quib⁹ secũdũ iustitiæ ordinẽ subiici debemus.1.Pe.2,Subditi

Error i' primis Christianis q nunc renouatur ꝓ Lutheranos à paulo excluditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

estote omni humanæ creaturæ propter deum,siue regi quasi præcellẽti.Dicit autẽ indefinitè, potestatibus sublimioribus,vt ratione sublimitatis officii eis subiiciamur,etiã si sint mali.Vnde 1.Pet.2,subditur, Subiecti estote nõ tãtùm bonis & modestis,sed etiam discolis.Quod autem dicitur,omnis anima, per sinedochẽ intelligitur,omnis homo,sicut & Gene.17,Delebitur anima illa de populo suo. Vtitur autem hoc modo loquẽdi quia subiectionem superioribus debemus ex animo.i. ex pura volũtate, secũdum illud Ephes.6,Non ad oculum seruientes,quasi hominibus placẽtes,sed ex animo cum bona volũtate. ¶Deinde cùm dicit[Nõ est enim potestas &c.]ponit rationem admonitionis præmissæ.Primò quidem ex parte honesti.Secũdò ex parte necessarii,ibi[Qui autem resistũt &c.]Circa primũ duo facit.Primò prẽmittit duo principia.Secũdò ex eis cõcludit,ibi[Itaq; qui resistit,&c.]Primò enim præmittit originem potestatis,dicẽs, Nõ est enim potestas nisi à deo.Quicquid enim cõmuniter de deo & creaturis dicitur,à deo in creaturas deriuatur,sicut patet de sapientia.Eccle.1,Omnis sapientia à domino deo est.Potestas autem de deo & de hominibus dicitur Iob 39,Deus potestates nõ abiicit,cùm ipse sit potẽs. Vnde consequẽs est q̃ humana potestas sit à deo. Dan.4,Dominabitur excelsus in regno hominũ,& cuicũq; voluerit,dabit illud.Io,19,Nõ haberes potestatẽ aduersum me vllã,nisi tibi datũ esset desuper.Sed cõtra hoc esse videtur,quod dicitur Osee 8,Ipsi regnauerũt,& non ex me:principes extiterũt,&nõ cognoui.Ad quod dicẽdum est q̃ regia potestas vel cuiuscũq; alterius dignitatis potest cõsiderari q̃tum ad tria.Vno quidẽ modo q̃tum ad ipsam potestatẽ,& sic est à deo, per quẽ reges regnãt.Alio modo potest cõsiderari q̃tum ad modũ adipiscẽdi potestatem,& sic quãdoq; potestas est à deo:quãdo.s.aliquis ordinatè potestatẽ adipiscitur, secũdum illud Heb.5, Nemo sibi honorẽ assumit,sed qui vocatur à deo tanq̃ Aaron.Quãdoq; verò nõ est à deo, sed ex peruerso hominis appetitu,qui per ambitionẽ,vel quocũq; alio illicito modo potestatẽ adipiscitur.Amos 6,Nũquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?Tertio modo potest cõsiderari q̃tũ ad vsum ipsius,&sic quãdoq; est à deo, putà cũ aliquis secũdum præcepta diuinæ iustitiæ vtitur cõcessa sibi potestate,secũdum illud Pro.8,Per me reges regnãt,&c.Quãdoq; autẽ non est à deo,putà cũ aliqui potestate sibi data vtũtur cõtra diuinã iustitiã, secũdum illud Psa.Astiterũt reges terrę & principes cõuenerunt in vnũ aduersus dominũ,&c. ¶Dubitatur etiã de potestate peccãdi vtrũ sit à deo.Ad quod dicẽdum est q̃ ipsa potẽtia qua peccatur,à deo est.Eadem enim potẽtia est qua peccatur & rectè agitur:sed q̃ in bonũ ordinetur à deo est,q̃ autẽ ordinetur ad peccãdum,est ex defectu creaturæ,inquãtum est ex nihilo.Secũdò ponit q̃ ea quæ sunt,à deo ordinata sunt.cuius ratio est,quia deus omnia per suam sapiẽtiam fecit,secũdum illud Psa. Omnia in sapiẽtia tua fecisti.Est autẽ ꝓprium sapiẽtiæ ordinatè omnia disponere.Sap.8,Attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter,& disponit omnia suauiter.Et ideo oportet effectus diuinos ordinatos esse.Iob 38,Nunquid nosti ordinẽ cæli,& pones rationẽ eius in terra?Duplicẽ autem ordinẽ deus in suis effectibus instituit.Vnũ quidẽ quo omnia ordinãtur in ipsum.Pro.16,Vniuersa ꝓpter semetipsum operatus est deus.Aliũ verò quo effectus diuini ordinãtur ad inuicẽ,sicut dicitur Deut.4,De sole & luna & stellis,q̃ fecit ea in ministeriũ cũctis Gẽtibus. ¶Deinde cũ dicit[Itaq; qui resistit,&c.]ex duabus præmissis cõcludit propositũ.Si enim potestas principũ à deo est,& nihil est à deo sine ordine,cõsequens est q̃ etiã ordo quo inferiores potestatib⁹ superioribus subiiciũtur,sit à deo.Itaq; qui cõtra hũc ordinẽ resistit potestati,dei ordinationi resistit.1.Re.8, Nõ te abiecerũt,sed me,ne regnẽ super eos.Luc.10,Qui vos spernit,me spernit.Resistere autẽ diuinę ordinationi cõtrariatur honestati virtutis.Vnde cõtra virtutẽ agit,quicũq; potestati resistit.eo q̃ ptinet ad ordinẽ suæ potestatis. ¶Deinde cũ dicit,[Qui autẽ resistũt,&c.ostẽdit huiusmodi subiectionem nõ solùm esse honestã, sed necessariam. Et primò proponit quod intendit. Secundò probat propositum, ibi [Nam principes &c.] Dicit ergo primò,Dictum est,quòd qui resistit potestati,dei ordinationi resistit,quod quidem secundum se est vitãdum, tanquam contrarium virtuti.Multi tamen sunt qui amorẽ virtutis non habẽtes, ea quæ sunt contraria virtuti non detestãtur. Vnde talescogendi sunt ad vitationem malorum per pœnas: & quãtum ad hoc,subdit, Qui autem resistunt,scilicet diuinæ ordinationi,sibi dãnationem acquirunt cõtra potestatis ordinem agẽdo.Quod quidem potest intelligi vno modo de dãnatione æterna, quam merẽtur qui potestatibus subiici nolũt in eo quod debẽt.In cuius exẽplum Dathan & Abyron,qui Moysi & Aaron restiterunt,sunt à terra absorpti,vt habetur Nume.16. Alio modo potest intelligi de dãnatione pœnæ,quæ per ipsos principes infertur. Prouerb.20, Sicut rugitus leonis, ita & terror regis:qui prouocant eum, peccant in animam suam. Sed contra hoc videtur esse quod apostoli & martyres principibus & potestatibus restiterũt: & ex hoc nõ dãnationem à deo,sed præmium acquisierunt.Sed dicẽdum est quòd Apostolus hîc loquitur de eo qui resistit potestati, secũdum quòd est à deo ordinata. Habet autem hoc diuina ordinatio,vt potestati iuferiori non obediatur contra superiorem,sicut etiam in rebus humanis, vt proconsuli nõ obediatur contra imperatorẽ,nec balliuo cõtra regẽ.Et omnis potestas humana sub potestate dei ordinatur,& nulli potestati humanæ est contra deum obediẽdum,secundum illud Act.4, Oportet obedire magis deo quàm hominibus. ¶Deinde cùm dicit[Nam principes &c.]assignat rationem eius quòd dixerat.Et primò ponit rationem. Secũdò ex ratione posita quoddam vtile documẽtum trahit,ibi[Vis autẽ non timere potestatem,&c.Tertiò huius documẽti necessitatem assignat,ibi[Si autẽ malefeceris,&c.]Dicit ergo primò, Dictum est quòd qui resistunt potestati,sibi dãnationem acquirũt. Nam principes,qui hîc potestates dicũtur,nõ sunt timori.i.in timorem boni operis.i.propter bonum opus,sed mali.i.propter malum. Quod quidem videtur esse intelligẽdum secũdum causam instituẽdi principes.Ad hoc enim sunt iustituendi principes, vt illi qui amore virtutis non prouocantur ad vitandum malum,& faciendũ bonum,cogantur ad hoc timore pœnę. Prouerb.2, Rex qui sedet in solio iudicii dissipet omne malum intuitu suo.Et secundum hoc dicitur, & principes non sunt timori boni operis,sed mali, quantum ad id quod principi ex officio competit,sicut & Esa. 32,dicitur,Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit.Potest autem hoc referri etiam ad malos principes,qui nõ sunt timori boni operis,sed mali:quia & si interdũ iniustè persequũtur bene operantes, non tamen illi qui bene operãtur,causam habent timẽdi,quia hocipsum,si patienter sustinẽt, in eorũ bonũ cedit, secũdum illud 1.Pet.3,Si quid patimini propter iustitiã,beati:timorẽ autem eorũ ne timueritis,vt non conturbemini. Ex hoc autem q̃ hîc dicitur assignari potest ratio quare qui potestati resistũt, sibi dãnationem acquirãt:siue intelligatur de dãnatione punitionis,qua principes rebelles puniũt, siue de dãnatione qua homines puniũtur à deo.Si enim principes sunt timori mali operis,cõsequẽs est q̃ si aliquis potestati resistat, malè operetur:& ita ipse homo malè agẽdo,est sibi causa punitionis temporalis & æternæ. ¶Deinde cùm dicit[Vis autem non timere&c.]ex eo q̃ dixerat quoddã vtile documẽtum tradit.s.vitãdi timorem principum.Et primò insinuat sua interrogatione hoc esse desiderabile,dicẽs,Vis nõ timere potestatem. Quasi dicat,hoc debet homini esse placitũ.Pro.20,Sicut fremitus leonis,ita & terror regis. Secũdò docet medium ad hoc peruenièdi,dicens, Bonum fac:quia vt dicitur Prou.16,Volũtas regum,labia iusta. Et in Psal. Ambulans in via immaculata,hic mihi ministrabat.Tertiò ostẽdit huius effectũ dicens,& si benefeceris non solùm timorem vitabis,sed etiam habebis laudem ex illa.s.potestate,quod plenũ est,si accipiatur secũdum finem ad quem institutæ sunt potestates.Ad hoc enim institutæ sunt vt nõ solùm à malis timore pœnarũ retrahant,sed etiam vt ad bonum & prẽmia illiciãt,secũdum illud 1.Pet.2, Siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad vindictam malorum,laudẽ verò bonorum. Verificatur hoc etiam de malis principibus, quorum iniustam persecutionem,dum boni patienter sustinent,laudãtur.Iac.5,Ecce beatificamus eos qui sustinuerũt. Quartò rationem assignat,dicens,Dei enim minister est tibi in bonum.Quod quidem manifestè patet, quãtum ad debitum ordinem principum.Sunt enim sub regimine dei,quasi supremi principis, tãquam ministri ordinati.Sap.6,Cùm essetis ministri regis illius &c.Ad idem autẽ tendit minister & dominus.Ecclc.10,Secũdum iudicem populi,sic & minister eius.Et ideo sicut deus operatur in bonum his qui bonum agũt, ita & principes si rectè ministeriũ suum impleant. Sed & si mali principes,ministri dei sunt,secũdum ordinationem dei ad inferẽdas pœnas,licet hoc sit prẽter intẽtum eorũ:secundũ illud Esa.10,Assur virga furoris mei & baculus ipse est.Ipse autem nõ sic arbitrabitur.Et Hie. 25, Assumam vniuersam cogitationẽ Aquilonis & Nabuchodonosor regẽ Babylonis seruũ meum,& adducã eos super terram istã. Et quia tales mali principes,interdũ deo permittẽte, bonos affligũt, quod in bonũ eorũ cedit.Secũdum illud suprà 8,Diligẽtibus deum &c. ¶Deinde cũ dicit[Si autẽ malè &c.]ostẽdit necessitatem præmissi documẽti.Dictũ est enim q̃ benefaciẽdo non timebis potestatẽ,si autẽ malefeceris,time:quia causam timoris habes.Prou.10,Pauor his qui operãtur malũ.Sap.17,Cùm sit timida nequitia,data est in omniũ condẽnationem.Secũdò assignat rationẽ,dicẽs[Non enim sine causa gladiũ portat.]Loquitur autẽ secũdum cõsuetudinem principũ,qui quasi in figura suæ potestatis deferebãt instrumẽta puniẽdi,putà faces virgarũ ad verberãdum,& secures vel gladios ad occidẽdum.Iob 19,Fugite à facie gladii,quoniã vltor iniquitatum est gladius.Tertiò rationem exponit,dicẽs[Portat inquam gladiũ,quia est minister dei vindex]id est,vindictam exercẽs[in iram]id est,ad exequẽdam iram dei.i.iustum iudiciũ eius[ei qui malum agit]id est cõtra malefactorem.Ezec.16,Ecce ego cõgregabo omnes amatores tuos,& iudicabo te in iudiciis adulterorũ,&dabo te in manus eorũ,&c.Prou. 16,Abominabiles regi qui impiè agũt,quoniam iustitia firmatur solium.Ex quo patet q̃ non solùm est licitum,sed etiam meritorium principibus, qui zelo iustitiæ vindictã exercẽt in malos.Vnde dicitur Ezec.29, Erit merces exercitui illius,& operi quo seruiuit mihi aduersus eam. ¶Deinde cùm dicit[Ideóq; necessitate &c.]Infert cõclusionem principaliter intẽtam,dicens, Ideóq; propter prædictas rationes subditi estote volũtariè necessitati quę vobis imminet præcepto principum,vt faciatis de necessitate virtutem,nõ solùm propter iram.i.vindictam vitãdam quod pertinet ad secũdam rationem,sed etiam propter conscièti am bonam cõsiderãdam quod pertinet ad primã rationem, quia qui potestati resistit,dei ordinationi resistit.Tit. 3,Admone illos principibus & potestatibus subditos esse. ¶Deinde cùm dicit[Ideo enim & tributa præstatis &c.]inducit homines ad exhibẽdum suis superioribus signũ subiectionis.Et primò ponit signũ subiectionis.Secũdò inducit ad eius exhibitionem,ibi[Reddite ergo &c.]Circa primum duo facit.Primò ponit subiectionis signũ,dicens,Ideo enim.s.quia debetis esse subiecti[& tributa præstatis.]id est,præstare debetis in signum.s.subiectionis.Et ideo cõquerendo,dicitur Thren.1,Princeps prouinciarũ facta est sub tributo.Dicuntur autem tributa, eo quòd subditi dominis ea tribuũt.Secundò assignat rationem, dicens [Ministri enim sunt dei: & hoc ipsum]id est,pro ipso,scilicet tributa recipiendo [seruientes] scilicet deo & populo. Quasi dicat, Vnusquisque de suo ministerio viuere debet, secundum illud 1.Corinth.9, Quis pascit gregem,& de lacte eius non edit? Et ideo cùm principes nostri suo regimine deo ministrent,à populo debent tributa susciperc,quasi stipendia sui ministerii, non autẽ ita quòd hoc debeant sibi cõputare pro præmio.Proprium enim præmium principis est laus & honor,vt Philosophus dicit in quinto Ethico. Et cùm hoc nõ sufficit, tyrãnus fit.Sed hoc non est intelligẽdum de laude humana solùm vel honore,quia tale præmiũ esset vanum,sed de laude & honore diuino,qui principibus bene gubernãtibus exhibetur.Sap.6,O reges populi diligite sapiẽtiam.Huiusmodi autẽ tributa recipiũt ad sustẽtationem, laborant autem principes ad omniũ pacem.Vnde dicitur 2.Tim.2,Obsecro primũ omnium fieri obsecrationes pro regibus,& omnibus qui in sublimitate sunt cõstituti,vt quietam ac trãquillam vitam agamus.Baruc 1, Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis,vt viuamus sub vmbra eius.Ab hoc tamen debito liberi sunt clerici ex priuilegio principũ,quod quidem æquitatem naturalem habet.Vnde etiam apud Gentiles liberi erant à tributis illi qui vacabant rebus diuinis.Legitur enim Genes.47,q̃ Ioseph subiecit Pharaoni totam terram Aegypti præter terram sacerdotum,quæ à rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur.Et infrà dicitur q̃ in vniuersa terra Aegypti,quinta pars soluitur absq; terra sacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit. Hoc autem omnino æquum est,quia sicut reges solicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibus,ita ministri dei in spiritualibus,& sic per hoc q̃ deo in spiritualibus ministrant,recompensant regi quod pro eorũ pace laborat. ¶Sed attendẽdum est cùm tributa dicat regibus esse debita quasi laboris stipendium,dupliciter peccare possunt principes accipiendo tributa.Primò quidẽ si vtilitatem populi nõ procurent,sed solùm ad diripiẽdum eorum bona intendant.Vnde dicitur Ezec.34, Lac comedebatis& lanis operiebamini,& quod crassum erat,occidebatis,gregem autẽ meum nõ pascebatis.Alio modo ex eo quòd violenter diripiunt supra statutã legẽ,quæ est quasi quoddã pactum inter regem

Potestas ordinis quo ad tria potest considerari. vide quomodo sit à deo & quo non.

Tributum nõ est præmium ministerij principis, sed laus & honor.

Clerici sunt à debito tributi exẽpti priuilegio principum.

Principes accipiẽtes tributa nõ semp bene agunt sed cupliciter peccant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& populum & supra populi facultatem. Vnde dicitur Mich. 3, Audite principes Iacob & duces domus Israel. Et postea subdit, Qui violẽter tollitis pelles eorũ desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum. ¶ Deinde cùm dicit [Reddite ergo &c.] monet ad reddendum prædictum subiectionis signum. Et primò quidem in generali, dicẽs, Ex quo tributum debetur principibus, tanq̃ dei ministris. reddite ergo omnibus debita. Ex quo patet quòd ex necessitate iustitiæ tenentur subditi sua iura principibus exhibere. Matth. 8, Oblatus est regi vnus qui debebat decem milia talẽta. Eccles. 22, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. Secundò specificat: & primò ea quæ sunt exteriora dicens, Cui tributum, tributum, scilicet debetis, reddite tributum, quia. s. principi tribuitur pro generali regimine, quo patriam in pace & quiete gubernat. Genes. 49, Vidit requiem q̃ esset bona, factúsq; est tributis seruiens. Cui vectigal, scilicet debetis, reddite vectigal, quod scilicet redditur principi in aliquibus certis locis de mercimoniis quæ deferuntur pro reparatione & custodia. Vel vectigal dicitur quod datur principi, quando per patriam deuehitur, sicut sunt procurationes & alia huiusmodi. Secundò ponit ea quæ sunt interius exhibenda. Est autem considerãdum quòd principi debetur & timor & honor: timor quidem, inquantum est dominus sua potestate malos coercens. Malac. 1, Si ego dominus, vbi est timor meus? Et ideo dicit, Cui timorem. s. debetis, reddite timorem. Prou. 24, Deũ time fili mi. Inquantum autem quasi pater prouidet bonis quæ sunt in laudem eorum, debetur illi honor. Malach. 1, Si ego pater, vbi honor meus? Et ideo subdit, Cui honorem debetis, reddite honorem. 1. Petr. 2, Regem honorificate. ¶ Sed contrà est quod dicitur Leuiti. 19, Non honores vultum potentis. Sed hoc est intelligendum, quantum ad hoc, vt pro eo â iustitia non declines. Vnde subditur, Iustè iudica proximo tuo.

Tributa vi iustitiæ tenẽtur subditi ssoluere.

Quid vectigal.

Lectio 2.

De vsu gratiæ in ordine ad oẽs.

NEmini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

¶ Suprà Apostolus ostendit qualiter debeant fideles ad superiores iustitiam obseruare: hîc ostẽdit quid debeãt omnibus exhibere. Et primò proponit quod intendit. Secundò reddit rationem, ibi [Qui enim diligit &c.] Dicit ergo primò, Dictũ est, Reddite omnibus debita. nõ quidẽ particulariter, sed integraliter. Et hoc est, quòd ostendit [Nemini quicquam debeatis.] Quasi dicat, Ita plenè omnibus omnia debita persoluatis, vt nihil remaneat, quod soluere debeatis. Et hoc quidem propter duo. Primò quia in ipsa mora reddẽdi, peccatum cõmittitur, dum homo iniustè detinet rem alienam. Vnde dicitur Leuit. 19, Nõ morabitur opus mercenarii tui apud te vsq; mane. Et eadẽ est ratio de aliis debitis. Secũdò quia quãdiu aliquis debet, est quodã modo seruus, & cui debet, obligatur. Prou. 22, Qui accipit mutuũ, seruus est fenerãtis. Sunt tamen quędam debita à quibus homo nunquam potest se absoluere. Et hoc dupliciter. Vno quidẽ modo propter excellentiam beneficii, cui æquiualẽs recõpensari non potest: sicut Philosophus dicit de honore qui exhibetur deo, vel parentibus secũdum illud Psal. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Alio modo propter causam debẽdi, quæ semper manet. Vel etiam propter hoc q̃ illud quod redditur, nũquam exhauritur, sed semper in reddẽdo crescit. Et propter has causas debitum dilectionis fraternę ita soluitur, quod semper debetur. Primò quidẽ quia dilectionem proximo debemus propter deum, cui sufficienter recõpensare nõ possumus. Dicitur enim 1. Ioan. 3, Hoc mãdatum habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Secũdò quia causa dilectionis semper manet, quæ est similitudo naturæ & gratiæ. Eccle. 13, Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximũ sibi. Tertiò quia charitas in diligẽdo nõ deficit, sed ꝑficit. Philip. 1, Hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet. Ideo dicit, Nisi vt inuicem diligatis, quia. s. dilectionis debitum ita semel redditur, vt tamen semper maneat sub debito præcepti. Ioã. 15, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. ¶ Deinde cùm dicit [Qui enim diligit &c.] assignat causam eius quòd dixerat, debito dilectionis nos nunq̃ absolui, quia. s. in dilectione, tota legis impletio consistit. Vnde circa hoc tria facit. Primò proponit quod intendit. Secũdò manifestat propositum, ibi [Nam non adulterabis, &c.] Tertiò infert conclusionẽ intentam, ibi, [Plenitudo ergo legis, &c.] Dicit ergo primò, Ideo dictum est, quòd non intendamus nos expedire à debito dilectionis, sicut ab aliis debitis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit, id est, tota impletio legis ex proximi dilectione dependet. ¶ Sed hoc non videtur verum. Dicitur enim primæ. Timothæum. 1, quòd finis præcepti charitas est. Vnumquodq; enim perficitur cùm ad finem peruenit, & ideo tota legis perfectio in charitate consistit. Sed charitas duos habet actus. s. dilectionem dei & dilectionem proximi. Vnde & dominus dixit Mat. 22, q̃ tota lex & prophetæ pendet in duobus mãdatis charitatis: quorum vnum est de dilectione dei, aliud de dilectione proximi. Nõ ergo videtur q̃ qui proximũ diligit, impleat totam legẽ. Sed dicẽdum est q̃ illa dilectio proximi, ad charitatem pertinet, & legẽ implet, qua proximus diligitur propter deũ, & ita in dilectione proximi includitur dilectio dei, sicut causa in effectu. Dicitur enim 1. Io. 3, Et hoc mãdatum habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrẽ suum. Et econuerso, dilectio proximi includitur in dilectione dei, sicut effectus in causa. vnde ibidẽ dicitur, Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suũ odit, mẽdax est. Et inde est q̃ in sacra scriptura quãdoq; fit mẽtio solùm de dilectione dei, quasi sufficiat ad salutem, secũdum illud Deut. 10, Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit à te, nisi vt timeas dominũ, & ambules in viis eius, & diligas eum? Quandoq; autem fit mẽtio solùm de dilectione proximi. Ioan. 15, Hoc vobis mando, vt diligatis inuicem. ¶ Deinde cùm dicit [Nam nõ adulterabis, &c.] probat propositum. Primò quidẽ per inductionem. Secundò verò per mediũ syllogismi, ibi [Dilectio proximi &c.] Circa primũ more inducẽtium enumerat quędã præcepta quæ dilectionem proximi implent, & quia præcepta tria primæ tabulæ immediatius ordinãtur ad dilectionem dei, nõ facit mentionem hîc de eis: quãuis & ipsa impleãtur in dilectione proximi, prout includit dilectionẽ dei. Enumerat autem mandata secundæ tabulæ, prætermittit tamen præceptum affirmatiuum tantũ quod est de honore parentum, in quo etiam intelligitur, vt omnibus reddamus quæ debemus. Enumerat autem præcepta negatiua, per quę aliquis prohibetur malũ proximis inferre. Et hoc duplici ratione. Primò quidẽ

Quomodo hoc verũ sit q̃ qui diligit proximũ, legem impleuit.

quia præcepta negatiua sunt magis vniuersalia, & q̃tum ad tempora & q̃tum ad personas. Quãtum ad tempora quidẽ, quia præcepta negatiua obligãt semper & ad semper. Nullo enim tẽpore est furãdum & adulterandum. Præcepta autem affirmatiua obligant quidem semper, sed nõ ad semper, sed pro loco & tẽpore, non enim tenetur homo, vt omni tempore honoret parentes, sed pro loco & tempore. Quãtum ad personas autem, quia nulli hominũ est nocẽdum. non autem sufficiẽtes sumus, vt vnus homo possit omnibus hominibus seruire. Secundò quia magis manifestum est q̃ per dilectionem proximi implentur præcepta negatiua q̃ affirmatiua. Qui enim diligit aliquem, magis abstinet à nocumento illius, q̃ ei beneficia impendat à quo quãdoq; homo impeditur per impotẽtiam. Tripliciter autem aliquis nocumẽtum proximo inferre potest. Vno modo, facto. Alio modo, verbo. Tertio, desiderio. Facto quidem tripliciter. Vno modo quãtum ad personam ipsius proximi. Et hoc prohibetur, cùm dicitur, Nõ occides. In quo etiam intelligitur prohiberi omnis iniuria in personã proximi illata. 1. Io. 3, Omnis homicida nõ habet vitam æternã in seipso. Secũdò quãtum ad personam coniũctam. s. vxorem: & hoc prohibetur, cùm dicitur, Non adulterabis. In quo etiã intelligitur ꝑhiberi fornicatio, & omnis illicitus vsus genitalium mẽbrorum. Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Tertiò quantũ ad res exteriores, quod prohibetur, cùm dicitur, Non furaberis. In quo etiam prohibetur omnis iniusta subtractio rei alienæ, siue per vim siue per dolum. Zacha. 5, Omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Nocumentum autem quod quis proximo infert, verbo prohibetur, cùm dicitur, Non falsum testimonium dices. Quod non solùm prohibetur in iudicio, sed etiam extra iudicium, siue per modum detractionis, siue per modum contumeliæ. Prouer. 19, Testis falsus nõ erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet. Nocumẽtum autem quod quis infert proximo, solo desiderio prohibetur, cùm dicitur, Non cõcupisces rem proximi tui. Vbi etiam intelligitur prohiberi concupiscẽtia vxoris: suprà 7, Nam concupiscẽtiam nesciebam. s. esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces. Ponuntur autẽ hæc mandata Exod. 20. Enumeratis autem pluribus præceptis, colligit omnia alia in cõmuni, dicens, Et si quod est aliud mandatum affirmatiuum vel negatiuũ ad proximum pertinens, per modum suprà dictum, instauratur. i. perficitur & impletur in hoc verbo. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod quidem ponitur Leuit. 19. vbi nos habemus, Diliges amicum tuum sicut teipsum. Quod autem dicit, proximum tuum, referẽdum est ad omnem hominem, & etiam ad sanctos angelos, vt Augu. probat in 1. de doctrina Christiana. Nomine enim proximi intelligitur quicunque facit alicui misericordiam, secũdum illud Luc. 10, Quis tibi videtur illi proximus fuisse, qui incidit in latrones? Et ille dixit, qui fecit misericordiam, &c. Et quia proximus est proximo proximus, cõsequens est q̃ etiam ille qui ab aliquo misericordiã recipit, proximus ei dicatur. Sãcti autẽ angeli nobis misericordiam impẽdunt, & nos omnibus hominibus misericordiã debemus impẽdere, & ab eis, cũ necesse fuerit, recipere. Vnde patet q̃ & sancti angeli, & omnes homines proximi nobis dicuntur, quia beatitudinẽ ad quam nos tẽdimus, vel iam habent, vel ad eam nobiscũ tendũt. Ex quo patet q̃ dæmones nõ sunt secũdum hãc rationem proximi nobis, nec sub hoc præcepto, eorum dilectio nobis iniũgitur, quia sunt totaliter à societate dei excluſi, & non sunt cõputandi in numero proximorum, sed in numero hostium. Quòd autem dicit, Sicut teipsum, non est referẽdum ad æqualitatem dilectionis, vt. s. aliquis teneatur diligere proximum æqualiter sibi, hoc enim esset cõtra ordinem charitatis, quo quilibet plus tenetur suam, q̃ aliorum salutẽ curare. Can. 2, Ordinauit in me charitatem. Sed est referẽdum ad similitudinem dilectionis, vt. s. similiter diligamus proximum sicut nosipsos. Et hoc tripliciter. Primò quidem quãtum ad finem dilectionis, vt. s. nos & proximum diligamus propter deum. Secũdò quãtum ad formam dilectionis, vt. s. sicut aliquis seipsum diligit, quasi sibi volens bonum, ita vt aliquis proximum diligat. Qui autem diligit proximum, ad hoc solùm vt eius vtilitate vel dilectione potiatur, nõ vult bonum proximo, sed ex proximo vult sibi bonum. Quo quidem modo homo amare dicitur res irrationales, putà vinum vel aquam, vt. s. eis vtatur. Tertiò quantum ad effectum dilectionis, vt. s. aliquis necessitati proximi subueniat, sicut sibi: & quod nihil illicitun propter amorem proximi cõmittat, sicut nec propter suum amorem. Deinde cùm dicit [Dilectio proximi &c.] manifestat propositũ medio syllogismi per hunc modum, Qui diligit proximũ, nullũ malum operatur ad ipsum. Sed ad hoc tendit omne legis præceptum, vt abstineatur à malo. Qui ergo diligit proximum, legem impleuit. Quod autem dilectio proximi malum non operetur, habetur 1. Cor. 13, Charitas non agit perperam &c. Et siquidem accipiatur hîc malum non solùm transgressionis, sed etiam omissionis, poterit hoc referri non solùm ad præcepta negatiua, sed etiam ad affirmatiua. Inquãtum verò dilectio proximi includit dilectionem dei, intelligitur quòd dilectio proximi excludit malum, nõ solùm quod est contra proximum, sed etiam quod est cõtra deum. Et sic includentur etiam præcepta tabulę primæ. Vltimò autem infert conclusionem principaliter intẽtam, dicens, Plenitudo ergo legis est dilectio. i. per dilectionem lex impletur & perficitur. Eccle. 24, In plenitudine sanctorum detentio mea. Colloss. 3, Charitatẽ habete, quod est vinculum perfectionis.

Proximus est oĩs hõ et ãcti ãgeli.

Nec dæmones, nec dãnati homines sunt nostri ꝓximi.

Tripliciter ꝓximũ vt nos diligere debemus.

Lectio 3.

ET hoc sciẽtes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honestè ambulemus. Non in comessationibus, & ebrietatibus. Non in cubilibus & impudicitiis. Non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

¶ Postquam Apostolus ostendit quomodo homo debet se deo exhibere pium, conueniẽter eius donis vtẽdo, & proximo iustè ei debita reddendo, hîc ostẽdit quomodo in seipso debeat honestatem conseruare. Et circa hoc duo facit. Primò proponit temporis congruitatem. Secundò exhortatur ad honestatem operum, ibi [Abiiciamus ergo &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit temporis congruitatem. Secũdò assignat rationem, ibi [Nunc enim propior &c.] Tertiò adhibet similitudinem, ibi [Nox præcessit, &c.] Dicit ergo primò, Dictum est quæ debetis obseruare, & hoc nõ solùm propter ea quæ dicta sunt, sed etiam sciẽtes hoc tempus, id est, per hoc quod debetis considerare huius temporis conditionem, quia dicitur Eccle. 8, Omni negotio tempus est & opportunitas. Hier. 8, Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hyrundo, & ciconia custodierunt tẽpus aduentus sui, populus autem meus &c. Ad quid autem congruum sit hoc tem-

Docetur vsus gratiæ ī ordine ad seipsũ, qũo s. qlibet debeat in seipso honestatem conseruare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sextuplex est somnus.

pus oſtẽdit,ſubdens,Quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Quod quidem intelligẽdum eſt non de ſomno naturæ,quod quãdoq; dicitur mors,ſecũdum illud 1.Theſſal.4, Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus. Quandoq; autem eſt quies animaliũ virtutum,ſecũdum illud Ioan.11, Si dormit ſaluus erit. Nec etiam intelligendum eſt de ſomno gratiæ,quod quãdoque dicitur quies æternæ gloriæ,ſecũdum illud Pſalm.In pace in idipſum &c.Quandoq; autem eſt quies contẽplationis etiam in hac vita.Cant.5,Ego dormio,& cor meum vigilat.ſed intelligitur de ſomno culpæ,ſecũdum illud Ephe.5,Exurge qui dormis,& exurge à mortuis &c.Vel etiã negligentiæ,ſecũdũ illud Pro.6,Vſquequo piger dormies? Tempus ergo eſt ſurgendi à culpa per pœnitentiam.Pſal.Surgite poſtquam ſederitis &c. A ſomno verò negligentiæ per ſolicitudinem bene operandi.Eſa.21,Surgite principes,accipite clipeum . Eccle.32,Hora ſurgendi non te trices. ¶ Deinde cùm dicit[Nunc enim &c.] aſsignat rationem eius quod dixerat,dicens ,Nunc enim propior eſt ſalus noſtra,q̃ cùm credidimus.Quod quidem ſecũdum intẽtionem Apoſtoli intelligitur de ſalute vitæ æternæ, de qua dicitur Eſa.51,Salus autem mea in ſempiternũ erit.Ad hanc autẽ ſalutem homo ordinatur.Primò quidem per fidem.Mar. vlti. Qui crediderit & baptiſatus fuerit,ſaluus erit. Sed ſemper magis ac magis homo accedit ad eam per bona opera & charitatis augmentum. Vnde dicitur Iacobi4, Appropinquate deo,& appropinquabit vobis.Hoc eſt ergo quod Apoſtolus dicit,Ideo hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim quando.ſ.per opera bona, & per charitatis augmentum profecimus ,propior.i. propinquior eſt.ſ.nobis noſtra ſalus.ſ.vitæ æternæ:de qua dicitur Eſa.51,ſalus autem mea in ſempiternum erit,quam cũ credidimus.i.quàm cùm à principio fidem accepimus. Et poteſt hîc intelligi duplex propinquitas.Vna quidem ſecundum tempus , quia viri ſancti in operibus iuſtitiæ proficientes ,magis appropinquant ad terminum vitæ huius in quo mercedem accipiunt. Alia verò eſt propinquitas diſpoſitionis vel præparationis, quia per augmẽtum charitatis & operationem iuſtitiæ,homo præparatur ad illã ſalutem.Mat.25,Quæ paratæ erãt, intrauerunt cum eo ad nuptias.Sed ſecũdùm q̃ eccleſia hæc verba aduentus tẽpore legit,videntur hæc verba eſſe referenda ad ſalutẽ quam Chriſtus fecit in ſuo primo aduentu,vt intelligamus Apoſtolum loquentem quaſi ex perſona omnium fidelium qui fuerunt ab initio mũdi.Appropinquate enim iam tempore in carnationis Chriſti, quo vaticinia prophetarum crebreſcebant,quod tempus repræſentat eccleſia, poterit dici , Nunc propior eſt noſtra ſalus.ſ.Chriſtus, q̃ cùm credidimus.i. cùm homines à principio credere ceperunt Chriſti aduẽtum futurum.Eſa.56,Iuxtà eſt ſalus mea, vt veniat,& iuſtitia mea,vt reueletur. Poſſet etiam aſſumi ad tempus miſericordiæ,quo quis incipit velle à præteritis peccatis diſcedere. Tunc enim magis appropinquat ſuæ ſaluti,q̃ à principio,dum haberet fidem informem.Iac.4,Reſiſtite diabolo,& fugiet à vobis,appropinquate deo,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Nox præceſsit,dies autem appropinquauit,&c.]ponit ad propoſitum ſimilitudinem. Quod quidem ſecũdum intentionem Apoſtoli ſic videtur eſſe intelligẽdum, vt totum tẽpus vitæ preſentis nocti comparetur propter ignorantiæ tenebras. Et de hac nocte dicitur Eſa.26,Anima mea deſiderauit te in nocte.Diei autem cõparatur ſtatus futuræ beatitudinis ,ppter claritatem qua ſancti illuſtrãtur.Eſa.60,Non erit tibi amplius ſol ad lucẽdum per diem,nec ſplẽdor lunæ illuminabit te,ſed erit tibi dominus in lucẽ ſempiternam. Ad quem diẽ refertur quod dicitur in Pſal. Hæc dies quam fecit dominus exultemus,& letemur in ea. Alio modo poteſt intelligi q̃ ſtatus culpæ nocti comparetur propter tenebras culpæ,de quibus dicitur in Pſal. Neſcierunt neq; intellexerunt,in tenebris ambulant. Et de hac nocte dicitur Sap.17,Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox,imago tenebrarum,quæ ſuperuentura erãt illis. Dies autem dicitur ſtatus gratiæ propter lumen ſpiritualis intelligẽtiæ, quod iuſti habẽt, ſed impiis deeſt.Pſal.Lux orta eſt iuſto.Sap.5,Sol intelligentiæ nõ eſt ortus nobis. Tertio modo poteſt intelligi q̃ comparetur nocti tempus præcedẽs Chriſti incarnationem , quia nõdum erat manifeſtata, ſed ſubquadam caligine.2.Pet.1,Habetis propheticum ſermonem,cui benefacitis attendẽtes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco.Et de hac nocte dicitur Eſa.21,Cuſtos qui de nocte. Vnde ſicut in nocte apparent vmbræ,ita etiam illo tẽpore eminebãt legalia,quæ ſunt vmbra futurorum:vt dicitur Colloſſ.2. Tempus autẽ ab incarnatione Chriſti cõparatur diei propter præſentiam ſpiritualis ſolis in mũdo:de quo dicitur Malac. vlt.Vobis timentibus nomen meum,orietur ſol iuſtitiæ.Vnde & ipſe dominus dicit Ioan.9,Me oportet operari opera,eius qui miſit me donec dies eſt.Et poſtea ſubdit,Quãdiu in mũdo ſum,lux ſum mũdi. Quod ergo dicitur,Nox præceſsit,indifferenter accipi poteſt pro qualibet prædictarum noctium.Iam enim præceſſerat eos quibus ſcribebat & magna pars tẽporis huius vitæ, & quod verius eſt, præceſſerat nox culpæ: præceſſerat etiam tempus legis quod fuit ante Chriſtum.Quod autẽ ſubdit,Dies autem appropinquauit, videtur ſecũdum intentionem Apoſtoli referẽdum eſſe ad diem futuræ gloriæ, qui licet nõdum aduenĩſſet fidelibus Chriſti quibus ſcribebat,tamen in propinquo erat eis ſecũdum prædicta.Poſſet etiam intelligi tẽpus gratiæ Chriſti,quod & ſi iam aduenerit ſecũdum temporum curſum,appropinquare tamen nobis dicitur per fidem & deuotionem,ſicut & Philipp.4,dicitur,Dominus propè eſt.Et in Pſal.Propè eſt dominus omnibus inuocãtibus eum.Poteſt etiam hoc congruere his qui de peccatis pœnitere incipiunt,quibus dies gratiæ appropinquat. ¶ Deinde cùm dicit[Abiiciamus &c.]concludit exhortationem de honeſtate vitæ. Et primò ponit exhortationem.Secundò exponit eam,ibi[Non in cõmeſſationibus &c.] Circa honeſtatẽ vitæ tria tangit.Primò quidem remotionem vitiorum concludens ex præmiſsis,ſi nox præceſsit,vt dictum eſt,abiiciamus opera tenebrarum,quia vt dicitur Eccle.8,Omni negotio tempus eſt & oportunitas.Vnde recedente nocte ceſſare debent opera noctis. Dicuntur autem opera tenebrarum,opera peccatorum. Primò quidem quia in ſeipſis priuata ſunt lumine rationis, quo illuſtrari debẽt humana opera.Eccl.2, Sapientis oculi in capite eius,ſtultus in tenebris ambulat. Secundò in tenebris aguntur. Iob 24, Oculus adulteri obſeruat caliginem. Tertiò quia per ea homo ad tenebras ducitur, ſecũdum illud Matt.22, Mittite eum in tenebras exteriores.Secũdò inducit ad aſſumẽdas virtutes.Quaſi dicat, Ex quo dies appropinquauit, aſſumentes ea quæ congruũt diei,induamur arma lucis.i.virtutes, quæ & arma dicũtur,inquãtum nos muniũt, Ephe.vlt.Induite vos armaturam dei,vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.Et dicuntur lucis arma,tum quia lumine rationis decorantur & perficiuntur.Vnde dicitur Prou.4, Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplẽdens

Duplex propinquitas vitæ æternæ in nõbis.

Totũ tẽpus vitæ huius nox eſt, & ſtatꝰ futuræ beatitudinis dies eſt.

procedit,tum quia lucis examen requirunt.Ioã.3, Qui facit veritatem,venit ad lucem,tum quia per opera virtutum alii illuminãtur.Mat.15,Sic luceat lux veſtra corã hominibus &c.Tertiò exhortatur ad vſum virtutũ & profectũ,cùm dicit,Sic vt in die honeſtè ambulemus.Hæc enim duo videtur diei congruere.Primò quidem honeſtas. Nam in die vnuſquiſq; ſe ſtudet componere, vt coram aliis honeſtus appareat. In nocte autem non ſic.Vnde dicitur 2.Theſſal.5, Qui dormiunt,nocte dormiunt: & qui ebrii ſunt,nocte ebrii ſunt: nos autem qui diei ſumus, ſobrii ſumus. Vnde 1.Cor.14,dicitur,Omnia honeſtè,& ſecũdum ordinem fiãt in vobis.Secũdò homo in die ambulat,nõ in nocte.Vnde dicitur Ioan.11, Qui ambulat in nocte,offendit. Et ideo quia dies eſt,oportet q̃ ambulemus.i.de bono in melius procedamus.Vnde dicitur Ioã.12, Ambulate dum lucem habetis. ¶ Deinde cùm dicit[Non in comeſſationibus &c.]exponit quod dixerat. Et primò exponit quomodo ſunt abiicienda opera tenebrarum,quæ ſunt opera peccatorum,de quibus quædam enumerat.Primò ponens ea quæ pertinent ad corruptionem cõcupiſcibilis,cuius corruptio eſt intẽperantia,quæ eſt circa delectationis tactus,& circa cibos,cùm dicit,Non in comeſſationibus.Dicuntur comeſſationes ſuperfluæ & nimis accuratæ comeſtiones. Prouerbiorum 23, Noli eſſe in conuiuiis peccatorum, nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt . Quod quidem poteſt eſſe peccatum mortale,ex hoc quòd ſecũdum legem pro hac culpa aliquis dãnatur ad mortem.Dicitur enim de filio proteruo.Deutero.21,Comeſſationibus vacat & luxuriæ atq; conuiuiis,lapidibus eum obruet &c. Dicitur autem aliquis vacare comeſſationibus atq; conuiuiis,nõ quidem ſi comedat magnificè ſecũdum ſtatũ ſuæ dignitatis,ſicut dicitur Heſter 2, Quòd Aſſuerus iuſsit præparari cõuiuium magnificum propter coniũctionem Heſter,iuxta magnificẽtiam principalẽ,ſed quãdo aliquis hoc facit præter decẽtiam ſui ſtatus,& præciuè ſi ad hoc principalis eius cura exiſtat: ſicut illi de quibus dicitur infrà vlti.huiuſmodi Chriſto domino nõ ſeruiunt,ſed ſuo vẽtri.Et Phil.3,Quorum deus vẽter eſt. ¶ Secũdò excludit intemperãtiam circa potũ, cùm ſubdit,Et ebrietatibus. Quæ pertinent ad ſuperfluitatem potus extra mẽſuram rationis hominem ponentis.Eccle.31,Vinum in iocũditate creatum & nõ in ebrietate.Et eſt conſiderãdum quòd ebrietas ex ſuo genere eſt peccatũ mortale,cùm,ſ.homo ex propoſito inebriatur,quia videtur præferre delectationem vini integritati rationis.Vnde dicitur Eſa.5,Væ qui potentes eſtis ad bibẽdum vinũ,& viri fortes ad miſcendam ebrietatem,Si verò aliquis inebrietur præter intẽtionem,nõ ex propoſito,putà quia ignorat virtutem vini,vel quia nõ æſtimat ſe tãto potu inebriãdum,non eſt peccatum mortale, quia nõ per ſe inebriatur,ſed per accidens.i.præter intẽtionem,quod quidẽ non poteſt cõtingere in his qui frequẽter inebriãtur.Et ideo dicit Aug.in ſermone de purgatorio,q̃ ebrietas eſt peccatum mortale ſi aſsidua fuerit.Vnde ſignanter hîc Apoſtolus in plurali numero,dicit,Nõ in comeſſationibus & ebrietatibus. ¶ Tertiò ponit intemperãtiam circa corporalẽ quietem,cùm dicit,Non in cubilibus.i.nõ in ſuperflua dormitione,quam conueniẽter poſt comeſſationẽ & ebrietatem prohibet,quia ſequitur ex illis,& poteſt eſſe in hoc peccatum mortale, quãdo propter quietem corporalem & ſomnum omittit quæ facere debet , & inclinatur ad aliqua mala facienda. Mich.2,Væ qui cogitatis inutile,& operamini malum in cubilibus veſtris. Poteſt etiam quod dicit, Non in cubilibus veſtris, referri ad apparatũ luxuriæ. Vnde dicitur in perſona meretricis Prouer.7, Aſperſi cubile meum myrrha,&c.Gene.49,Aſcẽdiſti cubile patris tui. ¶ Et ideo conueniẽter quartò excludit intẽperantiam circa venerea,cùm ſubdit,Et impudicitiis.i.quibuſcũq; venereis actibus,qui dicũtur impudici,quia nõ cauẽt id quod eſt maximè pudore vel confuſione dignum:tum quia omnes delectationes tactus,gulæ & luxuriæ ſunt cõmunes nobis & brutis.Vnde qui eis inordinatè inſiſtit,brutalis efficitur.Pſa.Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus nõ eſt intellectus,&c.Tum etiam quia ſpecialiter in actibus venereis ratio hominis totaliter abſorbetur à delectatione, vt nõ poſsit homo tũc aliquid intelligere, ſicut Ariſtoteles dicit in lib. Ethic. Vnde & Oſee 4,dicitur Fornicatio & ebrietas & vinum auferũt cor.Apoc.9, Non egerũt pœnitentiam ſuper immũditia & fornicatione & impudicitia quam geſſerũt. ¶ Deinde excludit ea quæ pertinẽt ad corruptionẽ iraſcibilis,cùm dicit[Non in contẽtione.]Quę quidẽ,vt Ambroſius dicit,eſt impugnatio veritatis cum confidẽtia clamoris.Poteſt autem intelligi q̃ per hoc prohibetur omnis rixa, nõ ſolùm verborũ, ſed & factorũ, quæ vt plurimũ à verbis incipit.Prou.20, Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contẽtionibus. Solet autẽ contẽtio ex inuidia generari. Et ideo ſubdit,Et æmulatione.Vnde Iac.3,dicitur,Vbi zelus & cõtentio,ibi incõſtantia & omne opus prauũ.Secũdò exponit quomodo debeamus induere arma lucis,dicẽs, Sed induimini dominum Ieſum Chriſtum. In quo.ſ.abũdantiſsimè fuerunt omnes virtutes,ſecũdum illud Eſa.4,Apprehẽdent ſeptem mulieres virum vnum.Induimus autem Ieſum Chriſtum. Primò quidem per ſacramẽti ſuſceptionem.Gal.3,Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.Secundò per imitationem.Ephe.4,Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis,induentes nouum &c. Et Epheſ.4, Induite nouum hominem,qui ſecũdum deum creatus eſt in iuſtitia,&c. Dicitur autem induere Chriſtum, qui Chriſtũ imitatur,quia ſicut homo continetur veſtimento,& ſub eius colore videtur,ita in eo qui Chriſtum imitatur,opera Chriſti apparẽt.Per hoc ergo induimur arma lucis,quando induimur Chriſtum.Tertiò exponit quod dixerat,Sic vt in die honeſtè ambulemus,per hoc quòd ſubdit,Et carnis curam ne feceri tis in deſideriis.In hoc enim pulchritudo honeſtatis cõſiſtit,vt homo ſpiritum præferat carni,ſuprà 8, Debitores ſumus nõ carni,vt ſecũdum carnem viuamus.Sed notãdum quòd nõ dicit ſimpliciter,carnis curam ne feceritis,quia quilibet tenetur ,vt carnis curam gerat ad ſuſtẽtandam naturam,ſecundum illud Ephe.2, Nemo vnquam carnem ſuã odio habuit,ſed nutrit & fouet &c.Sed addit,in deſideriis,vt.ſ.inordinata carnis deſideria.i.concupiſcentias nõ ſequamur.Vnde dicitur Gal.5,Spiritu ambulate,& deſideria carnis non perficietis.

Quid cõeſſationes.

Ebrietas peccatũ eſt mortale cũ intenditur vel formaliter, vel interpretatiuè.

Induimus Chriſtũ per ſacramẽta, et imitatiõe

Caput 14.

Docetur nõ cõtẽnendos ĩperfectos ad pfectis in fide,prohibẽtur iudicia

IN firmum autem in fide,aſſumite: Non in diſceptationibus cogitationum. Alius enim credit ſe manducare omnia. Qui autem infirmus eſt,olus manducet. Is qui mãducat,non manducãtem non ſpernat: & qui non manducat,manducãtem non iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es qui iudicas alienũ ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Stabit autem, potẽs eſt enim deus ſtatuere illum. Nam alius iudicat diẽ inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diem, domino ſapit: & qui manducat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

domino manducat. Gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut uiuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim, Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus.

¶ Postquam Apostolus ostendit quomodo aliquis debeat perfectus fieri, hîc ostendit quomodo perfecti debeant se habere ad imperfectos. Et primò ostendit quòd non debẽt eos scandalizare vel iudicare. Secundò ostendit quomodo debent eos sustentare. 15. cap. ibi [Debemus autem nos firmiores &c.] Circa primũ duo facit. Primò prohibet inordinata iudicia. Secundò prohibet infirmorum scandala, ibi [Sed hoc iudicate magis &c.] Circa primum tria facit. Primò proponit admonitionem. Secũdò exponit eam, ibi [Alius enim &c.] Tertiò rationem assignat, ibi [Deus enim illum &c.] Circa primum considerandum est quòd in primitiua ecclesia aliqui ex Iudeis conuersi ad Christum, credebant legalia cum euangelio esse seruanda, vt patet Actu. 15. Et hos Apostolus vocat infirmos in fide Christi, quasi nondum perfectè credentes quòd fides Christi sufficiat ad salutem: perfectos autem vel firmos in fide vocat eos qui fidem Christi sine legalibus credebant esse seruandam. De vtrisque tamen erant aliqui Romæ inter fideles Christi. Alloquitur ergo Apostolus perfectos in fide, dicens, Dixi quò ddebetis induere Iesum Christum. Assumite autem, id est, affectu charitatis vobis coniungite ad supportandum infirmum in fide, sicut expositum est, dequo potest intelligi illud Sapien. 9, Infirmus homo & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legum. Infrà 15, Suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos. Eccl. 29, Propter mandatũ assume pauperem. Et hoc non in disceptationibus cogitationũ. i. non disceptãdo propter hoc quòd vnus contra aliũ cogitat, dum. s. illi qui legalia seruabãt, iudicabant tanq̃ transgressores eos qui non seruabãt. Et illi qui nõ seruabant, contennebant tanq̃ errantes & ignorantes qui seruabãt, suprà 2, Cogitationũ inuicem accusantium aut defendentium, &c. ¶ Deinde cùm dicit, [Alius enim, &c.] Exponit quod dixerat. Et primò ostẽdit qui sunt infirmi in fide, Secundò ostẽdit qualiter sint disceptationes cogitationum vitandæ, ibi, [Is qui manducat, &c.] Circa primum considerandũ est q̃ inter cęteras legales obseruantias vna erat discretio ciborũ propter aliquos cibos in lege prohibitos, vt patet Leui. 11. & hac quidẽ obseruantia quotidie erat vtendũ vel non vtẽdum. Et ideò de hoc mentionẽ fecit specialiter Apostolus, dicens, Alius enim qui. s. est perfectus in fide credit se posse licitè manducare, eo quòd nõ reputat se astrictũ ad legales obseruãtias. Mat. 15. Quod intrat in os nõ coinquinat hominem. 1. Tim. 4, Omnis creatura dei bona & nihil reiiciendũ, &c. In veteri autem lege prohibentur aliqui cibi, non quia naturaliter essent immundi. Sicut enim in verbis hoc nomen stultus significat aliquod malum, quãuis hoc nomen sit bonũ. Ita in rebus quoddam animal bonũ est secundum naturam, sed significatione est malum; sicut porcus qui significat immunditiã. Et ideò prohibitus est antiquis esus illarum carniũ, vt significaretur in eorum vitatione vitatio immunditiæ. Tota enim veteris populi vita figuralis erat vt Aug. dicit in libro cõtra Faustum. Veniente autẽ Christo qui est veritas cessauerũt figuræ. ¶ Subdit autẽ quantum ad infirmum [Qui autẽ infirmus est olus manducet] quasi dicat, Illis cibis vtatur quibus non occurrit aliquod immundũ in lege prohibitum. In singulis enim generibus animaliũ, putà terrestribus volatilibus & aquaticis quędã genera erant cõcessa, & quędã prohibita, sed in herbis & arboribus nihil erat prohibitum, vt patet Leui. 11, Et huius potest esse ratio duplex. Vna est quia terræ nascentia fuerunt à principio concessa homini ad ædendũ, secundũ illud Gene. 1, Ecce dedi vobis omnẽ herbam afferentem semen super terrã, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementẽ generis sui, vt sint vobis in escam. Sed post diluuiũ primò legitur concessus carnium esus. Vnde dicitur Gen. 9, Quasi olera virẽtia tradidi vobis omnia. s. animalium genera. Alia ratio est quia primã prohibitionem de abstinẽdo à quibusdam terræ nascẽtibus homo in paradiso transgressus fuerat, vt patet Gen. 3. & propter hoc nõ erat ei similis prohibitio iteranda. Sed cùm legalia cessauerũt in Christi passione, videtur quòd inconueniẽter Apostolus infirmis in fide permittat quòd à cibis prohibitis in lege abstineãt, quod nunc in Christianis nõ sustinetur ab ecclesia. Sed distinguendũ est triplex tempus, secundum Aug. quantũ ad legalia. Primum est tẽpus ante passionem Christi in quo legalia suũ robur obtinebant quasi adhuc viuentia. Secundũ autem tempus est post passionem Christi ante diuulgationem euangelii. In quo quidẽ tempore legalia mortua erãt: quia nullus ad ea tenebatur, nec obseruata aliquid cõferebant alicui, nondũ tamen erant mortifera, quia sine peccato poterant Iudei ad Christum conuersi legalia obseruare, & pro illo tẽpore loquitur hîc Apostolus. Tertium autem tempus est post diuulgationẽ euangelii in quo legalia non solùm sunt mortua, sed mortifera, vt quisquis ea seruet, peccet mortaliter. Exponitur autẽ & aliter ī glosa vt dicatur infirmus qui est ad lapsum vitiorum carnaliũ pronus, & huic consulendum est q̃ comedat olus. i. tenues & aridos cibos qui nõ sunt fomentum vitiorum, & abstineat ab illis quibus excitatur libido. Sed alius qui est fortior credit se absq; periculo omnia manducare. Et hæc differentia apparet. Mat. 9, Inter discipulos Christi qui nõ ieiunabant tanq̃ confortati præsentia Christi, & discipulos Ioannis baptistæ qui ieiunabant. Vnde & pœnitentiã agentes à quibusdã cibis abstinent non propter eorũ immuditiam, sed ad libidinem refrenandã. ¶ Deinde cùm dicit, [Is qui manducat, &c.] exponit quomodo sunt vitandæ disceptationes cogitationũ. Et primò quantum ad perfectos, dicens, [Is qui manducat] scilicet, cum secura cõscientia omnia, vel etiam sine periculo libidinis, non spernat nõ manducantem. s. indifferenter omnia tanquã infirmum in fide vel quasi pronum ad vitia. Esaiæ 33, Væ qui spernis, nónne & ipse sperneris? Lucæ 10, Qui vos spernit me spernit. Secundò loquitur quantum ad infirmos, dicens, & qui nõ manducat. s. indifferẽter omnia, vel quia est infirmus in fide de quo loquitur Apostolus, vel etiam quia pronus est ad libidinem, non inducet mãducantem. s. indifferenter omnia, quasi transgressorem legis vel quasi in libidinẽ præcipitem. Mat. 7, Nolite iudicare & nõ iudicabimini. suprà 2, Inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. ¶ Deinde cùm dicit, [Deus enim illũ assumpsit, &c.] assignat tres rationes propter quas debemus à falso iudicio abstinere. Secunda ponitur, ibi, [Suo domino,

Quis sit infirmus in fide, & quis firmus.

In singulis generibꝰ animaliũ q̃dã animalia erant in lege cõcessa vsui Iudæorũ q̃dã nõ in arboribꝰ autẽ & herbis nil prohibitum.

Post diluuiũ primò concessus esus carnis.

Triplex tẽpus legaliũ.

&c.] Tertia, ibi [Tu autem qui iudicas, &c.] Prima ratio sumitur ex authoritate iudicantis. Vnde primò ostendit hanc authoritatẽ deo competere. Secũdò concludit quòd iudiciũ ad homines non pertinet, ibi [Tu quis es, &c.] Dicit ergo primò, Rectè dictum est, quòd qui non manducat, manducãtem non iudicet. Deus enim assumpsit illum, scilicet in seruum à se iudicãdum. Zach. 11, Assumpsi mihi duas virgas, id est, duos populos. Psal. Assumpsit me de aquis multis. Ille autem qui assumitur ad superioris iudicium, non debet ab inferiori iudicari. Et ideo cõcludit, Tu quis es. i. cuius authoritatis vel virtutis es, qui iudicas alienũ seruum. i. proximum tuum, qui est seruus dei. Requiritur enim in iudicante authoritas secundum illud Exod. 2, Quis constituit te principem & iudicem super nos. Et Luc. 12, Quis me constituit iudicẽ aut diuisorẽ super vos. Sed ex hac ratione sequi videtur hominis iudiciũ de alio homine esse illicitum. Sed dicendum est q̃ intantum hominis iudicium licitũ est inquantum agitur authoritate cõcessa diuinitus. Vnde dicitur Deut. 1. Audite illos & quod iustũ est iudicate. Et postea sequitur. Quia dei est iudicium. i. authoritate diuina agitur. Si quis verò velit sibi vsurpare iudiciũ super ea quæ non sunt ei diuinitus cõcessa ad iudicandum, est iudicium temerariũ, sicut si quis iudex delegatus à papa vellet in iudicando trãsgredi mãdati fines. Deus autem soli sibi reseruauit iudicare occulta quæ præcipuè sunt cogitationes cordiũ, & futura. Et ideò si quis iudicare præsumpserit est temerariũ iudicium. Vnde Aug. dicit in lib. de sermone domini in mõte. In his duobus temerarium est iudiciũ cùm incertum sit quo animo quid factũ sit: vel incertum qualis futurus sit qui nunc sit bonus vel malus manifestè apparet. ¶ Deinde cùm dicit, [Suo domino stat, aut cadit, &c.] ponit secundam rationem quæ quidẽ sumitur ex fine meriti vel demeriti. Posset aliquis dicere quòd licet homo nõ habeat iudiciariam authoritatẽ, tamen intromittere se debet iudicio alterius propter damnũ vel fructum qui inde prouenit, sed Apostolus ostendit hoc ad deũ magis quàm ad homines pertinere. Et sic etiam propter hoc debemus deo proximorũ iudicia relinquere, nisi inquantum vice ipsius fungimur in iudicando per authoritatẽ nobis cõmissam. Circa hoc tria facit, Primò proponit quod intendit. Secũdò exẽplificat, ibi, [Nã alius iudicat, &c.] Tertiò probat propositũ, ibi, [Qui sapit diem, &c,] Circa primum duo proponit. Primò quòd quicquid circa hominẽ accidit ad deum pertinet cùm dicit. Suo domino stat. s. rectè agẽdo. Psal. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Aut cadit. s. peccando. Amos 5, Domus Israel cecidit & non adiiciet vt resurgat. Ponit autẽ sub disiunctione, stat aut cadit, propter incertitudinẽ, quia multi videntur cadere qui stant, & econuerso, secundum illud Eccle. 8, Vidi impios sepultos qui cum adhuc viuerẽt in loco sancto erant & laudabantur in ciuitate quasi iustorũ operum. Loquitur autẽ hîc Apostolus per similitudinem hominis serui ad cuius dominũ pertinet omne quod circa seruum agitur. Nec intelligẽdum est q̃ deo aliquid proficiat, vel noceat si homo stet aut cadat. Dicitur enim Iob 35, Si peccaueris quid ei nocebis, porrò si iustè egeris quid ei donabis? Sed quãtum ad homines, id quod iustè agimus ad gloriã dei spectat. Mat. 5, Vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est. Quod autem cadimus peccãdo, est hominibus occasio blasphemandi deum, suprà 2, Nomen dei propter vos blasphematur inter gẽtes. Vel quòd dicit, Suo domino stat, aut cadit, exponendũ est in iudicio domini sui. 1. Corin. 4, Qui iudicat me dominus est. Secũdò ostendit q̃ si cadit ad deum pertinet, dicens, [Stabit autem] quasi dicat, Et si aliquis nunc cadat per peccatũ, tamen potest esse quòd iterum stabit. Et hoc omnino implebitur si est prædestinatus. Psal. Nũquid qui dormit nõ adiiciet vt resurgat? Mich. 7, Ne lęteris inimica mea quia cecidi, resurgam. Et propter hoc si videmus aliquẽ manifestè cadentem, nõ debemus eũ despicere temerariè iudicando de eo quòd nunquã resurget, sed magis debemus præsumere quòd iterũ stabit, non ex consideratione cõditionis humanæ, sed considerando virtutẽ diuinam. Vnde cùm dicit, Potens est deus statuere illum propter eius bonitatem, præsumere debemus quòd iterũ statuet eum. Eze. 3, Ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes meos, sicut & suprà dictũ est. Si non permanserint in incredulitate inserentur, potẽs enim est deus iterum inserere illos. ¶ Deinde cùm dicit, [Nam alius iudicat, &c.] exemplificat quod dictũ est. Et primò proponit diuersitatem humanæ sententiæ, dicens, Ideò dico quòd suo domino stat, aut cadit. Nam alius iudicat inter diem & diem. i. iudicat inter vnũ diem & alium, vt. s. vno die abstineat, & nõ alio. Quod quidẽ videtur pertinere ad infirmũ in fide qui reputat adhuc legalia esse obseruanda. Dicitur enim Leui. 24, Decimo die mensis septimi dies expiationũ erit, affligetisq; animas vestras in eo. Et Iudich 8. dicitur q̃ Iudich ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. Alius autẽ iudicat omnẽ diem indifferenter esse obseruandũ quantum ad ieiunia legis quæ iam cessauerũt. Vnde hoc videtur pertinere ad eũ qui est perfectus in fide. Psal. Per singulos dies benedicam tibi. Potest hoc etiã referri ad abstinẽtias quæ fiunt causa cohibendæ libidinis quibus omni die aliqui vacant, putà qui perpetuò à carnibus vel vino abstinent vel ieiunant. quidã autem interpositis diebus abstinẽt, & ab abstinẽtia cessant, secundũ illud Eccle. 3, Omnia tẽpus habent. ¶ Secundò ostendit hæc omnia posse ad dei gloriã pertinere, dicens, Vnusquisq; in sensu suo abundet. i. suo sensui dimittatur. Abundare enim in sensu suo est sensum suũ sequi. Eccl. 15, Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illum in manu cõsilii sui. Vel in sensu suo. i. secundum sensum suum studeat abundare ad gloriã dei, secundũ illud 1. Cor. 14, Ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abundetis. Sed hoc videtur locũ habere in his quæ non sunt secundũ se mala. In his autem quæ sunt secundum se mala, nõ est homo suo sensui relinquendus. Quòd autẽ aliquis iudicet diem inter diem, videtur esse secundum se malum secundũ primam expositionem. Dicitur enim Gal. 4, Dies obseruatis & menses & tẽpora & annos, timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Et loquitur ad literam de his qui dixerũt dies obseruandos secundum cerimonias legis. Sed dicendum quòd Apostolus hîc loquitur secũdum tempus illud in quo Iudæis ad fidem conuersis licitũ erat legalia obseruare, vt dictum est: sed quãtum ad secundam expositionem videtur esse illicitum, quòd dicit, Alius iudicat omnẽ diem. Sunt enim quidam dies in quibus non est licitum ieiunare. Dicit enim Aug. in epistola ad Casulanum, Quisquis diem dominicum ieiunio decernẽdum esse putauerit, nõ paruo scãdalo erit ecclesiæ: Nec immeritò. Illis enim diebus quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi dei & instituta maiorũ, pro lege tenẽda sunt. Et in decretis dicitur di. 30, Si quis presbyter propter publicã pœnitentiã à sacerdote acceptã absq; alia necessitate die dominica pro

An in suo sensu qlibet sit relinquẽdus in legibꝰ seruãdis

quadam religione ieiunauerit sicut Manichei, anathema sit. Sed intelligendum est quòd hic Apostolus loquitur quantũ ad illas abstinentias quę quolibet die licitè fieri possunt absq; dissonantia cõmunis consuetudinis, vel eorum quæ sunt a maioribus instituta. ¶ Deinde cùm dicit, [Qui sapit diem, &c.] Probat propositũ, quòd. s. vnusquisq; suo domino stet, aut cadat: & hoc tripliciter. Primò per actũ fideliũ. Secundò per intẽtionem eorũ, ibi. [Nemo enim vestrum, &c.] Tertiò per eorũ conditionem, ibi [Siue ergo viuimus siue morimur, &c.] Probat ergo primò quomodo vnusquisq; fideliũ suo domino stat, aut cadit, per hoc ꝙ de omnibus quæ fecit secundũ suam conscientiã gratias adit deo. Vnde dicit. Qui sapit diem, vt. s. vno die abstineat & alio die ab abstinẽtia cesset, domino sapit. i. ad reuerentiã dei cibos discernit, sicut etiã nos discernimus vigilias festorũ in quibus ieiunamus à diebus festis quibus ieiuniũ soluimus propter reuerentiam dei. Eccl. 33, Quare dies diẽ superat, & iterum lux lucẽ. Deinde loquitur quantum ad illos qui iudicãt omnem diem, quorũ quidam omni die à ieiunio cessabant, sicut dicitur Mat. 9. quòd discipuli Christi non ieiunabant. Vnde dicit. Et qui mãducat. s. omni die domino mãducat. i. ad gloriam domini, quod per hoc patet, Gratias enim agit deo. s. de cibo assumpto. 1. Timo. 4, Abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendũ cum gratiarũ actione fidelibus. Psal. Edent pauperes & saturabũtur, &c. Vlterius quantũ ad eum qui sic iudicat omnẽ diem, vt. s. omni die abstineat, subdit. Et qui nõ manducat. i. abstinet omni die, domino. i. ad honorem domini nõ manducat. Et hoc patet per hoc ꝙ gratias agit deo qui sibi dedit voluntatẽ & virtutem abstinẽdi. 1. Thess. vlt. In omnibus gratias agite. Sed quod hîc dicit Apostolus de his qui omni die vel abstinebãt vel ab abstinentia cessabãt, debet intelligi quantũ ad illud tempus in quo hoc nõ erat contrariũ statutis maiorũ nec cõmuni consuetudini populi dei. ¶ Deinde cùm dicit, [Nemo enim vestrũ sibi viuit, &c.] probat idẽ ex intentione fidelium, Et primò excludit inordinatã intentionẽ, dicens, Rectè dico ꝙ vnusquisque domino suo stat aut cadit. Nemo nostrũ sibi viuit vel naturali vita vel spirituali, de qua dicitur Abac. 2, Iustus autẽ meus ex fide viuit, sibi. i. propter seipsum, quia hoc esset frui seipso. 1. Corin. 10, Non quęrens quod mihi vtile. Psal. Non nobis domine nõ nobis, &c. vel sibi. i. secũdum suã regulã, sicut qui dicũt Sapi. 2, Sit fortitudo nostra lex iustitiæ vel sibi. i. suo iudicio. 1. Cor. 4, Sed neq; meipsum iudico. Et nemo moritur scilicet, morte corporali vel morte spirituali peccãdo, vel etiã morte spirituali qua quis moritur vitiis, putà in baptismo, secundũ illud suprà 6, Qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Vel sibi. i. suo iudicio vel propter seipsum aut suo exẽplo, sed exẽplo Christi moritur aliquis à vitiis. Ro. 6, Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, & infrà, Ita & vos existimate vos mortuos esse peccato. ¶ Secundò ostẽdit qualis sit recta intentio fideliũ, dicens, Siue enim viuimus vita corporali, domino viuimus. i. ad gloriã domini. Siue morimur morte corporali, domino morimur. i. ad honorem domini. Phil. 1, Magnificabitur Christus in corpore meo siue per mortẽ siue per vitã. Vel sic exponatur ꝙ dicit domino. i. iudicio domini qui constitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorũ, vt dicitur Act. 10. ¶ Deinde cùm dicit, [Siue ergo viuimus, &c.] ostendit propositũ ex conditione fideliũ. Et primò cõcludit ex præmissis conditionẽ fidelium. s. ꝙ nõ sunt sui, sed alterius. Illi enim qui sui sunt, sicut liberi homines sibi viuunt & sibi moriuntur. Quia ergo dictũ est quòd fideles nõ sibi viuunt aut moriũtur sed domino, concludit sic. Siue ergo viuimus siue morimur, domini sumus, quasi serui eius qui habet potestatẽ vitæ, & mortis. 1. Cor. 7, Prætio empti estis, & nolite fieri serui. Empti enim estis prætio magno. 1. Para. 12, Tui sumus ô Dauid, & tecũ filii Ysai. Secundò assignat causam huius cõditionis, dicens, [In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit]. i. hoc adeptus est sua morte, vt viuorũ dominaretur, quia resurrexit vitã nouam, & perpetuã inchoando. Et mortuorũ, quia mortem nostrã moriendo destruxit. 2. Cor. 5, Pro quibus mortuus est Christus, vt qui viuũt iam non sibi viuãt, sed ei qui pro eis mortuus est, & resurrexit. Sic igitur per omnia prędicta Apostolus probauit, quòd vnusquisq; domino suo stat, aut cadit, per hoc. s. quòd fideles gratias agũt deo, & quòd domino viuũt, & moriuntur, & quòd domini sunt, & in morte, & in vita. ¶ Deinde cùm dicit, [Tu autẽ quid iudicas? &c.] ponit tertiã rationem quæ sumitur ex futuro iudicio. Et circa hoc tria facit. Primò proponit superfluitatẽ præsentis iudicii, dicens, Tu autẽ quid iudicas? i. qua vtilitate vel necessitate iudicas fratrẽ tuum temerè de occultis quæ tuo iudicio nõ sunt cõmissa? Aut tu alius qui iudicaris, quare spernis fratrẽ tuum pro nullo reputãs ab eo iudicari? Mala. 2, Quare despicit vnusquisq; fratrẽ suum. Secundò præmittit futurũ Christi iudiciũ. q. d. Rectè dico cur iudicas, quia nõ debeas timere quòd absq; iudicio remaneat. Omnes enim stabimus antè tribunal Christi. Dicitur enim tribunal Christi eius iudiciaria potestas, sicut & Mat. 25. dicitur, Cũ venerit filius hominis in maiestate sua, tũc sedebit super sedẽ maiestatis suæ. Dicit autẽ, Omnes stabimus quasi iudicandi, tam boni, q̃ mali, quantũ ad remunerationem, vel punitionẽ. 2. Corinth. 5, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Sed quantũ ad discussionẽ, nõ omnes stabunt, vt iudicãdi, sed quidã consedebunt, vt iudices. Matt. 19, Sedebitis super sedes iudicãtes duodecim tribus Israel. Tertiò, ibi [Scriptũ est enim, &c.] probat quod dixerat. Et primò inducit authoritatẽ. Secundò infert conclusionẽ, ibi [Itaq; vnusquisq;, &c.] Dicit ergo primò dictũ est quòd omnes stabimus ante tribunal Christi, & hoc patet per authoritatẽ sacræ scripturæ. Scriptũ est enim, Esa. 45, Viuo ego dicit dominus: quoniã mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Litera nostra sic habet. In memetipso iuraui, quia mihi curuabitur omne genu & iurabit omnis lingua. Tria autem in his verbis ponuntur. Primò quidẽ iuramentum quod interdũ in verbis dei ponitur ad ostẽdendum id quod dicitur firmũ, esse immutabilitatẽ diuini cõsilii, nõ autẽ esse mutabile sicut ea quæ prænunciãtur secundũ causas inferiores, vt prophetia cominationis. Vnde dicitur in Psal. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum. Homines autẽ vt Apostolus dicit Heb. 6, per maiorẽ sui iurãt. Quia verò deus nõ habet maiorem in quo maior firmitas consistat veritatis, pe seipsum iurat. Ipse autẽ est ipsa vita & fons vitæ, & ideo forma iuramenti domini est. Viuo ego. q. d. Iuro per vitã qua ego singulariter viuo. Secũdò prænuntiatur subiectio cõmunis creaturæ ad Christum cùm dicitur. Quoniã mihi. s. Christo, flectetur omne genu. In quo designatur perfecta subiectio rationalis creaturæ ad Christum. Solent enim homines in signũ subiectionis maioribus flectere genua. Vnde Phil. 2, dicitur. In nomine Iesu omne genu flectatur cęlestiũ terrestriũ & infernorum. Tertiò prænunciat fidei confessionẽ qua omnes gloriã Christi cõfitebuntur. Vnde sequitur, Et omnis lingua cõfitebitur deo. i. cõfitebitur Christũ esse dominum, secundũ illud Phil. 2, Omnis lingua cõfiteatur, quia dñs noster Iesus Christus in gloria est dei patris. Omnis enim lingua intelligi potest expressio cognitionis siue hominũ siue angelorum: hoc autẽ impletur nũc in hac vita, nõ quãtũ ad singulos homines, sed quãtum ad genera singulorum. De quolibet enim genere hominũ nunc aliqui Christo subiiciuntur & ei confitentur per fidem, sed in futuro iudicio omnes & singuli ei subiicientur, boni quidẽ voluntariè, mali autẽ inuiti. Vnde dicitur Heb. 2, in eo quòd ei omnia subiecit nihil dimisit nõ subiectum ei: nunc autẽ nec dum videmus omnia subiecta ei. ¶ Deinde cùm dicit, Itaq; vnusquisq;, &c.] infert conclusionem ex dictis. Et primò conclusionem intentã ex eo ꝙ immediatè dixerat, dicens, Itaq; ex quo Christo flectitur omne genu, vnusquisq; nostrum per se reddet rationẽ deo. s. ante tribunal Christi. Mat. 12, De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines reddent deo rationem in die iudicii. Et 18, Assimilatũ est regnum cælorũ homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Sed videtur ꝙ non quilibet per se rationem reddet sed vnus pro alio. Heb. vlt. Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. Sed dicendum ꝙ in hoc ipso ꝙ prælati pro aliis rationem reddẽt, reddent rationem pro suis actibus quos circa subditos agere debuerũt. Si enim fecerunt quod competebat eorum officio, non eis imputabitur si subditi pereant. Imputaretur autẽ eis si negligerent facere quod eorum officiũ requirebat. Vnde dicitur Ezec. 3, Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requiram. Si autẽ tu annuntiaueris impio, & ille nõ fuerit cõuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autẽ animã tuam liberasti. Secundò infert conclusionem principaliter intentam in tota præcedenti parte, dicens, Non ergo amplius inuicẽ iudicemus. s. temerario iudicio, quod includitur rationibus supradictis. 1. Corint. 4, Nolite ante tempus iudicare, &c.

Lectio 2.

Docet vitãda esse scandala.

Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri uel scandalũ. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid cõmune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus cõtristatur, iam non secundũ charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Nõ ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei.

¶ Postquam Apostolus prohibuit humana iudicia, hîc prohibet scandalũ proximorum, & circa hoc tria facit. Primò proponit quod intẽdit. Secundò manifestat propositũ, ibi [Si enim propter cibũ, &c.] Circa primum proponit tria. Primò enim docet scãdala esse vitanda, dicens, Dixi ꝙ non iudicetis inuicem, sed vnusquisq; de suis actibus iudicare debet ne sint in scandalũ aliorũ, & hoc est quod dicit. Sed hoc iudicate magis ne ponatis fratribus offendiculũ vel scandalum. Scandalum autẽ sicut dicit Hier. super Mat. notat offendiculum vel ruinam, quam impactionẽ pedis possumus dicere. Vnde scãdalum est factũ vel dictum minus rectum, præbens alicui occasionem ruinæ, ad similitudinẽ lapidis ad quem in via positum homo impingit, & cadit. Maius autem aliquid videtur esse scãdalũ quàm offendiculum. Nam offendiculũ potest esse quicquid retinet seu retardat motum procedẽtis, scãdalum autem. i. impactio videtur esse cùm aliquis disponitur ad casum. Non ergo debemus fratri ponere offendiculũ vt aliquid faciamus, vnde impediatur proximus à via iustitiæ. Esa. 57, Aufferte offendiculũ de via populi mei. Neq; etiam debemus fratri ponere scandalum aliquid faciẽdo, vnde ipse inclinetur ad peccatum. Mat. 18, Væ homini illi per quẽ scandalum venit. Secundò docet id ex quo scandalũ parabatur esse, secundũ suam naturam, siue secundũ se licitum. Circa quod sciendum est ꝙ sicut suprà dictũ est apud Romanos, erant quidã ex Iudæis ad fidem cõuersi qui cibos secundum legem discernebant: alii verò habentes fidem perfectã indifferenter omnibus cibis vtebãtur, quod quidem secundũ se licitum erat. Vnde dicit, Scio & confido in domino Iesu, quia nihil est cõmune per ipsum. Circa quod notandũ est quòd sicut dicit Hiero. super Mat. quòd populus Iudæorum partem dei se esse iactans cõmunes cibos vocat quibus omnes vtuntur homines, verbi gratia suillam carnẽ, lepores & huiusmodi: & cæteræ gentes quæ talibus vtebantur cibis nõ erant de parte dei, ideo talis cibus immũdus appellatur. Quod ergo dicit, Nihil cõmune est, idem ac si diceret nihil immundum est. Et hoc quidẽ Apostolus primum dicit se scire, quia ita est secundũ rerum naturã, secundũ illud. 1. Tim. 4, Omnis creatura dei bona, & nihil reiiciendum quod cum gratiarũ actione percipitur. Secundò dicit se cõfidere in Christo Iesu, quia per seipsum nihil est cõmune, quia. s. cibi secundũ suam naturam nunquã fuerunt immundi, vitabantur tamen aliquo tẽpore vt immundi. secundũ legis præceptum propter figurã, sed hoc Christus remouit implendo omnes figuras. Et ideo Apostolus per fidutiã quam habet in domino Iesu asserit nihil esse cõmune vel immundum per ipsum. i. ipso hoc faciente. Act. 10, Quod deus purificauit, tu ne cõmune dixeris. Tertiò ostẽdit quomodo hoc posset esse per accidens illicitũ, inquantum. s. est contra conscientiã manducantis. Vnde dicit. Dictũ est quod nihil est cõmune. Sed hoc intelligendũ est nisi ei qui erronea conscientia estimat quid. i. aliquid ciborum cõmune esse. i. immundum, illi cõmune est. i. ita est illicitum sibi ac si esset secundũ se immundum. Tit. 1, Omnia mũda mundis, coinquinatis autẽ & infidelibus nihil mundũ est, sed inquinata est eorũ mens, & conscientia, & sic apparet quòd aliquid quod est secundum se licitum, efficitur illicitum ei qui id contra suam conscientiã agit, licet conscientia sua sit erronea, quod rationabiliter accidit. Nam actus iudicantur secundum voluntatẽ agentium. voluntas autem mouetur à re apprehẽsa. Vnde in id voluntas tendit ꝙ ei vis apprehensa representat, & secundũ hoc qualificatur, vel specificatur actio. Si igitur ratio alicuius iudicet aliquid esse peccatum, & voluntas feratur in id faciendũ, manifestum est quòd homo habet voluntatẽ faciendi peccatum, & ita actio eius exterior quæ informatur ex voluntate, est peccatum. Et eadẽ ratione si aliquis estimet id quod est veniale peccatũ, esse mortale peccatũ, si hæc conscientia durante illud faciat, manifestũ est ꝙ elegit peccare mortaliter, & ita actio eius propter suam electionẽ est peccatum mortale. Si tamen aliquis post factũ habeat conscientiam erroneã per quam credat id quod est licitũ à se factum fuisse peccatũ,

Quid scandalum.

Differunt offẽdiculũ et scandalũ

Quid cibus communis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De conscientia erronea

vel quod est veniale fuisse mortale non propter hoc efficitur id quod est prius, vel peccatum, vel mortale, quia voluntas, & actio nō informantur ex apprehensione sequenti, sed ex præcedenti. Hæc autē quæ dicta sunt dubitationē non habent, sed dubium potest esse, vtrum si aliquis habeat erroneā conscientiam vt credat esse necessariū ad salutem quòd est peccatū mortale, putà si aliquis çstimet se peccare mortaliter nisi furetur vel fornicetur, vtrū talis cōscientia eum liget, ita. ſ. quòd si contra conscientiā agat mortaliter peccet. Et videtur quòd non. Primò quidē quia lex dei quæ prohibet fornicationem & furtum fortius ligat quàm conscientia. Secundò quia hoc posito esset perplexus: peccaret enim & fornicādo & non fornicādo. Sed dicendum est quòd etiā in per se malis conscientia erronea ligat. In tātum enim conscientia ligat, vt dictum est inquātum ex hoc quòd aliquis contra conscientiā agit, sequitur ꝙ habeat voluntatē peccādi, & ita si aliquis credat nō fornicari esse peccatū mortale dum eligit non fornicari, eligit peccare mortaliter, & ita mortaliter peccat. Et ad hoc etiā facit quod hīc dicit Apostolus. Manifestū est enim quòd discernere cibos non necessariū ad salutem erat illis, quia nec Iudæis cōuersis etiā ante diuulgationem euāgelii licebat seruare legalia spem ponēdo in eis quasi essent necessaria ad salutē, vt Aug. dicit. Et tamen Apostolus hīc dicit quòd si quis habens conscientiā cogentem discernere cibos, quod est æstimare aliquid esse cōmune, & nō discernit eos. ſ. abstinendo ab eis, peccat ac si manducaret immundum. Et ita etiā in per se illicitis conscientia erronea ligat. Nec obstat quod primò obiicitur de lege dei, quia idē est ligamen conscientiæ etiā erroneæ & legi dei. Non enim cōscientia dictat aliquid esse faciendū vel vitandum, nisi quia credit hoc esse legem dei. Non enim lex nostris actibus applicatur, nisi mediāte conscientia nostra. Similiter etiā nec obstat quod secūdò obiicitur. Nihil enim prohibet aliquē esse perplexum aliquo suppositō, licet nullus sit perplexus simpliciter: sicut sacerdos fornicarius, siue celebret missam, siue nō celebret quādo debet ex officio peccat mortaliter, nō tamen est perplexus simpliciter, quia potest peccatū dimittere & celebrare. Et simpliciter potest aliquis conscientiā erroneam dimittere, & à peccato abstinere. ¶ Est autē adhuc alia dubitatio. Non enim dicitur scādalizare qui facit opus rectum, licet etiā ex eo aliquis sumat materiam scādali. Legitur enim Mat. 15. quòd pharisei audito verbo Christi, scandalizati sunt, sed non discernere cibos est opus rectum: ergo non est dimittendū propter scandalum eius qui peruersam conscientiā habet errans in fide. Nam secundū hoc catholici deberent abstinere à carnibus & matrimonio ne inde hęretici scandalizarentur secundū erroneam cōscientiam. ¶ Sed dicendū est quòd aliquis scandalizare alium potest, non solùm faciendo aliquod malum, sed etiā aliquid faciendo quod habet speciem mali, secundū illud 1. Thess. vlt. Ab omni specie mali abstinete vos. Dicitur autē aliquid habere speciem mali dupliciter. Primò videlicet secundū opinionem eorum qui sunt ab ecclesia præcisi. Secūdò secundum opinionem eorū qui adhuc ab ecclesia tollerātur. Infirmi autē in fide æstimantes legalia esse obseruāda adhuc tollerabantur ab ecclesia ante euangelii diuulgationem. Et ideo nō erat comedendū cum eorum scādalo de cibis in lege prohibitis. Hęretici autē non tollerantur ab ecclesia, & ideo de eis nō est similis ratio. ¶ Deinde cùm dicit, [Si enim propter cibū, &c.] manifestat quod dixerat. Et primò primum. ſ. quod nō sit ponendū scandalū fratribus. Secūdò secundū & tertium, quomodo. ſ. sit aliquid cōmune, ibi [Omnia quidē munda sunt, &c.] Circa primum ponit quatuor rationes, quarum prima sumitur ex parte charitatis, dicens, Si enim frater tuus contristatur de hoc quòd reputat te peccare propter cibum quē tu comedis, quem ipse reputat immundū, iam non secundum charitatem ambulas, secundū quam aliquis proximū suum diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius contristationē & non prefert cibum quieti fratris, quia vt dicitur 1. Cor. 13, Charitas non quærit quæ sua sunt. Secunda rationem ponit, ibi [Noli cibi tuo, &c.] Quæ sumitur ex parte mortis Christi, videtur enim parum appreciare mortem Christi qui pro cibo fructum eius euacuare non recusat. Vnde dicit. Noli cibo tuo quem tu. ſ. indifferenter comedis non discernendo cibos illū perdere. i. scandalizare, pro quo, id est, pro cuius salute Christus mortuus est. 1. Petri 3. Christus semel mortuus est, iustus pro iniustis. Dicit autē illum perdi qui scandalizatur, quia scandalum passiuum sine peccato scandalizati esse non potest. Ille enim scandalizatur qui occasionem sumit ruinæ. 1. Corin. 8, Perībit infirmus in tua conscientia frater, pro quo Christus mortuus est. Tertiam rationem ponit, ibi [Non ergo blasphemetur, &c.] Quæ sumitur ex donis spiritualis gratiæ. Et primò ostendit inconueniens quod sequitur contra huiusmodi dona ex eo quòd alios scandalizamus. Secūdò manifestat quod dixerat, ibi [Non enim, &c.] Tertiò infert conclusionem intentam, ibi [Itaq; quæ pacis sunt sectemur, &c.] Circa primum considerandū est quòd ex hoc quòd aliqui indifferenter cibis vtebantur in primitiua ecclesia cum scādalo infirmorum hoc inconueniens sequebatur quòd infirmi fidē Christi blasphemabant, dicentes eam voracitatem ciborū inducere contra legis mādatum. Et ideo Apostolus dicit ex quo per dominum Iesum factum est quòd nihil est cōmune, non ergo bonum nostrum. i. fides vel gratia Christi per quam libertatem à cerimoniis cōsecuti estis blasphemetur ab infirmis dicentibus eam gulæ hominum indulgere. Iaco. 2, Ipsi blasphemant nomen bonum quod inuocatum est super vos, de hoc bono dicitur in Psal. Mihi adherere deo, bonum est. ¶ Deinde cùm dicit, [Non enim, &c.] manifestat quod dixerat. ſ. in quo bonum nostrum consistat. Et primò ostendit in quo non consistat, dicens, Non enim est regnum dei esca & potus. Regnum autem dei dicitur hīc, id per quod deus regnat in nobis & per quod ad regnū ipsius peruenimus, de quo dicitur Mat. 6, Adueniat regnum tuum, & Mich. 4, Regnabit dominus super omnes in monte Sion. Deo autem coniungimur & subdimur per interiorem intellectū, & affectum, vt dicitur Io. 4, Spiritus est deus, & eos qui adorāt eum in spiritu, & veritate adorare oportet. Et inde est quòd regnum dei principaliter consideratur secundū interiora hominis, non secūdum exteriora. Vnde dicitur Lu. 17, Regnū dei intrà vos est. Ea verò quæ sunt exteriora ad corpus pertinentia intantū ad regnum dei pertinent, inquātum per ea ordinatur, vel deordinatur interior affectus, secūdum ea in quibus principaliter cōsistit regnum dei. Et ideo cū esca, & potus ad corpus pertineant, ipsa secundū se non pertinent ad regnū dei, nisi secundū quod eis vtimur, vel ab eis abstinemus. Vnde dicitur 1. Cor. 8, Esca autē nos nō cōmendat deo. Neq; enim si non manducauerimus, deficiemus: neq; si manducauerimus, abundabimus. Pertinet tamen vsus, vel abstinentia escæ, & potus ad regnum dei inquantū affectus hominis circa hoc ordinatur, vel deordinatur. Vnde

Aliquis perplexus secūdū quid aliquo. ſ. suppositō nullus tamen est simpliciter perplexus.

Speciē mali dicitur aliquid habere dupliciter.

Aug. dicit in lib. de quæstionibus euangelii, & habetur hīc in glo. Iustificatur sapientia à filiis suis qui intelligunt non in abstinendo, nec in māducando esse iustitiā, sed in æquanimitate tollerandi inopiā, & intemperantia non se corrūpendi per abundantiā atque importunitatē sumendi. Nō enim interest quomodo (vt in glo. dicitur) quid alimētorum, vel quantū quis accipiat, dūmodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus viuit, & personę suę, & pro valetudinis suæ necessitate, sed quāta facultate & seueritate animi careat his, vel cùm oportet vel cùm necesse est his carere. Secundò ostēdit in quo consistat bonū nostrum quod regnū dei vocat, dicens, Sed regnū dei est iustitia, & pax, & gaudiū in spiritu sancto. Vt iustitia referatur ad exteriora opera, quibus homo vnicuiq; reddit quod suū est ad voluntatē huiusmodi opera faciēndi, vt dicitur Mat. 6, Primū quærite regnū dei & iustitiā eius. Pax autē refertur ad effectū iustitiæ. Per hoc enim pax maximè perturbatur ꝙ vnus homo nō exhibet alteri quod ei debet. Vnde dicitur Esa. 32, Opus iustitię pax. Gaudiū autē referendum est ad modū quo sunt iustitiæ opera faciēda, vt enī dicit Philosopus in 1. Ethi. Nō est iustus qui non gaudet iusta operatione. Vnde & in Psal. dicitur, Seruite domino in lætetia. Causam autē huius gaudii exprimit dicēs, In spiritu sancto.. Est enī spiritus sanctus quo charitas dei diffunditur in nobis, vt dicitur suprà 5. Illud enim est gaudiū in spiritu sancto quod charitas parit, puta cū aliquis gaudet de bonis dei & ꝓximorū. Vnde 1. Cor. 13, dicitur, ꝙ charitas nō gaudet sup iniquitate, cōgaudet autē veritati. Et Gal. 5. dicitur, Fructus autē spiritus, est charitas, gaudiū, pax. Hæc autē tria quæ hīc tāgūtur imperfectē quidē in hac vita habētur, perfectè autē quādo sancti posidebūt regnū dei sibi paratū, vt dicitur Mat. 2, Ibi erit perfecta iustitia absq; omni peccato. Esa. 6, Populus tuus omnes iusti. Ibi erit pax absq; omni perturbatione timoris. Esa. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ. Ibi erit gaudiū. Esa. 35, Gaudiū & læticiā obtinebūt, & fugiet dolor & gemitus. Tertiò probat quod dixerat. ſ. ꝙ in his regnū dei cōsistit. Ille enim homo videtur ad regnū dei pertinere, qui placet deo, & à sanctis hominib⁹ approbatur, sed hoc illi cōtingit in quo inuenitur iustitia, pax & gaudiū: ergo in his est regnū dei. Dicit ergo, dictū est ꝙ regnū dei est iustitia, pax & gaudiū in spiritu sancto. Qui ergo in hoc seruit Christo, qui est rex huius regni, secundū illud Col. 1, transtulit nos in regnū filii dilectionis suæ; vt. ſ. viuat in iustitia, pace & spirituali gaudio, placet deo, qui est huius regni actor. Sap. 4, Placens deo factus dilectus. Et probatus est hominibus. i. ab eis approbatur, qui sunt huius regni participes. Eccle. 31, Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. ¶ Deinde cùm dicit, [Itaque, &c.] infert admonitionē intentā, dicens, Ex quo regnū dei consistit in iustitia, pace & spirituali gaudio, itaque vt ad regnū dei peruenire possimus, sectemur ea quę pacis sunt. i. ea studeamus adimplere per quæ Christianorū pacem cōseruemus. Heb. 12, Pacē sequimini & sanctimoniā, &c. Custodiamus inuicē ea quæ sunt ædificationis. i. ea per quæ inuicē nos ædificemus. i. bonū cōseruemus & in melius prouocemur. 1. Cor. 4, Ad ædificationē ecclesiæ quærite vt abūdetis. Quod quidē fiet si in iustitia & spirituali gaudio vixerimus. ¶ Quartā rationē ponit ibi [Noli propter escā, &c.] Quæ sumitur ex reuerentia diuinorū operum, quibus hoc reuerentiæ debemus, vt ea quæ deus operatur non debeamus destruere propter aliquod cōmodum corporale. Et hoc est ꝙ dicit, Noli propter escā, quæ ad corporis vtilitatem pertinet destruere opus dei. Quod quidem non intelligitur de quocunque dei opere. Nam omnia quæ in cibū hominis veniūt, dei opera sunt, sicut terræ nascētia & animalium carnes, quæ sunt hominibus in cibū à deo cōcessa, vt patet Gen. 1. & 9. Sed intelligitur de opere gratiæ quod in nobisipsis specialiter operatur. Philip. 2, Deus enim est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Hoc igitur opus dei non debemus in proximo destruere propter escam nostram, sicut facere videbantur illi qui turbatione & scandalo proximorum indifferentibus vtebantur.

Lectio 3.

Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonū est non manducare carnem & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scādalizatur aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat, qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

Ostēdit ola secūdum se mūda fieri, tamē immūda ratione scādali aut cōscientiæ.

¶ Postquā Apostolus posuit rationē ad ostendendum ꝙ non debemus cū scandalo proximorū indifferenter sumere omnia, hīc ostēdit qualiter aliqui sibi possunt esse mundi & immūdi. Et circa hoc duo facit. Primò proponit quæ sunt mūda ex sua natura, dicēs, Omnia quidem, quę. ſ. ad escā hominis pertinere possunt, mūda sunt. ſ. ex sui natura, quia ex sui natura nō habēt quod animā hominis inquinent, secundū illud Mat. 15, Nō enim omne quod intrat in os inquinat hominē. 1. Ti. 4, Omnis creatura dei bona. Dicebātur autē in lege quædā immūda nō natura, sed significatione, vt patet Leui. 11. Sed & hāc immunditiā Christus removit implēdo veteris legis figuras. Vnde dictū est Petro Act. 10, quod deus purificauit tu ne cōmune dixeris. i. immundū. Secundò, ibi [Sed malū est homini, &c.] ostendit qualiter aliquis cibus hominis possit fieri immūdus, vt. ſ. ex eius esu secūdum animā inquinetur, quod quidem ostēdit fieri dupliciter. Primò ex eo ꝙ aliquis cibū quemcunque cum scandalo proximorū manducat. Secundò ex eo ꝙ contra conscientiā manducat, ibi [Beatus qui non iudicat, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostēdit quid circa esum ciborum sit malum, dicens, Licet omnia ex sui natura sint munda, sed tamen malum est homini qui manducat quencunque cibum per offendiculum. i. cum confusione & scandalo proximorū. Matt. 19, Væ homini illi per quem scādalum venit. Secundò ostendit quid circa huiusmodi vsum ciborū sit bonum, dicens, Bonū est non manducare carnem & non bibere vinū: quorum primum præcipuū esse videtur inter cibos, secundum inter potus. Et ab his quidem abstinere ponit bonū esse, vel propter carnis concupiscentiā edomandam, secūdum illud Ephe. 5, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Vel etiā vt homo reddatur abilior ad spiritualia contemplanda, secundum illud Eccles. 2, Cogitaui à vino abstrahere carnem meam, vt animū meum transferrem ad sapientiam. Sed hoc non intendit hīc Apostolus dicere, sed quòd bonum est his non vti cum scādalo proximorum, quod quidem apparet ex hoc quod subditur, Neque in quo frater tuus offenditur, &c. q. d. Non solùm dico de vino & carnibus ꝙ bonū est eis non vti, sed quocunque alio cibo frater tuus offenditur. i. turbatur contra te, quasi illicitè agentem, per quod pax eius perturbatur, aut scandalizatur. i. ad casum peccati prouocatur, propter quod læditur eius iustitia, aut infirmatur, id est saltem in dubitationē ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit,vtrũ hoc quod agitur sit licitum per quod eius spirituale gaudiũ diminuitur. Vnde & ipse Apostolus dicit 1. Corint. 8, Si esca scandalizat fratrem meũ, non manducabo carnẽ inæternum, ne fratrẽ meum scandalizem. ¶ Sec cùm licitũ sit his cibis vti, si est ab his abstinendum propter hoc quòd vitetur scandalũ proximorũ, videtur pari ratione ꝙ ab omnibus licitis quæ non sunt necessaria ad salutẽ, sicut sunt necessaria iustitia, pax & spirituale gaudium, sit propter proximorum scãdalum abstinendum. Et ita videtur ꝙ homini non liceat sua repetere cũ scandalo proximi. Sed dicendũ est ꝙ si scãdalum ex infirmitate vel ex ignorantia proueniat eorũ qui propter hoc scandalizantur, ad vitãdum hoc scãdalum, debet homo à licitis abstinere, si nõ sunt necessaria ad salutẽ. Hoc enim est scãdalum pusillorum quod dominus vitari iubet. Matt. 18, Videte ne cõtemnatis vnum ex his pusillis. Si verò huiusmodi scandalum ex malitia proueniat eorum qui scãdalizantur, tale scandalum est quasi pharisæorũ, quod dominus Mat. 15, docuit esse contẽnendum. Vnde advitandum huiusmodi scandalum non oportet à licitis abstinere. Sed tamen circa scandalum pusillorum attendendum est ꝙ propter illud vitandum tenetur homo vsum licitorũ differre quousque reddita ratione hoc scãdalum amoueri possit. Si verò ratione reddita adhuc scandalum maneat, iam non videtur ex ignorantia vel ex infirmitate procedere, sed ex malitia, & sic iam pertinebit ad scandalum pharisæorum. Tertiò excludit quandã excusationem. Posset enim aliquis dicere, Licet proximus scãdalizetur de hoc quòd indifferenter ego cibis vtor, tamen ad ostensionẽ meæ fidei, per quã certum est hoc mihi licere, volo indifferenter cibis vti. Sed hanc respositionẽ excludens Apostolus dicit, Tu qui. s. indifferẽter cibis vteris, fidem habes rectam apud temetipsum, per quam constat licitũ esse his cibis vti. Bona quidem & laudabilis est fides ista, sed habe eam in occulto coram deo, cui talis fides placet. Eccle. 1, Beneplacitum est deo fides & mãsuetudo, quasi dicat, Non oportet ꝙ fidem istam manifestes per operis executionem, vbi hoc fit cum scandalo proximorum. ¶ Sed contrà videtur esse quod dicitur suprà 10, Corde creditur ad iustitiã, oré autem confessio fit ad salutem. Non ergo videtur ꝙ sufficiat corde solùm corã deo fidem habere, sed oportet huiusmodi fidem proximo manifestare, confitendo. Dicendum est autem ꝙ eorum quæ sunt fidei, quædã sunt quæ non sunt perfectè per ecclesiam manifestata, sicut in primitiua ecclesia nondum erat perfectè declaratum apud homines ꝙ illi qui erant ex Iudæis conuersi non tenerentur legalia obseruare, & sicut tempore Aug. nondum erat per ecclesiam declaratum ꝙ omnia non essent ex traduce. Vnde in huiusmodi sufficit homini ꝙ fidem habeat coram deo, nec oportet ꝙ fidem suam propalet cùm scandalo proximorum, nisi fortè apud eos qui habent de fide determinare. Quædam verò sunt ad fidem pertinentia per ecclesiam determinata, & in talibus non sufficit fidem habere coram deo, sed oportet ꝙ coram proximo fidem quis confiteatur quantumcunque ex hoc aliquis scãdalizetur, quia veritas doctrinæ non est dimittenda propter scandalum, sicut nec Christus veritatem suæ doctrinæ propter scandalum pharisæorum dimisit, vt habetur Matth. 15, Sciẽdum etiã ꝙ licet circa talia oporteat ꝙ homo fidẽ suã manifestet cõfessione verborũ, nõ tamẽ oportet ꝙ eã manifestet executione operis, sicut si aliquis tenet fide vti matrimonio esse licitũ, nõ requiritur ab eo ꝙ matrimonio vtatur ad fidei suę manifestationẽ. Et sic etiã nõ requirebatur ab eis q rectã fidẽ habebãt, ꝙ fidem suã vsu ciborũ manifestarẽt. Poterãt enim manifestare verbo tenus cõfitendo. ¶ Deinde cùm dicit, [Beatus qui nõ iudicat, &c.] ostẽdit quomodo ciborũ vsus efficitur aliquibus immũdus, ex eo ꝙ est contra conscientiã. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit quid circa hoc sit bonũ, vt. s. de eo ꝙ homo facit non habeat conscientiam remordentẽ. Vnde dicit, Beatus qui nõ iudicat semetipsum. i. cuius cõscientia eum non reprehẽdit vel condẽnat in eo ꝙ probat. i. approbat esse faciendũ. Sed hoc est intelligendũ, si recta fide approbet esse aliquid faciẽdum. Si autem falsa opinione approbat aliquid esse faciendum, puta si arbitratur obsequiũ se præstare deo, de eo ꝙ discipulos Christi interficit, vt dicitur Ioan. 16, Non excusatur ex eo ꝙ circa hoc non iudicat semetipsum, imò beatior esset si circa hoc eũ conscientia reprehenderet, inquantum per hoc à peccato magis prohiberetur. Sed in his quæ sunt licita, est intelligendum ꝙ hîc Apostolus dicit, Hoc enim ad gloriã hominis pertinet ꝙ eum sua conscientia non reprehendat. 2. Corinth. 1, Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Iob 27, Neque enim reprehendit me cor meũ in omni vita mea. ¶ Secũdò ostendit quid circa hoc sit malum, vt. s. cõtra conscientiã agat. Vnde dicit, [Qui autẽ discernit] .i. qui habet opinionẽ falsam ꝙ oportuit cibos discernere, si manducauerit. s. cibos quos reputat esse illicitos, dãnatus est ex hoc ꝙ quantum in ipso est habet voluntatem faciẽdi quod est illicitum, & sic delinquit proprio iudicio cõdemnatus, vt dicitur Titũ 3. ¶ Tertiò assignat causam eius quod dixerat dicens, [Quia non ex fide.] Ideo. s. cõdemnatus est. Potest autem hîc fides dupliciter accipi. Vno modo de fide quæ est virtus. Alio modo secundum quòd fides dicitur conscientia. Et hæ duæ acceptiones non differunt nisi secundum differentiam particularis & vniuersalis. Id enim quod vniuersaliter fide tenemus, puta vsum ciborum esse licitum vel illicitum, conscientia applicat ad opus quod est factum vel faciendum. Dicitur ergo ideo eum qui manducat & discernit esse condemnatum, quia hæc non est ex fide, imò est contra fidem. i. contra veritatem fidei & contra conscientiam facientis. Heb. 11, Sine fide impossibile est placere deo. Et quòd hæc sit sufficiens causa condemnationis, ostendit subdens, Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Ex quo videtur quòd sicut dicitur in glo. omnis vita infideliũ peccatum sit, sicut omnis vita fidelium est meritoria, inquantum ad dei gloriam ordinatur, secundum illud 1. Corin. 10, Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Sed dicendum est ꝙ aliter se habet fidelis ad bonum, & in fidelis ad malum. Nam in homine qui habet fidem formatã nihil est damnationis, vt suprà 8. dictũ est. Sed in homine infideli cum infidelitate est bonum naturæ. Et ideo cùm aliquis infidelis ex dictamine rationis aliquod bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat. Non tamen opus eius est meritorium, quia non est gratia informatum. Et hoc est quòd in glo. dicitur, Nihil bonum est sine summo bono. i. nullum bonum meritorium est sine gratia dei, & vbi deest agnitio vitæ æternæ & incommutabilis veritatis, quæ. s. est per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, inquantũ. s. non refertur ad fidem beatitudinis æternæ. Cùm verò homo infidelis aliquid agit ex eo ꝙ infidelis est, manifestum est ꝙ peccat. Vnde in glo. dicitur, Opus omne quod non est ex fide, peccatum est: sic est intelligendum, Omne quod est contra fidem vel

An à licitis sit abstinendum & necessariis pro vitãdo scandalo.

Dupliciter aliqua sunt de fide.

An omnes actus infidelium sint peccata.

contra conscientiam, peccatum est, & si ex genere suo bonum esse videatur, puta si paganus ad honorem suorum deorum virginitatem seruet, vel eleemosynam det, hoc ipso peccat. Titum 1, Coinquinatis & infidelibus nihil mundum est, sed inquinatæ sunt eorum, & mens & conscientia.

Caput 15.

Monet maiores sup, portare infirmos, eos æmouere in bonũ & tãdẽ se excusat cur Romanos non visitauerit corporaliter.

DEbemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus nõ sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatii det uobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit uos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circũcisionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super omnia honorare deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit, Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate omnes Gẽtes dominũ, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gẽtes, & in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & uirtute spiritus sancti.

¶ Suprà Apostolus docuit quòd maiores debent scãdala infirmorum vitare, hîc docet ꝙ maiores debent etiam infirmitates minorũ sustinere. Et circa hoc duo facit. Primò proponit admonitionẽ. Secundò manifestat eam, ibi, [Vnusquisque vestrum, &c.] Ista admonitio duo continet, quorum primum pertinet ad exteriorem actum. Vnde dicit, Non solùm debemus scandala infirmorum vitare, sed etiam nos qui sumus firmiores in fide debemus sustinere imbecillitatẽ infirmorum. Sicut enim in materiali ædificio eligũtur aliqua firmiora ad sustinendũ totum ædificii põdus, quod ex fragiliori materia superponitur, sicut sunt fundamenta & columnæ, ita etiã in spirituali ecclesiæ ædificio, non solùm eligũtur, sed effulciũtur aliqui firmiores, vt sustineant pondus aliorũ. Vnde in Psal. dicitur, Ego cõfirmaui columnas eius. Et Gal. 6, Alter alterius onera portate. Sustinent autẽ firmiores imbecillitates infirmorum, dum eorum defectus patienter ferũt, & pro posse subleuare nituntur. Secundũ autem pertinet ad interiorem intentionẽ. Vnde dicitur. Et nõ debemus nobis placere, ita. s. vt semper illud velimus impleri quod nobis placet, & quæ sunt nobis vtilia. 1. Corinth. 10, Sicut & ego per omnia omnibus placeo. ¶ Deinde cùm dicit, [Vnusquisque vestrum, &c.] manifestat propositam admonitionẽ, & primò quantũ ad secundam partem. Secundò quantũ ad primã, ibi [Propter quod suscipite inuicem, &c.] Circa primũ duo facit. Primò exponit quod dixerat. Secundò rationẽ inducit ibi [Etenim Christus non sibi, &c.] Dicit ergo primò, Ita dictum est ꝙ nos non debemus nobis placere, & hoc quidem est quia vnusquisque nostrum qui sumus firmiores debet placere proximo suo infirmo. i. condescendere ei in his quæ ei placent, nõ tamen in his quæ mala sunt, sicut Esa. 3. quidam requirũt, Loquimini nobis placentia, &c. Et ideo subdit, In bonũ. Similiter etiã non debemus intendere vt hominibus placeamus propter humanũ fauorem vel gloriã, cùm in Psal. dicatur, Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. Sed ad honorẽ dei & vtilitatem proximorũ. Vnde subdit, Ad ædificationẽ. i. propter hoc ꝙ aliorũ volũtati cõdescendẽtes ipsi ædificẽtur in fide & dilectione Christi. Suprà 14, Quæ ædificationis sunt inuicem, custodiamus. ¶ Deinde cùm dicit, [Etenim Christus, &c.] assignat rationẽ eius quòd dixerat exẽplo Christi. Et primò proponit exẽplum Christi. Secũdò ostendit eius exemplum esse à nobis imitandum, ibi [Quæcunque scripta sunt, &c.] Tertiò subiungit orationẽ vt id implere possimus, ibi [Deus autem pacis, &c.) Circa primũ duo facit. Primò proponit exẽplum, dicens, Dictũ est ꝙ non debemus nobis placere. s. secundum nostrã priuatam voluntatẽ. Etenim Christus qui est caput nostrũ, non sibi placuit dum elegit pati pro nostra salute, & ea quæ suæ propriæ voluntati erant contraria. s. naturali volũtati humanæ vt impleret diuinã quæ sibi & patri erat cõmunis, secundũ illud Mat. 26, Non mea voluntas, sed tua fiat. Secũdò ad hoc authoritatẽ inducit, dicens, [Sed sicut scriptũ est in Psal.] ex persona Christi, dicentis ad patrẽ. O pater improperia Iudæorũ improperantiũ tibi. i. te blasphemantiũ per sua mala opera, & per hoc ꝙ veritati tuæ doctrinæ cõtradicunt, ceciderunt super me, quia videlicet opprimere me voluerũt, quia voluntatem tuã eis proponebã, & eorum mala opera redarguebã. Io. 15, Sed oderunt me & patrem meũ. Potest & hoc referri ad peccata totius humani generis, quia omnia peccata quodammodo sunt improperia dei, inquantũ per ea lex dei contẽnitur. Esa. 1, Dereliquerunt dominũ, blasphemauerũt sanctũ Israel. Sic ergo improperia improperantiũ deo, ceciderũt super Christũ, inquantũ ipse pro peccatis omniũ mortuus est. Esa. 53, Deus posuit in eo iniquitates omniũ nostrum. 1. Pet. 2, Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ. ¶ Deinde cũ dicit, [Quæcũque enim scripta sunt, &c.] ostendit ꝙ hoc exẽplum Christi sit nobis imitandũ, dicẽs, Quæcunque enim scripta sunt in sacra scriptura, vel de Christo, vel de mẽbris eius, scripta sunt ad nostram doctrinam. Nulla enim necessitas fuit hæc scribere, nisi propter nos, vt ex his instruamur. 2. Tim. 3, Omnis doctrina diuinitus inspirata, vtilis est ad docendũ & erudiendũ, &c. Quid autem in scripturis ad nostram doctrinam cõtineatur, ostendit subdens, Vt per patientiã & consolationem scripturarũ. i. quas scripturæ continent. Cõtinetur enim in sacra scriptura patientia sanctorũ in malis sustinendis. Iaco. vlt. Patientiã Iob audistis. Continetur etiam in eis consolatio, quam deus eis exhibuit, secundum illud Psal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Et 1. Pet. 1. dicitur, Prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, quod pertinet ad patientiam: & posteriores glorias, quod pertinet ad consolationem. Quem autem fructum ex hac doctrina suscipiamus, ostendit subdens, Spem habeamus. Per hoc enim quòd ex sacra scriptura instruimur eos qui patienter propter deum tribulationes sustinuerunt diuinitus consolatos fuisse, spem accepimus vt & ipsi consolemur si in ipsis fuerimus patientes. Iob 13, Et si occiderit me in ipso sperabo. ¶ Deinde cùm dicit, [Deus autem patientiæ, &c.] Quia videbatur nimis arduum vt purus homo posset exẽplum Christi imitari, secundum illud Eccles. 2, Quid est homo vt sequi possit regem factorem suum? ideo adhibet orationis suffragium dicens, [Deus autẽ patientię, &c.] scilicet dator. Psal. Tu es patiẽtia mea. [Et solatii] id est qui spirituale consolationẽ largitur. 2. Cor. 1, Pater

misericordiarum & deus totius consolationis det vobis, à quo est omne datum optimum, vt dicitur Iaco. 1, Id ipsum sapere in alterutrum, id est vt inuicem idem sapiatis, &c. 2. Corinth. vlti. Idem sapite, pacem habete. Non quidem secundum consensum in peccatum, sed secũdum Iesum Christum, de quo dicitur Ephe. 2, Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Vt per hoc quòd idem sapitis vnanimes existentes per fidei & charitatis consensum, secundum illud Psal. secundum aliam literam, Qui habitare facit vnanimes in domo. Vno ore, id est vna oris confessione, quæ ex vnitate fidei procedit. 1. Corinth. 1, Idipsum dicatis omnes vt pro conformitate cordis & oris honorificetis deum omnium creatorem, idipsum etiam existentem patrem domini nostri Iesu Christi, per quem nos sibi in filios adoptauit. 1. Reg. 2, Qui honorificauerit me, honorificabo eum. Mala. 1, Si ego pater, vbi est honor meus? ¶ Deinde cùm dicit, [Propter quod suscipite inuicem,] manifestat primam partem admonitionis. In qua dixerat quòd firmiores debent imbecillitatem infirmorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primò resumit admonitionem. Secundò inducit rationẽ exemplo Christi, ibi [Sicut & Christus, &c.] Tertiò subiungit orationem, ibi [Deus autem spei, &c.] Dicit ergo primò, propter quod, id est quia ea quæ scripta sunt ad nostram doctrinam ordinãtur, scilicet exẽpla Christi & aliorum sanctorum. Consequenter suscipite inuicem secundm charitatis affectum, vt scilicet vnus sustineat ea quæ sunt alterius, sicut & vult se sustineri quantum charitas permittit, & vnus alium etiã suscipiat adiuuandum & promouendum. Suprà 14, Infirmum in fide suscipite. ¶ Deinde cùm dicit, [Sicut & Christus suscepit vos, &c.] assignat rationem exemplo Christi. Et primò ponit eius exemplum, dicens, Sicut & Christus suscepit vos, scilicet in sua protectione & cura. Esa. 42, Ecce seruus meus suscipiã eum. Luc. 1, Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Et hoc in honorem dei, in quem omnia referebat. Ioan. 8, Honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ex quo datur intelligi quòd nos inuicem debemus suscipere in his quæ pertinent ad honorem dei. Secundò, ibi [Dico enim Christum, &c.] manifestat quod dixerat. Et primò quantum quidem ad Iudæos. Secundò quantũ ad Gentiles, ibi [Gentes autẽ, &c.] Dicit ergo primò, Dictum est quòd Christus vos susceperit qui estis congregati in vnitate fidei ex Iudæis & Gentibus. Et hoc patet quantum ad vtrosque. Dico ergo Christum ministrum fuisse circuncisionis. Est enim ipse actor fidei quantũ ad omnes, secundum illud Heb. 12, Aspicientes in actorẽ fidei, &c. Sed in propria persona non exhibuit seipsum nisi Iudeis, secundum illud Matth. 15, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Esa. 65, Non audietur vox eius foris. Et hoc quidem propter veritatem dei, vt scilicet veritas dei promittentis comprobaretur. Suprà 3, Est autem deus verax. Vnde subdit, Ad confirmãdas promissiones patrũ. i. vt per hoc implerẽtur promissiones patribus factæ. Luc. 1, Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorũ. 2. Cor. 1, Quotquot sunt promissiones dei in illo est. ¶ Deinde cùm dicit, [Gentes autẽ, &c.] ostendit etiã Gẽtes susceptas à Christo. Et primò proponit quod intẽdit. Secundò cõfirmat per authoritatẽ, ibi [Sicut scriptũ est, &c.] Dicit ergo, ita dictũ est, q̃ Christus susceperit Iudæos propter veritatẽ dei, vt promissiones patrum implerẽtur, Gentibus autem non erant promissiones factæ. Vnde hoc non habet locũ, quantũ ad Gentiles, sed sunt propter misericordiã susceptι. Et hoc est quòd dicit, Gentes autem debent honorare deum super misericordia eis exhibita per Christum, quia licet eis personaliter non prædicauerit, ad eos tamẽ discipulos suos misit, qui in Gentibus ministeriũ exercuerunt, sicut ipse exercuerat in Iudæis, secundum illud Matt. vlti. Euntes docete omnes Gentes. Et de hac misericordia dicitur in Psal. Misericordia domini plena est terra. Luc. 1, Misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum, &c. Sic ergo Apostolus cõuersionem Iudæorum attribuit veritati diuinæ, conuersionem Gentilium diuinæ misericordiæ. ¶ Cõtra quod videtur esse quod dicitur in Psal. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Sed dicẽdum est quòd per hoc quod ascribit vocationem Iudæorũ diuinæ veritati, non excludit misericordiam, quia & Apostolus ex Iudæis natus, dicit. 1. Tim. 1, Misericordiam consecutus sum. Et hoc ipsum misericordiæ fuit quòd deus patribus promissiones facit de apostolorũ salute. Similiter etiam per hoc quòd vocationem Getnium ascribit diuinæ misericordiæ, nõ excludit totaliter diuinam veritatem, quia hoc ipsum ad diuinam veritatem pertinebat, q̃ propositum suũ de saluatione Gentium impleuit, quod ad Ephes. 3. dicit Apostolus esse sacramentum abscõditum à seculis in deo. Sed aliquis modus veritatis, scilicet pro impletione promissorum, consideratur in vocatione Iudæorum, qui non considerατur in vocatione Gentium, quibus promisiones non sunt factæ. ¶ Deinde cùm dicit, [Sicut scriptum est, &c.] confirmat quod dixerat de conuersione Gentium, per authoritatẽ. Licet enim Gentibus non fuerit repromissa vocatio ad fidẽ Christi, non tamen ex improuiso accidit, sed fuit prænuntiata vaticiniis prophetarum. Inducit autem quatuor authoritates, quarum prima continet gratiarum actiones Christi ad patrem, pro conuersione Gentium per ipsum facta. Vnde dicit, Sicut scriptum est in Psalm. ex persona Christi 17, Constitues me in caput Gentium, & ab insurgentibus in me, Iudæis exaltabis me. O deus pater ego Christus, confitebor tibi confessione gratiarum actionis in Gentibus, id est pro Gentium conuersione per me facta, & cantabo noua quadam mentis exultatione nomini tuo quod eis manifestum est, secundum illud Ioan. 17, Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Vel aliter, Confitebor tibi in Gentibus, id est faciam quòd tibi Gentes confiteantur confessione fidei. Psal. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Et nomini tuo cantabo. i. faciã q̃ Gentes cantent tibi canticũ quod consistit in exultatione spiritus renouati. Psal. Cãtate domino canticũ nouũ, cantate domino omnis terra. Secunda authoritas cõtinet adunationẽ Gentiũ & Iudæorũ. Vnde subdit, Et iterũ dicit scriptura. Esa. 35, Lætamini Gẽtes cũ plebe eius. i. simul cõmunẽ exultationẽ assumatis cũ Iudæis q̃ olim erãt plebs eius. Esa. 9, Lætabũtur corã te, sicut qui lætãtur in messe. Io. 10, Fiet vnũ ouile & vnus pastor. Nostra autẽ litera habet. Lætamini cũ Ierusalẽ, & exultate in ea omnes qui diligitis eã. Tertia autẽ authoritas cõtinet deuotionẽ Gentiũ ad deũ. Vnde subdit, Et iterũ scriptũ est in Psal. Laudate omnes Gentes dominũ. s. eius bonitatem cõfitentes. Psal. A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomẽ domini. Et omnes populi, nõ solùm populus Iudæorũ magnificate eũ. i. credite magnũ. i. q̃ sua magnitudine omnẽ laudem excedat. Eccle. 43, Benedicẽtes dominũ exaltate illum quantum potestis: maior enim est omni laude. Mala. 1, Ab ortu solis vsque ad occasum

Christus ideo dicitur minister circuncisionis, quia in propria prædicauit Iudæis circuncisus.

magnum est nomen meum in Gentibus. Quarta authoritas continet reuerentiam Gentium ad Christum. Vnde subditur, Et rursus Esaias ait 11, Erit radix Iesse. In quo prænuntiat Christi originem ex Dauid semine nasciturum. Iesse nanque fuit pater Dauid. Dicit ergo, Erit radix Iesse ex cuius pullulatione Christus nascetur. Esaiæ 11, Egredietur virga de radice Iesse, & flos, &c. Vel Christus erit radix Iesse, quia licet ex Iesse processerit secundum carnis originem, tamen sua virtute Iesse sustentauit & gratiam ei influxit. Suprà 11, Non tu radicem portas, sed radix te. ¶ Deinde tangit Christi officium, subdens, [Et qui exurget] in tantã gratiæ excellentiam, vt possit regere Gentes eos diuino cultui subiugando, quod nullus antè eũ facere potuit. Psal. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Reges eos in virga ferrea. Vltimò ponit deuotionem Gentium ad Christum, dicens, [In eum Gentes sperabunt,] vt scilicet per eum hæreditatem cæleſtis gloriæ consequantur. 1. Pet. 1, Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. ¶ Deinde cùm dicit, [Deus autem spei, &c.] subiungit orationem, dicens, Dictum est quòd in Christum Gentes sperabunt. Deus autem spei, id est qui nobis hanc spem infundit, secundum illud Psal. Spes mea domine. Vel deus spei, id est in quo sperandum est, repleat vos omni gaudio, scilicet spirituali, quod est de deo. Nehem. 8, Gaudium enim domini est fortitudo vestra, per quam homo in seipso & ad deum & ad proximũ est patus. Psal. Pax multa diligentibus legem tuam domine (In credendo,) quasi dicat, Vt cùm hoc quòd creditis, etiã pacem & gaudium habeatis, quæ quidem sunt charitatis effectus, secundum illud Gal. 5, Fructus autem spiritus sunt charitas, gaudium, pax. Vnde patet quòd à deo qui est dator spei, optat eis vt cum fide habeant charitatem, per quam fides operatur, vt habetur Galat. 5, Ne fides eorũ sit informis & mortua, quia fides sine operibus mortua est, vt dicitur Iaco. 2, Et vt sic per plenitudinem harum virtutũ abundetis proficiendo de bono in melius, non solùm in spe, sed etiam in virtute spiritus sancti, id est in charitate quæ in cordibus nostris diffunditur per spiritum sanctum, vt suprà 5. dictum est. 2. Corinth. 9, Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis.

Lectio 2.

Secludit à præsuptione de his in qua Romanos istruxerat & reprehẽderat

Certus sum autẽ fratres mei & ego ipse de uobis, quoniã & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni sciẽtia, ita ut possetis alterutrũ monere. Audacius autẽ scripsi uobis fratres ex parte, tanquã in memoriã uos reducens, propter gratiã quæ data est mihi à deo ut sim minister Christi Iesu, in Gẽtibus sanctificãs euangeliũ dei, ut fiat oblatio Gẽtiũ acceptа & sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriã in Christo Iesu ad deũ. Non enim audeo aliquid loqui eorũ quæ per me nõ efficit Christus in obedientiã Gentiũ in uerbo & factis in uirtute signorũ & prodigiorũ, in uirtute spiritus sancti, ita ut ab Ierusalem per circuitũ usque ad Illiricũ repleuerim euangeliũ Christi. Sic autẽ prædicaui euangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem, sed sicut scriptum est, Quoniã quibus non est annuntiatum, de eo uidebunt: & qui non audierunt, de eo intelligent.

¶ Postquam Apostolus generalibus admonitionibus Romanos instruxerat, hîc incipit eis quædam familiaria scribere. Et primò quædam pertinentia ad seipsum. Secundò quædam pertinentia ad alios. 16. cap. ibi [Cõmendo autem vobis Pphœben, &c.] Circa primum tria facit. Primò excusat præsumptionem de hoc quòd eos instruxerat & reprehenderat. Secundò excusat suam tarditatem circa visitationẽ eorum, ibi [Propter quod plurimum impediar.] Tertiò petit suffragia orationum ipsorum, ibi [Obsecro autem vos fratres &c.] Et circa primum duo facit. Primò excludit oppositam causam instruendi & arguendi eos. Secundò assignat veram causam, ibi [Audacius enim scripsi vobis fratres ex parte, &c.] Circa primum considerandum est quòd aliquis posset credere Apostolum ideo scripsisse Romanis, quia æstimaret illum esse apud Romanos qui posset instruere & corrigere. Sed hoc ipse excludit, dicens, Certus sum enim fratres mei per ea quæ de vobis audiui quoniam idonei estis ad admonendum qui inter vos admonitione indigent. Ad hoc autem vt aliquis rectè admoneat, duo requiruntur, quorum primum est, vt non ex odio vel ira, sed ex dilectione moueat, secundum illud Psalm. Corripiet me iustus in misericordia. Et Galat. 6, Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et quantum ad hoc dicit, quoniam & ipsi pleni estis dilectione. Ezechielis 10, Imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter cherubin, qui est ignis charitatis. Secundò requiritur scientia veritatis, eo quòd quidam habent zelum dei in corrigendo, sed non secundum scientiam, vt suprà decimo dictum est. Et ideo subdit, Repleti omni scientia, scilicet humana & diuina, & veteris & nouæ legis. 1. Corinth. 1, In omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo & in omni sciẽtia. Et ex hoc concludit sic, ita vt positis conuenienter propter dilectionem & scientiam alterutrum monere. Quia enim in multis offendimus omnes, vt dicitur Iaco. 3, Oportet vt inuicem moneamus. quia vt dicitur Eccles. 17, Vnicuique mandauit deus de proximo suo. ¶ Deinde cùm dicit, [Audacius, &c] assignat veram causam quare eos admonuerat & correxerat. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit quòd hoc pertinebat ad authoritatẽ apostolatus sibi cõmissam. Secũdò ostendit qualiter hac potestate vsus fuerit, ibi [Habeo igitur gloriã, &c.] Dicit ergo, Audacius autẽ. i. securius, scripsi vobis errores & defectus vestros arguendo, quod quidem ad audaciæ præsumptionem posset ascribi, propter hoc quòd offensionẽ vestram non timui. Iob 39, Audacter in occursum pergit armatis. Sed hæc præsumptio excusatur ex tribus. Primò quidẽ ex conditione eorũ quibus scribebat, quia & si inter Romanos essent aliqui respectu quorũ talis reprehẽsio audax & præsumptuosa videretur, erant tamen aliqui qui indigebant dura reprehensione propter contentionum insolentiã. Titum 1, Increpa illos durè. Et hoc est q̃ dicit, Ex parte, quasi dicat, Non videtur mea scriptura esse audax quantum ad omnes vos, sed quantum ad partem aliquã vestrum. Vel potest intelligi ex parte epistolæ in qua eos reprehendit. Potest intelligi etiam ex parte ecclesiæ, quæ scilicet mecum est. Secũdò excusatur prædicta audacia ex intentione Apostoli. Non enim scripsit eis tanquam instruens ignorantes, sed in memoriam eos reducens cognitorum. Et hoc est quòd subdit, Tanquã in memoriam vos reducens quasi oblitos eorum quæ sciebatis, sicut & Philip. 4. dicitur, Occupati autem eratis. Hebr. 10, Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Tertiò excusatur ex authoritate Apostoli quæ hoc requirebat. Vnde subdit, Per gratiam, scilicet Apostolatus mihi commissi. 1. Corint. 15, Gratia dei sum id quod sum. Huius autẽ gratiæ, primò describit authoritatẽ, cùm dicit, [Quæ data est mihi à deo.] quasi diceret, Non ab hominibus. Galatas primò, Paulus apostolus non ab hominibus, neque

Ad rectè admonẽdũ duo exigũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per hominẽ. Secundò specificat istam gratiã,cùm dicit,[Vt sim minister Christi Iesu in Gentibus].i.vt seruiam Christo in Gentiũ cõuersione.1.Cor.4,Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Suprà 1,Quãdiu sum Gentiũ Apostolus,ministeriũ meum honorificabo.Tertiò ostendit huius actũ,cùm dicit,[Sanctificans euangeliũ dei].i.sanctum esse ostẽdens,& verbo & opere bonæ cõuersationis & miraculorũ.Colos. 1,In verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est & fructificat & crescit. Prouer.8,Recti sunt sermones mei. Quartò ponit finẽ huius gratiæ,cùm dicit, [Vt fiat oblatio Gentium] id est Gentes per meum ministeriũ conuersæ.In quo quasi quoddam sacrificiũ & oblationẽ deo obtuli,secundum illud Philip.2,Et si immolor super sacrificiũ & obsequiũ fidei vestræ,gaudeo & congratulor omnibus vobis.Fiat accepta.s.deo per rectitudinem.Psal.Tunc acceptabis sacrificiũ iustitiæ,oblationes & holocausta.Et sanctificat in spiritu sancto.i.per charitatem & alia spiritus sancti dona.1.Corint.6,Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi,& in spiritu dei nostri. ¶Deinde cùm dicit, [Habeo igitur gloriam,&c.]ostendit quomodo authoritate apostolica fuerat vsus. Et primò ponit fructum quem fecit. Secundò ostendit huius fructus magnitudinem,ibi[Ita vt,&c.] Tertiò ostẽdit difficultatem,ibi[Sic autem prædicaui,&c.]Circa primum tria facit.Primò dat gloriã deo de fructu quam fecit,dicẽs,Igitur quia talem gratiã accepi, & diligenter executus sum id ad quod mihi hæc gratia data est, habeo gloriã sicut fidelis minister.1.Corint.9,Melius est mihi mori q̃ vt gloriam meam quis euacuet.Sed hanc gloriam non mihi principaliter attribuo,sed eam habeo in Christo Iesu.i.per Iesum Christũ,cuius virtute fructificare potui. Ioã 15,Sine me nihil potestis facere.Et quia ipsi omnia tradita sunt à patre,vt dicitur Matth.11, Et pater in eo. manens,ipse facit opera.Ioan.14,Ideo vlterius hanc gloriam refert ad patrem,dicens,Ad deum,scilicet patrem.Psal.Non nobis domine non nobis,sed nomini tuo da gloriam. Assignat autem rationem eius quod dixerat subdens,Non enim audeo loqui aliquid eorum quæ per me non effecit Christus,quasi dicat, Nihil referam de fructu per me facto,q̃ per me factum non sit.Alioquin gloriam non haberem apud deum,& si apud homines.Quæ quidem refero non tãquam per me principaliter facta, sed sicut quæ per me Christus fecit.Et ideo hanc gloriam dixi me habere in Christo Iesu.Esa.26,Omnia opera nostra operatus es in nobis.Secundò ponit ipsum fructum,dicens,Inobedientiam Gentiũ,quasi dicat, Gloria mea hæc est, pro eo quod feci Gentes fidei obedire. Suprà 1,Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus. Psal.In auditu auris obediuit mihi. Tertiò ostendit quomodo Gentes ad hanc obedientiam adduxerit. Quia autem suprà 10. dictum est,fides ex auditu,auditus autem per verbum Christi.Primò dicit in verbo,id est per verbum prædicationis fidei.Argumenta autem fidei prædicatæ,sunt bona conuersatio prædicantis,& quantum ad hoc subdit,Et factis,quasi scilicet per recta opera vos ad fidem allexi. Matth.5,Videant opera vestra,&c.Et opera miraculorum, quibus deus dat testimoniũ doctrinæ prædicatæ, secundum illud Marci vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.Vnde subdit,In virtute signorum,id est miraculorum minorum,puta sanationes egritudinum.Et prodigiorum.i. maiorũ miraculorum quæ ex sua magni tudine aliquid magni portendunt.i.ostendunt.Sed hoc totũ non sufficeret,nisi spiritus sanctus intus corda audiẽtiũ ad fidem cõmoueret. Vnde dicitur Act.10,quòd loquẽte Petro verba fidei,cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbũ.Et ideo subdit,In virtute spiritus sancti.Heb.2,Contestante deo signis & prodigiis & variis spiritus sancti distributionibus. ¶Deinde cùm dicit,[Ita vt ab Ieruſalem]ostẽdit magnitudinem fructus ex multitudine locorum in quibus prædicauit, dicens, Ita vt incipiẽs ab Ieruſalem,vbi in principio suæ conuersionis prædicauit in synagogis Iudæorũ,vt dicitur Act.9,Vt sic impleret quod dicitur Esa.2,De Syon exibit lex & verbũ domini de Ieruſalem,vsque ad Illiricum, quod est mare Adriaticũ ex parte opposita Italiæ.Repleuerim euangelium Christi,id est omnia illa loca repleui prædicatione euangelii. Et ne aliquis intelligat q̃ solùm vadens per rectam viam à Ieruſalem in Illiricum prædicauerit euangelium,addit,Per circuitum,quia.s.Gentibus circunquaque prædicauit & eas ad fidem cõuertit. Vnde sibi potest cõpetere quod dicitur Iob 38,Quis dedit vehementissimo imbri cursum? ¶Deinde cùm dicit,[Sic autem prædicaui.&c.]ostendit difficultatem hunc fructum faciendi.Difficile enim est omnino ignaros ad fidem conuertere. Primò igitur difficultatem se passum ostendit,dicens, Sic autem prædicaui euangelium non autem vbi nominatus est Christus,id est non apud illos qui nomen Christi audiuerant. Psal. Populus quem non cognoui seruiuit mihi.Esa.55,Ecce gentes quas nescibas vocabis, & gentes quæ te non cognouerunt ad te current.Subdit autem rationem,dicens,Ne super alienum fundamentum ædificarem . Potest autem alienum fundamentum dupliciter intelligi.Vno modo doctrina hæretica, quæ est aliena à veræ fidei fundamento.Et sic hoc quòd dicit Ne,ponitur causaliter. Ea enim intentione Apostolus voluit prædicare illis,qui nomen Christi non audierant,ne si præuenti essent à doctrina pseudoapostolorum,difficilius esset eos ad veritatem reducere. Vnde Matth.7.dicitur,Stultus est qui ædificat domum suam super arenam,cui comparatur falsa doctrina.Alio modo per alienũ fundamentum potest intelligi doctrina veræ fidei ab aliis prædicata:& sic potest sumi ly,Ne,cõsecutiuè.Non enim vitauit Apostolus prædicare illis quibus antè fuerat ab aliis prædicatũ,sicut ipsis Romanis specialiter prædicauit quos prius Petrus instruxerat,sed eo prædicante illis qui nihil de Christo audierant,consecutum est, vt non ædificaret super alienum fundamẽtum: sed ipse iaceret prima fidei fundamenta,secundum illud 1.Corinth.3,Vt sapiens architectus fundamentum posui. ¶Secundò ad hoc quòd dixerat,authoritatem inducit,dicens, [Sicut scriptum est.] Esaiæ 2, Quoniam quibus non est annuntiatum de eo,videbunt:& qui non audierunt,contemplati sunt. In quibus verbis propheta videtur prædicere,quoniam Gentiles excellentiori modo ad cognitionem dei essent peruenturi,quàm Iudæi qui antè cognouerant. Ostendit ergo primò excellentiam quantum ad causam cognitionis, quæ scilicet duplex est, scilicet verba audita, & res visæ . Hi enim duo sensus sunt disciplinabiles . Iudæi ergo in notitiam mysteriorum Christi peruenerunt per verba annuntiata eis à prophetis. 1. Petri 1, Prophetæ quæ de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi,prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias . Sed Gentiles huiusmodi Christi mysteria iam realiter impleta vident, ideo dicitur, Quoniam Gentes, quibus non

Miracula & prodigia nõ sufficiũt inducere ad fidẽ sine spiritu sancto mouente.

Gẽtes peruenerunt in notitiã eorũ quæ sunt fidei modo nobiliori q̃ Iudæi.

est annunciatum per prophetas de eo.i.de Christo sicut fuit annunciatum Iudæis, videbunt res iam impletas.Luc.10,Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis,& non viderunt. Secundò ostendit excellentiam quantum ad modum cognoscendi, quia Iudæi ex annuntiatione prophetarũ solum auditum habebant.Abdiæ 1,Auditũ audiuimus à domino,& legatos ad Gentes misit. Sed Gentiles ex visione intellectum perceperũt.Vnde dicitur,Et Gentiles.s.qui antè non audierũt prænuntiari Christũ per prophetas, intelligent.s.fidei veritatem.Psalmista,Et nunc reges intelligite,&c. Lectio 3.

Quòd Romanos non dum viderit se excusat, & mittens se eos visurũ, & fructũ apud eos facturum.

PROpter quod & impediebar plurimum uenire ad uos,& prohibitus sum usque adhuc.Nunc uerò ulterius locum non habens in his regionibus,cupiditatẽ autem habẽs ueniẽdi ad uos ex multis iam præcedentibus annis: cùm in Hispaniam proficisci cepero,spero quòd præteriens uideam uos & à uobis deducar illuc, si uobis primũ ex parte fruitus fuero.Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem . Placuit enim eis & debitores sunt eorum . Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles,debent & in carnalibus ministrare eis.Hoc igitur cùm consummauero & asſignauero eis fructum hunc per uos,proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantia benedictionis Christi ueniam. Obsecro ergo uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum & charitatem sancti spiritus,ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad deum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta,fiat in Ierusalem sanctis,ut ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem dei ut refrigerer uobiscum,Deus autem pacis sit cum omnibus uobis,Amen.

¶Postquam Apostolus se excusauit de præsumptione quæ ei potuisset ascribi,ex hoc quòd Romanos instruxerat & correxerat,hîc se excusat quòd eos visitare distulerat.Et circa hoc tria facit.Primò ponit impedimẽtum visitationis præteritum.Secundò ponit visitandi propositũ,ibi[Nunc verò vlterius,&c.]Tertiò promittit visitationis fructũ,ibi[Scio autẽ,&c.]Dicit ergo primò,Dictũ est,prædicaui euangeliũ per multa loca,in quibus Christus nõ fuerat nominatus,propter quod hactenus impediebar plurimũ ex huiusmodi occupatione venire ad vos.Et istud impedimentum vsque nũc durauit.Vnde subdit,Et prohibitus sum vsque adhuc.Quod quidẽ potest referri ad multitudinẽ occupationũ quas in aliis locis habuerat.Vel etiam ad diuinã prouidentiam per quam apostoli impediebantur ne peruenirent ad quosdam,& dirigebantur in salutem aliorum,secundum illud Act.16,Transeuntes Frigiam & Galathiæ regionẽ, vetati sumus à spiritu sancto loqui verbum in Asia. Vnde & suprà 1.dictum est, Sæpe proposui venire ad vos,& prohibitus sum vsque adhuc.Et hoc est quod dicitur Iob 37,De nubibus per quas prædicatores intelligũtur.Lustrant cuncta per circuitũ quocunque eos voluntas gubernantis duxerit. ¶Deinde cùm dicit,[Nunc verò vlterius, &c.]manifestat propositũ suum de eorum visitatione. Et primò promittit eis suam visitationem.Secundò assignat causam quare oporteat eam differre,ibi[Nunc igitur proficiscar,&c.]Tertiò assignat eis visitationis terminũ,ibi[Hoc igitur cùm consummauero,&c.] Dicit ergo primò ita,Vsque modò sum prohibitus, nunc verò iam peragratis omnibus his locis vlterius non habens locum.i. necessitatem permanendi in his regionibus,in quibus iam per me fundata est fides,cupiditatẽ habens veniẽdi ad vos ex multis iam præcedentibus annis, secũdum illud suprà 1,Desidero enim videre vos,vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritalis cùm in Italiã proficisci cepero,quò.s.ire intẽdebat,vt etiã extremis terræ fundamẽta fidei collocaret,secundũ illud Esa.49,Dedi te in lucẽ Gentiũ,vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ.Spero q̃ præteriens videbo vos.Per quod dat intelligere q̃ nõ intẽdebat ad eos principaliter ire:quia reputabat eis sufficere doctrinã Petri,qui primus inter apostolos Romanis fidẽ prædicauit.Et quia tũc Romani dominabãtur in toto Occidẽte,eorũ auxilio & ducatu se sperabat in Hispaniã proficisci. Vnde subdit, Et à vobis deducar illuc.Intẽdebat tamen aliquã morã apud eos cõtrahere.Vnde subdit,Si vobis fruitus fuero.i.cõsolatus,secũdum illud quod suprà 1,dictũ est,Simul cõsolari in vobis:& hoc ex parte.s.tẽporis, quia per aliquod tẽpus intẽdebat cũ eis cõsolari.Sed cõtra est quod Aug.dicit in li.de doctrina Christiana, q̃ illis solis rebus fruẽdum est quæ nos beatos faciũt.s.patre,filio & spiritu sancto. Incõuenienter ergo dicit,se fruiturũ esse Romanis.Sed dicendũ est q̃ sicut Augst.dicit ibidẽ, homine in se non esse fruendũ,sed in deo,secũdum illud ad Philem.Ita frater ego te fruar in domino,quod est delectari in homine propter deũ. Et sic intelligẽdum est quod dicit,Si fuero fruitus vobis:s.in deo. Vel q̃ dicit ex parte, potest referri ad bonos, quibus poterat frui in deo.Nã alia parte.s.malis nõ poterat frui,sed magis de eis dolere,sicut dicitur 2. Cor.8,Ne cũ venero humiliet me deus apud vos,& lugeã multos ex his qui antè peccauerũt. ¶Deinde cùm dicit,[Nũc igitur proficiscar] assignat rationem quare differebat visitationem. Et circa hoc tria facit. Primò ponit causam,dicens, Nunc igitur proficiscar, id est ideo non statim venio ad vos, quia proficiscor Ieruſalem ministrare sanctis. ¶Circa quod sciendum est quòd legitur Actuum 4,Illi qui ex Iudæis à principio conuertebantur ad fidem,venditis possessionibus suis,de pretio communiter viuebant, quod cùm defecisset, maximè quadã magna fame imminẽte, vt legitur Act.11,discipuli, scilicet Christiani ex diuersis partibus mundi prout quisque habebat,proposuerunt singuli in ministerium mittere habitãtibus in Iudæa fratribus,quod & fecerunt,mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli . Ministerium igitur sanctorum hîc dicit eemosynam quam fidelibus Christi attulit in Ieruſalem, secundum illud 1.Corinth.vlti. Quos probaueratis,hos mittam perferre gratiam vestram in Ieruſalem,quòd si dignum fuerit vt & ego eam,mecũ ibunt. Secundò exponit quod dixerat de ministerio sanctorum, dicens, Probauerunt enim,id est approbauerunt Macedonia & Achaia,id est fideles vtriusque regionis per eum conuersi,collectionem aliquam facere,id est aliquam collectam in pauperes Christi.i.ad vsum pauperum qui sunt de numero sanctorum,secundum illud Eccles.12,Da iusto,& nõ recipias peccatorẽ.Qui sunt in Ieruſalem in paupertate viuentes. 2.Corint. 9,De ministerio quod fit in sanctos ex abundanti,est mihi scribere vobis. Scio enim prõptum animum vestrũ,pro quo de vobis glorior apud Macedones.Tertiò assignat rationes dictorũ,quorũ prima est beneplacitum.Vnde dicit,Placuit enim illis.2.Corinth.9,Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia aut necessitate.Secũda causa est debitum.Vnde subdit,Et debitores sunt eorum.Suprà 13,Reddite omnibus debita.Rationem autẽ debiti assignat,dicens,Nam si Gentiles facti sunt participes bonorũ spiritua-

De collectis

lium quæ erant specialiter eorum.i.Iudæorum,s.notitiæ diuinæ & promisionũ & gratiæ,secundũ illud suprà 9,Quorũ est adoptio filiorũ dei & gloria,&c.Et suprà 11,Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Sunt etiã facti participes spiritualiũ eorum per hoc ꝙ illi prædicatores eis miserunt,debẽt & in carnalibus ministrare eis,secundũ illud Eccle.14,In diuisione sortis da & accipe. Et Psalmista,Sumite psalmũ.i.spiritualia,& date tympanũ.i.temporalia. Et ex hoc sumitur argumẽtum ꝙ debentur sumptus, non solùm illis qui prædicant,sed etiam qui prædicatores mittunt. ¶Deinde cùm dicit,[Hoc igitur cũ,&c.]præfigit terminum quò ad eos sit venturus,dicẽs,Hoc igitur cũ consummauero.s.ministeriũ sanctorum & assignauero eis fructũ hunc.i.eleemosynã Gentilium,quæ est quidam fructus conuersionis eorum.Osee 10,Vitis frondosa Israel fructus est ei adæquatus.Proficiscar per vos in Hispaniã,sed videtur hîc Apostolus falsum dicere,Nunquã enim in Hispaniã fuisse legitur. In Ierusalem enim captus fuit, & exinde Romã perlatus est in vinculis,vt habetur Act.vlti.Vbi est occisus simul cum Petro.Dicunt ergo quidam ꝙ sicut dicitur Act.vlt. Cùm venisset Romam Paulus, permissum est ei manere sibimet cum custodiente se milite : & postea dicitur,quòd mansit biennio totò in suo conductu, & in illo spatio dicunt eum in H spaniam iuisse . Sed quia hoc certum non est,potest melius dici,quòd Apostolus falsum non dixit,quia proponebat se facturũ quod dicebat:& sic verba eius erant intelligenda quasi insinuantia eius propositum,non autem futurum euentũ qui ei erat incertus,vnde non poterat hoc prædicare,nisi fortè sub conditione quã Iacobus dicit apponendam Iac.4,Pro eo vt dicatis,si dominus voluerit,& si vixerimus, faciemus hoc aut illud.Et sic etiã Apostolus se excusat.2. Corinth.1. de hoc quòd ad eos non iuerat sicut promiserat,dicens, Cùm ergo volui nunquid leuitate vsus sum,aut quæ cogito,secundum carnẽ cogito,vt sit apud me est,& nõ. Et sic ex hoc quòd ex iusta causa prætermisit facere quod promiserat,se immunẽ dicit à leuitate, carnalitate & falsitate. Et sic etiã soluit hoc Gelasius papa,& habetur in decretis 22.q.2, Beatus,inquit,Paulus apostolus,nõ ideo,quod absit,fefellisse credendũ est,aut sibi extitisse contrarius, quoniam cũ ad Hispaniã se promisisset iturũ dispositione diuina maioribꝰ occupatus causis implere nõ potuit quod promisit.Quantũ enim ipsius volũtatis interfuit,hoc pronuntiauit quod re vera voluisset efficere.Quantum verò ad diuini secreta consilii,quæ vt homo non potuit,licet spiritu dei plenus agnosceret,superna prætermisit dispositione præuentus.Licet enim propheticum spiritum habuerit,tamen prophetis non omnia reuelantur,vt patet 4.Reg.4.vbi Helisæus dixit,Anima eius in amaritudine est,& dominus celauit à me,& nõ indicauit mihi. ¶Deinde cùm dicit,[Scio autem,&c.]prænuntiat eis fructum suæ visitationis,dicens, Scio autem,scilicet ex fiducia diuinæ gratiæ,quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam, id est Christus abundantius suam benedictionem dabit vobis in meo aduentu, de qua dicitur in Psal. Etenim benedictionem dabit legislator,ibunt de virtute in virtutem. Et sic Laban dixit ad Iacob Genes. 3, Experimento didici quòd benedixerit mihi deus propter te. ¶Deinde cùm dicit,[Obsecro ergo,&c.] petit ab eis orationis suffragia, & primò petit eorum orationes.secundò ipse pro eis rogat,ibi[Deus pacis,&c.] Circa primum tria facit. Primò inducit eos ad orandum pro se ex tribus.Primò quidem ex superna charitate,cùm dicit, [Obsecro vos ergo fratres.]Ad Philem. Propter charitatem autem magis obsecro . Secundò ex reuerentia Christi, cuius ipse erat minister dicens,[Per dominum nostrum Iesum Christum.]In quo omnes vnũ sumus.vt suprà 12,dictũ est.Tertiò ex dono spiritus sancti,quod eius ministerio tradebatur.Vnde subdit,Per charitatẽ spiritus sancti,quam spiritus sanctus in cordibus nostris diffundit,vt suprà 5.dictum est.Secũdò petit auxilium orationis eorum,dicens,Vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deum.s.pro me fusis.Prou.18,Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma.Hoc autẽ vt glo.dicit, non ideo dicit Apostolus,quia ipse minus mereatur q̃ alii minores,sed ordinem sequitur.Primò quidem vt ab ecclesia pro rectore suo fiat oratio,secundum illud 1.Timot.2,Obsecro igitur primò omnium fieri obsecrationes,orationes,postulationes,gratiarum actiones,pro omnibus hominibus,pro regibus & omnibus qui sunt in sublimitate cõstituti,&c.Secundò quia multi minimi dum congregantur vnanimes,magis merentur. Et ideo impossibile est vt multorum preces non impetrent. Matth.18, Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quancunque petierint,fiet illis à patre meo qui est in cælis. Tertiò vt dum multi orant, multi etiam gratias agant exaudiri,secundum illud 2.Cor.1,Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis vt per multos gratiæ agantur deo. Tertiò ponit ea quæ vult sibi impetrari,quorum primum pertinet ad hostes quos habebat in Iudæa. Vnde dicit,Vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa,qui præcipuè Paulum impugnabãt & odiebãt, quia fiducialiter prædicabat cessationem legalium . Act. 21, Audierunt de te quòd discessionem doces à Moyse, &c. Secundum pertinebat ad eos in quorum ministeriũ ibat. Et hoc est quòd subdit, Et oblatio obsequii mei,id est ecclesia in qua eis ministro fiat accepta sanctis qui sunt in Ierusalem,scilicet vt ex hac prouocentur ad gratias agendum deo,& ad orandum pro ipsis gentibus à quibus recipiunt.Eccle.31,Splendidum in panibus benedicent labia multorũ. Tertium pertinet ad ipsos quibus scribebat. Vnde subdit, Vt veniã ad vos in gaudio,& hoc per voluntatem dei,contra quam nihil agere volebat. Suprà 1,Obsecrans si quomodo prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos,& refrigerer vobiscum,id est vt ex vestra præsentia refrigerium tribulationum mearum accipiam. ¶Deinde cùm dicit[,Deus autem pacis,&c.]ostendit quòd pro eis orat,dicens, Deus autem dator pacis sit cum omnibus vobis,per hoc,scilicet quòd vos ad inuicem pacem habeatis.2.Corinth.vlti.Idipsum sapite,& deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Subdit, Amen,id est fiat.Psalmista,Et dicet omnis populus,Fat,fiat. Caput 16.

Ante ĩ Hispaniã iuerat Paulus

Spiritũ propheticũ habuit Paulꝰ nõ bene certò sciuit se iturũ in Hispaniam.

Totum hoc caput fermè est salutationũ, & in mediotamẽ docet cauẽdũ ab illis qui dissensiones &

Commendo autem uobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Chenchris, ut eam suscipiatis in domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunque negotio uestri indiguerit . Etenim ipsa quoque astitit multis & mihiipsi. Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt , quibus non solùm gratias ago , sed & cunctæ ecclesiæ Gentium & domesticam ecclesiam eorum . Salutate Ephenetum dilectum mihi , qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu.Salutate Mariam,quæ multum laborauit in uobis.Salutate Andronicum & Iuliam,cognatos & concaptiuos meos qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu . Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in do-

mino.Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachin dilectum meum. Salutate Appellen probũ in Christo.Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo.Salutate Herodionem cognatũ meum. Salutate eos qui sunt ex Narcisci domo,qui sunt in domino.Salutate Triphenam & Triphosam,quæ laborant in domino.Salutate Persidem charissimam quæ multum laborauit in domino.Salutate Rufum electum in domino & matrem eius & meã . Salutate Asyncretum & Phlegontem,Hermen,Patrobam Hermam,& qui cùm eis sunt fratres.Salutate Philologum & Iuliam Nereum & sororem eius, & Olimpiadem,& omnes qui cùm eis sunt sanctos.Salutate inuicem in osculo sancto.Salutant uos omnes ecclesiæ Christi.

mala dogmata seminant cõtra doctrinam apostolicã quos dicit seruire suo vẽtri nõ dũ dicẽs eos de cipere corda inocẽtiũ p suos dulces sermones & ideo ab eis cauẽ dũ instruit ne sine sanctæ obediẽtiæ iã vbique prædicate macilã apponãt et tandẽ gratias agit deo interna cẽdo diu tacitũ euãgelĩũ nũc reuelatũ est.

¶Postquam Apostolus proposuit fidelibus Romanis quibus scribebat quædam familiaria pertinentia ad suam personã,hîc ponit quædam familiaria pertinentia ad alios.Et circa hoc tria facit . Primò monet quid ad alios debeant facere.Secundò ostendit quid alii ad eos agant,ibi,[Salutat vos,&c.] Tertiò epistolã finit in gratiarum actione,ibi,[Ei autẽ qui potens,&c.]Circa primum duo facit. Primò ostendit quos debeãt salutare.Secundo ostendit quos debeant vitare,ibi,[Rogo autẽ vos fratres. Circa primum mandat quasdam personas salutari in speciali.Secundò ponit in generali modũ salutationis,ibi,[Salutate inuicẽ,&c.] Tertiò salutat eos in cõmuni ex parte fidelium.ibi,[Salutant vos,&c.[Circa primũ loquitur de quadã muliere Corinthia quæ Romã ibat,quã eis recõmendat describens eam primò ex nomine,dicens. Cõmendo autem vobis Phœben quæ licet esset deo deuota,non tamen erat tantæ authoritatis vt cõmendaticiis literis nõ egeret,sicut ipse de se dicit 2.Cor.3,Aut nunquid egemus sicut quidã commendaticiis literis. Secũdò describit eam ex fidei religione,dicens,Sororẽ nostrã. Omnes enim mulieres fideles,sorores vocãtur,sicut & omnes viri fratres.Mat.23,Omnes vos fratres estis.Tertiò ex officio pietatis cùm dicit. Quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Chẽcris portu Corinthiorũ vbi aliqui Christiani erant cõgregati,quibus dicta mulier seruiebat,sicut & de ipso Christo Luc.8.dicitur quòd quædã mulieres ministrabant ei de facultatibus suis. Et de vidua eligenda dicitur 1.Timo.5, Si hospitio recepit,si pedes sanctorũ lauit. ¶Deinde dicit duo in quibus vult eam cõmendatam haberi,quorum primũ est vt honestè recipiantur.Et hoc est ꝙ dicit, [Vt suscipiatis eam in domino.]id est,propter amorẽ dei.Dignè sanctis.i.secundum ꝙ dignum est recipi sanctos,secundũ illud Mat.10,Qui recipit iustũ in nomine iusti,mercedem iusti recipiet. Quidã libri habẽt dignè satis.i.cõuenienter,tamen litera nõ concordat cum Græco.Secundũ est,vt eam solicitè adiuuent.Vnde subdit.Vt assistatis ei.s.consilium & auxiliũ ferendo in quocunq; negotio vestri indiguerit. Habebat enim fortè aliquid expedire in curia Cæsaris. ¶Sed cõtrà hoc videtur esse quod dicitur 1.Thess.4,Vestrũ negotiũ agatis.qua si dicat,Non intromitatis vos de negotiis alienis. ¶Sed dicendum est ꝙ assistere negotiis alienis contingit dupliciter.Vno modo seculariter.i.propter fauorẽ hominum vel lucra,& hoc nõ conuenit seruis dei. 2, Timo.2,Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. Aliomodo assistit aliquis negotiis alienis ex pietate,putà in auxiliũ indigentium & miserorũ,& hoc est religiosum,secundũ illud Iac.1,Religio mũda & immaculata apud deum & patrẽ hæc est:visitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ. Et hoc modo Apostolus hic loquitur.Vltimò autẽ ostẽditApostolus meritũ eius quare hoc sibi debeatur,dicens,Et enim ipsa quoq; multis astitit & mihiipsi.Esa.3,Dicite iusto quoniã bene retributio enim manuũ eius fiet ei. Matt.5, Beati misericordes:quoniã ipsi misericordiã consequentur. ¶Deinde mãdat salutari quasdã alias personas sibi cõiunctas,dicens,[Salutate Priscam & Aquilam]qui erat vir Prisce,sed mulierẽ præponit fortè ꝓpter maiorem fidei deuotionẽ.Adiutores meos in Christo Iesu.i.in fide Christi prædicanda.Apud enim eos Corinthi hospitabãtur,vt habetur Act.18,Qui pro anima mea suas ceruices suppossuerũt.i. seipsos mortis periculo exposuerũt pro vita mea cõseruanda,quod est indiciũ maximæ charitatis.Io.15,Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Hoc autẽ videtur factum fuisse Corinthi vbi Paulus persecutionẽ est passus sicut habetur Act.18. ¶Vel fortè melius dicendũ est ꝙ alii se periculo pro Apostolo exposuerunt.Nam illud quod legitur Act.18.Factũ fuit quando Prisca & Aquila de Roma recedẽtes Corinthum venerũt,vt ibidem dicitur.Sed hoc scribebat Apostolus quãdo adhuc estimabat eos esse Romæ:vita autẽ Apostoli non tam sibi q̃ aliis necessaria erat,secundũ illud Phil.1,Permanere autẽ in carne necessarium propter vos.Et ideò subdit,Quibus nõ solùm ego gratias ago,sed & cunctę ecclesię Gentiũ:qua rum sum Apostolus & doctor.1.Timi.2,Doctor Gentiũ in fide & veritate.Et etiã salutate domesticã eorũ ecclesiam.Habebãt enim in domo sua multos fideles congregatos. ¶Deinde vult aliũ salutari sibi dilectio ne coniunctũ,dicens,[Salutate Ephenetum dilectũ mihi qui est primitiuus Asiæ in Christo.] Primus enim in tota Asia fuit ad fidẽ Christi cõuersus quod erat ei ad magnã dignitatẽ.Heb.12. Accessistis ad ecclesiam primitiuorum qui cõscripti sunt in cælis.Tunc autẽ erat Romæ. ¶Deinde dicit,Salutate Mariã quę multũ laborauit in vobis]ad hoc vt eos ad concordiã reuocaret,quę cùm hoc facere non posset,significauit Apostolo.Sap.3,Bonorum laborũ gloriosus est fructus. ¶Deinde dicit,[Salutate Andronicum & Iuliam]quos primò describit ex genere,cùm dicit,[Cognatos meos]In quo ostẽdit eos fuisse Iudæos,de quibus suprà 9, Qui sunt cognati mei secundũ carnem.Secũdò ex passione pro Christo susceptа, dicens. [Et concaptiuos meos.]Fuerãt enim aliquãdo cum Apostolo Christi incarcerati. 2.Cor.11,In carceribus abundãtius:tertiò ex authoritate cùm dicit,[Qui sunt nobiles in apostolis].i.nobiles inter prædicatores,secundũ illud Prou. vlt.Nobiles in portis vir eius.Quartò ex tẽpore cùm dicit,[Et ante me fuerũt ĩ Christo Iesu.]Prius em̃ fuerunt cõuersi q̃ ipse Apostolus:& ex hoc eis maior reuerentia debebatur.1.Tim.5, Seniorem ne increpaueris sed obsecra ut patrem. ¶Deinde dicit,[Salutate Ampliatum dilectũ meũ in domino].s.dilectione charitatis quæ est in Christo.Phil.1,Testis mihi est deus quomodo cupiã omnes vos esse in visceribus Christi. ¶Deinde dicit,[Salutate Vrbanum adiutorẽ nostrum in Christo].s.in prædicatione fidei.Prouer.18, Frater qui adiuuatur à fratre,&c.[Et Stachin dilectum meum] quos coniungit:quia fortè simul habitabãt vel aliqua alia necessitudine erant coniuncti. ¶Deinde dicit,[Salutate Appellen probum in Christo].i.approbatum in Christo fortè per aliquas tribulationes. Iob 23, Probauit me quasi aurum ꝙ per ignem transit. ¶Deinde cũ dicit, [Salutate omnes qui sunt ex domo].i.ex familia Aristoboli in cuius domo multi fideles erant congregati quem nõ salutat:quia fortè ex aliqua causa erat absens. ¶Deinde dicit,[Salutate Hero-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dionem cognatum meum]qui ex hoc ipso dicitur fuisse Iudæus. ¶Deinde dicit,[Salutate omnes qui sunt ex domo Nar cisci qui dicitur fuisse presbiter & peregrinabatur per deserta loca vt fideles Christi conforta ret. Vnde quia tunc eum absentem nouerat esse Apostolus nō mandat eum salutari,sed familiā eius. Erant tamen in eius familia aliqui infideles,& ideò ad discretionē subdit.Qui sunt in domino,quia solos fideles sa lutari mandat.2.Io.1,Si quis venit ad vos & hanc doctrinā non affert,nolite recipere eum in domū, nec a- ue dixeritis ei. ¶Deinde dicit,[Salutate Thiphenam & Triphosam quæ laborauerūt in domino].i.in mi- nisterio sanctorū,quod dominus sibi reputat fieri,secundū illudMat.25,Quòd vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. ¶Deinde dicit,[Salutate Persidā charissimā meam] quā.s.Apostolus propter eius deuotionē specialiter diligebat.Vnde subdit[Quæ multum laborauit in domino].s. exhortando alios & ministrando sanctis,& etiā in paupertate & aliis spiritualib⁹ laboribus.2.Cor.11,In laboribus,in ieiuniis,in vigiliis, &c. ¶Deinde dicit[Salutate Rufum electum in domino]. i.in gratia Christi Ephe. 1, Elegit nos in ipso antè mundi cōstitutionem.Et matrem eius.s.carne,& meā quia fuit eius mater beneficio.Aliquādo enim seruie- rat Apostolo,licet tunc Romæ non esset.1.Tim.5,Anus vt matres,iuuenculas vt sorores in omni castitate. ¶Deinde dicit[Salutate Asineretum,Hermā, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt fratres] quos simul salutat : quia simul concorditer habitabant.Psalm. Qui habitare facit vnius moris in domo. ¶Deinde dicit[Salutate Philologum & IuliamMereum & fororē eius Olimpiadem & omnes qui cū eis sunt sanctos] id est,in fide Christi sanctificatos.1.Cor.1,Abluti estis & sanctificati estis. ¶Deinde ostendit modum quo se generaliter salutēt,dicens,Salutate inuicem in osculo sancto,quod dicitur ad differentiā osculi libidinosi, de quo dicitur Prouer.7,Apprehensum deosculatur iuuenem.Et etiā dolosi de quo dicitur Prouer.27, Me liora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta oscula inimici.Osculum autē sanctū est quod in signū sanctæ tri nitatis datur.Can.1,Osculetur me osculo oris sui.Exinde autē mos in ecclesia inoleuit vt fideles inter mis- sarum solemnia inuicem dent oscula pacis. ¶Deinde salutat eos ex parte aliarum ecclesiarū, dicens, Salu- tant vos omnes ecclesiæ Christi.i.in nomine & fide Christi congregatæ, quia omnes vestrā salutem optāt & pro vobis orant.Iaco.vlt.Orate pro inuicem,vt saluemini.

Lectio 2.

Docet fugiendos falsos ꝓdicatores declarando eorū conditionē, bono rū laudādo obedientiā & de illa gaudet eos monet, pro eis orat,gratias deo agit, salutatiōes cōtinuat,de enāgelio loquitur quod dictū est.

Rogo autem uos fratres,ut obseruetis eos qui dissensiones,& offendicula præter doctrinā quam uos didicistis fa ciunt,& declinate ab illis.Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt,sed suo uētri,& per dulces ser mones,& benedictiones seducunt corda innocentium.Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est.Gaudeo igi tur in uobis,sed uolo uos sapientes esse in bono,& simplices in malo.Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus uestris uelociter.Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum.Salutat uos Timothæus adiutor meus,& Lucius,& Ia- son.& Sosipater cognati mei.Saluto uos ego Tertius qui scripsi epistolā in domino.Salutat uos Caius hospes meus,& uniuersa ecclesia.Salutat uos Erastus,Archarius ciuitatis,& Quartus frater.Gratia domini nostri Iesu Christi cum o- mnibus uobis,Amen.Ei autem qui potēs est uos confirmare iuxta euangeliū meum & prædicationē Iesu Christi secun dum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti,quod nunc patefactum est per scripturas prophetarū secundum præceptum æterni dei ad obeditionem fidei,in cunctis gentibus cogniti soli sapienti deo per Iesum Christum, cui ho- nor & gloria in sæcula sæculorum,Amen.

¶Postq̄ Apostolus mandauit quos salutarent, hîc ostendit eis quos debeāt vitare. Et circa hoc tria facit. Primò docet quos debeant vitare.Secundò rationē assignat,ibi, [Huiusmodi enim,&c.] Tertiò promittit eis diuinum auxiliū ad hoc implendum,ibi,[Deus autē pacis,&c.] Et quia illi quos vitari volebat fraudulē ter incedebant decipientes sub specie pietatis,secundū illud Mat.7,Veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces.Ideò primò induxit eos ad cautelam habendā,dicens, Rogo autem vos fratres,vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinā quā vos didicistis,faciunt. Vbi pri mò cōsiderandum est ꝙ obseruare,nihil aliud est q̄ diligenter considerare,quod quidem quandoq; in bo no sumitur,quandoq; in malo.In malo quidē sumitur,quando aliquis diligenter considerat conditionē & processum alicuius ad nocendū,secūdum illud Psal.Obseruabit peccator iustum,& stridebit super eū den tibus suis.Et Luc.14.dicitur,Et ipsi obseruabant eū,in bono autem accipitur.Vno modo quando quis cō siderat præcepta dei ad faciēdum.Exo.23,Obserua igitur & audi vocem eius.Alio modo quādo diligenter considerat bonos ad imitādum,secundū illud Phil.3,Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostram.Tertiò obseruantur mali ad cauendū,& ita accipitur hîc. Erant e- nim quidā ad fidem conuersi qui prædicabant legalia esse obseruanda,& ex hoc primò quidem in ecclesia sequebātur dissensiones & sectæ,dum quidā eorum errori adhærerent,alii verò in vera fide persisterēt. Ga la.5,Dissensiones,sectæ,&c.Secundò sequebātur offendicula & scandala,de quibus suprà 14.actū est dum quidā alios iudicarent,& alii alios spernerēt quid dissensiones & offendicula faciūt.Esa.57, Aufferte offen dicula de medio populi mei.Dicit autē præter doctrinā quā vos didicistis à veris Christi apostolis,vt oste- dat ꝙ huiusmodi dissensiones & scandala ex falsitate doctrinæ prouenieb̄at.Gala.1,Si quis vobis euange- lizauerit præter id quod accepistis,anathema sit.Secundò monet vt cogniti vitētur,dicens,Et declinate ab illis.i.eorum doctrinam & consortia fugiatis. Psal. Declinate à me maligni & scrutabor mandata dei mei. ¶Deinde cùm dicit,[Huiuscemodi enim,&c.]assignat eius ꝙ dixerat duas rationes,quarum prima sumi tur ex parte eorū quos vult vitari.Et primò describit eorum intentionē,dicens,Huiusmodi enim homines non seruiunt Christo domino,sed suo vētri.Non enim prædicabant propter gloriam Christi, sed propter quæstum vt suū ventrem implerēt.Phil.3,Multi ambulant quos sæpe dicebā vobis,nunc autem & flens di- co inimicos crucis Christi,quorum deus vēter est.Secundò describit eorū deceptionem,dicens,Et per dul ces sermones seducūt corda innocentium.i.simplicium & imperitorū.Prouer.14,Innocēs credit omni ver bo.Per dulces sermones,in quibus sanctitatem prætendunt,secundū illud Psal.Qui loquuntur pacem cum proximo suo,mala autem in cordibus eorū. Et benedictiones quibus.s.benedicūt & adulātur illis qui eos sequūtur.Esa.3,Populè meus qui beatū te dicunt,ipsi te decipiunt.Mala.2.Maledicam benedictionibus ve stris.Secundam rationē assignat ex conditione Romanorum qui faciles se exhibebant ad sequendū bonū & malū.Vnde primò cōmendat eos de facilitate ad bonū,dicens, Vestra enim obedictia qua de facili obe-

distis,in omni loco diuulgata est propter dominiū quod tūc Romani obtinebāt super alias nationes.Vnde quod à Romanis fiebat de facili diuulgabatur ad alios.suprà 1,Fides vestra in vniuerso mundo annuntia- tur.Gaudeo igitur in vobis,quia.s.fidei obedistis,& hoc in charitate,de qua dicitur 1. Cor. 13, Quod non gaudet super iniquitate,congaudet autē veritati.Secundò reddit eos cautos contrà malum,dicens.Sed vo lo vos esse sapiētes in bono,vt.s.ei quod bonū est inhæreatis.1.Thess.vlt.Quod bonū est tenete.Et simpli ces in malo,ne.s.per aliquam simplicitatē declinetis ad malum.Vt talis sit vobis simplicitas,ꝙ nullum de- cipiatis in malū.Mat.10,Estote prudentes sicut serpētes,& simplices sicut colūbæ. Econuerso, de quibus- dam dicitur Hie.4,Sapientes sunt vt faciant mala,bene autem facere nesciūt. ¶Deinde cùm dicit,[Deus autem pacis,&c.]promittit eis diuinū auxilium contrà huiusmodi deceptores.Et primò ponitur promis- sio cùm dicit,[Deus autē pacis].s.actor qui dissensiones odit quas isti faciūt.ConteretSathanā.i.diabolum qui per istos pseudoapostolos vos decipere conatur sub pedibus vestris,quia.s. per vestram sapiētiam eum vincetis.Et hoc fiet veloci ter.s.in aduentu meo.Luc.10,Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpen tes & scorpiones & omnē virtutem inimici.Mal.vlt.Calcabitis impios cū fuerint sicut cinis sub planta pe dum vestrorū.Secundò ponitur oratio ad hoc obtinendū cùm dicit, Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum,quæ.s.sufficit ad vos tuendos.2.Cor.12,Sufficit tibi gratia mea. ¶Deinde cùm dicit,[Salutat vos,&c.]Salutat eos ex parte aliorū,dicens,Salutat vos Timothæus adiutor meus.s.in prædicatione euan- gelii.1.Cor.4,Misi ad vos Timothæū qui est filius meus charissimus & fidelis,&c. Addit autem & Lucius Iason & Sosipater & cognati mei qui Iudei erant.s.vos salutant.Erat autē quidam notarius Pauli nomine Tertius cui Paulus concesit vt ex sua persona Romanos salutaret.Vnde subditur. Ego Tertius qui scripsi hanc epistolam,saluto vos in domino. ¶Deinde dicit,[Salutat vos Caius hospes]cui scribitur Ioannis ter tia canonica,in qua cōmēdatur de charitate quā exhibebat sanctis.Et vniuersa ecclesia.s.quæ erat in domo eius congregata,vel quæ erat in illa prouincia. ¶Deinde dicit, [Salutat vos Erastus Archarius ciuitatis, qui.s.custodiebat arcam cōmunem.i.cōmunes reditus ciuitatis,& quidā frater.i.fidelis, nomine Quartus. ¶Deinde salutat eos ex parte sua,dicens,Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis,Amē. Et finit epistolam cum gratiarū actione,dicens,Ei,autem.s.deo qui est trinitas qui potens est vos cōfirma- re.1.Petr.vlt.Modicum passos ipse perficiet,cōfirmabit solidabitq;.Et hoc in fide quæ est iuxta euangeliū i.secundū euangeliū quod ego prædico.1.Cor.15,Siue ego siue illi sic prędicamus & sic credidistis.Et etiā secundum prædicationē Iesu Christi qui primo euangelium prædicauit,secundū illud Heb.2,Quæ cū initium accepisset enarrari per dominum.Vnde Mat.4.dicitur,quòd circuibat Iesus prædicans euangeliū re gni,Subdit autē in reuelatione mysterii.i.secreti,quod quidē potest referri ad id quod dixerat iuxta euan- gelium meum.Vel quia in ipso euāgelio reuelatur secretum incarnationis diuinę,secundū illud suprà 1,Iu- stitia dei reuelatur in eo.Vel quia ipsi Apostolo est euangeliū reuelatum. 1. Cor.2, Nobis autem reuelauit deus per spiritū suum.De hoc autem secretò dicitur Esa.24,Secretū meum mihi.Vel potest melius hoc re ferri ad hoc quod dixerat.Confirmare,quasi dicat,Deus potest vos cōfirmare in euangelio meo & prædi- catione,& hoc secundū reuelationē mysterii.i.secreti.s.de cōuersione Gentium,sicut habetur Ephe.3, Mi hi autem omniū sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus illuminare quæ sit dispensatio sacra- menti,&c,Vnde & ipse subdit,Temporibus æternis,quia videlicet occultū erat apud homines ꝙ Gentes essent cōuertendæ ad fidem.Vocat autē hæc tēpora æterna quasi diu durantia,quia à principio mundi hoc fuit occultum,sicut & in Psal.dicitur,Illuminans tu mirabiliter à mōtibus æternis. Et potest dici ꝙ tēpora æterna dicuntur ipsa æternitas de qua dicitur Esa.57, Excelsus & sublimis habitans æternitatem , vt sicut simplex dei essentia per quandā similitudinem dimēsionib⁹ corporalibus describitur,secundū illud Iob 11, Longior terra mēsura eius & latior mari,ita & simplex eius æternitas per tēpora designatur inquantum o- mnia tēpora continet. ¶Subdit autem ꝙ.s.mysterium nunc patefactum est de cōuersione Gentium per scripturas prophetarū.i. secundum quod prophetæ prædixerunt,vt patuit suprà 15, Vnde ad Ephe.3.dici- tur,Aliis generationibus nō est agnitum filiis hominū,sicut nūc manifestū est sanctis apostolis eius & pro- phætis in spiritu esse gentes cohæredes,&c.Est autē patefactum per operis impletionē ex pręcepto dei.Vn de secundum præceptū æterni dei,qui.s.æterno proposito ea quæ vult tēporaliter facit,quod quidem præ- ceptum dei ad obeditionem fidei est in cunctis gentibus.i.vt omnes gētes obedient fidei.suprà 1, Ad obe diendum fidei in omnibus gentibus.Si autē loquamur de mysterio incarnationis, sic cōstruenda est litera. Mysterii inquā temporibus æternis taciti,quia antea nō erat ita manifestum. Quòd inquā mysterium nūc patefactū est per scripturas prophetarū qui hoc prædixerunt secūdum præceptū æterni dei qui voluit my sterium incarnationis patefieri,& hoc ad obedientiā fidei in cunctis gentibus.Mysterii inquam licet taciti apud homines,tamen cogniti soli deo sapienti,quia ipse solus hoc cognouit & quibus hoc voluit reuelare, quia vt dicitur 1.Cor.2,Quæ sunt dei,nemo nouit nisi spiritus dei.Vel potest intelligi de eo qui solus est sa piens.s.per essentiā,sicut dicitur Mat.19.& Mar.10,Nemo bonus,nisi solus deus. Nec excluditur per hoc filius,quia eadē est perfectio totius trinitatis sicut ecouerso dicitur, nemo nouit patrem nisi filius. Mat.11, Non excluditur pater à notitia suipsius. ¶Subdit autē.[Per Iesum Christum.] Quod non sic est intelligē dum,ꝙ deus pater sit sapiens per IesumChristum:quia cum deo sit idem sapere quod est esse,sequeretur ꝙ pater esset per filium,quod est incōueniens,sed hoc referendū est ad hoc quod suprà dixerat,Nunc patefa- ctum est.s.per Iesum Christū,cui Iesu Christo est honor & gloria per reuerentiā totius creaturæ, secundū illud Phil.2,In nomine Iesu omne genu flectatur.Et gloria.s.quantū ad plenā diuinitatē,sicut ibi subditur, Et oīs lingua cōfiteatur quia dñs Iesus Christ⁹ in gloria est dei patris.Et hoc nō ad tēpus, sed in secula secu lorū.Heb.vlt.Iesus Christ⁹ heri & hodie ipse in secula. ¶Addit autē ad confirmationē veritatis. Amen. Vel potest sic cōstrui.Cogniti soli sapiēti deo,cui ꝑ Iesū christū est gloria ꝙ deū glorificauit,scām illud.Io. 17,Ego clarificaui te sup terrā.Est autē aduertēdū ꝙ hęc cōstructio est defectiua & est sic supplēda . Ei qui po.&c.Sit honor&gloria ꝑ Iesū christū cui est honor & gloria.Si aūt nō sit ibi ly,cui,erit cōstructio plana.

Explicit epistola ad Romanos secundum expositionem angelici doctoris sancti Thomæ de Aquino ordinis prædicatorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit expositio eiusdem super PRIMAM EPISTOLAM SANCTI PAVLI APOSTOLI ad Corinthios.

Totius huius epistolæ diuersa sunt materiæ. in quatuor primis capitibus tractat dissentiones eos reprimendo. Sed ga erat aliqui boni inter Corinthios ideò primò eos laudat, salutationẽ præmittẽs, & adeò cordiã hortatur eos qui dicũt sed diuersis baptizatos docendo q̃ deus stultitiã fecerit sapiẽtiã huius mundi. Paulus monitꝰ à Christo venit Corinthũ q̃ est Metropolis Achaiæ q̃ninciæ Græcie, & ibi mẽsibus decem et octo mansit prædicãdo taliter q̃ ferè oẽs habitatores cõuertit ad fidẽ. Sed eo tandẽ recedẽte multi eorũ seducti sũt à Iudæis & falsis apostolis q̃d audiens per hãc eis scripsit vt eos conformaret et ad fidem reuerteret.

NOn abscondam à vobis sacramenta dei,&c.Sapient.6, Sacramenti nomen dupliciter accipi consueuit. Nam quandoq; sacramentum dicitur quodcunq; secretum & præcipuè de rebus sacris.quandoq; sacramentum dicitur sacræ rei signum, ita quòd & eius imaginem gerat & causa existat,secundũ quod nos dicimus septem sacramẽta ecclesiæ,scilicet,baptismus,confirmatio,eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo,& matrimonium.In qua quidem significatione sacramenti etiam prima significatio continetur.Nam in his ecclesiæ sacramentis,diuina virtus secretius operatur salutem.vt August.dicit, Hæc igitur sacramenta dei prælatus seu doctor ecclesiæ fidelibus Christi nõ debet abscondere,sed manifestare propter tria.Primò quidem quia hoc pertinet ad honorem dei,secundũ illud Thob.12,Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autẽ dei reuelare & confiteri honorificũ est. ¶ Secundò quia hoc pertinet ad salutem hominũ qui per horum ignorantiam in desperationem labi possent,sicut de quibusdam dicitur Sap.2,quòd nescierunt sacramẽta dei nec sperauerunt mercedem iustitiæ,quia per sacramenta homines purificantur,vt sint præparati ad recipiendũ mercedem iustitiæ. ¶ Tertiò quia hoc pertinet ad debitum officiũ prelati vel doctoris,secundũ illud Ephe.3,Mihi omniũ sanctorũ minimo data est gratia,hæc illuminare quæ sit dispensatio sacramenti absc̃diti à sæculis in deo.Sic ergo prædicta verba demõstrant nobis materiam huius epistolæ in qua Apostolus agit de sacramentis ecclesiæ.Cùm enim in epistola ad Romanos gratiam dei commendasset quę in sacramentis ecclesiæ operatur:hîc, scilicet,in prima epistola ad Corinthios,de ipsis ecclesiæ sacramentis agit. In secunda verò de ministris sacramentorum. Videamus ergo primò textum.

Caput 1.

PAulus uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei & Sosthenes frater,ecclesiæ dei quæ est Corinthi:Sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis,cum omnibus qui inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorũ & nostro:Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu,quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni uerbo & in omni scientia,sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis,ita ut nihil uobis desit in nulla gratia,expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit uos usque in finem sine crimine in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus per quem uocati estis in societatem filij eius domini nostri Iesu Christi.

¶ Diuiditur ergo hæc epistola in partes duas.In prima parte ponit epistolarẽ salutationem.In secũda prosequitur suã intentionem,ibi,[Gratias ago deo meo.] Circa primum tria facit. Primò ponit personas salutãtes.Secũdò psonas salutatas.[Ecclesiæ dei,&c.]Tertiò bona salutifera optat, ibi , [Gratia vobis & pax.] Circa primũ duo facit. Primò ponit personã principalem,quã describit ex nomine,dicens,Paulus,de quo quidẽ nomine satis dictum est in epistola ad Roma.Hîc autẽ sufficit dicere quòd hoc nomen præmittit in signum humilitatis.Nam Paulus idẽ est q̃ modicus,q̃ ad humilitatem pertinet.1. Reg.13,Cùm esses parvulus in oculis tuis,caput in tribubus Israel factus es.Matth.11,Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. ¶ Consequenter describit eã à dignitate. Et primò ponit modum adipiscendę dignitatis,cùm dicit,Vocatus,secundũ illud Heb.5,Nemo sumit sibi honorẽ,sed qui vocatur à deo tanquã Aaron.Secundò ponit ipsam dignitatẽ,dicens,Apostolus Iesu Christi,quæ quidẽ est prima dignitas in ecclesia & interpretatur missus,quia fuerunt missi à deo,vt vice eius fungerẽtur in terris. Vnde dicit Mat.12, Quòd elegit duodecim quos & apostolos nominauit,& infrà 12, Deus posuit in ecclesia quosdã primùm quidẽ apostolos,&c.Tertiò ponit originem siue causam hũius dignitatis,cùm dicit [Per volũtatem dei.] Quod est intelligendũ de voluntate beneplaciti ex qua præficiuntur illi qui multipliciter præsunt ecclesiis. Eccle.10,In manibus dei potestas terræ & vtilẽ rectorem in tẽpore suscitabit sup illam.Et de prædicta voluntate sub figura nobis dicitur Iob 37, Quæ lustrãt cuncta per circuitũ quocunq; voluntas gubernantis perduxerit. Dimittit autẽ deus aliquos præfici propter subditorum peccata,secundũ illud Iob 34, Regnare facit hominẽ hypocritam propter peccata populi.Talis autẽ rector non dicitur esse secundũ voluntatẽ dei,sed secundum eius indignitatem,secundũ illud Osee 13,Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.Secundò ponit personã adiunctam,cũ dicit,[Et Sosthenes frater.] Quem sibi salutãdo adiungit,quia ad Apostolũ detulerat contẽtiones & alios Corinthiorũ defectus , ne hoc videretur ex odio feciſſe,& ideo nominat eum fratrẽ vt ostendat quòd ex zelo charitatis hoc fecerat.Prouer.9,Argue sapientem & diliget te. ¶ Deinde ponit personas salutatas,cùm dicit,[Ecclesiæ dei quæ est Corinthi.]Et primò ponit principales personas quas describit tripliciter.Primò quidem ex loco,cùm dicit,Ecclesiæ dei quę est Corinthi.i.fidelibus Christi Corinthi cõgregatis.Psal.Confitebor tibi in ecclesia magna.Secundò ex munere gratiæ,cùm dicit,[Sanctificatis in Christo Iesu]in fide,passione & sacramento Christi Iesu, sed abluti estis,sed sanctificati estis.Heb.vlt.Iesus vt sanctificaret per suũ sanguinem populum extra portã passus est. Tertiò ponit originẽ gratiæ,cùm dicit,[Vocatis sanctis.] Quia.s.ad sanctitatem per gratiã vocationis peruenerunt.Roma.8,Quos prædestinauit hos & vocauit.1.Pet.2,De tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ.Secundò ponit personas secundarias,fideles.s.qui nõ solùm erant in ipsa ciuitate,sed habitabãt in

diocesi ciuitatis vel districtu.Vnde subdit,Vobis inquam qui estis Corinthi scribo,cum omnibus qui inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi.s.per verã fidei confessionem.Ioel.2,Omnis qui inuocauerit nomẽ domini saluus erit.Et hoc in omni loco ipsorũ.i.eorũ iurisdictioni subiecto.Et nostro, quia per hoc quòd subiiciebantur episcopo ciuitatis nõ eximebantur à potestate Apostoli,quinimmo magis erãt ipsi Apostolo subiecti,quàm his quibus ipse eos subiecerat. Psal.In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino.Vltimò autẽ in salutatione ponit bona salutifera quæ eis optat, quorũ primum est gratia per quã iustificamur à peccatis.Rom.3,Iustificati gratis per gratiã ipsius.Vltimum autẽ est pax quę perficitur in felicitate æterna.Psalm.Qui posuit fines tuos pacem.Esa.32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Per hæc autẽ duo,omnia alia includit.Vnde dicit gratia & pax.Causam eorũ ostendit,subdẽs, A deo patre nostro,secundũ illud Iac.1,Omne datum optimũ & omne donum perfectũ desursum est descendens à patre luminũ.Addit autẽ & domino Iesu Christo per quẽ,vt dicitur 2. Pet.1. Maxima & præciosa promissa donauit nobis deus.Ioã.1.Gratia & veritas per Iesum Christũ facta est.Quod autem dicit,A deo patre nostro,potest intelligi de tota trinitate à qua creati sumus & in filios adoptati. Additur autẽ & domino Iesu Christo,nõ quia sit persona alia vel hypostasis præter tres personas,sed propter aliam naturã. Vel q̃ dicitur.Deo patre nostro,per quandã appropriationem accipitur pro persona patris,sicut Io.20, Ascendo ad patrem meum,deum meũ,& deum vestrum, In hoc autẽ quòd subdit.Et domino Iesu Christo, manifesta tur persona filii,tacetur autem de spiritu sancto,quia est nexus patris & filii & intellectus ex ambobus,vel quia est donum vtriusq;,intelligitur in donis,de quib⁹ dicit.Gratia & pax quæ per spiritũ sanctũ dãtur.infrà 12,Hæc omnia operatur vnus atq; idem spiritus. ¶ Deinde cùm dicit,[Gratias ago deo meo.[Incipit epistolarem tractatũ.Et primò gratias agit de bonis eorum, vt correctionem suorũ defectuũ tollerabilius ferant.Secundo ponit eorum instructionẽ,ibi[Obsecro vos autem fratres.]Circa primũ duo facit.Primò gratias agit de bonis quæ iam acceperũt.Secundò de bonis quę in futurũ expectabant,ibi[Expectantibus reuelationem.[Circa primũ duo facit.Primò ponit gratiarũ actionẽ,cùm dicit. Gratias ago deo meo, qui scilicet,& si sit deus omniũ per creationem,& gubernationẽ, tamen est eius & cuiuslibet iusti per fidẽ, & deuotionem Psal.Deus meus es tu & cõfitebor tibi.Ostendit etiam quando gratias agit,cùm dicit,Semp, quia hęc gratiarũ actio ex charitatis affectu procedit qui in eius corde assiduus erat.Prouer.17,Omni tempore diligit qui amicus est,& quãuis omni tempore eos diligeret,& pro eorũ bonis gratias ageret actualiter:tamen etiam pro eis agebat omnibus horis quas habebat orationi deputatas. Ostendit etiã pro quibus gratias agit cùm dicit.Pro vobis,de quorũ.s.bonis propter charitatis vnionẽ gaudebat,sicut de suis.3.Io.1, Maiorem horũ non habeo gratiã,quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.Secundò ostendit materiã gratiarũ actionis,& primò in generali cùm dicit.In gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu.i.per Christum Iesum.Io.1,De plenitudine eius omnes nos accepimus gratiã pro gratia. Secũdò in speciali vbi primò ostẽdit gratiæ abundantiã cùm dicit.Quia in omnibus.s.quæ pertinent ad salutẽ.Diuites.i.abundãtes facti estis in illo.i.per Christũ,secundum illud 1.Cor.8,Propter vos egenus factus est,vt illius inopia diuites essetis.Et exponit in quibus sint diuites facti,cùm dicit,In omni verbo,vel quia omnib⁹ generibus linguarum loquebãtur,Vel quia in verbo doctrinæ abundabant.Verbum autẽ non proferretur ordinatè nisi ex sciẽtia procederet,& ideo subdit.In omni scientia.i.intelligẽtia omnium scripturarũ,& vniuersaliter omnium quæ pertinẽt ad salutem.Sap.10,Dedit illi scientiã sanctorum.Hoc autẽ quod dicit Apostolus referendũ est ad eos qui erant in ecclesia perfectiores in quibusetiã alii minores has diuitias possidebãt,sicut Aug.dicit sup Io.Si amas vnitatem habes quicquid in illa alter habet:tolle inuidiã, & tuum est quod alius habet:quos cupiditas,& inuidia nõ separat,charitas iungit.Secũdò ostendit rectitudinẽ,dicens, Sicut testimonium Christi confirmatũ est in vobis non esset rectũ verbum doctrinæ,neq; recta scientia si à testimonio Christi discordaret,vel si etiã Christi testimoniũ non firmiter per fidẽ cordibus inhereret,quia vt dicitur Iac.1,Qui hesitat similis est fluctui maris qui à vẽto mouetur,& circunfertur.Testimoniũ autem Christi dicit,vel quia de ipso prophetæ prænũciauerunt,secundũ illud Act.10,Huic omnes prophetæ testimonium perhibẽt,vel quia ipse Christus testimoniũ perhibuit,secundũ illud Io.8,Si ego testimonium perhibeo de meipso,verum est testimoniũ meum.Vel etiã quia Apostolus in sua prædicatione Christo testimonium dedit.Act.22,Non recipient testimoniũ tuum de me.Tertiò tangit gratiæ perfectionẽ cùm dicit.Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia,quia.s.in diuersis personis omnes gratias gratis datas,habebãt . Ad diuinã enim prouidentiã pertinet,vt absq; defectu necessaria largiatur.Psal.Nihil deest timẽtibus eum,& iterum, Inquirentes autẽ dominum nõ minuentur omni bono. ¶ Deinde ponit in futurũ expectãda.Et circa hoc tria facit.Primò ponit futuri boni expectationẽ,dicens, Vobis inquã,non solùm habentibus gratiã in præsenti,sed etiã expectantibus in futurum reuelationẽ domini nostri Iesu Christi,quia.s.sanctis suis reuelabitur,nõ solùm per gloriam humanitatis,secundũ illud Esa.33, Regem in decore suo videbunt,sed etiam per gloriam diuinitatis,secundũ illud Esa.4, Reuelabitur gloria domini,quæ quidẽ reuelatio homines beatos facit.1.Io.3,Cùm autẽ apparuerit similes ei erimus:& videbimus eum sicuti est. Et in hoc vita æterna consistit, secundũ illud Ioã.17, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verũ deum & quem misisti Iesum Christum.Sicut autẽ illi quibus Christus reuelatur sunt beati in re , ita illi qui hoc expectant sunt beati in spe.Esa.3,Beati omnes qui expectãt eum.Et ideo de ipsa expectatione gratias agit. ¶ Secundò ostendit q̃ hæc expectatio non est vana ex auxilio diuinæ gratiæ.Vnde subdit.Qui.s. Christus qui spẽ dedit vobis huiusmodi reuelationis,etiã confirmabit vos in gratia accepta.1.Pet.vlt.Modicum passos ipse perficiet,cõfirmabit,solidabitq;,& hoc vsq; in finem.s.vitæ nostræ.Mat.10,Qui perseuerauerit vsq; in finẽ,hic saluus erit.Non autẽ vt sitis sine peccato,quia si dixerimus quoniã peccatum nõ habemus,ipsi nosmetipsos seducimus & veritas in nobis nõ est,vt dicitur 1.Io.1,Sed vt sitis sine crimine.i.sine peccato mortali.1. Timot.3, Ministrent nullũ crimen habentes,& hoc inquam erit in die aduentus domini nostri Iesu Christi,quia.s. si ne crimine inuenitur in die mortis sine crimine,perueniet ad diẽ iudicii,secundum illud Eccl.11,Si ceciderit lignum ad austrũ siue ad aquilonem,in quocunq; loco ceciderit,ibi erit.Nisi autẽ sine crimine nunc in-

Nil deest ecclesiæ dei in gratiis gratis datis

ueniatur, frustrà illam reuelationē expectaret. Tertiò rationem suæ promissionis assignat, dicēs, quòd deus vos cōfirmabit, quod debetis sperare quia deus est fidelis. Deut. 32. Deus fidelis & absq; vlla iniquitate. Per quē vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi domini nostri, vt. s. habeatis societatē ad Christum, & in præsenti per similitudinē gratiæ, secundum illud 1. Ioan. 1, Si in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est, societatem habemus cum eo ad inuicē. Et in futuro per participationē gloriæ. Roma. 8, Si cōpatimur vt & si mul glorificemur. Non autē videretur esse fidelis deus, si nos vocaret ad societatem filii, & nobis denegaret quantū in ipso est ea per quæ peruenire ad eum possemus. Vnde Iosue 1. dicit, Non te deserā neque derelinquam.

Lectio 2.

Monet ad cōcordiam, prohibet discordiā, quā oriebatur ꝑ cipuè ex ministrorū bapt smi diuersitate, et elegāti sermone quo Pseudo apostoli simplices decipiebāt, & de baptizanti-bꝰ hic dicit, In sacramē tis tria com plēda sunt.

Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis scismata. Sitis autē perfecti in eodem sensu, & in eadē scientia. Significatum est enim de uobis fratres mei ab his qui sunt Cloes, quia contentiones sunt inter uos. Hoc autē dico quòd unusquisq; uestrum dicit, Ego quidē sum Pauli, ego autem Apolo, ego uerò Cephæ, Ego autem Christi. Diuisus est Christus. Nūquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo quòd neminem uestrum baptizaui nisi Crispum & Caium, ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati estis, Baptizaui autem & Stephanæ domum, cæterum nescio si quem alium uestrum baptizauerim, Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.

¶ Præmissa salutatione, & gratiarum actione, hīc incipit eos instruere. Et primò ponitur institutio de his quæ ad omnes cōmuniter pertinent. s. de his quæ pertinēt ad ecclesiastica sacramenta. Secundò instruit eos de his quæ ad quosdā pertinebant. 16. cap. [De collectis autē quæ fiunt in sanctos, &c.] In sacramentis autem tria sunt cōsideranda. Primò quidē ipsum sacramentū sicut baptismus, Secundò id quod est res significata, & cōtenta. s. gratia. Tertiò id quod est res significata & nō contenta. s. gloria resurrectionis. Primò ergo agit de ipsis sacramētis. Secūdò de ipsis gratiis. 12. c [De spiritualibus autē nolo vos, &c.] Tertiò de gloria resurrectionis, infrà 15, Notum autē vobis facio. Circa primū tria facit. Primò determinat ea quæ pertinent ad sacramentū baptismi. Secundò ea quæ pertinēt ad sacramentū matrimonii. 5. cap. ibi [Omnino audītur inter vos, &c.] Tertiò ea quæ pertinēt ad sacramentū eucharistiæ. 8. ca. ibi, [De his autē quæ idolis sacrificantur.] Dominus autē Mat. vlt. discipulis præceptū dedit de doctrina simul, & baptismo, dicens, Euntes docete omnes gētes baptizantes. &c. Et ideo Apostolus in prima parte simul cū baptismo agit de doctrina. Est autē sciendum ꝙ inter Corinthios fideles erat quædā dissensio propter baptistas, & doctores. Illi enim qui erant instructi cōtenebant alios quasi qui meliorem doctrinā acceperint, & meliorē baptismum. Vnde circa primū duo facit. Primò remouet contentionē. Secundò contentionis causam quæ erat in hoc quòd glorificabātur de quibusdam & alios Christi ministros contenebant, infrà 3. cap. [Et ego fratres non potui vobis loqui.] Circa primum tria facit. Primò proponit admonitionē. Secūdò admonitionis necessitatem ostēdit, ibi, [Significatum est enim mihi, &c.] Tertiò rationē admonitionis assignat, ibi, [Diuisus est Christus, &c.] Circa primū duo consideranda sunt. Primum quidē eos inducit ad admonitionē seruandam. Vno modo per propriā humilitatem, cùm dicit. Obsecro autē vos, &c. Prou. 18, Cum obsecrationibus loquitur pauper. Alio modo per fraternā charitatē, cùm dicit, Fratres, quia. s. ex affectu fraternæ charitatis hoc dicebat. Eccl. 12, Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Tertiò per reuerentiam Christi, cùm dicit, Per nomen domini nostri Iesu Christi, quod est ab omnibus honorādum & cui oportet omnes esse subiectos. Phil. 2, In nomine Iesu omne genu flectatur. Secūdò considerandū est ꝙ inducit eos ad tria. Primò quidē ad cōcordiam, cùm dicit, [Vt idipsum dicatis omnes.] id est omnes eandē fidē cōfiteamini & eandem sententiā proferatis de his quæ sunt communiter agenda. Rom. 15, Vt vnanimes vno ore honorificetis deum. ¶ Secundò prohibet vitiū contrarium virtuti cùm dicit. [Et nō sint in vobis scismata.] quia vnitas ecclesiastica diuidi nō debet, in cuius signū milites de tunica inconsutili. Ioā. 19, dixerunt, Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. Sunt autē propriè scismata quādo vel propter diuersam fidei cōfessionem, vel propter diuersas sententias de agendis, homines vnius collegii in diuersas separantur partes. Esa. 22, Scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt. ¶ Tertiò inducit eos ad id per quod possunt scismata vitare. s. ad perfectionē. Est enim diuisionis causa dum vnusquisq; partiale bonum quærit prætermisso perfecto bono quod est bonū totius. Et ideò dicit, [Sitis autē perfecti in eodē sensu.] s. quo iudicatur de agendis, & in eadē scientia qua iudicatur de cognoscēdis, quasi dicat, per hæc ꝑfecti esse poteritis si in vnitate persistatis. Col. 3, Super omnia charitatē habete quod est vinculū perfectionis. Mat. 5, Estote perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est. ¶ Deinde cùm dicit, [Significatum est mihi.] ostēdit necessitatem prædictæ admonitionis, quia. s. contentionis vitio laborabāt, quasi dicat, ideò necesse est vos ad hoc inducere quia significatū est mihi fratres mei ab his qui sunt Cloes. i. in quadā villa Corinthiorum iurisdictioni subiecta: vel Cloes potest esse nomen matronæ in cuius domo erāt multi fideles cōgregati, quia cōtentiones sunt inter vos, cōtra id quod dicitur Prou. 20, Honor est homini qui separat se à cōtentionibꝰ: & modū contentionis exponit, subdens, Hoc autē dico. i. contētionem nomino quòd vnusquisq; vestrum nominat se ab eo à quo est baptizatus & instructus, & dicit. Ego quidē sum Pauli, quia erat à Paulo baptizatus & instructus. Alius, ego autē Apollo qui. s. Corinthiis prædicauerat, vt habetur Act. 19, Alius, ego verò Cephe. i. Petri cui dictū est Ioan. 1, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Quod quidē ideò dicebant quòd putabant à meliori baptista meliorē baptismū dari, quasi virtus baptistæ in baptizatis operaretur. Et de hoc pseudo apostoli gloriabātur, secundū illud Psal. Vocauerūt nomina sua in terris suis. Alius autem dicit, Ego autem sum Christi qui solus benedixit, quia solius Christi virtus operatur in baptismo Christi. Ioan. 1, Super quem videris spiritū descendere & manere, ipse est qui baptizat. Et ideò baptizati à solo Christo denominantur Christiani, non autē à Paulo Paulini. Esa. 4, Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos. Ad huius autē erroris vitationem dicūtur Græci hac forma in baptizando vti, baptizetur seruus Christi Nicolaus in nomine patris & filii & spirituſſancti, vt detur intelligi quòd homo nō baptizat interius, sed baptizatur à Christo. Quia tamen etiam homo baptizat ministerio, vt membrum & minister Christi, ideò ecclesia vtitur hac forma in baptizādo. Ego te baptizo, in nomine patris, & filii, & spirituſſancti,

Ratio diuersi modi baptizandi Græcorū et Latinorū.

quòd quidem est expressius secundū formā à Christo tradita, qui dicit discipulis, Docete omnes gentes baptizantes eos In nomine patris, & filii & spiritus sancti, &c. Vbi ipsos apostolos dicit baptizantes secundum quem modū sacrāmēti minister dicit, ego te baptizo. ¶ Deinde cùm dicit, [Diuisus est Christus, &c.] ponit rationem prædictæ admonitionis quare inter eos scilluræ & contentiones esse non debebant, & primò ex parte baptismi. Secundò ex parte doctrinæ, ibi, [Non in sapientia verbi, &c.] ¶ Circa primū tria facit. Primò ponit inconueniens quod ex prædicta cōtentione sequitur. Secundò manifestat quare illud inconueniens sequatur, ibi, [Nunquid Paulus crucifixus est, &c.] Tertiò excludit quandā falsam suspitionem, ibi, [Gratias ago deo meo, &c.] ¶ Dicit ergo primò, dixi ꝙ vnusquisq; vestrū dicit, ego sum Pauli, ego Apollo. Et ex hoc sequitur ꝙ Christus est diuisus. Nec refert vtrū interrogatiuè vel remissiuè legatur. Hoc autē potest intelligi vno modo quasi diceret per hoc ꝙ inter vos contenditur, Christus est diuisus à vobis, qui nō nisi in pace habitat, secundū illud Psal. In pace factus est locus eius. Esa. 59, Iniquitates vestræ diuiserūt inter vos & deum vestrū. Sed melius aliter hoc potest intelligi, vt sit sensus per hoc quòd creditis baptismum esse meliorē, qui à meliori baptista datur, sequitur ꝙ Christus qui principaliter & interius baptizat, sit diuisus. i. differens in suavirtute & effectu, secundū differentiam ministrorum: quod patet esse falsum per id quod dicitur Eph. 4, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Sed adhuc melius hoc intelligitur quòd Apostolus dicit ex hoc ꝙ ea quæ sunt propria Christi aliis attribuitis, quodāmodo Christum diuiditis plures Christos facientes cōtra id quod dicitur Mat. 23, Magister vester vnus est Christus. Esa. 45. Cōuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia ego dominus & non est alius. ¶ Est autē sciendum ꝙ Christus in sacramento baptismi, duplicē habet virtutem sibi propriam. Vnam quidē diuinam qua simul cum patre & spiritu sancto, interius mundat à peccato, & hoc nulli creaturæ potuit cōmunicari. Alia autem est propria virtus secundū humanam naturam quæ est potestas excellentiæ in sacramentis & consistit in quatuor. Quorū vnum est ꝙ ipse sacramenta instituit. Secundum est ꝙ potuit effectum sacramentorū sine sacramento conferre. Tertium est ꝙ meritum passionis eius operatur in baptismo & aliis sacramētis. Quartum est quòd ad inuocationē nominis eius sacramenta cōferuntur. Hanc autem potestatem excellentiæ, & maximè quantū ad vltimum conferre potuit ministris baptismi, vt. s. eorū nominibus cōsecraretur baptismus, sed noluit, ne scisma ex hoc in ecclesia fieret dum tot reputerentur baptismi quot essent baptistæ. Et hoc est quòd secundū expositionem Aug. Io. bap. de Christo necesse fatetur. Ioan. 3, Vtrum. s. hanc potestatem sibi retineret. ¶ Deinde cùm dicit. [Nunquid Paulus, &c.] Ostendit prædictū inconueniens sequi ex eorum errore quòd diuersum baptisma esse estimabant secundū differentiam baptistarum, hoc enim esset si à baptistis baptismus efficaciā haberet, quod quidem solius est Christi. Hoc autem ostendit dupliciter. Primò quidē ex parte passionis Christi in cuius virtute baptismus operatur, secundum illud Ro. 6, Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dicit, Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? quasi dicat, Nūquid passio Pauli causa est nostræ salutis, vt secundū ipsum baptismus habeat virtutē saluandi, quasi dicat, non. Hoc enim propriū est Christo vt sua passione & morte nostrā salutem operatus fuerit. Io. 11. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. 2. Corinth. 5. Vnus pro omnibus mortuus est. Sed contrà videtur esse quod Apostolus dicit. Col. 1, Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Sed dicendum quòd passio Christi fuit nobis salutifera non solùm per modum exempli secundum illud. 1. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, sed etiam per modum meriti, & per modum efficaciæ, inquantum eius sanguine redempti & iustificati sumus, secundum illud Hebr. vlt. vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est, sed passio aliorum nobis est salutifera solùm per modum exempli, secundum illud. 2. Corinth. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute. Secundò ostendit idem ex virtute nominis Christi, qui in baptismo inuocatur. Vnde subdit. Aut in nomine Pauli baptizati estis. q. d. non. Vt enim dicitur Act. 4, Non est aliud nomen datum hominibus, per quod oporteat nos saluos fieri. Vnde & Esa. 26. dicitur, Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ, sed videtur quòd in nomine Christi homines non baptizentur. Dicit enim Mat. vlti. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii, & spirituſſancti. Dicendum est autem quòd in primitiua ecclesia, quia nomen Christi multum erat odiosum, vt venerabile redderetur: apostoli in nomine Christi baptizabant ex speciali ordinatione spirituſſancti. Vnde dicitur Act. 8. quòd in nomine Christi baptizati sunt viri & mulieres. Et tamen vt Ambrosius dicit. In nomine Christi tota trinitas intelligitur. Christus enim interpretatur vnctus, in quo intelligitur non solùm ille qui vngitur, qui est filius dei, sed etiam ipsa vnctio quæ est spirituſſanctus, & ipse vngens qui est pater, secundū Psal. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Nunc autem quia nomen Christi iam est magnum in gentibus ab ortu solis vsque ad occasum, vt dicitur Mal. 1. ecclesia vtitur forma prius instituta à Christo baptizans in nomine patris, & filii, & spirituſſancti. Et tamen quicunque in hac forma baptizātur, in nomine eius qui est verè filius dei baptizantur, secundum illud. 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Baptizantur etiam omnes fideles in nomine Christi. 1. fide & confessione nominis Christi, secundū illud Iohe. 2. Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Vnde baptizati à Christo Christiani nominantur, quia vt dicitur Gal. 1, Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induistis. Sic ergo si solius Christi passio, si solius Christi nomen virtutem confert baptismo ad saluandum, verū est proprium esse Christo, vt ex eo baptismus habeat sanctificandi virtutē. Vnde qui hoc aliis attribuit, diuidit Christū in plures. ¶ Deinde cùm dicit, [Gratias ago deo meo.] excludit quandā suspitionem, quia ibi dixerat, nūquid enim Paulus crucifixus est pro vobis: posset aliquis credere ꝙ & si nō authoritate, ministerio tamē plures baptizauerit, Et circa hoc tria facit. Primò gratias agit de hoc ꝙ paucos baptizauit. Secūdò quibusdam paucis nominatis quosdam alios addit, ibi, [Baptizaui autem.] Tertiò assignat rationem quare nō multos baptizauerit, ibi, [Non enim misit me deus.] Dicit ergo primò. [Gratias ago deo meo quòd neminem vestrum baptizaui nisi Crispum.] De quo Act. 18. Crispus archisynagogus credidit domino, cū omni

Poteſtas excellentiæ in quatuor cō sistit.

An poteſtas excellē tiæ poſsit cō municari.

De modo baptizandi in nomine Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

domo sua.[Et Caium]ad quem scribitur 3. Can. Ioannis. Et quia gratiarum actio locum non habet,nisi in beneficiis perceptis:consequenter Apostolus ostendit qualiter de hoc gratias agat,cùm subdit. Ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati estis.Est enim optabile sanctis viris,ne ex bonis quę ipsi faciũt,alii sumant occasionem erroris sui siue peccati.Et quia Corinthii in eum errorem deuenerant,vt se à suis baptistis nominarent,dicentes. Ego sum Pauli & Appollo,ac si in eorum nominibus essent baptizati, ideo gratias agit de hoc quòd de suo ministerio talis error consequutus non fuerit.Et ideo signanter dicit se baptizasse illos qui ab hoc errore immunes erant. ¶ Deinde cùm dicit.[Baptizaui autem,&c.]Ponit quosdam alios à se baptizatos,ne in eius verbis aliquid veritatis minus appareret. Vnde dicit,baptizaui &domum.i. familiam Stephanæ.s.cuiusdam matronæ. Et quia circa particularia facta, memoria hominum labilis est, subdit, Cæterum nescio,id est, in memoria non habeo, Si quem alium baptizauerim in propria persona. ¶ Deinde cùm dicit.[Non enim misit &c.] Assignat rationem quare paucos baptizauerit,dicens.Non enim misit me deus baptizare,sed euangelizare. ¶ Contra quod videtur esse quod dicitur Mat.vltimo, Eũtes docete omnes gẽtes baptizantes eos in nomine patris,& filii,& spiritussancti. Sed dicendũ est q̃ Christus apostolos misit ad vtrunque,ita tamen quòd ipsi per seipsos prædicarent,secundum quod ipsi dicebãt Act.6,Non est æquum relinquere nos verbum dei,& ministrare mensis.Baptizarent autem per inferiores ministros, & hoc ideo quia in baptismo nihil operatur industria vel virtus baptizantis:nam indifferens est vtrum per maiorem vel minorem ministrum detur baptismus,sed in prædicatione euangelii multum operatur sapientia & virtus prædicantis, & ideo prædicationis officium per seipsos apostoli tanquam maiores ministri exercebant,sicut & de ipso Christo dicitur Io.4, quòd ipse non baptizabat, sed discipuli eius, qui tamen de seipso dicit Luc.4, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum Esa.61,Ad annunciandum mansuetis misit me. Lectio 3.

Excludit secularem eloquẽtiam vt tollat lites & deceptiones q̃ ipsam prouentẽtes secludẽdo simul rationes phisicas à prædicatiõe euangelica.

NOn *in sapientia uerbi,ut non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt,id est nobis,dei uirtus est.Scriptum est enim,Perdam sapientiam sapientium, & prudentiã prudentium reprobabo:ubi sapieus,ubi scriba,ubi inquisitor huius seculi?Nónne stultam fecit deus sapientiam huius mundi?Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Nos prædicamus Christum crucifixum. Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis Iudæis atque Græcis Christum dei uirtutem & dei sapientiam, quia quod stultum est dei sapientius est hominibus, & quod infirmum est dei fortius est hominibus.*

¶ Postquàm Apostolus improbauit Corinthiorum contentionem, ratione sumpta ex parte baptismi,hîc excludit eorum contentionem ratione sumpta ex parte doctrinæ. Quidam enim eorum gloriabantur de doctrina pseudo apostolorum, qui ornatis verbis & humanæ sapientiæ rationibus veritatem fidei corrumpebant.Et ideo Apostolus primò ostendit hunc modum conuenientem non esse doctrinæ fidei. Secundò ostẽdit hoc modo docendi se vsum apud eos non fuisse.2.cap.ibi,[Et ego cũ venissem ad &c.] Circa primum duo facit,primò proponit quod intendit: secundò manifestat propositum, ibi, [Vt non euacuetur.] Dicit ergo primò,dixi quòd misit me Christus euangelizare, non tamen ita q̃ ego in sapientia verbi euãgelizem .i. in sapientia mundana quæ verbosos facit inquantum per eam multis vanis rationibus homines vtuntur Eccl.6,Verba sunt plurima multam in disputando habentia vanitatem. Prouerb. 14, Vbi verba sunt plurima,ibi frequenter egestas.Vel sapientiam verbi nominat rhetoricam quæ docet ornatè loqui, ex quo alliciuntur interdum homines ad assentiendum erroribus & falsitatibus.Vnde Rom.16,Per dulces sermones seducunt corda innocentium.Et de meretrice dicitur Prouerb.2, In figura hæreticæ doctrinæ. Vt eruaris à muliere aliena & extranea quæ mollit sermones suos. Sed ecõtra dicitur Esa.33,Populum imprudentem non videbis.s.in catholica ecclesia,& populum alti sermonis, ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius in quo nulla est sapientia,sed quia in Græco ponitur logos,quod rationem & sermonem significat,posset conuenientius intelligi sapientia verbi, id est humanæ rationis, quia illa quæ sunt fidei humanam rationem excedunt,secundum illud Eccle. 3, Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. ¶ Sed contra hoc videtur esse quòd multi doctores ecclesiæ in doctrina fidei sapiẽtia & rationibus humanis & ornatu verborum sunt vsi.Dicit enim Hieron.in epistola ad magnum oratorem vrbis Romæ, q̃ omnes doctores fidei in ornatu philosophiæ doctrinis atque scientiis suos referserũt libros,vt nescias quid in illis primum admirari debeas,eruditionem seculi an scientiam scripturarum.Et Augu. dicit in 4. de doctrina Christiana.Sunt viri ecclesiastici qui diuina eloquia non solùm sapienter, sed etiam suauiter tractauerunt.Dicendum est ergo quòd aliud est docere in sapientia verbi quocunque modo intelligatur,& aliud vti sapientia verbi in docendo.Ille in sapientia verbi docet qui sapientiam verbi accipit pro principali radice suæ doctrinæ,ita.s.quòd ea solùm approbet quæ verbi sapientiam continent: reprobet autem ea quæ sapientiam verbi non habent,& hoc fidei est corruptiuum,vtitur autem sapientia verbi,qui suppositis verè fidei fundamentis si qua vera in doctrinis philosophorũ inueniat in obsequium fidei assumit.Vnde Augustin.dicit in secundo de doctrina Christiana,quòd si qua philosophi dixerunt fidei nostræ accommodanõ solùm formidanda non sunt,sed ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda.Et in 4.de doctrina Christiana dicit,Cùm posita sit in medio facultas eloquii quæ ad persuadendum seurpra ua seu recta valent pluribus, cur non bonorum studio comparetur vt militet veritati, si eam mali in vsum iniquitatis & erroris vsurpant. ¶ Deinde cùm dicit, [Vt non euacuetur crux Christi] Probat quod dixerat,& primò quidem ex parte materiæ,secundò ex parte ipsorum docentium, ibi, [Videte enim vocationem vestram &c.]Circa primum tria facit,quia primò ostendit modum docendi qui est in sapientia verbi non esse congruum fidei Christianæ.Secundò probat quod suppositum erat,ibi,[Verbum enim crucis.] Tertiò probationem manifestat,ibi,[Quoniam Iudæi signa petunt.]Circa primum considerandum est quòd etiam in philosophicis doctrinis non est idem modus conueniens cuilibet doctrinę.Vnde sermones secundum materiam sunt expetendi, vt dicitur in primo Ethicorum. Tunc autem maximè modus aliquis docendi

Non est docendũ euangelicũ in sapiẽtia uerbi possumus tamen uti sapiẽtia uerbi docẽdo euãgelium.

cendi est materiæ incõgruus quãdo per talẽ modũ destruitur,id quod est principale in materia illa, puta si quis in reb⁹ intellectualib⁹ velit metaphoricis demõstrationib⁹ vti, quæ nõ transcẽdunt res imaginatas,ad quas nõ oportet intelligẽtẽ adduci,vt Boetius ostẽdit in lib.de trini.Principale aũt in doctrina fidei Christianæ est salus per crucẽ Christi facta.Vnde in secũdo dicit, Nõ iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christũ & hũc crucifixũ. Qui autẽ principaliter innititur in docẽdo sapiẽtiã verbi quãtum in se est, euacuat crucem Christi.Ergo docere in sapiẽtia verbi non est modus conueniens fidei Christianę,hoc est ergo qđ dicit. Vt non euacuetur crux Christi.i. ne si in sapientia verbi prædicare voluero tollatur fides de virtute crucis Christi.Galat.5,Ergo euacuatum est scandalum crucis, Psal. Qui dicunt exinanite vsque ad fundamentum in ea. ¶ Deinde cùm dicit, [Verbum crucis &c.] probat quòd per doctrinam quæ est in sapientia verbi, crux Christi euacuetur. Et circa hoc duo facit, primò inducit probationem, secundò assignat causam dictorum, ibi, [Scriptum est enim &c.] Dicit ergo primò, Ideo dixi quòd si per sapientiã verbi doctrina fidei ꝓponeretur,euacuaretur crux Christi.Verbũ enim crucis.i.annũtiatio crucis Christi,stultitia est.i.stultũ aliquid videtur,pereũtibus quidẽ.i. infidelibus qui se secundũ mũdum existimãt sapiẽtes,eo q̃ prædicatio crucis Christi aliquid cõtinet quod secũdum humanã sapiẽtiam impossibile videtur,putà q̃ deus moriatur,q̃ omnipotẽs violẽtorũ manibus subiiciatur.Cõtinet etiam quædã quæ prudẽtiæ huius mundi cõtraria vidẽtur,putà q̃ aliquis nõ refugiat confusiones cũ possit & aliqua huiusmodi.Et ideo Paulo huiusmodi annũtianti dixit Festus vt legitur Act. 26, Insanis Paule, multæ literæ ad insaniã te adducũt.Et ipse Paul.dicit infrà 4,Nos stulti propter Christũ,& ne credatur re vera verbũ crucis stultitiã continere,subdit,His aũt qui salui fiũt.i.nobis.s.Christi fidelib⁹ qui ab eo saluamur,secundũ illud Mat.1,Ipse enĩ saluũ faciet populũ suũ à peccatis eorũ.Virtus dei est, quia ipsi in cruce Christi mortẽ dei cognoscũt, qua diabolũ vicit & mũdum.Apo.5,Ecce vicit leo de tribu Iuda. Item virtutẽ quã in seipsis experiũtur,dũ simul cũ Christo vitiis & cõcupiscentiis moriũtur,secundũ illud Gal.5, Qui Christi sunt,carnẽ suã crucifixerũt cum vitiis & cõcupiscẽtiis.Vnde in Psal.dicitur.Virgã virtutis tuæ emittet dominus ex Syon.Luc.6, Virtus de illo exibat &sanabat omnes. ¶ Deinde cũ dicit,[Scriptũ est enĩ,]ostẽdit prædictorũ causam,& ponit primò quare verbũ crucis sit hominibus stultitia. Secũdò ostẽdit quare ista stultitia sit virtus dei his qui saluãtur,ibi,[Nã quia in dei sapientia &c.]Circa primũ duo facit. Primò inducit authoritatẽ prænuntiantẽ quod queritur.Secundò ostẽdit hoc esse impletũ,ibi,[Vbi sapiẽs.] Circa primũ cõsiderandum q̃ id quod est in se bonũ nõ potest alicui stultũ videri,nisi ꝓpter defectũ sapiẽtiæ. Hæc est ergo causa quare verbum crucis quod est salutiferum credẽtibus,quibusdã videtur stultitia,quia sunt ipsi sapiẽtia priuati,&hoc est quod dicit,Scriptum est enim,Perdam sapiẽtiam sapiẽtium,& prudẽtiam prudẽtium reprobabo.Potest autẽ hoc sumi ex duobus locis.Nã in Abdia dicitur,Perdã sapiẽtiam de Idumea,& prudẽtiam de mõte Esau.Expressius autẽ habetur Esa.29,Peribit sapiẽtia à sapiẽtibus,&intellectus prudẽtium eius abscõdetur. Differunt autem sapiẽtia & prudẽtia. Nam sapiẽtia est cognitio diuinarum rerum. Vnde pertinet ad contẽplationem Iob.28,Timor dei ipsa est sapiẽtia.Prudẽtia verò propriè est cognitio rerum humanarũ.Vnde dicitur Prou.10,Sapiẽtia est viro prudẽtia,quia.s.sciẽtia humanarũ rerum dicitur.Vnde & Philosophus 6,Ethic.dicit q̃ prudẽtia est recta ratio agibiliũ,& sic prudẽtia ad rationem pertinet.Est autem considerãdum q̃ homines quãtumcunq; mali non totaliter donis dei priuãtur,nec in eis dona dei reprobãtur,sed in eis reprobatur & perditur quod ex eorum malitia procedit. Et ideo non dicit simpliciter perdam sapientiam: quia, Omnis sapientia à domino deo est, vt dicitur Esaiæ 29, Sed perdam sapientiam sapientium.i.quam sapientes huius mundi adinuenerunt sibi contra veram sapientiam dei,quia vt dicitur Iacob. 3,Nõ est ista sapiẽtia desursum descẽdens,sed terrena,animalis,diabolica.Similiter nõ dicit reprobabo prudentiam.Nã veram prudẽtiam sapiẽtia dei docet,sed dicit,prudẽtiam prudẽtium.i.quam illi qui se prudentes æstimãt in rebus mundanis prudẽtiam reputant,vt.s.bonis huius mundi inhæreant. Vel quia vt dicitur Rom.8, Prudẽtia carnis mors est. Et sic propter defectum sapiẽtiæ reputant impossibile deum hominem fieri,mortẽ pati secũdum humanam naturam:propter defectũ autem prudẽtiæ reputãt incõueniens fuisse q̃ homo sustineret crucẽ cõfusione contempta,vt dicitur Heb.12. ¶ Deinde cùm dicit,[Vbi sapiens &c.] ostẽdit esse impletum quod de reprobatione humanæ sapiẽtiæ & prudẽtiæ fuerat probatum.Et primò ponit mediũ sub interrogatione.Secundò conclusionẽ infert,ibi,[Nõne stultam &c.]Dicit ergo primò,[Vbi sapiens.]q.d.non inuenitur in cõgregatione fidelium qui saluatur. Per sapientem intelligit illum qui fecere tas naturę causas scrutatur.Esa.19,Quomodo dicetis Pharaoni filius sapiẽtiũ ego.Et hoc refertur ad Gentiles qui huius mundi sapientiæ studebant.Vbi scriba.i.peritus in lege,& hoc refertur ad Iudæos,quasi diceret,non est in cœtu fidelium.Io.7,Nũquid ex principibus aliquis credidit in eum. Vbi inquisitor huius seculi,qui.s.per prudentiam exquirit quæ sit conuenientia vitæ humanæ in rebus huius seculi. q.d.non inuenitur inter fideles,& hoc refertur ad vtrosq;.s.Iudæos & Gentiles.Baruch.3,Filii Agar,qui exquisierunt prudentiam quæ de terra est.Videtur autem Apost. hanc interrogationem sumere ab eo quod dicitur Esa. 33,Vbi est literatus,pro quo ponit sapientem.Vbi est verba legis ponderans, pro quo ponit,scribã.Vbi est doctor paruulorũ,ꝓ quo ponit,inquisitorẽ huius seculi,quia paruuli maximè solẽt instrui de his quæ pertinẽt ad disciplinã moralis vitæ. ¶ Deinde cùm dicit,[Nõne stultã fecit &c.] infert cõclusionem sub interrogatione.q.d.cũ illi qui sapiẽtes mũdi reputãtur à via salutis defecerint,nõne deus sapiẽtiam huius mũdi fecit stultã?i.demõstrauit esse stultã, dũ illi qui in hac sapiẽtia pollebãt tam stulti inuẽti sunt,vt viã salutis nõ acciperẽt?Hiere.10.& 51,Stultus factus est omnis homo à sciẽtia sua.Esa.47,Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te.Potest autẽ & aliter intelligi quod dictũ est,ac si diceret, Perdã sapiẽtiam sapiẽtium,& prudentiã prudẽtium reprobabo.i.eligã eã in primis meis prædicatoribus,secũdum illud Prou.30,Visio quam locutus est vir cum quo est deus,& infrà,Stultissimus sum virorum,&sapientia hominum non est mecum. Vbi sapiens?q.d.inter prædicatores fidei non inuenitur.Mat.11,Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis.Nonne deus stultam fecit.i. demonstrauit sapientiam huius mundi, faciendo quod ipsis impossibile reputabatur, scilicet dictum esse hominem mortuum resurgere, & alia huiusmodi.

Cur verbũ crucis dicatur stultitia ꝑ eunibus.

Verbũ crucis cur sit salus qui salui fiunt.

Sapientia & prudentia differũt.

Quantũuis sit malus q̃s nõ tamẽ totaliter priuatur de dei donis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Deinde cùm dicit,[Nam quia in dei ſapiẽtia &c.]Aſsignat rationẽ quare per prędicationis ſtultitiã ſaluentur fideles,& hoc eſt quod dictum eſt q̃ verbum crucis pereuntibus quidẽ,ſtultitia eſt,virtus verò ſaluationis,credẽtibus. Nam placuit deo per ſtultitiã prædicationis.i. per prædicationẽ,quã humana ſapiẽtia ſtultã reputat, ſaluos facere credẽtes.& hoc ideo,quia mũdus .i. mũdani nõ cognouerũt deũ per ſapiẽtiam ex rebus mũdi acceptã,& hoc in dei ſapiẽtia.Diuina enim ſapiẽtia faciẽs,mũdũ ſua iudicia in reb⁹ mũdi inſtruit,ſecũdum illud Eccl.1,Effudit illã ſuper omnia opera ſua,ita q̃ ipſæ creaturæ per ſapiẽtiam dei factę ſe habẽt ad dei ſapiẽtiam cuius iudicia gerũt,ſicut verba hominis ad ſapiẽtiam eius quã ſignificãt . Et ſicut diſcipulus peruenit ad cognoſcẽdum magiſtri ſapiẽtiam per verba quæ ab ipſo audit,ita homo poterat ad cognoſcẽdum dei ſapiẽtiam per creaturas ab ipſo factas inſpiciẽdo peruenire,ſecũdum illud Rom.1,Inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt,intellecta cõſpiciũtur . Sed homo propter ſui cordis vanitatẽ à rectitudine diuinæ cognitionis deuiauit.Vnde dicitur Io.1,In mũdo erat,& mũd⁹ per ipſum factus eſt,& mũdus eũ nõ cognouit.Et ideo deus p quędã alia ad ſui cognitionẽ ſalutiferã fideles adduxit,q̃ in ipſis rationib⁹ creaturarũ nõ inueniũtur,propter quod à mũdanis hominibus,qui ſolas humanarũ rerum conſiderant rationes, reputãtur ſtulta.Et huiuſmodi ſunt fidei documẽta. Et eſt ſimile, ſicut ſi aliquis magiſter conſiderans ſenſum ſuũ ab auditoribus non accipi per verba quę protulit,ſtudet aliis verbis vti,per quæ poſsit manifeſtare quæ habet in corde. ¶Deinde cùm dicit,[Quoniam &Iudęi &c.]Manifeſtat probationem promiſſorum,& primò quãtum ad id quod dixerat,verbum crucis pereuntibus ſtultitia eſt . Secundò quãtum ad id quod dixerat,[His qui ſalui fiũt,virtus dei.Ipſis autẽ vocatis &c.] ¶Circa primũ duo facit , primò ponit pereuntium differẽs ſtudium & intentionem.Secũdò ex hoc rationem aſsignat eius quod dixerat,ibi,Nos autem prædicamus Chriſtum.Pereũtium autem.i.infideliũ,quidam erant Iudæi,quidã Gentiles. Dicit ergo dictum eſt q̃ verbum crucis pereũtibus eſt ſtultitia,q̃ hoc ideo,quoniam Iudæi ſigna petũt. Erãt enim Iudæi cõſueti diuinitus inſtrui,ſecũdum illud Deut.32,Erudiuit eum & docuit. Quæ quidẽ doctrina cùm eſſet à deo per multa mirabilia manifeſtata,ſecundum illud Pſal.Fecit mirabilia in terra Aegypti. Et ideo ab afferẽtibus quãcunq; doctrinam ſigna quærebant,ſecundum illud Mat.12,Magiſter,volumus à te ſignũ aliquòd videre.Et in Pſal.dicitur,Signa noſtra non vidimus.Sed Græci ſapiẽtiam quærũt,vtpote in ſtudio ſapiẽtiæ exercitari,ſapientiam dico quę per rationes rerum mũdanarum accipitur,de qua dicitur Hiere.9, Non glorietur ſapiens in ſapiẽtia.Per Græcos autem omnes Gentiles dat intelligere, qui à Græcis mũdanam ſapientiam acceperunt . Quærebant igitur ſapientiam volẽtes omnem doctrinam eis propoſitam ſecundum regulam humanę ſapiẽtiæ iudicare. ¶Deinde cõcludit quare verbum crucis ſit eis ſtultitia,dicẽs, [Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum]ſecundum illud infrà capitulo 11,Mortem domini annũtiabitis donec veniat.[Iudæis ſcandalũ,] quia.ſ.deſiderabant virtutẽ miracula faciẽtem, & videbant infirmitatem crucem patientem:nam cùm dicitur 2.Cor.vlt.Crucifixus ex infirmitate.[Gentibus autem ſtultitiam,]quia contra rationem humanæ ſapiẽtiæ videtur q̃ deus moriatur,& q̃ homo iuſtus & ſapiẽs ſe voluntariè turpiſsimæ morti exponat.Deinde cùm dicit,[Ipſis autem vocatis,]manifeſtat quod dixerat, His autem qui ſalui fiunt,virtus dei eſt.Et primò manifeſtat hoc.Secũdò rationẽ aſsignat,ibi,[Quia quod ſtultum &c.] Dicit ergo primò dictum eſt q̃ prædicamus Chriſtum crucifixum Iudæis,ſcandalum & Gentibus ſtultitiam, ſed prædicamus Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam ipſis vocatis Iudæis & Græcis .i. his qui ex Iudæis & Gentibus ad fidem Chriſti vocati ſunt,qui in cruce Chriſti recognoſcũt dei virtutem per quam & dæmones ſuperantur & peccata remittũtur & homines ſaluãtur.Pſal.Exaltare domine in virtute tua.Et hoc dicit contra ſcãdalum Iudæorum,qui de infirmitate Chriſti ſcandalizabantur,& recognoſcunt in cruce dei ſapientiam,inquantum per crucem conueniẽtiſsimo modo humanũ genus liberat.Sap. 9,Per ſapiẽtiam ſanati ſunt quicunq; placuerunt tibi à principio. Dicitur autem dei virtus & dei ſapientia per quãdam appropriationem , virtus quidem inquãtum per eum pater omnia operatur.Io.1,Omnia per ipſum facta ſunt . Sapiẽtia verò inquantum ipſum verbum quod eſt filius, nihil eſt aliud q̃ ſapiẽtia genita vel concepta.Eccl.24,Ego ex ore altiſsimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.Non autẽ ſic eſt intelligẽdum q̃ deus pater ſit fortis & ſapiens virtute,aut ſapiẽtia genita, quia vt Aug.probat.6.de trinit. ſequeretur q̃ pater haberet eſſe à filio,quia hoc eſt deo eſſe,q̃ fortem & ſapiẽtem eſſe. Deinde cùm dicit, [Quia quod ſtultũ eſt dei.]aſsignat rationẽ eius quod dixerat,dicẽs, quomodo id quod eſt infirmũ & ſtultum poſsit eſſe virtus vel ſapientia dei,quia quòd ſtultũ eſt dei ſapiẽtius eſt hominib⁹.q.d.Iã aliquod diuinũ videtur eſſe ſtultũ,nõ quia deficiat à ſapiẽtia,ſed quia ſuperexcedit ſapiẽtiam humanã . Homines enim quidã conſueuerũt ſtultũ reputare quod eorũ ſenſum excedit.Eccl.3, Plurima ſuper ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi.Et quod infirmũ eſt dei,fortius eſt hominibus,quia.ſ.nõ dicitur aliquid infirmũ in deo per defectũ virtutis,ſed per exceſsũ humanę virtutis,ſicut etiã dicitur inuiſibilis inquãtum excedit ſenſum humanũ Sap.12,Virtutem oſtẽdis tu qui nõ crederis eſſe in virtute cõſummatus,q̃uis hoc poſsit referri ad incarnationis myſteriũ:quia id quod reputatur ſtultũ & infirmũ in deo ex parte naturę aſsumptæ,tranſcendit omnem ſapientiam & virtutem.Exod.15,Quis ſimilis tui in fortibus domine?

Oſtendit p̃dicationem euãgely nõ cõgruè fieri p ſapientiã mũdi ex parte primorũ prædicatorũ, utpote quia non erãt ſapientes hac ſapientia, ſed ſola ſapiẽtia dei p Chriſtũ.

Lectio 4.

VIdete enim uocationem uestram fratres,quia non multi ſapientes ſecundum carnem,non multi potẽtes,non multi nobiles,ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus ut confundat fortia & ignobilia mundi,& contemptibilia elegit deus,& ea quæ non ſunt,ut ea quæ ſunt deſtrueret,ut non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autẽ uos eſtis in Chriſto Ieſu,qui factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio,& redemptio,ut quemadmodum ſcriptum eſt, Qui gloriatur,in domino glorietur.

¶Supra oſtendit Apoſt.q̃ modus docẽdi qui eſt in ſapiẽtia verbi, non conuenit doctrinæ Chriſtianæ,ratione materiæ quæ eſt ipſa crux Chriſti,hìc oſtendit q̃ prædictus docendi modus non conuenit doctrinæ Chriſtianæ,ratione doctorum,ſecundum illud Prou.26, In deriſum eſt in ore ſtulti parabola. Et Eccl.21, Ex ore fatui reprobabitur parabola.Quia igitur primi doctores fidei non fuerunt ſapientes ſapientia carnali,non erat eis cõueniens vt in ſapientia verbi docerẽt.Circa hoc ergo duo facit.Primò oſtẽdit quomodo primi doctores fidei in reb⁹ humanis defectũ patiebãtur. Secũdò oſtẽdit qũo talis defectus eſt in eis per

Chriſtũ ſuppletus,ibi,[Ex ipſo aũt vos eſtis]Circa primũ tria facit.Primò excludit à fidei primis doctoribus excellẽtiam ſecularẽ.Secũdò aſtruit eorũ abiectionẽ quãtum ad ſeculũ,ibi,[Sed quæ ſtulta ſunt mũdi] Tertiò rationẽ aſsignat,ibi,[Vt nõ glorietur.] ¶Dicit ergo primò, dictũ eſt q̃ ſtultũ dei ſapiẽtius eſt hominibus,& hoc cõſiderare poteſtis in ipſa veſtra cõuerſatione.Videte enim.i. cõſiderate vocationẽ veſtrã, qũo.ſ.vocati eſtis:nõ enim per voſipſos acceſsiſtis,ſed ab eo vocati eſtis.Rom.8, Quos prædeſtinauit,hos & vocauit.1. Pet.2,De tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.Inducit autẽ eos vt cõſiderẽt modum ſuæ vocationis quãtum ad eos per quos vocati ſunt,ſicut Eſa.51.dicitur,Attẽdite ad Abrahã patrẽ veſtrũ,& ad Saram quæ genuit vos,à quibus vocationis miniſtris primò excludit ſapiẽtiam,cùm dicit, Quia nõ multi eorũ per quos vocati eſtis ſapiẽtes ſecũdũ carnẽ.i.in carnali ſapiẽtia & terrena.Iac.3,Nõ eſt iſta ſapiẽtia deſurſum deſcẽdens,ſed terrena,animalis,diabolica.Baruc.3,Filii Agar exquiſierũt ſapiẽtiam quę de terra eſt.Dicit non,quia aliqui pauci erant etiam in ſapiẽtia mũdana inſtructi ſicut ipſe & Barnabas, velut Moyſes in veteri teſtamẽto,de quo dicitur Act.7 , quòd eruditus erat Moyſes in omni ſapiẽtia Aegyptiorum.Secũdò excludit ſecularem potẽtiam cùm dicit,[Nõ multi potẽtes].ſ.ſecũdum ſeculũ. Vnde & Io.7. dicitur,Nũquid aliquis ex principibus credidit in eum.Et Baruch.3,dicitur,Vbi ſunt principes gẽtium?exterminati ſunt,& ad inferos deſcẽderunt. Tertiò excludit excellẽtiam generis, cùm dicit,[Nõ multi nobiles .] Et aliqui inter eos nobilesfuerunt , ſicut ipſe Paulus qui in ciuitate Romana ſe natum dicit,Actuum 22 . & Romanorum vltimo de quibuſdam dicit. , Qui ſunt nobiles in apoſtolis . ¶Deinde quum dicit, [Sed quæ ſtulta ſunt , &c .] Ponit econuerſo eorum abiectionem quantum ad mundum , & primò defectum contrarium ſapientiæ,cùm dicit,Quæ ſtulta ſunt mundi.i.eos qui ſecundum mũdum ſtulti videbantur,elegit deus ad prædicationis officium.ſ.piſcatores illiteratos, ſecũdum illud Act.4, Cõperto q̃ homines eſſent ſine literis & idiotæ,admirabãtur.Eſa.33,Vbi eſt literatus,vbi verba legis põderãs.Et hoc vt cõfundat ſapiẽtes.i.eos qui in ſapiẽtia mũdi cõfidunt,dum ipſi nõ cognouerũt quę ſunt ſimplicibus reuelata. Mat.11,Abſcõdiſti hæc à ſapiẽtibus & prudẽtibus,& reuelaſti ea paruulis.Eſa.19,Vbi ſunt nunc ſapientes tui,annuntient tibi.Secundò ponit defectum contrarium potẽtiæ,dicẽs,[Et infirma mundi.]i.homines impotentes ſecundum mũdum,putà ruſticos & plebeios,elegit deus ad prædicationis officium.In cuius figura dicitur.3.Reg.20,Ego tradẽs eos in manu tua per pediſſequos principum prouinciarum.Et Prou.9.dicitur q̃ ſapiẽtia miſit ancillas vt vocarẽt ad arcem. In vtriſq; autem primorũ prædicatorũ infirmitas deſignatur.Et hoc ideo vt confundat fortia.i.potẽtes huius mũdi.Eſa.2,Incuruabitur omnis ſublimitas hominum,& humiliabitur altitudo virorum. Tertiò ponit defectum cõtrariũ nobilitati in quo poſſunt tria cõſiderari.Primò quidem claritas generis,quã ipſum nomen nobilitatis deſignat.Et cõtra hoc dicit.Et ignobilia mũdi.i.qui ſecundum mũdum ſunt ignobiles.infrà 4,Vos nobiles,nos autẽ ignobiles. ¶Secũdò circa nobilitatem cõſiderantur honor & reuerẽtia quæ talibus exhibẽtur,& cõtra hoc dicit, [Et contẽptibilia.]i.homines contemptibiles in hoc mũdo elegit deus ad prædicationis officium,ſecũdum illud Pſal.Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, & his qui in circuitu noſtro ſunt. Tertiò in nobilitate conſideratur magna opinio quã homines de eis habent.Et cõtra hoc dicit.Et ea quæ non ſunt.i. quæ non videntur eſſe in ſeculo, elegit de⁹ ad prædicationis officiũ.Iob.30,Quorũ virtus manuũ erat mihi pro nihilo,&vita ipſa putabãtur indigni.Et hoc ideo vt deſtrueret ea quę ſunt.i.eos qui in hoc mũdo aliquid eſſe vidẽtur.Eſa. 23,Dñs exercituũ cogitauit hoc,vt detraheret ſuperbiã omnis glorię,& ad ignominiã deduceret vniuerſos inclitos terræ. ¶Deinde aſsignat cauſam dictorũ, dicens , [Ideo non elegit in ſeculo excellentes,ſed abiectos,vt non glorietur omnis caro &c.]i. vt nullus pro quacũq; carnis excellẽtia glorietur per cõparationẽ ad dominum.Hiere.9,Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis.Ex hoc enim q̃ deus mũdum ſuæ fidei ſubiecit non per ſublimes in mũdo ſiue in ſeculo, ſed per abiectos,non poteſt gloriari homo q̃ per aliquam carnalem excellentiam ſaluatus ſit mundus. Videretur autem non eſſe à deo excellentia mundana , ſi deus non vteretur ad ſuum obſequium.Et ideo in principio quidẽ paucos, poſtremò verò plures ſeculariter excellẽtes deus elegit ad prædicationis officium.Vnde in gloſa dicitur q̃ niſi fideliter præcederet piſcator,non humiliter ſequeretur orator,& etiam ad gloriam dei pertinet,dum per abiectos ſublimes in ſeculo ad ſe trahit. ¶Deinde cùm dicit,[Ex ipſo autem vos eſtis]ne prædicatores fidei tanquam non excellentes,ſed abiecti in ſeculo contẽnerentur,oſtendit quomodo deus prędictũ defectum in eis ſupplet.Et circa hoc tria facit.Primò oſtendit cui ſit attribuenda ſalus mũdi,quæ prædicatorũ miniſterio facta eſt,dicẽs, Dictũ eſt q̃ vocati eſtis non per excellentes,ſed per abiectos in ſeculo. Ex quo patet q̃ veſtra cõuerſio non eſt homini attribuẽda,ſed deo.Et hoc eſt q̃ dicit.Ex ipſo autẽ.i.ex virtute dei. Vocati eſtis in Chriſto Ieſu.i.ei iuncti & incorporati per gratiam.Eph.2,Ipſius enim factura ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. ¶Deinde oſtẽdit quomodo deus prædictos defectus in prædicatoribus ſuis ſupplet per Chriſtum , Et primò quãtum ad defectũ ſapientiæ cùm dicit, Qui.ſ.Chriſtus factus eſt nobis prędicantibus fidem,& per nos omnibus fidelibus ſapientia,quia ei inhærendo qui eſt dei ſapientia , & participando ipſum per gratiam ſapientes facti ſumus , & hoc à deo qui nobis Chriſtum dedit, & nos ad ipſum traxit, ſecundum illud Ioan.6, Nemo poteſt venire ad me,niſi pater qui me miſit,traxerit eum.Deut.4, Hæc eſt veſtra ſapientia & intellectus coram populis. ¶Secundò quantum ad defectum potentiæ dicit . Et iuſtitia quæ propter ſui fortitudinem thoraci comparatur.Sapientiæ 5,Induet pro thorace iuſtitiam.Dicitur autem Chriſtus nobis factus eſt iuſtitia inquãtum per eius fidem iuſtificamur,ſecundum illud Rom.3,Iuſtitia autem dei per fidem Chriſti Ieſu. ¶Tertiò quantum ad defectum nobilitatis ſubdit,& ſanctificatio & redemptio . Sanctificamur enim per Chriſtum,inquantum per eum deo coiungimur,in quo conſiſtit vera nobilitas,ſecundum illud 1.Regũ 2 ,Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum , qui autem contemnunt me, erunt ignobiles . Vnde dicitur Hebre.vlti.Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum,extra portam paſſus eſt. Factus eſt autem nobis redemptio,inquantum per ipſum redempti ſumus de ſeruitute peccati,in quo verè ignobilitas conſiſtit . Vnde in Pſalmiſta dicitur , Redemiſti me deus veritatis. ¶Tertiò aſsignat dictorum cauſam, cùm

dicit,[Vt quēadmodū ſcriptū eſt.]Hier.9, Qui autē gloriatur,in dño glorietur, vbi noſtra litera habet,In hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſſe me.Dicit enim ſi ſalus hominis non prouenit ex aliqua excellētia humana,ſed ex ſola virtute diuina nō debetur homini gloria,ſed deo,ſecūdum illud Pſal.Non nobis domine non nobis,ſed nomini tuo da gloriā.Eccl.vl.Dāti mihi ſapiētiam,dabo gloriam. Caput 2.

Docet qualem ſeſe exhibere debeat euāgelicus prædicator,per hoc quod ipſe Paulus non fuerit vſus aliqua excellētia ſecularī prædicādo Corinthiis.bene tamē excellētia ſpiritualī.Cū erat cū perfectis dicēdo telē excellētiam & excellētē ſapiētiā ſpiritualem diu abſcōditam,& ab æterno in gloriā noſtram prædeſtinatam

ET ego cùm uenissem ad uos fratres,nō ueni in ſublimitate ſermonis aut ſapiētiæ annūtians uobis teſtimonium Chriſti.Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter uos niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum. Et ego in infirmitate,& timore,& tremore multo fui apud uos, & ſermo meus & prædicatio mea nō in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis,ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis, ut fides uestra non ſit in ſapientia hominum,ſed in uirtute dei.Sapientiā uerò non huius ſeculi,neque principum huius ſeculi qui deſtruuntur,ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriam noſtram.

¶Poſtquam Apoſtolus oſtendit quis ſit cōueniens modus doctrinæ Chriſtianæ,hīc oſtēdit ſe illum modū obſeruaſſe.Et circa hoc tria facit,primò oſtendit ſe non fuiſſe vſum apud eos aliqua excellētia ſecularī: ſecundò oſtēdit apud quos excellētia ſpirituali vtatur, ibi, [Sapiētiam autem loquimur inter perfectos &c.] Tertiò rationē aſsignat,ibi,[Quæ etiam loquimur &c.]Circa primū tria facit.Primò dicit ꝙ non oſtēdit apud eos excellētiā ſecularis ſapiētiæ.Secūdò ꝙ nō prætēdit excellētiā potētiæ ſecularis,ibi,[Et ego in infirmitate.]Tertiò nō prætēdit excellētiā eloquētiæ,ibi[Nō enī iudicaui.]Dicit ergo primò,quia dictū eſt ꝙ Chriſtus miſit me euāgelizare,nō in ſapiētia verbi,& ꝙ nō ſunt multi ſapiētes.Et ego fratres, quāuis ſapiētiam ſecularē habeā,ſecūdū illud 2.Cor.11,Et ſi imperitus ſermone, ſed nō ſciētia.Cùm veniſſem ad vos cōuertēdos ad Chriſtū,vt habetur Act.18,Veni annūtiās vobis teſtimoniū Chriſti,ſecūdum illud Act.4,Virtute magna reddebant apoſtoli teſtimoniū reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti,& hoc non in ſublimitate ſermonis aut ſapiētiæ. Attēditur autē ſublimitas ſapiētiæ in cōſideratione aliquorū ſublimiū & eleuatorū ſupra rationē & ſenſum hominū.Eccl.24,Ego in altiſsimis habitaui. Sublimitas autē ſermonis poteſt referri,vel ad verba ſignificātia ſapiētiæ cōceptiones,ſecūdum illud Eccl.vlt.Verba ſapiētum quaſi ſtimuli,& quaſi claui in altum defixi.Vel ad modum ratiocinādi per aliquas ſubtiles vias . Nā in Græco habetur logos,qđ eſt verbū & rationē ſignificat,vt. Hiero.dicit,Hoc autē dicit Apoſt.quia fidē Chriſti per huiuſmodi logos,qđ eſt verbū & rationē ſignificat,vt. Hiero.dicit,Hoc autē dicit Apoſt.quia fidē Chriſti per huiuſmodi ſublimitates ſermonis aut ſapiētiæ cōfirmare nolebat.1,Reg.2,Nolite multiplicare ſublimia. ¶Deīde huius rationē aſsignat,dicēs,[Nō enim iudicaui me ſcire aliquid niſi Chriſtum Ieſum]:non enim ad hoc opus erat vt ſapiētiam oſtētaret,ſed vt demōſtraret virtutē,ſecūdum illud 2.Cor.4,Nō enim prædicamus noſmetipſos , ſed Ieſum Chriſtū.Et ideo ſolū vtebatur his quæ ad demōſtrandam virtutem Chriſti pertinebāt,exiſtimās ſe ac ſi nihil ſciret quàm Ieſum Chriſtum.Hier.9,In hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſſe me.In Chriſto autē Ieſu,vt dicitur Coloſ.2,Sunt omnes theſauri ſapiētiæ & ſciētiæ dei abſcōditi.Et quātum ad plenitudinē deitatis,& quātum ad plenitudinem ſapiētiæ & gratiæ,& etiā quantum ad profundas incarnationis rationes,quæ tū Apoſtolus eis non annūtiauit,ſed ſolū ea quæ erāt manifeſtiora & inferiora in Chriſto Ieſu.Et ideo ſubdit,Et hūc crucifixū.q.d.ſic vobis me exhibui ac ſi nihil aliud ſcirem q̄ crucem Chriſti.Vnde Gal.vlt.dicit,Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Quia igitur per ſapientiam verbi euacuatur crux Chriſti vt dictū eſt,ideo ipſe Apoſtolus nō venerat in ſublimitate ſermonis aut ſapiētiæ. ¶Deinde cùm dicit,[Et ego in infirmitate &c.]Oſtēdit ꝙ nō prętēderit apud eos potētiam, ſed potius cōtrariū &foris & intus.Vnde quātum ad id qđ foris eſt,dicit,[Et ego fui apud vos in infirmitate.]i.tribulationes apud vos patiens.Gal. 4, Scitis quia per infirmitatem carnis euāgelizaui vobis iampridem.Pſal.Multiplicatæ ſunt infirmitates meæ.Quātum verò ad id quod intus eſt,dicit,Et timore.ſ.de malis imminētibus.Et tremore,in quātum.ſ.timor interior redūdat ad corpus.2.Cor.7,Foris pugnæ,intus timores. ¶Deinde cùm dicit,Et ſermo meus.]Oſtendit ꝙ non prætenderit apud eos excellentiam eloquētiæ.Et circa hoc tria facit.Primò excludit indebitū modū prædicādi,dicēs, Et ſermo meus,quo.ſ.priuatim & ſingulariter aliquos inſtruebā.Eph.4, Omnis ſermo malus ex ore veſtro nō procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationē fidei.[Et prædicatio mea.]qua.ſ.publicè docebā,[Nō fuit in verbis perſuaſibilibus humanæ ſapiētiæ.]i.per rhetoricam quæ cōponit ad perſuadēdum,vt.ſ.ſuprà dixi ꝙ nō fuit intentionis ꝙ ſua prædicatio niteretur philoſophicis rationibus, ita nūc dicit nō fuiſſe ſuæ intētionis niti rhetoricis perſuaſionibus.Eſa.33,Populum imprudētem non videbis populū alti ſermonis, ita vt non poſsis intelligere diſertitudinem linguæ eius in quo nulla eſt ſapiētia.Secūdò oſtēdit debitū modum quo vſus fuit in prædicādo,dicēs,Sermo meus fuit in oſtēſione ſpiritus & virtutis,quod quidē poteſt intelligi dupliciter.Vno modo quātū ad hoc quòd credētibus prædicationi eius dabatur ſpirituſanctus,ſecūdum illud Act.10, Adhuc loquēte Petro verba hæc,cecidit ſpirituſanctus ſuper omnes qui audiebāt verbum.Similiter etiā ſuā prædicationē confirmabat faciēdo virtutes.i.miracula,ſecūdum illud Mar.vlt.Sermonem confirmate ſequentibus ſignis.Vnde Gal.3,Qui tribuit vobis ſpiritū & operatur in vobis.Alio modo poteſt intelligi quantū ad hoc ꝙ ipſe per ſpiritum ſequebatur,quod ſublimitas & affluentia doctrinæ oſtendit 2. Reg.23, Spiritus domini locutus eſt per me.Et 2.Cor.4,Habētes eūdem ſpiritū fidei credimus,propter quod & loquimur. Cōfirmat etiam ſuam prædicationem oſtēdendo in ſua cōuerſatione multa opera virtuoſa.1. Theſ.2, Vos enim teſtes eſtis & deus q̄ ſanctè & iuſtè ſine querela vobis qui credidiſtis,affuimus. ¶Tertiò aſsignat rationē dictorū,dicēs,[Vt fides veſtra nō ſit in ſapiētia hominū.]i. non innitatur ſapiētiæ humanæ quæ plerunq; decipit homines,ſecūdum illud Eſa.47,Sapiētia tua & ſciētia tua hæc decepit te. Sed in virtute dei, vt.ſ.virtuti diuinæ fides innitatur,& ſic non poſsit deficere.Rom.1,Non erubeſco euāgelium, virtus enim dei eſt in ſalutem omni credēti. ¶Deinde cùm dicit[Sapiētiam loquimur &c.]Oſtēdit apud quos excellētia ſpiritualis ſapientiæ vtatur.Et primò proponit quod intendit.Secundò manifeſtat propoſitum,ibi,[Sapientiam verò.]Dicit ergo apud vos ſolum Chriſtum crucifixum prædicaui.Sapiētiam autem,id eſt,profundam doctrinam loquimur inter perfectos. Dicuntur autem aliqui perfecti dupliciter. Vno modo,

Duplices perfecti.

ſecundum intellectum.Alio modo ſecundū volūtatem,hęc enim inter potētias animæ ſunt propriè hominis,& ideo ſecūdum eas oportet hominis perfectionē cōſiderari.Dicūtur autē perfecti intellectu illi quorū mēs eleuata eſt ſuper omnia carnalia & ſenſibilia qui ſpiritualia & intelligibilia capere poſſunt,de quib⁹ dicitur Heb. 5, Perfectorū eſt ſolidus cibus,eorū qui per cōſuetudinē exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionē mali & boni.Perfecti autē ſecūdum volūtatem ſunt, quorū volūtas ſuper omnia tēporalia eleuata ſoli deo inhæret & eius præceptis.Vnde Mat.5.propoſitis dilectionis mandatis ſubditur,Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt, quia igitur doctrina fidei ad hoc ordinatur vt fides per dilectionem operetur,vt habetur Gal. 5, Neceſſe eſt eū qui in doctrina fidei inſtruitur non ſolùm ſecūdum intellectum bene diſponi ad capiēdum & credēdum, ſed etiā ſecūdum volūtatem & affectum bene diſponi ad diligendū & operandū. ¶Deinde cùm dicit, [Sapiētia verò,&c.] exponit qualis ſit ſapiētia de qua mētionem fecit.Et primò ponit expoſitionem.Secūdò rationē expoſitionis cōfirmat,ibi,[Quā nemo principū &c.]Circa primum duo facit.Primò exponit qualis ſit iſta ſapientia per cōparationē ad infideles.Secūdò per cōparationem ad fideles,ibi,[Sed loquimur dei ſapientiā &c.] Dicit ergo primò dictū eſt ꝙ ſapiētiam loquimur inter perfectos. Sapiētiam verò dico non huius ſeculi.i.de rebus ſecularibus, vel quæ eſt per rationes humanas.Neq; etiā principū huius ſeculi,& ſic ſeparat eam à ſapiētia mūdana,& quātum ad modū & materiam inquirēdi,& quātum ad actores,qui ſunt principes huius ſeculi,quod poteſt intelligi de triplici genere principū,ſecūdum triplicē ſapiētiam humanā. ¶Primò poſſunt dici principes huius ſeculi reges & potētes ſeculares,ſecūdum illud Pſal.Principes cōuenerūt in vnū aduerſus dominū & aduerſus Chriſtū eius. A quibus principibus venit ſapiētia humanarū legū per quas res huius mūdi in vita humana diſpēſantur. Secūdò poſſunt dici principes,dæmones.Io.14,Venit princeps mūdi huius,& in me nō habet quicquā &c. Et ab his principibus venit ſapiētia culturæ dæmonū.ſ.nigromātia & magicæ artes & huiuſmodi.Tertiò poſſunt intelligi principes huius ſeculi,philoſophi,q quaſi principes ſe exhibuerūt hominib⁹ in docēdo,de quibus dicitur Eſa.19,Stulti principes thaneos ſapiētes cōſiliarī Pharaonis.Et ab his principibus proceſsit tota humana philoſophia.Horū autem principū homines deſtruūtur per mortem &per amiſsionē poteſtatis & authoritatis:dæmones verò non per mortē, ſed per amiſsionē poteſtatis & authoritatis,ſecundum illud Io.12,Nūc princeps huius mūdi eiicietur foras:de hominibus autē dicitur Bar.3,Vbi ſunt prīcipes gentiū. Et poſtea ſubdit.Exterminati ſunt & ad inferos deſcēderūt, ſicut ipſi non ſunt ſtabiles ita & eorū ſapiētia non poteſt eſſe firma,& ideo non ei innitendū eſt. ¶Deinde cùm dicit,[Sed loquimur &c.]Exponit qualis ſit ſapiētia per cōparationem ad fideles. Et primò deſcribit eam quantum ad materiam vel authoritatē, cùm dicit,ſed loquimur dei ſapiētiam.i.quæ eſt deus & à deo,quāuis enim omnis ſapiētia à deo ſit, vt dicitur Eccl.1. Tamen ſpeciali quodā modo hæc ſapiētia quæ eſt de deo eſt etiam à deo per reuelationem, ſecundum illud Sap.9,Senſum autem tuum quis ſciet niſi tu dederis ſapientiam & miſeris ſpiritum tuum de altiſsimis? ¶Secundò oſtendit qualitatem eius dicens,[In miniſterio quæ abſcōdita eſt.]hæc enim ſapientia abſcōdita eſt ab hominibus inquantum hominis intellectum excedit,ſecundū illud Eccl.3, Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi.Vnde dicitur Iob.28, Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium. Et quia modus docendi & doctrinæ debet eſſe conueniens,ideo dicitur ꝙ loquitur eam in miniſterio.i.in aliquo occulto,vel verbo vel ſigno,infrà 17,Spiritus loquitur myſteria.Tertiò oſtendit fructum huius ſapiētiæ,dicens,[Quā deus prædeſtinauit.]i.præparauit in gloriā noſtrā.i.prædicatorū fidei,quibus ex prædicatione tam altæ ſapiētiæ gloria magna debetur & apud deum & apud homines.Prou. 3, Gloriam ſapientes poſsidebunt,& quod dicit,In gloriam veſtram,exponendum eſt omniū fidelium quorum gloria hęc eſt,vt in plena luce cognoſcāt ea quæ nunc in myſterio prædicantur,ſecundū illud Io,17,Hęc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum deum verum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Lectio 2.

Triplices principes huius ſeculi & triplex ſapiētia humana.

Declarat quibus ſapientia dei fuerit abſcōdita,& quib⁹ reuelata

QVam nemo principum huius ſeculi cognouit.Si enim cognouiſſent,nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.Sicut ſcriptum eſt,quòd oculus non uidit,nec auris audiuit , nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit deus his qui diligunt illum.Nobis autem reuelauit deus per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda dei. Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt?Ita & quæ dei ſunt nemo cognouit niſi ſpiritus dei.Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpiritum qui ex deo eſt,ut ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis.

¶Poſita expoſitione de ſapientia quā Apoſtolus loquitur inter perfectos , hīc rationē aſsignat expoſitionis prędictæ,& primò quātum ad hoc ꝙ eā deſcripſerat per comparationem ad infideles.Secundò quātum ad hoc ꝙ eam deſcripſerat per comparationē ad fideles,ibi, [Nobis autem reuelauit deus.] Circa primum duo facit.Primò proponit quod intēdit.Secūdò probat propoſitū,ibi, [Si enim cognouiſſent.] Dicit ergo primò,dictum eſt ꝙ ſapientia quā loquimur non eſt principum huius ſeculi , hæc enim ſapientia eſt quam nemo principum huius ſeculi cognouit,quod verum eſt de quibuſcunq; principibus intelligatur:ſeculares enim principes hanc ſapientiā non cognouerunt,quia excedit rationē humani regiminis.Iob.12,Qui immutat cor principū populi terrę, & decipit eos vt fruſtrà incedāt per inuiū.Philoſophi etiam eā nō cognouerūt,quia excedit rationē humanā.Vñ.dicitur Bar.3,Exquiſitores prudētiæ & ſciētiæ viā ſapiētiæ neſcierūt.Dæmones etiā eā nō cognoſcūt,quia excedit oēm creatā ſapiētiā.Vnde dicitur Iob. 28, Volucres cæli quoq; latēt.Perditio &mors dixerūt,Aurib⁹ noſtris audiuim⁹famā eius. ¶Deīde eū dicit,[Si enī cognouiſſent &c.]Probat quod dixerat, & primò quidē probat per ſignū ꝙ nō cognouerūt prīcipes dei ſapiētiam, ſecundum quod eſt in ſe abſcōdita.Secūdò probat per authoritatē ꝙ non cognouerūt eā ſecūdum ꝙ prępărata eſt in gloriā noſtrā,ibi, [Sicut ſcriptum eſt.] Dicit ergo primò rectè dico ꝙ principes huius ſeculi dei ſapiētiam non cognouerūt:ſi enim cognouiſſent dei ſapiētiam, cognouiſſent vtiq; Chriſtū eſſe deū, qui in hac ſapiētia cōtinetur,quo cognito nūquam crucifixiſſent deū gloriæ.i.ipſum Chriſtū dominū dātem gloriā ſuis,ſecūdum illud Pſal Dominus virtutū ipſe eſt rex gloriæ.Et Heb.12,Qui multos filios in gloriā adduxerat.Cū enim creaturæ rationali ſit naturaliter appetibilis gloria , non poteſt in volūtatem humanam cadere quòd actorem gloriæ interimat. Quòd autē principes crucifixerunt Ieſum Chriſtum, certum eſt ſi

intelligatur de principibus qui potestatē habent inter homines. Dicitur enim in Psal. Astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnū aduersus dominū & aduersus Christum eius, quod Act. 4. exponitur de Herode & Pilato,& principibus Iudæorum qui consenserunt in mortē Christi. Sed etiā dæmones operati sunt in mortem Christi persuadendo secundum illud Io. 13, Cùm diabolus iam misisset in cor vt eum traderet,&c. Sed & pharisæi & scribæ in lege periti qui studium sapientiæ dabant, operati sunt ad mortem Christi instigando & approbando. Sed circa hoc duplex oritur dubitatio, quarum prima est de hoc ꝙ dicit deum gloriæ crucifixum. Non enim diuinitas Christi aliquid potuit secūdum quā dicitur Christus dominus gloriæ. Sed dicendum ꝙ Christus est vna persona & hypostasis in vtraq; natura cōsistens, diuina.s. & humana. Vnde potest vtriusq; naturæ nomine designari,& quocunq; nomine significetur, potest prędicari de eo id quod est vtriusq; naturę, quia vtriq; non supponitur nisi vna hypostasis. Et per hunc modum possumus dicere ꝙ homo creauit stellas, & ꝙ dominus gloriæ est crucifixus, & tamen non creauit stellas secundum quòd homo, sed secundum quòd deus, nec est crucifixus secundum quòd est deus, sed inquātum homo. Vnde ex hoc verbo destruitur error Nestorii qui dixerat vnam naturā esse in Christo dei & hominis, quia secundū hoc nullo modo posset verificari ꝙ dominus gloriæ sit crucifixus. ¶ Secunda dubitatio est de hoc ꝙ videtur supponere ꝙ principes Iudæorū vel dæmones non cognouerunt Christū esse deum. Et quidē q̄tū ad principes Iudæorū, videtur hoc astrui per hoc ꝙ dicit Petrus Act. 3, Scio quia per ignorantiā hoc fecistis sicut & principes vestri: videtur autē esse contrariū quod dicitur Mat. 21, Agricolę vidētes filiū dixerūt intra se, hic est hæres, venite occidamus eum, quod exponēs Chrysost. dicit, Manifestē dns probat his verbis Iudęorū principes nō per ignorantiā, sed per inuidiā dei filiū crucifixisse. Soluitur in glo. ꝙ sciebāt principes Iudæorū eum esse qui promissus erat in lege, non tamē mysteriū eius ꝙ filius dei erat, neq; sciebāt sacramētū incarnationis & redēptionis. Sed cōtra hoc esse videtur qđ Chrys. dicit, Quòd cognouerūt eū esse filiū dei. Dicēdum est ergo ꝙ principes Iudęorū pro certo sciebāt eū esse Christū promissum in lege, qđ populus ignorabat: ipsum autē esse verū filiū dei nō pro certo sciebāt, sed aliqualiter cōiecturabāt, sed hæc cōiecturalis cognitio obscurabatur in eis ex inuidia & ex cupiditate propriæ gloriæ, quā per excellētiā Christi minui videbāt. ¶ Similiter etiā videtur esse de dæmonibus dubitatio. Dicitur enim Mar. 1. & Luc. 4, Quòd dæmoniū clamauit, dicēs, Scio ꝙ sis sanctus dei. Et ne hoc præsumptioni dæmonū ascribatur, qui se iactabāt scire quod nesciebāt, eorū notitia quā habebāt de Christo per ipsos euāgelistas asseritur. In Mat. quidē sic scribitur, Nō sinebat ea loqui. s. dęmonia, quoniā sciebāt eū Christū esse. Et Luc. dicit, Increpās nō sinebat ea loqui, quia sciebāt eū esse Christū. Et ad hoc respōdetur in libro de quæstionibus noui & veteris testamēti, ꝙ dęmonia sciebāt ipsum esse qui per legē fuit repromissus, quia omnia signa videbant in eo quæ dixerunt prophetæ, mysteriū autē diuinitatis eius ignorabāt. ¶ Sed contra hoc videtur esse quod Athanasius dicit, ꝙ dæmonia dicebāt Christū esse sanctū dei quasi singulariter sanctum: ipse enim naturaliter est sanctus cuius participatione omnes alii sancti vocantur. Dicendū est autē ꝙ sicut Chrysost. dicit, non habebāt aduētus dei firmā & certam notitiam sed quasdam coniecturas. Vnde Augu. dicit in nono de ciuitate dei, ꝙ innotuit dæmonibus, non per id quod est vita æterna, sed per quædam temporalia sua virtute effecta. ¶ Deinde cùm dicit, [Sed sicut scriptum est.] Probat per authoritatem ꝙ principes huius seculi dei sapiētiam non cognouerunt, quantum ad hoc ꝙ prædestinata est in gloriam fideliū, dicēs, [Sed sicut scriptum est] Esa. 64. Vbi litera nostra habet. Oculus non vidit, deus, absq; te quæ præparasti his qui diligunt te. Ostenditur autem illa gloria visionis apertè ab hominibus ignorari dupliciter. Primò quidem ꝙ non subiacet humanis sensibus à quibus omnis humana cognitio, initium sumit. Et ponit duos sensus. Primò visionis quæ deseruit inuentioni cùm dicit quòd oculus non vidit. Iob. 28, Semitam eius ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis. Et hoc ideo, quia non est aliquid coloratū & visibile. ¶ Secundò ponit sensum auditus qui deseruit disciplinæ dicens, nec auris audiuit. s. ipsam gloriā, quia non est sonus aut vox sensibilis. Ioan. 5, Neq; speciē eius vidistis, neq; vocem eius audistis. ¶ Deinde excludit notitiam eius intellectualem, cùm dicit, [Neq; in cor hominis ascendit.] Quod quidem potest intelligi, vno modo vt ascendere in cor hominis dicatur quicquid quocūq; modo cognoscitur ab homine, secundū illud Hiere. 51. Hierusalem ascendat super cor vestrum: & sic oportet ꝙ cor hominis accipiatur pro corde hominis carnalis, secundum illud quod dicitur infrà tertiò. Cùm sint inter vos zelus & contentio nōne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Est ergo sensus ꝙ illa gloria non solùm sensu non percipitur, sed nec corde hominis carnalis, secundum illud Io. 14, Quem mūdus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Alio modo potest exponi secundum quod propriè dicitur in cor hominis ascēdere, id quod ab inferiori peruenit ad hominis intellectū, puta à sensibilibus de quibus prius fecerat mentionē. Res enim sunt in intellectu secūdum modum eius, res igitur inferiores sunt in intellectu altiori modo q̄ in seipsis. Et ideo quando ab intellectu capiuntur, quodāmodo in cor ascendunt. Vnde dicitur Esa. 5, Nō erūt in memoria priora nec ascendunt super cor. Illa verò quæ sunt in intellectu superiora, altiori modo sunt in seipsis q̄ in intellectu. Et ideo quando ab intellectu capiuntur, quodammodo descendunt. Iac. 1, Omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum: quia igitur illius gloriæ notitia non accipitur à sensibilibus, sed ex reuelatione diuina, ideo signanter dicit, Nec in cor hominis ascendit, sed descendit, id. s. quod præparauit deus. i. prædestinauit diligētibus se, quia essentiale præmiū æternæ glorię charitati debetur, secundū illud Ioh. 14, Si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, in quo perfectio æternæ gloriæ cōsistit. Et Iob. 36, Annūtiat de ea .i. de luce gloriæ amico suo ꝙ possessio eius sit. Cæteræ aūt virtutes accipiūt efficaciā merēdi vitam æternam inquātum informātur charitate. ¶ Deinde cū dicit, [Nobis aūt &c.] Probat prędictā expositionē de sapiētia diuina per cōparationē ad fideles. Et primò ꝓponit quod intēdit. Secūdò ꝓbat propositū, ibi, [Spiritus enī,] Dicit ergo primò dictū est ꝙ sapientiam dei nemo principū huius seculi cognouit, nobis aūt deus reuelauit per spiritū suū, quē s. nobis misit, secūdum illud Ioan. 14, Paracletus autem spirituſſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Iob. 31, Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Quia enim spirituſſanctus est

Error Nestorij.

An dæmones & maiores Iudæorū deum cognouerit esse Christū.

Duplex expositio illius in cor hoīs nō ascendit quæ præparauit deꝰ diligētibꝰ sc.

spiritus veritatis, vtpote à filio procedens, qui est veritas patris, his quibus mittitur inspirat veritatem, sicut & filius à patre missus notificat patrem, secundum illud Mat. 11, Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. ¶ Deinde cùm dicit, [Spiritus enim.] probat quod dixerat .s. ꝙ per spiritū sanctū sit sapientia fidelibus reuelata. Et primò ostēdit ꝙ spirituſſanctus ad hoc sit efficax. Secūdò probat ꝙ hoc in discipulis Christi fecerat, ibi, [Nos autem.] Circa primum duo facit. Primò proponit quod intēdit: Secundò manifestat propositum, ibi, [Quis enim scit hominum &c.] Dicit primò dictum est per spiritū sanctum reuelauit nobis deus suam sapiētiam, & hoc fieri potuit. Spiritus enim sanctus omnia scrutatur: quod non est sic intelligendum quasi inquirendo quomodo fiant, sed quia perfectè & etiam intima quarumlibet rerum nouit, sicut homo quod aliquando diligenter scrutatur. Vnde dicitur Sap. 7, Quòd spiritus intelligētiæ sanctus est omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus intelligibiles mundos subtiles, & non solùm res creatas, sed etiam profunda dei perfectè cognoscit. Dicuntur autem profunda ea quæ in ipso latent, & non ea quæ de ipso per creaturas cognoscūtur, quæ quasi superficie tenus vidētur esse secūdū illud Sap. 13, A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterat creator eorū videri. ¶ Deinde cū dicit, [Quis enim scit hominum.] probat quod dixerat de spiritu dei per similitudinem humani spiritus, dicens, [Quis enim scit hominū ea quæ sunt hominis.] i. ea quæ latent in corde [nisi spiritus hominis qui in eo est.] i. intellectus. Et ideo quæ interius latent videri non possunt. Signanter autē dicit. [Quis hominum] ne ab horum cognitione etiam deus videatur excludi, dicitur enim Hie. 17, Prauum est cor hominis, & quis cognoscet illud? Ego deus probans corda & scrutans renes, quia .s. secretorum cordis solus deus est cognitor. Manifesta autem est ratio quare homo ea quæ in corde alterius latent scire non potest, quia cognitio hominis à sensu accipitur, & ideo ea quę sunt in corde alterius homo cognoscere non potest, nisi quatenus per signa sensibilia manifestantur, secundū illud 1. Reg. 16, Homo videt quæ foris patent, deus autem intuetur cor. Sed nec angelus bonus nec malus ea quæ in corde hominis latent scire potest, nisi inquantum per aliquos effectus manifestantur, cuius ratio accipi potest ex ipso verbo Apostoli, qui dicit ea ratione spiritum hominis cognoscere quæ in corde hominis latent, quia in ipso homine est: angelus autem neq; bonus neq; malus illabitur mēti humanę vt in ipso corde hominis sit & intrinsecus operetur, sed hoc solius dei proprium est. Vnde solus deus est cōscius secretorum cordis hominis, secūdum illud Iob. 16, Ecce in cælo testis meus, & in excelsis conscius meus. Secundò similitudinem adaptat ad spiritum dei, dicens, [Itaq; & quę dei sunt.] i. quæ in ipso deo latent, nemo cognoscit nisi spiritus dei, secūdum illud Iob. 36, Ecce deus magnus vinces scientiam nostram. Sed sicut ea quæ sunt in corde vnius hominis alteri manifestantur per sensibilia signa, ita ea quæ sunt dei possunt esse nota homini per sensibiles effectus, secundum illud Sap. 19, Dirūpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consiliū eius præcipitabo. Ex diuino autem spiritu eius conseqūuti sumus, vt sciamus quæ à deo data sunt nobis, vt sciamus de rebus diuinis quantum vnicuiq; deus donauit, quia sicut dicitur Eph. 4, Vnicuiq; data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Vel potest intelligi spiritum dei donatum sanctis vt dona spiritualia cognoscāt, quæ nō habētes eūdem spiritum ignorant secūdum illud Apoc. 2, Vincentī dabo manna absc̄ditum quod nemo scit, nisi qui accipit. Ex hoc autē accipi potest ꝙ sicut nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare vt dicitur Mat. 11, Ità nemo nouit quæ sunt dei patris & filii nisi spirituſſanctus, & qui ipsum acceperunt: & hoc ideo, quia sicut filius consubstantialis est patri, ita spirituſſanctus patri & filio.

Excluditur error scoti dicentis angelos cognoscere cogitatiōes cordis

Lectio 3.

Instruit qua ratione sapiētiā dei loquatur inter perfectos & non alios.

Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, sicut scriptum est. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

¶ Dixerat suprà Apostolus, sapientiam loquimur inter perfectos. Postquā ergo manifestauit qualis sit hęc sapiētia, quia mūdanis hominibus incognita, cognita autem sanctis, hīc manifestat qua ratione hanc sapiētiā sancti inter perfectos loquūtur. Et primò ꝓponit quod intēdit. Secūdò assignat rationē, ibi, [Animalis aūt homo &c.] Circa primū, Primò ꝓponit reuelatorū manifestationē, dicēs, Dictū est ꝙ spiritū dei accepimus vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis, quę .s. nobis per spiritum reuelata sunt, loquimur. Sūt enim eis reuelata ad vtilitatem. Vnde & Act. 2, Repleti sunt omnes spiritu sancto & cœperunt loqui. Secūdò tāgit modum enarrandi excludens modum inconueniētem, dicēs, [Non in doctis humanæ sapiētiæ verbis.] i. non nitimur ad probandam nostram doctrinam per verba composita ex humana sapientia, siue quantum ad ornatum verborum, siue quātum ad subtilitatem rationū. Esa. 33, Populū alti sermonis nō videbis. Astruit enim modū cōueniētē, cū dicit, [Sed in doctrina spiritus.] i. prout spirituſſanctus nos loquētes interius docet, & auditorū corda ad capiēdum illustrat. Io. 16, Cùm venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Tertiò determinat auditores, dicens, [Spiritualibus spiritualia comparātes.] q.d. recta comparatione spiritualia documenta tradimus spiritualibus viris quibus sunt conuenientia. 2. Timot. 2, Hæc cōmenda fidelibus viris qui idonei erūt & alios docere. Eosdem autem hic nominat spirituales quos

Universidad de Deusto Biblioteca

ſupra perfectos,quia per ſpiritum ſanctum homines perficiuntur in virtute,ſecundùm illud Pſalmiſtę,Spiritu oris eius omnis virtus eorum. ¶Deinde cùm dicit,[Animalis &c.] Aſsignat rationem dictorum, & primò oſtendit quare ſpiritualia non ſunt tradenda animalibus hominibus.Secundò quare ſunt tradenda ſpiritualibus,ibi,[Spiritualis &c.]Circa primum duo facit.Primò ponit rationem.Secundò manifeſtat eã, ibi,[Stultitia enim &c.]Ratio ergo talis eſt. Nulli ſunt tradenda documenta quæ capere non poteſt, ſed homines animales nõ poſſunt capere ſpiritualia documẽta,ergo non ſunt eis tradenda, hoc eſt ergo quod dicit,[Animalis homo,&c.]Et ideo recta ratione non poſſunt tradi eis. Vbi primò conſiderãdum eſt quis homo dicatur animalis.Eſt ergo conſiderandum quòd anima eſt forma corporis.Vnde proprię animæ intelliguntur illæ vires quæ ſunt actus corporalium organorum.ſ.vires ſenſitiuæ. Dicuntur ergo homines animales qui huiuſmodi vires ſequuntur,inter quas eſt vis apprehenſiua & appetitiua,& ideo poteſt dici homo dupliciter animalis.Vno modo quantum ad vim apprehenſiuam & hic dicitur animalis ſenſu,qui ſicut dicitur in gloſa,de deo iuxta corporũ phantaſiam vel legis literam, vel rationẽ philoſophicam iudicat quæ ſecundum vires ſenſitiuas accipiuntur.Alio modo dicitur quis animalis quantum ad vim appetitiuam,qui ſ.afficitur ſolùm ad ea quæ ſunt ſecundum appetitum ſenſitiuum:& talis dicitur animalis vita,qui ſicut dicitur in gloſa,ſequitur diſſolutam laſciuiam animæ ſuæ, quam inter naturalis ordinis metas ſpiritus rector non continet.Vnde dicitur in canonica Iudæ,Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales ſpiritum non habentes. ¶Secundò autem videndum quare tales non poſſunt percipere ea quæ ſunt ſpiritus dei,quod quidem manifeſtum eſt,& quantum ad animalem ſenſum, & quantum ad animalem vitam. Ea enim de quibus ſpirituſſanctus illuſtrat mentem,ſunt ſupra ſenſum & rationem humanam, ſecundum illud Eccleſia.3, Plura ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi,& ideo ab eo capi non poſſunt, qui ſoli cognitioni ſenſitiuæ innititur. Spiritus etiam ſanctus accendit affectum ad diligendum ſpiritualia bona, ſenſibilibus bonis cõtemptis,& ideo ille qui eſt animalis vitæ non poteſt capere huiuſmodi ſpiritualia bona, quia Philoſophus dicit in quarto Ethicorum,quòd qualis vnuſquiſque eſt,talis finis videtur ei.Prouerbiorum 18,Non recipit ſtultus verba prudentiæ,niſi ei dixeris quæ verſantur in corde eius.Eccleſiaſtici 22,Cum dormiente loquitur,qui narrat ſapiẽtiam ſtulto. ¶Deinde cùm dicit,[Stultitia enim &c.]Manifeſtat quod dixerat per ſignum,cùm enim aliquis aliqua ſapiẽter dicta reprobat quaſi ſtulta,ſignum eſt quòd ea non capiat. Quia igitur animalis homo ea quæ ſunt ſpiritus dei reputat ſtulta,& hoc manifeſtatur quòd ea nõ capit.Et hoc eſt quod dicit, Stultitia enim eſt illi.ſ.animali. Iudicat enim eſſe ſtulta quæ ſecundum ſpiritum dei aguntur.Eccleſia.10,In via ſtultus ambulans cùm ipſe ſit inſipiens,omnes ſtultos æſtimat. Quòd autem homini animali quæ ſecundum ſpiritum ſunt videantur ſtulta, non procedit ex rectitudine ſenſus: ſicut ſapientes aliqua iudicant eſſe ſtulta quæ ſtultis videntur ſapientia propter defectum intellectus, quia homo ſenſui deditus non poteſt intelligere ea quæ ſupra ſenſum ſunt,& homo carnalibus affectus non intelligit eſſe bonum, niſi quod eſt delectabile ſecundum carnem. Et hoc eſt quod ſequitur, Et non poteſt intelligere. Pſal.Neſcierunt neque intellexerunt,in tenebris ambulant. Quare autem non poſsit intelligere, oſtendit ſubdens,[Quia ſpiritualiter examinatur.]i.ſpiritualium examinatio fit ſpiritualiter, nunquam enim inferior poteſt examinare & iudicare ea quæ ſunt ſuperioris,ſicut ſenſus non poteſt examinare ea quæ ſunt intellectus:& ſimiliter neque ſenſus neque ratio humana poteſt iudicare ea quæ ſunt ſpiritus dei,& ita relinquitur quòd huiuſmodi ſolo ſpiritu ſancto examinantur, ſecundum illud Pſal. Eloquia domini igne examinata, probata,ſcilicet, à ſpiritu ſancto. Quia ergo animalis homo caret ſpiritu ſancto, non poteſt ſpiritualia examinare, & per conſequens nec ea intelligere. ¶Deinde cùm dicit, [Spiritualis autem iudicat omnia, &c.] aſsignat rationem quare ſpiritualibus ſpiritualia tradantur, & primò ponit rationem. Secundò manifeſtat cauſam, ibi [Quis enim nouit.] Aſsignat autem talem rationem.Illi tradenda ſunt ſpiritualia qui poteſt iudicare,ſecundum illud Iob decimo ſecundò,Auris verba diiudicat, ſed ſpiritualis eſt huiuſmodi,ergo ei ſpiritualia ſunt tradẽda,& hoc eſt ꝙ dicit,Spiritualis enim diiudicat omnia,& ipſe à nemine iudicatur.Vbi primò videndũ eſt quis homo dicatur ſpiritualis.Eſt autẽ notãdum ꝙ ſpiritus nominare cõſueuimus ſubſtãtias incorporeas, quia igitur aliqua pars animæ eſt quæ nõ eſt alicuius organi corporei actus.ſ.pars intellectiua cõprehendẽs intellectũ & volũtatem, huiuſmodi pars animæ ſpiritus hominis dicitur,quæ tamen à ſpiritu dei, & illuminatur ſecundũ intellectũ, & inflãmatur ſecũdum affectũ & voluntatẽ.Dupliciter ergo dicitur homo ſpiritualis.Vno modo ex parte intellectus ſpiritu dei illuſtrãte.Et ſecundũ hoc in gloſa dicitur ꝙ homo ſpiritualis eſt,qui ſpiritu dei ſubiectus certiſsimè ac fideliter ſpiritualia cognoſcit.Alio modo ex parte volũtatis ſpiritu dei inflãmante,& hoc modo dicitur in glo.ꝙ ſpiritualis vita eſt,qua ſpiritũ dei habẽs rectorẽ animã regit.i.animales vires.Gal.vlt.Vos qui ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi,&c.Secũdò conſiderandũ eſt,quare ſpiritualis diiudicat omnia,& ipſe à nemine iudicatur. Vbi notãdum eſt ꝙ in omnibus ille qui rectè ſe habet rectũ iudicium habet circa ſingula. Ille autẽ qui in ſe rectitudinis defectũ patitur,deficit etiam in iudicãdo:vigilãs enim rectè iudicat,& ſe vigilare & alium dormire,ſed dormiẽs non habet rectũ iudiciũ de ſe nec de vigilãte.Vnde nõ ſunt res tales quales videtur dormiẽti,ſed quales videtur vigilãti.Et eadem ratio eſt de ſano & infirmo circa iudiciũ ſaporũ,& de debili,& forti,circa iudiciũ põderum:& virtuoſo,& vitioſo,circa agibilia.Vnde & Philoſophus dicit in 5.Ethic.Quòd virtuoſus eſt regula & menſura omnium humanorum,quia.ſ.in rebus humanis talia ſunt ſingularia qualia virtuoſus iudicat ea eſſe, & ſecundum hunc modum Apoſtolus hic dicit ꝙ ſpiritualis iudicat omnia, quia ſ.homo habẽs intellectũ illuſtratum & affectũ ordinatũ per ſpiritum ſanctum de ſingulis quæ pertinent ad ſalutem,rectum iudicium habet.Ille autẽ qui non eſt ſpiritualis habet etiam intellectũ obſcuratum & affectum inordinatum circa ſpiritualia bona, & ideo ab homine non ſpirituali,ſpiritualis homo iudicari non poteſt,ſicut nec vigilãs à dormiẽte.Quantum ergo ad primã horũ dicitur Sap.3,Quòd iudicabũt iuſti nationes.Quãtum ad ſecũdum dicitur infrà 4,Mihi pro minimo eſt,vt à vobis iudicer,aut ab humano die. ¶Deinde cùm dicit,[Quis enim nouit &c.]manifeſtat rationem inductã. Et primò inducit authoritatẽ. Secundò adaptat ad propoſitum, ibi,[Vos autem &c.] Eſt autem conſiderandum ꝙ ad hoc quòd aliquis

Intellectus & volũtas ſpiritus hominis dicitur.

Homo dicitur ſpiritualis dupliciter.

poſsit de aliquo homine iudicare,duo requirũtur.Primò vt iudicãs cognoſcat ea quæ ſunt iudicati, quia vt dicitur 1.Ethic.Vnuſquiſque bene iudicat quæ cognoſcit & horum eſt optimus iudex. Ex quo patet quòd ſenſum.i. ſapientiam dei omnia iudicantem nullus poſsit diiudicare, ideo dicit, Quis enim nouit ſenſum domini.q.d.nullus,quia ſapientia dei excedit omnem cupiditatem hominis.Eccleſ.1,Sapientiã dei præcedentem omnia quis inueſtigauit?Sap.14,Senſum autem tuũ quis ſcire poterit,niſi tu dederis ſapientiã?Secundò requiritur quòd iudicans ſit ſuperior iudicato.Vnde dominus habet iudiciũ de ſeruo,magiſter de diſcipulo.Ex quo etiam patet ꝙ nullus poteſt ſenſum dei iudicare,propter quod ſequitur,Aut quis inſtruxit eum.q.d.nullus.Non enim habet ſcientiam ab aliquo acceptã, ſed potius fontem omnis ſcientiæ. Iob 26, Cui dediſti conſilium?forſitan ei qui non habet ſapientiã. Videntur autẽ verba hæc aſſumpta ex eo ꝙ dicitur Eſa.4,Quis adiuuit ſpiritũ domini,aut quis conſiliarius eius fuit? & oſtendit illi cum quo iniit conſiliũ & inſtruxit eũ. ¶Deinde adaptat quod dixerat ad propoſitũ,dicẽs,[Nos autem].ſ.ſpirituales viri[ſenſum Chriſti habemus].i.recipimus in nobis ſapientiã Chriſti ad iudicandũ.Eccle.17,Creauit illis ſcientiã ſpiritus,ſenſu adimpleuit corda illorum.Luc.vlt.dicitur,ꝙ aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, & ita quia ſicut ſenſus Chriſti diiudicari non poteſt, conueniens eſt quòd ſpiritualis qui ſenſum Chriſti habet à nemine iudicetur.

Caput 3.

Secludit error Corinthiorum, removẽdo eo rũiudicium quod habebãt de ministris, nimis attribuẽdo aliquib⁹ illorũ loquendo de ſuda mẽto ædificij ſpiritualis & de his q̃ ſupædificẽtur, tãdẽ dicendo ſapiẽtiã hui⁹ mũdi ſtultiã eſſe apũd deũ, nos eſſe tẽplum dei, omnia eſſe noſtra.

ET *ego fratres non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibus. Tanquã paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi,non eſcam.Nõdum enim poteratis,ſed nec nunc quidẽ poteſtis. Adhuc enim carnales eſtis. Cùm enim ſit inter uos zelus & contentio,nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?Cùm enim quis dicat,Ego quidem ſum Pauli,alius autem,ego Apollo, nónne homines eſtis? Quid igitur eſt Apollo?Quid uerò Paulus?Miniſtri eius cui credidiſtis. Et unicuique ſicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit,ſed deus nunc incrementum dedit.Itaque neque qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat,ſed qui incrementum dat deus. Qui autem plantat & qui rigat unum ſunt.*

¶Suprà Apoſtolus oſtenderat errorem Corinthiorum,qui propter miniſtros Chriſti, à quibus baptizati & docti erant adinuicem diſceptabant: hic incipit eorum iudicium quod habebãt de miniſtris improbare, ex quo iudicio contentiones in eis procedebãt.Et circa hoc duo facit. Primò improbat eorũ iudiciũ,quantum ad hoc ꝙ quibuſdam miniſtrorum,de quibus gloriabantur,plus attribuebant quàm deberent.Secundò, quantũ ad hoc quòd alios Chriſti miniſtros contemnebant.4.ca.ibi [Sic nos exiſtimet homo.] Circa primum duo facit.Primò oſtendit detrimentum quod patiebãtur propter contentiones ex peruerſo iudicio prouenientes.Secundò improbat eorũ peruerſum iudiciũ,ibi[Quid igitur eſt Apollo?]Circa primum duo facit. Primò ponit detrimentum quod hactenus paſsi erant propter eorũ defectum. Secundò oſtendit quòd adhuc idem patiũtur,ibi[Sed nec nunc quidem.] Circa primum tria facit. Primò ponit detrimẽtum quod hactenus paſsi erant propter eorum defectum.Dixerat enim ſuprà,quòd apoſtoli quidem ſpiritualia documenta ſpiritualibus tradebant quæ animales homines percipere non poterant, quod eis adaptat dicens,[Et ego fratres,]qui.ſ.inter alios apoſtolos ſpiritualibus ſpiritualia loquor [non potui].ſ.conuenienter vobis loqui quaſi ſpiritualibus,vt.ſ.traderem vobis ſpiritualia documenta. [Sed quaſi carnalibus].ſ.locutus ſum vobis:eoſdem enim carnales dicit quos ſuprà animales,quibus oportet tradi ea quæ ſunt infirmi tati eorum accõmoda.Eſa.28,Quem docebit ſcientiã,& quem intelligere fecit auditum.Ablactatos à lacte auulſos ab vberibus.i.carnali conuerſatione & ſenſu. Secundò adhibet ſimilitudinem,dicens, [Tanquam paruulis in Chriſto].i.parũ adhuc introductis in perfectam doctrinã fidei,quę ſpiritualibus debetur.Heb. 5,Omnis qui lactis eſt particeps,expers eſt ſermonum iuſtitiæ,paruulus enim eſt:perfectorum autem eſt ſolidus cibus.Tertiò rationem aſsignat ne credatur ex inuidia eis ſpiritualem doctrinam ſubtraxiſſe, contra quod dicitur Sap.7,Quam ſine fictione didici & ſine inuidia cõmunico. Vnde ſubditur, [Nondum enim poteratis].q.d.Non ſubtraxi vobis eſcam propter meam,ſed propter veſtram impotentiã, quia verba ſpiritualia nondum bene poteratis capere,ſecundum illud Ioan.16,Adhuc multa habeo vobis dicere,ſed non poteſtis portare modo. ¶Deinde cùm dicit,[Sed nec nunc quidem poteſtis]oſtẽdit ꝙ adhuc quidem detrimentum patiuntur.Et primò quidem ponit impotentiam cui adhuc ſubiacebant,dicens,[Sed nec nunc quidem poteſtis].q.d.quòd à principio perfectam doctrinam capere non poteratis, non mirum fuit: quia hoc veſtræ nouitati competebat,ſecundum illud 1.Pet.2,Sicut modò geniti infantes lac concupiſcite. Sed hoc videtur eſſe culpabile,quod poſt tantũ tempus in quo proficere debuiſtis,eandem impotentiã retinetis,ſecundum illud Heb.5, Cùm deberetis magiſtri eſſe propter tempus: rurſus indigetis doceri, quæ ſunt elementa ſermonũ dei.Secundò aſsignat prædictæ impotentiæ rationem,dicens,[Adhuc enim carnales eſtis].ſ.vita & ſenſu.Et ideo ea quæ ſunt ſpiritus capere nõ poteſtis,ſed ſapitis ea quæ ſunt carnis,ſecundum illud Rom.8,Qui ſecundum carnem ſunt,quæ carnis ſunt ſapiunt. Tertiò ponit rationem probationis inductæ,dicens,Cùm enim inter vos ſit zelus & contentio,nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?Vbi conſiderandum eſt quòd rectè coniungit zelum & contentionem:quia zelus.i.inuidia eſt contentionis materia.Inuidus enim triſtatur de bono alterius, quod ille nititur promouere, & ex hoc ſequitur contentio.Vnde Iaco.3,Vbi zelus & contentio,ibi inconſtantia & omne opus prauum.Et ſimiliter econtra charitas per quam quis diligit bonum alterius,eſt materia pacis.Secundò conſiderandũ eſt quòd zelus & contentio non habet locum, niſi in carnalibus hominibus, quia ipſi ad bona corporalia afficiuntur, quę ſimul à pluribus integrè poſsideri non poſſunt:& ideo propter hoc ꝙ aliquis aliquod bonũ corporale poſsidet,alius impeditur à plena poſſeſsione illius, & ex hoc ſequitur inuidia, & per conſequens cõtentio: ſed ſpiritualia bona quibus ſpirituales afficiuntur,ſimul à pluribus poſsideri poſſunt,& ideo bonum vnius non eſt alterius impedimentum, & propter hoc in talibus nec inuidia,nec contentio locum habet. Vnde Sap.7,Sine inuidia cõmunico.Tertiò conſiderandum eſt quare homines carnales dicit ſecundum hominẽ ambulare,cùm tamen homo ex ſpiritu & carne componatur,quia naturæ humanæ conſonum eſt, vt ſpiritus cognitionem à ſenſibus carnis accipiat.Vnde conſequenter affectus rationis humanæ ſecũdum ea quæ ſunt carnis mouetur,niſi ſpiritus hominis per ſpiritum dei ſupra hominẽ eleuetur.Vnde dicitur Eccleſ.34,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sicut parturientis cor tuũ phãtasias patitur,nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Est ergo sensus.secundum hominem.i.secũdum naturam humanam sibi à dei spiritu derelictam,sicut & in Psal.dicitur;Filii hominum vsquequo graui corde,vt quid diligitis vanitatẽ & quæritis mendacium.Quartò manifestat probationem inductam,dicens,Cùm enim quis.i.aliquis vestrũm dicit, Ego quidem sum Pauli, quia à Paulo baptizatus & doctus.Alius autem,ego Apollo(genitiui casus,)per quod denotatur in vobis esse zelus & contentio.Nónne homines estis.s.carnales & non spirituales,vtpote zelum & contentionem habentes pro rebus humanis?Qualis enim homo est,talibus rebus afficitur,& per affectum inhæret,secundum illud Osee 9,Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. ¶Deinde cùm dicit,[Quid igitur est Apollo?]improbat eorum iudicium,quantum ad hoc ꝙ plus ministris attribuebant q̃ deberent. Et primò ostendit veritatem.Secundò excludit errorem,ibi,[Nemo vos seducat.]Tertiò infert conclusionem intẽtam,ibi,[Itaque nemo glorietur in hominibus.]Circa primũ duo facit. Primò ostendit conditionem ministrorũ. Secundò agitur de eorũ mercede,ibi[Vnusquisque propriam mercedem.]Circa primũ tria facit.Primò ponit ministrorum conditionem.Secundò ponit similitudinem,ibi[Ego plantaui,Apollo rigauit.] Tertiò ostendit intentum,ibi[Itaque neque qui plantat.]Circa conditionem autem ministrorum duo tangit.Primò quòd non sunt domini,sed ministri,dicẽs,Vos de Paulo & Apollo gloriamini. Igitur quæro à vobis,Quid est Apollo,& quid Paulus.i.cuius dignitatis vel potestatis,vt digne de eis potestis gloriari?& respondit,Ministri eius.s.dei sunt.q.d.quod agunt in baptismo & in doctrina, non principaliter agunt sicut domini , sed sicut ministri eius,secundum illud Esa.61,Ministri dei dicetur vobis. Posset autem alicui videri magnũ esse ministrum dei esse & gloriandum esse in hominibus de ministeriis dei . Et verè esset si sine hominibus non pateret accessus ad deum,sicut illi qui solent gloriari de ministris regis,sine quibus nõ pãtet aditus ad regem. Sed hoc hîc locũ non habet,quia fideles Christi per fidem habent accessum ad deum,secũdum illud Rom. 5,Per quem accessum habemus ad deum per fidem & gratiam in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei:ideo signanter addit,Cui credidistis.q.d.per fidem,iam estis coniuncti deo non hominibus. Vnde suprà 2.dictum est,Vt fides vestra non sit in sapientia hominũ, sed in virtute dei: & ideo primò de deo est vobis gaudendum,quàm de hominibus.Contingit autem quòd ministri hominum vel dominorum,vel artificum primò habeant à seipsis aliquam dignitatem,vel virtutem, ex qua idonei ad ministerium fiũt,sed hoc non est de ministris dei,& ideo secundò ostendit ꝙ tota dignitas & virtus ministrorũ est à deo,dicens, Et vnicuique sicut deus diuisit.]q.d.in tantum aliquis, & vnusquisque nostrum habet de virtute ministrandi,inquantum ei deus dedit, vnde nec sic nobis est gloriandum. 2.Corinth.3, Sufficientia nostra à deo qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. ¶Deinde cùm dicit,[Ego plantaui]ponit similitudinem ministrorum ex similitudine agricolarum,vbi duplex differentia operationum intelligitur . Vna operationis vnius ministri ad operationem alterius.Et quantum ad hoc dicit,[Ego plantaui].i.in prædicatione ad modum plantantis me habui, quia scilicet primò vobis prædicaui fidem. Esa.51,Posui verba mea in ore tuo, vt plantes cælos.Apollo rigauit.i.ad modum rigantis se habuit,qui aquã plantis exhibet ad hoc vt nutriantur & crescant.Et similiter legitur Act.18,Quòd cùm Paulus multos Corinthiorũ conuertisset,superuenit Apollo qui multum contulit his qui crediderunt,publicè ostẽdens per scripturã esse Iesum Christum.Eccles.24.dicitur,Rigabo ortum meũ plantationum. Secunda differentia est operationis ministrorum , qui exterius operantur plantando & rigãdo ad operationem dei,qui interius operatur. Vnde subdit,[Sed deus incrementum dedit]interius.s.operando.2.Corint.9,Augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.Sic etiã in rebus corporalibus plantantes & rigantes exterius operãtur , sed deus operatur interius per operationẽ naturæ ad incrementa plantarum. ¶Deinde cùm dicit,[Itaque neque qui plantat,neque qui rigat,&c.] infert ex præmissis duas conclusiones, quarum prima infertur secũdum comparationem ministrorum ad deum,dicens,Ex quo Paulus plantauit,& Apollo rigauit, non sunt nisi ministri dei , & non habent aliquid nisi à deo, & non operantur nisi exterius,deo interius operante . [Itaque neque qui plantat est aliquid] .s. principaliter & magnum de quo sit gloriandum.[Neque qui rigat,sed qui incrementũ dat deus]Ipse enim per se est aliquid principale & magnũ,de quo est gloriandum.Actio enim non attribuitur instrumento cui comparatur minister,sed principali agenti.Vnde Esa.40.dicitur,Omnes gentes quasi non sint,sic sunt coram eo.Secũdam conclusionẽ infert pertinentem ad cõparationem ministrorũ adinuicem,dicẽs,Qui plantat autem & qui rigat,cùm sint ministri dei,& nihil nisi à deo habentes, & solùm præterius operantes vnum sunt ex conditione naturæ & ministerii ratione:quare.s.non potest vnus alteri præferri,nisi secundum donum dei,& ita quantum in seipsis est,vnum sunt.Et quia consequenter in intentione ministrandi deo,vnũ sunt per concordiam voluntatis,ideo stultum est de his qui vnum sunt,dissentire. Psal. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnũ.Rom.12,Multi vnũ corpus sumus in Christo. Lectio 2.

De mercede propria bonorũ ministrorũ,ratione mercedis & diuersitatẽ eiusdẽ adiũgendo.

VNusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis.Dei ædificatio estis. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat . Vnusquisque autem videat quomodo superædificet . Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est , quod est Christus Iesus . Siquis autem superædificat supra fundamentum hoc aurum,argentum,lapides pretiosos,ligna,fœnum,stipulam,uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit:quia in igne reuelabitur & uniuscuiusque opus quale sit,ignis probabit. Si cuius opus mãserit, quod superædificauit,mercedem accipiet.Si cuius opus arserit,detrimẽtum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. ¶Suprà Apostolus ostendit qualis sit conditio ministrorum,hîc agit de remuneratione eorum. Et primò ponit de mercede bonorum ministrorum. Secundò tangit de punitione malorum,ibi [Nescitis quia templum dei estis,&c.]Circa primũ tria facit.Primò promittit ministris mercedem propriã.Secundò assignat rationem,ibi[Dei enim sumus.]Tertiò agit de diuersitate mercedis,ibi[Secundum gratiã dei.] Dicit ergo primò,Dictum est,ꝙ neque qui plantat est aliquid,neque qui rigat, non tamen inutiliter plantat vel rigat, sed vnusquisque suam propriam mercedem accipiet,secundum suũ laborem.Quanuis enim qui incrementum dat,sit deus,& ipse solus interius operetur, exterius tamen laborantibus mercedem tribuit, secundum

illud Hier.31,Quiescat vox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis:quia merces est operi tuo. Quæ quidem merces est ipse deus,secundum illud Gene.15,Ego protector tuus sum,& merces tua multa nimis.Pro qua mercede laborantes mercenarii laudantur, secũdum illud Luc.15, Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus.Alioquin si pro alia mercede in opere dei aliquis laboret,laudandus non est,secundum illud Ioan.10,Mercenarius autem,& cuius non sunt oues propriæ,videt lupum venientem & fugit.Hæc autem merces & cõmunis est omnibus, & propria singulorum: cõmunis quidem, quia idem est quod omnes videbunt,& quo omnes fruentur.s.deus,secundum illud Iob 22,Super omnipotentem deliciis afflues & leuabis ad deum faciem tuã.Esa.28,In illa die erit dominus exercituũ corona gloriæ & sertũ exultationis populo suo.Et ideo Matth.20,Omnibus laborantibus in vinea datur vnus denarius:propria verò merces erit singulorum:quia vnus alio clarius videbit,& plenius fruetur secundũ determinatam sibi mensuram. Vnde & Danie.12,Illi qui docti sunt,cõparantur splendori firmamenti qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stellæ.Hinc est quod Ioan.4.dicitur,In domo patris mei mansiones multæ sunt. propter quod etiã hîc dicitur,Vnusquisque propriã mercedem accipiet. Ostendit autem secundum quid attendatur mensura propriæ mercedis,cùm subdit,secundum suũ laborem.Vnde & in Psal.dicitur,Labores manuum tuarum,quia manducabis,beatus es & bene tibi erit. Nõ tamen propter hoc designatur æqualitas laboris ad mercedem, quia vt dicitur 2.Corinth.4,Quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis.Sed æqualitatem designat proportionis, vt.s.vbi est potior labor,ibi sit potior merces.Potest autẽ intelligi labor esse potior tripliciter. Primò quidem secundum formã charitatis,cui respondet merces essentialis.Vnde dicitur Ioan.14,Qui diligit me,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum.Vnde qui ex maiori charitate laborat, licet minorem laborem patiatur,plus de præmio essentiali accipiet.Secundò ex specie operis:sicut enim in rebus humanis ille magis præmiatur qui in digniori opere laborat,sicut architector quàm artifex manualis licet minus laboret corporaliter:ita etiã in rebus diuinis ille qui in nobiliori opere occupatur, maius præmium accipiet quantum ad aliquam prærogatiuã præmii accidentalis,licet fortè minus corporaliter laboret.Vnde aureola datur doctoribus,virginibus & martyribus.Tertiò ex quãtitate laboris,quod quidẽ contingit dupliciter.Nam quandoque maior labor maiorem mercedem meretur,præcipuè quantum ad remissionem pœnæ,puta quod diutius ieiunat vel longius peregrinatur,& etiam quantum ad gaudiũ quod percipiet de maiori labore.Vnde Sap.10.dicitur,Reddidit deus.s.iustis,mercedem laborum suorum. quandoque verò est maior labor ex defectu voluntatis.In his enim quæ propria voluntate facimus,minorem laborem sentimus.Et talis magnitudo laboris non augebit,sed minuet mercedem. Vnde dicitur Esa.40,Assument pennas vt aquilæ,current & non laborabunt,volabunt & non deficient:& ibi præmittitur, deficient pueri & laborabunt. ¶Deinde cũ dicit,[Dei enim sumus]assignat rationem eius quod dixerat.Et primò ponit rationem.Secundò adhibet similitudinẽ,ibi[Dei agricultura estis.]Dicit ergo primò,Rectè quilibet nostrũ mercedem accipiet.Dei enim sumus adiutores.s.secundũ nostros labores.Contra quod videtur esse quod dicitur Iob 26,Cuius adiutores,nunquid imbecillis?& Esa.40,Quis adiuuit spiritũ domini? ¶Dicendum est autem ꝙ dupliciter aliquis aliũ adiuuat.Vno modo augendo eius virtutem,& sic nullus potest esse dei adiutor.Vnde & post præmissa verba Iob subditur,Et sustentas brachiũ eius qui non est fortis. Alio modo obsequendo operationi alterius,sicut si minister dicatur domini adiutor, inquantũ exequitur opus eius aut ministeriũ artificis,& hoc modo ministri dei sunt eius adiutores, secundum illud 2.Corint.6, Adiuuantes autem exhortamur: sicut ergo ministri hominũ exequentes eorũ opera,mercedem ab eis accipiunt secundum suũ laborem,ita & minister dei.Secundò adhibet similitudinẽ simplicis operis.s.agriculturæ & ædificationis. Populus quidem fidelis ager est à deo cultus, inquantũ per operationẽ diuinã fructum boni operis deo producit,secundũ illud Rom.7,Sitis alterius qui ex mortuis resurrexit vt fructificetis deo. Et Ioan.5,dicitur,Pater meus agricola est: & hoc est quod primò dicitur,Dei agricultura estis.i.quasi ager à deo cultus,& fructum ferens eius opere,& populus fidelis est quasi domus à deo ædificata, inquantum.s. deus in eis habitat,secundum illud Ephes.2,Et vos coædificamini in habitaculum dei.Et ideo secundò dicitur,Dei ædificatio estis.i.ædificiũ à deo constructum,secundum illud Psal. Nisi dominus ædificauerit domum,&c. Sic igitur ministri dei sunt adiutores inquantum laborant in agricultura & ædificatione fidelis populi. ¶Deinde cùm dicit,[Secundum gratiã dei,&c.]agit de diuersitate mercedis,& quia merces distinguitur,secundum distinctionem laboris,vt dictum est.Ideo primò agit de diuersitate laboris.Secũdò de diuersitate mercedis,ibi[Siquis superædificat.]Circa primũ duo facit.Primò ponit distinctionem laborũ. Secundò subiungit admonitionẽ,ibi [Vnusquisque autem videat,&c.] Circa primũ duo facit. Primò relicta similitudine agriculturæ quã suprà prosecutus fuerat sub similitudine ædificationis, suũ propriũ laborem describit,dicens, Secundum gratiã dei quæ data est mihi vt sapiens architectus fundamentũ posui. ¶Vbi considerandũ est ꝙ architectus dicitur principalis artifex,& maximè ædificii ad quem pertinet cõprehendere summam dispositionẽ totius operis quæ perficitur per operationẽ manualium artificũ . Et ideo dicitur sapiens in ædificio:quia simpliciter sapiens est qui summã causam cognoscit.s.deum,& alios secundum deũ ordinat.Ita sapiens in ædificio dicitur qui principalem causam ædificii.s.finẽ considerat, & ordinat inferioribus artificibus quid sit propter finẽ agendum. Manifestũ est autẽ quòd tota substãtia ædificii ex fundamento dependet,& ideo ad sapientẽ architectũ pertinet idoneũ fundamentum collocare. Ipse autẽ Paulus fundamentũ spiritualis ædificii collocauit Corinthis. Vnde suprà dixit, Ego plantaui: sicut enim se habet fundamentum in ædificio,sic plantatio in plantis . Per vtrunque enim significatur spiritualiter prima prædicatio fidei.Vnde & ipse dicit Roma.15,Sic autem prædicaui euangeliũ, non vbi nominatus est Christus,ne super alienũ fundamẽtum ædificarẽ,& ideo se cõparat sapienti architecto.Hoc autẽ non suæ virtuti attribuit,sed gratiæ dei. Et hoc est quod dicit, Secundũ gratiam dei quæ data est mihi ,qui.s.me aptum & idoneũ ad hoc ministeriũ fecit,infrà 4,Abundantius omnibus laboraui,non autẽ ego,sed gratia dei mecum. ¶Secundò describit laborẽ aliorum,dicens,Alius autẽ.i.quicunque inter vos laborat, superædificat

Mensura mercedis ex labore.

Labor per quẽ quisque retur præmiũ æternũ potest intelligi potior tripliciter. Laboràs ex maiori charitate ,plus præmij essẽtialis accipiet , etiã si minus laboret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fundamento à me posito. Quod quidem potest ad duo referri. Vno quidem modo inquantum aliquis superædificat fidei in seipso fundatę profectum charitatis & bonorum operũ. 1. Per. 2, Et ipsi tanquã lapides viui superædificemini. Alio modo ad doctrinã, quã quis fundatã in aliis perfectius manifestat. Vnde Hier. 1. dicitur, Vt ædifices & plantes. Et secundum hoc idem significat hæc superædificatio, quod suprà rigatio.

¶ Deinde cùm dicit, [Vnusquisque autem, &c.] subiungit monitionẽ, dicens, Dictũ est quòd ad alios pertinet superædificare. Vnusquisque autẽ videat. i. diligenter attendat quomodo superædificet. i. qualẽ doctrinam fidei fundatã in aliis superaddat, vel qualia opera fidei in se fundatæ habeat. Prouerb. 4, Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. ¶ Secundò respõdet tacitè quæstioni, quare. s. admoneat alios de superædificatione & non de fundatione, vel potius assignat rationem quare dixerit ꝙ ad alios pertinet superædificare, dicens, Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est. s. à me, quod est Iesus Christus qui habitat in cordibus vestris per fidem, vt dicitur Ephes. 3. Et de fundamento dicitur Esa. 28, Ecce ego mittã in fundamentis Syon lapidem angularem, probatũ, pretiosum. i. in fundamento fundatum. Sed còntrà videtur esse quod dicitur Apoc. 21, Murus ciuitatis habens fundamẽta duodecim, & in ipsis duodecim nomina apostolorũ. Non ergo solus Christus est fundamentum. ¶ Dicendum est autem quòd duplex est fundamentũ. Vnum quidem quod per se habet soliditatẽ sicut rupes aliqua supra quã ædificium constituitur, & huic fundamento Christus cõparatur. Ipse enim est petra de qua dicitur Matt. 7, Fundata enim erat supra firmã petram. Aliud est fundamentum, quod habet soliditatẽ non ex se, sed ex alio solido subiecto, sicut lapides qui primò supponuntur petræ solidæ. Et hoc modo dicuntur apostoli esse fundamentum ecclesiæ, quia ipsi primò superædificati sunt Christo per fidem & charitatem. Vnde dicitur Ephe. 2, Superædificati supra fundamẽtum apostolorum. ¶ Deinde cùm dicit, [Siquis superædificat, &c.] agit de mercedis differentia quantũ ad hoc ꝙ quidam eam accipiunt sine detrimento, quidam cũ detrimento. Et circa hoc tria facit. Primò docet ꝙ diuersitas operationũ manifestatur ex retributione. Secũdò ostendit quando manifestatur, ibi [Dies enim domini.] Tertiò ostendit quomodo manifestatur, ibi [Si cuius opus, &c.] Circa primũ considerãdum est ꝙ Apostolus intendit ostendere diuersitatẽ superędificationis, sex ponit, videlicet tria cõtra tria. Ex qua vna parte aurũ, argentum, & lapides pretiosos. Et ex alia parte lignũ, fœnũ, & stipulam, quorum tria. s. aurũ, argentum, & lapides pretiosi habent quandam inclitam claritatem simul & inconsumptibilitatem & pretiositatẽ. Alia verò tria obscura sunt, & facilè ab igne cõsumuntur, & vilia sunt. Vnde per aurũ, argentum & lapides pretiosos intelligitur aliquid præclarũ & stabile: per lignum verò, fœnum & stipulam aliquid materiale & trãsitoriũ. Dictum est autẽ suprà, quòd superædificatio potest intelligi & quantũ ad opera quæ vnusquisque superædificat fidei fundamento. Et quantum ad doctrinam quam aliquis doctor vel prædicator superædificat in fundamento fidei ab Apostolo fundatæ. Vnde ista diuersitas quam hìc Apostolus tangit ad vtranque superædificationẽ referri potest. Quidam ergo referentes hæc ad superædificationẽ operum, dixerunt ꝙ per aurum & argentũ, & lapides pretiosos intelligũtur bona quæ quis fidei superaddit. Sed per lignũ, fœnum & stipulam debent intelligi peccata mortalia quæ quis facit post fidem susceptam: sed ista expositio penitus stare non potest. Primò quidem quia peccata mortalia sunt opera mortua, secundum illud Heb. 9, Mundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. In hoc autem ædificio nihil ędificatur nisi viuũ, secundũ illud 1. Pet. 2, Et ipsi tanquã lapides viui superædificamini. Vnde qui cũ fide habẽt peccata mortalia, non superædificat, sed magis destruit vel violat, contra quẽ dicitur infrà eodem, Siquis tẽplum dei violauerit, disperdet illum deus. Secũdò quia peccata mortalia magis cõparantur ferro, vel plumbo, vel lapidi, tum propter grauitatẽ, tum quia etiã non renouantur per ignem, sed semper in eo manent in quo sunt: peccata verò venialia comparantur ligno, fœno, & stipulæ, tum propter leuitatem, tum etiam quia ab eis aliquis de facili expurgatur per ignem. Tertiò quia secundũ hanc expositionem videtur sequi ꝙ ille qui moritur in peccato mortali dum modo fidem retineat finaliter salutẽ consequatur, licet primò aliquas pœnas sustineat. Sic enim sequitur, Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Quod quidem contrariatur manifestè sententiæ Apostoli qua dicitur infrà 6, Neque fornicarii neque idolis seruientes, &c. regnum dei possidebunt. Et Galat. 5, Qui talia agunt regnũ dei non possidebunt. Non est autẽ alicui salus nisi in regno dei. Nam qui ab eo excluduntur, mittuntur in ignẽ æternũ, vt dicitur Mat. 25. Quartò quia fides non potest dici fundamentum, nisi per quem Christus habitat in nobis, cũ suprà dictum sit quòd fundamentũ est ipse Christus Iesus. Non enim habitat Christus in nobis per fidem informem. Alioquin habitaret in dæmonibus, de quibus scriptũ est Iac. 2, Et dæmones credunt & contremiscunt. Vnde quod dicitur Ephe. 3. habitare Christũ per fidem in cordibus nostris, oportet intelligi de fide per charitatẽ formata, cùm scriptũ sit 1. Ioan. 4, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Hæc est fides quæ per dilectionem operatur, vt dicitur infrà 13, Charitas non agit perperam. Vnde manifestum est quòd illi qui operantur peccata mortalia, non habent fidem formatam, & ita non habẽt fundamentũ: oportet ergo intelligere ꝙ tam ille qui superædificat fundamẽtũ aurum, argẽtum, lapides pretiosos, q̃ etiam ille qui superædificat lignũ, fœnum, stipulam vitet peccata. Ad horum ergo distinctionem intelligendum est ꝙ actus humani ex obiectis speciem habent. Duplex est autem obiectum humani actus. s. res spiritualis & res corporalis, quæ quidem obiecta differunt tripliciter. Primò quidem quantũ ad hoc ꝙ res spirituales sunt perpetuæ, res autem corporales sunt transitorię. Vnde 2. Corinth. 4, Quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Secundò quantum ad hoc quòd res spirituales in seipsis claritatem habent, secundum illud Sap. 6, Clara est & quæ nunquam marcescit sapientia. Res corporales obscuritatem habent ex materia. Vnde dicitur Sapient. 2, Vmbræ transitus est tempus nostrũ. Tertiò quantũ ad hoc quòd res spirituales sunt pretiosiores & nobiliores rebus corporalibus, vnde Prou. 3. dicitur de sapientia, Pretiosior est cunctis opibus. Et Sap. 7, Omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutũ æstimabitur argentum in conspectu illius. Et ideo opera quibus homo innititur rebus spiritualibus & diuinis cõparantur auro, argento, & lapidi pretioso, quæ sunt solida, clara & pretiosa: ita tamen quòd per aurum designentur ea quibus homo tendit in ipsum deum per contem-

Duplex obiectũ actus hũani: illorum triplex differentia.

plationem & amorem, vnde dicitur Cant. 5, Caput eius aurum optimum: caput enim Christi est deus, vt dicitur Esa. 11. de quo auro dicitur Apo. 3, Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum. i. sapientiam cum charitate: per argentum significantur actus, quibus homo adhæret spiritualibus credendis & amandis & contẽplandis: vnde in glo. refertur argentum ad dilectionem proximi, propter quod & in Psal. pennæ columbæ describuntur deargentatæ, cuius superior pars. i. posteriora describuntur esse in pallore auri. Sed per lapides pretiosos designãtur opera diuersarũ virtutum, quibus anima humana ornatur, vnde dicitur Eccle. 5, Quasi vas auri solidum ornatũ omni lapide pretioso. Vel etiã mandata legis dei, secundũ illud Psal. Dilexi mandata tua super aurum & topazion. Opera verò humana quibus homo intendit rebus corporalibus, habent quosdam gradus prout quædam sunt aliis stabiliora, quædam verò facilius consumptibilia: nam ipsi homines inter creaturas carnales digniores sunt & per successionem conseruantur. Vnde comparantur lignis, secundũ illud Iudic. 9, Ierunt ligna syluarũ vt eligerent super se regem. Caro autẽ hominis facilius corrumpitur per infirmitatem & mortem. Vnde comparatur fœno, secundum illud Esa. 40, Omnis caro fœnum. Ea verò quæ pertinent ad gloriã huius mundi facillimè transeunt, vnde stipulæ comparantur: vnde in Psal. sequitur, Pone illos vt rotam & stipulam ante faciẽ venti. Sic ergo superædificare aurũ, & argentum & lapides pretiosos, est superædificare fidei fundamento ea quæ pertinent ad contemplationem sapientiæ diuinorum, & amorem dei, & deuotionem sanctorum, & obsequium proximorum, & ad exercitium virtutum. Superædificare verò lignum, fœnum & stipulam, est superaddere fidei fundamento ea quæ pertinẽt ad dispositionem humanarum rerum & ad onera carnis & ad exteriorem gloriã. ¶ Sciendum tamen ꝙ contingit aliquem hominẽ id intendere tripliciter. Vno modo ita quòd in his finem constituat, & cùm hoc fit peccatum mortale, per hoc homo non superædificat, sed ecõuerso fundamẽto aliud fundamentũ collocat. Nam finis est fundamentum in rebus appetibilibus quæ quæruntur propter finẽ. Alio modo aliquis intendit vti prædictis rebus, totaliter ordinãs eas in dei gloriã: & quia opera specificantur ex fine intento, hoc iam non erit ædificare lignum, fœnum & stipulam, sed aurum, argentum & lapides pretiosos. Tertio modo aliquis licet in his finem non constituat, nec vellet propter ista contra deũ facere: afficitur tamen istis magis q̃ deberet, ita quòd per hęc retardatur ab his quę dei sunt, quod est peccare venialiter: & hoc propriè est superædificare lignum, fœnũ, stipulam, non quia ipsa superædificentur propriè loquendo, sed quia opera ad temporalium curam pertinentia habent venialia adiuncta propter vehemẽtiorem affectũ ad ipsa, quæ quidem affectio secundum ꝙ magis & minus inhæret, ligno, fœno & stipulæ, cõparatur. Et dupliciter potest distingui. Vno modo secundum permanentiã rerum spiritualium, vt prius dictum est. Alio modo secundum vehementiã adhæsionis. ¶ Sciendum tamen quòd & illi qui spiritualibus rebus intendunt, non omnino possunt absolui à cura rerum temporalium, nec etiã qui in charitate rebus temporalibus intẽdunt, sunt omnino à rebus spiritualibus vacui, sed studio diuersificantur. Nam quidam studium vitæ suæ ordinant ad spiritualia, temporalibus verò non intendunt, nisi inquantum requirit necessitas corporalis vitæ. Quidam verò studium vitæ suæ applicant ad temporalia procuranda, vtuntur tamen spiritualibus rebus ad directionẽ vitæ suæ. Primi igitur superædificant aurum, argentum & lapides pretiosos. Secundi verò superædificant fœnum, lignum & stipulam. Ex quo patet ꝙ illi qui superædificant aurum, argentum & lapides pretiosos, habent aliquid de peccatis venialibus, sed non in quantitate notabili, propter hoc ꝙ modicũ attingunt de cura temporalium rerum. Illi etiã qui superædificant lignum, fœnum, stipulam, habent aliquid stabile pretiosum & præclarum, sed in minori quantitate, scilicet inquantum diriguntur per bona spiritualia. Potest autem & hæc diuersitas referri ad superædificationem doctrinæ. Nam illi qui fidei ab apostolis fundatę per suam doctrinã superædificant solidam veritatem & clarã siue manifestam, & ad ornamentũ ecclesiæ pertinentẽ, superædificant aurum, argentũ, lapides pretiosos. Vnde Prou. 10, Argentũ electum labia iusti. Illi verò qui fidei ab apostolis fundatæ superaddunt in doctrina sua aliqua inutilia, & quæ nõ sunt manifesta nec veritatis ratione firmantur, sed sunt vana & inania, superædificant lignum, fœnum, stipulam. Vnde dicitur Hiere. 23, Qui habet somniũ narret somnium, & qui habet sermonem meum loquatur sermonem meũ verè. Quid paleis ad triticum? Qui verò falsitatem doceret non superædificaret, sed magis subuerteret fundamentum. Dicit ergo, Siquis superædificat vel operãdo vel docendo super fundamentum hoc. i. super fidem formatã in corde, vel super fidem fundatã ab apostolis & prædicatã, aurum, argentum aut lapides pretiosos. i. spiritualia opera vel præclaram doctrinã. Vel lignum, fœnũ, stipulam. i. corporalia opera, vel friuolam doctrinã, vnusquisque opus manifestum erit. s. in. diuino iudicio quale sit. Nõ enim latet per humanã ignorantiam. Nam quidã videtur superędificare aurum, argentum, lapidem pretiosum: qui tamen superædificãt lignum, fœnũ, stipulam, in rebus spiritualibus corporalia meditãtes: puta lucrum vel fauorem humanũ: quidam verò videntur superædificare lignum, fœnum, stipulam, qui tamen ædificãt aurum, argentum, & lapidem pretiosum, quia in administratione tẽporalium nihil nisi spiritualia cogitãt. Vnde & Sophon. 1, dicitur, Scrutabor Ierusalem in lucernis. & Luc. 12, Nihil opertum quod non reueletur. ¶ Deinde cùm dicit, [Dies enim domini] ostendit quãdo hæc manifestãtur. Et primò ponit tempus manifestationis, cùm dicit, [Dies enim domini declarabit.] Circa quod sciendũ est ꝙ tunc dicitur esse tempus & dies alicuius rei quãdo est in optimo statu & maximo sui posse. Vnde & Eccle. 3. dicitur, Omnia tempus habent. Quãdo ergo homo suã voluntatem implet, etiã contra deum, tunc est dies hominis. Vnde dicit Hier. 17, Diem hominis non desideraui tu scis. Dies verò domini dicitur quãdo voluntas domini completur de hominibus qui per eius iustitiã vel præmiabuntur vel damnabuntur, secundũ illud Psal. Cùm accepero tẽpus ego iustitias iudicabo. Vnde secundum triplex dei iudiciũ tripliciter potest intelligi dies domini. Erit enim quoddã iudiciũ generale omnium, secundũ illud Mat. 12, Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Et secundum hoc dies domini dicitur nouissimus dies iudicii. de quo 2. Thessal. 2, Non terreamini quasi instet dies domini. Et secundum hoc intelligitur dies domini declarabit, quia in die iudicii manifestabitur differẽtia humanorum meritorũ. Rom. 2, In die quãdo iudicabit dominus occulta hominũ. Aliud autem est particulare iudiciũ quod fit de vnoquoque in morte ipsius, de quo habetur Luc. 16, Mortuus est diues, & sepultus est in inferno, mortuus

Quid sit fidei fundamentũ sup edificare auru, argẽtũ, & lapides ptiosos, lignũ, fœnũ, & stipulã.

Quid sit dies hois & quid dies domini.

Triplex dei iudicium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est autem mendicus,& portatus est ab angelis in sinũ Abrahæ. Et secundum hoc dies domini potest intelligi dies mortis, secundum illud 1.Thes.5, Dies domini sicut fur in nocte veniet. Sic ergo dies domini declarabit,quia in morte vniuscuiusque eius merita patẽt.Vnde dicitur Prou.11,Mortuo homine impio nulla erit vltra spes:& eiusdem 14,Sperat autem iustus in morte sua.Tertium autem est iudicium in hac vita, inquantum deus per tribulationes huius vitæ interdum homines probat.Vnde dicitur infrà 11,Cùm iudicamur à domino corripimur vt non cum hoc mundo damnemur. Et secundum hoc dicitur dies domini,dies temporalis tribulationis.de quo dicitur Sophon.1,Vox diei domini amara,tribulabitur ibi fortis. Dies ergo domini declarabit,quia in tempore tribulationis affectus hominis probatur.Eccles.17,Vasa figuli probat fornax,& homines iustos tentatio tribulationis.Secũdò ostendit per quod fiet ista declaratio,quia per ignem,vnde sequitur, Quia in igne reuelabitur.s.dies domini:nam dies iudicii reuelabitur in igne,qui præcedet faciem iudicis,exurens faciem mundi,& inuoluens reprobos,& iustos purgãs: de quo dicitur in Psal. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius.Dies autem domini,qui est dies mortis reuelabitur in igne purgatorii,per quem purgabitur si quid in elementis inuenietur purgandum:de quo potest intelligi quod dicitur Iob.23,Probabit me quasi aurũ quod per ignem trãsit . Dies verò qui est dies tribulationis diuino iudicio permissæ,reuelatur in igne tribulationis, de quo dicitur Eccles.2,In igne probatur aurum & argentũ:homines verò acceptabiles,in camino tribulationis.Tertiò ponit effectum manifestationis,cùm subdit, Et vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit,quia.s. per quemlibet ignium prædictorum probãtur merita hominis vel demerita:vnde in Psal.dicitur,Igne me examinasti, & nõ est inuenta in me iniquitas.In his tribus quæ hîc Apostolus ponit, primũ est conclusio duorum sequentiũ. Si enim dies domini reuelatur in igne,& ignis probat quale sit vniuscuiusque opus,eõsequens est quòd dies domini declaret differentiã operum humanorum. ¶ Deinde cùm dicit,[Si cuius opus]ostendit modum prædictæ manifestationis.Et primò quantum ad bona opera,cùm dicit, Si cuius.i.alicuius opus quod ipse super ædificauit,manserit.s.in igne,ille.s.qui superædificauit,mercedem accipiet. Hiere.31,Est merces operi tuo. Et Esa.40,Ecce merces eius cũ eo. Dicitur autẽ aliquod opus in igne permanere illæsum dupliciter. Vno modo ex parte ipsius operãtis:quia.s.ille qui hoc facit opus.s.bonæ doctrinę,vel quodcunque bonorũ operum,propter huiusmodi opus non punitur,inquantũ.s. nec torquebitur igne purgatorii, nec igne qui præcedit faciem iudicis,nec etiã æstuat igne tribulationis.Qui enim non immoderatè temporalia dilexit,consequens est q̃ non nimis doleat de eorum amissione.Dolor enim causatur ex amore rei quæ amittitur.Vnde superfluus amor,superfluũ generat dolorẽ.Alio modo potest intelligi ex parte ipsius operis:quolibet enim prædictorum iudiciorum superueniente homini , permanet & opus bonæ doctrinæ vel quodcunque aliud bonum opus.Nam igne tribulationis superueniente non cessat homo neque à vera doctrina,neque à bono opere virtutis : vtrunque autem horum permanet homini quantum ad meritum & in igne purgatorii & in igne qui præcedit faciem iudicis.Secundò ostendit diem quantum ad mala opera,dicens,Si cuius.i. alicuius opus arserit.s.per aliquem igniũ prędictorum,detrimetũ patietur.s.qui hoc operatus est,nõ tamen vsque ad damnationem.Vnde subdit,Ipse autem saluus erit.s.salute æterna,secundum illud Esa.45,Saluatus est Israel in domino salute æterna:sic tamen quasi per ignem, quem.s.prius sustinuit, vel in hac vita,vel in fine huius vitæ,vel in fine mundi.Vnde dicitur in Psal.Transiuimus per ignem & aquam,& eduxisti nos in refrigerium.Et Esa.43,Cùm transieris per ignem non combureris,& flamma non comburet te,quia ego dominus deus saluator tuus.Dicitur autẽ opus alicuius ardere dupliciter. Vno modo ex parte operãtis, inquantum.s.aliquis affligitur igne tribulationis propter immoderatũ effectum quo superfluè terrena diligit,& punitur igne purgatorii,vel igne qui præcedet faciem iudicis propter peccata venialia,quæ circa curam temporalium cõmisit,siue etiam per friuola & vana quæ docuit.Alio modo ardet opus in igne ex parte ipsius operis,quia.s.tribulatione superueniente homo non potest vacare nec doctrinæ vanæ, nec terrenis operibus,secundum illud Psal.In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nec etiam igne purgatorii vel præcedente faciem iudicis remanebit ei aliquid prædictorum vel ad remedium vel ad meritum.Et similiter dupliciter patitur detrimentũ,vel inquantũ ipse punitur inquantũ perdit id quòd fecit:& quantum ad hoc dicitur Eccle.14,Omne opus corruptibile in fine deficiet,& qui operatur illud ibit cũ illo,& omne opus electum in fine iustificabitur,& qui operatur illud honorificabitur in illo.Quorum primum pertinet ad eum qui superædificat lignum,fœnum & stipulam, quod est opus dignè ardens. Secundum autem pertinet ad eum qui superædificat aurum,argentum & lapides pretiosos, quod est opus manẽs in igne absque detrimento.

Demercede malorũ ministrorũ malè laborãtiũ ostendendo primò dignitatẽ spiritualis ædificij & assignãdo plenũ illud de structuũ & rationẽ pœnæ docet,vitandã seductionẽ dat. Mediũ vitãdi & rationẽ ostendit, & tandẽ cõclusionẽ intẽtã infert.s.nõ gloriãdũ in eis ministris, nec quibus hominibus, & rationẽ assignat ex dignitate fidelium.

Lectio 3.

NEscitis quia templum dei estis,& spiritus dei habitat in uobis? Siquis autẽ templum dei uiolauerit,disperdet illũ deus.Tẽplum enim dei sanctum est,quod estis uos.Nemo se seducat.Siquis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo,stultus fiat,ut sit sapiens.Sapientia enim huius mundi,stultitia est apud deum. Scriptũ est enim,Comprehẽdam sapientes in astutia eorum.Et iterum,Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominibus.Omnia enim uestra sunt,siue Paulus,siue Apollo,siue Cephas,siue mũdus,siue uita,siue mors,siue præsentia,siue futura.Omnia enim uestra sunt,uos autem Christi.Christus autem dei.

¶ Suprà ostendit Apostolus quæ sit merces bene laborantium,hîc agit de pœna malè laborantium siue destruentium.Et circa hoc duo facit.Primò demonstrat pœnã. Secundò excludit errorẽ contrarium,ibi[Nemo vos seducat.]Ostendit autem pœnam operantium ad destructionem,prosequens similitudinem ædificii spiritualis.Et circa hoc tria facit.Primò ostendit dignitatẽ spiritualis ædificii.Secundò determinat pœnam destruentium,ibi[Siquis.] Tertiò assignat rationem pœnæ,ibi [Templum enim dei,&c.] Dicit ergo primò,Dictum est q̃ ille qui superædificat,mercedem salutis accipiet, vel sine detrimẽto vel cum detrimento,sed vt posſitis agnoscere quæ sit pœna malè in vobis laborantium,oportet vos vestram dignitatẽ agnoscere,quam primò ponit,dicens,An vos nescitis quia vos fideles Christi,estis templum dei.Ephe.2,In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino,in quo & vos coædificamini in habitaculum dei.Secundò probat quòd fideles sint tẽplum dei. Est enim de ratione tẽpli quòd sit habitaculum

dei,secundum illud Psal.Deus in templo sancto suo. Vnde omne illud in quo deus habitat,potest dici templum. Habitat autẽ deus principaliter in seipso, quia ipse solus se cõprehendit. Vnde & ipse deus templum dei dicitur Apoc.21,Dominus deus omnipotens templum illius est. Habitat etiã deus in domo sacrata per spiritualem cultũ qui in ea sibi exhibetur:& ideo domus sacrata dicitur tẽplum,secundũ illud Psal. Adorabo in tẽplum sanctum tuũ,&c.Habitat etiã deus in omnibus per fidem quæ per dilectionẽ operatur, secundum illud Ephes.3,Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris.Vnde & ad probandũ quòd fideles sint tẽplum dei,subiungit q̃ inhabitantur à deo,cùm dicit,[Et spiritus dei habitat in vobis.]Et Rom.8.dictum est,Spiritus qui suscitauit Iesum Christũ habitabit in vobis.Ezech.36,Spiritũ meum ponã in medio vestri. Ex quo patet q̃ spiritus sanctus est deus,per cuius inhabitationẽ fideles dicuntur templum dei. Sola enim inhabitatio dei tẽplum dei facit, vt dictũ est. Est autem considerandũ quòd deus est in omnibus creaturis, in quibus est per essentiã,potentiam & præsentiã,implens omnia bonitatibus suis,secundũ illud Hiere.23, Cælum & terrã ego impleo . Sed spiritualiter dicitur deus inhabitare tanquã in familiari domo in sanctis, quorũ mens capax est dei per cognitionẽ & amorem, etiã si ipsi in actu non cognoscant & diligant, dummodo habeant per gratiã habitum fidei & charitatis , sicut patet de pueris baptizatis. Et cognitio sine dilectione non sufficit ad inhabitationẽ dei,secundũ illud 1.Ioan.4, Qui manet in charitate,in deo manet& deus in eo.Inde est quòd multi cognoscunt deũ,vel per naturalem cognitionẽ,vel per fidem informẽ,quos tamen nõ inhabitat spiritus dei. ¶ Deinde cùm dicit,[Siquis autem tẽplum,&c.]Violatur autem tẽplum dei dupliciter.Vno modo per falsam doctrinã quæ nõ superædificatur fundamento,sed magis subruit fundamentum & destruit ædificiũ.Vnde dicitur Ezech.13.de falsis prophetis, Violabant me ad populum meũ propter pugillum ordei & fragmentũ panis.Alio modo violat aliquis tẽplum dei per peccatũ mortale,per quod aliquis vel seipsum corrũpit,vel aliũ opere vel exẽplo. Vnde dicitur Mala.2, Cõtaminauit Iudas sanctificationem domini quã dilexit.Sic autem dignũ est,vt disperdatur ille à deo per damnationem æternam qui violat spirituale tẽplum dei,vel qualitercunque polluit.Vnde dicitur Malach.2, Disperdet dominus virum qui fecerit hoc,magistrum & discipulum.Et in Psal.Disperdet dominus vniuersa labia dolosa,&c.

¶ Deinde cùm dicit,[Templum dei,&c.]assignat rationẽ eius quod dixerat de sanctitate tẽpli,Qui enim aliquã rem sacram violat,sacrilegium cõmittit,vnde dignũ est vt disperdatur. Tẽplum enim dei est sanctũ, quod estis vos,sicut suprà dictũ est:& in Psal.dicitur,Sanctum est tẽplum tuum,mirabile in æquitate:& alibi,Domum tuam domine decet sanctitudo.Et quidem in materiali templo est quædam sacramentalis sanctitas, prout templum diuino cultui dedicatur , sed in fidelibus Christi est sanctitas gratiæ quam consecuti sunt per baptismum,secũdum illud infrà 6,Abluti estis,sanctificati estis. ¶ Deinde cùm dicit,[Nemo vos seducat]excludit errorem contrarium.Et primò monet fideles vt sibi caueant à seductione errorũ. Secundò docet modum cauendi,ibi[Siquis inter vos.]Tertio rationem assignat,ibi[Sapientia enim huius mundi,&c.]Circa primũ sciendum quòd quidam dixerũt quòd deus neque punit, neque remunerat hominum facta,ex quorũ persona dicitur Sophon.1, Qui dicunt in cordibus suis,non faciet bene dominus,& non faciet malè.Et Thren.3,Quis est iste qui dixit,vt fieret domino non iubente? Ex ore altissimi nõ egredietur bonum neque malum.Ad hunc ergo errorẽ excludendum dicit,Nemo vos seducat,asserens.s.q̃ ille qui tẽplum dei violat non disperdatur à deo, sicut Ephes.5.dicitur, Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentiæ. ¶ Deinde cùm dicit[Siquis inter vos,&c.]docet modum cauendi huiusmodi seductionem. Vbi sciendum est quòd quidam dixerunt deum non punire peccata hominum,innitentes rationibus humanæ sapientiæ, puta quòd deus non cognoscat singularia quæ fiunt hîc, ex quorum persona dicitur Iob 22,Circa cardines cæli perambulat,nec nostra cõsiderat.Ad hoc ergo vitandum dicit [Siquis inter vos videtur esse sapiens in hoc seculo].i.sapientia seculari, quæ in eo quod contrariatur veritati fidei,non est sapientia,licet videatur esse,[stultus fiat,] abiiciẽdo istam sapientiam apparentem vt sit sapiens.s.secundum sapientiam diuinã,quæ est vera sapientia.Et hoc etiam obseruãdum est non solùm in his in quibus secularis sapientia contrariatur veritati fidei, sed etiã in omnibus in quibus contrariatur honestati morum.Vnde Prou.3.dicitur,Deo secum morante confortatus est,&c. ¶ Deinde cùm dicit,[Sapientia huius mundi,&c.]assignat rationem eius quod dixerat.Et primò ponit rationem:videbatur enim ineptam monitionem feciſſe vt aliquis fieret stultus,& verè inepta esset si stultitia illa de qua loqueba tur esset per abnegationẽ veræ sapientiæ,sed non est ita.Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deũ. Dicitur autem sapientia huius mundi,quæ principaliter mundo innititur.Nam illa quæ per res huius mundi ad deum attingit,non est sapientia mundi,sed sapientia dei,secundum illud Roma.1,Deus enim illis reuelauit.Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quę facta sunt,intellecta conspiciuntur.Sapientia ergo mundi quæ sic rebus intendit,vt ad diuinã veritatem non pertingat,stultitia est apud deũ.i.stultitia reputatur secundum diuinum iudicium.Esa.19,Stulti principes Thaneos,sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens . Secundò probat quod dixerat per duas authoritates, quarum prima scribitur Iob 5, Vnde dicit, Scriptum est,Cõprehendam sapientes in astutia eorum. Comprehendit autem sapiẽtes dominus in astutia eorum,quia per hoc ipsum quod astutè cogitant contra deum, impedit deus eorũ conatum,& implet suũ propositum,sicut per malitiã fratrum Ioseph volentium impedire eius principatum, impletum est per diuinã ordinationem,q̃ Ioseph in AEgypto venditus principaretur. Vnde & ante præmissa verba dicit Iob.Qui dissipat cogitationes eorum.s.malignorum ne possint implere manus eorum quod cœperant,quia vt dicitur Prou.21,Non est sapiẽtia,non est scientia,non est consiliũ contra dominũ.Secunda authoritas sumitur ex Psal.vnde dicit,Et iterũ scriptum est,Dominus nouit cogitationes sapientiũ.i.secundum sapientiã mundi,quoniã vanæ sunt: quia.s.non pertingunt ad fidem cognitionis humanæ,quæ est cognitio veritatis diuinę.Vnde dicitur Sap.13,Vani sunt omnes homines,in quibus nõ subest sapiẽtia dei. ¶ Deinde cùm dicit,[Itaque nemo glorietur in hominibus] infert conclusionẽ principaliter intẽtam.s.q̃ non debeant gloriari de ministris dei.Et primò cõcludit propositũ ex prædictis,dicens, Itaque ex quo ministri nihil sunt,sed laborãt pro mercede,nemo glorietur in hominibus,sicut & in Psal.dicitur,Nolite con-

Ex istis triplex tẽplũ dei elicitur.

Error docẽtiũ deũ non punire peccata refelli tur.

Vide modũ quo deꝰ cõprehẽdit astutos in eorum astutia & ambulat simpliciter.

fidere in principibus,neque in filiis hominũ in quibus non est salus.Et Hier.17,Maledictus vir qui cõfidit in homine,&c. Secundò rationẽ assignat ex dignitate fideliũ Christi, assignans ordinen fideliũ in rebus.& primò ponit ordinem rerum ad fideles Christi,dicens,[Omnia vestra sunt].q.d.Sicut homo non gloriatur de rebus sibi subiectis,ita & vos gloriari nõ debetis de rebus huius mũdi quæ omnia sunt vobis data à deo, secundũ illud Psal.Omnia subiecisti sub pedibus eius.Exponit autẽ quæ omnia,inter quæ primò ponit ministros Christi qui sunt diuinitus ordinati ad ministeriũ fidelium, secundũ illud 2.Cor.4, Nos autẽ seruos vestros per Iesum:& hoc est quod dicit,Siue Paulus qui plãtauit,siue Apollo qui rigauit,siue Cephas.i.Petrus qui est vniuersalis pastor ouiũ Christi,vt dicitur Ioã.vlt. Post hæc ponit res exteriores,cùm dicit,Siue mũdus qui est cõtinentia omniũ creaturarũ,qui quidem est fideliũ Christi,eo q̃ homo per res huius mũdi iuuatur,vel quantũ ad necessitatẽ corporalem,vel quantũ ad cognitionem dei,secundũ illud Sap.13,A magnitudine speciei & creaturæ,&c. ¶Cõsequenter ponit ea quæ pertinent ad ipsam hominis dispositionẽ, dicens,[Siue vita,siue mors,]quia.s.fidelibus Christi & vita est vtilis in qua merentur, & mors per quã ad præmia perueniunt, secundum illud Roma.14, Siue viuimus,siue morimur, &c. Et Philip.1, Mihi viuere Christus est,& mori lucrũ.Ad hæc autem duo reducuntur omnia bona vel mala huius mundi,quia per bona conseruatur vita,per mala peruenitur ad mortem.Vltimò ponit quæ pertinent ad statum hominis præsentem vel futurum,dicens,[Siue prẽsentia].i.res huius vitæ quibus iuuamur ad merendũ[siue futura]quæ nobis reseruantur ad præmium.Non enim habemus hîc ciuitatem permanẽtem, sed futuram inquirimus: vt dicitur Heb.vlt.Omnia,inquit,vestra sunt.i.vestræ vtilitati deseruientia, secundum illud Roma.8,Diligentibus deũ omnia cooperantur in bonũ.Sic ergo primus ordo est Christi ad fideles,secundus verò fidelium Christi ad Christũ,quos ponit subdens,Vos autẽ Christi estis,quia.s.fua morte redemit.Rom.14,Siue viuimus,siue morimur domini sumus.Tertius ordo est Christi,secundũ quòd homo ad deũ, ideo addit, Christus autem secũdũ quod homo dei est.Vnde eũ deum & dominũ in Psal.nominat,dicẽs,Domine deus meus in te speraui,vt nomine dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus debet gloriari de eo quod infra ipsum est,sed de eo quod est supra ipsum, ideo nõ debent fideles Christi gloriari de ministris, sed magis ministri de ipsis.2.Cor.7,Multa mihi fiducia est apud vos,multa mihi gloriatio pro vobis.Sed fidelesChristi debent gloriari de Christo,secundum illud Galat.vlt.Mihi absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi,sicut Christus de patre,secundum illud Sap.2,Gloriatur se patrem habere deum.

Caput 4.

Docet quid sentiẽdũ sit de ministris Christi, de eis nõ temerè iudicandũ. Et hoc bic.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi,& dispensatores mysteriorum dei. Hîc iam quæritur inter dispẽsatores ut fidelis quis inueniatur.Mihi autem pro minimo est ut à uobis iudicer,aut ab humano die. Sed neque meipsum iudico.Nihil enim mihi conscius sum,sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me,dominus est.Itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque ueniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia cordium,& tunc laus erit unicuique à deo.

¶Superius redarguit Apostolus Corinthios de hoc quòd de quibusdã ministris gloriabantur,hîc autẽ arguit eos q̃ alios ministros contẽnebant.Et circa hoc duo facit,primò arguit eorũ culpam.Secũdò instat ad eorum correctionẽ,ibi[Non vt confundã vos.]Circa primũ duo facit. Primò arguit eorum temeritatem, qua malè de ministris iudicabãt . Secundò arguit eorũ elationem,qua Christi ministros contemnebant,ibi [Hoc autẽ fratres.]Circa primũ duo facit.Primò ostendit quid sit de ministris Christi firmiter sentiẽdum. Secundò quòd non sit de eis temerè iudicãdum,ibi[Hîc iam quæritur inter dispensatores.]Dicit ergo primò,Dixi q̃ nullus vestrũ debet gloriari de hominibus, tamen quilibet vestrũ debet cognoscere authoritatem officii nostri,ad quod pertinet q̃ sumus mediatores inter Christũ cui seruimus,ad quod pertinet quod dicit, Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Esa. 61, Sacerdotes dei vocabimini ministri dei nostri dicetur vobis,& inter mẽbra eius quæ sunt fideles ecclesiæ,quibus dona Christi dispensant,ad quod pertinet quod subditur.Et dispensatores ministeriorũ dei.i.secretorũ eius,quæ quidem sunt spiritualia eius documenta,secundũ illud infrà 14,Spiritus est qui loquitur mysteria.Vel etiã ecclesiastica sacramenta,in quibus diuina virtus secretius operatur salutẽ. Vnde & in forma consecrationis eucharistiæ dicitur, Mysteriũ fidei pertinet ergo ad officiũ prælatorum ecclesiæ, q̃ in gubernatione subditorũ soli Christo seruire desiderent,cuius amore oues eius pascunt,secundũ illud Ioan.vlt. Si diligis me,pasce oues meas. Pertinet etiã ad eos vt diuina populo dispensant,secundum illud infrà 6, Dispensatio mihi credita est,& secundũ hoc sunt mediatores inter Christũ & populum,secundũ illud Deu.5,Ego sequester fui & medius illo tempore inter deũ & vos.Hæc autem æstimatio de prẽlatis ecclesiæ necessaria est ad salutem fidelium:nisi enim eos recognoscerent ministros Christi,non eis obedirent tanquã Christo,secundũ illud Galat.4, Sicut angelum dei excepistis me sicut Iesum Christum.Rursum,si eos non cognoscerent dispensatores recusarent ab eis dona recipere,contra illud quod idem Apostolus dicit 2.Corinth.2,Quod donaui siquid donaui propter vos in persona Christi. ¶Deinde cùm dicit,[Hîc iam quæritur inter dispẽsatores]ostendit circa ministros Christi temerè iudicari non debere.Et circa hoc tria facit.Primò ponit quoddam per quod iudicare satagunt de fidelitate ministrorũ.Secundò ostendit de hoc iudicio se non curare,sed deo reseruare,ibi[Mihi autem pro minimo est.] Tertiò concludit prohibitionem temerarii iudicii, ibi [Itaque nolite.] Circa primũ considerãdum est q̃ ministrorũ & dispensatorum Christi,quidã sunt fideles,quidã infideles.Infideles dispẽsatores sunt qui in dispensandis diuinis misteriis non intendunt vtilitatẽ populi & honorem Christi & vtilitatẽ membrorũ eius,secundum illud Luc.16,In iniquo mãmona fideles non fuistis.Fideles autem qui in omnibus intendunt honorem dei & vtilitatem membrorum eius,secundum illud Luc.12, Quis putas est fidelis seruus & prudens,quem cõstituit dominus super familiã suam.Qui autem sunt fideles diuino iudicio manifestabũtur in futuro.Sed Corinthii temerè volebãt discutere qui dispensatores essent fideles vel infideles:& hoc est quod dicit,Hîc hoc est inter vos. Iã.i.præsenti tẽpore quæritur.i.discutitur. Vt quis.i.aliquis inter dispensatores fidelis inueniatur.Iudicabãt enim plures esse infideles,vix aliquem virum putantes esse fidelem,secũdum illud Prouerb.20, Multi viri misericordes vocantur,virum autem fidelem quis inueniet?

Infideles dispensatores ministeriorũ dei qui sint,& qui fideles.

¶Deinde

¶Deinde cũ dicit[Mihi autẽ pro minimo est]Ostẽdit se hoc iudiciũ reputare nihil: & circa hoc tria facit, primò ponit quòd non curat circa hoc ab aliis iudicari,dicens[Mihi autẽ]qui sum minimus inter dispẽsato res[pro minimo est].i.minima bona reputo.Vt à vobis iudicer.s.esse fidelis vel infidelis.Et ne putarent ab Apostolo hęc dici in eorũ contẽptum,ac si eorũ iudicium despiceret quasi viliũ personarum.subiũgit.Aut ab humano intellectu qui est dies hominis,secundũ illud Io.11,Qui ambulat in die non offendit,quia lucẽ huius mundi videt.Vel ad literã,Aut ab humano die.i.ab intellectu in hoc tẽpore iudicantibus.q.d.vestrũ, vel quorũq; hominum iudiciũ parum curo.Hier.17,Diem hominis nõ desideraui tu scis. ¶Est autẽ scien dum q̃ de iudicio hominũ dupliciter debet curari.vno modo quantum ad alios qui ex eorũ bono vel ædificantur,vel scandalizãtur:& sic sancti non pro minimo,sed pro magno habẽt ab hominibus iudicari cùm dominus dicat.Mat.5,Videant opera vestra bona, & glorificent patrẽ vestrum qui in cælis est. Alio modo quantũ ad seipsos & sic non curant multũ,quia nec gloriam humanã concupiscũt,secundũ illud 1.Thes.2, Neq; gloriã ab hominibus quærentes,neq; aliquid à vobis,neq; ab aliis.Neq; opprobrium hominis timẽt, secundũ illud Esa.51,Nolite timere opprobrium hominũ & blasphemias eorum ne timeatis.Vnde Apostolus signanter dicit[Mihi autẽ,&c.]id est,quantũ ad me pertinet,non autẽ id pro nullo est, sed pro minimo, quia bona tẽporalia inter quæ bona fama cõputatur,nõ sunt nulla bona sed minima,vt Aug. dicit in lib.de libero arbitrio.Vnde & Sap.7,Omne aurum in cõparatione illius arena est exigua. Secũdò ostendit quòd neq; seipsum iudicare præsumit,dicens[Sed neq; meipsum iudico.]¶Videtur autẽ hoc esse cõtra id quod infrà 11.dicitur,Si nosmetipsos diiudicaremus nõ vtiq; iudicaremur.Debet ergo quilibet iudicare seipsum. ¶Sed sciẽdũ est quòd iudicio discussionis de quo Apostolus hîc loquitur,quilibet debet iudicare seipsum, secundũ illud Psal.Exercitabar & scopebã spiritum meũ.Et similiter iudicio condẽnationis & reprehẽsionis in manifestis malis,secundũ illud Iob 13,Arguam corã eo vias meas:sed iudicio absolutionis non debet aliquis præsumere se iudicare vt innocentẽ:vnde dicitur Iob 9.Si iustificare me voluero, os meũ condẽnabit me,si innocentẽ considero prauum me cõprobabit,cuius rationẽ assignat, dicens, Nihil mihi conscius sum.i.non habeo alicuius peccati mortalis conscientiã,secundũ illud Iob 27, Neq; reprehẽdit me cor meũ in omni vita mea.Sed non in hoc iustificatus sum.i.non sufficit ad hoc q̃ me iustum pronũciem,quia possunt aliqua peccata in me latere quæ ignoro,secundũ illud Psal.Delicta quis intelligit? Et Iob 9.dicitur,Et si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea.Tertiò cõcludit cui hoc iudicium reseruetur,dicens[Qui autẽ iudicat me dominus est].i.ad solũ deũ pertinet iudicare vtrũ sim fidelis minister an nõ,hoc enim pertinet ad intentionẽ cordis quam solus deus põderare potest: secundũ illud Prouer.16, Spirituũ põderator est dominus.Et Hier.7,Prauũ est cor hominis & inscrutabile,quis cognoscet illud ? Ego dominus probãs renes & scrutans corda. ¶Deinde cùm dicit[Itaq; nolite,&c.]Cõcludit prohibitionẽ temerarii iudicii. Et circa hoc tria facit,primò prohibet præuenire diuinũ iudicium,dicens, Itaq; exẽplo meo neq; meipsum iudico, neq; ab aliis iudicari curo,sed iudiciũ meum deo reseruo.Nolite ante tẽpus iudicare, quia, vt dicitur Eccl.8,Omni negotio tẽpus est & opportunitas.Quoadusq; veniat dominus.s.ad iudicãdũ, secundũ illud Esa.3,Dominus ad iudiciũ veniet cum senatoribus populi sui,Vnde & dominus dixit Mat.7,Nolite iudicare.Sed hoc intelligendũ est de occultis:de manifestis autẽ iudicare cõmissum est à deo hominibus secundũ illud Deut.1,Audite illos & quod iustũ est iudicare.Sunt enim aliqua manifesta non solùm per euidẽtiam facti sicut notoria,sed etiã propter confessionẽ,aut testium probationẽ.Occulta verò deus suo reseruat iudicio.Sunt autẽ occulta nobis quę latent in corde,vel etiã in abscõdito fiunt,& de his dicitur in Psal.Quę dicitisin cordibus vestris,& in cubilibus vestris cõpungimini. Vnde homo quidẽ de his est temerarius iudex,sicut iudex delegatus qui excedit formam mandati iudicis de causa non sibi cõmissa. Est ergo temerarium iudicium quãdo aliquis de dubiis iudicat.Peruersum autẽ quandò falsum iudicium profert, & quãuis nõ sit iudicandũ circa personas,putavt aliquis iudicet malum hominẽ qui bonus est,tamen multò grauius est vt iudicium peruertatur de rebus ipsis,puta si quis diceret virginitatem esse malam,& fornicationẽ bonam.Contra quod dicitur Esa.5,Væ qui dicitis bonũ malum,& malum bonũ.Secundò describit perfectio nem futuri diuini iudicii,dicens, Qui.s.dominus ad iudicandum veniens illuminabit abscõdita tenebrarũ, id est,faciet esse lucida & manifesta ea quæ occultè in tenebris facta sunt, & manifestabit consilia cordiũ.i. omnia corda,secundũ illud Iob 12, Qui reuelat occulta de tenebris, & producit in lucẽ vmbram mortis. Et Sopho.1,Scrutabor Hierusalẽ in lucernis. Quod quidem est intelligendum tam de bonis quã de malis quæ nõ sunt per pœnitentiã tecta,secundum illud Psal.Beati quorũ remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Tertiò ponit fructũ quem boni reportabunt de diuino iudicio, dicens [Et tunc laus erit vnicuiq;].s.bonorũ à deo.Quæ quidẽ laus vera erit,quia deus nec decipi,nec decipere potest.Rom.2,Cuius laus non ex hominibus,sed ex deo est.2.Cor.10,Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est,sed quem deus commendat.

Iudicio discussionis quã debet sese iudicet:utẽ et iudicio reprehẽsionis & cõdẽnationis i manifestis non absolutionis quo se vt innocẽtẽ absoluat.

Lectio 2.

Hæc autem fratres transfiguraui in me,& Apollo propter uos:ut in uobis discatis,ne supra quàm scriptũ est unus aduersus alterũ infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autẽ habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, qd gloriaris quasi nõ acceperis? Iam saturati estis,iam diuites facti estis.Sine nobis regnatis.Et utinã regnetis, ut nos uobiscum regnemus.Puto enim q̃ deus nos apostolos nouissimos ostendit tanq̃ morti destinatos, quia spectaculũ facti sumus mundo & angelis & hominibus.Nos stulti propter Christũ,uos autẽ prudentes in Christo. Nos infirmi,uos autẽ fortes.Vos nobiles,nos autẽ ignobiles. Vsq; in hanc horã & esurimus, & sitimus,& nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus,& laboramus operãtes manibus nostris.Maledicimur, & benedicimus,Persecutionẽ patimur et sustinemus.Blasphemamur & obsecramus.Tanq̃ purgamenta huius mũdi facti sumus,omnium peripsima usque adhuc.

Reprehendit elationẽ qua Christi ministros contẽnebãt Corinthij, assignat reprehẽsionis rationẽ & irridet eorũ cõtẽptũ eis ironicè loquens.

¶Postquam Apostolus reprehendit in Corinthiis temeritatẽ qua ministros Christi iudicabant,hîc arguit eorum elationem qua ministros Christi contemnebant.Et circa hoc tria facit.Primò proponit quod intendit. Secundò rationẽ assignat,ibi[Quis enim te discernit.] Tertiò eorum contẽptum ironice loquens irridet,ibi(Iam saturati estis]Circa primũ considerandũ est quòd Apostolus suprà volẽs reprimere cõtẽtiones Corinthiorũ quas habebãt ratione ministrorũ,vsus fuerat nominibus bonorũ ministrorum Christi, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

suprà 1.dixit,Vnusquisque vestrum dicit,Ego quidem sum Pauli,ego autẽ Apollo,ego verò Cephæ. & suprà tertio,vbi dixit,Siue Palus,siue Apollo,siue Cephas,& tamen nõ gloriabãtur de bonis ministris Christi,nec propter eos diffidebant, sed propter pseudo apostolos quos nominare noluit ne videretur ex odio vel inuidia contra eos loqui,sed loco eorum posuerat nomen suum & aliorũ bonorum prædicatorum, & hoc est quod dicit.[Hæc autẽ fratres]scilicet,quæ dixi de ministris de quibus gloriamini,& pro quibus cõtenditis,transfigurau,id est,figuraliter loquens transtuli in me & Apollo.Dicit enim Prouerb.1,Animaduertet parabolam & interpretationem verba sapientũ & enigmata eorum.[Et hoc propter vos] id est,vestram vtilitatẽ.secũdæ Cori.quarto, Omnia propter vos. [Vt in nobis discatis, ne vnus vestrum infletur] id est,superbia aduersus aliũ proximum suũ [pro alio] scilicet, pro quocunq; ministro Christi. [Supra quã scriptum est]id est vltra formam vobis in præmissis descriptam.Dicitur enim Sapient.quarto,Dirumpens illos inflatos sine voce. ¶Deinde cùm dicit [Quis enim te discernit.] Assignat rationem quare vnus non debeat cõtra alium inflari.& primò ponit rationem,dicens [Quis enim te discernit?] Quod potest intelligi dupliciter,vno modo sic. Quis enim te discernit à massa perditorum ? tu teipsum discernere nõ potes: vnde nõ habes in te vnde cõtra alium superbias.Et de hac discretione dicitur in Psal.Iudica me deus & discerne causam meam de gente nõ sancta.Alio modo potest intelligi. Quis te discernit,scilicet, superiorẽ faciens proximo tuo ? hoc quod tu facere non potes. Vnde cõtra eum superbire non debes. Et de hac discretione dicitur Ecclesia. 33, In multitudine disciplinæ domini separauit eos.& immutauit vias illorum . Sed inter homines in quantũ sunt fideles Christi non est discretio,quia vt dicitur.Ro.12,Multi vnũ corpus sumus in Christo.Et Act.15.dicit Petrus, Nihil discreuit inter nos, & illos fide purificans corda eorum. Secundò excludit quandã rationem . Posset enim aliquis discerni à bonis vel à malis melior eis existens propter bona quæ habet,puta fidem,sapientiã & huiusmodi.Sed hoc excludit Apostolus,dicens[Quid autem habes quod non accepisti]quasi dicat,nihil. Omnia enim bona sunt à deo,secundũ illud Psal. Aperiẽte te manum tuã omnia implebuntur bonitate. Et secundæ Paralipo.29,Tua sunt omnia,& quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi:& ex hoc concludit propositum, dicens [Si autẽ accepisti quid gloriaris quasi non acceperis.] Ille igitur gloriatur quasi nõ accipiens qui de seipso gloriatur & nõ de deo, sicut de quibusdã dicitur in Psal. Qui cõfidunt in virtute sua,& in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur.Et ad hoc pertinet prima species superbiæ,qua,scilicet,aliquis superbiendo quod habet dicit à seipso habere , iuxta illud Psal. Labia nostra à nobis sunt,quis noster dominus est ? Ille autẽ gloriatur quasi accipiẽs qui omnia deo ascribens gloriatur de ipso,sicut suprà dictũ est.Qui gloriatur,in domino glorietur. Sic autẽ gloriari nõ est superbire,sed humiliari sub deo cui homo dat gloriam,secundũ illud Eccl.vlti.Danti mihi sapientiam,dabo gloriam. ¶Deinde cùm dicit [Iam saturati estis.] Irridet eorũ superbiam qui apostolos Christi contẽnebant.Et primò in generali,secũdò in speciali,ibi[Nos stulti sumus,&c.]Circa primũ duo facit,primò irridet in eis quòd de se nimis prę sumebãt,secundò deridet in eis quòd apostolos contẽnebant,ibi[Puto enim quòd deus,&c.]Circa primũ duo facit,primò irridet eos de præsumptione qua sibi attribuebant quod nõ habebant,secundò irridet eos de hoc quòd sibi singulariter attribuebant quod singulariter non habebant, ibi[Sine nobis regnatis] Attribuebant autẽ sibi abundantiam bonorũ,quorum quædam sunt interiora:& quantum ad hoc dicit [Iam saturati estis] id est,vobis videtur quòd saturati estis,id est, abundanter refecti spirituali dulcedine, de qua dicitur in Psal. Satiabor dũ manifestabitur gloria tua.Poterat autẽ eis secundũ veritatem dici,quòd iam saturati estis,non plenitudine,sed fastidio,secundũ illud Prouer.27, Anima satiata calcabit fauum.Quædam verò bona exteriora,& quantũ ad hoc dicit. [Iam diuites facti estis] sicut vobis videtur,scilicet,diuitiis spiritualibus,de quibus dicitur Esa.33,Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Simile est quod dicitur Apoca.3,Dicis quia diues sum & locuples valde & nullius egeo. ¶Sed cõtra hoc videtur illud quod suprà dixi in principio,dicens,Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni scientia,&c.Sed dicendũ est quod supra dixit quantũ ab bonos qui inter eos erant,hîc autẽ dicit quantũ ad præsumptuosos qui superbiebant de eo quod non habebant.Potest & aliter distingui satietas & diuitiæ,vt saturitas referatur ad vsum gratiæ quo quis spiritualibus fruitur.Diuitiæ autẽ ad ipsos habitus gratiarũ. Secundò cùm dicit[Sine nobis regnatis]irridet eos quòd sibi singulariter attribuebãt quod non habebãt. Vnde dicit, sine nobis regnatis.i.ita vobis videtur quòd regnũ ad vos pertineat,nõ ad nos.Sic enim erant decepti à pseudo apostolis vt crederent se solos habere fidei veritatẽ quæ in regno dei consistit,Apostolum autem & sequaces eius errare.Contra quos dicitur Esa.5,Nũquid habitabitis vos soli in medio terræ?Et ne videatur Apostolus ex inuidia hoc dicere,subiungit[Vtinã regnaretis.] Optat enim vt verã fidẽ habeant, secũdum illud Act.26, Opto omnes qui audiunt tales fieri qualis & ego sum,exceptis vinculis his.Et vt eis exẽpla humilitatis præbeat,subiũgit,[Vt & nos regnemus vobiscum]q.d.Si aliquam excellentiã habetis non dedignamur vos sequi,sicut vos dedignamini sequi nos,contra illud quod dicitur Galat.4,Quod bonũ est æmulamini in bono semper.Et est aduertendũ quòd Apostolus hîc quatuor species superbiæ tangit,quarum prima est quando aliquis reputat se nõ habere à deo quod habet,quã tangit,dicens[Quid gloriaris quasi non acceperis ?] Et hoc etiã potest reduci ad secundã speciem qua aliquis existimat propriis meritis accepisse. Tertia species est,qua quis iactat se habere quod nõ habet,& quantũ ad hoc dicit[Iam saturati estis,iam diuites facti estis.]Quarta species quando aliquis despectis cæteris singulariter vult videri,& ad hoc pertinet quod dicit[Sine nobis regnatis.] ¶Deinde cùm dicit[Puto quòd deus,&c.] Irridet eos de hoc quòd apostolos Christi contemnebant,& primò irrisoriè ponit contẽptum,secundò causam contẽptus,ibi[Qui spectaculũ facti sumus.]Dicit ergo primò.Prius dixi quòd sine nobis regnatis,puto enim,id est, vos putare videmini quòd deus nos apostolos ostẽdit nouissimos,cùm tamen infrà 12.dicatur quòd deus in ecclesia posuit primũ apostolos.Sic enim impletur quod dicitur Mat.20,Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et ponit exẽplum.Tanquã morti destinatos.Illi enim qui sunt coudemnati ad mortẽ, nouissimi habentur inter homines,vtpote quos indignũ sit viuere,& tales apostoli reputãtur à mundanis hominibus , secundũ illud Psal.AEstimati sumus sicut oues occisionis. ¶Deinde cùm dicit [Quia spectaculũ] assignat causam

contemptus.Circa quod considerãdum est qꝺ quando aliqui sunt condemnati ad mortem,conuocãtur homines ad eorum occisionem quasi ad spectaculum,& hoc maximè fiebat circa eos qui damnabantur ad bestias,quia apostoli erant quasi morti destinati,subiungit. Quia spectaculum facti sumus mundo,quasi totus mundus concurrat ad spectandum nostram occisionem, secundũ illud Psal.Posuisti nos opprobrium vicinis nostris:exponit autem quid nomine mundi,intelligat,cùm subdit [Et angelis & hominibus].s.bonis & malis.Concurrebant enim ad eorum spectaculum boni angeli ad confortandum:mali autem ad impugnãdum:boni homines ad cõpatiendum & exemplum patientiæ sumendum, mali homines ad persequendum & irridendum. ¶Deinde cùm dicit[Nos stulti,&c.]Irridet eos in speciali qꝺ Apostolos contemnebant.Et circa hoc duo facit.Primò ponit contemptum,secundò causam contemptus,ibi[Vsq; in hanc horam,&c.] Circa primum irridet eorum contemptum quantũ ad hoc quòd sibi excellentiam,apostolis defectum attribuebant:& primò quantum ad perfectionem intellectus,& quantum ad hoc dicit[Nos stulti sumus propter Christum].i.stulti reputamur,quia crucem Christi prædicamus,suprà 1, Verbum crucis pereuntibus stultitia est,& etiam quia propter Christum opprobria & contentiones sustinemus,secundum illud Sap.5, Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniã.Item vt legitur Act.26,Festus dixit Paulo. Insanis Paule,multæ te literæ ad insaniam adducunt. Vos secũdum vestram reputationem estis prudentes in Christo, quia.s.nec crucẽ eius publicè confiteri audetis,nec persecutionẽ sustinetis.Prou.26,Sapientior sibi videtur piger septẽ viris loquentibus sententias.Secundò quantũ ad potestatem actionis cùm dicit[Nos infirmi rẽ putamur].s.in exteriorib⁹ propter afflictiones quas sustinemus.2.Cor.12, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.Vos autẽ.s.secundũ vestrã reputationẽ estis fortes.s.in rebus corporalibus, quia securè viuitis sine tribulatione.Esa.5,Væ qui potentes estis ad bibendũ vinum,& viri fortes ad miscendã ebrietatem.Vos nobiles.s.estis,secundũ vestram æstimationẽ.i.honore digni,qui exterius cõtumelias non patimini.Esa.19, Filius sapientiũ ego filius regum antiquorum.Nos autẽ ignobiles sumus,secundum vestrã & aliorum reputationem,quia contemptibiles habemur,suprà 1,Quæ contemptibilia sunt mundi & ignobilia elegit deus. Et tamen secundum rei veritatem est econuerso.Soli enim contemptibiles illi sunt qui deum cõtemnunt, secũdum illud 1. Reg. 2,Qui autẽ contemnunt me,erunt ignobiles. ¶Deinde cùm dicit[Vsq; in hanc horam,&c.]Assignat causam contẽptus.Et primò ponit pro causa defectum bonorum temporaliũ.Secundò mala quæ in eis intelligebantur,ibi [Maledicimur & benedicimus.]Tertiò concludit intentum,ibi [Tanq̃ purgamenta.]Circa primum duo facit.Primò ponit defectum quem patiebãtur in rebus necessariis.Vnde ad ea quæ pertinent ac victum,dicit [Vsque in hanc horam].i.continuè à conuersione nostra vsq; in præsens tempus esurimus & sitimus.2.Corin.11,In fame & siti.Quantum verò ad vestitum subdit[Et nudi sumus].i.propter vestimentorum inopiam,quia etiã interdum expoliabantur.Iob 24,Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes quibus non est operimentum in frigore. ¶Sed contra est quod dicitur in Psal. Non vidi iustum derelictũ,nec semen eius quærens panem.Sed dicendũ est quòd ita patiebantur apostoli quòd non derelinquebantur,quia diuina prouidentia moderabatur in eis & abundantiã & inopiam quantum eis expediebat ad virtutis exercitiũ. Vnde & Apostolus Philip.3, Vbiq; & in omnibus institutus sum & saturari & esurire & abundare & penuriam pati,omnia possum in eo qui me confortat.Secundò ponit defectum eorũ quæ pertinent ad bene esse humanæ vitæ,quorum, primũ est reuerentia ab hominibus exhibita,cõtra quod dicit [Et colaphis cedimur]quod quidẽ fit magis ad opprobriũ quàm ad pœnam.Vnde de Christo,legimus.Matth.26,Quòd expuerunt in faciem suam & colaphis eum ceciderunt.Secundò requiritur quies in loco,contra quod dicitur[Et instabiles sumus.]Tum quia expellebãtur à persecutoribus de loco in locũ,secundũ illud Matth. 10, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam. Tum etiã quia pro executione sui officii discurrebant vbiq;,secundũ illud Ioan.15,Posui vos ex eatis.Tertiò requiritur ministrantiũ auxilium,contra quod dicitur [Et laboramus operantes manibus nostris.] Tum quia aliquãdo nullus dabat eis vnde possent sustentari,Tum etiam quia labore manuũ suarum victũ acquirebant, vel ad vitandũ fidelium grauamen,vel ad repellendum pseudo apostolos qui propter quæstũ prędicabant, vt habetur 2.Corinth.12,Tum etiam vt darent ociosis laborandi exemplum,vt habetur 2. Thessal.3. Vnde dicit Paulus Act.20,Ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. ¶Deinde cùm dicit[Maledicimur,&c.]Ponit mala quæ Apostoli patiebantur.Et primò in verbis cùm dicit[Maledicimur]id est,mala de nobis dicunt homines,vel ad detrahendũ vel ad contumelias inferendum, vel etiam mala imprecãdo.Hiere.15,Omnes maledicũt mihi. [Et benedicimus]id est,reddimus bonũ pro malo,secundũ illud 1.Petri 3,Non reddentes maledictum pro maledicto,sed econuerso benedicentes. Secundò in factis.& quantum ad hoc dicit [Persecutionem patimur] Non solùm quantũ ad hoc qꝺ fugamur de loco ad locũ,quod propriè persecutio dicitur,sed quantũ ad hoc quòd multipliciter tribulamur, secũdũ illud Psal.Multi qui persequuntur & tribulant me,[Et sustinemus in Christo]scilicet,omnia patienter. Ecle.1,Vsq; ad tẽpus sustinebit patiens.Tertiò tangit causam vtriusq; cùm dicit[Blasphemamur]id est,blasphemiæ imponũtur nobis,dũ dicimur magi vel malefici & reputamur dei inimici, secundũ illud Ioan. 16, Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo.Et Ro.3,Sicut blasphemamur, vt aiunt quidã dicere,faciamus mala vt veniant bona, tamen obsecramus deũ pro his qui nos persequũtur & blasphemant,secundũ illud Matth.5,Orate pro persequentibus & calũniantibus vos. ¶Deinde cùm dicit[Tanquã purgamenta,&c.]Concludit ex omnibus præmissis eorũ contemptũ,dicens, Et propter omnia prædicta facti sumus tanq̃ purgamẽta huius mundi.i.reputati sumus & à Iudæis & à Gentilibus, vt per nos mundus inquinetur:&propter nostram occisionem mũdus purgetur,& tanq̃ simus peripsima omniũ. Dicitur peripsima,quodcunq; purgamẽtum,putà vel pomi vel ferri vel cuiuscunq; alterius rei. Et hoc vsq; adhuc,quia.s.continuè hoc patimur.Sed quandoq; deficiet secũdum illud Sap.5.Vbi ex ore impiorum dicitur,Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum,& in similitudinem improperii. Et postea subditur,Quomodo ergo computati sunt inter filios dei.

Lectio 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corrigit monendo verbo, exẽplo, opprobrio, & flagellũ comminando.

NOn ut confundam uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangeliũ ego uos genui. Rogo ergo uos imitatores mei estote sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui uos cõmonefaciet uias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam. Veniam ad uos citò, si dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed in uirtute. Quid uultis? In uirga ueniam ad uos an in charitate & in spiritu mansuetudinis?

¶Postq̃ Apostolus reprehendit Corinthios de hoc q̃ apostolos temerè iudicabãt & præsumptuosè contemnebãt, hìc instat ad eorum correctionẽ, & primò admonitionis verbo. Secundò exẽplo, ibi [Rogo ergo vos fratres, &c.] Tertio correctionis flagello, ibi [Tanq̃ non venturus sim, &c.] Circa primũ tria facit. Primò ponit admonitionis modum, dicens, Hæc. s. quæ in serie epistolæ hucusq; vobis dixi, scribo non vt confundam vos. s. mala cõfusione quæ in desperationẽ mittit, quanuis velim vos confundi cõfusione quæ peccatum vitat, secundũ illud Eccl. 4, Est confusio adducens peccatũ, & est confusio adducens gratiã & gloriam. Sed prædicta moneo vos vt filios. Eccl. 7, Filii tibi sunt, erudi illos & cura illos à pueritia eorum. Secundò ostendit debitũ admonendi modum, dicens, Nam si decẽ milia pędagogorũ habeatis in Christo, sed nõ multos patres. Vbi considerandũ est quòd pater est qui primò generat: pædagogus autẽ est qui iam natum nutrit & erudit. Gala. 3, Lex pædagogus noster fuit in Christo. Dicit ergo Apostolus se patrẽ eorum in Christo, quia eis primò euangeliũ prædicauit. Vnde assignans rationem eius quod dixerat, subdit, Nam in Christo Iesu per euãgelium vos genui. Est autẽ generatio processus ad vitam, homo autẽ viuit in Christo per fidẽ. Gal. 2, Quòd autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo filii dei. Fides autẽ, vt dicitur Ro. 1, est ex auditu, auditus autẽ per verbum. Vnde verbũ dei est semen quo Apostolus eos genuit in Christo. Vnde Iac. 1, Voluntariè nos genuit verbo veritatis. Alios autẽ dicit pædagogos, quia postq̃ fidem receperant, eos adiuuarunt: vt intelligatur esse eadem cõparatio quãtum ad prædicationẽ euangelii pædagogi ad patrẽ quæ suprà 3. posita est rigatoris ad plantatorẽ, & superedificatoris ad fundatorẽ. ¶Deinde cùm dicit [Rogo ergo vos fratres] instat ad corrigendũ eos suo exemplo. Et primò hortatur eos ad imitandũ suum exemplum, dicẽs, Ergo ex quo estis filii, cùm bonorũ filiorum sit imitari patres, rogo vos imitatores mei estote. s. vt non temerè iudicetis, sicut nec ego, quia neq; meipsum iudicare præsumo, & de vobis humilia sentiatis, & de aliis moiora. Vnde nõ sine causa tali modo loquẽdi vsus est. Nos infirmi. Vos fortes. 2. Thes. 3, Vt formam nosmetipsos daremus vobis ad imitãdum. Aduertendũ est autem q̃ eosdem quos suprà filios nominauit, nunc nominat fratres. Dixerat autem suos filios in Christo, quia eos nõ sibi, sed Christo genuerat, & quia ipse genitus erat à Christo, ex consequenti eos habebat vt fratres & filios. Intantum ergo debebãt eum imitari vt patrem inquantum & ipse Christum imitabatur, qui est omnium principalis pater. Et per hoc subtrahitur subditis occasio de adhærendo malis exemplis prælatorum. Vnde in hoc subditi solùm prælatos imitari debent in quo ipsi Christũ imitantur: qui est infallibilis regula veritatis. Vnde seipsum Apostolis in exemplũ posuit. Ioã. 13, Exemplũ dedi vobis vt quemadmodum ego feci, &c. Quod quidem exemplũ Paulus sequebatur, secundũ illud Iob 23, Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui & non declinaui ab ea. Secundò remouet excusationem ignorantiæ, dicens [Ideo misi ad vos Timotheũ qui est filius meus charissimus & fidelis in domino] secundum illud Phillip. 2. de Timotheo loquens, Neminẽ habeo ita vnanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Qui vos cõmonefaciat vias meas. i. qui vos doceat meos processus. i. omnia opera & moneat vos ad ea sequendum, secundum illud Hier. 6, Interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona & ambulate in ea. Quę quidẽ vię sunt in Christo, & ideo nõ debetis dedignari eas sequi, secundum illud Psal, Vias tuas domine demõstra mihi. Et non videatur vobis hoc onerosum, quia hoc cõmuniter omnibus impono. Vnde subdit, Sicut vbiq; in ecclesia doceo. Coll. 1, Audistis veritatis euangelium quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo. Vel hoc quod dicit, Vias meas, referendũ est ad opera. Quòd verò dicit, Sicut & vbiq;, ad documẽta. Ad hoc enim missus erat Timotheus vt induceret eos ad imitanda opera & tenenda Apostoli documenta. ¶Deinde cùm dicit [Tanq̃ non vẽturus sim ad vos] cõminatur eis correctionis flagellum. Et primò ostendit eos esse dignos correctionis flagello, dicens [Tanquã non venturus sim ad vos] inflati sunt quidam. s. vestrum, quasi nõ timentes per me de sua superbia conuinci, & tamen digni sunt flagellis: nam humiles solis verbis corriguntur, superbi flagellis indigent, secundum illud Iob 40, Respice cunctos superbos & cõfunde eos. Secundò prænuntiat eis suum aduentum quo veniet ad iudicãdum, vbi primò prenũtiat aduentũ, dicens [Veniam autẽ citò ad vos] Et quia dicitur Prouer. 16, Cor hominis disponit viam suã, sed domini est dirigere gressus eius. Ideo subdit [Si dominus voluerit] Iaco. 4, Si dominus voluerit & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Secundò prænuntiat eis suam iudiciariam cognitionem, cùm dicit [Et cognoscam]. s. ordine iudiciario, secundũ illud Iob 29, Causam, quã nescie bam, diligentissimè inuestigabam. Non sermonem eorũ qui inflati sunt, sed virtutem, quasi dicat, Non propter hæc ex mea examinatione approbabuntur qui abundãt in verbis, sed si abundarent in virtute: quia vt dicitur Prou. 14, Vbi verba sunt plurima, ibi frequẽter egestas. Tertiò rationem assignat, dicẽs [Non enim in sermone est regnũ dei, sed in virtute. i. non ideo aliqui pertinent ad regnũ dei qui abũdant in sermone, secũdum illud Mat. 7, Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Vltimò cõminatur eis correctionem, reseruans tamen correctionem arbitrio eorũ, dicẽs [Quid vultis in virga]. s. disciplinæ veniam ad vos. s. castigãdos: an in charitate. i. ostẽsione amoris? & in spiritu mãsuetudinis, vt. s. nihil durius vobiscũ agam, hoc enim pẽdet in vobis. Nã si vos in via stultitiæ permanetis, oportet me ad vos cũ virga venire, secũdum illud Prou. 22, Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Si verò vos correxeritis, ostẽdam vobis charitatẽ & mãsuetudinem. Gal. vlt. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: hoc autẽ nõ dicit, quin si in virga veniẽs, nõ cum charitate veniret, cùm scriptum sit Prou. 13, Qui parcit virgæ, odit filiũ suum: qui autẽ diligit illum, instãter erudit: sed quia ille qui castigatur virga, nõ sentit interdũ dulcedinẽ charitatis, sicut illi quos blãdè cõsolatur.

Verbũ dei est semẽ ad generandũ Christo homines.

Caput 5.

OMnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gẽtes, ita ut uxorẽ patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis & nõ magis luctũ habuistis ut tollatur de medio uestrũ qui hoc opus fecit. Ego quidẽ absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ut præsens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu tradere huiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

¶Postq̃ Apostolus prosequutus est ea quæ pertinent ad baptismi sacramentũ, hìc incipit prosequi ea quę pertinent ad matrimoniũ. Et primò arguit peccatum contrariũ matrimonio. s. fornicationẽ. Secundò agit de ipso matrimonio, ca. 8. ibi, [De quibus autẽ scripsistis, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit culpã. Secundò redarguit eam, ibi [Non est bona glo. &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit culpã cuiusdam fornicarii. Secundò culpã aliorum qui peccatum fornicarii tolerabãt, ibi [Et vos inflati estis, &c.] Circa primum, primò ponit tria quæ pertinẽt ad culpæ grauitatem. Primò nanq; ostẽdit peccatum esse notorium, dicens, [Non sine causa quæsiui, an velitis q̃ in virga veniam ad vos.] Est enim in vobis aliquid dignũ virga disciplinæ. Quia fornicatio auditur inter vos omnino secundum publicã formã, contra quod dicitur Eph. 5, Fornicatio autẽ nec nominetur in vobis. Esa. 3, Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt nec abscõderunt. Secundò aggrauat peccatum ex cõparatione, cùm dicit, [Et talis fornicatio qualis inter gentes nec licita reputatur vel inuenitur.] Apud gentiles enim simplex fornicatio non reputabatur peccatum. Vnde Apostoli Act. 15, Ad hunc errorẽ excludendum gentilibus ad fidẽ conuersis imposuerant q̃ abstineãt se à fornicatione. Erat tamẽ quędã fornicationis species quę & apud gẽtiles illicita habebatur. Et ideo dicit, [Ita vt vxorẽ patris aliquis habeat] sicut dicitur Gen. 49, Effusus es sicut aqua, nõ crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Hoc autẽ erat horribile, etiã apud gentiles, vtpote contrarium naturali rationi existẽs. Per naturalem enim reuerentiã filii ad parẽtes secundũ omnem statum & legẽ, pater & mater à matrimonio excluditur, vt sic etiã possit intelligi quod habetur Gen. 2, Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ. s. in contractu matrimonii & adhęrebit vxori suæ. Sicut autem ibi subditur, Vir & mulier erunt duo in carne vna. Et ideo vxor patris repellitur à matrimonio: sicut persona patris vel matris, secundum illud Leuit. 18, Turpitudinẽ vxoris patris tui ne discooperias, turpitudo enim patris tui est. ¶Deinde cùm dicit [Vos inflati estis.] Ponit culpã eorum qui hoc peccatũ tolerabãt. Et primò reprehendit eorũ tolerantiã. Secundò supplet qđ illi negligebant, ibi [Ego quidẽ, &c.] Circa primũ notat in eis tria vitia. Primò superbiã cùm dicit, [Et vos inflati estis]. s. vento superbię reputãtes vos innocentes ex cõparatione peccatoris, sicut Luc. 18, Pharisæus dicebat, Non sum sicut cæteri hominũ, velut etiã hic publicanus. Sap. 4, Dirumpã illos inflatos sine voce. Secundò tãgit eorum iniustitiã, cùm dicit, [Et nõ magis luctũ habuistis. s. patiẽdo causam peccatoris, sicut Hie. 9. dicitur, Quis dabit capiti meo aquã & oculis meis fontẽ lachrymarũ, vt plorem die ac nocte interfectos filiæ populi mei. Vera enim iustitia, vt dicit Gregor. cõpassionem habet nõ dedignationem. Tertiò tangit eorũ iudicii negligentiam, vt tollatur de medio vestrũ qui hoc opus fecit. Talis enim cõpassio viri iusti ad peccatorem vulnerat & liberat, secundũ illud Prouer. 23, Tu virga percutiesm & animã eius de inferno liberabis. Per hoc etiam alii corriguntur, secundũ illud Prou. 19, Pestilente flagellato stultus, sapientior erit. Vnde Eccle. 8, Quia non ꝓfertur cito cõtra malos sententia, absq; vllo timore filii hominũ perpetrant mala. Debet autem ad correctionẽ aliorum interdũ peccator separari, vbi de contagione timetur: secundũ illud Proue. 22, Eiice derisorem & exibit cum eo iurgiũ, cessabúntq; causæ & cõtumęliæ. ¶Deinde cùm dicit, [Ego quidẽ absens corpore, &c.] Supplet eorũ negligentiam, sententiam proferens contra peccatorẽ. & circa hoc tria facit, Primò ponit authoritatẽ iudicantis. Secundò modũ iudicandi, ibi [Congregatis vobis, &c. [Tertiò sententiã iudicis, ibi [Tradere huiusmodi, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ponit authoritatem ministri. s. suiipsius: videbatur autem contra iudiciariũ ordinem, vt condẽnaret absentem, secundum illud Act. 25, Non est consuetudo Romanis cõdemnare aliquem priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, sed hoc Apostolus excusat, dicens, Ego quidẽ absens corpore, præsens autẽ spiritu. i. affectu & sollicitudine mentis, secundum illud Collo. 2, Et si corpore absens sum, sed spiritu vobiscũ sum, gaudens & videns ordinem vestrum. Vel præsens spiritu, quia per spiritũ cognoscebat ea quæ apud ipsos agebãtur ac si præsens esset, sicut & Elisæus dixit, 4. Reg. 5, Nónne cor meũ in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo. Et quia sum spiritu præsens iam iudicaui. i. sententiam condemnationis ordinaui in eum qui sic operatus est. Secundò ponit authoritatẽ principalis domini, dicẽs. [In nomine domini nostri Iesu Christi]. i. vice & authoritate seu cũ virtute & inuocatione nominis eius, secũdum illud Col. 3, Omne quodcũq; facitis in verbo aut opere, in nomine domini nostri Iesu Christi, facite. ¶Deinde cùm dicit [Cõgregatis vobis in vnum.] ostẽdit modum iudicandi. Ea enim quæ grauia sunt multorũ deliberatione puniẽda sunt. Vnde & antiquitus iudices sedebãt in portis vbi populus cõgregabatur, secũdum illud Deu. 16, Iudices cõstitues in omnibus portis tuis. Vnde dicitur in Psal. In cõsilio iustorũ & cõgregatione magna opera domini. & Mat. 18, Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio. Secundò adhibet suũ assensum, cùm dicit [Et meo spiritu]. i. mea volũtate & authoritate, secũdum illud quod dixerat, præsens autem spiritu. Tertiò adhibet authoritatẽ principalis domini. f. Christi, dicẽs [Cum virtute domini nostri Iesu Christi.] Ex qua iudiciũ ecclesiæ habet robur firmitatis, secũdum illud Mat. 18, Quodcũq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cęlis. ¶Deinde cũ dicit [Tradere huiusmodi &c.] ponit cõdenationis sentẽtiam, circa quam tria ponit. Primò pœnã, cùm dicit [Tradere huiusmodi sathanę] supple iudicaui. Quod potest dupliciter intelligi. Primò q̃ sicut dicitur Matt. 10. Dominus dicit apostolis potestatẽ spirituum immũdorum vt eiicerent eos, & per eandẽ potestatem poterãt imperare spiritibus immundis vt vexarent corporaliter, quos hac pœna iudicabant dignos. Mandauit ergo Apostolus Corinthiis in eius authoritate tradere prædictum fornicarium sathanæ corporaliter vexãdum. Vnde ponit secundò huius sentẽtię effectũ cùm dicit, [In interitũ carnis]. i. ad vexationẽ carnis & afflictionem, in qua peccauit, secundum illud Sap. 11, Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Tertiò ponit fructũ cùm dicit, [Vt spiritus saluus sit

Hoc. c. incẽstus arguitur, culpa tollerantiũ ẽterseritur, incestus pœna adiungitur, radix culpæ et negligentia correctiõis reprehenduntur.

De sententia contra Corinthiũ duplex expositio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in die domini nostri Iesu Christi].i.vt salutẽ cõsequatur in die mortis vel in die iudicii, sicut suprà tertio expositum est & sic impletur quod ibi subditur.Ipse autẽ saluus erit,sic tamen quasi per ignem,pœnæ.s.tẽporalis.Non enim Apostolus sathanę tradidit peccatorem vt eius potestati perpetuò subiaceret,sed vt carnis vexatione ad pœnitentiã conuertatur,secundũ illud Esa.28, Sola vexatio intellectũ dat auditui . Est autem hæc sententia Apostoli quã dominus seruauit.Iob 2,vbi sathanæ dixit,Ecce in manu tua est.s.caro eius.Verũtamen animã illius serua.s.illesam.Alio modo intelligi potest quod dicitur tradere huiusmodi sathanæ.s. per excõmunicationis sententiã,per quam aliquis separatur à cõmunione fidelium,& à participatione sacramentorũ,& priuatur ecclesiæ suffragiis quibus homo munitur cõtra impugnationẽ sathanæ,propter quod de ecclesia dicitur Cant.6,Terribilis vt castrorum acies ordinata.s.dęmonibus. Quod autẽ subditur,in interitũ carnis,intelligitur,vt.s.ab ecclesia separatus & tẽtationibus sathanæ expositus liberius ruat in peccatum,secundũ illud Apoc.vlt.Qui in sordib⁹ est sordescat adhuc.Vocat autẽ peccata mortalia carnis interitum,quia vt dicitur Gala.vlt.Qui seminat in carne,de carne & metet corruptionẽ.Subdit autẽ.Vt spiritus saluus sit,vt.s.peccatorũ turpitudinem cognoscẽs cõfundatur & pœniteat,& sic sanetur,secundũ illud Hie. 31,Confusus sum & erubui,quoniã sustinui opprobriũ adolescentiæ meę.Potest etiã intelligi vt spirit⁹ eius s.ecclesiæ.i.spiritussanctus ecclesiæ saluus sit fidelib⁹ in diẽ iudicii,ne.s.perdant eũ per contagium peccatoris:quia vt dicitur Sap.1,Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum,&c.

Lectio 2.

Arguit culpã tollerantiũ incęsiuosum,docet quid agendum.

NOn est bona gloriatio uestra.Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrũpit? Expurgate uetus fermentum ut sitis noua conspersio,sicut estis azimi.Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.Itaque epulemur non in fermento ueteri,neque in fermento malitiæ & nequitiæ,sed in azimis sinceritatis & ueritatis.

¶ Suprà Apostolus memorauit duplicem culpã.s.Corinthii fornicatoris,& aliorũ qui eius peccatum tollerabant,hîc vtranq; culpam redarguit. Primò culpã tollerantium eius peccatũ.Secundò culpã fornicatoris, ibi[Corpus autẽ non fornicationi,&c.]Circa primũ duo facit.Primò redarguit in Corinthiis negligẽtiam iudicii.Secundò redarguit in eis quędã alia vitia circa iudiciũ.6.ca.[Audet aliquis,&c.]Circa primũ duo facit.Primò redarguit eos qui fornicatorẽ à se non separauerunt. Secundò reprobat falsum intellectũ quem ex verbis suis cõceperant,ibi[Scripsi vobis in epistola,&c.] Circa primũ duo facit.Primò reprehẽdit quod fecerant.Secũdò ostendit quid faciendũ sit,ibi[Expurgate vetus fermentũ,&c.] Circa primũ duo facit.Primò reprehendit culpã præteritam quantum ad suã radicem:dixerat enim suprà ꝙ ex inflatione sequitur in eis incõpasio & ex incõpasione correctionis negligentia. Arguit ergo primò Corinthiorũ elationem, dicens,[Non est bona gloriatio vestra]qua.s.defectibus aliorũ gloriamini quasi vos sitis innocẽtes.Debet enim vnusquisq; in domino gloriari de bonis sibi diuinitus datis,nõ de aliis,secundũ illud Gal.6,Opus autẽ suum vnusquisq; probet,& sic in semetipso gloriã habebit & non in alio.Præcipuè autẽ malum est de malis aliorũ gloriari.Dicitur enim in Psal.Quid gloriaris in malitia?Secundò assignat rationẽ eius quod dixerat,dicẽs[An nescitis ꝙ modicum fermẽtum totã massam corrũpit?] quasi dicat,hoc ignorare nõ potestis.

Per fermẽtum ꝙdoq; sapiẽtia diuina,ꝙdoq; peccatũ aliquãdo peccator.

Est autẽ sciendum ꝙ in fermẽto duo possunt considerari.Primò sapor quẽ tribuit pani,& secundũ hoc per fermentũ significatur sapientia dei per quã omnia quæ sunt hominis sapida reddũtur,& secundũ hoc dicitur Mat.13,Simile est regnũ cælorum fermẽto quod acceptũ mulier abscondit in farinæ satis tribus donec fermentatũ est totũ.Secundò in fermẽto potest cõsiderari corruptio, & secundũ hoc per fermentũ potest intelligivno modo peccatũ,quia.s,ꝙ vnum hominis peccatũ omnia opera eius corrupta reddũtur,puta per peccatũ simulationis quod cõparatur fermento Luc.12,Attẽdite à fermento Phariseorũ,quod est hypocrisis.Alio modo ꝙ fermentũ potest intelligi homo peccator,& ad hoc inducitur hæc similitudo. Sicut enim per modicũ fermẽtum tota massa pastæ corrũpitur, ita ꝙ vnum peccatorẽ tota societas inquinatur. Vnde Eccle.11,Ab vna scintila augetur ignis, & ab vno dolosо augetur sanguis . Et hoc quidem contingit dum per peccatum vnius alii prouocantur aliqualiter ad peccandum.Vel etiam dum peccanti consentiunt, saltem non corrigendo dum possunt corrigere,secundum illud Romano.primò, Digni sunt morte non solùm qui faciunt ea,sed etiam qui consentiunt facientibus.Et ideo Corinthiis non erat gloriandum de peccato vnius,sed magis cauendum ne peccato vnius omnes inquinarentur ex eius consortio, secundum illud Cant.2,Sicut lilium inter spinas,sic amica mea inter filias,vbi dicit glosa , Non fuit bonus qui malos tollerare nõ potuit. ¶ Deinde cũ dicit,[Expurgate vetus fermentũ.]Ostẽdit quid de cætero sit faciendũ.Et primò ponit documentũ.Secũdò rationẽ assignat,ibi[Pascha nostrũ,&c.] Dicit ergo primò quia modicũ fermentũ totã massam corrũpit,ideo expurgate vet⁹ fermentũ.i.expurgate vos abiiciẽdo à vobis vetus fermẽtum.i.fornicariũ qui peccãdo rediit in vetustatẽ corruptionis antiquæ, secundũ illud Baruch 3, inueterasti in terra aliena,coinquinatus es cũ mortuis.Quod quidẽ dicit,quia ꝙ separationẽ vnius peccatoris tota societas expurgatur.Vnde & egresso Iuda dñs dixit Io.13,Nunc clarificatus est filius hominis.Potest etiã per vetus fermentũ intelligi antiquus error,secundũ illud Esa.26,Vetus error abiit.Vel etiã corruptio originalis peccati,secundũ illud Ro.6,Vetus homo noster simul crucifixus est.Vel etiã quodeũq; peccatũ actuale, secundũ illud Col.3,Expoliãtes vos veterẽ hominem cũ actibus suis:horũ enim admonitione homo expurgatur.Ponit autẽ cõsequenter purgationis effectũ,dicens, [Vt sitis noua cõspersio.] Dicitur autẽ cõspersio cõmixtio aquę & farinæ nouæ anteq̃ admisceatur fermentũ.Remoto ergo fermẽto à fidelibus.i.peccatore vel peccato,remanẽt sicut noua cõspersio.i.in puritate suæ nouitatis,secundũ illud Psal.Renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua.Eph.4,Renouamini spiritu mẽtis vestræ. ¶ Deinde ponit modũ debitũ expurgationis cùm dicit,[Sicut estis azimi].i.sine fermento peccati.Dicitur enim ab a,quod est sine & zima quod est fermentum.Vnde dominus Mat.16.dixit discipulis.Cauete à fermento Phariseorum & Saduceorum.

Deinde cùm dicit,[Etenim pascha nostrum.]Assignat rationem eius quod dixerat,scilicet,quare fideles debent esse azimi,quæ quidem ratio sumitur ex mysterio passionis Christi. Vnde primò proponit ipsum mysterium,secundò concludit propositum,ibi[Itaque epulemur,&c.]Circa primum consideradum est quod inter cætera sacramenta legalia celeberrimum erat agnus paschalis , qui vt præcipitur Exod . duodecimo , Immolabatur ab vniuersa multitudine filiorum Israel in memoriam illius beneficii quo angelus

percutiens primogenita AEgypti pertrãsiuit domos Iudæorũ quorũ fores linitæ essent sanguine agni. Vnde nomen,paschę, sumitur secundũ quod ibi dicitur.Est enim phase.i.trãsitus domini,& vltimò virtute huius beneficii transiuit populus mare rubrũ,vt dicitur Exo.14,Ille enim agnus figura fuit Christi innocẽtis, de quo dicitur Io.1,Ecce agnus dei.Sicut ergo ille agnus figuralis immolabatur à filiisIsrael,vt populus dei liberaretur ab angelo percutiente,& vt transirent mare rubrum liberati de seruitute AEgypti:ita Christus est occisus à filiis Israel per cuius sanguinẽ populus dei liberatur à diaboli impugnatione & seruitute peccati per baptismũ quasi per mare rubrum.Ille autẽ agnus figuralis pascha Iudæorũ dicebatur,quia in signum transitus immolabatur.Vnde dicitur Mat.Vbi vis paremus tibi comedere pascha.i.agnum paschalẽ. Dicit ergo Apostolus.Ideo debetis esse azimi,etenim.i.quia,sicut figurale pascha veteris populi est agnus immolatus,ita pascha nostrũ.i.noui populi,est Christus immolatus,cuius etiã immolationi conuenit nomen paschæ,tum significatione linguæ Hebræę,quod significat trãsitum.Exo.12,Est enim phase.i.transitus,tum significatione linguæ Grecæ prout nomen paschæ significat passionẽ . Christus enim ꝑ passionem qua fuit immolatus trãsiuit ex hoc mundo ad patrẽ,vt dicitur Io.13, ¶ Deinde cùm dicit, [Itaq; epulemur.]Cõcludit propositũ.Ad cuius euidentiam cõsiderandum est ꝙ sicut legitur Exo.12,Agnus paschalis post immolationẽ manducabatur eũ azimis panibus.Sicut ergo agnus figuralis fuit figura nostri paschæ immolati,ita figuralis obseruantia paschalis debet cõformari obseruãtiæ noui paschę,ergo quia Christus immolatus est pascha nostrũ.Itaq; epulemur.s.manducantes Christum,non solũ sacramentaliter,secundũ illud Io.6,Nisi manducaueritis carnẽ filii hominis & biberitis eius sanguinem,non habebitis vitã in vobis.Sed spiritualiter fruendo sapientia eius,secundũ illud Eccle.24, Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient : & sic cum gaudio spirituali,secundũ illud Psal.In voce exultationis & cõfessionis, sonus epulantis. ¶ Deinde determinat modum epulandi secundũ conformitatem veritatis ad figuram,dicens, [Non in fermento veteri,nec in fermẽto malitiæ & nequitiæ]mãdabatur enim Exo.12. Quod omne fermentũ non in ueniretur in domibus mãducantium agnũ paschalẽ.Fermentum autẽ habet & vetustatem & corruptionẽ. Vnde per remotionem fermenti,Primò quidẽ potest intelligi obseruantia præceptorum veteris legis quæ per passionem Christi est mortificata,secundũ illud Leuit. 26, Vetera nouis superuenientibus proiicietis. Secundò per remotionem fermenti potest intelligi remotio corruptionis peccati, sicut suprà dictum est,ꝙ modicum fermentum totam corrũpit massam,& quantum ad hoc subdit.Neq; in fermento malitiæ & nequitiæ,vt malitia referatur ad peruersitatem operis, secundũ illud Iac.1,Abiicientes omnem immũditiam & abundantiam malitiæ.Per nequitiã verò intelligitur fraudulẽta machinatio. Prouer.26, Quando sumpserit vocem suam non credideris ei,quoniã septem nequitiæ sunt in corde eius.Vel secundũ glosam,cùm dicit,[Non in fermento veteri]remouet vetustatem peccati in cõmuni.Quòd autem subdit, [Neq; in fermento malitiæ & nequitiæ]applicat peccatũ per partes : vt malitia dicatur peccatum quod cõmittitur in seipsum,nequitia peccatum quod cõmittitur in alium . Excluso ergo modo indebito epulandi determinat modum conueniẽtẽ,subdens,Sed in azimis sinceritatis & veritatis.i.sinceritate & veritate quæ significantur per azima.Ponitur autem sinceritas cõtra corruptionẽ peccati,quod significauit cùm dicit.Non in fermento malitiæ & nequitiæ.Nam sincerum dicitur quod est sine corruptione. Vnde 2. Corinth.2.dicitur, Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei,sed ex sinceritate in Christo loquimur.Veritas verò ponitur contra figuras veteris legis,sicut Ioan.1.dicitur,Veritas & gratia per Iesum Christum facta est,quia.s. verum pascha cum veritate & non cum figuris celebrare debemus.Vnde secundum glosam,per sinceritatẽ intelligitur innocentia à vitiis seu nouitas vitæ:per veritatem autem iustitia bonorum operum vel rectitudo quæ fraudem excludit.

Lectio 3.

Recẽset ea quæ in quãdã epistola & Corinthiis scripta (quæ non habetur) posuerat et falsum ĩtel lectũ illius refellit dãdo verũ verborum intellectum.

SCripsi uobis in epistola,ne comisceamini fornicariis.Non utique fornicariis huius mundi,aut auaris,aut rapacibus, aut idolis seruientibus:alioquin debueratis de hoc mundo exisse.Nunc autem scripsi uobis non commisceri.Si is qui frater nominatur inter uos est fornicator,aut auarus,aut idolis seruiens,aut maledicus,aut ebriosus,aut rapax,cum huiusmodi nec cibum sumere.Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare ? Nónne de his qui intus sunt uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit.Auferte malum ex uobisipsis.

¶ Induxerat suprà Apostolus Corinthios ad hoc ꝙ à seipsis peccatorem separarent,quod quidẽ prætermiserat propter falsum intellectum cuiusdã verbi quod continebatur in epistola quadã quam eis prius miserat.Et ideo prauũ sensum quem ex verbis conceperant,nunc excludit.Vnde circa hoc tria facit. Primò resumit verbũ prioris epistolæ.Secundò excludit falsum intellectum,ibi[Non vtiq; fornicariis.]Tertiò exponit verum intellectũ,ibi[Nunc autẽ scripsi vobis.] Dicit ergo primò,dixi vobis in epistola quadã alia quæ in canone non habetur,ne cõmisceamini fornicariis.i.non habeatis cum eis societatẽ vel cõmunionem,secũdum illud Prouer.1, Fili mi ne ambules cum eis,prohibe pedem tuum à semitis eorum.Eccl.9,Non des fornicariis animam tuam in vllo. ¶ Deinde cùm dicit,Non vtiq; fornicariis. Excludit falsum intellectum prædicti verbi.Et primò proponit quod intendit.Secundò concludit propositũ,ibi [Alioquin debueratis, &c.[Circa primum considerandũ est ꝙ in prædicto verbo Apostoli dupliciter falsum intellectum conceperant Corinthii.Primò quantũ ad hoc quod intelligebãt illud esse dictum de fornicariis infidelibus,sed illud excludit Apostolus,dicens,Non vtiq; intendo dicere ꝙ non cõmisceamini fornicariis huius mundi, vocat autem infideles nomine mundi,secundum quod dicitur Io.1,Mundus eum non cognouit,suprà 1, Non cognouit mundus per sapientiã deum.Secundò conceperant falsum intellectũ quantum ad hoc quod putabãt prohibuisse Apostolum solùm de fornicariis,non autẽ de aliis peccatoribus. Et ideo ad hoc excludendum subdit.Aut auaris,qui.s.iniustè detinent aliena.Ephe.5, Auaritia quæ est idolorũ seruitus,non habet hæreditatem in regno Christi & dei.Aut rapacibus,qui.s. violenter diripiunt aliena,infrà eodem.Neq; rapaces regnum dei possidebũt. Aut idolis seruientibus, contra quos dicitur Sap. 14 , Nefandorũ enim idolorum cultura omnis malitiæ causa est,initiũ & finis.Et est sensus non solùm vobis prohibui societatem fornicatorum,sed etiam omnium aliorum peccatorum.Et est aduertendum ꝙ per fornicationem quis peccat cõtra seipsum:per auaritiã autẽ & rapacitatem cõtra proximmu: per idolorum autẽ culturam contra deum:

& in his quę ponit omne peccati genus intelligitur. ¶ Deinde cùm dicit,[Alioquin,&c.]Aſsignat rationẽ propoſiti,dicens,[Alioquin]ſi.ſ.ſit intelligendum verbũ prædictum de fornicariis huius mundi,debueratis de hoc mundo exiſſe,quia.ſ.totus mundus talibus plenus eſt.Vnde nõ poſſetis tales fornicarios vitare, niſi de hoc mundo exẽdo . Dicitur enim 1.Io.5,Totus mũdus in maligno poſitus eſt.Vel aliter debueratis de hoc mundo exiſſe,quaſi dicat,à tẽpore cõuerſionis veſtræ debueratis ab infidelibus mundi ſeparari. Vnde nõ oportet vos ſuper hoc moneri,dicitur enim Io.15,Ego elegi vos de mũdo.Vel aliter, debueratis de hoc mũdo exiſſe.ſ.per mortẽ.Melius eſt enim hominibus mori q̃ peccatoribus in peccatis cõſentire.Vnde dicitur infrà 9,Melius eſt enim mihi mori q̃ vt gloriam meã quis euacuet. ¶ Deinde cùm dicit, [Nunc autem ſcripſi vobis.]Exponit eis verũ intellectum.Et primò proponit quod intẽdit.Secundò rationẽ aſsignat,ibi [Quid enim mihi eſt.]Tertiò inſert concluſionẽ intentam,ibi[Aufferte malũ,&c.] Dicit ergo primò,nũc autẽ ſic expono quod olim ſcripſi vobis,non cõmiſceamini.ſ.fornicariis & aliis peccatorib⁹, Si is qui inter vos frater nominatur eo modo quo dominus dicit Mat.23,Omnes vos fratres eſtis:Non tamẽ dicit ſi is qui frater eſt:ſed ſi is qui frater nominatur,quia per peccatũ mortale aliquis à charitate recedit quæ eſt ſpiritualis fraternitatis cauſa,Vnde Heb.vlti.dicitur,Charitas fraternitatis maneat in vobis. Nominatur ergo frater propter fidei veritatẽ,non autem eſt verè frater,propter charitatis defectũ qui eſt ex peccato.Vnde ſubditur,Aut fornicator,aut auarus,aut idolis ſeruiens,aut maledicus, aut rapax, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibum ſumere.ſ.debetis,ſecundũ illud Ioã.2.cano.Si quis venit ad vos & hanc doctrinã non affert,nolite eum recipere in domo veſtra,nec aue dixeritis ei,quaſi dicat,Per hoc quod dixi nõ debere vos miſceri peccatoribus,intellexi de fidelibus qui nominãtur fratres,& ſunt inter vos:non autẽ per hoc intelligẽdum eſt,ſicut dicit Aug.in lib.contra Permenianũ,& habetur in glo.hic,q̃ aliquis extraordinario iudicio debeat a cõmunione aliorum ſeparari:quia frequẽter poſſet errare,ſed potius hoc debet fieri ſecundũ ordinem ecclеſiæ,quãdo aliquis à cõmunione repellitur vt cõuictus vel ſponte confeſſus,& ideo ſignãter dicit,Si is qui nominatur,vt eam nominationẽ intelligamus quę fit per ſententiã ordine iudiciario cõrra aliquẽ prolatã. Illi autẽ qui ſic à cõmunione pelluntur,ſunt vitandi quantum ad menſam,ſicut hîc dicitur, & quantũ ad ſalutationem, vt dicitur in prædicta authoritate Ioan.& vlterius quantum ad ſacram communionem.Vnde in verſu dicitur,Os,orare,vale,communio,menſa negatur,ſcilicet, excommunicato . Sed notandum quòd Apoſtolus ſuprà non numerauit,niſi peccata mortalia in ſignum quòd pro ſolo peccato mortali debet aliquis excommunicari, & de aliis quidem quæ ponit manifeſtum eſt . Sed de ebrietate poteſt eſſe dubium quæ non ſemper videtur eſſe peccatum mortale . Dicit enim Auguſtinus in ſermone de purgatorio quòd ebrietas niſi ſit frequens nõ eſt peccatũ mortale.Quod credo ideo eſſe,quia ebrietas ex ſuo genere eſt peccatũ mortale.Quòd enim aliquis propter delectationẽ vini velit perdere vſum rationis exponens ſe periculo,multa alia peccata perpetrãdi videtur eſſe contrarius charitati.Contingit tamẽ per accidens ebrietatem non eſſe peccatum mortale propter ignorantiã vini fortitudinis vel debilitatis proprii capitis , quæ tamen excuſatio tollitur per frequentẽ experientiã:& ideo Apoſtolus ſignanter nõ dicit ebrius,ſed ebrioſus.Addit autẽ duo peccata his quæ ſuprà poſuerat.ſ.ebrioſum & maledicum.Refertur autẽ ebrietas ad genus peccati quod cõmittitur cõtra ſeipſum ſub quo continetur nõ ſolùm luxuria,ſed etiã gula:maledicus autem refertur ad genus peccati quod cõmittit contra proximum,cui nocet aliquis nõ ſolùm facto,ſed etiã verbo malа imprecãdo vel malè diffamando quod pertinet ad detractionẽ.Vel mala in faciem dicendo, quod pertinet ad contumeliã,& hoc totum pertinet ad rationem maledici,vt ſuprà dictum eſt. ¶ Deinde cùm dicit, [Quid enim mihi eſt,&c.]Aſsignat rationẽ eius quod dixerat.Et circa hoc tria facit. Primò aſsignat rationem,dicens,Dixi hoc eſſe intelligẽdum de fratribus & nõ de infidelibus.Quid enim mihi eſt.i.quid ad me pertinet iudicare.i.ſententiã condẽnationis ferre de his qui foris ſunt.i.de infidelibus qui ſunt omnino extra eccleſiã.Prælati enim eccleſiarum accipiunt ſpiritualẽ poteſtatem ſuper eos tantùm qui ſe fidei ſubdiderunt,ſecundum illud 2.Cor.10,In prõptu habentes vlciſci omnẽ inobedientiã,cùm impleta fuerit veſtra obedientia.Indirectè tamen prælati eccleſiarum habent poteſtatẽ ſuper eos qui foris ſunt inquantum prohibent fideles ne illis cõmunicent.Secundò adhibet ſimilitudinẽ,dicens. [Nónne de his qui intus ſunt vos iudicatis.]quaſi dicat,eadẽ authoritate vos iudicatis qua & ego.Vnde vos nõ iudicatis niſi de veſtris,ita & ego.Dicitur Eccl.10,Iudex ſapiens iudicabit populũ ſuum.Tertiò reſpõdet tacitè dubitationi.Poſſet enim videri q̃ infideles eſſent meliores qui propter peccata prædicta non condẽnantur, ſed hoc excludit,dicẽs, [Ideo nihil mihi de his qui foris ſunt iudicare.] Nam eos qui foris ſunt.i.infideles iudicabit deus.ſ. iudicio condẽnationis non examinationis,quia vt Gregorius dicit in moralibus. Infideles dãnabuntur ſine iudicio diſcuſsionis & examinationis,& quantũ ad hoc dicitur Io.3, Qui non credit,iam iudicatus eſt.i. manifeſtã in ſe habet cauſam condẽnationis,& hoc grauius reſeruatur dei iudicio,ſecundũ illud Heb.10, Horrẽdum eſt incidere in manus dei viuentis. ¶ Deinde cùm dicit,[Auferte malũ,&c.] Infert concluſionem principaliter intentam,dicens,Ex quo hoc quod dixi,nõ cõmiſceamini fornicariis, intelligendũ eſt de fidelibus nõ de his qui foris ſunt.[Ergo auferte malũ].ſ.hominẽ ex vobiſipſis.i.de veſtra ſocietate eiicite,ſecundũ illud Deut.13,Auferes malum de medio tui.Eſt ergo conſiderandũ ex præmiſsis Apoſtoli verbis q̃ non prohibemur cõmunicare infidelibus,qui nunq̃ fidem receperunt propter eorum pœnã.Eſt tamen hoc cauẽdum aliquib⁹.ſ.infirmis propter eorũ cautelam ne ſeducantur.Illi verò qui ſunt firmi in fide poſſunt eis licitè cõmunicare,& dare operam conuerſioni eorũ,vt dicitur infrà 10, Si quis infidelium vocat vos ad cœnam & vultis ire, omne quod appoſitũ fuerit manducate.Infidelibus autẽ qui aliquando fideles fuerunt vel ſacramentum fidei receperunt:ſicut hæreticis & apoſtatatibus à fide ſubtrahitur omnino communio fidelium, & hoc in eorum pœnam ſicut & cæteris peccatoribus qui adhuc ſubduntur poteſtati eccleſiæ.

Tũc vitãdi ſunt peccatis mortali b⁹editi cũ iuridicè de eorũ malа vita cõſtat. Pro ſolo mortali debet quis excomunicari

Caput 6.

De iudicibus corã q̃bus agebãt arguuntur

AVdet aliquis veſtrum habens negocium aduerſus alterum iudicari apud iniquos & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſancti de hoc mũdo iudicabunt? Et ſi in uobis iudicabitur mundus,indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam angelos iudicabimus,quanto magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi

habueritis,contemptibiles qui ſunt in eccleſia illos conſtituite ad iudicandum. Ad uerecundiam ueſtram dico. Sic nõ eſt inter uos ſapiens quiſquam qui poſsit iudicare inter fratrem ſuum, ſed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles.

Corinthijde cauſis de quib⁹ agebant, & tãdẽ ad incẽſtuoſum reuertitur et hic quidẽ primò, arguit de inordinatiõe, rationẽ dat reprehẽſionis,et remediũ tãdem adhibet.

Iudiciũ apud infideles,eſt inordinatũ multis modis. & malũ ſi ex arbitrio eligantur, ſed ſi vocetur Chriſtianus nõ malè agit litigãdo corã infideli iudice ſi ſit ſuus ſuperior Sãcti ſunt iudicaturi mundanos tripliciter.

¶ Suprà Apoſtolus reprehenderat Corinthios de negligentia iudicii,hîc reprehẽdit in eis quædã alia pec cata circa iudicia.Et primò quantũ ad iudices eorum corã quibus litigabant.Secundò quantũ ad ipſa iudicia,ibi[Iam quidẽ omnino.]Circa primũ tria facit.Primò arguit eos de inordinatione.Secundò rationẽ reprehenſionis aſsignat,ibi[An neſcitis.] Tertiò remediũ adhibet,ibi [Secularia igitur iudicia.] Dicit ergo primò, ita negligitis in iudicando veſtros,ſed tamen præſumptuoſi eſtis ſubire infideliũ iudicia , & hoc eſt quod dicit,[Audet].i.præſumit aliquis veſtrũ habens negocium.ſ.ſeculare aduerſus aliũ iudicari apud iniquos.i.ſubire iudicium infideliũ & non apud ſanctos.i.apud fideles qui ſunt ſacramentis fidei ſanctificati. Hoc enim eſt inordinatũ multipliciter.Primò quidẽ,quia per hoc derogatur authoritati fidelium.Secundò quia derogatur dignitati fideliũ quantum ad hoc q̃ infidelium iudicia ſubeunt. Tertiò quia per hoc datur occaſio infidelibus iudicibus contẽnendi fideles quos diſſentire vidẽt.Quartò quia per hoc datur occaſio infidelibus iudicibus calũniandi & opprimendi fideles.quos odio habẽt propter fidem &ritus diuerſitatẽ. Et ideo dicitur Deut.1.Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles,præcepíq; eis,dicens,audite illos & quod iuſtũ eſt iudicate.Et eod.17,Non poteris alterius gentis facere regẽ qui non ſit frater tuus. ¶ Sed videtur eſſe cõtra id quod dicitur 1.Pet.1,Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter deũ,ſiue regi tanquam præcellenti,ſiue ducibus tanq̃ ab eo miſsis:pertinet enim ad authoritatẽ principis iudicare de ſubditis.Eſt ergo cõtra ius diuinum prohibere q̃ eius iudicio nõ ſtetur ſi ſit infidelis. ¶ Sed dicendũ q̃ Apoſtolus nõ prohibet quin fideles ſub infidelibus principibus& cõſtitutis eorum iudicio cõpareant ſi vocentur, hoc enim eſſet cõtra ſubiectionem quæ debetur principibus:ſed prohibet q̃ fideles non eligant voluntariè infideliũ iudicium. ¶ Deinde cùm dicit,[An neſcitis,&c.]Aſsignat rationẽ cõtra id quod illi faciebãt ſumptã de hoc quod derogabãt authoritati ſanctorũ. & primò quãtum ad authoritatẽ quam habent ſuper res mundanas.Secundò quantũ ad authoritatem quam habent ad res ſupermundanas.i.ſuper angelos,ibi[An neſcitis quoniã angelos iudicabimus.]Dicit ergo primò.Inordinatum eſt iudicium apud infideles qui fideles habent authoritatẽ iudicandi.[An neſcitis quia ſancti de hoc mundo iudicabũt].i.de hominibus mũdanis huius mundi.Quod quidẽ impletur tripliciter.Primò quidem ſecundum cõparationem.ſ.ſecundum q̃ non ſolùm boni iudicabunt malos,& ſancti mundanos:ſed etiam ſecundum q̃ boni iudicabuntur à melioribus,& mali iudicabunt peiores,ſecundũ illud Mat.12,Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta & condẽnabunt eam.Secundo iudicabunt approbando ſententiam iudicis.ſ.Chriſti,& hoc erit propriè iuſtorũ,ſecundum illud Pſal.Lętabitur iuſtus cùm viderit vindictam.Vnde Sap.3:dicitur, Iudicabunt ſancti nationes.Tertio modo per ſententiæ prolationem.Et hoc erit apoſtolorũ & ſimilium qui contẽptis rebus mundi,ſolis ſpiritualibus inhæſerunt.Spiritualis enim iudicat omnia,vt dictum eſt ſuprà 2. Vnde & Mat.19.dicitur,Vos qui ſecuti eſtis me,ſedebitis ſuper ſedes iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Et in Pſal. dicitur,Gladii ancipites in manibus eorũ,ad faciendam vindictam in nationibus.Intelligitur autẽ iſta prolatio ſententiæ nõ vocalis,ſed ſpiritualis,inquantum per ſuperiores ſanctos inferiores vel etiã peccatores ſpirituali quadã illuminatione illuminabuntur,quales pœnæ & qualia præmia eis debeantur : ſicut etiã nunc homines illuminantur ab angelis vel etiã inferiores angeli à ſuperioribus.Secundò ex hoc q̃ dictũ eſt argumentatur ad propoſitũ,dicens,[Et ſi in vobis].i.per vos iudicabitur mundus.i.mundani homines, nũquid indigni eſtis qui iudicetis de minimis.ſ.de negotiis ſecularibus.Luc.16,Qui in modico iniquus eſt,& in maiori iniquus erit. ¶ Deinde cũ dicit,[Neſcitis,&c.]Argumentatur ad idẽ ex authoritate ſanctorũ ſuper angelos.Et primò ponit eam,dicens, [An neſcitis] quoniã nos.ſ.fideles Chriſti,iudicabimus angelos. Quod quidem poteſt intelligi de malis angelis,qui condẽnabũtur à ſanctis,quorum virtute ſunt victi. Vnde Luc. 10.dominus dicit,Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcãdi ſuper ſerpentes,& ſuper omnem virtutẽ inimici.Et in Pſal.Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis.Poteſt etiam intelligi de bonis angelis, quorũ plurimi in cõparatione quadã inuenientur Paulo & ſimilibus ſibi inferiores.Vnde ſignanter nõ dicit iudicabitis, ſed iudicabimus.Quãuis enim dici poſsit quod ex conſequenti,ſi ſancti iudicabũt homines bonos & malos erit iudicium de bonis angelis,quorũ accidentale præmium augetur ex præmio ſanctorum per angelos illuminatorum,& etiã de malis angelis quorũ pœna augetur ex pœna hominum per eos ſeductorum. Secundò argumentatur ad propoſitum,dicens,[Quãto magis ſecularia].ſ.iudicia idonei erimus iudicare:qui enim eſt idoneus ad maiora,multo magis eſt idoneus ad minora. Vnde & dominus cui cõmiſerat quinq; talẽta,poſtmodum cõmiſit vnum,vt habetur Mat.25. ¶ Deinde cùm dicit,[Secularia igitur iudicia.]Adhibet remedium contra culpã eorum.Et primò ponit remedium.Secũdò exponit,ibi[Ad verecundiã veſtram dico.] Dicit ergo primò.Ergo ex quo ſancti de hoc mundo iudicabũt ſi habueritis inter vos ſecularia iudicia,quæ tamẽ habere nõ debetis,illos qui ſunt contẽptibiles in eccleſia cõſtituite ad iudicandũ potius.ſ.q̃ iudicemini apud infideles.Vnde & in Pſal.dicitur,Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me,oleum autẽ peccatoris nõ impinguet caput meum. Et Eccl.9.dicitur,Melius eſt canis viuus,leone mortuo. ¶ Deinde cùm dicit,[Ad verecundiã veſtrã dico.]Exponit quo ſenſu prędicta dixit.Poſſet enim aliquis credere quòd ad literam eſſent eligendi contemptibiliores ad iudicandum,ſed hoc excludit,dicens,[Ad verecundiã veſtram dico].q.d.non hoc dixi vt ita fiat, ſed vt vos faciã verecundari, illa.ſ.confuſione quæ adducit gratiã & gloriam,vt dicitur Eccleſ.4, Contemptibiles enim in eccleſia eſſent eligendi ad iudicãdum, ſi non inuenirentur inter vos ſapientes,quod eſſet vobis verecundum.Vnde ſubdit,Sic nõ eſt inter vos ſapiens quiſquam qui poſsit iudicare inter fratrẽ & fratrem,ſed frater cum fratre in iudicio cõtendit, & hoc apud infideles.Potius autem q̃ hoc faceretis,deberetis cõſtituere contẽptibiles qui ſunt in eccleſia ad iudicandum& ſupplendum defectum ſapientum,qui tamen non eſt apud vos, ſecundum illud quod ſupra primo dixerat, Diuites facti eſtis in illo in omni verbo & in omni ſcientia.Vel aliter ab illo loco.[Secularia, &c.] Dixerat enim quòd ſancti idonei ſunt ad iudicandum ſecularia,& ideo vult oſtẽdere per quos iudicia ſecularia de-

beant exerceri.ſ.per contẽptibiles qui ſunt in eccleſia:vocat autẽ contemptibiles illos qui ſunt ſapientes in rebus mundanis,per cõparationem ad illos qui ſunt ſapientes in rebus diuinis,quibus eſt reuerentia exhibẽda,qui in rebus tẽporalibus non occupantur vt ſolis ſpiritualibus vacent,& hoc eſt quod ſubditur.[Ad verecundiam veſtrã dico.]ſecundum aliam literam ad reuerentiam veſtrã.Vnde & apoſtoli dixerunt. Act.6, Non eſt æquum relinquere nos verbum dei & miniſtrare menſis. Poſtmodum autem reddit ad id quod ſuprà reprehenderat.ſ.q̃ Corinthii ſub infidelibus iudicibus litigabant, dicens, Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam.ſ.in rebus temporalibus,quem ſuprà contemptibilem dixit.Vnde alia non mutantur à prima expoſitione,quæ tamen videtur eſſe magis literalis. Lectio 2.

Quòd litigent arguũtur Corinthij pœnã iniuſtè litigãtibus & iniuriã facientibus cõminando et occaſiõe ab his accepta de pœna etiã aliorum loqtur peccatorũ ſubiũgendo nõ oĩa quæ licẽt expedire An contra aliquem liceat litigare i iudicio.

[*An quidem omnino delictum eſt in uobis,quòd iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum dei non poſſidebunt? Nolite errare,neque fornicarij,neque idolis ſeruientes,neque adulteri,neque molles,neque maſculorum concubitores,neque fures,neque auari,neque ebrioſi,neque maledici,neque rapaces regnum dei poſſidebunt.Et hæc aliquando quidem fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis,in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri.Omnia mihi licent,ſed non omnia expediũt.Omnia mihi licent,ſed ego ſub nullius redigar poteſtate: eſca uentri & uenter eſcis,deus autem & hunc & hanc deſtruet.*

¶ Poſtq̃ Apoſtolus reprehendit Corinthios de hoc q̃ corã infidelibus iudicibus litigabant,hîc reprehendit eos quantum ad ipſa iudicia.Et circa hoc duo facit.Primò ponit in quo peccabant circa iudicia.Secũdò manifeſtat quod dixerat,ibi[An neſcitis,&c.]Circa primũ duo facit. Primò reprehẽdit in eis circa iudicia, id quod eſt licitũ,ſed non expediens.Secũdo id quod eſt penitus illicitũ,ibi [Sed & vos,&c.] Circa primũ duo facit.Primò ponit reprehenſionẽ.Secundò remouet excuſationem,ibi[Quare nõ magis,&c.] Dicit ergo primò.Dictum eſt q̃ frater cum fratre in iudicio cõtendit:quod non ſolùm malum eſt,q̃ apud infideles contenditis,ſed iam quidem poſt cõuerſionem veſtrã omnino delictum eſt in vobis.i.ad delictũ vobis reputatur q̃ iudicia habetis inter vos,inter quos.ſ.debet eſſe pax,quia vt dicitur 2.Timo.2,Seruũ domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. ¶ Apparet autem ex hoc,vt dicit hîc glo.Auguſt. q̃ peccatum eſt iudicium habere cõtra aliquem,ſed hoc videtur eſſe falſum:quia ſi peccatũ eſt iudicium habere,videtur ſequi q̃ etiã peccatum ſit iudices conſtituere,cùm hoc ſit occaſionem dare iudiciũ habentibus, cùm tamen dicatur Deut.1,Audite illos,& quod iuſtũ eſt iudicate.Et poſtea ſubditur,quia dei iudicium eſt.Soluitur enim in gloſa,quod infirmis permittitur in iudicio ſua repetere,nõ autẽ perfectis:quibus licet ſua repetere,ſed nõ in iudicio.Eſt autem ſciendũ hîc q̃ aliquid eſt pfectis illicitum,aliquid autem omnibus.Perfecti quidem propriũ non habent,ſecundum illud Mat.19,Si vis pfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperib⁹ & veni ſequere me,& ideo nõ licet eis in iudicio repetere quaſi propria,cũ eis nõ liceat habere propriũ,licet tamen eis in iudicio repetere ea quæ ſunt cõmunia.Non enim hoc faciendo peccant, ſed magis merentur.Eſt enim opus charitatis,defendere vel recuperare res pauperum,ſecundum illud Pſal. Eripite pauperem,& egenum de manu peccatoris liberate.Sed iudiciũ aduerſus aliquem eſt illicitũ omnibus quantum ad tria. Primò quidem quantum ad cauſam ex qua aliquis iudicium habet,putà ex cupiditate & auaricia.Vnde Luc.12,Cùm quidã de turba domino dixiſſet, dic fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatẽ: dominus dixit,quis me cõſtituit iudicem ad diuidendũ inter vos? Poſtea ſubdit, Videte & cauete ab omni auaricia.Secundò quãtum ad modum iudicii,quia.ſ.cùm cõtentione & detrimento pacis iudiciũ proſequũtur, vt enim dicitur Iac.3,Vbi zelus & cõtentio,ibi inconſtãtia & omne opus prauum.Et hoc videtur Apoſtolus in eis reprehendere,vt patet ex hoc quod ſuprà dixit.Frater cum fratre in iudicio cõtendit.Tertiò ex peruerſitate iudicii,putà cùm aliquis iniuſtè & fraudulẽter in iudicio procedit,ſecundũ illud Eſa.10,Vt opprimerent pauperem & vim facerent cauſæ humiliũ populi mei.Et hoc etiã Apoſtolus in eis reprehendit, vt patet p id quod ſubdit.Sed vos iniuriã facitis.Quartò propter ſcãdalum quod ſequitur. Vnde & dominus mãdat,Mat.5,Qui vult tecum in iudicio cõtendere,& tunicã tuam tollere,dimitte ei & palliũ.Ex charitate verò ſua in iudicio repetere licitũ eſt.Vnde Grego.dicit in moralibus.Cùm curã rerum nobis neceſſitas imponit,quidã dum ea rapiunt ſolummodo ſunt tolerandi:quidã verò ſeruata charitate ſunt prohibendi.ſ.ne rapientes nõ ſua,ſemetipſos perdant. ¶ Deinde cùm dicit,[Quare nõ magis,&c.]Tollit excuſationem.Poſſent enim dicere,neceſſitas nos inducit ad iudicia habenda,vt.ſ.reſiſtamus iniuriis & fraudibus aliorum,ſed hoc excludit ſubdens quãtum ad primũ.Quare non magis iniuriã.ſ.manifeſtam accipitis. ſ.patienter ſuſtinendo,ſecundũ illud quod dominus dicit Mat.5,Si quis te percuſſerit in maxillã præbe ei & alteram.Quantum verò ad ſecundũ ſubdit.Quare non magis fraudem patimini.i.doloſam ſeductionem,ſecundum illud Mat.5,Si quis te angariauerit mille paſſus vade cum illo & alia duo. Sed ſicut Augu.dicit in lib.de ſermone domini in monte.Hæc præcepta domini non ſunt ſemper obſeruanda in executione operis,ſed ſemper ſunt habenda in præparatione animi,vt.ſ.ſimus parati hoc facere vel ſuſtinere potius q̃ aliquid agere contra charitatem fraternam. ¶ Deinde cùm dicit,[Sed vos,&c.]Reprehẽdit in eis id quod eſt omnino illicitum,Et primò arguit in eis manifeſtam iniuſtitiã cùm dicit,ſed vos iniuriam facitis.ſ.manifeſtè loquendo contra iuſtitiã aliorum,vel in iudicio vel extra iudicium.Eccl.9,Non placeat tibi iniuria iniuſtorũ.Secundò doloſam deceptionem cùm ſubdit.Et fraudatis.Prouer. 12, Conſilia impiorũ fraudulenta. Tertiò aggrauat vtrunq; cùm ſubdit,[Et hoc fratribus].i.fidelibus ad quos debemus bonũ maximè operari,ſecundum illud Gala.vlt.Dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes:maximè autem ad domeſticos fidei.Et ideo contra quoſdam dicitur Hier.9,Omnis frater ſupplantans ſupplantabit,& omnis amicus fraudulenter inceder. ¶ Deinde cùm dicit,[An neſcitis,&c.]Manifeſtat quod dixerat.Et primò quantum ad id quod eſt omnino illicitũ.Secundò quantum ad id quod eſtlicitum,ſed non expediens.ibi [Omnia mihi licent.]Circa primũ duo facit.Primò mouet quæſtionem.Secundò determinat eã,ibi [Nolite errare,&c.] Dicit ergo,primò dixi q̃ vos iniuriã facitis & defraudatis,quod eſt iniquitatem cõmitere. [Sed an neſcitis q̃ iniqui regnum dei non poſſidebũt]quaſi dicat, videmini hæc neſcire dum ab iniquitate non receditis, cùm tamen in Pſal.& Mat.7.dicatur,Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. ¶ Deinde

Litigare cõtra quẽpiã illicitũ quo ad tria.

de cùm dicit,[Nolite errare,&c.]Determinat veritatem.Et primò oſtendit periculum quod imminet iniquis.Secundò oſtendit quomodo ipſi hoc periculum euaſerunt,vt timeãt iterum in ipſum incidere,ibi[Et hoc quidẽ aliquando fuiſtis,&c.] Dicit ergo primò. Nolite errare, quod ſignanter dicit,quia circa impunitatem peccatorum aliqui multipliciter errabant,ſecundũ illud Sap.2,Et cogitauerunt & errauerũt.Quidã enim philoſophi errauerũt credẽtes deum nõ habere cũrã rerum humanarũ, ſecundum illud Soph.1,Non faciet dominus bene,& nõ faciet dominus malè.Quidã verò credentes ſolã fidem ſufficientẽ eſſe ad ſalutẽ, ſecundum illud Io.11,Qui credit in me nõ morietur in æternum.Quidã verò credẽtes per ſola Chriſti ſacramẽta ſaluari , propter id quod dicitur Mat.vlt.Qui crediderit & baptizatus fuerit,ſaluus erit. Et Io.6, Qui manducat meã carnem & bibit meũ ſanguinem habet vitam æternã.Quidam verò propter ſola opera miſericordiæ ſe impunè peccare arbitrãtur,propter illud quod dicitur Luc.11, Date eleemoſynã, & ecce omnia mũda ſunt vobis.Nec intelligunt q̃ hæc omnia,ſine charitate nõ proſunt,ſecundũ illud quod dicitur infrà 13,Si habuero omnẽ fidem,& diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas,charitatẽ autẽ nõ habuero nihil mihi prodeſt:& ideo ſubdit q̃ peccata cõtraria charitati à regno dei excludunt , in quod ſola charitas introducit,dicẽs,Neq; fornicarii,neq; idolis ſeruiẽtes,neq; adulteri,de quib⁹ dicitur Heb.vlti. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Neq; molles.i.mares muliebria faciẽtes,neq; maſculorum cõcubitores,quãtum ad gẽtes in illo vitio,de quibus dicitur Geñ.13,Homines Sodomitæ peſsimi erãt & peccatores corã domino nimis.Neq; auari,neq; fures,de quib⁹ dicitur Iac.5,Omnis fur,ſicut ſcriptũ eſt,iudicabitur.Neq; ebrioſi,neq; maledici,neq; rapaces regnũ dei poſsidebũt,dicitur eñ Eſa.35,Via ſãcta vocabitur, nõ tranſibit per eã pollutus.Et Apoc.21.Non intrabit in illã aliquid coinquinatũ, faciens abominationẽ. Et eſt aduertendũ q̃ hîc enumerat eadẽ vitia quæ in præcedenti capitulo poſuerat.Addit autẽ quædam in genere luxuriæ.ſ.adulteriũ,& vitium contra naturã.In genere autẽ iniuſtitiæ furtum. ¶ Deinde cùm dicit, [Et hoc quidẽ,&c.]Oſtendit quomodo prædictũ periculum euaſerũt.Et primò cõmemorat ſtatum prẽteritum,dicẽs,[Et quidẽ aliquando fuiſtis].ſ.fornicarii & idolis ſeruiẽtes,&c.& ideo ſpecialiter hæc vitia cõmemorat,quia in eis abũdauerunt,ſecundũ illud Ephe.5, Eratis enim aliquãdo tenebrę,nũc autẽ lux in domino. Secundò oſtendit quomodo ab his intus fuerũt liberati,dicens,[Sed abluti eſtis].ſ.virtute ſanguinis Chriſti in baptiſmo,ſecundũ illud Apoc.1, Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Sed ſanctificati eſtis virtute ſanguinis Chriſti per gratiã cõſecrati,ſecundũ illud Heb.vlt.Ieſus vt ſanctificaret ſuum populũ extra portã paſſus eſt.Sed iuſtificati eſtis ad ſtatũ iuſtitiæ & virtutis,ſecundum illud Ro. 8, Quos vocauit, hos & iuſtificauit.Subditur autẽ horũ beneficiorũ cauſa.Et primò ex parte humanitatis Chriſti cùm dicit, In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.i.in fide & inuocatione nominis Chriſti, ſecundũ illud Act.4, Non eſt aliud nomen datũ ſub cælo hominib⁹ in quo oporteat nos ſaluos fieri.Secundò ex parte diuinitatis, cũ ſubdit,[Et in ſpiritu dei noſtri.]ſecundũ illud Ezec.37,Ecce ego mittã in vos ſpiritum & viuetis.quia igitur tam potẽti virtute liberati eſtis,ad eadẽ redire nõ debetis. ¶ Deinde cũ dicit,[Omnia mihi licẽt,&c.] Manifeſtat id quod dixerat de ꝓhibitione iudicii,oſtendens quo ſenſu id reprehẽderit:quia.ſ.non reprehẽdit illud quaſi omnino illicitũ,ſed quaſi nõ expediẽs & nociuũ.Et circa hoc duo facit. Primò ꝓponit quod intẽdit.Secũdò rationẽ aſsignat,ibi[Eſca vẽtri,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ꝓponit quod reprehẽderat eſſe licitũ, ſed nõ expediẽs,dicens,[Omnia mihi licent.] Dicuntur autẽ illa licita quæ homo facere pro hibetur:eſt autẽ duplex prohibitio,Vna coactionis,alia prẽcepti, & ſecundũ hoc quidam intellexerũt illa licere,à quibus nõ prohibetur aliqua neceſsitate cogente:& ideo quia arbitriũ hominis naturalis liberũ eſt à coactione,intellexerũt Apoſtolũ eo ſenſu dicere,omnia mihi licẽt,quia.ſ.libero arbitrio hominis ſubiacẽt, ſiue ſint bona,ſiue ſint mala,ſecundũ illud Eccl.15,Ante hominẽ bonum & malũ,vita & mors,quodcunq; voluerit dabitur ei.Sed hic modus loquẽdi alienus eſt à ſcriptura ſacra,in qua dicitur non licere ea quę diuina lege ꝓhibentur,ſecundũ illud Mat.14, Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui,& ideo qđ hîc Apoſtolus dicit,omnia mihi licent,non poteſt abſolutè intelligi, ſed vt ſit accõmoda diſtributio ſub hoc ſenſu omnia mihi licẽt,quæ.ſ.diuina lege nõ ꝓhibentur.Et poteſt hoc ad tria referri,primò quidẽ ad id quod dixerat de iudiciis,quia.ſ.vnicuiq; licet omnia ſua iudicio repetere , cũ nõ ſit lege diuina prohibitũ.Alio modo poteſt referri ad id quod infrà 8,dicturus eſt de indifferẽti vſu ciborũ,vt ſit ſenſus, licitũ eſt mihi oẽs cibos comedere,ſecundum illud Tit.1,Omnia munda mũdis.Tertiò poteſt referri ad id quod dicturus eſt infrà 14. de ſumptibus accipiẽdis, vt ſit ſenſus,omnia mihi licent.ſ.accipere ad neceſsitatẽ vitæ, ſicut coapoſtolis meis. Subdit autẽ,Sed nõ omnia expediunt.Dicitur autẽ illud expedire quod eſt ſine impedimẽto finem conſequendi.Contingit autẽ q̃ aliquid nõ totaliter excludit finẽ,ſed impedimentũ aliquod affert.ſicut matrimonium non excludit hominẽ à regno dei:impedimentũ tamen affert,quia.ſ.vt infrà 7.dicit,quæ ſub viro eſt mulier,cogitat quomodò placeat viro. Vnde Mat.19. diſcipuli dicũt,Si ita eſt cauſa hominis cũ vxore ſua, nõ expedit nubere.Sic ergo fornicari nec licet nec expedit,quia totaliter excludit finem qui eſt vita ęterna: matrimoniũ autem licitũ,ſed non expediẽs.Secundũ igitur hunc modũ ſua in iudicio repetere,indifferẽter omnibus cibis vti,ſumptus accipere ab his quibus prædicatur,eſt quidẽ licitum, quia nõ eſt contra iuſtitiã, nec aliqua prohibetur lege:nõ tamen eſt expediẽs,vel quia impeditur pax ad proximũ,vel infirmis ſcandalũ aliquod generatur,vel aliqua maledicẽdi occaſio præbetur:vnde Eccl.37,Non omnia omnibus expediũt. Alio modo poteſt intelligi non abſolutè,ſed ſub conditione,vt ſit ſenſus.Dixi q̃ neq; fornicarii,&c.regnũ dei poſsidebunt,& ideo nõ licent,quia finẽ excludunt:ſed ſi omnia licerent mihi nõ omnia expediunt,quia per ea præſtatur impedimentũ vitæ humanæ.Vnde in perſona impiorũ dicitur Sap.5,Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis & ambulauimusvias difficiles.Secundò oſtendit eſſe nociuũ id quod ſuprà reprehendit,dicens,omnia mihi licent,vt ſuprà expoſitum eſt,ſed tamen ego ſub nullius redigar poteſtate.ſ.hominis.Ille enim qui vtitur eo qđ non expedit,ſiue licitũ ſiue illicitum,quodãmodo redigitur ſub poteſtate rei alicuius vel hominis.Rei quidem,quia qui nimis rem aliquam amat,quodãmodo ſeruus illius rei efficitur,ſecundum illud Ro.vlt.Huiuſmodi nõ Chriſto domino ſeruiunt,ſed ſuo ventri. Hominis autẽ, quia dum aliquis facit quod non expedit,quodãmodo ſubiicitur iudicio aliorum, & ſpecialiter ille qui ſua in iu-

Error multiplex de impunitate malorum.

Quæ ſint licita.

Quæ ſint expediẽtia.

Aliqua nec licẽt nec expediunt. Aliqua licent ſed nõ expediunt.

dicio repetit,subiicitur poteſtati iudicis infrà 10.vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſciẽtia? ¶ Deinde cùm dicit,[Eſca ventri,&c.]Aſsignat rationem eius quod dixerat.Et primò quare omnia licẽt, dicens,[Eſca vẽtri].ſ.debetur,vt.ſ.in ventre decocta in nutrimentum totius cedat.Et venter eſcis.ſ.recipiendis & decoquendis deſeruit.Quia igitur ex dei ordinatione venter eſt ſollicitus ad eſcas recipiendas, & eſcę ad hoc deputatę ſunt ꝙ in ventre ponãtur,ſecundum illud Geñ.1,Ecce dedi vobis omnem eſcã & cunctis animantibus,vt habeant ad veſcendum:nõ eſt illicitum ꝙ homo res ſuas repetat,vel prædicator ſtipendia accipiat propter neceſsitatẽ eſcarum,vel vt etiã homo omnibus eſcis vtatur.Secundò,ibi[Deus autem,&c.]Aſsignat rationẽ quare omnia non expediunt.Non enim expedit ꝙ homo patiatur aliquod detrimentum in eo ꝙ nunquã corrumpitur.ſ.in regno cæleſti, propter id quod corrumpitur, & hoc accidit de eſca & de ventre.Ceſſabit enim poſt hanc vitam eſcarum vſus & ventris,quia corpora reſurgentium cõſeruabuntur abſq; cibo,deo id faciente,& hoc eſt ꝙ dicit.Deus autẽ deſtruet.i.ceſſare faciet,hunc.ſ.ventrem, non quidẽ quantum ad eſſentiam,ſed quantum ad effectum quem nunc habet: & has.ſ.eſcas quantũ pertinent ad vſum hominis:quia in reſurrectione homines erunt ſicut angeli in cælo,vt dicitur Mat.22.

Lectio 3.

Ad inceſtuoſum arguendũ fornicationem deteſtando reuertitur.

Corpus autem non fornicationi,ſed domino,& dominus corpori.Deus uerò & dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per uirtutem ſuam.Neſcitis quoniam corpora ueſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti faciã mẽbra meretricis? Abſit,An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici,unũ corpus efficitur? Erunt enim,inquit,duo in carne una.Qui autem adhæret domino,unus ſpiritus eſt.Fugite fornicationem.Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo,extra corpus eſt,qui autẽ fornicatur,in corpus ſuum peccat. An neſcitis quoniam membra ueſtra templũ ſunt ſpiritusſancti,qui in uobis eſt quem habetis à deo,& non eſtis ueſtri? Empti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate deum in corpore ueſtro.

¶ Suprà Apoſtolus tripliciter reprehendit Corinthios circa iudicia,nunc autẽ redit ad reprehẽdendũ peccatum fornicarii cuius ſuprà 5,mentionẽ fecerat,& in cuius iudicio Corinthii negligentes erant:improbat autẽ fornicationem quatuor rationibus,quarũ prima ſumitur ex diuina ordinatione:ſecunda ex vnione ad Chriſtum,ibi[An neſcitis quoniã corpora,&c.]Tertia ex corporis inquinatione,ibi[Fugite fornicationẽ.] Quarta ex gratię dignitate,ibi[An neſcitis,&c.]Circa primum duo facit.Primò ponit diuinã ordinationẽ. Secundò ordinationis finem,ibi[Deus enim,&c.]Circa primum conſiderandũ eſt ꝙ aliqui argumentum ſuæ laſciuię ſumunt ex ordinatione dei.Qui enim fornicãtur vtuntur ſuo corpore ad vſum à deo inſtitutũ. Sed hoc excludit,dicens,ꝙ eſca eſt ordinata ad ventrẽ & venter ad eſcas. Corpus autem hominis nõ fornicationi. i. non eſt ordinatum ad fornicãdum,ſed domino.i.ad hoc eſt ordinatum, vt ſit domini noſtri Ieſu Chriſti,& dominus corpori.i. dominus Ieſus Chriſtus ad hoc datus eſt hominib⁹ vt humana corpora ſuæ gloriæ conformet,ſecundũ illud Phil.3,Reformabit corpus humilitatis noſtræ,configuratum corpori claritatis ſuæ. ¶ Sed cõtra hoc videtur eſſe ꝙ ſicut venter ordinatus eſt â deo ad vſum ciborum: ita quædam membra humani corporis ſunt ordinata à deo ad vſum generationis quibus fornicatio exercetur. Sed attẽdenda eſt differẽtia quãtum ad duo.Primò quidẽ ꝙ Apoſtolus ſuprà locutus eſt de vno corporis mẽbro.ſ. de ventre,hîc autem loquitur de toto corpore,quod ſicut nõ eſt ordinatum ad fornicandũ: ita nec ad eſcas ſumendum,ſed potius vſus eſcarũ eſt propter corpus:corpus autem propter animã à qua percipit vitam ſecundum eius conditionẽ:& quia omnia ordinantur in deum ſicut in finem,ideo corpus debet eſſe ſubiectũ domino & ei dedicatum.Et quia ſuprà locutus eſt de vſu eſcarum in cõmuni abſq; inordinatione,fornicatio autẽ eſt vſus inordinatus ex membro fornicatoris. Vnde nec ipſa mẽbra ſunt propter fornicationẽ,ſed propter vſum generationis ordinata ratione:cui omnia membra corporis deſeruire debẽt,ſicut etiam venter nõ propter crapulã & ebrietatem,ſed propter cõuenientem vſum ciborũ. ¶ Deinde cùm dicit[Deus vero,&c.]Ponit finẽ ordinationis prædictæ.Et primò ponit quid deus circa dominũ fecerit,dicens[Deus vero & dominum].ſ.dominum Ieſum Chriſtum ſuſcitauit à mortuis à quo ipſe Chriſtus petit in Pſal. Tu autẽ domine miſerere mei & reſuſcita me.Deus autẽ eſt & pater & filius & ſpirituſſanctus.Vnde & ipſe Chriſtus qui eſt filius dei ſe reſuſcitauit,& ſua virtute reſurrexit, ſecundum illud Pſal.Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi quia dominus ſuſcepit me.& 2.Cor.vlti.Sed crucifixus eſt ex infirmitate,ſed viuit ex virtute dei.Secundò ponit quid circa nos facturus ſit,dicens,ꝙ nos ſuſcitabit deus per virtutem ſuã per quã. ſ. Chriſtum ſuſcitauit,ſecundum illud Ro.8,Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis,viuificabit & mortalia corpora veſtra.Et eſt aduertendum ꝙ ſuprà de eſcis & ventre loquens quæ pertinent ad vſum animalis vitæ,dixit eas à deo deſtruendas,nunc autẽ loquens de corpore & domino, facit mentionem de reſurrectione,quia.ſ.animali vita ceſſante natura corporis in melius reformabitur.Vnde patet ꝙ non eſt vtẽdum corpore ad fornicationẽ quæ impedit futuram incorruptionem:ſecundũ illud Gal.vlt.qui ſeminat in carne,de carne & metet corruptionem. ¶ Deinde cùm dicit [Neſcitis,&c.]Ponit ſecundam rationem quæ ſumitur ex affinitate humani corporis ad Chriſtum,quæ talis eſt:mẽbra hominis fornicantis ſunt membra meretricis,ſed mẽbra hominis ſunt membra Chriſti,ergo per fornicationem,fiunt mẽbra Chriſti,membra meretricis,quod eſt incõueniens.Circa quod quatuor facit.Primò ponit maiorem,dicens[An neſcitis quoniam corpora veſtra ſunt mẽbra Chriſti].q.d.hoc non debetis neſcire,quia quicunq; eſtis regenerati in Chriſto, mẽbra Chriſti eſtis effecti,ſecundũ illud infrà 12,Vos eſtis corpus Chriſti & mẽbra de mẽbro. Et hoc non ſolùm quantũ ad animas quæ ab eo iuſtificantur,ſed etiam quantum ad corpora quæ ab eo reſuſcitabũtur, vt dictum eſt.Secundò ponit concluſionem,dicens[Tollens ergo mẽbra Chriſti].i.iuſtè ſubtrahẽs ſeruitio Chriſti cui debẽt deputari,ſecũdum illud Rom.6,Exhibeatis membra veſtra,arma iuſtitiæ deo.[Faciam.] ſ.eadem mẽbra meretricis eſſe,fornicando?Abſit,hoc enim eſt horrẽdum ſacrilegium. Vnde dicitur Mala. 2,Cõtaminauit Iudas ſanctificationẽ domini quam dilexit,& habuit filiam dei alieni.Tertiò ponit minorẽ, dicẽs,An neſcitis quia qui adhęret meretrici.ſ.fornicãdo,vnum corpus efficitur.ſ.per immũdam cõmixtionem.Et ad hoc probãdum,inducit authoritatem Gen.dicẽs[Inquit enim ſcriptura.]ſ.Gen.2. [Erũt duo.] ſ.vir & mulier[in carne vna.] i.per mixtionem carnalẽ vna caro efficiũtur,& ſic membra vnius fiunt alterius.Sunt enim hæc verba Adæ de viro & vxore loquentis quæ Apoſtolus hîc etiam ad fornicationem refert,quia ſecundum ſpeciem naturæ nõ differunt vtriuſq; actus.Eſt autem intelligendũ, ꝙ ſicut dicit Philoſophus in lib.de generatione animaliũ,In maſculo eſt principium actiuum generationis,in fœmina eſt paſſiuum.Et ſicut planta,cuius vita principaliter ordinatur ad generationem,ſemper eſt vnum corpus in quo vtrunq; principiũ vnitur:ita in animalibus quæ ordinantur ad altiores actus vitæ,nõ ſemper eſt vnum corpus habens hæc duo principia,ſed ex duobus fit vnũ in actu generationis.Quod quidem nõ eſt tantũ viri, quia ſicut infrà ca.7.dicitur,Vir non habet poteſtatem ſui corporis,ſed mulier. Secundò probat minorem, dicens[Qui autem adhæret domino,&c].ſ.per fidẽ & charitatem,eſt vnus ſpiritus cũ illo, quia.ſ.vnitur ei vnitate ſpirituali nõ corporali.Vnde & Ro.8.dicitur,Si quis ſpiritum Chriſti non habet,hic nõ eſt eius, & Io.17,Vt ſint vnum in nobis,ſicut nos vnum ſumus.ſ.per cõnexionem ſpiritus:& quia corpus deſeruit ſpiritui,conſequens eſt vt etiã corpora noſtra membra eius ſint cui per ſpiritum vnimur: non quidem carnali coniunctione,ſed ſpirituali.Poteſt autem ex præmiſsis duabus rationibus vna ratio conflari,vt.ſ. quia corpus noſtrum non eſt deputatũ fornicationi,ſed domino,hoc.ſ.modo ꝙ membra noſtra ſunt mẽbra Chriſti,vt poſtmodum exponit,non faciamus ea,membra meretricis fornicando. ¶ Deinde cùm dicit [Fugite fornicationem, &c.] Ponit tertiam rationem,quæ ſumitur ex corporis inquinatione. Primò ponit concluſionem intentã,dicens[Fugite fornicationem.]Vbi notandum ꝙ cætera vitia vincuntur reſiſtẽdo,quia quantò magis homo particularia cõſiderat & tractat:tantò minus in eis inuenit vnde delectetur,ſed magis anxietur:ſed vitium fornicationis non vincitur reſiſtendo,quia quantò magis ibi homo cogitat particulare,magis incenditur,ſed vincitur fugiendo.i.totaliter vitando cogitationes immundas,& quaſlibet occaſiones,vt dicitur Zach.2,Fugite de terra Aquilonis dicit dominus. Secundò aſsignat rationẽ,dicens [Omne peccatum aliud quodcunq; fecerit homo,&c.]Ad cuius euidentiã ſciendum ꝙ quædam peccata non conſummãtur in carnali delectatione,ſed in ſola ſpirituali,ideo ſpiritualia vitia dicũtur,ſicut ſuperbia, auaritia accidia:fornicatio autẽ cõpletur maximè in carnali delectatione, & ſecũdum hoc poſſet intelligi quod hîc dicitur,Omne peccatũ quodcunq; fecerit homo,extra corpus eſt,quia.ſ.cõpletur præter ſui corporis delectationẽ.Qui autẽ fornicatur,in corpus ſuũ peccat, quia.ſ.eius peccatũ in carne cõſummatur. ¶ Sed huic expoſitioni contrarium videtur eſſe ꝙ etiã peccatũ gulæ conſummatur in delectatione corporis.Ad quod poſſet dici quòd peccatũ gulæ ſub luxuria continetur inquantũ ad ipſam ordinatur, ſecundum illud Ephe. 5,Nolite inebriari vino,in quo eſt luxuria.Sed melius poteſt dici ꝙ Apoſtolus nõ dicit,qui fornicatur,corpore ſuo peccat,quod cõgruet primę expoſitioni:ſed peccat in corpus ſuũ.i.contra corpus ſuum corrũpendo,& inquinẽdo illud præter vſum rationis.Vnde & Apoc.3,Habes pauca nomina in Sardis qui nõ inquinauerunt veſtimenta ſua.i.corpus.& Apoc.14,Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. Vel aliter ſecundum Auguſt.hîc in glo.Qui fornicatur,in corpus ſuum peccat, quia anima eius totaliter carni in illo actu ſubiicitur,ita ꝙ non poſsit aliud ibi cogitare.Vnde in Pſal.dicitur,Nolite fieri ſicut equus & mulus,quibus non eſt intellectus.Vel aliter,In corpus ſuum peccat.i.contra vxorem ſuam quæ dicitur corpus viri,contra quam non ita directè ſunt alia peccata,ſicut viri fornicatio.Vnde & 1.Theſſ.4.dicitur, Vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum poſsidere vas ſuum in ſanctificatione.i.vxorem ſuam.Vel Aug.poteſt intelligi de fornicatione ſpirituali per quam anima adhæret per amorem mundo,& recedit à deo,ſecundum illud Pſal.Perdes omnes qui fornicantur abs te.Eſt ergo ſenſus,qui fornicatur recedens à deo propter amorem mũdi in corpus ſuum peccat.i.per corporalem cõcupiſcentiam.Omne autem aliud peccatum,puta quod homo cõmittit ex obliuione,vel ex ignorantia,ſeu negligentia, eſt extra corpus.i. corporalem concupiſcentiam. ¶ Deinde cùm dicit[An neſcitis,&c.]Ponit quartam rationem quæ ſumitur ex dignitate gratiæ,quæ quidem ex duobus conſurgit.ſ.ex gratia ſpirituſſancti & ex redẽptione ſanguinis Chriſti. Circa hoc igitur tria facit.Primò proponit dignitatẽ corporis noſtri quã habet ex gratia ſpirituſſancti,dicens[An neſcitis]quaſi dicat,ignorare nõ debetis,quoniam membra veſtra.ſ.corporalia templum ſunt ſpirituſſancti, ſicut ſuprà 3.dictum eſt,Neſcitis quia templum dei eſtis.Et huius rationem aſsignat,ſubdens, Qui in vobis eſt:dicitur autem templum,domus dei:quia igitur ſpirituſſanctus deus eſt,conueniens eſt quòd in quocunq; eſt ſpirituſſanctus templum dei dicatur.Eſt autem ſpirituſſanctus principaliter quidem in cordibus hominum in quibus charitas dei diffunditur per ſpiritum ſanctum,vt dicitur Roma.5.Sed ſecundario etiam eſt in membris corporalibus inquantũ exequuntur opera charitatis.Vnde in Pſal.dicitur, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum:& ne hanc dignitatem ſibi aſcriberent,ſubdit, Quem habetis à deo non ex vobis.Vnde Ioel.2,Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.Et Act.5,Spiritum ſuum dedit obedientibus ſibi.Secundò ponit dignitatem quam habent corpora noſtra ex redẽptione ſanguinis Chriſti, dicens [Et non eſtis veſtri]ſed Ieſuchriſti,ſecundum illud Roma.14,Siue viuimus,ſiue morimur, domini ſumus. 2.Corinth.5,Qui viuit,iam non ſibi viuat:rationem huius aſsignat,dicens [Empti eſtis pretio magno] & ideo ſerui eſtis eius qui vos redemit de ſeruitute peccati.Vnde infrà 7.dicitur, Qui liber vocatus eſt,ſeruus eſt Chriſti.Pretio enim empti eſtis.& in Pſalm.Redemiſti me domine deus veritatis. Dicitur autem pretium redemptionis magnum,quia non eſt corruptibile,ſed æternam habens virtutem, cùm ſit ſanguis ipſius dei æterni.Vnde 1.Petri 1, Redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione, non corruptibilibus auro vel argento,ſed ſanguine agni immaculati & incontaminati,Ieſu Chriſti. Tertiò infert concluſionem intentã, dicẽs[Glorificate ergo & portate deum in corpore veſtro.] Quia enim membra veſtra ſunt templum dei, in corpore veſtro nihil debet apparere,niſi quod ad gloriã dei pertinet,& hoc eſt glorificare deum in corpore veſtro,quia in Pſal.dicitur, In templo eius omnes dicent gloriam. Exod.vlti. dicitur, Operuit nubes tabernaculum teſtimonii,& gloria domini impleuit illud:quia verò nõ eſtis veſtri,ſed eſtis ſerui dei, debet corpus veſtrum portare deum,ſicut equus,vel aliud animal portat dominum ſuum.Vnde in Pſalm.dicitur, Vt iumentum factus ſum apud te. Portat autem corpus noſtrum dominum,inquantum diuino miniſterio deputatur,ſic ergo homo debet vitare ne in corpus ſuum peccet fornicando,quod eſt cõtra gloriam dei & contra miniſterium quod corpus noſtrum debet deo.

Corpus noſtrũ non ad illecebra excrenda eſt ordinatũ, ſed vt ſit Chriſti.

Fornicatio vincitur ſolum fugiendo, reliquæ vitia reſiſtẽdo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput 7.

Quia Corinthij iter rogauerãt Paulam de quibusdam quæ ad matrimoniũ et diuortiũ ac virginitatẽ pertinẽt, ideo illis oĩbus hoc in capite respõdet: matrimonium quidem vt licitũ & cõtra fornicationẽ indultũ remediũ nõ prohibens virginitatẽ vt maius bonũ eidẽ præferẽs: ꝓcipiẽs iis qui matrimonio iũcti sunt ne solutionẽ q̃rant & ab eo solutis nec nubant cõsulit tãq̃ misericordiam cõsecutus.

DE quibus autem scripsistis mihi, bonũ est homini mulierem non tangere. Propter fornicationẽ autem unusquisq; suam uxorem habeat, & una quæq; uirum suũ habeat. Vxori uir debitum reddat: similiter autẽ & uxor uiro. Mulier potestatẽ sui corporis non habet, sed uir. Similiter autẽ & uir sui corporis potestatẽ non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ, nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet uos Sathanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo autem omnes uos homines esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium donum habet ex deo: alius quidem sic, alius uerò sic. Dico autem non nuptis & uiduis, bonũ est illis si sic permanserint sicut & ego; quòd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quàm uri.

¶ Postq̃ Apostolus reprehendit fornicariũ & sustinentes eum. Hîc accedit ad tractãdum de matrimonio. Et circa hoc tria facit. Primò determinat de coniugatis matrimonio iunctis. Secũdò de virginibus, ibi [De virginib⁹ autẽ, &c.] Tertiò de viduis, ibi [Mulier alligata est, &c.] Circa primũ duo facit. Primò instruit eos qui non sunt matrimonio iuncti, vtrũ. s. debeant matrimonium contrahere. Secũdò manifestat quod dixerat, ibi [Hoc autem dico, &c.] Circa primũ duo facit. Primò manifestat quid circa hoc sit per se bonũ. Secundò quid necessariũ, ibi [Propter fornicationem autem, &c.] Circa primũ considerandum ꝙ in detestationem fornicationis contra quã locutus iam fuerat, aliqui non habentes zelũ dei secundũ scientiam intantum procedebant ꝙ etiam matrimoniũ condemnabant, secundum illud 1. Timo. 4, In hipocrisi loquentiũ mendacium prohibentiũ nubere. Et quia hoc durũ Corinthiis videbatur fidelibus, super hoc Apostolo scripserunt eius sententiã requirentes, & ideo Apostolus eis respõdet, Ita reprehẽdi ea quæ facitis, de quibus autem scripsistis mihi: respõdeo quantum ad matrimoniũ, bonum est homini mulierem non tangere. ¶ Circa quod notandũ ꝙ mulier data est viro ad adiutoriũ generationis: & in hoc differt vis generatiua à nutritiua, quia vis nutritiua deseruit homini ad conseruationem indiuidui. Vnde bonũ est homini nutrimẽto vti, quia ꝑ hoc eius vita cõseruatur: generatiua autẽ non deseruit homini ad conseruationẽ indiuidui, sed ad cõseruationem speciei. Vnde nõ potest dici, ꝙ bonum est homini ad suũ indiuiduum mulierẽ tangere: primò quidẽ quantum ad animã, quia vt Aug. dicit in secũdo soliloquiorũ, Nihil sic deiicit animã ab arce virtutis suæ sicut cõtactus ille corporũ, sine quo vxor haberi non potest, & ideo. Exod. 19. dicitur populo accepturo legẽ dei, Estote parati in diem tertiũ, & ne appropinquetis vxoribus vestris. 1. Reg. 21. dixit Achimelech ad Dauid, Si mũdi sunt pueri, maximè à mulieribus, mãducent panem sanctum. Secundò quantũ ad corpus quod vir subiicit per matrimoniũ potestati vxoris se ex libero seruũ constituẽs. Seruitus autẽ hæc præ omnibus aliis est amara. Vnde & Eccle. 7. dicitur, Inueni amariorẽ morte mulierem. Tertiò quantũ ad res exteriores quarũ occupatione necesse est hominẽ implicari qui habet vxorem & filios nutriẽdos, cùm tamen dicatur 2. Tim. 2, Nemo militãs deo implicat se negotiis secularibus vt ei placeat cui se probauit. ¶ Deinde cùm dicit [Propter fornicationẽ, &c.] Ostendit quid circa hoc sit necessariũ. Primò quantum ad cõtractum matrimonii. Secũdò quantum ad actũ matrimonii iam cõtracti, ibi [Vxori vir debitũ, &c.] Circa primum cõsiderandum est ꝙ actus generatiuę virtutis ordinatur ad conseruationẽ speciei per generationẽ filiorũ, & quia mulier data est viro in adiutoriũ generationis. Prima necessitas tãgẽdi mulierẽ est propter procreationem filiorũ. Vnde Gen. 1. dicitur, Masculũ & fœminã creauit eos, & benedixit eis deus & ait, Crescite & multiplicamini & replete terrã, sed hæc necessitas fuit circa institutionẽ humani generis quãdiu oportuit multiplicari populũ dei per successiõnem carnis. Sed Apostolus cõsiderans humanũ genus iam multiplicatum, & populũ dei iam esse augmentatũ, non propagatione carnis sed generatione quæ est ex aqua & spiritu sancto, vt dicitur Io. 3. prætermisit hanc necessitatẽ, qua. s. primitus institutũ fuerat matrimonium in officiũ naturæ, & proponit secundã necessitatẽ secundum quã institutum est in remediũ culpæ. Quia enim carnalis cõcupiscentia adhuc post baptismũ in fidelib⁹ remanet, licet nõ dominetur, instigat homines maximè ad actus venereos ꝓpter vehementiã delectationis. Et quia maioris virtutis est totaliter hãc cõcupiscentiã superare q̃ possit hominibus cõuenire, secundũ illud Mat. 19, Nõ omnes capiunt verbũ hoc. Necessariũ est ꝙ in parte cõcupiscentiæ cedatur, & in parte superetur, quod quidẽ fit dum actus generationis ratione ordinatur, & nõ totaliter homo concupiscẽtia ducitur, sed magis concupiscẽtia subditur rationi. Habet autem hoc ratio naturalis ꝙ homo vtatur generationis actu, secundũ quòd conuenit generationi & educationi filiorũ: hoc autẽ in brutis animalibus inuenitur quòd in quibuscũq; speciebus animaliũ sola femina non sufficit ad educationẽ prolis, masculus simul nutrit prolem cum fœmina, & ad hoc exigitur quòd masculus cognoscat propriã prolem: & ideo in omnibus talibus animalibus, vt patet in colũbis, turturibus & huiusmodi, naturaliter indita est sollicitudo de educatione prolis, & ꝓpter hoc in huiusmodi nõ sunt vagi & indifferẽtes cõcubitus, ex quibus sequeretur incertitudo ꝓlis, sed masculus determinatus determinatæ fœminæ cõiungitur, nõ indifferenter quælibet cuilibet: ficut accidit in canibus & aliis huiusmodi animalibus, in quib⁹ sola fœmina nutrit prolẽ. Maximè autẽ in specie humana masculus requiritur ad prolis educationẽ, q̃ nõ solùm attenditur secundũ corporis nutrimentũ, sed magis secundum nutrimentũ animæ, secundũ illud Heb. 12, Patres quidẽ carnis nostræ habuimus eruditores & reuerebamur eos, & ideo ratio naturalis dictat quòd in specie humana nõ sint vagi & incerti cõcubitus quales sunt concubitus fornicarii, sed sint determinati viri ad determinatã fœminã, quæ quidẽ determinatio fit per legẽ matrimonii. Sic igitur triplex bonũ habet matrimoniũ, primum quidẽ quod est in officiũ naturæ, prout. s. ordinatur ad generationẽ & educationẽ prolis, & hoc bonũ, est bonũ, prolis. Secundum bonũ habet prout est in remediũ concupiscẽtiæ, quæ s. coartatur ad determinatã personam & hoc bonũ dicitur fides, quã. s. vir seruat vxori suæ non accedẽs ad aliam, & similiter vxor viro. Tertiũ bonum habet prout in fide cõtrahitur Christi, quod quidẽ bonum dicitur sacramẽtum inquantũ significat coniunctionẽ Christi & ecclesiæ, secundũ illud Ephe. 5, Sacramentum hoc magnũ est, ego autẽ dico in Christo, & ecclesia: hoc est ergo quod dicit, Dictũ est quod bonũ est homini mulierẽ non tãgere, sed quia ad hoc bonũ non sunt omnes homines idonei, vnusquisq; vir ꝓpter fornicationẽ. s. vitandã, suam vxorẽ habeat. i. sibi determinatã, vt tollantur vagi & incerti cõcubitus, quod pertinet ad fornicationem. Vnde & Prouer. 5, Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Et postea subditur, Quare seduceris fili mi ab aliena? ¶ Deinde cùm dicit [Vxori vir debitũ reddat, &c.] Agit de vsu matrimonii contracti. Et primò agit de debito reddendo. Secundò de debiti intermissione, ibi [Nolite fraudare, &c.] Circa primũ duo facit. Primo proponit quod intẽdit, dicens, Dictũ est ꝙ vir habeat vxorem, & vxor virũ, habendi autẽ hæc est ratio, vt vir reddat debitũ vxori. s. de suo corpore per carnalem cõmixtionem, similiter autẽ & vxor viro, quia quantũ ad hoc ad paria iudicantur. Vnde mulier nõ est formata de pedibus viri tanquã ancilla, nec de capite tanquã domina, sed de latere tanquã socia, vt legitur Gene. 2. Vnde & mutuò debẽt sibi debitum reddere, secundũ illud Ro. 14. Reddite omnibus debita. Secundò assignat debiti rationem, dicens [Mulier non habet potestatẽ sui corporis]. s. ad actũ generationis, vt. s. possit proprio arbitrio vel cõtinere. s. vel alteri se tradere: sed vir. s. habet potestatẽ sui corporis, quantũ ad vsum carnalis copulæ, & ideo vxor debet viro proprii corporis officiũ offerre. Similiter autẽ & vir sui corporis potestatẽ non habet, sed mulier, &c. Vnde & ipse debet sui corporis officiũ offerre vxori, legitimo impedimento cessante. Vnde & Gene. 2. dicitur, Adherebit vxori suæ & erunt duo in carne vna. ¶ Deinde cùm dicit [Nolite fraudare inuicem, &c.] Agit de intermissione debiti reddẽdi. Et primò ostẽdit qualiter intermitti debeat actus coniugalis. Circa quod docet vnũ esse cauendum, ne. s. hoc per fraudẽ fiat, dicens [Nolite fraudare inuicẽ] vt. s. velit vir cõtinere inuita vxore, aut etiã econuerso. Quòd Apostolus fraudẽ nominat, quia vnus subtrahit alteri quod ei debetur, quod ad fraudẽ pertinet, non minus in actu matrimonii q̃ in aliis rebus. Vnde & Prouer. 12. dicitur, Non inueniet fraudulentus lucrũ, quia. s. ille qui tali fraude continentiã deo offert, nõ lucratur meritũ vitæ eternæ. Sicut enim dicit Aug. non vult deus tale lucrũ tali damno cõpensari, vt dum vnus coniugũ continet altero inuito ille incidat in dãnabiles corruptelas. Tria autem docet obseruanda in tali intermissione: quorũ primum est vt fiat ex cõmuni consensu. Vnde dicitur Eccle. 25, In tribus beneplacitũ est spiritui meo quæ sunt probata corã deo & hominibus. Cõcordia fratrum, amor proximorũ, vir & mulier bene sibi cõsentientes. Secundũ est vt sit ad certum tempus. Vnde subdit, Nisi fortè ad tẽpus, secundum illud Eccl. 3, Tẽpus amplexandi & tẽpus longè fieri ab amplexibus. Tertiũ est vt hoc fiat propter debitum finẽ. s. causam spiritualium actuũ ad quos cõtinẽtia reddit magis aptos. Vnde subdit, Vt vacetis orationi, secundũ illud Ioel. 2, Sacrificium & libamen domino deo nostro. Et postea subdit. Egrediatur spõsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Secũdò agit de reiteratione coniugalis actus: & primò ponit documentũ, dicens, Iterum reuertimini in idipsum, vt. s. vobis inuicem debitum reddatis finito tẽpore orationis. Vnde & 3. Reg. 8. dicitur, Quòd celebratis dedicationis solenniis profecti sunt in tabernacula sua lætãtes. Secundò assignat rationẽ documenti. Non enim hoc dicit quasi sit necessarium ad salutẽ, sed ad periculũ vitandũ. Vnde subdit, Ne tentet vos sathanas. i. nè sua tentatione vos prosternat, sicut etiã dicitur 1. Thes. 3, Ne fortè vos tẽtauerit is qui tẽtat & inanis sit labor noster. Tentatio autẽ sathanæ nõ est fortibus timenda, de quibus dicitur 1. Io. 2, Scribo vobis iuuenes quoniã fortes estis, & verbum dei manet in vobis & vicistis malignum. Est autẽ timenda debilibus. Vnde subdit. Propter incontinẽtiam vestrã. i. propter pronitatem ad incontinentiã, ex quo contingit ꝙ diabolus hominẽ tentando prosternit & prouocatur ad tentandũ, secundũ illud 1. Pet. vlti. Circuit quærens quẽ deuoret. ¶ Deinde cùm dicit [Hoc autẽ dico, &c.] Manifestat quo sensu prædicta sunt accipiẽda. Et primò facit quod dictũ est. Secundò rationẽ assignat, ibi [Volo autẽ, &c.] Tertiò exponit quod dixerat, ibi [Dico autẽ. &c.] dicit ergo primò, Dixi quòd vnusquisq; suã vxorem habeat & vnaquæq; mulier virũ suum, & iterũ ꝙ post continentiã determinati tẽporis, iterum reuertamini in idipsum, hoc autẽ dico secundũ indulgentiam. i. parcẽs infirmitati vestræ, non secundũ imperium, quasi. s. vobis necessariũ ad salutem. Subditis enim sunt quædã eorum infirmitati indulgẽda, & non ad bona imperio cogẽdi. Vnde contra quosdã prẽlatos dicitur Ezech. 34, Cum austeritate imperabatis eis & cum potẽtia, & dispersi sunt greges mei. ¶ Sed videtur Apostolus incõuenienter loqui. Indulgẽtia enim non est nisi de peccato. Per hoc ergo ꝙ Apostolus secundũ indulgentiã se dicit matrimonium cõcessisse, videtur exprimere ꝙ matrimoniũ sic peccatum. Sed ad hoc potest respõderi dupliciter. Vndò modo vt indulgẽtia sumatur hîc pro permissione. Est autẽ duplex permissio. Vna quidẽ de minus malo, sicut dicitur Mat. 19, Quòd Moyses permisit Iudæis dare libellũ repudii propter duriciã cordis eorum. s. ad vitandum vxoricidiũ ad quod erant proni. Talis enim permissio nõ fit in nouo testamẽto pro pter sui perfectionẽ, secundum illud Hebr. 6, Ad perfectũ feramur. Alia autẽ est permissio de minus bono, cùm, scilicet, homo præcepto nõ cogitur ad maius bonum, & hoc modo Apostolus hîc indulget, id est, permittit matrimoniũ quod est minus bonum quàm virginitas, quæ non præcipitur quæ est maius bonũ. Alio modo potest accipi indulgẽtia prout respicit culpam, secundũ illud Esa. 26, Indulsisti domine, indulsisti gẽti. Et secundũ hoc indulgentia refertur ad actum coniugalem secundũ quòd habet annexam culpã veniale, tamen propter bona matrimonii sine quibus esset mortalis. Vnde considerandum est ꝙ actus coniugalis quãdoq; quidẽ est meritorius & absq; omni culpa mortali vel veniali, puta cùm ordinatur ad bonum prolis procreãdæ & educãdæ ad cultum dei. Sic enim est actus religionis. Vel cùm fit causa reddẽdi debitũ, sic enim est actus iustitiæ. Omnis autẽ actus virtutis est meritorius si sit cum charitate. Quandoq; verò est cum culpa veniali. s. cùm quis ad actum matrimonialẽ ex concupiscentia excitatur, quæ tamen infra limites matrimoniis sistit, vt. s. cum sola vxore sit cõtentus. Quandoq; verò est culpa mortalis, putà cùm cõcupiscẽtia fertur, extra limites matrimonii. s. cùm aliquis accedit ad vxorẽ æque libenter vel libẽtius ad aliam accessurus. Primo ergo modo actus matrimonii nõ requirit indulgentiã. Secundo modo habet indulgentiã inquãtum aliquis cõsentiens concupiscẽtiæ in vxorẽ non fit reus peccati mortalis. Tertio modo omnino indulgentiam non habet. ¶ Deinde cùm dicit, Volo autẽ, &c.] Assignat rationẽ eius quod dixerat, & primò quare non loquatur secundũ imperium. Secundò quare loquatur secundũ indulgentiam, ibi [Sed vnusquisque, &c.] Circa primum considerandũ est ꝙ nullus sapiens præcipit illud cuius contrariũ magis vult fieri. Ideo Apostolus non præcipit quòd homines matrimoniũ contrahant vel matrimonio contracto vtantur, quia magis vult quòd homines contineant, & hoc est quod dicit, Volo autẽ omnes homines esse sicut me-

Triplex matrimonij bonum.

Pares sunt vir et vxor quãtum ad actũ matrimonij et redditionẽ debiti.

Permissio duplex. Elicitur ex his repudiũ illicitum.

ipsum,vt.ſ.contineant,ſicut ego contineo.Et ſimiliter dicit Act.26, Opto apud deum omnes qui audiunt fieri tales qualis ego ſum. ¶Sed contra hoc videtur eſſe,quia ſi omnes homines cõtinerent, ſicut Apoſtolus cõtinebat,ceſſaſſet generatio,& ſic nõ fuiſſet impletus numerus electorum,quod erat cõtra diſpoſitionem diuinam.Dicũt quidã quòd Apoſtolo reuelatum erat,quòd ſi omnes homines ſaluarentur in continẽtia viuentes ſicut ipſe viuebat,ſufficiebat ad implendũ numerum electorum.Sed hoc nulla authoritate fulcitur,& ideo poteſt dici quòd Apoſtolus volebat omnes homines eſſe cõtinẽtes,quia,ſcilicet, volebat hoc de ſingulis,non tamen volebat quòd omnes ſimul continerent.Vel poteſt dici & melius quòd volebat omnes homines eſſe continentes voluntate antecedente,ſicut ipſe dicit 1.Timo.2,Quòd deus vult omnes homines ſaluos fieri,non autẽ voluntate conſequente qua deus vult quoſdã ſaluare.ſ.prædeſtinatos,& quoſdam damnare.ſ.reprobatos,ſecundũ illud Malac.1,Iacob dilexi,Eſau autẽ odio habui.Eſt autem voluntas antecedens de eo quod abſolutè conſideratum eſt melius ſicut omnes homines eſſe ſaluos,vel continentes: voluntas autẽ conſequens eſt de eo quod eſt melius,conſideratis circũſtantiis perſonarum,& negotiorũ,& ſecundum hoc deus vult quoſdam damnari,& Apoſtolus quoſdam matrimonio iungi. ¶Deinde cùm dicit[Sed vnuſquiſq;.]Aſsignat rationẽ quare ſecundum indulgentiam matrimoniũ permiſerit,quia,ſcilicet, non quilibet tantæ virtutis donum accepit à deo,vt,ſcilicet,poſsit totaliter continere, ſicut & dominus dixit Mat.19,Non omnes capiũt verbum hoc,ſed qui capere poteſt,capiat:& hoc eſt quod dicit, vellẽ quidẽ omnes eſſe continentes:ſed vnuſquiſq; proprium,id eſt,ſecundum certã menſuram habet donum ex deo: alius quidem ſic,putà vt in virginitate deo ſeruiat:alius verò ſic,id eſt,vt deo ſeruiat in matrimonio,ſecundum illud Matth.25,Vni dedit quinq; talenta,alii verò duo,alii verò vnũ,vnicuiq; ſecundũ propriã virtutem.Et ſapien.8,Sciui quoniã aliter non poſſum eſſe cõtinens,niſi deus det,& hoc ipſum erat ſapiẽtiæ ſcire,cuius eſſet hoc donum. ¶Deinde cùm dicit [Dico autẽ,&c.] Exponit quod obſcurè dixerat, & primò quantum ad hoc quod dixerat,Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum,quia,ſcilicet,hoc eſt abſolutè melius.Vnde dicit[Dico autẽ.]ſcilicet,exponẽdo:non nuptis,id eſt,virginibus & viduis,bonũ eſt illis ſi ſic permanſerint,ſcilicet,cõtinenter ſicut ego,ſecundũ illud Sapiẽt.4, Quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate.Secundò quãtum ad hoc quod dixerat [Sed vnuſquiq;,&c.] quaſi dicat,quia non quilibet hoc donũ cõcepit à deo vt cõtineat.Vnde dicit quòd ſi non cõtinent,id eſt,ſi donũ continendi nõ acceperunt,nubãt, id eſt,matrimonio iungantur,ſecundũ illud 1. Timot.5, Volo iuuenes nubere:& aſsignat rationẽ ſubdens. Melius eſt enim nubere,quã vri.i.concupiſcentia ſuperari.Concupiſcẽtia enim eſt calor quidã noxius: qui ergo concupiſcẽtia impugnatur,caleſcit quidem, ſed nõ vritur niſi humorẽ gratiæ perdat à cõcupiſcentia ſuperatus.Vnde Iob 31.dicitur,Ignis eſt vſq; ad cõſummationem deuorans & vniuerſa eradicans germina. Eſt autem hîc attẽdendum quòd Apoſtolus vtitur abuſiua cõparatione.Nam nubere bonum eſt,licet minus, vri autẽ eſt malum.Melius eſt ergo,id eſt,magis tollerãdum,quòd homo minus bonum habeat,quàm quòd incurrat incõtinentiæ malum,& hoc eſt quod ſuprà dixit,propter fornicationẽ,ſcilicet,vitandã vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat,&c. Et poſtmodum ne tentet vos ſathanas propter incontinentiam veſtram.

Quid volũtas antecedens & cõſequens.

Lectio 2.

De indiſſolubilitate matrimonij propter eos qui ſunt cultus eiusdẽ & eos qui ſunt diuerſi cultus.

His autem qui matrimonio iuncti ſunt,præcipio nõ ego,ſed dominus,uxorem à uiro non diſcedere. Quòd ſi diſceſſerit manere innuptam:aut uiro ſuo reconciliari:& uir uxorẽ non dimittat.Nam cæteris dico ego non dominus,Si quis frater uxorem habet infidelẽ,& hæc conſentit habitare cum illo,nõ dimittat illam.Et ſi qua mulier fidelis habet uirum infidelẽ,& hic conſentit habitare cũ illa,nõ dimittat uirum.Sanctificatus eſt enim uir infidelis per mulierem fidelem,& ſanctificata eſt mulier infidelis per uirum fidelem.Alioquin filij ueſtri immundi eſſent,nunc autem ſancti ſunt. ¶Suprà Apoſtolus poſuit documenta de cõtractu matrimonii:hîc inſtituit eos qui iam matrimoniũ contraxerunt de matrimonio nõ diſſoluẽdo:& primò docet eos qui ſunt in matrimonio iuncti;vt in matrimonio maneant:ſecundò ponit vtilem doctrinã quantũ ad omnes ſtatus vel conditiones hominũ, ibi [Vnum quemq; ſicut vocauit deus,&c.]Circa primũ duo facit,primò agit de indiſſolubilitate matrimonii quantũ ad eos qui ſuntvnius cult⁹,ſecũdo quantũ ad eos qui ſunt in diſpari cultu,ibi[Nã cęteris ego dico,&c.]Circa primũ duo facit,primò ponit pręceptũ de indiſſolubilitate matrimonii:ſecundò docet quid ſit ſeruandũ quãdo matrimoniũ quodãmodo ſeparatur,ibi[Quòd ſi diſceſſerit,&c.]Dicit ergo primò,dixiſſe nõ nuptis i.virginibus & viduis ꝙ melius eſt eis ſi ſic permãſerint:his autẽ qui matrimonio ſunt cõiuncti nõ patet ea dem cõditio:his enim præcipio nõ ego.ſ.indicta mihi authoritate,ſed dominus hoc pręcepit,dicens,Matt. 15,Quos deus coniunxit,homo nõ ſeparet,pręcipio inquam vxorẽ à viro nõ diſcedere,& ſubintelligendũ eſt excepta cauſa fornicationis quã Chriſtus excepit:& hîc tacetur, quia nouiſsima eſt.Hãc ſolã excepit dominus,cæteras omnes moleſtias iubet pro fide cõiugii fortiter ſuſtineri.Mat.19,Quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuam & aliã duxerit excepta cauſa fornicationis,mechatur.Hoc autẽ quod dicitur hîc ſecundũ glo.Aug. intelligitur de cõiunctis matrimonialiter,quorũ vterq; fidelis eſt ꝙ ſi diſceſſerit.ſ.propter cauſam fornicationis,præcipio,inquã,manere innuptã viuente marito,quia ſi ſoluitur matrimoniũ quo ad thorum , nõ tamẽ quo ad vinculũ,aut viro ſuo reconciliari.ſ.ſi vir nõ continet,& ſimiliter vir vxorẽ non dimittat,niſi ob cauſam fornicationis.Similis forma in viro & in muliere ſeruatur.Vnde ſupplendũ eſt qđ de vxore prẽmiſit.ſ. ꝙ ſi omnino dimiſit,nõ ducat aliam,vel recõcilietur vxori.Sed cõtrarium videtur dicere.Ambroſi.vnde dicit,Ideo nõ ſubdit de viro ſicut de muliere:quia licet viro aliam ducere , quia inferior nõ omnino hac lege vtitur qua & ſuperior.Sed magiſter dicit à falſariis eſſe appoſitum , & ideo nulla tenus eſt tenendum.

Eliciturmatrimonium nõ diſſolui per adulteriũ niſi quo ad thorum Septẽ caſus in quib⁹ vir nõ põt vxorẽ dimittere propter fornicationem:nec econtra.

¶Notandum eſt hîc quòd ſeptem ſunt caſus in quibus vir non poteſt ob cauſam fornicationis vxorem dimittere . Primus caſus quando ipſemet eam proſtituit . Secundus quando ipſe cum alia fornicatus fuerit. Tertius quando ipſe ei occaſionem fornicandi dedit, vt quia non vult reddere debitum. Quartus quando ipſa credens probabiliter virum mortuũ,alteri nupſit. Quintus quando violenter ab aliquo oppreſſa fuit. Sextus quando ſub ſpecie viri ſui ab altero cognita fuit. Septimus quando fuit à viro poſt adulterium manifeſtè deprehenſum nihilominus retenta. ¶Deinde cùm dicit[Nam cæteris dico,&c.] Agit de inſeparabilitate matrimonii diſparis cultus , cùm alter eſt fidelis,alter non . Vbi primò dicit quòd fidelis non dimittat

mittat infidelem volentem ſine contumelia creatoris cohabitare,ſecundò ꝙ ſi non vult fidelis non tenetur eũ ſequi,ſed poteſt alteri nubere,ibi[Quòd ſi infidelis diſcedit,&c.]Tertiò ꝙ niſi infidelis prior recedat fidelis debet patienter cõmanere,ibi[Vnde enim mulier,&c.]In prima primò ponit admonitionẽ.Secundò admonitionis rationẽ,ibi[Sanctificatus eſt enim,&c.]In prima primò loquitur generaliter tam viris ꝙ fœminis.ſecũdò ſpecialiter viris,ibi[Siquis frater,&c.]tertiò ſpecialiter fœminis,ibi[Et ſiqua mulier,&c.]Dicit ergo,Nam cæteris.i.vbi non vterque fidelis eſt, ſed alter fidelis,alter infidelis.dico ergo cõſulendo non præcipiendo.non dominus dixit hoc proprio ore,acſi dicat,& hoc dico ex deo, licet ipſe nõ dicat hoc ore proprio.dico inquã hoc,ſiquis frater fidelis cõuerſus.ſ.ad fidẽ in coniugio. Intelligitur enim hoc de his qui in infidelitate cõtraxerunt,nõ de his qui in diſpari cultu.Tunc enim nullum eſſet matrimonium,ſed eſſent parandi,ſicut fecit Eſdras.1.Eſdræ 10,Siquis inquam,habet talem vxorem infidelem & hæc cõſentit habitare cũ illo ſine cõtumelia.ſ.creatoris,non dimittat illam:conſiliũ eſt,non præceptum,vt qui contrarium agit,non ſit tranſgreſſor ſecũdum glo. ¶Deinde cùm dicit,[Et ſiqua mulier]hîc loquitur ſpecialiter fœminis,vbi primò ſupponit fidem in aliquo cùm dixit,[Et ſiqua mulier.] Secundò infidelitatem in altero,cùm addit,(Virũ infidelem.)Tertiò infidelis voluntatem cohabitandi,ibi[Et hic conſentit.]Quartò conſulit fideli cõmanere illi,ibi[Non dimittat.]Dicit ergo,& ſimiliter ſiqua mulier fidelis habet virum infidelem,& conſentit habitare cum illa ſine cõtumelia creatoris:nã ſi nollet cohabitare ſine contumelia nominis Chriſti,debet fidelis eum dimittere,quia contumelia creatoris ſoluit matrimonium ſecundum glo. & poteſt fidelis contrahere,ſi inquam ita eſt,non dimittat virum:conſilium eſt,non præceptũ:licet enim infidelem fideli dimittere,ſed tũc non expediebat. ¶Deinde cùm dicit,[Sanctificatus eſt vir]poſita admonitione hîc ponit admonitionis rationem,vbi allegat exemplum.Secundò periculum,ibi [Alioquin,&c.] Tertiò fructum,ibi[Nunc autem ſancti,&c.] In prima primò exẽplificat de viro infideli, ſecundò de muliere,ibi [Et ſanctificata eſt mulier,&c.]Dicit ergo,ſanctificatus eſt, quaſi dicat, fidelis infidelem volentem cohabitare, non dimittat.hoc ideo dico,ſanctificatus eſt enim,&c.Hoc dupliciter legitur.Primo modo ſic,ſanctificatus eſt enim vir infidelis,aliquando per mulierem fidelem,id eſt aliquãdo contingit quòd vnus per alium conuertitur ad fidem,& ſic ſanctificatur,& hoc iam fortè contigerat,ſicut Siſinnius per Theodarã Romæ tempo reClementis conuerſus eſt,& ſimiliter ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem,ſcilicet per ipſius admonitionem & doctrinam. Alio modo legitur ſic, Ita fidelis infidelem non dimittat.[Sanctificatus eſt enim vir, &c.] id eſt nullam immunditiam contrahit fidelis ex cohabitatione vel ex commixtione cum infideli,ſed ſeruat veram pudicitiam ſecũdum Auguſtinum. ¶Deinde cùm dicit,[Alioquin filii,&c.]Hoc legitur dupliciter:vno modo de filiis naſcituris.Alio modo de iã natis. Primo modo ſic,Alioquin,ſcilicet ſi diſceditis,&vos aliis copulatis:filii veſtri qui de hac copula naſcerentur immundi eſſent,ſcilicet ſpurii,quia non de legitimo matrimonio.Nunc autem ſi permanetis,ſancti ſunt,id eſt mundi,quia de legitimis coniugiis nati.Secundo modo legitur ſic , Alioquin.ſ. ſi diſceditis filii veſtri iam nati immundi eſſent.i.in infidelitate remanerent ſequentes.ſ.maiorem partem quæ tunc erat infidelium, nunc autem ſi permanetis,ſancti ſunt.i.Chriſtiani fiunt. ¶Deinde cùm dicit,[Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem,]Thema in feſto beatæ Cecilię,quæ conuertit virum ſuum ad fidem.Inter omnia quæ regunt hominem in via ſaluris,&c.Hoc oſtẽdit Cecilia facto ſecundũ quod hîc dicitur,[Sanctificatus eſt vir,&c.]In quibus verbis tria cõmendant ipſam.ſ.natura,gratia & doctrina.Natura humana quæ notatur in muliere:gratia quæ notatur in viri ſanctificatione,vt ſibi ſit nobilis per naturam,deo humilis per fidem,proximo vtilis per doctrinam: doctrina enim redditur cõmendabilior conſideranti actũ,obiectum,& oppoſitũ.Actus eſt ſanctificare,obiectum eſt vir,oppoſitũ eſt infidelitas.Infidelitas eſt culpa tenacior:virilitas ſexus robuſtior: ſanctificare actus difficilior.Et tamen cùm eſſet mulier per doctrinã ſuam cõuertit incredulum,emoliuit robuſtũ,mundauit immundũ,& ſic ſanctificauit infidelem virum.Multæ verò ſunt proprietates mulieris cõmendabiles, quæ huic cõueniunt,vt ſint tres proprietates quo ad actũ cordis,tres quo ad actũ oris,& tres quo ad actum operis.Tres primæ ſunt ſapiẽtia ex parte rationalis.Prou.9,Sapiẽs mulier ædificat ſibi domũ.Mundicia ex parte cõcupiſcibilis.Eccleſ.40,AEdificatio ciuitatis confirmabit nomen,& ſuper eam mulier immaculata cõputabitur.Cõſtantia ex parte iraſcibilis.Ruth 3,Scit omnis populus te eſſe mulierem virtutis,&c.tres ſecundæ ſunt modeſtia contra multiloquiũ.Eccle.26,Mulier ſenſata & tacita non eſt immutatio animæ eruditę.Veritas contra mẽdacium.Iudith 8,Omnia quæ locuta es vera ſunt.Diſcretio contra ſtultiloquium.1. Reg.25,Erat mulier prudẽtiſsima & ſpecioſiſsima. Iudith 11, Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, & in pulchritudine & in ſenſu verborũ. Tres vltimæ ſunt ſanctimonia in facto. Iudith 8,Ora pro populo, quia mulier ſancta es.Verecundia in ſigno. Eccleſiaſt.26, Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. Gratia in conuerſando.Prouerb.11,Mulier gratioſa inueniet gloriam. Propter eminentiam horum dicitur de beata virgine Maria,Benedicta tu in mulieribus

Pro ſancta Cecilia.

Lectio 3.

Docetur ꝙ pars fidelis non obligatur infideli ſi velit diſcedere infidelis,ſi autẽ cohabitare velit,ferat fidelis patienter,tandem dat documẽtũ generale cũ exẽplis.

Quòd ſi infidelis diſcedat,diſcedat:non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater uel ſoror in eiuſmodi . In pace autem uocauit uos deus.Vnde enim ſcis mulier ſi uirum ſaluum facies? Aut unde ſcis uir ſi mulierem ſaluam facies?niſi unicuique ſicut diuiſit dominus . Vnumquenque ſicut uocauit deus, ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſiis doceo . Circunciſus aliquis uocatus eſt, non adducat præputium . In præputio aliquis uocatus eſt, non circuncidatur. Circunciſio nihil eſt , & præputium nihil eſt , ſed obſeruatio mandatorum dei . Vnuſquiſque in qua uocatione uocatus eſt,in ea permaneat.

¶Superius oſtẽdit ꝙ fidelis nõ debet dimittere infidelem cohabitare volentẽ,hîc autẽ dicit ꝙ ſi non vult cohabitare,non tenetur fidelis eum ſequi:ſed poteſt alteri nubere:vbi primò ponitur ipſa cõceſsio.ſecundò cõceſsionis ratio duplex,prima eſt libertas,ibi[Nõ eſt enim ſeruituti,&c]Secunda eſt pacis trãquillitas,ibi (In pace autem,&c.)Dicit ergo ꝙ ſi infidelis vel mulier diſcedit à fideli,odio fidei,diſcedat: & poteſt fidelis qui dimittitur cõtrahere.primum enim matrimoniũ diſſolubile erat,quia nunquam fuit ratum. Non enim ſeruituti.ſ.coniugali ſubiectus eſt frater aut ſoror fidelis.i. non cogitur ſequi infidelem odio fidei diſceden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem,ſicut dicit glo.Io.8,Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis,[In pace autem],q.d.Ideo diſcedat fidelis, quia in pace vocauit nos deus.i.non debemus litigare cum eo qui odio diſcedit. Vel ſic, Quanuis ita ſit q̃ fidelis non eſt ſubiectus ſeruituti,nihilominus tamen non debet occaſionem diſcordiæ & diſsidii præbere, ſed pacem ſeruare. In pace autem vocauit nos deus.Non eſt enim deus diſſenſionis,ſed pacis,infrà 11.

¶ Deinde cùm dicit,[Vnde enim ſcis mulier,&c.]hîc dicit q̃ ſi infidelis nõ diſcedat, fidelis debet patiẽter cõmanere.Ad quod allegat primò ſpẽ alienæ conuerſionis.Secũdò permanentiã in ſtatu propriæ vocationis,ibi[Vnũquenque ſicut vocauit deus,&c.] Tertiò exẽplum in ritu cõuerſationis,ibi[Circũciſus aliquis, &c.]Quartò exẽplum in ſtatu conditionis,ibi[Seruus vocatus es,&c.]In prima primò innuit q̃ mulier fidelis cõmanendo virum ad fidem poteſt cõuertere. Secundò q̃ ſimiliter vir fidelis mulierem infidelem poteſt ſaluare,ibi [Aut vnde ſcis hoc vir,&c.] Tertiò q̃ ideo debent patienter cõmanere,ibi [Niſi vnicuique, &c.]Dicit ergo,vnde enim ſcis.q.d.verè debet manere fidelis cum infideli, quia vnde ſcis.i.ſcire potes ô tu mulier fidelis,ſi virum infidelem ſaluum facies, eum.ſ.cõmouendo & cõuertendo ad fidem.q.d.hoc poteſt cõtingere.Ambroſius hoc ideo dicit,quia forſan poteſt credere qui horret nomen Chriſti. Aut vnde ſcis.i. ſcire potes ô tu vir fidelis,ſi mulierem infidelem ſaluam facies,eam ad fidem conuertendo,quia hoc ſperare debes.[Niſi vnicuique,]hoc dupliciter legitur.vno modo ſic,Vnde ſcis hoc,niſi ita habeas te,ſupple ad tuũ comparem,ſicut dominus diuiſit vnicuique.ſ.viro præeſſe,& mulieri ſubeſſe.Secundo modo ſic,Vnde ſcis hoc niſi,ſupple,patienter expectes fieri,ſicut diuiſit dominus vnicuique.i. ordinauit de vnoquoque quãdo credat & quando ſaluetur.Ergo tu debes expectare & commanere.Rom.12,Vnicuique ſicut diuiſit dominus. ¶ Deinde cùm dicit,[Vnumquenque ſicut vocauit,&c.] hîc oſtendit quòd fidelis debet manere cum infideli coniuge,allegans permanentiam in ſtatu propriæ vocationis.Primò ergo allegat diuinam vocationem. Secundò ſuam authoritatem,ibi [Sicut in omnibus eccleſiis,&c.] Dicit ergo, vnumquenque.q.d.& quomodo ſcis hoc ô vir & mulier,niſi quilibet ambulet perſeuerãter:ita ſicut deus vocauit vnumquenque, id eſt,in eo ſtatu in quo deus vocauit vnumquenque,non autem quomodo ſint:quaſi dicat, & hoc ita prædico in eccleſia veſtra,ſicut in omnibus eccleſiis.Turpis enim eſt pars quæ ſuo toto non conuenit.Eſt ergo ſua ratio talis,vnuſquiſque debet manere in eo ſtatu in quem deus vocauit, ergo ſi vocauit aliquos in coniugium,debent manere in ipſo.Haymo,Si habeas vxorem maneas cũ ea,& ſi non habeas,ducere non cupiſcas. ¶ Deinde cùm dicit,[Circunciſus aliquis,&c]hîc ponit exemplum:vbi primò ponit ipſum exemplum.Secundò exempli rationem,ibi [Circunciſio enim nihil eſt.] Tertiò regulam generalem,ibi[Vnuſquiſque in qua vocatione.]Ponit autem exemplum in ritu viuendi:primò Iudæorum: ſecundò Gentilium, ibi[In præputio aliquis vocatus eſt,&c.]Dicit ergo,circunciſus es,&c.quaſi dicat,vnuſquiſque ambulet in eo ſtatu in quo vocatus eſt: verbi gratia, circunciſus quis vocatus eſt, id eſt in ritu Iudaico, nõ adducat, id eſt,non cogatur adducere præptium,id eſt ritus Gentilium.In præputio,id eſt in ritu Gentili quis vocatus eſt,non circuncidatur,id eſt non cogatur ad ritus Iudaicos.Auguſtinus,Seruat ibi Apoſtolus quod cõgruit eccleſiis,ſiue Iudæorum,ſiue Gentilium:nunquam enim aufert conſuetudinẽ quæ ſeruata non impedit ſalutem,ergo ſi coniugium non impediat,debent vocati in coniugio,cõmanere. ¶ Deinde cùm dicit,[Circunciſio enim nihil eſt]hîc ſubdit rationem exempli,quæ talis eſt,Ritus non impediens ſalutem,non debet mutari propter vocationem ad fidem,ſed ritus tam Iudaicus quàm Gentilis eſt huiuſmodi,ergo,&c. A ſimili ergo arguit in matrimonio.Primò ergo tangit quod eſt ad ſalutem indifferens:ſecundò quod eſt neceſſarium & expediens,ibi [Sed obſeruatio mandatorum,&c.] Dicit igitur, circunciſio nihil eſt.i. nihil prodeſt,& preputium nihil eſt,id eſt nihil prodeſt vel obeſt:quaſi dicat talis vel talis ritus viuendi nihil proficit ad ſalutem.Gal.vlt.In Chriſto Ieſu nec circunciſio aliquid valet,nec præputiũ,ſed noua creatura. Ambroſ.Ad ſalutem nec prodeſt nec obeſt Iudaicus aut Gentilis ritus,ſed obſeruatio mandatorum dei aliquid prodeſt.Sapient.6,Cuſtoditio legum,conſummatio eſt incorruptionis. ¶ Deinde cùm dicit, [Vnuſquiſque in qua vocatione,&c.]hîc concludit regulam generalem,dicens,vnuſquiſque,&c.quaſi dicat,Ita Gentilis non iudicatur ad circunciſionem,nec econuerſo: ſed potius vnuſquiſque in qua cõditione vocatus eſt in ea,ſcilicet conditione vocationi non repugnante, in ea permaneat, & in qua,non à qua in glo. Auguſt. hoc enim ad eas conſuetudines vitæ retulit quæ nihil obſunt fidei bonĩſque moribus:ſicut enim cõiunx,ſic & latro ad fidem vocatur . Sed ille in coniugio manet,non à coniugio reuocatur. Iſte verò à latrocinio reuocatur , & in latrocinio non manet . Non enim neceſſe eſt vt coniuges deſinant eſſe coniuges propter Chriſti fidem,ſicut neceſſe eſt vt latrones deſinant eſſe latrones. ¶ Hîc quæritur ſuper illud,vxorem à viro non diſcedere, quare ſolam cauſam fornicationis dominus excipit, cæteras verò omnes moleſtias iubet fortiter ſuſtineri. ¶ Contrà,Leuit.13,Præcipit lex leproſum extra caſtra eiicere, ergo pro lepra debet vxor à viro diſcedere.Reſpondeo,licet poſsit ob lepram diſcedere à cohabitatione,non tamen à thoro quin aliquando teneatur reddere debitum,prope eam manendo. Item à viro ſuo reconciliari. ¶ Contrà, Deuter. 24.dicitur,Quòd ſemel repudiata,non poteſt amplius reconciliari.Reſpondeo,Illud habebat locum in repudio legali,iſtud verò in diuortio euangelico.Lex enim erat ſeueritatis,ſed euangelium pietatis. Item ſuper illud,vir vxorem non dimittat. glo.notabilis non ſubdit de viro ſicut de muliere, quia licet viro aliam ducere. ¶ Contrà Auguſt.dicit quòd ſimilis forma debet ſeruari in viro & muliere. Reſpondeo,Illud primum in libris Ambroſii à falſariis creditur additum.Vel dicendum quòd illud Ambroſii intelligitur in repudio,hoc autem in diuortio.Nam in repudio legali licebat viro contrahere,non vxori, quia licebat antiquitus vni viro habere plures vxores,non econuerſo,quia per repudium illud ſoluebatur matrimoniũ,non autem per diuortium. ¶ Item,nam cæteris ego dico,nõ dominus.Contrà,Mat.9,Qui vos audit,me audit. Reſpondeo,non dominus dicit ore proprio,ſed inſpirando. ¶ Item ſuper illud, ſiquis frater habet vxorẽ. glo.coniunx fidelis licitè poteſt dimittere infidelem. ¶ Contrà,catholica non poteſt dimittere hęreticum. glo.loquitur de infideli qui caret ſacramento fidei,non ſolùm habitu.Item ibidem glo.Non eſt reputãdum matrimonium quod extra decretum dei factum eſt. ¶ Contrà,ergo matrimonium contractum cauſa voluptatis,non eſt matrimonium. Reſpõdeo extra decretum dei matrimoniũ contrahi dicitur,quando contrahitur inter perſonas lege prohibitas. ¶ Itẽ ſiqua mulier habet virũ infidelem,&c.Cõtrà ergo Iudæa cõuerſa non debet dimittere virũ Iudæum,cohabitare volentẽ. Reſpõdeo,ſecus eſt hodie q̃ tẽpore primitiuæ eccleſiæ,quia tũc erat ſpes cõuerſionis,nunc autẽ potius eſt ſpes ſubuerſionis propter obſtinationẽ infideliũ. ¶ Item ſuper illud, q̃ ſi infidelis diſcedat.glo.rectẽ dimittitur mulier ſi dicat viro, non ero mulier tua, niſi de latrocinio diuitias mihi augeas.Cõtrà:Mat.19.Excipitur ſola cauſa fornicationis. Reſpõdeo,tunc debet dimitti,ne ſcandalum ad tempus exortum,ſit in perpetuũ. ¶ Item ſuper illud,Non eſt enim ſeruituti ſubiectus.glo.contumelia creatoris ſoluit ius matrimonii in eo qui relinquit. Cõtrà,matrimonium ſemper eſt inter duos,ergo in vtroque ſoluitur vel in nullo.Reſpondeo,matrimonium ſoluitur in vtroque, ſed impedimentum ex matrimonio reſultans,manet in diſcedente ſolùm. ¶ Item circunciſio nihil eſt.Contrà,circunciſio prodeſt ſi legem obſerues.Reſpondeo,ante Chriſtum proderat,ſed poſt non prodeſt. ¶ Item ſuper illud,Vnuſquiſque in qua vocatione.glo. Ad ſalutem nihil prodeſt vel obeſt Iudaicus vel Gẽtilis ritus. Contrà,Galat.5,Si circuncidimini, Chriſtus vobis nihil prodeſt.Reſponſio,glo.loquitur de ritu cõuerſandi inter homines,non de ritu deum colendi.

Lepra non diſſoluit matrimonium quãtum ad thorũ: imò pars ſanata tenetur reddere debitum ꝑti leproſæ.

Lectio 4.

SEruus uocatus es,non ſit tibi curæ.Sed & ſi potes fieri liber,magis utere.Qui enim in domino uocatus eſt ſeruus,libertus eſt domini.Similiter qui liber uocatus eſt,ſeruus eſt Chriſti.Pretio empti eſtis:nolite fieri ſerui hominũ.Vnuſquiſque ergo in quo uocatus eſt frater, in hoc permaneat apud deum.

Proſequitur documentũ, & cõcludit generalem regulam.

¶ Superius oſtendit q̃ ſi infidelis coniunx non diſcedat,fidelis debet patienter cõmanere.Primò ad hoc allegando ſpem cõuerſionis infidelis.Secundò permanentiã in ſtatu propriæ vocationis. Tertiò exẽplum in ritu cõuerſationis,hic.Quartò allegat exẽplum in ſtatu cõditionis.Vbi primò ipſum exẽplum ponit.Secũdò rationem exẽpli ſubdit,ibi[Qui enim in domino,&c.]Tertiò ex hoc regulam generalem concludit, ibi [Vnuſquiſque ergo,&c.]In prima primò proponit in aliquo ſtatum ſeruilem.Secundò ſupponit libertatis poſsibilitatẽ,ibi[Sed & ſi potes,&c.] Tertiò horũ præeminentiam ad ſalutem,ibi[Magis vtere.] Dicit ergo,Seruus,&c.q.d.vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt,in ea permaneat.Verbi gratia,ſeruus vocatus es ad fidẽ.ſ. Chriſti, non ſit tibi curæ,vt.ſ.velis ſeruitutem effugere. Vnde Oneſymũ ſeruum Phylemonis, qui ad eũ confugerat,cũ precibus remittit ad dominũ, vt patet in epiſtola ad Phylemonẽ: ſed potius ſi potes fieri liber,maneas in ſeruitute,quia cauſa eſt humilitatis.Et ſicut ait Ambroſ.quantò quis deſpectior eſt in hoc ſeculo propter dominũ,tantò magis exaltabitur in futuro.Grego.quãtò quis deo pretioſior eſt:tantò propter eũ vilior.Boetius,Cùm omnis fortuna timenda ſit,magis tamen proſpera q̃ aduerſa. ¶ Deinde cùm dicit,[Qui enim in domino vocatus eſt,&c.] hîc ſubdit rationem exempli. Et primò ponit rationem exempli ex parte ſeruorum.Secundò ex parte liberorum,ibi[Similiter qui liber eſt,&c.]Et eſt ratio talis in generali. Seruitus & libertas ſunt in domino ad ſalutem, ſed ſolùm debemus eſſe ſolliciti de pertinentibus ad ſalutem,ergo pro indifferẽti debet eſſe nobis ſeruitus & libertas. Dicit ergo, Qui enim in domino.q.d. & verè non debes curare,etenim,pro quia,qui in domino.i.in fide domini vocatus eſt ſeruus ſeruitute corporali,libertus eſt domini:quia.ſ.à domino manumiſsus liber eſt libertate ſpirituali.Eſt autẽ libertus à ſeruitute liberatus,& talis à ſeruitute peccati à domino eſt liberatus:ideo domini libertus.Ioan.8,Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis. ¶ Deinde cùm dicit,[Similiter qui liber vocatus eſt,&c.] hîc ponit rationem ex parte liberorum.Vbi primò tangit in liberis cum ſeruis pro Chriſto debitam ſeruitutem. Secũdò ſeruitutis rationem,ibi[Pretio empti.]Tertiò ſeruitutis obligationem,ibi [Nolite,&c.] Dicit ergo, ſimiliter & qui liber vocatus eſt libertate corporali,ſeruus eſt Chriſti,ſeruitute ſpirituali.Rom.1.Paulus ſeruus Chriſti Ieſu,&c.quia ſiue ſeruus,ſiue liber,omnes tamen ſerui,& hoc iuſtum eſt,quia pretio empti eſtis. Hoc dicitur,quia pretio inæſtimabili ſanguine Chriſti. 1.Pet.1,Non corruptibilibus auro vel argẽto redempti eſtis de veſtra vana conuerſatione,&c.Et quia tanto pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum poſtponendo ſeruitium dei & vos humanis ſuperſtitionibus occupando , hoc enim faciebant iſti , Suprà 1, Ego ſum Pauli,ego autem Apollo:vnuſquiſque ergo & circunciſus & præputiatus,ſeruus & liber in quo ſtatu vocatus eſt frater.i.fidelis,in hoc permaneant apud deum.ſ.obſeruando diuina mandata. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem,hic ſaluus erit,Mat.24,Ergo ſi coniugatus vocatus eſt ad fidẽ,maneat coniugatus ſeruando fidem.

Lectio 5.

DE uirginibus autẽ præceptũ domini nõ habeo,conſiliũ autem do tanquã miſericordiã cõſecutus à deo ut ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonũ eſſe propter inſtantẽ neceſsitatẽ,quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori,noli quærere ſolutionem.Solutus es ab uxore,noli quærere uxorẽ.Si autem acceperis uxorem,non peccaſti: & ſi nupſerit uirgo,non peccauit.Tribulationẽ tamen carnis habebunt huiuſmodi.Ego autem uobis parco.

Cõſulit virginitatẽ & laudat, matrimoniũ tã cõtractum approbat.

¶ A principio huius cap.egit de matrimonio,hîc incipit pars ſecũda,in qua agit de virginitate.Vbi primò agit de virginibus.Secundò de virginũ cuſtodibus,ibi[Siquis autẽ turpem ſe videri exiſtimat,&c.] In prima,primò ponit virginibus permanendi in virginitate conſiliũ.Secundò nubentibus dat bene viuendi modum,ibi[Hoc itaq; dico fratres,&c.] Tertiò oſtẽdit q̃ magis expedit ſeruare cõtinentiæ propoſitũ,ibi[Volo autẽ vos ſine ſollicitudine eſſe,&c.]In prima parte virginitatẽ conſulit & laudat.Secũdò matrimonium iam cõtractum concedit & approbat,ibi [Alligatus es vxori,&c.] Tertiò matrimoniũ contrahendum defendit,& à peccato excuſat,ibi[Si autem acceperis vxorẽ,&c.] In prima dicit duo de virginitate. Primò q̃ non eſt ſeruanda ex præcepto.Secundò q̃ eſt ſeruanda ex conſilio,ibi[Conſiliũ autem do.]Vbi ponit duplicem rationem quare iſtud conſilium eſt ſeruandum.Prima eſt conſiliarii authoritas.Secunda rei conſultæ dignitas,ibi[Exiſtimo enim hoc bonum.]Dicit ergo,de virginibus,&c.q.d.de coniugatis non ſeparandis præceptum dei eſt:de virginibus autem præceptũ dei non habeo,vt.ſ.contineant,vel vt nubant. Quod enim de hoc dixit dominus Mat.19.dixit conſulendo, Qui poteſt,inquit,capere capiat. Virginitas autem, ſecundum Auguſt.res eſt non præcepti:ſuaderi poteſt,imperari non poteſt.Conſilium autem do.ſ.de continendo,conſiliũ mihi à ſpiritu ſancto inſpiratum.Thob.4,Conſilium ſemper à ſapiente perquire.Conſilium inquam,do,& hoc tanquam conſecutus à domino miſericordiam.i.apoſtolatum mihi miſericorditer conceſſum.Conſecutus inquã,ad hoc vt ſim fidelis in diſpenſatione mihi credita.Vnde credẽdum eſt mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

in consiliis.Luc.12,Quis putas est fidelis seruus.Haymo,Quia ei mandatū fuit vt esset fidelis cōsiliator,nō debuit cōsilium indigentibus abscondere, & est argumentum quod est acquiescendum consilio prælati. ¶Deinde cū dicit,[Existimo ergo,&c.]hīc tāgitur dignitas eius quod cōsulitur: & hæc duplex. Vna quia expediens bonū,secunda quia honestū,ibi[Quoniā bonum est,&c.]Dicit ergo,existimo,&c.q.d.quia fidelis cōsiliarius sum,existimo ergo hoc bonū esse.s. manere in virginitate, & hoc propter instantē necessitatē coniugum.s.vitandam, quia multæ necessitates instant.Vnde dicuntur esse in mola.Luc.17,Vnde vulgariter dicitur q̄ matrimoniū habet magnum os:existimo,inquā,& verè,quia bonū est homini sic esse.s.in virginitate.Bonū.s.honestum propter puritatē,delectabile propter libertatem,vtile propter mercedem, quia ei debetur aureola & fructus centesimus.Luc.8. Aug.in glo.Supergreditur virginitas conditionē humanæ naturæ,per quā homines angelis assimilantur.Maior tamē victoria virginum q̄ angelorū.Angeli enim sine carne viuunt,virgines autē in carne triūphant. ¶Deinde cùm dicit, [Alligatus es vxori,&c.]hīc matrimonium contractū concedit & approbat.Vbi primò dicit q̄ coniugatus non debet quærere diuortiū. Secundò consulit q̄ solutus non quærat coniugiū,ibi[Solutus es ab vxore, &c.] Dicit ergo, Alligatus,&c.q.d.licet continere sit bonū,tamen alligatus es vxori,noli quærere solutionē,maximè si bona est. Eccles.7, Noli discedere à muliere sensata.Et dicit alligatus,quasi duplici vinculo ligatus.s.cōsensu per matrimoniū initiatum,& copula carnali per matrimoniū consummatū.Si enim tantū vno vinculo.s.solo consensu ligatus esset,posset quærere solutionē.s.intrādo religionē.Solutus es ab vxore,noli quærere vxorē. si potes cōtinere, quia sicut dicūt apostoli Mat.19,Si ita est causa hominis cū vxore,non expedit nubere. ¶Deinde cùm dicit,[Si autē acceperis,&c.]hīc excusat matrimoniū contrahendū,à peccato. Vbi primò ostendit q̄ matrimoniū potest cōtrahi sine peccato.Secundò q̄ leuius est esse sine cōiugio,ibi[Tribulationē tamen,&c.]In prima primò proponit veritatē de nō virgine.Secūdò de virgine,ibi[Et si nupserit,&c.]Dicit ergo,si autē solutus es,noli quærere vxorē.Si autē acceperis vxorē.s.bono fine non ad expletionē libidinis,nō peccasti: hīc est argumentū euidens cōtra hęreticos qui contēnunt matrimoniū,de quibus 1.Tim.4, Prohibētes nubere,& similiter si nupserit virgo,nō virgo deo dicata:quia secundū Hiero.vouētibus virginitatē nō solùm nubere,sed etiā velle nubere peccatū est,Nō peccauit.s.nubēdo: alioquin peccasset beata virgo,cùm despōsata esset Ioseph.Tribulationē tamen carnis habebūt huiusmodi.s.cōiugati.i. afflictionē pro rebus necessariis procurādis & sibi & filiis suis & aliis.Vnde leuius est esse sine cōiugio.Ego autē vobis parco.q.d.consulo euitare coniugiū,quod tamen cōcedo parcendo infirmitati vestræ.Vel sic, Ego autē vobis parco in hoc q̄ consulo cauere tribulationes carnis. ¶Notandū est hīc q̄ sancta virginitas magnū bonum est propter multa,primò quia carnis munditiā conseruat.Apo.14,Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati,virgines enim sunt,&c.Sicut bonū est sal,quia cōseruat carnē à corruptiōe.Secundò quia animā decorat & ornat.Vnde frequēter in scriptura iūgitur virgo pulchra.Sap.4,O q̄ pulchra est casta generatio cū claritate. Cant.4,Tota pulchra es amica mea.Tertiò quia angelis cæli assimilatur,sicut dicit hīc glo. Et Mat.22,In resurrectione neque nubent neque nubentur,sed erūt sicut angeli dei.Hier. In carne præter carnem viuere,&c.Quartò quia Christo despōsat.2.Cor.11,Despōdi enim vos vni viro virginē castam exhibere Christo.Quintò quia iungit & approximat.Psal.Adducētur regi virgines post eā.Sap.6,Incorruptio facit proximū deo.Hiere.3,Dux virginitatis meæ tu es.Sextò quia cæteris statibus præpōderat. Eccles.26,Non est digna pōderatio animæ cōtinentis.Infrà eodē,Qui matrimonio iungit virginē bene facit,& qui nō iungit, melius facit.Septimò quia odorē bonæ famæ spirat.Luc.1.dicitur,Et nomen virginis Maria.Cant.2,Sicut liliū inter spinas,sic amica mea inter filias Ierusalem.Octauò quia ad nuptias æternas inuitat.Mat.25,Quę paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias,sed heu quia ad conseruandum difficiles. Ideo Eccles.42,Filia patris abscondita est,&c.Et hoc,quia diabolus suggerit contrarium. Corruptio inclinat ad actum, pulchritudo allicit ad consensum.

Error dicētium matrimoniū esse peccatū,secluditur.

Virgini deo sacratæ,est damnabile velle nubere.

Laus virginitatis.

Lectio 6.

Qualiter vxoribus fortuitis euētibus & mūdi rebus sit vtendū docet, rationē omniū tandē subdēs.

HOc itaque dico fratres,tempus breue est.Reliquum est,ut & qui habent uxores,tanquā non habētes sint: & qui flent,tanquam non flentes: & qui gaudent,tāquam non gaudentes: & qui emunt,tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo,tanquam non utantur.Præterit enim figura huius mundi.

¶Hæc est secūda pars vbi nubētibus siue nuptis ostēdit bene viuendi modū,docens primò qualiter vtantur vxoribus.Secūdò qualiter fortunæ casibus siue euētibus,ibi[Et qui flent,&c.]Tertiò qualiter mūdi rebus siue possessionibus,ibi[Et qui emūt,&c.]Quartò subdit rationē in his ammonitionibus,ibi[Præterit enim figura.]In prima implicat tria.s.authoritatē consiliarii,[Hoc itaq; dico,&c.]Necessitatē consulendi, [Tēpus breue est,&c.] Formā consilii,[Reliquū est,&c.] Dixit ergo,hoc itaq;.q.d.quia non est peccatum nubere,hoc itaque dico fratres si coniugii tēpus breue est,quo.s.non generatione carnali propagandus est populus dei,sed regeneratione spirituali colligendus,secundū glo.& quia tēpus breue est,reliquū est.i.hoc solùm restat agendū,vt qui habent vxores,sint tanquā non habentes,studendo seruitio dei,non autē operi carnali,debitū.s.exigendo.Vnde dicitur,sint tanquā non habentes,non dicit,tanquā non habenti,sicut erāt antiqui patres,propter quod dicit Augusti.q̄ celibatus Ioannis non præfertur coniugio Abrahę:sed hodie faciunt ecōuerso,quia qui non habent sunt tanquā habentes. ¶Est autē notandum q̄ tanquā non habens vxorem,est qui vel vxori debitum reddit nec exigit, vel propter infirmitatem vxorem ducit dolens, quòd sine ea esse nequit.Vel pari affectu continentiam custodit. Vel causa generandæ prolis ad cultum dei vxorem propriā cognoscit.Et qui flent pro casibus coniugii vel pro aliqua tristitia seculi sint non flentes, consolati,scilicet spe appropinquantis boni futuri.Prouerb.12,Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et qui gaudent pro aliqua prosperitate seculi,tanquam non gaudentes, sed tanquā in timore existētes imminentis mali periculi.Eccle.11,In die bonorum ne immemor sis malorum. ¶Deinde cùm dicit,[Et qui emunt,]hīc ostendit qualiter vtantur mundi rebus siue possessionibus . Et primò qualiter vti debeant acquirendis.Secundò qualiter acquisitis,ibi [Et qui vtuntur,&c.] Dicit ergo,qui emunt,tanquam non possidentes,id est post hæc terrena non sedentes.s.supple non apponendo cor rebus perituris. Psal. Diuitiæ si affluant,nolite cor apponerre.Eze.7,Qui emit,nō lætetur:& qui vendit,nō lugeat.Et vt vniuersaliter col-

ligam,qui vtūtur hoc mundo.i.rebus mūdanis,non dico fruuntur,vt mali qui de eis malū faciunt finē, qui dicunt Sap.2,Fruamur bonis quæ sunt.i.præsentibus.Sed qui vtuntur eis ad finē debitū referendo,sint tanquā non vtantur.i.nō adhęreant eis nimia delectatione.1.Tim.6,Habētes alimenta & quibus tegamur his cōtenti simus. ¶Præter actū ergo coniugalē ponit quatuor differētias actuū circa sollicitudinē mundanorū.s.flere,gaudere,emere,vti.Duo primi pertinent ad affectū,duo alii ad effectū. Ex humana verò sollicitudine generatur duplex effectus.s.emēdi respectu habendorū,& vtēdi respectu habitorū,& secundū hoc ponit Apostolus cōsilium tēperātiæ in his quatuor actibus. ¶Deinde cùm dicit,[Præterit enī figura,&c.]hīc subdit rationē prędictarū ammonitionū quæ talis est,Trāsitoria sunt reputāda quasi non sint,sed talia sunt mūdana paritura,ergo quasi nō sint,sunt reputāda:& hoc est quod dicit,q̄ ideo mūdana quasi nō sint æstimanda sunt,quia præterit figura.i.exterior pulchritudo,vel quod est ibi fragile cōueniens statui fragilitatis Trāsibunt enim qualitates mortales,& remanebūt immortales . Ideo trāsibit mūdus & cōcupiscentia eius. Omnia innouāda,quia figura nō substantia mūdi,non paradisi,præterit nō sistit. ¶Hīc quęritur sup illo,si potest fieri liber.glo.Quātò quis propter deū despectior est in hoc seculo,tātò magis exaltabitur in futuro Cōtrà,ergo magis exaltabitur bonus subditus,q̄ bonus prælatus. Respōdeo,glo.intelligēda est cæteris paribus. ¶Itē sup illud,vnusquisq; in quo vocatus est.glo.statu.Cōtrà,ergo q vocatus est in statu seculari,nō debet intrare religionē.Respōdeo,Apostolus loquitur de statibus promouentibus ad salutē,non de impedientibus. ¶Itē super illud,Existimo hoc bonū esse.glo.Maior est victoria virginū,q̄ angelorū. ¶Contrà ergo maior corona,ergo homines erūt maiores angelis,nō solùm æquales.Respōdeo,maior extēsiuè.i.multiplicatiuè,quia habēt aureolam nō solùm aureā. ¶Itē super illud,Bonū est homini sic esse.glo.in virginitatē. ¶Cōtrà,Gen.1,Crescite & multiplicamini:virginitas autē cōtraria est huic præcepto.Respōdeo,Illud præceptū non est præceptū,sed datū vsque ad tēpus sufficientis multiplicationis humani generis.Itē super illud,Qui habēt vxores,glo. beatiora cōiugia iudicāda sunt quæ prole cōcepta pari cōsensu cōtinentiā seruare potuerūt.Cōtrà,vnūquodque tātò beatius est,quātò magis cōuenit fini suo:finis autē cōiugii est generatio prolis.Respōdeo,expone cōiugia.i.cōiuges.Vel dicendū est q̄ ille non est vltimus finis cōiugii,sed adimpletio numeri electorū qui citius impleretur si omnes continerent.Itē super illud,Præterit figura huius, mūdi.glo.In iudicio mundanorū ignium flagratione huius mundi peribit,non substātia,sed figura. Cōtrà, 2.Pet.3,Per quē cæli magno impetu trāsient.Respondeo ille trāsitus & illa solutio accidentalis est, nō substantialis.i.secundum qualitatem,non secundum substantiam.

Lectio 7.

Ostenditur status cōtinentiæ triplici ratione esse melior status coniugij, vtpote quia trāquillior, sanctior & utilior.

VOlo autem uos sine sollicitudine esse.Qui sine uxore est,sollicitus est quæ domini sunt,quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est,sollicitus est quæ sunt mundi,quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo,cogitat quæ domini sunt,ut sit sancta corpore & spiritu.Quæ autem nupta est,cogitat quæ sunt mundi,quomodo placeat uiro.Porrò hoc ad utilitatem uestram dico,non ut laqueum uobis iniiciam:sed id quod honestū est,& quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi.

¶Superius dedit primò virginibus consiliū continendi.Secūdò nubentibus documentū bene viuēdi. Hīc tertiò ostēdit q̄ magis expedit tēpus continendi.Et hoc ostēdit primò ratione maioris trāquillitatis.Secūdò ratione maioris sanctitatis,ibi[Et mulier innupta,&c.]Tertiò ratione maioris vtilitatis, ibi[Porrò hoc ad vtilitatem vestram,&c.]Prima ratio talis est,Trāquillitas in amore solius dei,præferēda est sollicitudini mundanorū,sed cōtinentes habent tranquillitatē,coniugati sollicitudinē mundi:ergo status continentium præferendus est statui coniugatorū.Primò ergo dehortatur sollicitudinē mundi. Secundò subdit q̄ continentes non sunt solliciti nisi in his quæ sunt dei,ibi[Quoniā qui sine vxore,&c.]Tertiò ostendit q̄ coniugatos oportet esse sollicitos in his quæ sunt mūdi,ibi[Qui autē cum vxore,&c.] Dicit ergo,volo autē.q.d. Si nubitis,prædicta facere cōsulo,sed magis volo vos esse sine sollicitudine rei vxoriæ.Phil.4,Nihil solliciti sitis. ¶Nota q̄ dehortatur nos scriptura à sollicitudine triplici.s.circa mulierē,vt hīc, Volo vos sine sollicitudine esse circa ventrē.Mat.6,Ne solliciti sitis animæ vestræ,&c.Circa bursam, Prou.11,Expectatio sollicitorū peribit.Et rectè hoc volo,quia qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, vt cōplaceat ei.Nō enim habet excusationem illorū qui dicūt Luc.14, Vxorē duxi,& non possum venire. Sollicitudo inquā.s. quomodo placeat deo,interiori.s.pulchritudine sua.Fœlix cuius votū est vxorē fugere,cuius sollicitudo est domino seruire,cuius intentio est deo placere. ¶Deinde cùm dicit,[Qui autem cum vxore est,&c.]hīc ostēdit quomodo cōiugatos oportet esse sollicitos in his quę sunt mūdi,vbi implicātur quatuor grauia.Primò vinculū coniugale,ibi[Qui cū vxore.]Studiū mundiale,ibi[Sollicitus est.]Subiectio vxoris,ibi[Quomodo placeat.]Operis diuisio.ibi[Et diuisus est.] Dicit ergo,qui autē cū vxore est.s.in matrimonio,sollicitus est quę sunt mūdi.i.de regimine familiæ & huiusmodi.Vnde Iacob acceptis vxorib⁹,ait Gen.30, Iustū est vt aliquādo prouideā domui meæ.i.sollicitus sim quomodo placeā vxori. Et hoc fine potest se licitè ornare. Nā secundū glo. Magna amaritudo in domo est vxor tristis,& talis diuisus est nō natura,sed actu.s.diuisione officii,nō intentionis principalis.vnde glo.partim seruit deo,partim mundo. ¶Deinde cùm dicit, [Et mulier innupta,&c.] hīc ponitur secunda ratio probās q̄ magis expedit seruare propositū continētiæ, q̄ nubere ratione maioris sanctitatis,& est ratio sua talis,Continens studet sanctitati & diuinitati & amori dei,nupta verò mūdo,ergo illa præferenda est isti.Primò ergo tangit studiū innuptæ,quia cogitat totaliter placere deo.Secundò studiū nuptæ,quia cogitat partim placere mundo,ibi[Quæ autē nupta est.]In prima implicat tria.s.continentium statum,cogitatum,& fructum.Statum honestum,quia innupta:& virgo cogitatum rectum,quia cogitat quæ domini sunt, multiplicatum fructum, quia vt sit sancta,&c. Dicit ergo, Et similiter mulier innupta.i vidua,& virgo cogitat.i.maiorem habet facultatem cogitandi quæ domini sunt, id est spiritualia & æterna.Cogitat,inquam,vt sit sancta magis quàm nuptæ. Multæ enim nuptæ sunt sanctæ.Augusti.Ampliorem non nuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem intelligi voluit,non tamen nuptas omnino sanctificatione priuauit. Sancta, inquam,corpore, id est corporalibus actionibus: & spiritu.i. spiritualibus actionibus. Vel sancta corpore,contra vitia carnalia: & spiritu, contra spiritualia.

Dehortatur scriptura à sollicitudine mulieris,vētris & bursæ.

¶Deinde cùm dicit,[Quæ autem nupta est]hīc tangit sollicitudinem nuptiarū,vbi implicant tria.Primò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniugiũ. Secundò ſollicitudinẽ, ibi[Cogitat quę,&c.]Tertiò coniugii ſtudiũ, ibi[Quomodo placeat,&c.] Dicit ergo, quæ autẽ nupta eſt, cogitat quæ mũdi ſunt. ſ. de cura filiorũ, de regimine domus, & huiuſmodi. Vnde parentes monuerunt Sarã honorare ſocrũ, diligere maritũ, gubernare domum, &c. Tho. 10, Cogitat inquã, quomodo placeat viro. vnde hoc fine ornãtes ſe non peccant: verũtamen magis debẽt ſtudere ei placere ornatu morum q̃ veſtimentorũ. 1. Tim. 2, Mulieres in habitu ornato ornãtes ſe, non in tortis crinibus, auro, &c. ¶ Deinde cùm dicit, [Porro hoc ad vtilitatẽ, &c.] hîc allegat tertiã rationem. ſ. maiorem vtilitatẽ. Et eſt ratio talis, Illud quod eſt vtilius magis expedit, ſed cõtinere eſt vtilius q̃ nubere, ergo magis expedit eligere continentiã q̃ nuptias. Primò ergo oſtendit q̃ vtile eſt continere. Secũdò q̃ honeſtũ eſt, ibi[Sed id quod eſt honeſtũ, &c.] Tertiò q̃ facile, ibi[Et quod facultatẽ, &c.] Dicit ergo, porrò, &c. q.d. cõſulo nõ nubere, porrò hoc ad vtilitatem veſtrã maiorem: ſed dico vt expeditius deo ſeruiatis, quia ſic mortificatur caro quæ eſt inimica ſpiritus. Aug. Sicut inimicus occiſus non facit tibi iniuriã, ſic caro mortificata non turbat animã. Dico inquã, non vt laqueũ fornicationis. ſ. incotinentibus, vobis iniiciam aliquid difficile ſuper hoc faciendo, imò potius laqueus poneretur ſi conſuleret nubere, quia de muliere dicitur Eccle. 7, quòd laqueus venatorũ eſt, ſed potius intendens inducere omnes ad id quod honeſtũ eſt. ſ. ad ſanctitatẽ corporis & animæ: nõ quia coniugalis ſtatus nõ ſit honeſtus, ſed quia minus honeſtus. Aug. Non matrimoniũ turpe eſſe mõſtrauit, ſed q̃ honeſtius erat generalis honeſti nomine cõmendauit, & monens ad illud quod facultatẽ prębeat alicui obſeruãdi ſe in domino. i, ad ſeruitiũ domini, & hoc ſine impedimẽto, quod eſt in cõiugio. 2. Cor. 11, Deſpõdi vos vni viro virginẽ caſtam exhibere Chriſto. Verè eligẽdus eſt ſtatus continentiæ vbi maius cõmodum, quia hoc ad vtilitatẽ vbi minus periculũ: quia non vt laqueũ, maior honeſtas, quia id quod honeſtũ, liberior facultas ſeruiẽdi deo, quia facultatẽ præbet, &c. Notandũ eſt hîc q̃ multiplex ſollici tudo eſt bona. Prima prælationis, ſicut nauta ſollicitus eſt de regimine nauis, pater de filiis. Ro. 12, Qui prę eſt in ſollicitudine. Secunda prædicationis, ſicut pedagogus ſollicitus de puero, doctor de diſcipulis. 1. The. 2, Fiduciam habuimus loqui ad vos verbum dei in multa ſollicitudine. Tertia diſcretionis, ſicut amicus verus ſollicitus eſt de conſeruatione amoris. Epheſ. 4, Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, &c. Quartò cõpaſionis, ſicut vir miſericors ſollicitus eſt de egenis & afflictis. 1. Ti. 1, Cùm veniſſet Romã ſollicitè me queſiuit & inuenit. Quĩta deuotionis, ſicut ſeruus ſollicitus eſt de placẽdo domino, religioſus deo. Mich. 6, Indicabo tibi ô homo, quid ſit bonũ, Et poſt ſollicitè ambulare cũ deo tuo. Sexta circũſpectionis, ſicut ſpeculator eſt de caſtro cuſtodiẽdo. Deut. 4, Cuſtodite animas veſtras ſollicitè. Corpus enim cũ organis, anima cũ potentiis quoddã caſtrũ eſt. Septima actionis, ſicut agricola ſollicitus eſt de opere perficiẽdo. Luc. 10, Martha Martha ſollicita es. 2. Ti. 2, Sollicitè cura teipſum probabilem exhibere deo. Octaua prouiſionis, ſicut diſpenſator de domo, mercator de computo, pauper de pane quærendo. Roma. 12, Sollicitudine non pigri.

Multæ ſunt ſollicitudines bonæ.

Lectio 8.

Docẽtur virginũ cuſtodes quõ ſeſe habere debeant circa ſuas virgines, q̃ licitè virgo pmanet in ſtatu virginũ & licitè vxor a tur, ꝓfertur tamẽ virginitas cõiugio, docẽturcõiugati quõ ſeſe habere debeãt ad qd obligentur, & qd poſint.

Si quis autem turpẽ ſe videri exiſtimat ſuper uirgine ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ita fieri oportet, quod uult faciat: non peccat ſi nubat. Nã qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſsitatẽ, poteſtatem autem habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuã, bene facit. Igitur & qui matrimonio iũgit uirginem ſuam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Mulier alligata eſt legi quanto tempore uir eius uiuit: quòd ſi dormierit uir eius, liberata eſt à lege. Cui autem uult nubat, tantùm in domino. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum dei habeam.

¶ Superius egit de virgine, hîc agit de virginũ cuſtodibus, oſtẽdens primò q̃ licet eis virgines ſuas cõiugio copulare. Secũdò q̃ non ſimiliter nuptis licet, niſi poſt mortẽ viri contrahere, ibi [Mulier alligata eſt, &c.] In prima primò oſtẽdit q̃ cuſtos poteſt dare virginẽ ſuã in cõiugio. Secũdò q̃ non peccat hoc faciendo, ibi [Nec peccat ſi nubat, &c.] Tertiò q̃ etiã bene facit ſeruando, ibi[Nã qui ſtatuit, &c.] Quartò q̃ licet vtrũque ſit bonũ, tamen hoc eſt melius illo. ibi[Igitur & qui matrimonio, &c.] In prima primò ſupponit in virgine ætatẽ nubilem. Secũdò voluntatẽ nubendi, ibi [Et ita oportuit fieri, &c.] Tertiò dat nubẽdi licẽtiam, ibi[Quod vult faciat, &c.] Dicit ergo, Siquis autẽ, &c. q.d. eſſe ſine cõiugio, honeſtius eſt & expeditius. Sed tamen ſiquis turpẽ ſe videri exiſtimat apud iudiciũ hominũ ſuper virgine ſua timẽs ne corrũpatur, eo q̃ ſit ſuperadulta. i. vltra pubertatẽ & iam in nubilibus annis, & ita oportet fieri vt nubat, quia nõ vult continere, quod vult virgo, faciat cuſtos. Eccle. 7, Trade filiã tuam & grãde opus feciſti & homini ſenſato da illam. Nec peccat cuſtos ſi nubat virgo: hoc ideo dicit ſecundũ glo. ne etſi virgo non peccet, cuſtos videatur peccare. Aug. de bono cõiugali. Quæ ſi non cõtinet, nubat. Quæ non cœpit, deliberet. Quæ egreſſa eſt, perſeueret, nulla aduerſario detur occaſio, ſed falſa retrahatur oblatio. ¶ Deinde cùm dicit, [Nã qui ſtatuit, &c.] hîc oſtendit q̃ cuſtos virginis bene facit eã in ſtatu virginali ſeruãdo, vbi implicatur quadruplex cõditio ad hoc expediens. Prima q̃ cuſtos firmus ſit in propoſito eam virginẽ cuſtodiendi. Secũdæ q̃ non timeat de caſu virginali, ibi[Non habẽs neceſsitatem, &c.] Tertia q̃ cognoſcat in virgine propoſitum cõtinendi, ibi [Poteſtatem autem habens, &c.] Quarta q̃ hoc faciat ex deliberatione, ibi[Et hoc iudicauit.] Dicit ergo, Nam qui ſtatuit, &c. q.d. ideo autem dico q̃ non peccat qui tradit virginẽ: nam de alio qui ſeruat eã, patet q̃ bene faciat. Nam qui ſtatuit in corde ſeruare virginem ſuã, firmus in propoſito ſuo, non curãs ſobolem, vel aliud huiuſmodi, non habens neceſsitatem tradendi eã, eùm virgo velit continere, poteſtatẽ autem habens, ſecundum alumnę continentiam voluntatis ſuæ perficiendæ, & hoc iudicauit in corde ſuo. i. ex iudicio rationis, non ex leuitate mentis diſcernit eſſe bonum. 1. Timoth. 5, Sine præiudicio nihil facias, iudicauit inquã, ſeruare virginem ſuam. Ambro. Non ingerens ei fomitem nuptiarũ. Eccle. 7, Filiæ tibi ſunt, ſeruа corpus illarũ. Qui facit inquã ſic, bene facit. ¶ Deinde cùm dicit, [Igitur & qui matrimonio, &c.] hîc oſtẽdit q̃ licet vtrunque ſit bonum, tamen virginitas eſt melior matrimonio. Vbi primò approbat ſtatum coniugalem. Secundò præponit ſtatum virginalem, ibi[Qui non iungit, &c.] Dicit ergo, Igitur & qui, &c. q.d. quia oportet fieri vt dixi mus: igitur & qui matrimonio iungit virginẽ, bene facit, quia licitũ eſt quod facit: & qui non iungit, cùm virgo acquieſcat cõtinere, melius facit. glo. melius facit qui apud deũ meritum ſuum collocat & à ſollicitudine liberat eã. Melius enĩ eſt quod licet & expedit, q̃ quod licet & nõ expedit. Hic enĩ

bene vtitur malo, ibi verò benè vtitur bono. Bene vtitur quis bono cõtinẽtiã dedicãs deo. Malè vtitur quis bono continentiã dedicãs idolo. Malè vtitur quis malo cõcupiſcentiã relaxans adulterio. Bene vtitur malo cõcupiſcentiã reſtringens cõnubio. Bonũ eſt pudicitia coniugalis, ſed melius eſt cõtinentia virginalis vel vidualis, ſecundum glo. ¶ Deinde cùm dicit, [Mulier alligata eſt legi, &c.] hîc oſtendit q̃ non ſimiliter coniugata, niſi viro mortuo poteſt contrahere. Vbi primò oſtendit q̃ coniugata nõ poteſt nubere viro viuente. Secundò q̃ viro mortuo, poteſt alii nũbere, ibi[Quòd ſi dormierit, &c.] Tertiò q̃ melius eſt illi cõtinere, ibi[Beatior autẽ erit, &c.] Quartò q̃ debet cõſilio ei⁹ credere, ibi[Puto autẽ q̃ & ego, &c.] Dicit ergo, [Mulier alligata eſt, &c.] q.d. Qui nõ iungit virginem ſuã, melius facit. Et verè melius, quia mulier alligata eſt, &c. Vel ſic, virgo quocũq; tẽpore põt nubere, ſed vxorata nõ, quia mulier alligata eſt legi, ita vt nõ poſſit nubere alteri quãto tẽpore vir eius viuit. Ro. 7, Quæ autẽ ſub viro eſt mulier, viuẽte viro alligata eſt legi viri. ¶ Deinde cũ dicit, [Quòd ſi dormierit ſomno mortis.] De qua dormitione Io. 11, Lazarus amicus noſter dormit. [Vir eius, &c.] Aug. nõ dicit primus, ſecũdus, vel tertius, vel quartus, vel quouſque licet. Nec nobis diffiniendũ eſt quod nõ diffinit Apoſtolus. Vnde nec vllas nuptias debeat dãnare, nec eis verecundiã numeroſitatis afferre. Si dormierit inquã liberata eſt à lege viri, vnde permittitur ei nubere. Hic patet q̃ reſurgenti nõ tenetur copulari, ſed cui vult nubat. Inuitæ enim nuptiæ ſolẽt habere malos prouẽtus, ideo dicitur Gen. 24, Vocemus puellã & quæramus voluntatẽ eius. Nubat inquã tantũ in domino. i. viro ſuę religionis: nã in diſpari cultu prohibitũ eſt in lege matrimoniũ. Deut. 7, Per hãc licentiã Apoſtoli reuocatę ſunt omnes pœnę & infamiæ, quæ ſecũdũ leges infligebãtur olim mulieri ſecũdò nubenti infra tẽpus luctus. ſ. intra annũ. Ergo in nuptiis exigitur perſonarũ legitimitas, vnde dicitur liberata eſt cõſenſus libertas: vnde addit, Cui vult nubat. Cultus paritas, vñ ſubdit, tantũ in domino. ¶ Deinde cùm dicit [Beatior autẽ erit, &c.] hîc oſtẽdit q̃ melius eſt illi cõtinere q̃ nubere, dicẽs, quãuis liceat ei nubere, tamẽ beatior erit ſi ſic permãſerit. ſ. innupta. Et hoc eſt conſiliũ meũ ſupra eodem datũ: habebit enim fructũ ſexageſimũ qui debetur viduis. Mat. 13. Aug. ſatis oſtẽdit beatã eſſe poſt mortẽ viri, & ſecundò nubentẽ, ſed beatior eſt nõ nubẽs. ¶ Deinde cũ dicit, [Puto autem q̃ ego, &c.] hîc vltimò oſtẽdit q̃ debent cõſilio eius credere, quia inſpirãte ſpiritu ſancto hoc cõſulit. Et hoc eſt q̃ dicit, Puto autẽ, &c. q.d. faciendũ eſt ſecundũ cõſiliũ meũ, quia puto & ego ſicut cæteri apoſtoli ſpiritũ dei habeã. Ro. 8. Sed & noſipſi primitias ſpũs habẽtes, &c. Hoc ergo cõſilium debet impleri &, ꝓpter fructũ ſequentẽ: quia beatior erit, & propter cõſulentis authoritatẽ: quia ſecũdũ cõſilium meũ & ꝓpter ſpiritũ dei inſpirantẽ, quia puto, &c. Hîc quęritur ſup illo verbo, Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. ¶ Cõtrà, Ro. 12, Sollicitudine nõ pigri. Rñſio, Ibi loquitur de ſollicitudine ſpirituali, hîc de tẽporali. ¶ Itẽ ſup illo, diuiſus eſt. ¶ Cõtrà, Oſee 10, Diuiſum eſt cor eorũ, nũc interibũt. Rñſio, Ibi loquitur de diuiſione intẽtionis principalis, hîc de diuiſione actionis. ¶ Itẽ glo. ibidẽ, partim ſeruit mũdo. ¶ Cõtrà, Mat. 6, Nemo poteſt duob⁹ dominis ſeruire. Rñſio, Verũ eſt ita q̃ æqualiter ſeruiat vtriq; in eo q̃ duo. i. cõtrarii ſunt. ¶ Itẽ ſup illud, Mulier innupta cogitat quæ dñi ſunt, glo. nõ cogitat, ne dãnetur à deo. ¶ Cõtrà, dãnari poteſt, vt patet in parabola de fatuis virginibus. Rñſio, nõ cogitat hoc ſolũ, ſed cũ hoc etiã ne offendat ſpõſum. ¶ Itẽ ſup illud, Vt ſit ſancta corpore & ſpũ. glo. nõ poteſt fieri vt nõ ſit ſanctũ corpus quo vtitur ſanctificator ſpũs. ¶ Cõtrà, ſpũs ſanctus vſus eſt in lingua Cayphæ nõ ſancta, Io. 11. Rñſio, vtebatur ea vt ſpiritus, nõ vt ſanctificator. ¶ Itẽ ſed ad id quod honeſtũ eſt. ¶ Contrà, ergo matrimoniũ turpe. Rñſio, ſecundũ glo. Poſitiuũ poſuit ꝓ cõparatiuo. ¶ Itẽ ſup illud, Qui nõ iũgit melius facit. glo. hîc. ſ. in coniugio bene vtitur homo malo. ¶ Cõtrà, cuius vſus bonus eſt, ipſum quoque bonũ eſt. Rñſio, illud intelligitur de vſu rei p ſe. ſ. ad quẽ ordinata eſt, nõ per accidẽs. ſ. ad quẽ ex prudẽtia vtẽtis ordinatur. ¶ Itẽ glo. ibidẽ, Melius eſt bene vti bono, q̃ bene vti malo. ¶ Cõtrà, hoc difficilius illo. Reſp. loquitur hîc de malo vitii nõ ſupplicii. ¶ Itẽ ſuper illo verbo in glo. duæ permiſſæ. ¶ Cõtrà, ergo duæ nuptiæ nõ ſunt à deo. Rñſio, Non ex eo q̃ duæ, niſi ex cõſequẽti. ¶ Itẽ ſi dormierit vir, quid dicẽdũ eſt ſi reſuſcitatur? Rñſio, requiritur cõſenſus nouus ad hoc q̃ ſit matrimoniũ. ¶ Itẽ ſuper illud, puto q̃ ſpiritũ dei habeam. ¶ Cõtrà, Ro. 8, Certus ſum quòd neque mors neq; vita, &c. Reſponſio, ſecundum glo. non dicit hoc dubitando, ſed quaſi increpando.

Caput 8.

De his autem quæ idolis ſacrificantur, ſcimus quia omnes ſcientiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat. Siquis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quẽamodum oporteat eum ſcire. Siquis autem diligit deum, hic cognitus eſt ab eo. De eſcis autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quòd nullus deus niſi unus. Nã etſi ſunt qui dicantur dii, ſiue in cælo ſiue in terra, ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi: nobis tamẽ unus deus pater, ex quo omnia & nos in illo: & unus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia: & nos per ipſum. Sed non in omnibus eſt ſcientia. Quidam autem cũ conſcientia uſque nunc idoli quaſi idolotitum manducãt, & conſcientia ipſorum cùm ſit infirma, polluitur. Eſca autem nos non cõmendat deo. Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi non manducauerimus, deficiemus.

¶ Excluſo errore circa correctionẽ criminũ. c. 5. & 6. Item circa virginitatẽ & matrimoniũ. c. 7. hîc excludit errorẽ circa eſum & abſtinẽtiam ciborũ ca. iſto & 9. & 10. loquẽs de his quę idolis immolabãtur, à quibus, quãuis in ſe licitis, abſtinere monet. Primò allegãdo eis ſcãdalum infirmorũ, c. iſto. Secũdò exẽplum ſui qui ꝓpter alios abſtinet à receptione ſumptuũ licitorũ ca. 9. Tertiò exẽplum pœnæ Iudæorũ poſt tãta beneficia dei in deſerto proſtratorũ, ca. 10, Ergo propter ſcãdalum proximi exẽplo Apoſtoli propter timorẽ ſupplicii debemus abſtinere à cibis aliquãdo licitis. In primo oſtẽdit q̃ in ſe licita eſt comeſtio idolotitorũ. Secũdò monet nihilominus abſtinere propter ſcãdalum fratrũ infirmorũ, ibi[Videte ne fortè, &c.] In prima, primò proponit q̃ maiores eorũ habent ſcientiã de idolotitis. Secũdò oſtẽdit qualẽ ſcientiã habent de eis, ibi[De eſcis autẽ quæ idolis immolantur, &c.] Tertiò q̃ quidam infirmi hac ſcientia carẽt, ibi[Sed non in omnibus eſt ſciẽtia, &c.] Quartò q̃ alii corã eis idolotita edere nõ debent, ibi[Eſca autem nos nõ commendat deo.] In prima, primò dicit quòd de idolotitis ſcientiam habent. Secundò quòd eam ſine charitate inutiliter habent, ibi [Scientia autẽ inflat, &c.] Tertiò oſtendit à quibus habeatur hæc ſcientia inſufficienter, ibi[Siquis autẽ exiſtimat.] Quartò à quibus ſufficienter, ibi, [Siquis autẽ diligit, &c.] Dicit ergo, de his

Multæ ſunt ſollicitudines bonæ.

Inmatrimonio tria ſũt requiſita: ꝓ ſonæ legitimæ, conſenſus liber, paritas cultus

Inter Corinthios erant aliqui ꝓfecti qui ſciebãt nullũ ei dũ eſſe ampli⁹ immũdũ in legratiæ, & tales de omni cibo edebãt nõ obſtãte ſcãdalo impfectorũ nõ habẽtiũ talẽ ſciẽtiã comedẽtes etiã idolotita. ideo hoc c. repręhẽditur eorũ ſciẽtia eo q̃ ei charitas iũcta nõ eſſet, & à deo deterret Paulus eorũ ſcãdalũ vt dicat magis velle inæternũ à cibo quolibet abſtinere quã eius eſu quẽquã ſcãdalizare, determinãdo veritatem de idolotitis circa principium cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem,&c.q.d.de prædictis quæsiuistis à me.s.de pertinentibus ad matrimonium: de aliis autem vt de immolatis idolo non fuit necesse quęrere:quia omnes scitis super hoc veritatem : & hoc est quod dicit, de his autem quæ idolis sacrificantur an liceat edere vel non,scimus ego & vos ꝙ liceat ea comedere,secundum illud Titum 1,Omnia munda mundis. Scimus quia omnem scientiam habemus, ego.s. & vos perfecti inter alios.s.scientiam de creatore & creaturis:& ideo minus excusabiles si malè facimus. ¶Deinde cùm dicit, [Scientia autem inflat,&c.]hîc ostendit quomodo sine charitate scientiam inutiliter habent.q.d. Habetis quidem scientiam,sed non valet vobis, quia inde superbitis contra ignaros: scientia autem si sola est,inflat. Eccles.1,In multa sapientia,multa est indignatio.Act.26,Multę literæ te faciũt insanire.Hæc enim fuit plaga AEgyptiorum.i.sapientium huius mundi vesicæ turgentes. Exod. 9, Charitas verò ædificat infirmos, quæ quod eis obesse potest,dimittit,quia non quærit quæ sua sunt.Vnde addenda est scientiæ charitas.Aug. Addite ergo scientiæ charitatem,& vtilis erit scientia. Per se quidem est inutilis,ex charitate vtilis.Philosophus,Scire autem nihil,aut parum prodest ad virtutem. ¶Deinde cùm dicit,[Siquis autem existimat,&c.] hîc ostendit à quibus hæc scientia habetur insufficienter,quia ab illis qui ea vtuntur in nocumentum proximi:& est sua ratio talis.Quicunque habet scientiam & non modum vtendi ea,habet scientiam insufficienter:sed qui habet scientiam sine charitate,est huiusmodi:ergo qui habet scientiã sine charitate habet insufficienter scientiam.Primò ergo supponit scientiam sine charitate.Secundò ostendit insufficientiã talis scientiæ,ibi[Nondum cognouit,&c.] Tertiò rationem insufficientiæ,ibi[Quemadmodum oportet,&c.]Dicit ergo,Siquis autem,&c.q.d. Habetis scientiam, sed non insufficientem: quia siquis vestrum existimat se scire,habens scientiam sine charitate,aliquid scit.scilicet ꝙ liceat comedere idolotita. Nondum tamen cognouit, quia non se cognoscere facto ostendit quomodo oporteat eum scire.i. qualiter debeat vti scientia, quia in ædificationem,non in nocumentum aliorum.Scire autem contingit dupliciter.s. habere scientiam & vti scientia:sicut videre habere visum,& vti visu:glo.Bernardi.Hîc nõ approbat Apostolus multa scientem,si modum sciendi nescierit.Modus enim sciendi est vt scias quo ordine,quo studio,quo fine scire quæque oporteat:quo ordine,vt id prius quod maturius ad salutem:quo studio,vt id ardentius quod efficacius est ad amorem:quo fine,vt non ad inanem gloriam vel curiositatem velle aliquid,sed ad ædificationem tui & proximi. Sunt nanque qui scire volunt eo fine tantùm vt sciant, & curiositas est: quidam vt sciantur, & vanitas est:quidam vt scientiam vendant,& turpis quæstus est:quidam vt ædificẽtur,& prudentia est: quidam vt ædificent,& charitas est. ¶Deinde cùm dicit[Siquis autem diligit,&c.]hîc ostendit à quibus hæc scientia habetur sufficienter,quia ab illis qui vtuntur ea ex charitate . Primò ergo supponit scientiam cum charitate.Secundò ostendit sufficientiam talis scientiæ,ibi[Hic cognitus est.]Dicit ergo,Siquis,&c.q.d.Ille perfectè non scit qui nescit quemadmodum oporteat eum scire.Siquis autem diligit deum,& ita cũ scientia habet charitatem,hic cognitus.i.approbatus est ab eo.Nouit enim dominus qui sunt eius.2.Tim.2,Vnde talis verè scit deo approbante,quia bene vtitur scientia propter charitatem annexam.Notãdum est hîc quòd ad hoc quòd aliquis sciat quemadmodum oporteat scire,nouem sunt necessaria . Primò humiliter sine inflatione.Philip.4,Scio humiliari.Psal.Si non humiliter sentiebam.Secundò sobriè sine præsumptione.Suprà 1,Non iudicaui me scire.Rom.12,Nõ plus sapere quàm oportet.Tertiò certitudinaliter sine hæsitatione.2.Tim.1,Scio cui credidi,& certus sum.Quartò veraciter & sine errore.2.Tim.3,Semper dicentes,& nunquam ad scientiã veritatis peruenientes.Quintò simpliciter sine deceptione.1.Tim.6,Oppositiones falsi nominis scientiæ.Sextò salubriter cum charitate & dilectione.Infrà 13,Si habuero omnẽ scientiam,charitatem autem non habuero.Septimò vtiliter cum proximorum ædificatione. Infrà 12,Alii datur sermo scientiæ in eodem spiritu. Octauò liberaliter cum gratuita cõmunicatione. Sap.6,Ponam in lucem sapientiam eius. Nonò efficaciter cum bona operatione. Scienti enim bonum,& non facienti,peccatũ est illi.Iaco.4. Primùm.s.humilitas scientiæ arguit sapientes superbos,sobrietas curiosos,certitudo dubios, veritas hæreticos,simplicitas aduocatos,salubritas magnos,vtilitas iniquos,liberalitas auaros,efficacia otiosos. ¶Deinde cùm dicit,[De escis autem quæ idolis,&c.]hîc ostendit qualem scientiam habent de idolotitis,ostendens primò quòd sciunt idolum nihil esse.Secũdò quòd sciunt omnia à deo esse,ibi[Nam etsi sunt qui dicantur dii.]In prima primò dicit idolum nihil esse.Secundò iuxta hoc ad declarationem ostendit deũ non nisi vnum esse,ibi,[Et quòd nullus deus,&c.]Dicit ergo,de escis autem,&c.quasi dicat,prædictis modis non valet scientia,sed tamen de escis quæ immolantur idolis scimus scitia vera.s.ꝙ in se sunt licitæ,nec propter idolum sunt immũdæ:& hoc quia idolum nihil est in mũdo.Hoc tripliciter exponitur.Primo modo sic.Idolum nihil est in mũdo.i.inter creaturas mũdi quantum ad formam idoli: licet enim materia idoli sit aliquid.s.aurum vel argentum vel huiusmodi,tamẽ nil est forma.s.quæ creditur ibi esse ab idolatris, qui credunt idolum esse deum.Esa.41,Ecce vos estis ex nihilo & opus vestrũ ex eo quod non est.Secundo modo sic,idolum nihil est.s.persona subsistens ex simulachro & spiritu præsidente. Ex istis enim duobus nihil fit sicut ab idolatris putatur.Hier.10,Cõfusus est omnis artifex in sculptili:quia falsum est quod cõflauit& non est spiritus in eo.Tertio modo sic,idolum nihil est in mũdo.i.nullius rei quæ sit in mũdo habens similitudinẽ. Est enim differẽtia inter idolum & simulachrũ,quia simulachrũ dicitur quod sit ad similitudinem rei alicuiꝰ naturalis:idolum ad nullius rei sit similitudinẽ,vt si corpori humano addatur caput equinũ. Esa. 40,Cui similem feciſtis deum,&c.Et scimus etiã quòd nullus deus nisi vnus.Deut.6,Audi Israel,dominus deus tuus,deus vnus est. ¶Deinde cùm dicit,[Nã etsi sunt qui,&c.]hîc ostendit ꝙ sciunt omnia à deo esse non à diis nũcupatiuis vel adoptiuis,vt sunt idola vel sancti, sed ab vno summo. Primò ergo dicit quomodo potest intelligi deorũ pluralitas.s.per adoptionem vel nuncupationẽ. Secundò quomodo est diuinitatis vnitas.s.per essentiam,ibi[Nobis tantùm vnus deus,&c.] Vbi prmò tangit vnitatem in patre. Secundò in filio,ibi[Et vnus dominus,&c.]In prima tangit tria.s.essentiam,quia vnus deus: personam,quia pater: potentiam,ex quo omnia:clementiã,quia & nos in illo,similiter ista tangit in filio. Dicit ergo, Nam etsi sunt, &c.q.d.& verè non est nisi vnus deus. Nã etsi sunt qui dicãtur dii verè participatione diuinitatis vt sancti. Psal.Ego dixi dii estis,siue in cælo vt sancti comprehensores,siue in terra,vt sancti viatores. Siquidem sunt

Scientia nõ prodest sine vsu & modo studẽdi. Quidmodꝰ studendi.

Ad sciẽdũ vt oportet scire, nouẽ sunt necessaria.

Differunt idolum & simulachrũ

dii multi verè participatione diuinitatis vt sancti & iusti domini, apostoli & prælati, nobis tamẽ &c.Alio modo legitur sic,Nam & si sunt qui dicuntur dii à gentibus.s.falsa nuncupatione: siue in cælo vt sol & luna:siue in terra,vt Mercurius & Dyana,siquidem sunt dii multi , sola.s. nuncupatione secundum gentiles, Psa.Diigentium dęmonia,& domini multi,qui aliis præsunt:nobis tamen tantùm vnus est deus essentialiter.s.pater,ex quo omnia secundum naturam & per paternam authoritatem.Roma. 11, Ex quo omnia & nos in illo per gratiam.Act.17,In ipso viuimus,mouemur & sumus. Et vnus cum patre deus dominus Iesus Christus.Io.10,Ego & pater vnum sumus.Per quem omnia .s. facta sunt secundum naturam . Ioannis 1 , Omnia per ipsum facta sunt,& nos per illũ.s.sumus in deo per gratiam.Romanorum 1,Per quem accepi gratiam, &c. ergo vnus est altissimus creator omnium omnipotens . Ex his elicitur talis ratio , Non est nisi vnus deus qui fecit omnia,sed multa sunt idola,ergo non sunt deus qui fecit omnia, nec creduntur aliquid,ergo nihil. ¶[Sed non in omnibus est scientia.]Habito ꝙ maiores illorum habent scientiam de idolotitis,hîc ostendit ꝙ minores hac scientia carent. Vbi primò ostendit ꝙ in quibusdam defuit prædicta de idolotitis scientia.Secũdò ꝙ propter hoc esu idolotitorum polluitur eorum conscientia . Vbi primò tangit pollutæ conscientiæ rationem.Secundò ipsam pollutionem,ibi,[Et conscientia ipsorum,&c.]Dicit ergo,[Sed non in omnibus &c.]q.d.hoc scimus nos.s.ꝙ idolum nihil est, sed non in omnibus vt in infirmis est scięntia hæc,& verè,non est in omnibus:quidã tamen &c.Vel sic, nos scimus ꝙ idolum nihil est in mundo.Quidam enim cum conscientia idoli,quia.s.putant idolum aliquid diuinum esse vsq; nunc.i. post conuersionem sicut antè manducant idolotitum.i.de sanctificatis idolis,& hoc nõ quasi cibum simpliciter, sed quasi idolotitum.s.ad reuerentiam idoli,& conscientia illorum cùm sit infirma polluitur per illos.s.qui habent rectam scientiam,sed non cum charitate per quos in hunc errorem infirmi inducuntur.Deut.27,Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. Hîc innuit ꝙ non cibus,sed conscientia polluitur per peccatum, comedendo ad exemplum malorum. ¶Deinde cùm dicit,[Fsca autem non comedat &c.] hîc quartò ostẽdit ꝙ coram eis idolotita comedere non debent . Vbi primò ostẽdit ꝙ huiusmodi comestio nihil prodest apud deum.Secundò probat ꝙ non præstat aliquod bonum augmentum,ibi [Neq; enim si non mãducaueritis.]Dicit ergo,esca autẽ &c.q.d.Illis nocet vestra comestio,vobis autem non prodest. Esca enim nos non commendat deo,sed recta fides in edendo. Nam nec Esau esu lenticulæ iustificatus est, nec Helias esu carnium pollutus est.Rom.14.Non est regnum dei esca & potus.Hebr.vlt.Bonum est gratia stabilire cor, non escis. ¶Deinde cùm dicit. [neq; enim si non mãducauerimus &c.] hîc probat quod proposuit, & est sua ratio talis.Non comedere idolotitum non diminuit bonum: comedere non auget,ergo talis esca sumpta vel non sumpta nihil prodest apud deum: & hoc est quod dicit , Neq; enim si non manducauerimus, deficiemus.i.minus ab eo habemus:neq; si manducauerimus abundabimus in virtutibus, quia esca ventri, non menti proficit , & ita cùm non sit de veritate vitæ iustitiæ & doctrinæ , dimittenda est propter scandalum.

Lectio 2.

Monentur fideles ne offendãt infirmos scãdalo comestionis idolotitum, & se præbet exẽplũ ad abstinendũ Apostolus.

VIdete autem ne fortè hæc licentia uestra offendiculum fiat infirmis. Si quis enim uiderit eum qui habet scięti*am* in idolo recumbentem,nonne conscientia eius cùm sit infirma,ædificabitur ad manducandum idolotita? Et peribit infirmus in tua conscientia frater,propter quem Christus mortuus est.Si autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam in Christo,peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum,non manducabo carnem in æternum,ne fratrem meum scandalizem.

¶Hæc est secunda pars huius capituli:superius enim ostendit ꝙ in se licita est comestio idolotitorum.hîc monet abstinere ab ea propter scandalum infirmorum . Vbi primò monet ne offendant fratres sua comestione.Secundò ꝙ potest offendere,ibi,[Si enim quis viderit &c.] Tertiò ostendit malũ quod inde potest accidere,ibi,Et peribit infirmus &c.] Quartò præbet se in exemplum abstinentium, ibi, [Quapropter si esca scandalizat &c.]Dicit ergo videte,quia quantum ad nos nihil prodest vel obest esca ipsa,sed tamẽ videte ne fortè hęc licẽtia vestra qua scitis licere vobis comedere de idolotitis,offendiculũ fiat infirmis ĩ fide qui nondum sciunt idolum nihil esse.Leuit.19,Coram cæco non pones offendiculum. ¶Deinde cùm dicit,[Si quis viderit &c.]hîc ostendit quomodo possunt offendere,quia comedendo idolotitum coram infirmis:vbi implicantur quatuor concurrentia ad scandalum.Primò maior scientia.Secundò comestio idolotiti publica,ibi,[In idolo recumbentem.]Tertiò occasio scandali accepti,ibi,[Nonne conscientia eius.] Dicit ergo,si enim quis,&c.q.d. Et verè potest esse offendiculum . Si enim quis infirmus viderit eum qui habet scientiam recumbentem in idolo.i.in præsentia idoli,nonne conscientia eius cùm sit infirma,per te ædificabitur.i.per factum tuum ad manducandum idolotita.i.sacrificata in reuerẽtiam idoli.q.d.sic,videẽs enim quis fratrem peritum in idolo sacrificata comedere , incipit ipse edere non illa conscientia qua ille.s. peritiæ causa,sed id putat esse numen in cuius reuerentia hoc fiat . ¶Deinde cùm dicit,[Et peribit infirmus.]Hîc ostendit malum quod inde potest accidere.& hoc duplex.Primò scandalum proximi. Secundò offensam proximi,ibi, [Si autem peccantes &c.]In prima implicantur tria, peccantis conditio,quia infirmus:peccandi occasio,quia in tua conscięti*a*: peccati exaggeratio,quia propter quẽ Christus mortuus est. Dicit ergo,& ita peribit infirmus in fide,id est,in tua scientia,frater,id est,occasione accepta à tua scientia: quia te sapiẽtem videt comedere,putans ꝙ sub idoli veneratione comedas, propter quẽ saluandum Christus mortuus est,& ita grauiter peccas. Rom. 14, Noli cibo perdere illum pro quo mortuus est Christus. Sic autem peccantes in fratres peccato scandali, & percutientes conscientiam eorum infirmam gladio mali exempli.Amos 9, Percute cardinem.i.conscientiam & commouebuntur super liminaria .i. intellectus & affectus.In Christo peccatis,cuius membra sunt. non ait in Christum secundum glo.quia in Christũ peccare,est Christum negare.i.peccare in fide.In Christo peccare est in his quæ Christi sunt peccare.s.in moribus:sicut ille qui in lege est,dicitur in lege peccare:qui autem in lege non est,dicitur peccare in legem.

¶Deinde cùm dicit,[Quapropter si esca &c.]Hîc vltimò proponit se in exemplum abstinentiæ, vbi primò implicat scandalum.Secũdò ex hoc explicat abstinentiæ propositum,ibi,[Non manducabo &c.]Tertiò præuenit dubium,ibi,[Ne fratrem meum &c.]Dicit ergo,Quapropter ne.s.peccem in Christum si e-

sca scandalizat fratrem meum,non manducabo carnem aliquam,non solùm idolotita in æternum: si ergo propter scandalum fratrum abstinendum est quasi à necessariis vitæ,multomagis à superfluis : & hoc non ideo ꝙ esca in se mala sit,sed ne scandalizem fratrem meum. Nam qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, expedit ei vt suspendatur in collo eius mola asinaria &c.Mat.18.Ro.14,Omnia munda mundis,sed malũ est homini qui per offendiculum manducat. ¶Hìc quæritur super illud,Scientia inflat.Glo.scientia per se inutilis est. ¶Contrà,scientia per se bona est,ergo & vtilis. Rñsio, Inutilis est ad salutem, vtilis tamen ad multa alia. ¶Item charitas ædificat. ¶Contrà,sicut sciẽtia inflat,non per causam , sed per occasionem,sic & charitas . Rñsio, Non est simile, quia scientia habenti se manifestat,sed non sic charitas:quia nemo certus est de charitate. ¶Item super illud,Idolum nihil est,glo. Naturam deus formauit , sed stultitia hominũ formam dedit. ¶Contrà,Omne esse est à deo,ergo omnis forma. Rñsio,glos.loquitur de forma putatiua in natura,non de vera. ¶Item ibidem glo.Forma hominis in idolo non est facta per verbum. ¶Contrà, Ioan.1,Omnia per ipsum facta sunt.Rñsio,quanuis forma hominis in illo sit facta per verbum,non tamen in idolo.i.ad colendum. ¶Item ibidem glo.idolum nihil est, quia nullius rei quæ sit in mundo similitudinem habet. ¶Contrà,non potest artifex cogitare vel formare nisi qualia vidit.Rñsio,Non habet similitudinem in toto,sed in partibus. ¶Item super illud,Nullus deus nisi vnus,glo.hoc dicit ne putetur esse deus in idolo. ¶Contrà,deus,licet sit vnus,tamen est vbiq;.Rñsio,in idolo est per potentiam,non per prę̃sidẽtiam vel vnionem,vt putabant Gentiles.Item ibidem,glo.pars trinitatis,non potest esse quicunq; vnus in tribus. ¶Contrà,cuiuslibet numeri pars est vnitas. Rñsio , Trinitas non est numerus simpliciter,sed numerus personarum. ¶Item super illud,Et si sunt qui dicuntur dii.Glo.participatione diuinitatis. ¶Contrà,diuinitas est imparticipabilis.Rñsio,Participatio hæc per causam est,non per essentiam. ¶Item ibidẽ glo.quæritur vtrum angeli vocandi sint dii.Rñsio,quanuis participent diuinitatem, tamen secundum glo. non sunt dicendi dii propter periculum adorationis. ¶Item super illud,Nobis tamen vnus pater,glo.trinitas est nobis vnus pater,non tamen ille qui tertia in trinitate persona alius. ¶Contrà,Idem & aduersum diuidunt ens,Respondeo,quòd quanuis idem & aduersum diuidant ens creatum , non tamen increatum, quia ibi est identitas in essentia cum diuersitate in personis.Item non in omnibus est scientia . ¶Contrà, suprà eodem,omnes scientiam habemus.Responsio,Illud non intelligitur vniuersaliter, sed de maioribus. ¶Item super illud,Esca non commendat nos deo,dicit glo.sumpta vel non sumpta. ¶Contrà,ergo abstinentia nihil meretur.Responsio,non virtus escæ,sed virtus abstinentiæ prodest. ¶Item si esca scandalizat &c. ¶Contrà,ergo pro scandalo fratris à pane & vino abstinẽdum est in perpetuum. Responsio,Non est simile de necessariis & superfluis,vel loquitur hìc de scandalo actiuo non passiuo. Vel perfectionis est hoc, non necessitatis. ¶Notandum est hìc super illud,Vnus deus,ꝙ deus potest accipi multipliciter.s.falsa nũcupatione,sic idola dicuntur dii.Psal.Omnes dii gentium dæmonia.Hiere.10, Dii qui cælum & terrã non fecerunt,pereant de terra.Vera adoptione sic sancti dicuntur dii.Psalm.Ego dixi dii estis,& filii excelsi omnes,vos autem sicut &c.Mundana prælatione sic prælati dicũtur dii.Exod.22,Diis non detrahes.Io.10,Si illos dixit deos ad quos &c.Essentiæ proprietate,sic trinitas dicitur deus.Deu.6,Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. ¶Item notandum ꝙ Christus vnus sine pari multipliciter dicitur.Primò vnus deus propter naturam diuinitatis.Vnde sic nullus est deus nisi vnus.Secundò vnus creator propter infinitatem potestatis.Eccl.1,Vnus est altissimus creator omnium.Tertiò vnus homo propter singularẽ eminentiam sanctitatis.Psal.Non est qui faciat bonum &c.Io.11,Expedit vt vnus moriatur homo.Quartò vnus dominus propter gubernationem prælationis.Eph.4,Vnus dominus,vna fides &c.&hoc modo vnus dominus Iesus Christus,Quintò vnus magister propter infusionem cognitionis.Mat.23,Nonvocemini magistri,quia magister vester vnus est Christus.Sextò vnus pater propter productionem vniuersitatis.Mat.23,Vnus est enim pater vester qui in cælis est . Septimò vnus pastor propter generalem refectionem populi fidelis.Io. 10,Fiet vnum ouile & vnus pastor . Octauò vna hostia propter singulare pretium nostræ redemptionis. Hebr.10,Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos.

Christus dicitur vnus sine pari multipliciter.

Caput 9.

Hìc probat sibi licere sumptus accipere tripliciauthoritate.s. apostolus cõsuetudinis & diuinæ legis

NOn sum liber,non sum apostolus. Nonne Christum dominum nostrum uidi, nonne opus meum uos estis in domino? Et si aliis non sum apostolus,sed tamen uobis sum.Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino.Mea defensio apud eos qui me interrogant,hæc est.Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi?Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circunducendi,sicut & cæteri apostoli & fratres domini & Cephas? Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi ? Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi,Nõ alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utique hæc dicit? Nam propter nos utique scripta sunt: quoniam debet in spe qui arat,arare, & qui triturat,in spe fructus percipiendi.

¶Superius monuit cauere ab edendo idolotita coram infirmis propter scandalum fratrum infirmorum, hìc proponit se in exemplum,quia propter alios abstinet se à sibi licitis . s. ab acceptione sumptuum , vbi primò proponit multipliciter,quia licitum est sumptus accipere . Secundo ꝙ nihilominus non vult accipere,ibi,[Ego autem nullo horum vsus sum &c.]In prima parte,ꝙ licitũ sit sumptus accipere, probat tripliciter.Primò per authoritatem.Secundò per rationem.Tertiò per exemplorum similitudinem,ibi,[Nescitis ꝙ hi qui &c.]In prima primò probat per authoritatem apostolicæ dignitatis . Secundò per authoritatem humanæ consuetudinis,ibi,[Quis militat suis stipendiis &c. Tertiò per authoritatem diuinæ legis, ibi,[Nunquid secundum hominem &c.]In prima primò probat ꝙ sit apostolus generaliter.Secũdò quòd sit apostolus eorum specialiter,ibi,Et si aliis non sum apostolus . Tertiò ꝙ potest accipere sumptus licitè, ibi,[Nunquid non habemus,&c.]In prima primò quærit an habeat libertatem accipiendi sumptus.Secũdò an sit apostolus,ibi,[Non sum apostolus &c.Tertiò probat duplici ratione ꝙ sit liber,& apostolus,ibi, [Nonne dominum Iesum Christum &c.] Dicit ergo,non sum liber &c.q.d. Abstinete ab hoc licito.s. ab

esu idolotitorum,quia ego etiam abstineo à stipendiis,cùm tamen habeam libertatem accipiendi.Nũquid enim,non sum apostolus, immo verè sum apostolus.Gal.2,Qui operatus est Petro in apostolatum circũcisionis operatus est & mihi inter Gentes.Est ergo ratio sua talis.Omnis apostolus ratione sui apostolatus habet libertatem accipiendi sumptus,sed ego sum apostolus:vtrunque probat postea,ergo &c. ¶Deinde cùm dicit[Nonne dominum Iesum Christum,&c.]Hìc probat duplici ratione ꝙ sit apostolus, primò per causam.Secundò per effectum,ibi[Nonne opus meum &c.]Prima ratio sumitur ex parte Christi mittentis.Secunda ex parte Corinthiorum quibus mittitur.Prima ratio talis est.Ego vidi dominum qui me misit ad prædicandũ,ergo sum apostolus.Et hoc est quod dicit,Nonne &c.q.d.Verè sum apostolus:Nonne dominum Iesum Christum vidi, hoc dicit propter pseudo apostolos qui dicebãt ipsum non esse apostolum, quia non fuerat in societate domini sicut cæteri apostoli.Ipse autem vidit eum iam immortalem, secundũ glosam.Vel in via.Act. 9, Vel in templo.Act.22.Vnde Act.9, Barnabas apprehensum illum duxit ad apostolos,& narrauit quomodo in via vidisset dominum, infrà 15,Nouissimè omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Nonne opus meum &c.Ecce secunda ratio talis. Vos estis conuersi ad fidẽ per me missum ad hoc,ergo sum apostolus.Nonne opus meum vos estis ò Corinthii,sicut templum architecti,suprà 3,Vt sapiens architectus fundamentum posui. ¶Item vt filius opus genitoris,suprà 4,In Christo Iesu per euãgelium vos genui,opus inquam meum & hoc in domino.i.domino cooperante.Vel in domino.i.ad gloriã domini.q.d.sic estis. ¶Deinde cùm dicit[Et si aliis apostolis &c.]Hìc probat ꝙ est apostolus eorum specialiter.Vbi primò proponit quòd est apostolus eorum specialiter . Secundò probat hoc per effectum,ibi, [Nam sigillum apostolatus &c.]Tertiò ostẽdit ꝙ per effectum illum defendit se esse apostolum,ibi[Mea defensio ad eos &c.]Dicit ergo,Et si &c.q.d.Verè opus meum estis,quia & si aliis.s.Iudæis quorum legem euacuo non sum.i.non videor esse apostolus: sed tamen vobis sum, qui per me conuersi estis specialiter. Ro.11,Quandiu Gentium sum apostolus ministerium meum honorificabo.Et verè vobis sum apostolus, nam vos estis sigillum apostolatus mei.i.forma & sigillum , quia apostolatus meus impressus est in vobis, sicut forma sigilli in cera.Glos.in vobis apparet ꝙ sum apostolus dum habetis per me quod etiã per alios apostolos.1.Cor.9,Signa apostolatus mei facta sunt super vos.Vos estis inquã,in domino.i.domino principali actore,& verè ita est,quia mea defensio ad eos qui me interrogant,vtrum.s.sim apostolus.s.hoc estis vos, per vos enim ostendo me esse apostolum. ¶Deinde cùm dicit[Nunquid non habemus &c.]Hìc ostendit ꝙ potest accipere sumptus licenter.Vbi primò quærit an habeat hanc potestatem generaliter. Secundò quantum ad personas determinãtas specialiter,ibi[Nunquid non habemus potestatem &c.] Tertiò an ipse & Barnabas sint hac potestate priuati singulariter,ibi[An ego solus &c.] Dicit ergo,nunquid, &c.q.d.nam cùm sim apostolus,nunquid non habemus ego & mei potestatẽ manducandi & bibendi nostra.i.viuendi stipendiis nostris. Augu. Permisit dominus,non iussit apostolis accipere necessaria à subditis.Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem .s. fide,circunducendi nobiscum propter sumptus ministrandos?Ambrosius in glo.Mulieres desiderio doctrinæ dominicæ & virtutum cupidæ apostolos sequebantur,& ministrabant eis sumptus,& seruitia.Et similiter Christum secutæ sunt.Luc.8.& 23,Sicut cæteri apostoli,vt habetur Act.6,Et sicut fratres.i.cognati domini qui maiores sunt.Gal.2,Iacobus & Ioannes qui videbantur columnę esse &c.&Cephas qui maximus est inter apostolos,vnde Cephas interpretatur caput Ambrosius,Non hos reprehendit Apostolus,sed eorũ more sibi probat licere,idcirco autẽ (vt ait Augustinus)dominus mulieres ministraturas sequi voluit,ostendens quid debetur à plebibus euangelistis.Vel ideo etiam ne viderentur alienæ à salute.Aut nunquid ego solus & Barnabas?Isti enim fuerunt coniuncti ad prædicandum Gentibus.Act.13,Segregate mihi Barnabam & Paulũ in opus ad quod assumpsi eos.Non habemus secundum opinionem vestram potestatem hoc operandi .s. mulieres circunducẽdi, & sumptus accipiendi.q.d.imò habemus sicut alii,sed omnes alii licitè accipiunt,ergo & nobis licet.

Ratione apostolatus & officij prædicationis licitum est sumptus accipere.

¶Deinde cùm dicit[Quis militat suis stipendiis, &c.] Hìc secundò probat ꝙ licet accipere sumptus per authoritatem humanæ consuetudinis:& primò in statu militis,secundò agricolæ,ibi[Quis plantat vineam &c.] Tertiò pastoris,ibi[Quis pascit gregẽ &c.] Militi comparatur prælatus propter subsidium,agricolæ propter verbum,pastori propter exemplum.Debet enim subditos defendere suffragio,plantare verbo,pascere exemplo.Primum respicit extra ecclesiam existentes,secundum ecclesiam intrantes,tertium in ecclesia commorantes.Dicit ergo,Quis militat.q.d.vtiq; habemus potestatem accipiendi sumptus , & meritò. Quis militat suis stipendiis.q.d.vnquã nullus. Dabantur enim militibus stipendia de republica. Vnde Io. dicit Luc.3,Contenti estote stipendiis vestris.Sic prædicatores & prælati accipere possunt sumptus à subditis.1.Tim.1,Vt milites in illis militiam bonam.Quis enim plantat vineam,& de fructu eius non edit?Vinea domini est ecclesia.Esa.5,Vinea domini sabaoth,domus Israel est . Apostoli enim fuerunt plantatores huius vineæ,suprà 3,Ego plantaui,Apollo rigauit.Quis etiam pascit gregem, & de lacte eius non manducat?Quasi dicat,nullus.Grex domini sunt fideles ecclesiæ.Ezec.34,Vos greges pascuæ meæ. Huius gregis pastores sunt prælati & prædicatores.Vnde primo prelato dictum est,Pasce oues meas.Ioan.21.Tales possunt pasci de lacte gregis,quia possunt accipere sumptus à subditis.Si ergo defendimus,plãtamus & pascim?more boni militis,boni agricolæ,boni pastoris,licet nobis sumptus accipere.Sed quia hodie multi sunt qui stipẽdia accipiũt & nõmilitãt,edũt fructũ vineæ,& nõ plãtant,lac comedũt,& gregẽ non pascũt.Ezec. 34,Lac comedebatis,gregẽ autẽ meũ non pascebatis.Notandũ super illud,Nonne dominũ Iesum vidi,ꝙ multiplicem domini legimus visionem.Vnam corporalem quæ præteriit,de qua Baruch.3, Post hæc in terris visus est,& cum hominibus conuersatus.Secundã spiritualẽ quæ præsens est.Psal.Vacate & videte,quoniam ego sum deus,&c.Tertiam æternalem,quæ futura est,de qua Ioan.17,Volo vt vbi ego sum & illi sint mecum vt videant claritatem meam.Iob.19,In carne mea videbo deum . Quartam momentaneam quæ etiam futura est,de qua Luc.21, Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna. prima fuit in mundo,secunda in animo,tertia in cęlo erit,quarta erit in iudicio:prima visio dat exemplum viuendi:secunda adiutorium proficiendi:tertia desiderium perueniendi:quarta odium peccandi. ¶Prima

Prædicator licere accipere sumptus ostenditur ex similitudine ad milites,agricolas, & pastores.

Multiplex legitur dominivisio.s. corporalis , spũalis,æternalis,& momẽtaneæ

dat exemplum viuendi tripliciter,quia visus est pauper & penosus,vt refrenetur cupiditas diuitiarum.Psa. Ego sum pauper & dolens &c.Et Psal.Videant pauperes & lætentur.Sic viderunt pastores.Luc.2.Vilis & abiectus.vt refrenetur ambitio honorum.Esa.53, Vidimus eum,& non erat aspectus,& desiderauimus eũ virum despectum.Ideo dicitur Mat.11,Discite à me,quia mitis & humilis sum.Afflictus & passus,vt refrenetur concupiscentia voluptatum.Trenorum 1.O vos omnes qui transitis per viam,videte &c. ¶Secũda visio dat adiutorium proficiendi tripliciter, quia dat robur pœnitentibus culpas & pœnas ostendendo sicut sol atomos.Dan.5,Vidit Baltasar manũ scribentis,Iob 42,Nũc oculus meus videt te &c.Spẽ certantibus mercedem manifestando,sicut dominus operanti. Act. 7, Ecce video cælos &c. Lætitiam contemplantibus prægustationes offerendo,sicut tabernarius modicum vini.Psal.Gustate & videte,quoniam suauis est dominus.Gen.32,Vidi dominum facie ad faciem,sicut Paulus hìc. Tertia visio æternalis dat desiderium peruenientibus propter tria,videlicet propter veram iocunditatem. Esa. vlti. Videbitis & gaudebit cor vestrum,quia dulce lumen & delectabile &c.Hoc significatum est Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino,propter iocunditatis multiplicitatem siue pluralitatem.Esa.60.Tunc videbis & affluES &c. quippe quia videbimus eum sicuti est, & ipse erit omnia in omnibus. Erit enim rationi plenitudo lucis,voluntati multitudo pacis,memoriæ continuatio æternitatis,Propter puritatis æternitatem.Apoc.vlt.Serui eius seruient illi,& videbunt patrem eius,& regnabũt in secula seculorum.Psal.Adimplebis me lætitia &c. Quarta visio dat odium siue terrorem peccandi propter tria,videlicet propter furtum propalandum coram iudice vidente.Malac.3,Ecce veniet,& quis stabit ad videndum eum.Ipse enim quasi ignis conflans &c.Propter malefactorum sæueram vltionem.Latro enim videns socium suum suspendi,plus timet furari. Hiere. 7.Ite ad locum meũ in Sylo,& videte quid fecerim ibi.Sylo interpretatur aaulsa. Apoc.1, Vidi similem filio hominis.Et infrà,Ex ore eius quasi gladius ex vtraq; parte acutus exibat &c. Propter visum bonorum præmiationem,videns enim clericus alium præbendari,quia bonus cauet à malo.Psa.Videbunt iusti &lętabuntur,& omnis iniquitas opilabit os suum. ¶Deinde cùm dicit,[Nunquid secundum hominem &c.] Hic probat tertiò,q̃ licet sumptus accipere per authoritatem diuinæ legis. Et primò proponit q̃ lex hæc dicit.Secundò verbum legis ponit,ibi[Scriptũ est enim &c.] Tertiò qualiter intelligendũ sit, ostendit,ibi [Nunquid de bobus cura est,&c.]Dicit ergo[Nunquid &c.]q.d.probaui ratione humanæ consuetudinis, q̃ licet nobis sumptus accipere.Sed nunquid secundum hominem.i.secundum humanam consuetudinem vel similitudinẽ tantùm dico hoc?an non lex Moysi diuinitus promulgata hoc dicit?quasi dicat, immo dicit,Scriptum est enim in lege Moysi.Deut.25.Et habetur idem primæ Tim.5, Non alligabis os boui trituranti, vt possit viuere de labore suo.i.non prohibebis prædicatorem viuere de euangelio. Triturare enim est separare granum à paleis,quod facit prædicator abstrahendo animas à terrenis,discernendo virtutes à vitiis,separando vtilia à vanis.Hier.15,Si separaueris pretiosum à vili,quasi os meũ eris. ¶Deinde cũ dicit[Nunquid de bobus &c.] Hìc ostendit qualiter dicta authoritas intelligenda sit. Et primò q̃ intelligenda sit literaliter de bobus.Secundò q̃ non tantùm literaliter de bobus, sed spiritualiter de prædicatoribus,ibi[An propter nos &c.]Dicit ergo [Nunquid &c.]q.d. Hæc authoritas de bobus spiritualibus, id est,prædicatoribus intelligitur.Nunquid enim de bobus materialibus cura est deo,vt de eis lege præcipiat? An propter nos hoc vtiq; dicit.q.d. Hoc vtiq; propter nos dicit. Nam propter nos scripta sunt hæc & similia.Ro.15,Quæcũq; scripta sunt,ad nostram doctrinã scripta sunt.Propter nos,inquã,idcirco,quoniam prædicator qui corda aperit ad fidem debet arare in spe stipendiorum temporaliũ,non tamen propter spẽ hanc.Debet enim primùm quærere regnum dei.Et qui triturat.i.bonos à malis quasi grana à malis discernit prædicando.s.ad mores debet hoc facere in spe fructus percipiendi.2. Tim.2, Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere,Eccles.6,Is qui arat & qui seminat accedit ad illam, & sustinet bonos fructus illius.

Vide quæ in beatitudine habebimus.

Visio Christi in iudicio terrebit.

Triturat prædicator.

Lectio 2.

SI nos uobis spiritualia seminauimus,magnum est si nos carnalia uestra metamus?Si alij potestatis uestræ participes sunt,quare non potius nos?Sed non usi sumus hac potestate. Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi,Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant?Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant,de euangelio uiuere.

¶Superius probauit per authoritatẽ q̃ licet accipere sumptus,hic probat idem per rationem. Et primò probat hoc ex eorum obligatione. Secundò ex pseudo apostolorum accipientium ab eis operatione, ibi, [Si alii potestatis vestræ &c.] Tertiò dicit quòd nihilominus noluit vti hac potestate,ibi,[Sed non vsi sumus,&c.]Prima ratio talis est.Maius est dare spiritualia, quàm accipere temporalia: ergo si Apostolus dat spiritualia,licet ei accipere temporalia.Primò ergo explicat beneficium impensum,Secundò explicat stipẽdium exhibendum,ibi[Magnum est si nos &c.]Dicit ergo[Si nos &c.]q.d. verè habemus potestatem accipiendi sumptus à vobis:Si enim nos seminauimus vobis spiritualia,fidem.s.& sacramenta spiritũ alentia à spiritu sancto ministrata,magnum est si nos metamus ad sustentationem nostram carnalia.i. ad carnis sustentationem concessa.Quasi dicat,Non est magnum.Ro. 15, Si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles,debent in carnalibus ministrare. ¶Deinde cùm dicit[Si autem alii &c.]Ecce secunda ratio ad idẽ talis. Veri apostoli licentius participant bona subditorum quàm pseudo, sed pseudo apostoli participant, ergo multò plus veri apostoli participare debent.Primò ergo ponit antecedens. Secundò consequens,ibi, [Quare non potius nos &c.]Dicit ergo[Si autem alii].s. pseudo quos non exprimit ex nomine ne confundantur vocat eos alios quasi à consortio alienos ecclesiæ.Omnes enim catholici vnum sunt.Io.17, Vt sint vnum &c.Si inquam alii potestatis vestræ participes sunt.i.tam potenter vtuntur bonis vestris,quare non potius nos apostoli qui causa salutis vestræ laboramus?Eccle.12.Da bono,& ne receperis peccatorem.

¶Deinde cùm dicit[Sed non vsi sumus.]Hìc ostendit q̃ noluit vti hac potestate.Vbi dicit primò se sumptus non accepisse.Secũdò dicit se nihilominus indiguisse,ibi [Sed omnia sustinemus &c.]Tertiò rationẽ vtriusq; assignat,ibi[Ne quod offendiculum &c.]Dicit ergo[Sed nõ &c.] Quasi dicat, Ecce patet q̃ licet nobis sumptus accipere,sed tamen vsi non sumus hac potestate,suprà sexto, Omnia mihi licent, sed non

Ostẽdit sibi licere accipere sumptus, ratione & pseudo apostolorũ facto sumpta, & dicit se maluisse uti illa potestate quã ostẽdit similitudine eorum q̃ templo & altari deseruiunt.

omnia expediunt,Non sumus,inquam,vsi,non quia non indigeamus,sed omnia sustinemus, quia & si penuriam patiamur,tamen patienter sustinemus.2.Corin.13.Cùm essem apud vos & egerem,nulli onerosus fui.Et hoc feci ideo ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Hoc autem posset accidere, vel quia pseudo apostolis daret exemplum accipiendi. Vel quia Corinthii auari erant & scandalizarentur si ab eis acciperẽt.Vel fortè putarent se emisse licentiam peccandi & diminueretur in Apostolo authoritas arguẽdi,& his modis daret offendiculum euangelio Christi.Prou.15, Via iustorum absq; offendiculo. ¶Deinde cùm dicit,[Nescitis quoniam qui in sacrario,&c.]probauit q̃ licet sumptus accipere, primò per authoritatem,secundò per rationem:tertiò idem probat hìc per exemplorum multitudinem.Vbi primò inducit similitudinem eorum qui templa reparant. Secundò eorum qui templo ministrant, ibi, [Et qui altari deseruiunt, &c.] Tertiò adaptat similitudinem his qui prædicant, ibi, [Et dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant,de euangelio viuere.]q.d. Et verè licet mihi sumptus accipere:nescitis quoniam qui in sacrario.i.in templo Iudæorum vel Gentilium operantur vt artifices qui de sacrario sunt,edunt.Sustentabantur enim artifices de denariis qui in gazophilacio templi offerebantur, vt patet tempore Ioas 4 Reg. 12,Et qui altario templi Hierosolymitani,vel etiam ipsi templo vt sacerdotes deseruiunt.i.deuotè seruiũt, vna enim de duodecim abusionibus est irreuerentia coram altari.Cum altari participant,quia partem habent de his quæ offeruntur in altari,vt patet per totum Leuiticum, & maximè 6.& 7.cap.Et sicut fit hìc, ita & dominus ordinauit.i. rationabiliter disposuit his qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Hoc ordinauit,dicens.Mat.10.& Luc.10,Dignus est enim operarius mercede sua. ¶Notandum est hìc q̃ Apostolus nominibus multorum officiorum prædicationem hìc designat,quia vocat eum primò militem propter officium,ecclesiam contra aduersarios defendendo.2.Cor.10,Arma militiæ nostræ,&c.2. Tim.2, Labora sicut bonus miles Christi. Secundò vinitorem,propter officium palmites superfluos.i.malos resecandi. Osee 2, Dabo ei vinitores eius. ex eodem loco, Sed heu Can. dicitur. 1, Vineam meam non custodiui.Tertiò pastorem propter officium,subditos bono exemplo pascendi.1 Petr. 5, Pascite qui in vobis est gregem.Sed heu,quia hodie impletur illud Zach.11,O pastor & idolũ derelinquens gregẽ,&c.Quartò bouem, propter officium maturitatis in omnibus procedendi.Prou.14,Vbi non sunt boues,præsepe vacuum est,Iob.1,Boues arabant,& asinæ pascebãtur iuxta eos,&c.Quintò aratorem propter officium corda ad fidem & pœnitentiam aperiendi.Osee 10,Arabit Iudas,confringet sibi sulcos Iacob,&c.Sextò tritu ratorem propter officium malos à bonis discernendi.Esa. 41, Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum habens rostra serrantia,& triturabis montes,&c.Septimò seminatorem propter officium frequenter & vtiliter prædicandi. Luc.8, Exiit qui seminat seminare semen suum.Psal.Euntes ibant,&c. Nonò templi architectum propter officium ecclesiam construendi & reparandi, suprà 3, Vt sapiens architectus fundamentum posui,&c.Decimò altaris ministrum propter officium deo deuotum impendendi, suprà 4,Sic nos existimet homo,&c.Quæritur hìc super illud,non sum liber,glo.Ipse enim apostolica dignitate potestatem habens non operari manibus,sed de euangelio viuere. ¶Contrà,ergo qui prędicant,non habentes apostolicam dignitatem,non possunt sine opere manuum de euangelio viuere. ¶Responsio,Glo.loquitur de potestate qua potest inuitos ad hoc cogere non de spontanea qua potest à voluntariè dantibus petere & accipere. ¶Item ex dicta glo.videtur q̃ prælati non teneantur manibus operari. ¶Contrà,Gene.3, In sudore vultus tui vescẽris pane tuo.Ipsi non sunt exempti ab hac maledictione,ergo,&c. ¶Responsio,Tenentur laborem spiritualem, non corporalem,tamen bene facerent si occuparent se in honestis antequam vacarent. ¶Item super illud,Nonne opus meum,glo.perfectum. ¶Contrà,Ipsi erant imperfecti. ¶Responsio,Opus perfectum dicebantur,quia eis Apostolus prędicauerat,vel quia eos perfectè docuerat quãtum in se erat. ¶Item super illud,Nunquid non habemus potestatem manducandi. ¶Contrà,Matth.10, Gratis accepistis,gratis date. ¶Responsio,Gratis.i.sine pretio,sed non sine stipendio. ¶Item super illud, Quis pascit gregem.glo. Ex euangelio viuentes panem gratuitum manducabant. ¶Contrà,subditi tenebantur dare. ¶Responsiò,Gratuitus erat ex parte recipientium, quia humiliter, non potestatiuè recipiebant,licet debitus ex parte dantium.Item nunquid de bobus cura est deo.Quasi dicat,non. ¶Contrà,Sa. 6,Cura est illi de omnibus. ¶Respondeo,Ibi loquitur de cura generali.s.prouidentię.hìc de speciali.s.disciplinæ. ¶Item debet in spe qui arat arare. ¶Contrà,spes non est de visibilibus,sed æternis. ¶Responsio,spes accipitur æquiuocè. ¶Item in spe fructus percipiendi. ¶Contrà,non debet poni lucerna prædicationis sub modio rei temporalis. ¶Respondeo.Prædicare in spe rei tẽporalis non est ponere lucernam sub modio,sed prædicare propter spem. ¶Itẽ si nos vobis seminauerimus spiritualia,&c. ¶Cõtrà,Galat. 6,Quæ seminauerit homo,hæc & metet:ergo qui seminat spiritualia debet metere spiritualia, &c. ¶Respondeo,ibi loquitur de messione stipendii.

Prædicator est miles,ministor pastor bos arator triturator, sator templi architector altaris minister.

Lectio 3.

EGo autem nullo horum usus sum.Non autem scripsi hæc,ut ita fiant in me.Bonum est enim mihi magis mori,quàm ut gloriam meam quis euacuet.Nam & si euangelizauero non est mihi gloria,necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est si non euangelizauero.Si enim uolens hoc ago,mercedem habeo,si autem inuitus,dispensatio mihi credita est.Quæ est ergo merces mea, ut euangelium prædicans sine sumptu:ponam euãgelium ut non abutar potestate mea in euangelio?

¶Superius multipliciter probauit q̃ sibi licet accipere sumptus, hìc ostendit quòd nihilominus non vult accipere,sed abstinere tribus rationibus.Primò propter intentionem præmii.Secundò propter dilectionẽ euangelii,ibi,[Nam cùm liber essem ex omnibus,&c.]Tertiò propter expeditionem cursus sui,ibi,[Nescitis q̃ hi qui in stadio currunt.]In prima,primò dicit quare non vult accipere.s.ne gloria sua euacuetur.Secundò ostendit q̃ accipiendo euacuaretur,ibi,[Nam si euangelizauero non est mihi gloria,&c.]Tertiò q̃ non accipiendo conseruabitur,ibi,[Quæ est ergo merces mea,&c.] In prima, primò ostendit q̃ potestate accipiendi vti noluit.Secundò q̃ vti non intendit,ibi,[Non autem scripsi hoc vt,&c.]Dicit ergo,[Ego autem,&c.]quasi dicat,tot modis constat,q̃ licet mihi sumptus accipere,sed tamen ego nulla horum authoritate,ratione,exemplo,ad accipiendum vsus sum.Ipse enim vel ab aliis ecclesiis accipiebat.vt 2.Corin.11,

Ostendit se noluisse accipere sumptũ, & hoc ne gloria sua euacuetur, quã alias euacuari demõstrat, & non accipiendo cõseruari.

Alias ecclesias spoliaui,&c.vel manibus operabatur.Act.2,Non autem,&c.Quasi dicat,Non sum vsus,sed nec vti volo.Non enim scripsi hæc.s.q̃ licet mihi accipere vt ita fiant in me sicut scripsi,id est,vt ego accipiam,quia non quæro datum,sed fructum. ¶ Deinde cùm dicit,[Bonum est enim mihi,&c.] Hîc ostendit quare hoc fecit,scilicet,ne gloria sua euacuetur.Vbi primò,multiplicat afflictionem corporalem. Secundò supponit ei gloriæ diminutionem,ibi,[Quàm vt gloriam,&c.]Dicit ergo,[Bonum est, &c.] quasi diceret non accipiam,nam si acciperem,gloriam meam euacuarem,quod nullatenus facerem.Bonum est enim mihi mori,non solùm sumptuum egestate affligi,magis quàm vt gloriam meam quam habeo de gratuita syn ceritate prædicationis de præmio supererogationis.abstinendo à vitiis,quis euacuet ab aliquo importunè accipiendo vel propter sumptus euangelicos.Multi tamen moderni doctores gloriam istam euacuant, vel propter intentionem sumptuum,vel propter fauorem humanum,dicente Iob 12,Ducit sacerdotes inglorios & optimates supplantat. ¶ Notandum est hîc quòd gloria amittitur septẽpliciter propter septem vitia.Nam gloria gulosorum euacuatur. Vnde hîc dicitur,Bonum est enim mihi magis,&c. Gloria luxuriosorum maculatur.Eccle.7,Inclinasti fœmora tua mulieribus,dedisti maculã in gloria tua.Gloria superborum captiuatur.1.Mach.2,Vasa gloriæ eius captiua ducta sunt.Gloria iracundorum intermittitur, Psalm. Si reddidi retribuentibus mihi mala,&c.Et post,Persequatur inimicus animam meam,&c. Et post,Et gloriam meam in puluerem deducat.Gloria inuidorum excluditur.Rom.3,Vbi est gloriatio tua. Gloria auachab.9,Moriamur in virtute propter fratres nostros,& non inferamus crimẽ gloriæ nostræ,Eccle.13.Præcellens esto operibus tuis,& ne dederis maculam in gloria tua.Ergo per gulam,euacuatur gloria sobrietatis,per luxuriam:maculatur gloria castitatis:per superbiam,captiuatur gloria humilitatis : per iracundiam, intermittitur gloria mansuetudinis:per inuidiam,excluditur gloria charitatis : per auaritiam , annichilatur gloria liberalitatis:per accidiam,culpatur gloria strẽnuitatis.De istis dicitur Osee 4, Gloriam eorum in ignominiam commutabo.De primo exemplum in Esau.Gene.25,In Holoferne. Iudith.13. De secundo in Salomone.3.Reg.11,De tertiò in Lucifero.Esa.14,De quarto in Achitofel.2.Reg.16, De quinto in Cain. Gene.4,De sexto in Giezi.4.Regum 5.De septimo in exploratoribus.Num.13.& 14, ¶ Nam & si euãgelizauero,&c.Hîc ostendit q̃ accipiendo sumptus euacuaretur gloria eius,quia non supererogaret.Et est sua ratio talis,Gloria quæ est præmium supererogationis non debetur operibus necessitatis. ad quæ tenemur ex præcepto,sed euangelizare tenebatur ex præcepto:ergo ex hoc non habebat gloriam supererogationis,sed potius ex hoc,quòd non accipiebat sumptus.primò ergo tangit gloriæ euacuationem. Secundò euacuationis rationem,ibi,[Necessitas enim mihi est, &c.] Tertiò rationis declarationem, ibi, [Væ enim mihi est,&c.Quartò rectè euangelizantium mercedem,ibi,[Si volens hoc ago,&c.] Dicit ergo, [Nam si euangelizauero,&c.]quasi diceret,verè euacuaretur gloria mea:nam si euangelizauero ita q̃ sumptus accipiam,non est mihi gloria.i.supererogationis præmium,necessitas enim mihi incumbit.Act.13, Vade,quoniam ad nationes longè mittam te.Et verè necessitas.Væ enim mihi est, id est, pœna transgressionis in me manet,si non euangelizauero.Esa.6,Væ mihi qui tacui.Aliter legitur secundum glo.Et hoc dupliciter.Primo modo sic,Nam si,&c.quasi dicat,vtique euacuaretur gloria mea cælestis,scilicet,si ideo prædicarem vt sumptus acciperem.Nam si euangelizauero tantùm,ita quòd non ex dilectione dei & proximi hoc faciam, nec libera voluntate non est mihi gloria apud deum.Necessitas enim præcepti,quod non audeo omittere, mihi incumbit,vnde si solo timore seruili prædico, væ enim,id est, æterna damnatio mihi est si non euangelizauero sicut mihi iniunctum est.[Si autem volens,&c.]Quasi dicat,si necessitate hoc facio,non est mihi gloria:si autem volens hoc ago,id est,si volũtatem adiungo necessitati,mercedem æternam habeo, ideo Psal.dicit,Voluntariè sacrificabo tibi & confitebor,&c.Si autem inuitus,id est,solo præcepto coactus euãgelizo,dispensatio mihi credita est sicut seruo,vt.s.dispensem ad aliorum vtilitatem, non meam. q. d. aliis proficio,non mihi.Intelligit enim hoc de dispensatione seruili,non filiali,secundum glo.Aug. Nemo inuitus bene facit & si bonum est quod facit.infrà, 13,Si charitatem non habuero, factus sum velut æs sonans, &c.Secundo modo legitur sic, Nam si euangelizauero pro sumptibus accipiendis , non est mihi gloria de supererogatione in prædicando.Peto enim contra me. Mat.10, Gratis accepistis, gratis date:necessitas enim vitæ sustentandæ mihi incumbit,quia pro necessitate vitæ prædico . Væ enim mihi est.i.famis turbatio,si non euangelizauero.Si autem volens,id est, si non pro victus necessitate, sed pro charitate hoc ago, mercedem æternam habeo:si autem inuitus,id est, pro necessitate coactus , dispensatio mihi credita est sicut seruo,&c. ¶ Deinde cùm dicit,[Quæ est ergo merces mea,&c.]Hîc ostendit quòd non capiẽdo sumptus gloria eius conseruatur.Vbi primò quærit,secundò soluit,ibi,[Vt euangeliũ prædicans,&c.]Dicit ergo.Quæ est merces mea,id est, quid faciendo mercedem accipiam,quia hoc est meritum mercedis,vt, scilicet ego prædicans euangelium sine sumptu,ponam,id est, stabiliam euangelium. Esa.28, Ponet triticum per ordinẽ,&c.Hoc autem faciebat,secundũ glo.ne euangeliũ venale putaretur sine sumptu,inquã, & hoc vt non abutar potestate mea,id est,mihi commissa in euangelio prædicando,quod esset si acciperem indistinctè,quia perderem authoritatem liberè arguendi:quia Eccles.20,Exenia & dona execant oculos iudicum , & quasi mutus in ore auertet correptionem . Ecclesiastica ergo vtilitas implicatur in hac solutione, scilicet,confirmatio boni,quia vt euangelium prædicans:& declinatio mali,quia ne abutar potestate.

Gloria inducitur septẽpliciter.

Prædicator cui incũbit ex præcepto prædicare, non supererogat si sumptus accipit ex prædicatione.

¶ Et notandum quòd quatuor tetigit differentias eorum qui tenentur prædicare . Quidam enim tenentur , sed non euangelizant,hi merentur pœnam. Quidam tenentur & euangelizant, sed coacti,hi non merentur mercedem,sed vitant pœnam. Quidam tenentur & euangelizant volũtariè, sed accipiunt sumptus, & hi merentur mercedem , & vitant pœnam , sed non habent supererogationis gloriam. Quidam tenentur & euangelizant voluntariè, nec accipiunt sumptus , & hi mercedem merentur & vitant pœnam , & habent supererogationis gloriam.Primum statum tangit,ibi,Væ mihi est,&c.secundum ibi,[Nam si inuitus,&c.]tertium,ibi[Si autem volens,&c.]quartum,ibi,[Quæ est ergo merces,&c.]

Lectio 4.

NAm cùm liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus,ut Iudæos lucrarer.His qui sub lege sunt,quasi sub lege essem,cùm ipse non essem sub lege,ut eos qui sub lege erant,lucrifacerem.His qui sine lege erant,tanquam sine lege essem,cùm sine lege dei non essem ,sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus,ut infirmos lucrifacerem . Omnibus omnia factus sum,ut omnes facerem saluos.Omnia autem facio propter euangelium,ut particeps eius efficiar.

Ostendit se noluisse accipere sũptus ppter amorẽ euãgelij, dicẽdo se etiã seruũ fecisse ab illo amore, & oĩbus obtẽperasse ut oĩs Christo lucraretur, & oĩs saluaret, imò oĩa fecisse amore euangelij.

¶ Superius ostendit quòd non vult sumptus accipere,& hoc propter intentionem præmii,hîc ostendit q̃ idem fecit propter amorem euangelii.Vbi primò dicit q̃ omnium se seruum fecit.Secundò q̃ omnibus se contemperare studuit,ibi,Et factus sum Iudæis,&c.Tertiò subdit causam quare hoc fecit,ibi,[Omnia autem facio propter euangelium, &c.] In prima implicat triplicem conditionem commendabilem in seruitio:quæ sunt generalitas,liberalitas,vtilitas.Seruit ergo gratis siue liberaliter, ibi, [Cùm essem liber,&c.] Generaliter,ibi,[Omnium me,&c.]Vtiliter,ibi,[Vt plures lucrifacerem, &c.] Dicit ergo, [Nam cùm essem,&c.] Quasi dicat,sine sumptu ponam euangelium,nam & maius feci .s. q̃ cùm liber essem ex omnibus.i.nullius meritis obnoxius, omnium me seruum feci, omnibus me contemperando per vtilitatem , & quasi debitorem constituendo.2.Corint.4,Nos autem seruos vestros per Iesum,& hoc vt plures lucrifacerem.i.lucrum meæ prædicationis & seruitutis facerem.Quærebat enim non res,sed animas.2.Corinth. 12,Non quæro vestra,sed vos.Si enim commendabile est seruire in temporalibus propter lucrum temporale,quantò plus in spiritualibus propter lucrum spirituale? ¶ Deinde cùm dicit , [Et factus sum Iudæis, &c.]Hîc ostendit q̃ omnibus se contemperare studuit.Et primò dicit q̃ contemperauit se nondum conuersis,secundò q̃ etiam iam cõuersis,ibi,[Factus sum infirmis,&c.]tertiò q̃ generaliter vniuersis,ibi,[Omnibus omnia factus sum,&c.]In prima,primò dicit q̃ contemperauit se Iudæis . Secundò q̃ Samaritanis, ibi,[Et his qui sub lege,&c.]Tertiò q̃ Gentilibus,ibi,[His qui sine lege erant,&c.] In prima, primò tangit contemperationem. Secundò contemperationis rationem,ibi, [Vt Iudæos,&c.] Dicit ergo, Et factus sum Iudæis,tanquam Iudæus.s.aliqua legalia seruando,sicut in discretione ciborum,in circuncisione Timothæi.Act.15,in purificatione legali Act.21,Potest autẽ hoc intelligi dupliciter.Vno modo secundum Hieronymum,Factus sum Iudæis tanquam Iudæus per simulationis dispensationem. Simulabat enim se seruare legalia aliqua quæ tamen non seruabat . Alio modo secundum August. Factus sum Iudæis, &c. Verè enim condescendebat eis in obseruatione aliquorum legalium propter piam compassionem,& hoc fecit vt Iudæos lucraretur Christo.i. eos ad fidem Christi conuerteret. ¶ Deinde cùm dicit, [Et his qui sub lege sunt,&c.]Hîc dicit q̃ contemperabat se Samaritanis.Vbi notãtur tria de ipso.Primò eius sagacitas in hoc q̃ se contemperabat,secundò eius libertas in hoc q̃ sub lege non erat . Tertiò eius vtilitas in hoc q̃ lucri faciebat.Dicit ergo etiã his,qui sub lege Moysi sunt.i.Samaritanis qui nõ sunt Iudæi,sed Assyrii qui fuerũt adducti ad inhabitandum terram Israel.4.Reg.17.Isti etiam erant sub lege Moysi,quia tantùm quinq; libros Moysi recipiebant,his ergo factus sum quasi sub lege essem,approbando .s. legem , & ex ea docendo Christum:cùm tamen ipse sub lege non essem secundum literalem obseruantiam,vel seruiliter, quia iusto non est lex posita.1.Timot.1,Et hoc ideo feci,vt eos qui sub lege erant.s. ipsos Samaritanos lucrifacerem, eos ad fidem Christi conuertendo. ¶ Deinde cùm dicit,[His qui sine lege erant,&c.]Hîc dicit q̃ contemperauit se Gentilibus.Vbi primò tangit suam conformitatem.Secundò suæ fidei veritatem, ibi, [Cùm tamen sine lege,&c.]Tertiò suæ intentionis rectitudinem,ibi,[Vt lucrifacerem,&c]Et hoc est,Et factus sum his qui sine lege erant.i.Gentibus.Rom.2, Cùm enim Gentes quæ legem non habent, tanquam sine lege essem.i.assentiendo rationibus eorum,& bonis positionibus philosophorum vt patet Act.17, Cùm tamẽ sine lege non essem.Rom.7,Mente seruio legi dei. Sed in lege essem non Iudaica, sed Christi,qui est deus, non autem Moyses.De qua Gal.6,Alter alterius onera portate , & sic adimplebitis, &c. Et hoc ideo feci, vt lucrifacerem eos qui sine lege erant,Gentiles ad fidem conuertendo.O fœlix zelator.Gregorius,Nullũ tale sacrificium quale zelus animarum. ¶ Deinde cùm dicit,[Factus sum infirmis,&c.]Hîc ostendit quòd se contemperauit iam conuersis.Vbi primò ponit modum bonum.Secundò finem debitum,ibi,[Vt infirmos.]Dicit ergo,Factus sum etiam infirmis in fideinfirmus, à licitis abstinendo.2.Cor.11, Quis infirmatur,& ego non infirmor. Sic facit bonus medicus, qui comedit cibum infirmi , vt eum prouocet ad comedendũ,& sic sanet.Et hoc feci,vt infirmos lucrifacerẽ eos in fide roborando . Et breuiter omnibus omnia factus sum,quasi essem omnium sectarum . Ideo dicitur infrà 10, Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Et hoc vt omnes facerem saluos.Sap.18,In vestimẽto poderis quod habebat Aaron, totus orbis terrarum erat descriptus.Et.2.Regum 4,Eliseus contraxit se ad modũ pueri, & sic suscitauit illlum. Et quia secundum Homerum,omnis alteritas discors,similitudo verò appetẽda est:ideo viri spirituales salua vitæ & religionis suæ obseruantia,omnibus se debent conformare. ¶ Deinde cùm dicit,[Omnia facio propter euãgelium.]Superius ostendit q̃ omnibus se contemperare studuit , hîc subdit rationem quare hoc facit , & hanc duplicem.[Vnam ex parte euangelii.]s.vt cursum liberum habeat.Aliam ex parte sui,scilicet vt promissum præmium obtineat,ibi,[Vt particeps,&c.] Et hoc est quod dicit, Omnia autem facio propter euangelium sine impedimento prædicandum,vt particeps eius.i.promissionum quæ in eo continentur,efficiar.Mat.5,Qui fecerit & docuerit sic,magnus vocabitur in regno cælorum.

Ostendit se à sumptibus abstinuisse ppter expeditionẽ, cursum & agonẽ ostẽdẽdo in studio oportere expeditè currere,& in agone expeditè certare & se illa fecisse.

Lectio 5.

NEscitis quoniam hi qui in stadio currunt,omnes quidem currunt,sed unus accipit brauium.Sic currite ut comprehendatis.Omnis enim qui in agone contendit,ab omnibus se abstinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam . Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo,ne fortè cùm aliis prædicauerim,ipse reprobus efficiar.

¶ Superius ostendit quòd proposuit à sumptibus abstinere. Primò propter intentionem præmii. Secundò propter amorem euangelii.Hîc tertiò propter expeditionem cursus & agonis sui. Primò quidem ostendit quòd oportet in stadio expeditè currere.Secũdò quòd similiter oportet in agone expeditè certare, ibi, [Omnis enim qui in agone,&c.]Tertiò quòd ipse facit vtrunque,ibi,[Ego igitur sic curro,&c.] In prima,

primò ponit exemplum expeditè currentium. Secundò monet eos ad similiter currendum, ibi, [Sic currite &c.] In prima, primò tangit currẽdi exercitium, Secũdò cõueniẽtiam currentiũ ibi, [Omnes quidẽ currunt, &c.] Tertiò differentiam peruenientium, ibi, [Sed vnus accipit brauium, &c.] In primo notatur conditio viatorum. In secundo multitudo vocatorum. In tertio paucitas electorum. Mat. 20, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Cõditionem verò viatorum describit à tribus. A certitudine cùm quærit. [Nescitis.] A breuitate cùm addit (In stadio) A labore cũ subdit (Currũt) Dicit ergo (Nescitis) Quod tripliciter cõtinuatur. Primo modo sic. Quasi dicat. Rectè abstineo à sumptibus sumẽdis vt particeps efficiar. Nã si non abstinerem à contrariis euangelio non essem eius particeps. Nescitis enim ꝙ hi, &c. Vel sic, Nescitis ꝙ hoc facio vt particeps euangelii efficiar, & vtique possum esse particeps. Nam non sic est de euangelii præmio, vel de cursus brauio, quia hîc vnus accipit brauium, ibi verò omnes accipere possunt. Tertio modo sic, [Nescitis.] quasi diceret, Ideo autem sic curro, quia licet multi currentes sint, pauci tamen sunt peruenientes. Nescitis enim ꝙ hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt. In labore pares sunt, sed vnus tantùm accipit brauium, id est, præmium cursus. Stadium enim est spatium in quo pedites currunt, quod Hercules dicitur statuisse. Perficiunt autem stadium 125 passus. Et dicitur stadium à stando, quia Hercules tot passus currebat, & postea stabat & respirabat, in fine huius spacii ponebatur aliquid quod erat præmium cursus, vt equus & pãnus purpureus, & hoc dicitur brauiũ. Et licet in hoc stadio omnes currerent, vnus tamẽ solus accipiebat brauiũ. s. qui citius perueniebat. Sic in cursu spũali vnus tantũ. s. perseuerãs accipit brauiũ. Quia qui perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit. ¶ Deinde cũ dicit, [Sic currite, &c.] Monet eos ad currendũ, Vbi implicat tria. Actũ strennuũ. [Currite.] Modũ debitum. [Sic.] Finẽ optimũ. [Vt cõprehendatis.] Dicit ergo, [Sic, &c.] quasi diceret, quia vnus accipit brauium sic currite per viam veritatis perseuerãtes vt comprehendatis brauium vitæ æternæ. Hebr. 12, Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.

¶ Deinde cùm dicit, [Omnis autem qui in agone, &c.] Ostendit quòd in agone oportet expeditè certare. Vbi primò tangit agonizantium pugnam: secundò pugnandi formam firmam, ibi, [Ab omnibus se abstinet, &c.] Tertiò sic pugnantium mercedem debitam, ibi, [Et illi quidem vt corruptibilem, &c.] Primum est necessitatis, scilicet, pugnare: secundum virtutis, scilicet, abstinere. Tertium fœlicitatis, scilicet, coronam accipere. Dicit ergo, [Omnis qui in agone, &c.] quasi diceret, verè sic agendum est, quod patet exemplo: quia omnis qui in agone contendit, ab omnibus impedientibus se abstinet. Vnde & nudi agonizabant in palæstra. Attende, vt Augustinus ait, quòd de rebus non laudandis multæ trahuntur similitudines. ¶ Deinde cùm dicit, [Et illi quidem vt corruptibilem, &c.] tangit pugnantium mercedem. Et primò pugnantium materialiter. Secundò pugnantium spiritualiter, ibi, [Nos autem incorruptam, &c.] Dicit ergo, Et illi quidem abstinent, vt corruptibilem coronam accipiãt, quod modicum est. Nos autem abstinere debemus vt accipiamus incorruptam. s. coronã vitæ, de qua Iac. 1, Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, &c. ¶ Deinde cùm dicit, [Ego igitur sic curro, &c.] ponit exemplum vtriusque. s. currendi & pugnandi. Vbi primò tangit cursum suum in profectu boni. Secundò pugnã suam in victoria mali, ibi, [Sic pugno, &c.] Tertiò rationem vtriusque facti, ibi, [Sed castigo, &c.] Dicit ergo, [Ego igitur, &c.] quasi dicat, talis corona seruatur: igitur ego sic curro bonum operando, non quasi in incertum, id est, vt sim incertus de præmio. In incertum enim currit qui talia facit, vt de quibusdam sperare, ex aliis possit desperare. Omnia instruunt ad bonum vt persona apostolica quæ notatur, ibi, [Ego.] Et forma implicita quæ notatur ibi, [Sic.] Et actio strennua quæ notatur ibi, [Curro.] Et merces sperata quæ notatur ibi, [Non quasi in incertum.] Phil. 2, Non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboraui. Sic pugno contra hostes decertando contra malum. Non quasi aerem verberans, id est, non verbis tantùm, sed factis. Non enim in sermone est regnum dei, sed in virtute: suprà cap. 4. Vel non quasi aerem verberans, id est, non inaniter me fatigando, aduersarium non lædendo. Sic erit perfectus homo si sic se habeat vt sit intẽtus in cõfessione. Esa. 38, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Deuotus in oratione. Matt. 6, Sic ergo orabitis, Pater noster qui es in cælis, &c. Efficax in prædicatione. Iac. 2, Sic loquimini & sic facite. Hæc tria pertinent ad actum oris recti, ita tamen quòd confessio dirigitur deo & proximo, oratio soli deo, prædicatio soli proximo. Fortis in pugnando. Vnde sic pugno, &c. Apocal. Qui vicerit sic vestietur veste alba. Patiens in sustinendo. Iudith. 8, Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Cautus in seruando. Iosue. 2, Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes, &c. & sic ibitis viam vestram. Primum propter malum culpæ, scilicet, pugna. Secundum contra malum pœnæ, scilicet, patientia. Tertium contra malum tentationis, scilicet, cautela. Benignus in condonando. Mat. 18, Sic non est voluntas ante patrem, &c. Inutilem se reputando. Luc. 17, Sic & vos cùm feceritis omnia quæ præcepta, &c. Sollicitus, se discutiendo infra 11, Probet autem se homo, & sic de pane illo edat, &c. Primum reprobat malitiam proximi. Secundum probat bonitatem dei. Tertium dubietatem status proprii. Humilis, in obsequendo. Mat. 4, Sic decet nos implere omnem iustitiam, Agilis in proficiẽdo. Vnde hîc, Sic currite, id est, proficite in bono vt comprehendatis. Constans, in perseuerando. Vnde hic, Sic currite. Phil. 4, Sic state in domino charissimi. Famosus, in conuersando suprà 4, Sic nos existimet homo, &c. Primum respicit incipientes. Secundum proficientes. Tertium perseuerantes. Quartum perfectos.

¶ Deinde cùm dicit, [Sed castigo corpus meum, &c.] tangit rationem prædictorum vtriusque. Vbi primò tangit austeritatem vitæ. Secundò commendationem doctrinæ, ibi, [Ne forte, &c.] Tertiò, rationem concordiæ vtriusque, ibi, (Ipse reprobus, &c.) Ergo implet facto quod docet verbo, ne se damnet ore proprio. Et hoc est quod dicit, Sed castigo corpus meum per declinationem mali, motus carnis illicitos reprimendo. Castigo ergo, non occido, corpus meum, non tantùm alienum. Rom. 2, Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et in seruitutem redigo per operationem boni, corpus scilicet, spiritui seruire cogendo, & sensualitatem rationi subiiciendo. sicut de beato Martino legitur. Carnẽ spiritui seruire cogebat, & hoc facio ne fortè cum aliis prædicauerim, &c. Aug. Suo timore nos terruit Apostolus: quid enim faciet agnus vbi aries timet & tremit? (Ipse reprobus) id est, à deo

deo reprobatus efficiar, quod turpe esset. Rom. 2, Qui prædicas non furandum, furaris. De huiusmodi posset verè dici illud Iob 4, Ecce docuisti plurimos, &c. Nunc autẽ venit super te plaga & defecisti. Hîc quæritur, ibi [Melius est mihi mori, &c.] ¶ Contrà, gloria non euacuatur nisi per peccatũ, ergo accipere esset ei peccatum, non ergo licitum. ¶ Respondeo, gloria essentialis per hoc non euacuaretur, sed gloria accidẽtalis de hoc opere supererogationis. ¶ Itẽ si euangelizauero non est mihi gloria. ¶ Contrà, euangelizanti & sumptus accipienti debetur & aurea & aureola. ¶ Sed glo. exponit quando euangelizatur ex necessitate timoris, vel ex cupiditate mercedis temporalis. ¶ Item super illud, Dispensatio mihi credita est. Glo. Nõ debemus euangelizare vt manducemus. ¶ Contrà, Ergo prædicatores quæstuarii peccant mortaliter, quia faciunt quod non debent. ¶ Respondeo, si propter quæstum principaliter faciunt, peccant: sed si propter fructum spiritualem inde prouenientem, bene faciunt. ¶ Item ibidem. glo. propter regnum dei debemus operari omnia, non solùm sed cum regno dei, mercedem temporalem meditari. ¶ Contrà, ergo qui vadũt ad ecclesiam pro distributionibus, peccãt. ¶ Respondeo, Verum est si solùm vel principaliter propter hoc vadant. ¶ Item super hoc. Vt non abutar potestate. Glo. quod esset si acciperet, quod probauit suprà eodem, quòd ei licet accipere. Respondeo, intelligendum est si acciperetur indiscretè & inordinatè & immoderatè. ¶ Item omnium seruum me feci. ¶ Contrà, suprà 6, Nolite serui effici hominum. Respondeo, hîc loquitur de seruitute charitatis. s. in bono, ibi de seruitute iniquitatis. s. in malo. ¶ Item, factus sum Iudæis Iudæus. Glo. in cibis accipiendis vel non accipiendis. ¶ Contrà, glos. Iniustè ergo reprehendit Petrum de discretione ciborũ. Gal. 2, Immo bene, quia Petrus discernebat cum scandalo Gẽtium. s. in locis Gẽtilium, Paulus autem non. ¶ Item ibidem glo. propter scandalum Iudæorum circuncidit Timothæum Act. 16. ¶ Contrà, veritas doctrinæ vitæ & iustitiæ non debet dimitti propter scandalum. ¶ Respondeo, vsque ad diuulgationem euangelii non erat de veritate doctrinæ siue vitæ, ne homines circunciderẽtur, sed ne spem ponerent in circunctione. ¶ Item vt omnes facerem saluos. ¶ Contrà, sciebat non omnes saluandos. ¶ Respondeo, volebat omnes in particulari, id est, quemlibet per se, non omnes simul. ¶ Item super illud omnes quidem currunt. glo. in spirituali agone: quotquot quidem currunt, si spiritualiter currunt, accipiunt: & qui prior venerit expectat vt coronetur cum posteriori. ¶ Contrà, vnusquisque in morte coronatur. ¶ Respõdeo. Hoc intelligitur de gloria corporis non animę. ¶ Item super illud, Ne fortè cùm prædicauerim. glo. Suo timore nos terret Apostolus. ¶ Contrà, 1 Ioan. 4, Perfecta charitas foras mittit timorẽ ¶ Verum est timorem pœnæ, sed non timorem separationis siue offensæ.

Caput 10.

Exẽplo pœnæ patrum docet abstinere à perpetratione peccatorũ similiũ, proponẽdo quo beneficia exhibita patribus in egressu Aegypti & ĩ deserto & pœnã insticlã propter ingratitudinem.

NOlo enim uos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt: Bibebant autẽ de spirituali consequente eos petra: Petra autẽ erat Christus. Sed non in pluribus eorũ beneplacitũ est deo. Nam prostrati sunt in deserto. ¶ Superius monuit abstinere ab idolotitis. Primò propter vitandum scandalum fratrum infirmorum: capitulo 8. Secundò propter exemplum suum qui abstinet propter alios ab acceptione sumptuum. Ca. 9. Hic tertiò monet ad idem ex consideratione Iudæorum in deserto idola venerantium, vbi exemplo pœnæ istorum. Primò monet abstinere à perpetratione peccatorum similium. Secundò specialiter à comestione idolis immolatorum, ibi [Propter quod charissimi, fugite ab idolorum cultura, &c.] In prima, primò ostendit quòd antiquitus Iudæis contingit. Secundò propter quod, quia non propter se tantùm, sed propter nos corrigendos ita euenit. Hæc autem in figura facta sunt nostri, &c. Tertiò vt exemplo eorum caueant, concludit, ibi, Itaque qui se existimat stare, &c. Ergo pœna timenda, cautela adhibenda. In prima, primò ponit beneficia gratiæ eis impensa existentibus in Aegypto. Secundò præstita in deserto, ibi [Et omnes eandem escam, &c.] Tertiò flagella, propter ingratitudinem inflictam, ibi [Sed non in pluribus, &c.] In prima tangit tria beneficia. Primum, in protectione nubis. Secundum, in transitu maris rubri, ibi [Et omnes mare transierũt, &c.] Tertiũ, in purgatione baptismatis, ibi [Et omnes in Moyse, &c.] Dicit ergo [Nolo vos, &c.] quasi dicat, sic agendum est sicut monui. Non enim sufficiunt sacramenta ecclesiæ susceptа vobis postea peccantibus, sicut nec Iudæis dei beneficia, quin postea punirentur. Nolo enim vos ignorare, &c. Hoc dupliciter legitur. Vno modo de bonis & malis communiter. Alio modo de malis specialiter. Primo modo sic, Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri institutores fidei nostræ, omnes tam boni quàm mali sub nube protegente fuerunt. Exod. 13, Dominus præcedebat eos ad ostendendum viam per diem in columna nubis, &c. Vel sub nube, id est sub figura & vmbra Heb. 10, Vmbram habens lex futurorum, &c. Et omnes mare rubrum submersis hostibus transierunt, non de vna ripa ad ripam oppositam, sed ad eandem vnde transierunt quendam sinum maris. & omnes in Moyse, id est, in ducatu Moysi, baptizati sunt in nube & in mari, id est, per visa signa illa purgati ab ignorantia. Vel à vitiis per fidem, scilicet submersis Aegyptiis. Exod. 14, Timuit populus dominum, & crediderunt domino & seruo suo Moysi. Vel baptizati sunt, id est, signum baptismi receperunt. Nam baptismus constat ex aqua & spiritu. Ioan. 3, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Nubes autem symbolum erat spiritus, mare verò aquæ, vt dicit Damascenus. *In exitu ab Aegypto nõ trãsierũt filij Israel mare rubrũ à ripa in ripam oppositã, sed ad eãdẽ diuiso mari p modũ circuli, unde glosã ordinariam*

¶ Deinde cùm dicit [Et omnes eandem escam spiritualem, &c.] post beneficia exhibita Israel de Aegypto exeunti: hîc tangit beneficia exhibita in deserto. Et primò beneficium mannæ. Secundò beneficium aquę, ibi [Et omnes eũdem potum, &c.] Tertiò potus originem mirabilem, ibi [Bibebant autem, &c.] Quartò, originis significationem, ibi [Petra autem, &c.] Dicit ergo, Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt manna, scilicet, de cælo. Vocat autem eam spiritualem cùm esset corporalis, sed quia miraculosè fuit data: de hoc habetur Sapientiæ 16, Panem de cælo præstitisti eis. Et omnes eundem potum spiritualem, id est, aquam de petra. Num. 20, Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquam, Percussit petram, & fluxerũt aquæ. Bibebant autem de petra spirituali, quæ dicitur spiritualis propter effectum miraculosum propter futuri signum. Petra consequente eos. Dupliciter intelligitur, consequente, id est, satisfaciente voluntati eorum. Psalm. Desiderium eorum attulit eis. Aquæ enim vbique sequebantur eos. Esa. 48, Aquam

de petra produxit eis,&c.Vel consequente eos,id est,veritatem sequentem significante. Petra autem erat Christus,non per substantiam,sed per significationem.Hîc est lapis quem reprobauerunt,&c.Alio modo legitur de bonis breuiter sic,Nolo vos ignorare fratres,quoniam patres nostri institutores fidei nostræ omnes boni spiritualiter.Vnde dicit patres nostri non illorum,sub nube fuerunt,sicut prius, & omnes eandem escam manducauerunt spiritalem,id est,corpus Christi in signo spiritualiter intellecto.Vnde eandem escam spiritalem manducauerunt, idem scilicet, quod nos:sed aliam escam corporalem quàm nos:& hoc quantum ad maiores in Christum credentes. Manducabant Christum spiritualiter, secundum illud. Crede & manducasti.Et omnes eundem potum biberunt.s.Christi sanguinem in signo.Sic loquitur de signo & potu spirituali per fidem,non de corporali.Bibebant autem de spiritali, &c.sicut prius. Appetendus cibus & potus,quia sufficiens.Vnde dicit[Omnes manducauerunt.] Indeficiens, quia eundem. Vtilis, quia potus & cibus spiritualis:quod notatur in ipso nomine spiritualis,&c. ¶Deinde cùm dicit[Sed nō in pluribus,&c.]Post beneficia tangit flagella. Et primò offensam. Secundò pœnam, ibi [Nam prostrati sunt.] Dicit ergo[Sed non in pluribus,&c.] q.d.his omnibus beneficiis vsi sunt Iudæi: sed nō in pluribus eorum beneplacitum est deo:in illis.s.qui deum offenderunt,sed tantùm in duobus.s.Caleph & Iosue,quibus solis concessum est terram promissionis obtinere.Numer.14.Malac.1,Non est mihi voluntas in vobis.

Lectio 2.

Ostendit ea quæ facta sunt tẽpore patrũ,facta ideo sunt vt cohibeamur à peccato cordis, operis, oris, & ideo innuisset pœnas oĩa accidisse illis in figuram ad nostram cor rectionem subiũgendo.

HAEc autem in figura facta sunt nostri,ut non simus concupiscentes malorũ,sicut & illi concupierunt.Neque idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.Neque autẽ fornicemur,sicut quidam ex ipsis fornicati sunt,& ceciderunt una die viginti tria milia.Neque tentemus Christum,sicut quidam eorum tentauerunt,& à serpentibus perierunt.Neque murmurauerit is, sicut quidam eorum murmurauerunt,& perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt ad correptionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt.

¶Superius ostendit quid antiquis Iudæis contigit. hîc ostendit quòd non propter se tantùm, sed propter nos corrigendos ita euenit. Vbi primò ostendit quòd propter nos corrigendos à peccato prædicta facta sunt.Secundò quòd propter hoc etiam scripta sunt,ibi[Hæc autem omnia in figura,&c.]In prima ostendit quòd ideo facta sunt vt cohibeamur à peccato: & primò à peccato cordis. Secundò à peccato operis,ibi,neque idolatræ efficiamini,&c.Tertiò à peccato oris,ibi[Neque murmuraueritis sicut quidam,&c.]In prima,primò deterret per pœnam.Secundò ex hoc dehortatur culpam,ibi[Vt non simus concupiscentes, &c.]Tertiò malos reducit ad memoriam,ibi[Sicut illi concupierunt,&c.]Dicit ergo,Hæc autem in figura facta sunt nostri,non ficta,sed verè facta.In figura,inquam, ideo.s. vt nos considerantes illorum supplicia,non simus concupiscentes malorum,sicut & illi concupierunt,de quibus Psal. Concupierunt concupiscentiam in deserto.Num.11.dicitur q vulgus promiscuum flagrauit desiderio carnium. ¶Et notandum quòd sicut in bonis longè melius est quod figuratur,quàm ipsa figura,vt regnum cælorũ, quàm terra promissionis:ita in malis longè peius est quod figuratur,quàm figura significans,secundũ autem Aug.illa supplicia quæ sustinuerunt, figura gehennæ fuerunt,quæ omni pœna maior est. Hæc autem pertinent ad sapientes inter Corinthios,qui desiderio carnes comedebant in idolo,& scandalizabant infirmos.Vnde simi les erant Iudæis carnes desiderantibus in deserto,vnde digni erant etiam simili pœna. ¶Deinde cùm dicit[Neque idolatræ,&c.]Dehortatur peccatum operis,vbi tangit tria peccata. Primò idolatriæ. Secundò fornicationis,ibi,neque fornicemur,&c.Tertiò diuinæ tentationis,ibi [Neque tentemus, &c.] In prima, primò dissuadet idolatriæ vitium.Secundò deterret per exemplum, ibi, Sicut quidam ex ipsis, &c. Tertiò explicat exemplum implicitum,ibi[Quemadmodum scriptum est,&c.] Dicit ergo, Neque idolatræ efficiamini idolotitis vescendo in venerationem idoli,vel scandalum infirmorum.Sicut quidam illorum, supple idolatræ fuerunt.Exod.32.& Psal.Et fecerunt vitulum in Oreb,& adorauerunt sculptile.Quemadmodum scriptum est.Exod.32,[Sedit populus],id est,quidam de populo.[Manducare & bibere] corã idoloquibus similes sunt,qui comedunt idolotita,idola venerando.Et surrexerunt ludere,id est,ludos facere, sicut choreas & huiusmodi in venerationem idoli.Vel surrexerunt ludere.i.idolum adorare,quod est simile ludo puerorum,qui faciunt imagines luteas. ¶Deinde cùm dicit[Neque fornicemur,&c.] tangit peccatũ fornicationis,vbi primò dissuadet tale peccatum, secundò deterret per exemplum culpæ, ibi[sicut quidã, &c.]tertiò pœnæ,ibi,Et ceciderunt vna die. Dicit ergo, Neque fornicemur, vt quidam ex vobis suprà 5, Omnino auditur fornicatio inter vos.Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt,cum Madianitis,scilicet, Num. 25,Et ideo ceciderunt vna die 23. immo 24. milia: sed maior numerus non excludit minorem, vnde non dicitur hîc cum præcisione, Vel fortè vitium scriptorum est. ¶ Deinde cùm dicit [Neque tentemus Christum,&c.] tangit peccatum diuinæ tentationis, quod dissuadet Primò,verbo, secundò, exemplo, ibi, [Sicut quidam,&c.]tertiò,supplicio,ibi[Et à serpentibus,&c.]Dicit ergo[Neq; tentemus Christum.] dissidendo de eius potentia, sicut illi qui in vobis desperãt de resurrectione, sicut quidam eorum tentauerũt deum vel Christum in Moyse dicentes, Nunquid poterit parare mensam in deserto?&ideo à serpentibus perierunt,donec.s.serpens æneus erectus est,ad cuius aspectum sanabantur. ¶De hoc habetur Nu.21. & Deut.6,Non tentabis dominũ deum tuum. ¶Deinde cùm dicit [Neque murmuraueritis, &c.]Post peccatum cordis & operis,dehortatur peccatum oris. Vbi primò dissuadet murmurationis vitium. Secundò adducit quosdam in exemplum,& primò,culpæ,ibi[Sicut quidam,&c.] Secundò pœnæ,ibi[Et perierunt à serpẽtibus.]Dicit ergo[Neq; murmuraueritis]contra me vel minores contra maiores.Sap.1, Custodite vos à murmuratione.[Sicut quidam eorum murmurauerunt]contra Moysen.Nu.16,Murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen,& ideo perierunt ab exterminatore,ab angelo.s.qui extra terminos terræ eos percussit:Baruch.3,Exterminati sunt,& ad inferos descenderunt. ¶Notandũ super illud,

Nouẽ genera baptismatum.

In Moyse baptizati sunt,quod Dam. lib.4.cap.de baptismo distinguit nouem genera baptismatum accipiẽdo baptisma largè.Primũ est aqua diluuii,de quo habetur Ge.6. Secũdum mare rubrum, de quo Exo. 14.Tertiũ aqua expiationis,de qua Nu.19. Quartum,baptismus Ioãnis,de quo Mat.3.Quintum,baptis-

mus de quo Christus baptizatus fuit.Luc.3. Sextum, baptismus spiritussancti super discipulos. Actuum 1, Vos autem baptizabimini spiritu sancto.Septimum,baptismus pœnitentiæ & contritionis,de quo Ecclesiast.34,Qui baptizatur à mortuo,&c.Octauum,baptismus sanguinis,de quo Lu.12, Baptisma habeo baptizari,& quomodo coartor vsque dum perficiatur.Nonum,baptismus aquæ & spiritus, de quo Ioann.3, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto.Matth.vltimo, Baptizantes eos in nomine patris & filii &spiritussancti. ¶Deinde cùm dicit[Hęc autem omnia in figura,&c.]Habito quòd propter nos prędicta facta sunt,hîc ostendit quòd propter nos etiam scripta sunt. Et primò quòd in significatione. Secundò q in correctione, ibi[Scripta sunt autem,&c.]Dicit ergo,Hæc autem,&c. quasi dicat, Ista contigerunt illis, & hoc non tantùm propter sua peccata,non autẽ pro se, sed omnia in figura nostri, scilicet, contingebant illis:erat enim tunc tempus figuratum. ¶Deinde cùm dicit [Scripta sunt ad correctionem.] Tangit quòd scripta sunt ad correctionem nostram. Vbi implicantur tria incitantia ad correctionem nostram. Primò antiquorum exempla quæ notantur in scripturis. Secundò exemplorum causa quæ est correctio nostra. Tertiò,ætas nouissima quæ est finis seculorum. Dicit ergo, Scripta sunt autem ad correctionem nostram, quia quæcunque scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt.Roma.15,Nos dico,in quos fines seculorum deuenerunt,id est,sexta ætas,quæ est vltima ætas laborantium.1.Ioann.2, Filioli mei,nouissima hora est.Quia ergo in vltima seculi ætate sumus,tot exemplis priorum corrigi debemus.Vel in quos fines seculorum deuenerunt,id est,in quibus per fidem & amorem Christi finita est secularitas: quia Phil.3.dicitur, Conuersatio nostra in cœlis est. Vnde temporalia non promittuntur tempore gratiæ sicut tempore legis. Vnde nec in pactum deducuntur,sed adiiciuntur.Matth. 6,Primùm quærite regnum dei,&c.Sed antiquitus erant in pactum.Esaiæ 1,Si volueritis,& audieritis,&c.Eece ergo exempla certa, quia scripta sunt: vtilia, quia ad correctionem nostram:durabilia, quia in quos fines, & cætera.

Tria incitãtia ad correctionẽ nostram.

Lectio 3.

ITaque qui se existimat stare, uideat ne cadat. Tentatio uos non apprehendat,nisi humana. Fidelis autem deus est, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouẽtum,ut possitis sustinere.

¶Habita primò Iudæorum punitione. Secundò punitionis ratione. Hîc tertiò concludit quòd exemplo eorum debent à malo cauere,vbi primò monet vt caueant casum.Secundò cauẽdi docet modum,ibi[Vos non apprehendat,&c.]Tertiò promittit firmum adiutorium,ibi[Fidelis autem deus est,&c.]In primo implicat quatuor sollicitantia sapientem, scilicet, multitudinem cadentium, cùm dicit [Itaque] incertitudinem stantium cùm subdit[Qui se existimat stare.] Necessitatem cautelæ, cùm addit [Videat] facilitatem ruinæ,cùm dicit[Ne cadat.]Dicit ergo[Itaque,&c.]Quasi dicat, Illi & si beneficiis dei vsi sunt,nihilominus propter peccata perierunt.Itaq; ex eorum consideratione qui existimat aliqua coniecturatione se stare,id est,quòd sit in gratia & charitate,videat diligẽti attentione ne cadat peccando, vel alios faciendo peccare.Esa.14,Quomodo cecidisti Lucifer.Psa.Cadent à latere tuo mille,&c.Ideo Eph.5, Videte quomodo cautè ambuletis. ¶Deinde cùm dicit [Tentatio vos non apprehendat,&c.] Docet modũ cauẽdi causam, scilicet,cauendo tentationem.Vbi primò docet aliquam tentationem fugiendam. Secundò aliquam sustinendam,ibi[Nisi humana.]Primò notificat,quia pulsat vt introeat.Vnde dicitur,Tentatio. Secundò quia impugnat vt præualeat.Vnde subditur[Nō vos apprehẽdat.]Dicit ergo,[Tentatio,&c.]Quasi diceret,ne cadatis.Tentatio,scilicet,peccati, non vos apprehendat trahendo in consensum peccati, nisi humana. hoc dupliciter exponitur.Vno modo de tentatione interiori mala,& tunc est permissio,quasi dicat,nulla peccati dilectio vos apprehendat,nisi fortè humana,sine qua vita de malis non ducitur.Non enim est homo qui semper faciat bonum & non peccet.3.Reg.8.& 2.Paralip.6.Alio modo exponitur de tentatione exterioris boni.Et tunc est exhortatio,sic,Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.s. tribulationum præsentium propter Christum tolerantia.Augustꝰ.Propter Christum pati humana tentatio est.Tho.12,Quia acceptus eras deo,necesse fuit vt tentatio probaret te. ¶Deinde cùm dicit [Fidelis deus.]ostendit paratum adiutorium in tentatione.Vbi commendat deum adiutorem,quia dat nobis resistendi potentiam.quod notatur ibi[Sed faciet cum tentatione,&c.]Perseuerantiam,quod notatur ibi[Vt possitis sustinere,]Verè fidelis deus qui dat potentiam,ne vincamur,gratiam vt mereamur,constantiã vt vincamus.Dicit ergo,[Fidelis,&c.]Quasi diceret,vos ad hoc hortor & moneo quod potestis:fidelis dominus in omnibus verbis suis,qui non patietur vos tentari supra id quod potestis:quod vtiq; posset diabolus,si permitteretur,quia nõ est potestas super terram quæ ei comparetur.Esa.40,Dat lasso virtutem.Ideo Iac. 1, Omne gaudium existimate fratres cùm in varias tentationes incideritis.Aug.Qui dat diabolo tentandi licentiam,ipse dat tentatis misericordiam,prouentum,inquam,ita vt possitis sustinere,ne deficiatis in lucta,sed vincatis:quod fit per humilitatem,vt dicit Aug.Illi enim non crepant in fornace,qui non habent ventum superbię. ¶Notandum est super illud, Qui se existimat stare,&c.quod ad casum impellunt nos, primò debilitas virium, sicut cadunt pueri decrepiti, infirmi. Esa.40,In infirmitate cadent, quod contingit per tepiditatem bene operandi & instabilitatem..Secundò onus peccatorum,sicut cadunt asini sub onere nimio.Psal.Ceciderũt qui operantur iniquitatem,quod contingit per negligentiam pœnitendi: quia peccatum quod per pœnitentiam,&c.Tertiò multitudo trahentium,sicut arbor vel domus multis trahentibus deorsum cadit.suprà eodem,Neq; fornicemur,&c. quod contingit per impulsum hostium. Quartò lubricitas viarum sicut incauti cadunt in lubrico.Eccl.28,Attende ne forte labores in lingua & cadas,& in conspectu,&c.Quod cõtingit per incautam custodiam sensuum.Quintò varietas offendiculorũ,sicut auis capta in medio laqueorum.Psal.Hi in curribus,&c.Prou.24,Septies in die cadit iustus. quod contingit per corruptionem creaturatum.Sextò ignorantia agendorum,sicut cæci cadunt de facili.Mat 15,Si cæcus cæco ducatum præstet, &c.quod contingit per negligentiam addiscendi necessaria. Septimò exempla cadentium, sicut angeli ad exemplum Luciferi.Psal.Cadent à latere tuo mille,&c.Prouerb.25,Fons turbatus pede & vena corrupta, iustus cadens coram impio, quia contingit per imitationem malorum. Octauò ponderositas corporum, Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam,sicut lapis in collo natantis.Iob 14, Mons cadens defluit, quod contingit per carnis fomentum superfluum.

Septẽ impellũt ad casum in peccatum.

Universidad de Deusto

Lectio 4.

Monet cauēdū ab idolorū cultura & timore cōsimilis pœnæ, & ab idolotitorū comestione, ex sanctia altaris cōmunione.

PRopter quod, charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, uosipsi iudicate quod dico, Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus.

¶ Superius ex consideratione Iudæorum pœnę monuit abstinere à perpetratione peccatorum similium, hîc specialiter monet cauere à comestione idolis immolatorum. Vbi primò ponit commonitionem cauēdi ab idolotitis. Secundò subdit causam commonitionis, ibi [Quid ergo dico, &c.] Tertiò docet modum cauendi à dictis, ibi [Omne quod in macello vænit, manducate, &c.] In prima cauere ab idolotitorum cōestione monet. Primò ex timore pœnæ consimilis. Secūdò ex communione sancti altaris, ibi [Vt prudentibus loquor, &c.] Tertiò ex similitudine sacrificii legalis, ibi [Videte Israel secundū carnem, &c.] In prima, vt eius obediant dictis. Primò arguit inferendo, cùm dicit, [Propter quod.] Secundò allicit blandiendo, cū subdit, [Charissimi mei.] Tertiò instruit exhortando, cùm addit, [Fugite, &c.] Dicit ergo, [Propter quod, &c.] Quasi diceret, quia sacramenta sola non saluant, & qui cadit punitur, & auxilium dei non deest, propter quod charissimi mei, fugite ab idolorum cultura. i. ab omni idoli veneratione. glos. Ideo hos Apostol. hortatur fugere ab idolatriæ superstitione, vel ne sapientes comedant idolotita cum offendiculo infirmorum quibus idolatrare viderentur. Vel ne ipsi infirmi idolatræ sint, edendo in idoli veneratione. Fugite ergo ab idolorum cultura. Vel putatiua quo ad esum sapiētium: vel vera quo ad esum infirmorū. ¶ Deinde cùm dicit, [Vt prudentibus loquor, &c.] Monet cauere ab idolotitorum comestione ex communione sacramenti altaris. Vbi primò quod dicturus est supponit eorum iudicio. Secundò ostendit quid est illud. s. q̄ per communionem eucharistiæ efficimur vnū cum Christo, ibi [Calix benedictionis, &c.] Tertiò probat q̄ ita est, q̄ omnes sumus vnum in corpore eius mystico, ibi [Quoniam vnus panis, &c.] Dicit ergo, [Vt prudētibus, &c.] q. d. Vt fugiatis loquor vobis vt prudētibus. Vel sic loquor vobis altum quid. s. quod sequitur vt prudentibus. Vel sic loquor infirmis, scilicet, qui sunt inter vos, vt suprà locutus sum prudentibus. Et ideo vos ipsi maiores iudicate quod dico. Iob 21, Si contempsi subire iudicium cum seruo meo. Iudicate, inquam, hoc quod sequitur, Calix benedictionis, id est, potus calicis, per quem participantes benedicuntur. Luc. 22, Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, [Hic calix, &c.] Cui benedicimus. i. quod nos fideles exaltamus credendo & gratias agendo. Vel cui benedicimus. i. quē nos sacerdotes consecramus. Nōne cōmunicatio sanguinis Christi est? faciens nos vnū cum ipso, secundū illud Aug. Nec tu me mutabis in te. Est ergo sua ratio talis. Sicut participans calicem domini fit vnū cum eo, sic participans calicem dæmoniorum fit vnum cum eis, sed dæmonum vnitas est maximè fugienda, ergo & participatio idolotitorū in eorum veneratione. Et ideo fugite ab idolorum cultura. Et panis quem frangimus. i. sumptio panis fracti in altari, nōne participatio corporis domini est? faciens nos vnum cum Christo: quia sub specie panis sumitur corpus Christi. ¶ Deinde cùm dicit, [Quoniam vnus panis, &c.] Ostēdit q̄ omnes sumus vnum in corpore eius mystico. Vbi proponit primò vnitatem. Secundò subdit vnitatis rationē, ibi [Omnes qui de vno, &c.] In prima tangit duplicem vnitatem. Primam incorporationis qua in Christum transformamur, cùm dicit, [Vnus panis, &c.] Aliam vitæ & sensus quā à Christo capite accipimus, cùm addit, Et vnum corpus, &c. Dicit ergo, [Quoniam vnus, &c.] q. d. per hoc patet q̄ vnū sumus cū Christo, quoniam vnus panis vnione fidei, spei & charitatis, & vnum corpus multi sumus per subministrationem operum charitatis. Corpus. s. illius capitis, qui est Christus. Multi dico. s. omnes qui de vno pane. i. corporis Christi & vno calice. i. sanguine participamus digna participatione. s. spirituali, non tantùm sacramentali. Aug. Accipite, quia vnus panis & vnum corpus ecclesia Christi dicitur, pro eo q̄ sicut vnus panis ex multis granis, & vnū corpus ex multis membris cōponitur, sic ecclesia Christi ex multis fidelibus capite copulatis, connectitur. De ista vnitate infrà 12. dicitur. ¶ Hìc quæritur super illo, Omnes in Moyse baptizati. Glo. per visa illa legalia purgati. ¶ Contrà, legalia non iustificabant. ¶ Respōdeo, iustificabant dispositiuè à remotis, non causatiuè, quia per modum signi, non causæ. Item super illud. Petra autem erat Christus. Glo. Non petra dedit aquas, sed Christus. ¶ Contrà. Nume. 20, Loquimini ad petram, & ipsa dabit vobis aquas. ¶ Respondeo, petra dabat originaliter, non effectiuè. ¶ Item super illud, Omnes eandem escam. glo. Si quis manducauerit ex hoc pane non morietur in æternum. s. qui manducat corde, non qui præmit ore. ¶ Contrà, ergo non oportet sacramentaliter manducare. ¶ Respondeo, non qui præmit ore solùm scilicet. ¶ Item super illud, Eundem potum spiritalem. Glo. Idem est effectus in illis sacramentis, sed non tantum quantum in nostris. ¶ Contrà, sacramenta vetera non efficiebant quod figurabant. Respondeo, idem est effectus, sed aliter: nā illorum per modū signi: nostrorum per modum causæ. ¶ Item super illud, Hæc autem in figura facta sunt. Glo. Omnes pœnæ minores sunt gehenna. ¶ Contrà, carentia visionis dei maior est quàm gehenna, secūdum Chrysost. ¶ Respondeo, loquitur de pœnis temporalibus. ¶ Item super illud, Qui stat, videat ne cadat. Glo. Non q̄ sit aliquis sine casu. Contrà, multi sunt sine mortali. ¶ Respondeo, duplex est casus, vnus à domino per mortale, alter in domino per veniale. ¶ Item super illud, Fidelis deus. Qui dat tētanti diabolo licentiam, dat tentantis misericordiam. ¶ Contrà, q̄ fit de licentia, licitè fit. Ergo licet diabolo tentare. Respondeo, licentia accipitur hìc pro permissione, non pro concessione. Item vosipsi iudicate. ¶ Contrà, non est inferiorum iudicare de factis superiorum. ¶ Respondeo, non debent iudicare iudicio superordinationis, sed licet iudicio discretionis. ¶ Item super illud, Benedicimus. Glos. Nos sacerdotes. ¶ Contrà, Quod minus est à maiori benedicitur. ¶ Respōdeo, in sacramento altaris benedictio sacerdotis fertur super terminum à quo, id est, super panem, non super terminum, ad quem, id est, corpus Christi. ¶ Item panis quem frangimus, &c. ¶ Contrà, iam tunc non est ibi panis. ¶ Respōdeo, ponitur significatum pro signo, id est, panis pro specie panis. ¶ Item super illud. Nonne participatio, & cætera. Glo. per partes manducatur in sacramento, & manet integer in cælo. ¶ Contrà, Christus sub sacramento est impartibilis. ¶ Respondeo, manducatur per partes sacramenti, non sui. ¶ Item ibidem. Glos. in illo sacramento

corpus suum & sanguinem commendauit, quod est, fecit nos ipsos. Contrà, Non fecit nos corpus Christi verum. ¶ Respondeo, quòd, id est cuius significatum: vnde relatio est simplex.

Lectio 5.

VIdete Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo? Dico quòd idolis immolatum sit aliquid, aut quòd idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non deo. Nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem domini bibere, & caliem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An emulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.

Dissuadet comestionē idolotitorū, ex similitudine sacrificij legalis, ponit causā admonitionis quadruplicem.

¶ Superius monuit abstinere à comestione idolotitorum. Primò ex timore pœnæ consimilis. Secundò ex communione altaris: hîc tertiò monet ad idem ex similitudine sacrificii legalis. Vbi primò excitat attentionem. Secundò ostendit propositum, ibi [Nonne qui edunt hostias.] Dicit ergo, videte. Hoc dupliciter legitur. Vno modo de sacrificiis Iudæorum. Alio modo de ritu gentilium. Primo modo hoc quod dico, Israel est accusatiui casus, Alio modo vocatiui. Primò modo sic, Quasi dicat, Multi vnum corpus sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Et hoc patet per hanc similitudinem. Videte Israel secundum carnem, supple ambulantem. i. carnalibus sacrificiis deseruientem. Hoc dicit ad differentiam Israel secundum spiritum. De vtroque Romanorum secundo. Non enim qui in manifesto Iudęus, &c. Nonne qui edunt hostias legales, participes sunt altaris legalis? Sicut qui edunt carnem Christi & sanguinē participes sunt corporis. Secundo modo legitur sic, Videte, ò Israel, ò vos qui estis Israel, spiritualis videtis. s. deum videte, inquam, ea quæ sunt secundum carnem. i. in idololatriæ ritu carnali. Nonne qui edunt hostias idolis, scilicet, immolatas, participes sunt altaris dæmonum & idolorum? Quasi dicat sic. Est ergo sua ratio talis, Qui edūt hostias oblatas altari, participes sūt altaris. A simili, qui edūt hostias immolatas idolis, participes sunt idolorum siue dæmoniorū. ¶ Deinde cùm dicit, [Quid ergo dico, &c.] Superius posuit monitionem cauēdi ab idolotitorum comestione, hîc ponit causam admonitionis. Ponit autem quatuor causas quare debent ab idolotitis abstinere. Primò propter vitandam dæmonis societatem. Secundò propter vitandam sacræ communionis exclusionem, ibi [Quia non potestis calicem domini bibere, &c.] Tertiò propter vitandam dei indignationem, ibi [An æmulamur dominum, &c.] Quartò propter fratrum læsionem, ibi [Omnia mihi licent, &c.] In prima, primò ostēdit per hoc quòd non dicit hoc, eo quòd alicuius virtutis reputet idolum, vel idolotitum. Secundò, quòd potius ideo, quia dæmonibus est immolatum, ibi [Sed quæ immolant, &c.] Tertiò quòd nō vult eos esse socios dæmonum, ibi [Nolo autem vos socios, &c.] Dicit ergo, Quid ergo? Quasi dicat, Moneo cauere ab idolotitis. Quid ergo dico, id est, quid dicere videor hoc monendo? Nunquid hoc, supple quòd illud quod idolis est immolatum sit aliquid vel alicuius virtutis vt noceat, aut quòd idolum sit aliquid veneratione dignum? Quasi dicat, Non. Psalm. Neque enim est spiritus in ore ipsorum. Sed hoc potius dico, quòd quæ immolant gentes idolo, dæmoni immolant, & non deo. Psal. Omnes dii gentium dæmonia. Deuterono. trigesimo secundo. Immolauerunt dæmoniis, & non deo. ¶ Deinde cùm dicit, [Nolo autem vos fieri, &c.] Ostendit quòd nō vult eos fieri socios dæmonum, quod fieret si communicarent mensę idolorum. Et hoc est quod dicit. Nolo autem vos qui fideles estis, socios fieri dæmonum, edendo, scilicet, de his quæ idolis immolantur, secundæ Corinthiorum sexto. Quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Christi ad Belial? ¶ Deinde cùm dicit, [Non potestis calicem, &c.] Ecce secunda ratio, quare abstinendum est ab idolotitis, quæ est talis, Omne quod excludit à communione corporis & sanguinis Christi, vitandum est: Comestio idolotitorum est huiusmodi, ergo vitanda est. Primò ergo ostendit quòd huiusmodi comestio excludit à communione sanguinis Christi. Secundò quòd & à communione corporis Christi, ibi [Non potestis mensæ domini participes esse, &c.] Dicit ergo, Non potestis, &c. Quasi dicat, Nolo vos fieri socios dæmoniorum. Hoc autem ideo dicit, Quia non potestis calicem domini bibere potu spirituali, non sacramentali tantùm. Psalm. Calicem salutaris accipiam. Et calicem dæmoniorum simul, & hoc quoad sacramentum sanguinis. Non potestis mensæ domini participes esse quo ad sacramentum corporis & mensæ dæmoniorum. Matt. 6, Nemo potest duobus dominis seruire. Ecce ergo calix fructuosus, quia ad bibendum spiritualiter pretiosus, quia domini specialiter purus & mundus, quia non datur immundis vtiliter. Similiter potest dici de mensa. ¶ Deinde cùm dicit, [An æmulamur dominum, & cætera.] Ecce tertia ratio talis, Omne illud quod prouocat iram dei, vitandum est: Comestio idolotitorum est huiusmodi, ergo vitanda est. Primò ergo ostendit quòd deus prouocatur ex tali comestione. Secundò quòd stultum est eum prouocare, ibi [Nunquid fortiores illo, & cætera.] Dicit ergo, An æmulamur, id est, ad iram prouocare volumus dominum comedendo idolotita. Vel sic, An æmulamur dominum, id est, inuidemus ei, vt quasi in contemptum eius hoc faciamus. Deuteronomii 32, Prouocauerunt eum in diis. Nunquid, quasi dicat, Non debemus eum prouocare. Nunquid illo fortiores sumus? quasi dicat, Non. Iob 9, Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Fatuum est enim prouocare fortiorem se. ¶ Notandum super illud, Nolo autem vos socios fieri, quod est societas bona & mala, & vtraque quadruplex. Est ergo societas bona. prima personarum diuinarum, de qua primæ Ioannis primo, Vt societatem habeamus cum deo, & societas nostra sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Et hoc exigit summa iocunditas, quia nullius rei sine socio iocunda est possessio. Secunda angelorum sanctorum, de qua Thobiæ 5, Credo enim qnòd angelus dei bonus cōmitetur ei. Et hoc exigit hominis dignitas. Hieronymus, Magna est dignitas animarum, & cætera. Tertia virorum iustorum, de qua Galat. secundo, Iacobus & Ioannes dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Et hoc exigit nostra vtilitas. Ecclesiastici 4, Melius est duos, &c. Quarta beatorum, de qua Apocalyp. 1, Ego Ioannes socius vester & frater in tribulatione & regno, & hoc exigit communis fœlicitas, quia si socii sumus passionis, erimus & consolationis, suprà 1. Societas mala similiter quadruplex. Prima à parte malorū, de qua Esa. 1, Principes tui infideles socii furum. Hæc est societas Herodis & Pilati in crucifixione Christi. Secunda hypocritarum, de qua Iob 30.

Quadruplex bona societas.

Quadruplex mala societas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frater fui draconum & socius strutionum, quæ alas habere videtur & volare non potest. Hæc est societas vulpis & lupi. Tertia dæmonum, de qua Iob 18, Habitent in tabernaculo eius socii eius qui non est, hæc societas catti & muris, carnificis & bouis. Quarta damnatorum, de qua 2. Cor. 6. quæ societas lucis ad tenebras, hæc est societas incarceratorũ in igne. ¶ Deinde cùm dicit, [Omnia mihi licent, &c.] Ponitur quarta ratio talis. Omne illud quod lædit proximorum salutem vitandum est, sed comestio idolotitorum est huiusmodi, ergo vitãda. Primò ostendit quòd talis comestio comedenti non proficit. Secundò quòd alterum lædit, ibi [Omnia mihi licent, &c.] Dicit ergo, Omnia mihi, &c. q.d. Si illos peccare dicam qui comedunt idolotita. Non tamen dico cibos in se illicitos, quia omnia quæ ad escã pertinent, mihi licent. Vel & si omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, id est, adiuuant me in cursu meo. Simile suprà 6, Omnia mihi licent, id est, & si omnia mihi licerent, sed non omnia ædificant proximos, sed ea quæ charitatis sunt: suprà 8, Scientia inflat, charitas ædificat, & quia non omnia ædificant, nemo quod suum est quærat tantùm. Charitas enim non quæ sua sunt quærit. Infrà 13, Sed quod alterius. i. quod alteri proficit. Sed heu Philippen. 2. dicitur, Omnes quæ sunt sua quęrunt. Audiendus est ergo Apostolus, qui & docet verum, & monet bonum. Docet verum duplex. s. expedientiæ sibi, quia omnia licent, sed non expediunt, & ædificationis aliis, quia omnia licent, sed non omnia ædificant. Monet bonum duplex. s. expedientię sibi. Nemo quod suum est quærat: & ædificationis aliis, sed quod alterius. Lectio 6.

Modus cautẽdi à comestione idolotitorũ docetur, ostendendo duos casus in quibus licet idolis immolatũ edere, dãdo cautelã edẽtib⁹ subdẽdo quãdo non licet edere.

OMne quod in macello uænit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo eius. Si quis uocat uos infidelium ad cœnam & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago?

¶ Superius monuit cauere ab idolotitis, & posuit rationem quadruplicem suæ monitionis: hîc tertiò docet modũ cauẽdi à prædictis, ostẽdendo quomodo liceat edere, & quomodo non. Primò ergo ostẽdit an liceat edere. Secũdò quãdo nõ licet. [Siquis autẽ dixerit, &c.] Tertiò quid in vtrisq; debẽt attẽdere, ibi [Siue ergo mãducatis, &c.] In prima, primò ponit duos casus in quibus licet idolotita comedere. Primus, quando comedit per se, secundus, quando cum aliis, ibi [Si quis autem infidelium, &c.] Vel primus quando nescit idolis immolatum: secundus quando non in proximi scandalum. In primo casu primò tangit comedendi licentiam, secũdò comedendi præstat cautelam, ibi [Nihil interrogãtes, &c.] Dicit ergo, Omne quod in macello vęnit, id est, venditur, &c. quasi dicat, quia licet edere, sed non expedit aliquãdo, ideo sic edite, Omne quod in macello vænit, id est, venditur, manducate si vultis. Omnis enim creatura dei bona, & nihil reiiciendum, &c. 1. Tim. 4, Vos dico nihil interrogantes, scilicet, an sit idolis immolatum vel non, & hoc propter conscientiam astantis infirmi. [Domini est terra, &c.] Quasi dicat, Hoc securè potestis facere, quia domini est terra & plenitudo eius. i. omnia quibus terra impletur. Psal. Quoniam meę sunt omnes ferę, &c. Ambros. Non potest esse immundum quod domini est, sed omnes carnes sunt domini, ergo de se mundæ sunt & licitæ. ¶ Deinde cùm dicit, [Si quis autem vocat, &c.] Ostendit quando licet comedere idolotita cum aliis, quando, scilicet, dantur in conuiuio, & ignoratur ab infirmis quòd sint idolis immolata. Vbi implicãtur quatuor expedientia cuilibet conuiuæ, scilicet, ne sit impudens se ingerendo, quod notatur ibi, [Si quis vocat vos] quòd non sit offendens in respuẽdo, quod notatur ibi, [Et vultis ire.] quòd non sit onerosus impediendo, quod notatur ibi, [Omne quod vobis apponitur] quòd non sit indiscretus in loquendo, ibi, [Nihil interrogantes.] Dicit ergo, Si quis infidelium, id est, gentilium. Nam cum Iudęis comedere prohibitum est. 28. q. 1. c. omnes. vbi sic dicitur, Omnes deinceps, siue clerici siue laici, Iudæorum conuiuia vitent, nec eos ad conuiuium quisquam recipiat, quia cùm Iudæi apud Christianos cibis communibus non vtantur, indignum atque sacrilegum est eorum cibos à Christianis fumi. Si quis ergo infidelium, id est, gentilium vocat vos ad cœnam & vultis ire, id est, placet vobis inuitatio, omne comestibile quod vobis apponitur, manducate. Concessio est, non iussio. Luc. 10, Manducate quæ vobis apponuntur. Vos dico nihil interrogantes an sit immolatum idolis vel non. Et hoc propter conscientiam infirmorum. ¶ Deinde cùm dicit, [Si quis autem dixerit, &c.] Ostendit quando non licet comedere. vbi assignat triplicem causam quare nõ licet comedere. Primò propter alterius conscientiam. Secundò propter damnationem propriam, ibi, [Vt quid enim libertas mea, &c.] Tertiò propter imperitorũ blasphemiam, ibi, [Si cum gratia participo, &c.] Prima ratio talis est. Nihil faciendum est scienter quod lædat conscientiam eius qui facit, sed comestio idolotiti est huiusmodi: ergo nihil tale est faciendum. Primò ergo proponit idolotiti cognitionem. Secundò dissuadet eius comestionem, ibi, [Nolite manducare, &c.] Tertio subdit huius rationem, ibi [Propter illum qui indicauit.] Dicit ergo, Si quis autem dixerit, etiam non interrogatus, hoc est immolatum idolis, nolite manducare: & hoc propter illum qui indicauit hoc esse immolatum idolis, ne. s. credat te manducare sub veneratione idoli, non quòd cibus de se sit immundus. Ro. 14, Scio & confido in domino, quòd nihil commune est per ipsum, nisi illi qui existimat aliquid commune esse, sed etiam propter conscientiam aliorum infirmorum. Conscientiam autem non tuam quæ firma est, sed alterius, scilicet infirmi. 2. Corrinth. 6, Nemini dantes vllam offensionem. Deinde cùm dicit, [Vt quid enim libertas mea, &c.] Ecce iam secunda ratio, quæ est talis, Quod facit ad iudicium damnationis proprię vitandum est, sed comestio idolotiti cum scandalo proximi est huiusmodi, ergo talis comestio vitãda est, & hoc est quod dicit, Vt quid, &c. quasi dicat, Nolite manducare propter conscientiam infirmi. Vt quid enim libertas mea, id est, quod liberum mihi est iudicatur ab aliena conscientia, id est, mihi fit damnabile propter conscięntiam ratione scandali, quasi dicat, si comedo cum alterius scandalo, sic ago vt reddam me dãnabilem, Mat. 18, Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei vt suspendatur mola asinaria, &c. Vt quid ergo sic ago. q.d. malè ago. ¶ Deinde cùm dicit, [Si cum gratia participo, &c.] Ecce ratio tertia talis, Cauendus est casus in blasphemiam & vituperium aliorũ, sed comedẽdo idolotitum cũ scãdalo comedo sic, ergo, &c. Vbi primò tangit modũ edendi debitũ. Secũdò nihilominus blasphemiam insipiẽtium, ibi, [Quid blasphemor.] Dicit ergo. Si ego cũ gratia, id est, cum gratiarum actione participo, id est, comedo, sic enim semper sumendus est cibus. Io. 6, Gratias agens benedixit & fregit. Quid blasphemor ab imperitis dicentibus idolatrare. Blasphemor, inquam, pro eo ꝙ gratias ago, id est, ꝙ gratias agendo participo. Roma. 14, Non ergo blasphemetur bonum nomen vestrum. Lectio 7.

Quid agendũ in comestione & abstinentia idolotitorũ, & aliorum quorumcũque partiũ docet, utpote in ordine ad deũ quærendam esse eius gloriã, & in ordine ad proximũ cauẽdũ offensionẽ sese in exẽplũ præbens.

SIue ergo manducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & ecclesiæ dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

¶ Habito quando licet de idolotitis comedere & quando non: hîc ostendit quid in vtroque debent intendere. Primò respectu dei, quia debent quærere eius gloriam. Secundò quid respectu proximi, quia debẽt cauere eius offensam, ibi, [Sine offensione estote, &c.] In prima, primò inducit actum multiplicem. Secundò persuadet actuum intentionem debitam, ibi, [Omnia in gloriam dei, &c.] Dicit ergo, Siue ergo, &c. q.d. Quia hæc mala contingunt, ergo siue mãducatis siue bibitis quæ sunt opera necessitatis vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite, & cum inuocatione creatoris, ea intentione vt deus laudetur & glorificetur. Mat. 5, Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Col. 3, Omne quodcunque facitis in verbo aut opere, omnia in gloriam dei facite. Aug. Hæc si rectè fiunt, laudes dei sunt. Non ergo solùm vox tua laudes dei, sed etiam opera tua concordent cum voce tua. Cùm enim deus laudatur de bono opere, deum laudas, & cùm blasphematur deus de malo opere tuo, deum blasphemas. ¶ Deinde cùm dicit, [Sine offensione estote, &c.] Monet vt caueant ab offensa aliorum, & persuadet hoc primò, verbo, secundò, exẽplo, ibi [Sicut & ego per omnia, &c.] Vbi ponit se in exemplum, primò pacificæ conuersationis. Secundò fructuosæ operationis, ibi, [Non quærens quod mihi vtile, &c.] Tertiò rectæ intentionis, ibi, [Vt salui fiant.] Fœlix cuius conuersatio amabilis, operatio vtilis, intẽtio salubris. Dicit ergo, Sine offensione, &c. q.d. Vt omnia in gloriam dei fiant, sine offensione estote Iudæis, qui non adorant idola: & ideo in tali comestione scandalizantur, & Gentibus qui adorant idola, & ideo per huiusmodi comestionem in errore confirmantur, & ecclesiæ dei quantum ad infirmos in fide, qui inde offenduntur. Iudæi sunt sub lege, sed non sunt sub fide, Gẽtes nec sub lege nec in fide: ecclesia dei & sub lege & in fide. Rom. 12, Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Sicut & ego omnibus placeo tanquam conuersus sine scãdalo. Ego, inquam, non quærens quod mihi vtile est tantùm, sed quod multis. Ecce optimus modus placendi omnibus, si omnium vtilitas non priuatur, commodum procuretur. Charitas, inquam, non quærit quæ sua sunt. Quod est vtile, inquam, multis, & non hoc ad aliquod commodum tẽporale, sed ad hoc vt salui fiant. Phil. vlt. Non quæro datum, sed fructum. ¶ Notandum ꝙ multa sunt quæ meritò placere faciunt hominibus. Primum prudentia in consiliis, sicut aduocatus clienti. Dispensator principi placet. Gen. 41, Placuit Pharaoni consilium, & omnibus seruis eius. Eccles. 20, Vir prudens placebit magnatis. Secũdum, munditia in factis, sicut coniunx coniugi, instrumentum vtenti placet. 1. Reg. 2, Puer autem Samuel crescebat & proficiebat, placens tam deo, quàm hominibus. Non sic filii Heli. Tertium, pietas in suffragiis sicut medicus infirmanti, baculus seni placet. Vnde de sepultura Abner dicitur 2. Reg. 3, Placuerũt eis omnia quæ fecit Dauid, &c. Quartum, sapientia in verbis, sicut lumen viatori, viror visui placet. Iosue 22, Placuit seruo cunctis audientibus. Eccl. 20, Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Quintum, clementia in responsis, sicut sapor gustui, melodia auri, placet. 2. Paralipome. 10, Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. Sextum, fortitudo in bellis sicut pugil conductori, miles principi, placet. 1. Regum 18, Dixerunt serui Saul ad Dauid, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Septimum, largitas in beneficiis, sicut pluuia terræ arẽti, sicut fons sitienti, placet. 1. Machabeorũ 14. de Simone. Quæ sunt bona gentis suæ, & placuit illis potestas eius. ¶ Hîc quæritur super illud, Nolo vos esse socios dæmoniorum. glo. ad hoc genus pertinent, quæ fiunt in quibusdam rebus suspendendis vel allegandis. ¶ Contrà, ergo suspensio herbarum ad collum vel cartularum quæ fieri solet, ad idolatriam pertinet. Respõsio, Aut herbæ habent à natura vim naturalem ad effectum illum, aut non. In primo casu non pertinet ad idolatriã, sed in secundo. Similiter cedulæ, aut continent solùm verba sacra, & ex hoc creduntur habere vim, aut non. In primo casu non pertinet ad idolatriam, sed in secundo. ¶ Item super illud, Omnia mihi licent. Glo. Potestate liberi arbitrii, & doctrina legis naturalis. ¶ Contrà, secundum legem naturalem multa sunt illicita. Respondeo, hîc loquitur de cibis specialiter. ¶ Item ibidem Glos. Præcepto domini illa prohibentur. Respondeo, illa præcepta ad tempus fuerunt, & reuocata sunt. ¶ Item nihil interrogantes. Contrà, Tho. 2, Videte ne fortè furtiuus sit. Respondeo, non est simile, quia cibum furtiuum non est licitum in se comedere, sed idolo immmolatum licet edere, nisi propter scandalum alterius. ¶ Item, Omnia in gloriam dei facite. ¶ Contrà, Ergo nullus actus est indifferens. Respõdeo, Relatio hæc in gloriam dei intelligitur vel in actu vel in aptitudine referendi, quæ non est solùm in bonis, sed etiam in differentibus. ¶ Item, domini est terra & plenitudo. ¶ Contrà, eadem ratio fuit sub lege: Ergo si omnia sunt modò munda, quia domini sunt, & tunc fuerunt. Respondeo, Reputatione legis immunda dicta sunt, sed non sui natura. ¶ Item sicut ego per omnia omnibus placeo. ¶ Contrà, Galat. 1, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. ¶ Item quomodo placebat persecutoribus suis. Respondeo ad primum, Placere volebat hominibus propter deum, non propter se. ¶ Ad argumentum secundum intelligitur hoc non de omnibus generaliter, sed de ecclesiasticis viris secundum glosam.

Hîc ꝓmittit quãdã generalẽ monitionẽ, ostẽdẽdo quo Corinthij se habeant ad dominũ loquẽdo eis ironicè, & ponit unum documẽtũ qđ est quasi fundamẽtũ sequentium

Caput 11.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem uos, fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis præcepta mea tenetis. Volo autem uos scire, quòd omnis uiri caput Christus est: caput autem mulieris, uir: caput uerò Christi, deus.

¶ Suprà Apost. remouit à fidelibus, id quod est cõtrariũ eucharistię sacramẽto. s. participationẽ mẽsæ idolorũ. Nũc autẽ instruit fideles de ipso eucharistiæ sacramẽto. Et primò præmittit quãdam ammonitionẽ generalem. Secundò accedit ad propositũ, ibi, [Volo autem vos scire, &c.] Circa primũ duo fa-

cit.Primò proponit ammonitionem. Secundò significat quomodo Corinthii ad prædictam ammonitionem se habebant,ibi,[Laudo autem vos fratres,&c.]Circa primum considerandum est ꝙ ita se habet naturalis ordo rerum,quòd ea quæ sunt inferiora in entibus imitantur ea quæ sunt superiora secundum suũ posse.Vnde etiam naturale agens tanquam superius assimilat sibi patiens. Primordiale autem principium totius processionis rerũ est filius dei,secũdum illud Io.1,Omnia per ipsum facta sunt. Et ipse ideo est primordiale exemplar,quod omnes creaturę imitantur tanquam veram & perfectam imaginem patris.Vnde dicitur Coloss.1,Qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ , quia in ipso condita sunt vniuersa.Speciali tamen quodam modo exemplar est spiritualium gratiarum,quibus spirituales creaturę illustrantur,secundum illud quod in Psal.dicitur ad filium, In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te: quia .s. genitus est ante omnem creaturam per gratiam lucentem habens exemplariter in se splendores omnium sanctorum: hoc autem exemplar dei prius erat à nobis valde remotum , secundum illud Ecclesiast.2,Quid est homo vt sequi possit regem factorem suum.Et ideo homo fieri voluit, vt hominibus humanum exemplar præberet.Vnde Augustinus dicit in libro de agone Christiano. Qua peruersitate non caueat quæ dicta & facta illius hominis intueri diligit & sectatur,in quo se nobis ad exemplum vitæ præbuit filius dei.Et sicut diuinitatis eius exemplar primò quidem imitantur angeli,secũdariò verò reliquæ creaturæ,vt Dionysius dicit 10,cap. angelicæ Hierarchiæ,ita humanitatis exẽplar principaliter quidem imitandum proponitur prælatis ecclesiæ tanquam superioribus.Vnde & dominus apostolis dicit Io. 13,Exemplum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci , ita & vos faciatis. Secundariò verò ipsi prælati informati exemplo Christi proponuntur exemplar vitæ subditis,secundum illud 1.Pet.vlt.Forma facti gregis ex animo.Et 2.Thess.3,Vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.Et ideo Apostolus signanter dicit,Dixi vt sine offensione omnibus sitis, & hoc quidem facere poteritis,si hoc quod dico seruetis.Imitatores mei estote sicut & ego Christi.s.sum imitator.Imitabatur enim eũ primò quidem in mẽtis deuotione.Galat.2,Viuo ego,iam non ego,viuit verò in me Christus.Secundò in subditorum solicitudine.Vnde dicebat Phil.2,Si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ,gaudeo & congratulor omnibus vobis.Sicut & Christus obtulit semetipsum pro nobis,vt dicitur Ephe.5. Tertiò quantũ ad passionis tolerantiam.2.Cor.4,Semper mortificationem Iesu in corpore circunferentes.Et Gal.vlt.Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto.Est autem notãdum quòd non simpliciter dicit,imitatores mei estote,sed addit,sicut & ego Christi,quia,scilicet,subditi prælatos suos imitari non debẽt in omnibus,sed in quibus illi Christum imitantur,qui est indeficiens sanctitatis exemplar. ¶Deinde cùm dicit,[Laudo autem vos fratres.]Ostendit qualiter Corinthii se habebant ad ammonitionem prædictam.Circa quod cõsiderandum est quòd subditi suos prælatos sequuntur dupliciter.s.quantum ad facta,& dicta:quãtum quidem ad facta,dum subditi prælatorum exempla imitantur.Vnde dicitur Iacob.5,Exemplum accipite, fratres mei,prophetarum qui loquuti sunt in nomine domini . Quantum verò ad dicta dum eorum præceptis obediunt.Prouerb.3,Custodi præcepta mea, & viues. In his autem Corinthii deficiebant , & maximè quantum ad maiorem multiudinem,& ideo Apostolus alloquens eos,dicit,Laudo autem vos fratres,quasi dicat,Super hoc laũdandos vos præbere debetis,sed non facitis,quòd per omnia memores estis quasi ad imitandum mea exempla . Non enim possumus illorum exempla imitari, quorum memoriam non habemus.Vnde dicitur Heb.13,Mementote præpositorum vestrorum quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem.Quantum verò ad dicta,subdit,Et sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis.q.d.eodẽ tenore obseruatis quo ego tradidi,hoc enim dicit, quia ab obseruantia præceptorum eius recesserant. Io. 15,Si sermonem meum seruauerunt,& vestrum seruabunt.Sed videtur hic modus loquendi non esse conueniens veritati sacræ scripturæ quæ nihil patitur falsitatis,secundũ illud Prouerb.8,Iusti sunt omnes sermones mei,& non est in eis prauum quid,neque peruersum.Sed dicendum quòd ironica loquutio est vna de locutionibus figuratiuis in quibus veritas non attenditur,secundum sensum quẽ verba faciunt,sed secũdum id quod loquens exprimere intendit per simile,vel contrarium,vel quocunque alio modo.Et idẽo in ironica locutione veritas attenditur secundum contrarium eius quod verba sonant , sicut in metaphorica secũdum simile. ¶Deinde cùm dicit,[Volo autem vos scire fratres,&c.]Accedit ad propositum instruens s.fideles de eucharistiæ sacramento.Et circa hoc tria facit.Primò redarguit eorum errores circa ritum huius sacramenti.Secundò ostendit huius sacramenti dignitatem,ibi,[Ego enim accepi à domino,&c.]Tertiò docet conuenientem ritum,ibi,[Itaq; fratres mei.]Circa primum tria facit. Primò redarguit eorum errorem,quo.s.errabãt in habitu,quia.s.mulieres ad sacra mysteria conueniebant capite non velato.Secũdò arguit errorẽ in conuẽtu,quia.s.dum conuenirent ad sacra mysteria contẽtionibus vacabant,ibi,[Hæc autem præcipio non laudans,&c.]Tertiò quantum ad certum cibum,quia.s.pransi ad sacra mysteria sumẽda accedebant,ibi,[Conuenientibus autem vobis,&c.]Circa primum duo facit.Primò præmittit quoddã documẽtum ex quo sumitur ratio subsequentis monitionis.Secũdò ponit monitionẽ,ibi,[Omnis autẽ vir orans,&c.]Circa primum ponit triplicem comparationem,quarum prima est dei ad hominem,dicens,Dixi quòd præcepta mea tenetis per cõtrarium.Sed vt appareat vos irrationabiliter agere. Volo vos scire tãquam rem necessariam,secundum illud Esa.5,Captiuus ductus est populus meus,quia nõ habuit sciẽtiam. Quòd omnis viri caput,Christus est,quod quidem dicitur secũdum similitudinem capitis naturalis,in quo quatuor considerantur.Primò quidẽ perfectio,quia cùm cætera mẽbra vnum solũ sensum habeant.s.tactũ: in capite vigent omnes sensus,& similiter in aliis viris inueniuntur singulæ gratiæ,secundum illud quod dicitur infrà 12,Alii datur per spiritũ sermo sapientiæ,alii sermo scientię,&c.Sed in homine Christo est plenitudo omnium gratiarum.Non enim ad mensuram dat ei deus spiritum,vt dicitur Ioan.3,Secundò in capite inuenitur sublimitas, quia vt.s.in homine,est superius omnibus membris , ita etiam Christus superminet,non solùm omnibus hominibus,sed etiam omnibus angelis,secundum illud Eph.1, Constituens illum ad dexteram suam in cęlestibus super omnem principatum & potestatem.Et infrà,Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiã.Tertiò in capite inuenitur influentia, quia.s. quodam modo influit cæteris mẽbris sensum & motum , ita à capite Christo in cætera membra ecclesiæ motus & sensus spiritualis deriuatur,secundum illud Colos.2, Non tenens caput ex quo totum corpus per nexum & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentũ dei. Quartò in capite inuenitur conformitas naturæ ad cætera mẽbra,& similiter in Christo ad alios homines,secũdum illud Phil.2,In similitudinẽ hominũ factus & habitu inuentus vt homo. ¶Secundam cõparationem ponit hominis ad hominẽ,cùm dicit, Caput autem mulieris vir.Quod etiam secundũ prædicta quatuor verificatur.Nam primò quidem vir est perfectior muliere,non solùm quantũ ad corpus,quia vt Philosophus dicit in lib.de Generatione animaliũ, Fœmina est masculus occasionatus: sed etiã quantum ad animæ vigorẽ, secundum illud Eccles. 7, Virũ ex mille reperi vnũ,mulierem ex omnibus non inueni. Secundò,quia vir naturaliter supereminet fœminæ, secũdum illud Ephes.5,Mulieres viris suis subiectæ sint sicut domino, quoniã vir caput est mulieris . Tertiò quia vir influit gubernando mulierẽ,secundum illud Gene.3,Sub viri potestate eris,& ipse dominabitur tui. Quartò vir & fœmina conformes sunt in natura,secundũ illud Gen.2,Faciamus ei adiutoriũ simile sibi. ¶Tertiã cõparationem ponit dei ad dominũ,cùm dicit, [Caput verò Christi deus.] Est autẽ considerandum quòd hoc nomen,Christus,significat personã prædicatam ratione humanæ naturæ:& sic hoc nomen,Deus,non supponit solùm personã patris,sed totam trinitatem à qua in humanitate Christi,sicut à perfectiori,omnia bona deriuantur,& cui humanitas Christi subiicitur. Alio modo potest intelligi,secũdum quod hoc nomẽ Christus,supponit dictam personã ratione diuinę naturæ,& sic hoc nomen,deus,supponit personã patris: quæ dicitur caput filii,non quidem secundũ maiorem perfectionẽ,vel secundum aliquã suppositionem,sed solùm originẽ & secundum conformitatem naturæ,sicut in Psal.dicitur, Dominus dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie genui te.Possunt tamen hæc mysticè accipi prout in anima est quoddam spirituale coniugium.Nam sensualitas fœminæ cõparatur,ratio verò viro, per quem sensualitas regi debet. Vnde & caput eius dicitur.Vel potius ratio inferior quæ inhæret tẽporalibus disponendis,mulieri cõparatur: viro autem ratio superior,quæ vacat contẽplationi æternorum, quæ caput inferioris dicitur: quia secundum rationes æternas sunt tẽporalia disponẽda,secundum illud Exod.25,Inspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.Dicitur autem caput viri Christus: quia sola ratio secũdum superiorem sui partem deo inhæret.

Paulꝰ Christũ in multis imitabatur.

In quibus sint imitãdi prælati.

Prælatos subditi sequũtur dupliciter.

Christus caput dicitur metaphoricè ad caput naturale, ꝓpter quæ reperta in capite naturali quæ in Christo reperiũtur.

Lectio 2.

OMnis uir orans aut prophetans uelato capite,deturpat caput suum.Omnis autẽ mulier orans aut prophetans non uelato capite,deturpat caput suum.Vnum est enim acsi decaluetur.Nam etsi non uelatur mulier,tondeatur. Si uerò turpe est mulieri tonderi aut decaluari,uelet caput suum.Vir quidem non debet uelare caput suum,quoniam imago & gloria dei est:mulier autem gloria uiri est.

Documẽtũ ꝑ viris & mulieribus in publicis rationibus & prophetiis.

¶Præmisso documento subiungit ammonitionem, cuius ratio sumitur ex documento prædicto. Et circa hoc duo facit.Primò ponit ammonitionem ex parte viri . Secundò ex parte mulieris,ibi[Omnis autẽ mulier,&c.]Dicit ergo primò,Dictũ est quòd caput mulieris est vir. Omnis autẽ vir orans aut prophetans velato capite,deturpat caput suum.Circa quod considerandum est quòd quilibet homo iudici assistens suam conditionẽ vel dignitatem debet profiteri, & præcipuè assistens deo,qui est omniũ iudex: & ideo qui deo assistunt,ordinatissimè & cõuenientissimè se gerere debent,secundũ illud Eccle.4,Custodi pedem tuũ ingrediens domũ dei.Dupliciter autẽ homo deo assistit.Vno modo,humana in deũ referẽs, quod quidem fit orando,secundũ illud Eccles.39,In conspectu altissimi deprecabitur, aperiet os suũ in oratione,& pro delictis suis deprecabitur.Alio modo diuina ad homines deferens,quod quidem fit prophetando, secundum illud Ioel.2,Effundam spiritum meũ super omnem carnẽ,& prophetabunt filii vestri. Vnde signanter Apostolus dicit,Vir orans & prophetans. His enim duobus modis vir deo tanquam iudici vel domino assistit. Dicitur autẽ prophetans dupliciter.Vno modo inquantũ homo aliis annuntiat, quæ ei diuinitus reuelantur,secundũ illud Luc.1,Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto,& prophetauit,dicens,Benedictus dominus deus Israel,&c.Alio modo dicitur homo prophetans,inquantũ profert ea quę sunt aliis reuelata, vnde illi qui in ecclesia dicunt prophetias vel alias sacras scripturas legunt, dicuntur prophetantes . Et sic accipitur infrà 14,Qui prophetat & ecclesiam ædificat:& ita etiam hîc accipitur.Pertinet autem ad dignitatem viri(vt infrà patebit)carere velamine capitis,& ideo dicit quòd omnis vir orans aut prophetans velato capite,deturpat caput suũ.i.rem inconuenientem sibi agit.Sicut enim in corpore pulchritudo dicitur ex debita proportione mẽbrorum in cõuenienti claritate vel colore:ita in actibus humanis dicitur pulchritudo ex debita proportione verborũ vel factorum,in quibus lumen rationis resplendet.Vnde & per oppositum,turpitudo intelligitur quando contra rationẽ aliquid agitur & non obseruatur debita proportio in verbis & factis.Vnde suprà 7.dictũ est,Siquis turpẽ se videri existimat super virgine sua ꝙ sit superadulta. ¶Sed contra hoc obiicitur,Nam multi velato capite,in ecclesia orant absque omni turpitudine secretius orare volentes.Dicendum est autem quòd duplex est oratio. Vna priuata, quã.s.quis deo offert in propria persona.Alia publica,quã quis offert deo in persona totius ecclesiæ,vt patet in orationibus quæ in ecclesia per sacerdotes dicuntur:& de talibus orationibus Apostolus hîc intelligit. ¶Item obiicitur de hoc quod dicit glo.quòd prophetans dicitur scripturas referans,& secũdum hoc ille qui prædicat,prophetat.Episcopi autem prædicant capite tecto mitra.Sed dicẽdum est quòd ille qui prædicat vel docet in scholis ex propria persona loquitur. Vnde & Apostolus Rom.2. nominat euangeliũ suum.s. propter industriã qua vtebatur in prędicatione euangelii,sed ille qui sacrã scripturam in ecclesia recitat,puta legendo lectionẽ vel epistolam,vel euangeliũ,ex persona totius ecclesiæ loquitur.Et de tali prophetante intelligitur quod hîc Apostolus dicit.Sed tunc remanet obiectio de his,qui cantant psalmos in choro capite tecto.Sed dicendum quòd psalmi non cantantur quasi ab vno singulariter se deo præsentante, sed quasi à tota multitudine.

Homo deo assistit dupliciter.

Aliquis dicitur ꝑphetans dupliciter.

Legẽtes ꝓphetias vel alias scripturas sacras ecclesia dicũtur prophetare.

An licitè prædicetur capite tecto vide hîc.

¶Deinde cùm dicit,[Omnis autem mulier,&c.]ponit ammonitionem quantum ad mulieres,dicẽs,Omnis autem mulier orans aut prophetans,vt suprà, non velato capite, quod repugnat propter conditionem eius,deturpat caput suum.i.rem inconuenientem facit circa sui capitis detectionem. ¶Sed contra hoc obiicitur,quia Apostolus dicit 1.Timoth.2,Docere in ecclesia mulieri non permitto . Quomodo ergo com-

petit mulieri vt oret,aut prophetet publica oratione aut doctrina?Sed dicendum est hoc intelligendum esse de orationibus ac lectionibus quas mulieres in suis collegiis proferunt. ¶Deinde cùm dicit,[Vnum est enim,&c.]probat ammonitionem prædictam.Et primò inducit probationē.Secundò probationis iudiciū auditoribus cōmittit,ibi[Vosipsi iudicate,&c.]Circa primū duo facit.Primò inducit probationem.Secundò excludit obiectionē,ibi[Veruntamen neque vir,&c.] Circa primū ponit triplicem probationem,quarū prima sumitur per cōparationem ad humanam naturam.Secūda per cōparationem ad deum,ibi [Vir quidem non debet,&c.]Tertia per cōparationem ad angelos,cùm dicit,Et propter angelos. ¶Circa primum considerandum est quòd natura quæ cæteris animalibus prouidit auxilia sufficientia vitæ, hominibus præbuit ea imperfecta, vt per rationem arte, vsu, manu sibi ea perficerent, sicut tauris dedit cornua ad defensionem:homines autem arma defensionis sibi præparāt manuali artificio rationis, & inde est quòd ars imitatur naturam,& perficit ea quæ natura facere non potest. Sic igitur ad tegumentum capitis natura hominī dedit capillos:sed quia hoc tegumentum insufficiens est, per artem præparat homo sibi aliud velamen. Eadem igitur ratio est de velamine naturali capillorum,& de velamine artificiali.Naturale autem est mulieri quòd comam nutriat.Habet enim ad hoc dispositionem naturalem,& vlterius inclinatio quædam inest mulieribus ad comam nutriendam . In pluribus enim hoc accidit quòd mulieres magis studeant ad nutriendam comā quàm viri. Videtur ergo conditioni mulierū conueniens esse quòd magis vtantur velamine capitis quàm viri. ¶Circa hoc ergo tria facit.Primò ponit conuenientiam velaminis naturalis & artificialis,dicens,Dictum est,Mulier non velans caput,deturpat caput suum, vnū est enim.s. vnius rationis priuari.s.velamine artificiali,acsi decaluetur.i.acsi priuetur naturali velamine capillorum, quod in pœnā quibusdam prædicitur Esa.3,Decaluabit dominus verticem filiarum Syon,& crinem earum nudabit.Secūdò ducit ad inconueniens,dicens,Nam si non velatur mulier,tondeatur.q.d.si abiicit velamen artificiale,abiiciat pari ratione etiam naturale,quod est inconueniens. ¶Secūdò contra hoc videtur esse ꝙ sanctimoniales tondentur.Ad quod dupliciter potest respondēri:primò quidem quia ex hoc ipso quòd votum viduitatis vel virginitatis assumunt Christo desponsante, promouentur in dignitatem virilem, vtpote liberatæ à subiectione virorum,& immediatè Christo coniunctæ.Secundò quia assumunt pœnitentiæ lamentum religionem intrantes.Est autem consuetudo viris quòd tēpore luctus comā nutriant,quasi hoc sit suæ conditioni conueniens:mulieres autē econtrario tempore luctus comā deponunt. Vnde dicitur Hiere.7, Capillum tuum tōde & proiice,sume indirectum planctum.Tertiò concludit propositū,dicens, Si verò turpe.i. indecēs est mulieri tonderi aut decaluari.i.priuari naturali velamine arte vel natura,velet caput suū,vtēs.s. velamine artificiali. ¶Deinde cùm dicit,[Vir quidem,&c.]ponit secundam probationem quæ accipitur per cōparationem ad deum.Et primò inducit probationē.Secundò probat quod suppositum erat,ibi [Non enim est vir,&c.]Dicit ergo primò,Dictū est quòd turpe est mulieri tonderi,sicut & non velari:viro autem non est turpe,cuius ratio est hæc,Vir quidem non debet velare caput suū,quia est imago & gloria dei . Per hoc autē quòd dicit,est imago dei,excluditur quorundam error,dicentiū quòd homo solùm est ad imaginem dei,non autem est imago,cuius contrariū hīc Apostolus dicit.Dicebant autē quòd solus filius est imago,secundum illud Colos.1,Qui est imago inuisibilis dei.Est ergo dicēdum quòd homo imago dei dicitur & ad imaginem.Est enim imago imperfecta:filius autem dicitur imago, non ad imaginem, quia est imago perfecta. ¶Ad cuius euidentiā cōsiderādum est quòd de ratione imaginis in cōmuni duo sunt.Primò quidem similitudo,non in quibuscūque,sed vel ipsa specie rei,sicut homo filius assimilatur patri suo. Vel in alī quo quod sit signum speciei,sicut figura in rebus corporalibus. Vnde qui figuram equi describunt, dicuntur imaginem eius depingere . Et hoc est quod dicit Hilarius in lib.de synodis, quòd imago est species indifferens.Secūdò requiritur origo.Non enim duorū hominum qui sunt similes specie,vnus imago alterius dicitur,nisi ex eo oriatur,sicut filius à patre.Nam imago dicitur ab exemplari.Tertiò ad rationem perfectę imaginis requitur æqualitas.Quia igitur homo similatur deo secundum memoriā,intelligentiam & voluntatem mentis,quod pertinet ad speciē intellectualis naturæ,& hoc habet à deo,dicitur esse dei imago: quia tamen deest æqualitas,est dei imago imperfecta.Et ideo dicitur ad imaginē,secundum illud Gene.1.Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā. Sed filius qui est æqualis patri, est imago perfecta, non riosus est,& sic homo non est gloria dei,sed potius deus est gloria hominis,secundum illud Psal.Tu dominē susceptor meus es gloria mea. Alio modo dicitur gloria dei claritas eius ab eo deriuata, secundum illud Exod.vlti.Gloria domini impleuit illud.Et hoc modo hīc dicitur quòd vir est gloria dei,inquantū claritas dei immediatè super virum refulget.Secundum illud Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. ¶Deinde cùm dicit,[Mulier autem,&c.] ponit id quod est ex parte mulieris,dicens,Mulier autem est gloria viri,&c.quia claritas mulieris deriuatur à viro:secundum illud Genes.2,Hæc vocabitur virago,quoniam de viro sumpta est. ¶Sed contra hoc obiicitur,quia imago dei attenditur in homine secundum spiritum in quo non est differentia maris & fœminæ,vt dicitur Col.3.Non ergo magis debet dici quòd vir dicitur imago dei quàm mulier. Dicēdum est autem quòd vir dicitur hīc specialiter imago dei secundū quædam exteriora.s.quia vir est principium totius sui generis,sicut deus est principiū totius vniuersi,& quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta sanguinis & aquæ , à quibus fabricata est ecclesia. Potest etiā quantum ad interiora dici quòd vir specialius dicitur imago dei secūdum mentem, inquantū in eo ratio magis viget. Sed melius dicendum quòd Apostolus signanter loquitur . Nā de viro dixit quòd vir imago & gloria dei est:de muliere autē non dixit quòd esset imago & gloria viri,sed solùm quòd est gloria viri,vt detur intelligi quòd esse imaginem dei,cōmune est viro & mulieri: esse autem gloria dei immediatē propriū est viri. Restat autē considerandum propter quid vir non debeat velare caput, sed mulier . Quod quidem dupliciter accipi potest.Primò quidē quia velamen quod capiti superponitur,designat potestatem alterius super caput existentis ordine naturæ: & ideo vir sub deo existens non debet velamen habere super caput,vt ostendat se immediatè deo subesse,mulier autē debet velamen habere,vt ostendat se præter deum

Sanctimonialiū excellentia.

Homo dicitur verè imago dei, & nō solū ad imaginē & error cōtrarius tollitur hīc. De ratione imaginis sūt duo & perfectæ imaginis sunt tria.

alteri naturaliter subesse.Vnde cessat obiectio de seruo & subdito:quia hæc subiectio non est naturalis.Secundò ad ostendendum quòd gloria dei non est occultanda , sed reuelanda : gloria autem hominis est occultanda:vnde in Psalm.dicitur,Non nobis domine non nobis,sed nomini tuo da gloriam.

Lectio 3.

Probatur ꝙ mulier sit gloria viri & ex hoc infert illud quod intendit s. quòd mulier debet velari.

Non enim uir ex muliere est,sed mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierem,sed mulier propter uirum.Ideo debet mulier uelamen habere super caput suum,& propter angelos. Veruntamen neque uir sine muliere,neque mulier sine uiro in domino.Nam sicut mulier de uiro,ita & uir per mulierem:omnia autem ex deo.Vosipsi iudicate:decet mulierem non uelatam orare deum?Nec ipsa natura docet uos,quòd uir quidem si comam nutriat,ignominia est illi: mulier uerò si comam nutriat,gloria est illi,quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt . Si quis autem uidetur contentiosus esse,nos talem consuetudinem non habemus,neque ecclesia dei.

¶Præmiserat Apostolus ꝙ mulier est gloria viri,quod hīc probare intendit.Et circa hoc tria facit.Primò ponit probationem. Secūdò assignat rationē eius quod dixerat,ibi[Etenim nō est creatus,&c.]Tertiò infert conclusionem intentam,ibi[Ideo debet,&c.] Circa primū considerandum quòd sicut suprà dictū est, mulier dicitur gloria viri per quandā deriuationem:& ideo ad hoc probandum,subdit, Non enim prima.s. rerū conditione vir est ex muliere.s.formatus,sed mulier ex viro. Dicitur enim Gen.2,Quòd ædificauit dominus deus costam quā tulerat de Adam in mulierē. De viro autem dicitur,Formauit dominus deus hominem de limo terræ. ¶Deinde cùm dicit,[Etenim,&c.] assignat rationem eius quod dixerat. Ad cuius euidentiam considerandus est talis ordo perfecti & imperfecti , quòd imperfectum in vno & eodem subiecto prius est tempore quàm perfectum.Prius enim aliquis homo est puer quàm vir, simpliciter tamen perfectum est prius imperfecto,etiam tempore.Nam puer producitur ex viro.Hæc igitur est ratio quare mulier producta est ex viro,quia perfectior est muliere,quod ex hoc probat Apostolus,quia finis est perfectior eo quod est ad finem:vir autem est finis mulieris.Et hoc est quod dicit,Etenim non est creatus vir propter mulierem,sed mulier propter virum in adiutorium.s.generationis:sicut patiens est propter agens,& materia propter formā.Vnde dicitur Genes.2,Non est bonū hominē esse solū,faciamus ei adiutoriū simile sibi. ¶Deinde cùm dicit,[Ideo debet,&c.] infert conclusionem intentā,dicens, Ideo .s.quia est imago & gloria dei:mulier autem est gloria viri, mulier debet habere velamen super caput suum, quando.s. deo assistit orando vel prophetādo,vt per hoc ostendatur ꝙ non immediatè subest deo , sed subiicitur etiam viro sub deo.hoc enī significat velamē quod capiti superponitur.Vnde alia litera habet ꝙ mulier debet habere potestatem super caput suum,& idem est sensus,Nam velamen est signū potestatis,secundū quod in Psal.dicitur,Imposuisti homines super capita nostra. ¶Deinde cùm dicit,[Et propter angelos,&c.]assignat tertiam rationē quæ sumitur ex parte angelorū, dicens, Etiā mulier debet habere velamen super caput suum propter angelos.Quod quidem dupliciter intelligi potest. Vno modo de ipsis angelis cælestibus qui conuentus fidelium visitare creduntur,præcipuè quando sacra mysteria celebrantur.Et ideo tunc tam mulieres ꝙ viri ad reuerentiam eorū honestè & ordinatè se debent habere,secundū illud Psal. In conspectu angelorum psallam tibi.Alio modo potest intelligi,secundū ꝙ angeli dicuntur sacerdotes, inquantū diuina populo annuntiant,secundum illud Malach.2,Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legem requirent ex ore eius,quia angelus domini exercituū est. ¶Debet ergo mulier velamen habere semper in ecclesia propter angelos.i.propter sacerdotes duplici ratione.Primò quidē propter eorū reuerentiam ad quā pertinet quòd mulieres coram eis honestè se habeant.Vnde dicitur Eccles.7,Honora deum ex tota anima tua & sacerdotes illius . Secundò propter eorum cautelam, ne scilicet,ex conspectu mulierum non velatarum ad concupiscentiam prouocentur.Vnde dicitur Ecclesia.9,Virginem ne aspicias,ne fortè scandalizeris in decore illius.Augustinus autem aliter exponit prædicta.Ostendit enim quòd tam mulier quàm vir est ad imaginem dei,per hoc quod dicitur Ephes.4,Renouamini spiritu mentis vestræ,& induite nouū hominē, qui renouatur in agnitione dei secundum imaginē eius qui creauit,vbi non est masculus & fœmina. Et sic patet ꝙ imago dei attenditur in homine secundum spiritū,in quo non est differētia masculi & fœminæ,& ideo mulier est imago dei sicut & vir.Expressè enim dicitur Gen.1, quòd creauit deus hominē ad imaginem suam, masculum & fœminā creauit eos: & ideo Augu.dicit hoc esse intelligendū in spirituali coniugio, quod est inanima nostra,in qua(sicut suprà dictū est)sensualitas, vel etiā inferior ratio se habet per modū mulieris, ratio autē superior per modū viri,in qua attenditur imago dei:& secundū hoc mulier est ex viro, & propter virum:quia administratio rerū temporalium vel sensibiliū,cui intendit inferior ratio,vel etiam sensualitas, debet deduci ex contēplatione æternorū quæ pertinent ad superiorem rationē & ad eam ordinari: & ideo mulier dicitur habere velamen vel potestatē super caput suū,ad significandum ꝙ circa tēporalia dispensanda debet homo cohibitionē quandam & refrenationē habere,ne vltra modū homo progrediatur in eis diligendis:quæ quidem cohibitio circa amorē dei adhiberi non debet,cùm præceptum sit Deuter.6,Diliges dominū deum tuum ex toto corde.Nam circa desideriū finis non apponitur mensura,quā necesse est apponi circa ea quæ sunt ad finē.Medicus enim sanitatē inducit quantò perfectiorem potest,nō tamen dat medicinam quantò maiorē potest,sed secundum determinatā mensuram:sic vir non debet habere velamen super caput.Et hoc debet propter angelos sanctos:quia sicut in glosa dicitur,gratuita est sanctis angelis sacra & pia significatio.Vnde & Augustī.dicit 19.de Ciuitate dei, quòd dæmones alliciuntur quibusdam sensibilibus rebus,non sicut animalia cibis,sed sicut spiritus signis, ¶Deinde cùm dicit,[Veruntamen neque vir,&c.]excludit dubitationem quæ posset ex dictis oriri.Quia enim dixerat quòd vir est gloria dei,mulier autem est gloria viri.Posset aliquis credere,vel quòd mulier non esset ex deo, vel quòd non haberet potestatem in gratia.Vnde primò hoc excludit,dicens,Licet mulier sit gloria viri,quia est gloria dei:veruntamē neque vir est in domino.i.à domino productus sine muliere,neque mulier sine viro,vtrūque enim deus fecit,secundū illud Genes.1,Masculum & fœminā creauit eos.Vel aliter, neque vir est sine muliere in domino.s.in gratia domini nostri Iesu Christi,neque mulier sine viro, quia vterque per gratiam dei saluatur,secundum illud Galat.3,Quicunque in Christo baptizati estis,Christum induistis.Et postea subdit,Non est

Spirituale coniugiū secundū moralē expositionē Augustini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

masculus neque fœmina.ſ.differens in gratia Chriſti.Secundò aſsignat rationẽ,dicens, Nam ſicut in prima rerum inſtitutione,mulier eſt de viro formata, ita & in ſubſequẽtibus generationibus vir per mulierẽ productus eſt,ſecundũ illud Iob 14, Homo natus de muliere. Nam prima productio hominis fuit ſine viro & muliere,quando deus formauit hominẽ de limo terræ:Euã de coſta viri,vt ibidẽ legitur.Secũda autẽ eſt ex viro & muliere,ſicut Abel natus eſt ex Adam & Eua, vt legitur Geneſ.4. Tertia autem eſt ex muliere ſine viro,vt Chriſtus ex virgine,ſecũdum illud Galat.4,Miſit deus filium ſuum factũ ex muliere.Tertiò oſtendit rationẽ eſſe conuenientem,dicens, [Omnia autẽ ex deo,] quia.ſ.'& hoc ipſum quòd mulier primò fuit ex viro,& hoc ꝙ poſtmodum vir eſt ex muliere eſt ex operatione diuina.Vnde ad deum pertinent tam vir quàm mulier.Vnde dicitur Rom.11,Ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. ¶ Deinde cùm dicit,[Vos ipſi iudicate,&c.]cõmittit iudicium eius quod dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit.Primò cõmittit iudicium rationalibus auditoribus.Secundò cõprimit proteruos auditores,ibi[Siquis autem videtur,&c.] Circa primũ quatuor facit.Primò cõmittit auditoribus iudicium eius quod dixerat,more eius qui confidit ſe ſufficienter probaſſe,dicens,[Vos ipſi iudicate,&c.] Pertinet enim ad bonum auditorem iudicare de auditis.Vnde dicitur Iob 6,Loquentes,id quod iuſtũ eſt iudicate.Et 12,Nónne auris verba diiudicat?Secundò proponit ſub quæſtione id de quo debet eſſe iudicium,dicens,[Decet mulierem non velatã orare deũ.] Hoc prohibetur 1.Pet.3.vbi dicitur,quarum ſit non exterius capillatura.Tertiò oſtendit vnde debeant ſumere ſuũ iudicium,quia ab ipſa natura,& hoc eſt quod dicit,[Nec ipſa natura docet vos.]Et vocat hîc naturam ipſam inclinationẽ naturalem quæ ineſt mulieribus ad nutriẽdum comã, quæ eſt naturale velamen, non autem viris.Quæ quidem inclinatio naturalis eſſe oſtenditur,quia in pluribus inuenitur.Oportet autem ab ipſa natura doceri,quia eſt dei opus:ſicut in pictura inſtruitur aliquis artificio pictoris: & ideo contra quoſdam dicitur Eſa.24,Tranſgreſsi ſunt leges,mutauerunt ius,diſsipauerũt fœdus ſempiternum.i.ius naturale.Quartò autem natura ſumit rationẽ:& primò ponit id quod eſt ex parte viri,dicẽs,quòd vir quidem ſi comã nutriat more mulieris,ignominia eſt illi.i. ad ignominiam ei reputatur apud plures homines, quia per hoc videtur muliebris eſſe.Et ideo Ezech.44.dicitur,Sacerdotes comã non nutriant.Nec eſt inſtantia de quibuſdam qui in veteri lege comã nutriant,quia hoc erat ſignum quod tunc erat poſitum in lectione veteris teſtamenti,vt dicitur 2.Corint.3.Secundò ponit id quod eſt ex parte mulieris,dicẽs,[Mulier & ſi comã nutriat gloria eſt illi,]quia videtur ad ornatum eius pertinere. Vnde dicitur Cant.7, Comæ capitis eius ſicut purpura regis. ¶ Et aſsignat conſequenter rationem,cùm dicit,[Quoniam capilli dati ſunt ei].ſ.mulieri pro velamine: & ideo eadem ratio eſt de capillis nutriendis & de velamine artificiali apponendo.Cant.4,Capilli tui ſicut grex caprarum,&c. ¶ Deinde cùm dicit,[Siquis autem videtur,&c.]Cõprimit proteruos auditores,dicens,[Siquis autẽ videtur contentioſus eſſe,] vt.ſ. rationibus prædictis non acquieſcat,ſed confidentia clamoris veritatẽ impugnet,quod pertinet ad contentionẽ, vt Amb. dicit cõtra id quod dicitur Iob 6,Reſpondete obſecro abſque contentione. Et Prouerb.20, Honor eſt ei qui ſeparat ſe à contentionibus.Hoc ſufficiat ad cõprimendum talem,quòd nos Iudæi in Chriſtum credentes talem conſuetudinẽ non habemus. ſ. quòd mulieres orent non velato capite, neque etiã tota eccleſia dei per Gentes diffuſa. Vnde ſi nulla eſſet ratio hoc ſolùm deberet ſufficere, ne aliquis ageret contra communem eccleſiæ conſuetudinẽ.Dicitur enim in Pſal.Qui habitare facit vnius moris in domo.Vnde Aug.dicit in epiſtola ad Caſulanum,quòd omnibus in quibus nihil certi diffinit ſacra ſcriptura,mos populi dei, atque inſtituta maiorum pro lege habenda ſunt.

Sequẽdaeſt conſuetudo eccleſiæ, nõ credendum hæreticis.

Lectio 4.

Præcipitſer uanda quæ dixit de velatiõe capitum, & arguit eorum ſciſſuras in conſortio.

Hoc autem præcipio,non laudans quòd non in melius,ſed in deterius conuenitis. Primùm quidem conuenientibus uobis in eccleſiã,audio ſciſſuras eſſe inter uos,& ex parte credo.Nam oportet & hæreſes eſſe,ut qui probati ſunt manifeſti fiant in uobis.Conuenientibus ergo uobis in unum,iam non eſt dominicã cœnam manducare. Vnuſquiſque enim ſuam cœnã præſumit ad manducandum.Et alius quidem eſurit,alius autem ebrius eſt. Nũquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? An eccleſiam dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos.in hoc non laudo.

¶ Poſtquam Apoſtolus redarguit Corinthios de eorum errore in habitu, quia.ſ. mulieres ad ſacra myſteria cõueniebant capite non velato,conſequenter arguit eorũ errorem de ſciſſuris in conuentu, quia.ſ.dum conuenirent ad ſacra myſteria,contentionibus vacabant.Et primò tangit eorum defectum in generali.Secundò in ſpeciali,ibi[Primùm quidem,&c.]Dicit ergo primò,Hoc autem quod dictum eſt ſuprà quòd mulieres velatæ ſint in eccleſiis, præcipio, vt ſic tripliciter eos induceret ad huiuſmodi obſeruantiam . Primò quidem ratione,Secundò conſuetudine.Tertiò præcepto:quod ſolùm ſine aliis neceſsitatẽ induceret.Prouerb.3,Cuſtodi præcepta mea,& viues.Et Eccleſ.4.dicitur,Funiculus triplex difficilè rumpitur.Non laudans,ſed magis vituperans ꝙ cõuenitis in eccleſiã,non in melius,ſicut deberet eſſe, ſed in deterius ex culpa veſtra.Omnia enim animalia gregalia,puta,colũbæ,grues,oues,naturali inſtinctu in vnũ conueniũt, vt ſit eis corporaliter melius.Vnde & hnmo cùm ſit animal gregale vel ſociale,vt Philoſophus probat, ſecundũ rationẽ agere debet vt multi in vnũ conueniant propter aliquod melius,ſicut in rebus ſecularibus multi in vnitatẽ ciuitatis conueniunt,vt ſit eis melius ſeculariter.ſ.propter ſecuritatẽ & ſufficiẽtiam vitæ.Et ideo fideles in vnũ conuenire debent propter aliquod melius ſpirituale,ſecundum illud Pſal.In conueniẽdo populos in vnum & reges vt ſeruiant domino. Et alibi,In conſilio iuſtorum & congregatione : magna opera domini.Sed iſti in deterius conueniebant propter culpas quas cõmittebant dum cõuenirent. Eſa.1, Iniqui ſunt cœtus veſtri.Eccleſ.21,Supra collecta ſynagoga peccantium. ¶ Deinde cùm dicit,[Primum quidem, &c.]ponit in ſpeciali quomodo in deterius conuenirent.Et primò ponit iudiciũ culpæ,dicens,Primũ quidem inter cætera.ſ.quòd in deterius conuenitis: conuenientibus vobis in eccleſia audio ſciſſuras eſſe inter vos.ſ.per contentiones quas exercebant.Quod quidem eccleſiæ non conuenit,quæ in vanitate cõſtituitur, ſecundum illud Ephe.4,Vnum corpus & vnus ſpiritus,ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę.Hoc tamen prædicatur. Eſa. 22, Sciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ ſunt. Dicit autem gloſa quòd dicendo,primùm,oſtendit quòd primum malum eſt diſſenſio vnde cætera oriuntur,vbi enim eſt diſ-

ſenſio nihil rectum eſt.Sed contrà videtur eſſe quod dicitur Eccleſ.10,Initiũ omnis peccati ſuperbia. Et 1. Tim.vlti.Radix omnium malorum cupiditas.Dicendum eſt autem quòd hæ authoritates loquuntur quantum ad peccata perſonalia ſingularium hominũ,quorum primũ eſt ſuperbia ex parte auerſionis,& cupiditas ex parte conuerſionis.Sed glo.hîc loquitur de peccatis multitudinis: inter quæ primũ eſt diſſenſio, per quam ſoluitur rigor diſciplinæ.Vnde dicitur Iaco.3,Vbi eſt zelus & cõtentio, ibi eſt inconſtantia & omne opus prauum.Secundò ponit credulitatem auditorum,cùm dicit,[Et credo ex parte].i.quãtum ad aliquos veſtrum qui erant ad contentionem proni,ſecundum illud quod dixerat ſuprà 1.ca. Contentiones ſunt inter vos.Hoc autem dico quòd vnuſquiſque veſtrum dicit,Ego quidem ſum Pauli,ego Apollo,ego verò Cephæ. Alii verò non erant contentioſi,ex quorum perſona ibi ſubditur,Ego autem Chriſti. Vnde & Cant. 2.dicitur,Sicut lilium inter ſpinas,ſic amica mea inter filias.i. boni inter malos . Tertiò aſsignat rationem ſuæ credulitatis,dicens,[Nam oportet non ſolùm quaſcunque ſciſſuras,ſed etiã hæreſes eſſe.] Vbi duo conſideranda ſunt . Primò quid ſit hæreſis . Secundò quomodo oportet hæreſes eſſe.Circa primum ſciendum quòd ſicut Hieron.dicit ſuper epiſtolam ad Galat.hæreſis Græcè ab electione dicitur,quia.ſ.eam ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam quam putat eſſe meliorem: ex quo duo accipi poſſunt. Primò quidem quòd de ratione hęreſis eſt quòd aliquis priuatam diſciplinam ſequatur,quaſi per electionem propriam:non autem diſciplinam publicam quæ diuinitus traditur.Secundò quòd huic diſciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat. Nam electio firmã importat inhæſionem : & ideo hæreticus dicitur qui ſpernens diſciplinam fidei quæ diuinitus traditur,pertinaciter propriũ errorem ſectatur.Pertinet autem aliquid ad diſciplinam fidei dupliciter.Vno modo directè,ſicut articuli fidei,qui per ſe credendi proponuntur. Vnde error circa hos ſecũdum ſe facit hæreticum ſi pertinacia aſsit.Non poſſunt autem à tali errore propter ſimplicitatem aliquam excuſari,præcipuè quantum ad ea de quibus eccleſia ſolennizat,& quæ cõmuniter veſantur in ore fidelium, ſicut myſterium trinitatis,natiuitatis Chriſti,& alia huiuſmodi. Quædam verò indirectè pertinẽt ad fidei diſciplinam,inquantum.ſ.ipſa non propronuntur vt propter ſe credenda,ſed ex negatione eorum ſequitur aliquid contrariũ fidei: ſicut ſi negetur Iſaac fuiſſe filiũ Abrahæ, ſequitur aliquid cõtrarium fidei.ſ. ſacram ſcripturam continere aliquid falſi.Ex talibus autem non iudicatur aliquis hęreticus, niſi à deo pertinaciter perſeueret quòd ab errore non recedat,etiã viſo quid ex hoc ſequatur:ſic igitur pertinacia qua aliquis contemnit in his quæ ſunt fidei directè vel indirectè ſubire iudicium eccleſiæ facit hominẽ hæreticum,talis autem pertinacia procedit ex radice ſuperbiæ,qua aliquis pręfert ſenſum ſuum toti eccleſiæ.Vnde Apoſtolus dicit 1.ad Tim.6,Siquis aliter docet,& nõ acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti,& ei quę ſecundum pietatem eſt doctrinæ,ſuperbus eſt nihil ſciens,ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum. ¶ Secundò conſiderandum eſt quomodo oporteat hæreſes eſſe.Si enim oportunum eſt hæreticos eſſe,videtur quòd ſint cõmendabiles,& non ſint extirpandi.Sed dicendum eſt quòd dupliciter de aliquo dicitur quòd oportet illud eſſe. Vno modo ex intentione illius qui hoc agit, puta ſi dicamus quòd oportet iudicia eſſe: quia.ſ.iudices iudicia exercentes intẽdunt iuſtitiam & pacem in rebus humanis conſtituere. Alio modo ex intentione dei,quæ etiã mala ordinat in bonũ, ſicut perſecutionem tyrannorum ordinauit in gloriam martyrum.Vnde Auguſt.dicit in Enchyridion, quòd deus eſt adeò bonus quòd nullo modo permitteret fieri aliquod malum,niſi eſſet adeo potens,quòd de quolibet malo poſſet elicere bonum,& ſecũdum hoc dicitur Matth.18,Neceſſe eſt vt veniant ſcandala, veruntamen væ homini illi per quem ſcandalum venit.Et ſecundum hoc hîc dicit Apoſtolus,quòd oportet hæreſes eſſe , ex eo quòd deus malitiam hæreticorum ordinauit in bonum fidelium.Et hoc dicit primò quidem ad maiorem declarationem veritatis.Vnde dicit Auguſt.in glo.Ab aduerſario mota quæſtio diſcendi exiſtit occaſio: multa quippe ad fidem catholicã pertinentia,dum hæreticorum callida inquietudine excogitantur,vt aduerſus eos defendi poſsint,& conſiderantur diligentius,& intelliguntur clarius,& prædicantur inſtantius. Vnde & Prouerb.27,Ferrum ferro acuitur , & homo exacuit faciem amici ſui . Secundò ad manifeſtandam infirmitatem fidei in his qui rectè credunt.Et hoc eſt quòd hîc ſubdit Apoſtolus, Vt qui probati.i.approbati ſunt à deo,manifeſti fiant in vobis.i.inter vos.Sapient.3,Tanquam aurum in fornace probauit illos. ¶ Deinde cùm dicit,[Conuenientibus ergo vobis,&c.] redarguit eos de tertio delicto, quia.ſ. peccabant in modo & ordine ſumendi corpus Chriſti.Et poteſt totum quod ſequitur dupliciter exponi . Secundum autem primam expoſitionem redarguuntur de hoc quod corpus Chriſti pranſi accipiebant.Circa hoc ergo quatuor facit.Primò ponit detrimentum quod icurrebant.Secundò ponit culpã,ibi[Vnuſquiſque enim,&c.]Tertiò inquirit de cauſa culpæ,ibi[Nunquid domos,&c.]Quartò concludit eorũ vituperationem,ibi[Quid dicam vobis,&c.] Dicit ergo primò ita, Conuenientibus vobis,ſciſſuræ ſunt inter vos. Ergo conuenientibus vobis in vnum,corpore non animo, iam ad hoc adueniſtis, quod non eſt, id eſt non licet vel non competit vobis dominicam cœnã manducare,id eſt ſumere euchariſtiæ ſacramentum, quod dominus in cœna diſcipulis dedit . Hoc enim ſacramentum , vt Auguſtinus dicit ſuper Ioannem,eſt ſacramentum vnitatis & charitatis . Et ideo non competit diſſentientibus. Cantic.5, Comedite amici & bibite & inebriamini chariſsimi . Vel melius poteſt referri ad ea quæ ſequuntur,vt ſit ſenſus,Non ſolùm cõuenientibus vobis ſciſſuręſunt inter vos,ſed conuenit vobis conuenientibus iam,id eſt in præſenti hoc determinatum habetis quod non eſt, id eſt non licet vobis dominicam cœnã manducare, ad quam prãſi acceditis. Quia enim dominus diſcipulis ſuis poſt cœnam hoc ſacramentum tradidit,vt legitur Matth.26.volebant etiam Corinthii poſt cõmunem cœnam ſumere corpus Chriſti.Sed dominus hoc rationabiliter fecit propter tria.Primò quidem quia ordine congruo figura præcedit veritatem. Agnus autem paſchalis erat figura, ſiue vmbra huius ſacramenti . Et ideo poſt cœnam agni paſchalis,Chriſtus hoc ſacramentum dedit.Dicitur enim Coloſ.2.de omnibus legalibus quòd ſunt vmbra futurorũ,corpus autem Chriſtus.Secũdò vt ex hoc ſacramẽto ſtatim ad paſsionẽ tranſiret,cuius hoc ſacramentum eſt memoriale.Et ideo dixit diſcipulis,Surgite,eamus hinc.ſ.ad paſsionẽ. Tertiò vt artius imprimeretur hoc ſacramentum cordibus diſcipulorum , quibus ipſum tradidit in vltimo ſuo receſſu.Sed in reuerentiam tanti ſacramenti poſtmodum eccleſia inſtituit,quod nõ niſi à ieiunis ſumatur,à

Quid ſit hæreſis.

Duo ad hæreſim requiſita.

Pertinet ad fidẽ aliquid dupliciter.

Quomodo ſit verũ ꝙ oportet hæreſes eſſe.

quo excipiuntur infirmi qui in neceſsitate,quæ legem non habet,poſſunt nõ ieiuni ſumere corpus Chriſti. Quia verò aqua non ſoluit ieiunium, æſtimauerunt quidam quòd poſt potum aquæ poſſet aliquis ſumere hoc ſacramentum, præſertim quia vt dicunt aqua non nutrit, ſicut nec aliquod aliud ſimplex elementum. Quanuis autem aqua ſecundum ſe non nutriat,& ob hoc non ſoluat ieiunium eccleſiæ,ſecundum quòd dicuntur aliqui ieiunantes,nutrit tamen aliis admixta,& ideo ſoluit ieiuniũ naturæ: & ſecundum hoc dicuntur aliqui ieiuni,qui.ſ.eadem die nihil ſumpſerunt,nec cibi nec potus. Et quia reliquiæ cibi quæ in ore remanent,ſumuntur per modum ſaliuę,hoc non impedit aliquos eſſe ieiunos:ſimiliter & nõ impedit aliquos eſſe ieiunos,ſi tota nocte nihil dormierint,vel ſi etiã non ſint plenè digeſti, dummodo eadem die omnino cibi vel potus nihil ſumpſerint. Vnde quia principium diei eſt ſumendum ſecundum vſum eccleſiæ à media nocte,ideo quicũque poſt mediam noctem aliquid ſumpſerit quantũcunque modicum cibi vel potus, non poteſt eadem die ſumere hoc ſacramentum. ¶ Deinde cùm dicit,[Vnuſquiſque enim,&c.]ponit culpam: & primò ſecundum quòd peccabant in deum. Secundò prout peccabant in proximũ,ibi[Et alius quidem, &c.]Dicit ergo primò,Ideo dico quòd non licet vobis dominicam cœnã manducare,quia vnuſquiſque veſtrum præſumit.i.antè ſumit ſuam cœnam.ſ.ciborum cõmunium ad manducãdum. Quilibet enim eorum portabat ad eccleſiam fercula præparata, & comedebat quilibet ſeorſum antequam ſumeret ſacra myſteria. Oſee 4,Separatum eſt conuiuiũ eorum,nunc interibunt. Eccle.11. dicitur in perſona parci, Inueni requiem mihi,& comedebam de bonis meis ſolus. ¶ Deinde cùm dicit[Et alius quidem,&c.]arguit culpam eorum inquantum erat contra proximũ. Diuites enim lautè comedebant in eccleſia,& bibebant vſque ad ebrietatem,pauperibus autẽ nihil dabant,ita quòd remanebant eſuriẽtes. Et hoc eſt quod dicitur[Et alius quidem eſurit].ſ.pauper,qui non habebat vnde ſibi prępararet: alter autem ebrius eſt.ſ.diues qui ſuperfluè comedebat & bibebat cõtra id quod dicitur Nehem.8,Comedite pinguia & bibite mulſum & mittite partes eis qui non præparauerunt ſibi. Iob 31,Si comedi bucellam meam ſolus,& non comedit pupillus ex ea. ¶ Deinde cùm dicit[Nunquid domos,&c.] inquirit de cauſa huius culpæ. Et primò excludit cauſam per quam poterant excuſari. Non enim eſt licitum domũ dei quæ eſt deputata ſacris vſibus, cõmunibus vſibus applicare. Vnde & dominus Ioan.2.Eiiciens ementes & vendentes de templo,dixit,Domus mea domus orationis vocabitur,vos autem feciſtis eam domum negotiationis. Et Auguſtinus dicit in regula,In oratorio nemo aliquid faciat,niſi ad quod factum eſt,vnde & nomen accepit,tamen propter neceſsitatem, quãdo.ſ. aliquis aliam domũ non inueniret, licitè poſſet eccleſia vti ad manducãdum vel ad alios huiuſmodi licitos vſus. Hanc ergo excuſationẽ excludit Apoſtolus,dicens[Nunquid non habetis domos].ſ.proprias ad manducandum & bibendum, vt propter hoc excuſemini ſi in eccleſia conuiuia celebretis, quæ debetis in propriis domibus facere. Vnde & Luc.5.dicitur,quòd Leui fecit Chriſto conuiuiũ magnum in domo ſua. Secundò,cùm dicit[Aut eccleſiam dei,&c.]aſſerit cauſam quæ eos inexcuſabiles reddit,quarũ prima eſt contemptus eccleſiæ dei. Et hanc ponit dicens[Aut eccleſiam dei contemnitis.] Et ideo in eccleſia præſumitis cœnam veſtram ad manducandum. Et poteſt hîc ſumi eccleſia,tam pro congregatione fidelium,q̃ pro domo ſacra quæ non eſt contemnenda,ſecundum illud Pſal. Domum tuam decet ſanctitudo. Et Hier.7,Nunquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta,in qua inuocatum eſt nomen meũ in oculis veſtris. Iſti autem vtrunque contemnebant dum præſente conuentu fidelium in loco ſacro conuiuia celebrabant. ¶ Secundò ponit contemptum proximorum in hoc quòd ſubditur[Et confunditis eos qui non habent.] In hoc enim pauperes erubeſcebant,quòd ipſi eſuriebãt in conſpectu totius multitudinis, aliis lautè comedentibus & bibentibus. Dicitur autem Prouer.17,Qui deſpicit pauperem,exprobrat factori eius. Et Eccleſ.4,Animam eſurientem ne deſpexeris. ¶ Deinde cùm dicit[Quid dicam,&c.] Cõcludit eorum vituperationem, dicens[Quid dicam vobis]ex conſideratione prædictorum. Nunquid laudo vos? Et reſpondet, Et ſi in aliis factis laudo vos,in hoc tamen facto non laudo. Et eſt aduertendũ q̃ ſuprà dum de habitu mulierum loqueretur,ſaltẽ ironicè laudauit eos,dicens[Laudo vos quòd per omnia mei,&c.]Hîc verò nec ironicè vult eos laudare,quia in grauioribus delictis nullo modo ſunt peccatores palpãdi. Vnde & in Pſal. dicitur,Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ,& iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator. Et Eſa.3,Populе meus qui beatum te dicunt,ipſi te decipiunt. Secundum aliã verò expoſitionem arguuntur de alia culpa. In primitiua enim eccleſia fideles panem & vinũ offerebant, quæ conſecrabantur in ſanguinem & corpus Chriſti,quibus iam conſecratis,diuites qui multa obtulerant, eadem ſibi repetebant, & ſic ipſi abundanter ſumebant,pauperibus nihil ſumentibus,qui nihil obtulerant. De hac ergo culpa, Apoſtolus eos hîc reprehendit,dicens,[Conuenientibus enim vobis in vnũ iam non eſt.]i.non contingit inter vos dominicam cœnam manducare. Cœna enim domini eſt cõmunis toti familiæ, vnuſquiſque autem veſtrum ſumit eam,non quaſi cõmunem,ſed quaſi propriã dum ſibi vult vendicare quod deo obtulit: & hoc eſt quod ſubdit,Vnuſquiſque præſumit.i.præſumptuoſè attentant ad manducandum cœnã.ſ. domini.i.panem & vinũ conſecratum,quaſi ſuam.i. quaſi propriã vendicans.ſ. ea quæ conſecrata ſunt domino in ſuos vſus. Et ita ſequitur quòd alius.ſ.pauper qui nihil obtulit,eſurit,nihil.ſ.ſumens de cõſecratis. [Alius aũt].ſ. diues qui multa obtulit,ebrius eſt,ad literã propter hoc quòd nimium ſumpſit de vino conſecrato,quod.ſ. quaſi propriũ repopoſcit. ¶ Sed videtur hoc eſſe impoſsibile,quòd de vino conſecrato aliquis inebrietur, vel etiam nutriatur de pane, quoniã poſt conſecrationẽ ſub ſpeciebus panis & vini nihil remanet niſi ſubſtantia corporis Chriſti & ſanguinis,quæ non poſſunt conuerti in corpus hominis,ad hoc quòd ex eis nutriatur aut inebriatur. Dicunt ergo quidam quòd hoc non fit per aliquã conuerſionem, ſed per ſolam immutationem ſenſuũ hominis ab accidẽtibus panis & vini quæ remanent poſt conſecrationem. Conſueuerunt enim homines ex ſolo ciborum odore confortari,& ex multo odore vini ſtupefieri,& quaſi inebriari. Sed confortatio vel ſtupefactio quæ prouenit ex ſola immutatione ſenſuum paruo tempore durat, cùm tamen poſt conſecrationem panis aut vini,ſi vinũ in magna quantitate ſumeretur aut panis, diu ſuſtentaretur homo propter panem,aut ſtupefieret propter vinum. Et præterea manifeſtum eſt quòd panis conſecratus,in aliam ſubſtantiam conuerti poteſt, ex hoc quòd per putrefactionem reſoluitur in puluerem, aut per

In grauibus peccatis aperiè eſt arguendus peccator.

cõbuſtionem in cineres, cùm ad nutriendum nihil aliud requiratur q̃ quòd cibus conuertatur in ſubſtantiam nutrimenti. Quidam ergo poſuerunt quòd panis aut vinum conſecratum poſſunt conuerti in aliud, & ſic nutrire,quia remanet ibi ſubſtantia panis aut vini cum ſubſtantia corporis Chriſti & ſanguinis. Sed hoc repugnat verbis ſcripturæ. Non enim verum eſſet quod dominus dicit Matt.26, Hoc eſt enim corpus meum:quia hoc demonſtratum,eſt panis,ſed potius eſſet dicendum,hîc.i.in hoc loco eſt corpus meum. Et præterea corpus Chriſti non incipit eſſe in hoc ſacramento per loci mutationem:quia iam deſineret eſſe in cælo. Vnde relinquitur quòd ibi incipiat eſſe per conuerſionem alterius.ſ.panis in ipſum: vnde non poteſt eſſe quòd remaneat ſubſtantia panis. Et ideo alii dixerunt, quòd remanet ibi forma ſubſtantialis panis, ad quam pertinet operatio rei:& ideo nutrit ſicut& panis nutriret. Sed hoc nõ poteſt eſſe,quia nutrire eſt conuerti in ſubſtantiam nutriti,quod non cõpetit nutrimento ratione formæ,cuius eſt agere, ſed magis ratione materiæ,cuius eſt pati. Vnde ſi eſſet ibi forma ſubſtantialis,panis nutrire non poſſet. Alii verò dixerunt, quod aer circunſtans cõuertitur vel in ſubſtantiã nutriti, vel in quodcunque aliud huiuſmodi, ſed hoc non poſſet fieri abſque multa condenſatione aeris quæ ſenſui latere non poſſet. Et ideo alii dixeruntquòd diuina virtute ad hoc quòd ſacramentum non deprehendatur in huiuſmodi conuerſionibus redit ſubſtãtia panis & vini:ſed hoc videtur eſſe impoſsibile,quia cùm ſubſtantia panis conuerſa ſit in corpus Chriſti, nõ videtur quòd poſsit ſubſtantia panis redire,niſi econuerſo panis Chriſti cõuerteretur in panem. Et præterea ſi ſubſtãtia panis redit,aut hoc eſt manẽtibus accidentibus panis:& ſic ſimul erit ibi ſubſtãtia panis & ſubſtantia corporis Chriſti, quod ſuprà improbatũ eſt. Nam tandiu eſt ibi ſubſtantia corporis Chriſti, quandiu ſpecies remanent. Aut redit ſpeciebus non manẽtibus,quod etiã eſt impoſsibile, quia ſic eſſet ſubſtãtia panis abſq; propriis accidentibus:niſi forte intelligatur q̃ deus in termino cõuerſionis cauſaret ibi quandã materiã quæ ſit ſubiectum huius cõuerſionis,ſed melius eſt,vt dicatur quòd ſicut virtute conſecrationis miraculoſè,confertur ſpeciebus panis & vini,vt ſubſiſtãt ſine ſubiecto ad modũ ſubſtantiæ,ita etiã eis miraculoſè confertur ex conſequenti q̃ agant & patiãtur quicquid agere aut pati poſſet ſubſtãtia panis aut vini ſi adeſſet. Et hac ratione ſpecies ille panis & vini poſſunt nutrire & inebriare,ſicut ſi eſſet ibi ſubſtãtia panis & vini. Cætera non mutantur à prima expoſitione. Lectio 5.

Species ſacramẽtales miraculoſè agũt & patiũtur quicquid agerẽt panis & vinum ſi ibi eſſent.

EGo enim accepi à domino quod & tradidi uobis, quoniam dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit, Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem.

Hîc agitur de ſacramẽto euchariſtiæ præmittẽdo eius dignitatẽ & ipſius inſtitutionẽ quo ad cõſecrationem corporis.

¶ Poſtquã Apoſtolus redarguit Corinthiorũ inordinationes,quas cõmittebant conueniendo ad euchariſtiæ ſacramentũ ſumendum:hîc agit de ipſo ſacramẽto. Et primò agit de dignitate huius ſacramẽti. Secũdò inducit fideles ad reuerenter ſumendũ,ibi[Itaque quicũque manducauerit,&c.]Circa primũ duo facit. Primò cõmendat authoritatem doctrinæ quã daturus eſt. Secũdò ponit doctrinã de dignitate huius ſacramenti,ibi[Quoniã dominus noſter,&c.] Circa primum duo facit. Primò cõmendat authoritatem doctrinæ ex parte actoris,qui eſt Chriſtus,dicens,Dixi q̃ iam non eſt vobis dominicam cœnã manducare,ſacramẽtum euchariſtiæ dominicam cœnã vocans. ego enim accepi à domino.ſ. Chriſto, qui eſt actor huius doctrinæ, non ab aliquo puro homine. Galat.1,Paulus apoſtolus non ab hominibus neque per hominem,ſed per Ieſum Chriſtum. Heb.2,Qui cùm initiũ accepiſſet enarrari per dominũ,&c. Secundò cõmendat authoritatem doctrinæ ex parte miniſtri,qui eſt ipſe Paulus,cùm ſubdit,quod & tradidi vobis. Eſa.71,Quæ audiui à domino exercituum deo Iſrael,annuntiaui vobis. Sapient.7,Quam ſine fictione didici,& ſine inuidia communico. ¶ Deinde cùm dicit[Quoniam dominus Ieſus]commendat dignitatem huius ſacramẽti, tradens inſtitutionem ipſius. Et primò ponit inſtitutionem. Secundò tempus inſtitutionis,cùm dicit[In qua nocte tradebatur,&c.]Tertiò modum inſtituendi,ibi[Accepit panem,&c.] Inſtitutor autem ſacramenti eſt ipſe Chriſtus. Vnde dicit[Quoniam dominus noſter Ieſus Chriſtus, &c.] Dictum eſt enim ſuprà cùm de baptiſmo ageretur,quòd Chriſtus in ſacramentis habet excellentiæ poteſtatem, ad quam quatuor pertinent. Primò quidem quòd virtus & meritum eius operetur in ſacramentis. Secundò quòd in nomine eius ſanctificetur ſacramentum. Tertiò quòd effectum ſacramenti ſine ſacramento præbere poteſt. Quartò inſtitutio noui ſacramenti. Specialiter tamen congruebat vt hoc ſacramentum ipſe in ſua perſona inſtitueret, in quo corpus & ſanguis eius communicatur. Vnde & ipſe dicit Ioan.6,Panis quem ego dabo vobis,caro mea eſt pro mundi vita. ¶ Deinde cùm dicit [Qua nocte tradebatur]deſcribit tempus inſtitutionis huius ſacramenti,quod quidem congruum fuit. Primò quidem quantum ad qualitatem temporis. Fuit enim in nocte. Per virtutem enim huius ſacramenti anima illuminatur. Vnde 1.Regum 14. dicitur quòd Ionathas intinxit virgam in fauum mellis,& conuertit manũ ſuam ad os ſuum,& illuminati ſunt oculi eius,propter quod & in Pſalm.dicitur,Nox illuminatio mea in deliciis meis. Secundò quantùm ad negotium quod in illo tempore gerebatur, quia, ſcilicet quando tradebatur ad paſsionem, per quam tranſiuit ad patrem, hoc ſacramentum quod eſt memoriale paſsionis inſtituit. Vnde dicitur Eccleſiaſt. 29, Tranſi hoſpes,& orna mensam,& quæ in manu habes,ciba cæteros. ¶ Deinde cùm dicit[Accepit panem,&c.]oſtendit modum inſtitutionis. Et primò ponit ea quæ fecit & dixit Chriſtus inſtituendo hoc ſacramentum. Secundò exponit, ibi [Quotieſcunque enim, &c.] Circa primum duo facit. Primò agit de inſtitutione ſacramenti huius, quantum ad corpus Chriſti. Secundò quantum ad eius ſanguinem,ibi[Similiter & calicem,&c.]Circa primum ante expoſitionem literæ oportet primò conſiderare neceſsitatem inſtitutionis huius ſacramenti. Eſt autem ſciendum quòd ſacramẽta inſtituta ſunt propter neceſsitatẽ vitæ ſpiritualis. Et quia corporalia ſunt quædam ſimilitudines ſpiritualium, oportet ſacramenta proportionari eis quæ ſunt neceſſaria ad vitam corporalem. In qua primò inuenitur generatio cui proportionatur baptiſmus, per quem regeneratur aliquis in vitam ſpiritualem. Secundò ad vitam corporalem requiritur augmentum, per quod aliquis perducitur ad quantitatem & virtutem perfectam: & huic proportionatur ſacramentum confirmationis, in quo ſpiritus ſanctus datur ad robur. Tertiò ad vitam corporalem requiritur alimentum, per quod corpus hominis ſuſtentatur. Et ſimiliter vita ſpiritualis per ſacramentum euchariſtiæ reficitur,ſecundum illud, In lo-

Bona cõparatio p baptismo & eucharistia.

co pascuæ ibi me collocauit:super aquam refectionis educauit me. ¶ Est autem notandum quòd generatis non coniungitur genito secundum substantiam, sed solùm secundum virtutem: sed cibus coniungitur nutrito secundum substantiam. Vnde in sacramento baptismi quo Christus regenerat ad salutem,non est ipse Christus secundum suam substantiam, sed solùm secundum suam virtutem. Sed in sacramento eucharistiæ,quod est spirituale alimẽtum,Christus est secundum suam substantiam.Continetur autem sub alia specie propter tria.Primò quidem ne esset horribile fidelibus sumentibus hoc sacramentum,si in propria specie carnem hominis ederent, & sanguinem biberent. Secundò ne hoc ipsum esset derisibile infidelibus.

Propter tria traditur eucharistia sub duplici specie.

Tertiò vt creseceret meritum fidei,quæ consistit in hoc quòd creduntur ea quæ non videntur.Traditur autem hoc sacramẽtum sub duplici specie propter tria. Primò quidem propter eius perfectionẽ,quia cùm sit spiritualis refectio,debet habere spiritualem cibum,& spiritualem potum.Nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo . Vnde & suprà 10 . dictum est quòd omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Nam & corporalis refectio non perficitur sine cibo & potu. Secũdò propter eius significationem. Est enim memoriale dominicæ passionis,per quam sanguis Christi fuit separatus à corpore,& ideo in hoc sacramẽto seorsum offertur sanguis à corpore. Tertiò propter huius sacramenti effectum salutarem. Valet enim ad salutem corporis,& ideo offertur corpus: & valet ad salutem animæ,& ideo offertur sanguis. Nam anima in sanguine est,vt dicitur Genes.9, Offertur autem specialiter hoc sacramentum sub specie panis & vini.primò quidem,quia pane & vino communius vtuntur homines ad suam refectionem.Et ideo assumuntur in sacramento hæc,sicut aqua ad ablutionem in baptismo,& oleum ad vnctionem . Secundò propter virtutem huius sacramenti. Nam panis confirmat cor hominis,vinum verò lætificat. Tertiò,quia panis qui ex multis granis fit, & vinum ex multis vuis,significant ecclesiæ vnitatem,quæ constituitur ex multis fidelibus . Est autem hæc eucharistia specialiter sacramentum vnitatis & charitatis,vt dicit August.super Ioan . His autem visis circa literæ expositionem.Primò considerandum est quid Christus fecerit. Secundò quid dixerit,ibi [Et dixit,&c.] Tria autem facit.Primum quidem designatur,cùm dicit[Accepit panem:]Per quod duo significari possunt.Primò quidem quòd ipse voluntariè passionem accepit, cuius hoc sacramentum est memoriale, secundum illud Esa. 53,Oblatus est,quia ipse voluit.Secundò potest significari quòd ipse accepit à patre potestatem perficiendi hoc sacramentum,secundum illud Mat.11,Omnia tradita sunt mihi à patre meo.Secundum tangit,cùm dicit[Et gratias agens.]In quo datur nobis exemplum gratias agendi de omnibus quæ nobis diuinitus dantur,secundum illud 1.Thessal.vlti.In omnibus gratias agite.Tertiũ tangit,cùm dicit[Fregit.]Esa.58,Frange esurienti panem tuum. ¶ Sed videtur hoc esse contrarium vsui ecclesiæ,secundum quam prius consecratur corpus Christi, & postea frangitur : hîc autem dicitur quòd prius fregit, postea protulit verba consecrationis . Et ideo quidam dixerunt quòd Christus consecrauit prius verbis aliis , & postea protulit verba quibus nos consecramus:sed hoc non potest esse,quia sacerdos dum consecrat,non profert ista verba quasi ex persona sua,sed quasi ex persona Christi consecrantis. Vnde manifestum est quòd eisdem verbis quibus nos consecramus & Christus consecrauit.Et ideo dicendum est quòd hoc quod dicitur,Et dixit,non est sumendum cõsequenter quasi Christus accepit panem & gratias agens fregit,& postea dixerit verba quæ sequuntur,sed concomitanter quòd dum accepit per se panẽ,gratias agens fregit & dixit. Et ideo cùm Matt. 26.dicatur quòd Iesus accepit panem & benedixit ac fregit,Apostolus non curauit hîc de benedictione facere mentionem, intelligens nihil aliud esse illam benedictionem, quàm hoc quod dominus dixit, Hoc est corpus meum. ¶ Deinde cùm dicit[Et dixit]ostendit quid Christus dixerit instituendo hoc sacramẽtum. In verbis autem,primò quidem iniunxit sacramenti vsum.Secundò expresit sacramenti veritatem.Tertiò docuit mysterium.Vsum quidem sacramenti iniunxit,dicens[Accipite.] Quasi diceret,nõ ex potestate vel merito humano cõpetit vobis vsus huius sacramenti,sed ex eminenti dei beneficio. Sap.16,Angelorũ esca nutriuisti populum tuum domine. Suprà 14,Quid habes,quod nõ accepisti. Et determinat speciem vsus cùm dicit[Et manducate.]Ioan.6,Nisi manducaueritis carnem filii hominis.Iob 31,Si non dixerint viri tabernaculi mei,quis det de carnibus eius vt saturemur.Sciẽdum est tamen quòd hæc verba non sunt de forma consecrationis.Est enim hæc differentia inter hæc & alia sacramenta, quia alia sacramẽta perficiuntur, non quidem in consecratione materiæ,sed in vsu materiæ cõsecratæ,sicut in ablutione aquæ,aut in vnctione olei,seu chrismatis:& hoc ideo,quia in materiis aliorum sacramentorum non est aliqua natura rationalis,quæ sit gratiæ sanctificantis susceptiua : & ideo in forma aliorum sacramentorum fit mentio de vsu sacramenti,sicut cùm dicitur,Ego te baptizo vel confirmo te chrismate salutis,&c.Sed hoc sacramentũ perficitur in ipsa consecratione materiæ,in qua continetur ipse Christus, qui est finis totius gratiæ sanctificantis.Et ideo verba quæ pertinent ad vsum sacramenti,non sunt de substantia formæ,sed solùm illa quæ continent veritatẽ & continentiam sacramenti,quæ consequenter ponit,subdens,Hoc est corpus meũ. ¶ Circa quæ verba tria oportet considerare.Primò quidẽ de re significata per hæc verba,q̃.s.sit ibi corpus Christi.Secũdò de veritate huius locutionis. Tertiò vtrũ hæc sit conueniens forma huius sacramenti.Circa primum considerandũ est q̃ quidam dixerunt corpus Christi non esse in hoc sacramento secundum veritatẽ, sed solùm sicut in signo, sic exponentes quod hîc dicitur, Hoc est corpus meum.i. hoc est signum & figura corporis mei:sicut & suprà 10.dictum est,Petra autem erat Christus.i.figura Christi.Sed hoc est hæreticũ, cùm expressè dominus dicat Ioan.6,Caro mea verè est cibus,& sanguis meus verè est potus. Vnde alii dixerunt q̃ est ibi verè corpus Christi,sed simul cũ substantia panis, quod est impossibile,vt suprà ostensum est.Vnde alii dixerunt q̃ est ibi solum corpus Christi,substantia panis non remanente,quę annihilatur vel in præiacentem materiã resoluitur.Sed hoc non potest esse,quia sicut Aug.dicit in lib.83, quæst. Deus non est author tẽdendi in non esse.Secundò,quia etiã per hanc positionẽ tollitur hoc q̃ substantia panis cõuertatur in corpus Christi,& sic cùm corpus Christi nõ incipiat esse in hoc sacramẽto per cõuersionẽ alterius in ipsum,relinquitur q̃ incipiat ibi esse per motũ localem,quod est impossibile,vt suprà dictũ est.Oportet igitur dicere q̃ corpus Christi verè sit in hoc sacramẽto per conuersionẽ panis in ipsum . Considerandum

An corpus christi sit in hoc sacramento realiter.

Reiiciuntur rõ quẽ voluit renouare Ecolempadius.

Reiicitur Luther dicens cũ corpore Christi renouare panem.

tamen

tamen quòd hæc conuersio differt ab omnibus conuersionibus quę sunt in natura.Actio enim naturæ præsupponit materiam, & ideò eius actio non se extendit nisi ad immutandum aliquid secũdum formam vel substãtialem vel accidentalem.Vnde omnis conuersio naturalis dicitur esse formalis.Sed deus qui facit hãc conuersionem est actor materiæ & formæ,& ideo tota substãtia panis,materia non remanente,potest conuerti in totam substãtiam corporis Christi.Et quia materia est indiuiduationis principium totum hoc indiuiduũ signatum,quod est substãtia particularis,cõuertitur in aliam substãtiam particularem,propter quod dicitur ista cõuersio substãtialis seu transsubstãtiatio. Contingit igitur in hac conuersione contrarium eius quod accidit in cõuersionibus naturalibus,in quibus manẽte subiecto fit transmutatio interdũ circa accidẽtia:hîc autem transmutata substãtia manent accidẽtia sine subiecto virtute diuina,quæ sicut causa prima substẽtat ea sine causa materiali quæ est substãtia causata ad hoc q̃ corpus Christi, & sanguis sumatur in specie aliena rationibus supradictis:& quia ordine quodam accidẽtia referuntur ad substãtiam, ideo dimẽsiones sine subiecto remanent,& alia accidẽtia remanẽt in ipsis dimensionibus,sicut in subiecto.Si autem sub illis dimẽsionibus nulla substãtia remaneat nisi corpus Christi,dubiũ potest esse de fractionibus hostię cõsecratæ, cùm corpus Christi glorificatũ sit,& per cõsequens infrãgibile.Vnde nõ potest huic fractioni substare,sed nec etiã aliud potest fingi quod subsistat,quia sacramẽtum veritatis non decet aliqua fictio. Vnde nihil sensu percipitur in hoc sacramẽto,quod nõ sit ibi secũdum veritatem.Sensibilia enim per se sunt qualitates,quæ quidem remanent sicut prius fuerant in hoc sacramento, vt dictum est.Et ideo alii dixerunt q̃ est quędam ibi verè fractio sine subiecto,vnde nihil ibi frangitur.Sed nec hoc dici potest,quia cùm fractio sit in genere passionis quæ habet debilius esse q̃ qualitas,non potest esse in hoc sacramento sine subiecto,sicut nec qualitas.Vnde restat dicendum q̃ fractio illa fundatur sicut in subiecto in dimẽsionibus panis & vini remanentibus:corpus autẽ Christi non attingitur ab huiusmodi fractione,quia totum remanet sub qualibet parte dimẽsionum diuisarũ. Quod quidem hoc modo cõsiderari potest.Nam corpus Christi est in hoc sacramento ex conuersione substãtiæ panis in ipsum.Non autẽ fit cõuersio ratione dimẽsionum.Nam dimensiones panis remanẽt,sed solùm ratione substãtiæ.Vnde & corpus Christi est ibi ratione suæ substãtię, non autem ratione suarũ dimẽsionum,licet dimẽsiones eius sint ibi ex consequenti inquantum non separãtur à substãtia ipsius.Quantum autem ad naturam substãtiæ pertinet,tota est sub qualibet parte dimensionum.Vnde sicut ante consecrationem tota veritas substantiæ & natura panis erat sub qualibet parte dimẽsionum,ita post consecrationem totum corpus Christi est sub qualibet parte panis diuisi.Significat autem hostiæ cõsecratæ diuisio:primò quidẽ passionem Christi,per quam corpus eius fuit vulneribus fractum,secundum illud Psal.Foderunt manus meas & pedes meos.Secundò distributionem donorum Christi ex ipso progredientium:secundum illud infrà 12,Diuisiones gratiarũ sunt.Tertiò diuersas partes ecclesiæ.Nam eorum quæ sunt membra Christi quidam adhuc in hoc mũdo peregrinantur,quidam viuũt in gloria cum Christo,& quantum ad animam & quantum ad corpus,quidam autem expectant finalem resurrectionem in fine mundi,& hoc significat diuisio hostiæ in tres partes. ¶ Secundò considerandum est de veritate huius locutionis,videtur enim hæc locutio esse falsa,Hoc est corpus meum. Conuersio enim panis in corpus Christi fit in termino prolationis horum verborũ. Tunc cõpletur significatio huius locutionis. Formæ enim sacramẽtorum significando efficiunt, & ideo sequitur quòd in principio locutionis quando dicitur q̃ non sit ibi corpus Christi,sed sola substantia panis quæ demonstratur per hoc pronomen,hoc, quando est demõstratiuum substantiæ.Idem est ergo,hoc,cùm dicitur,Hoc est corpus meũ,ac si diceret, substantia panis est corpus meum,quod manifestè falsum est.Dixerunt ergo quidam q̃ sacerdos hæc verba materialiter & recitatiuè profert ex persona Christi,& ideo demõstratio huius pronominis non refertur ad præsentem materiã,vt ex hoc locutio falsa reddatur secũdum quòd obiectio procedebat.Sed hoc non potest stare. Primò quidem quia si hæc locutio non applicetur ad præsentem materiam nihil faciet circa eam,quod est falsum.Dicit enim Aug.super Io.Accedit verbum ad elemẽtum & fit sacramẽtum. Vnde necesse est dicere q̃ verba ista formaliter accipiantur referendo ea ad præsentem materiam.Profert autem ea sacerdos ex persona Christi, à quo virtutem sumpserunt ad ostendẽdum q̃ eandem efficaciam nunc habent, sicut quãdo Christus ea protulit.Non enim virtus his verbis collata euanescit,neq; temporis diuersitate,neq; ministrorum varietate.Secũdò,quia eadem difficultas remanet de prima prolatione qua Christus ea protulit. Ideo alii dicunt quòd sensus huius est,Hoc est corpus meum.i.hic panis designat corpus meum,vt ly hoc, designet id quod est in principio locutionis.Sed hoc etiam esse non potest, quia cùm sacramenta efficiãt quod figurant,hæc verba nihil efficiunt,nisi quod significant.Secũdò quia ex hoc sequeretur q̃ per hæc verba nihil efficeretur quàm q̃ corpus Christi esset ibi sicut sub signo,quod suprà improbatum est. Et ideo alii dicunt quòd ly hoc,facit demõstrationem ad intellectum,& demõstrat id quod erit in fine locutionis.s.corpus Christi.Sed nec hoc videtur conuenienter dici, quia secũdum hoc sensus esset, Corpus meũ est corpus meum,quod non fit per hæc verba,cùm hoc ante verba cõsecrationis fuerit verum. Et ideo aliter dicẽdum est,q̃ formæ sacramentorum non solùm sunt significatiuæ,sed etiam factiuæ,significãdo enim efficiunt.In omni autem factione oportet subiici aliquid cõmune tanquam principium.Commune autem in hac conuersione non est aliqua substãtia,sed accidẽtia quæ & prius fuerunt,& postea manent,& ideo ex parte subiecti in hac locutione nõ ponitur nomen quod significat certam speciem substãtiæ,sed ponitur pronomen quod significat substãtiam sine determinata specie. Est ergo sensus, Hoc.i.contẽtum sub his accidentibus, est corpus meum,& hoc est quod fit per verba cõsecrationis.Nam ante consecrationem id quod erat contentum sub his accidentibus non erat corpus Christi, quod tamen fit corpus Christi per consecrationem. ¶ Tertiò autem oportet considerare quomodo est hæc conueniens forma huius sacramenti.Nam hoc sacramentum,vt dictum est,non consistit in vsu materiæ,sed in consecratione ipsius.Consecratio autem non fit per hoc quòd materia consecrata solùm suscipiat aliquam virtutem spiritualem,sed per hoc quòd transsubstantiatur secundum esse in corpus Christi,& ideo nullo alio verbo vtendum fuit,nisi verbo substantiuo,vt dicatur,hoc est corpus meum.Per hoc enim significatur id quod est finis,quod significando efficitur.

Quomodò verificetur hæc oratio, hoc est corpus meum.

Cõueniens forma huius sacramẽti est ista, hoc est corpus meum.

¶ Deinde cùm dicit [Quod pro vobis tradetur] tangit mysterium huius sacramenti. Est enim sacramentum repræsentatiuũ diuinæ pasionis, per quam corpus suum tradidit in mortem pro nobis: secũdum illud Esa.50, Corpus meum dedi percutientibus. Et Ephe.5, Tradidit semetipsum pro nobis. Et vt ostendat rationem frequentãdi hoc mysterium, subiungit, Hoc facite in meam cõmemorationem, hoc recolendo. s. tam magnum beneficium quo pro vobis me tradidi in mortem. Vnde & Treno.3. dicitur, Recordare paupertatis meæ absinthii & fellis. Et in Psalm. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus escam dedit timentibus se.

Lectio 6.

Declaratur institutio eucharistiæ quãtũ ad cõsecrationem sanguinis.

Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiẽscunque bibetis in meam commemorationem. Quotiẽscũque enim mãducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat.

¶ Postq̃ Apostolus posuit institutionem huius sacramẽti quãtum ad consecrationem corporis, hîc ponit institutionem eius quãtum ad sanguinis cõsecrationem. Et primò ponit ordinem institutionis. Secũdò verba cùm dicit [Hic calix &c.] Ordo autem attenditur quãtum ad duo. Primò ad concomitantiam vtriusque speciei, cùm dicit [Similiter & calicem.] Vtrũq; enim est de perfectione huius sacramenti, tum propter perfectionem refectionis, tum propter repræsentationẽ pasionis, tum propter efficiẽtiam salutis animę & corporis, vt suprà dictũ est, sed si prius cõsecratur in hoc sacramento corpus Christi, & postea sanguis, videtur sequi quòd ante cõsecrationem sanguinis corpus Christi in hoc sacramento sit exangue: quod quidã incõueniens reputantes dixerunt, ꝙ duæ formę se expectãt in efficiendo, ita. s. ꝙ prima forma cõsecrationis corporis non consequitur suum effectum anteq̃ perficiatur forma consecrationis sanguinis, sicut etiam dictũ est ꝙ verba q̃ proferuntur in consecratione corporis non consequũtur suum effectũ vsq; ad finẽ prolationis verborũ. Sed hoc non est simile. Nam significatio verborum quibus cõsecratur corpus Christi nõ completur nisi in termino prolationis eorum. Et quia verba sacramẽtalia significãdo efficiũt, ideo non possunt habere effectũ ante terminum prolationis. Tunc autem habent plenam significationem etiam anteq̃ proferantur verba consecrationis sanguinis, & ideo necesse estꝙ etiam tunc habeant suum effectum. Alioquin sacerdos peccaret statim post verba consecrationis, proponẽs hostiam non consecratã populo adorãdam, nisi iam esset corpus Christi, quia induceret populum ad idololatriam. ¶ Est ergo dicẽdum quòd ante cõsecrationem sanguinis est in hoc sacramento corpus Christi, nõ sine sanguine. ¶ Sciendum est enim ꝙ in hoc sacramento dupliciter aliquid est. Vno modo ex vi cõsecrationis illud. s. in quod terminatur conuersio panis & vini, sicut per formam consecrationis significatur, & sic sub specie panis, est corpus Christi. Alio modo est aliquid in hoc sacramento ex reali concomitãtia, sicut diuinitas verbi est in hoc sacramento propter indissolubilem vnionem ipsius ad corpus Christi, licet nullo modo subst̃atia panis in diuinitatem conuertatur. Et simile est ibi anima quę coniuncta est realiter ipsi corpori. Si verò in triduo mortis Christi fuisset corpus Christi ab aliquo apostolorum consecratum, non fuisset ibi anima quæ tunc realiter erat à corpore separata. Et idem dicẽdum est de sanguine. Nam sub speciebus panis ex vi consecrationis est corpus Christi in quod subst̃atia panis conuertitur. Sanguis autẽ est ibi ex reali concomitãtia, quia nunc realis sanguis Christi non est ab eius corpore separatus, & eadem ratione sub specie vini est sanguis Christi ex vi cõsecrationis: corpus autem ex reali concomitantia, ita ꝙ sub vrraq; specie est totus Christus. Si verò tempore pasionis quando sanguis Christi erat ex corpore effusus, fuisset hoc sacramentum ab aliquo apostolorũ perfectum, sub panis specie fuisset solùm corpus Christi exangue, sub speciebus autẽ vini fuisset solus sanguis Christi. ¶ Secundò attenditur ordo per cõparationem ad cibos materiales, quoniam præcesserant, vbi subdit, Postquam cœnauit, quod videtur signãter addidisse. Nam Christus corpus suũ tradidit inter cœnam. Vnde Matt.26. dicitur, quòd cœnantibus illis accepit Iesus panem &c. Sed sanguinem dedit expressè post cœnam. Vnde & Luc.22. dicitur, Similiter & calicem postq̃ cœnauit, dicens &c. Cuius ratio est, quia corpus Christi repræsentat mysterium incarnationis, quæ facta est adhuc legalibus obseruantiis statum habentibus, inter quas præcipua erat cœna agni paschalis. Sed sanguis Christi in sacramento directè repræsentat pasionem per quam est effusus, per quam sunt terminata omnia legalia. Vnde Heb.9. dicitur, quòd per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. ¶ Deinde ponit verba, dicẽs [Hic calix &c.] Et primò demõstrat veritatem huius sacramẽti. Secũdò iniũgit vsum, ibi [Hoc facite &c.] Quãtum ergo ad primum, dicit, Hic calix &c. Quod quidẽ dupliciter sumi potest. Vno modo methonomicè, vt. s. ponatur continens pro contento. q.d. Contẽtum in hoc calice quod conueniẽtius ponitur in consecratione vini quod ratione suæ humiditatis indiget aliis terminis contineri, q̃ in consecratione panis, qui ratione suæ siccitatis propriis terminis continetur. Alio modo potest accipi metaphoricè, vt sit sensus, Sicut calix inebriat & perturbat, ita & pasio. Vnde Mat.22. dicit, Potestis bibere calicẽ quem bibiturus sum? Et Mat.26, Transeat à me calix iste. Est ergo sensus, Hic calix. i. contẽtum in hoc calice, vel hęc mea pasio, Est nouũ testamẽtum in meo sanguine. Vnde considerãdum est ꝙ testamẽtum dupliciter sumitur in scripturis. Vno modo cõmuniter pro quolibet pacto, quod quidẽ testibus cõfirmatur, & sic considerãdum est ꝙ deus dupliciter pactum iniit cum humano genere. Vno modo promittendo bona tẽporalia, & à malis temporalibus liberãdo, & hoc vocatur, vetus testamẽtum vel pactum. Alio modo promittendo bona spiritualia & à malis oppositis liberãdo, & hoc vocatur, testamẽtum nouum. Vnde dicitur Hic.31, Feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ, non secũdum pactũ quod pepigi cũ patribus vestris, vt educerẽ eos de terra Aegypti, sed hoc erit pactum. Dabo legẽ meam in visceribus eorum & ero eis in deum. Est autẽ considerãdum ꝙ apud antiquos erat consuetudo, vt alicuius victimę sanguinem funderent ad cõfirmationem pacti. Vnde Gen.31. legitur, ꝙ postquam inierunt fœdus Laban & Iacob, immolatis victimis in monte, vocauit fratres suos. Vnde & Exod.24. legitur, quòd Moyses sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis quod pepigit dominus vobiscũ. Sicut ergo vetus testamentum seu pactum cõfirmatum est sanguine figurali taurorum, ita nouum testamentum seu pactum confirmatum est in sanguine Christi, qui pro pasionẽ est effusus. Et in hoc calice sacramentũ taliter cõtinetur. Alio modo testamẽtum accipitur magis

Testamẽtũ in sacris dupliciter accipitur.

strictè ꝓ dispositione hæreditatis percipiẽdæ, quã necesse est secũdum leges certo numero testiũ cõfirmare. Nõ autẽ testamẽtum sic acceptum cõfirmatur nisi per mortẽ, quia vt Apostolus dicit Heb.9, Testamẽtum in mortuis cõfirmatum est, alioquin nõdum valet, dum viuit qui testatus est. Deus autẽ primò quidẽ dispositionẽ feceratde æterna hæreditate percipiẽda, sed sub figura tẽporalium bonorũ, quod pertinet ad vetus testamẽtum: sed postmodũ fecit nouũ testamẽtum expresse ꝓmittens hæreditatẽ æternã, quod quidẽ cõfirmatũ est per sanguinẽ mortis Christi. Et ideo dñs de hoc dicit, Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine. q.d. Per id quod in hoc calice cõtinetur, cõmemoratur nouũ testamẽtum per Christi sanguinẽ confirmatum. Est autẽ aduertẽdum ꝙ eadã verba quæ hîc Apostolus ponit, habẽtur Luc.22. nisi quòd ibi additur, qui pro vobis effundetur. Lucas enim discipulus fuit Pauli, & eum in cõscriptione euãgelii est secutus. Sed Mat.26. dicitur, Hic est enim sanguis meus noui testamẽti, qui ꝓ multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Eadẽ verba ponũtur in Marco 14. Dicunt ergo quidã ꝙ quæcũq; formæ horũ verborũ proferãtur quæ sunt scripta in canone sufficere ad cõsecrationem. Probabilius autẽ dici videtur quòd illis solis verbis perficitur cõsecratio, quib⁹ ecclesia vtitur ex traditione apostolorũ structa. Euãgelistæ enim verba domini recitare intẽderunt quãtum pertinet ad rationẽ historiæ, non autẽ secũdum ꝙ ordinãtur ad cõsecrationem sacramẽtorum quas in occulto habebãt in primitiua ecclesia propter infideles. Vnde Dionys. dicit in vltimo cap. ecclesiasticæ hierarchiæ. Perfectiuas inuocationes nõ est fas in scripturis exponere, neq; mysticum ipsarũ antè factas in ipsis ex deo virtutes ex occulto in cõmuni adducere. ¶ Sed circa ista verba quibus ecclesia vtitur in cõsecratione sanguinis, quidam opinãtur quòd non omnia sint de necessitate formæ, sed solùm quod dicitur, Hic est calix sanguinis mei, nõ autem residuũ quod sequitur, noui & æterni testamẽti mysterium fidei qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Sed hoc nõ videtur cõueniẽter dici. Nam totum illud quod sequitur est quædam determinatio prædicati. Vnde & ad eiusdem locutionis sententiam seu significationem pertinet. Et quia vt sæpe dictũ est, formæ sacramẽtorum significãdo efficiunt, totum pertinet ad vim effectiuam formæ. Nec obstat ratio quam inducũt, quia in consecratione corporis, sufficit quod dicitur, Hoc est corpus meum, quia sanguis seorsum cõsecratus, specialiter repræsentat pasionẽ Christi, per quam eius sanguis separatus est à corpore, & ideo in cõsecratione sanguinis oportuit exprimere Christi pasionis virtutẽ quæ attenditur. Primò quòd respectu nostræ culpæ quam Christi pasio abolet, secũdum illud Apoca.1, Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et quãtum ad hoc, dicit, Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorũ. Effusus est siquidẽ sanguis in remissionem peccatorum, nõ solùm pro multis, sed etiam pro omnibus, secũdum illud 1.Ioã.2, Ipse est propitiatio peccatis nostris, nõ pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mũdi. Sed quia quidã se reddũt indignos ad recipiẽdum talem effectũ, quãtum ad efficaciã dicitur esse effusus pro multis in quibus habet effectum pasio Christi. Dicit autẽ signãter pro vobis & pro multis, quia hoc sacramẽtum valet in remissionẽ peccatorum sumẽtibus per modum sacramenti: quod notatur signãter, cùm dicitur, pro vobis, quibus dixerat, accipite. Valet etiam per modum sacrificii multis nõ sumẽtibus pro quibus offertur: quod significatur, cùm dicitur, Et pro multis. Secundò virtus eius consideratur per comparationem ad vitam iustitiæ, quam facit per fidem, secũdum illud Rom.3, Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redẽptionem quę est in Christo Iesu, quem proposuit propitiatorẽ per fidem in sanguinem ipsius. Et quãtum ad hoc, dicit, Mysterũ. i. occultum fidei, quia. s. fides pasionis Christi erat occulta in omnibus sacrificiis veteris testamenti, sicut veritas in signo. Hoc autem ecclesia habet ex traditione apostolorum, cùm in canone scripturæ non inueniatur. Tertiò virtus eius attenditur quãtum ad vitam gloriæ, in quam per pasionem Christi introducitur, secundum illud Heb.10, Habentes fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi. Et quãtum ad hoc dicit [Noui & æterni testamenti.] AEterni siquidẽ, quia est dispositio de hæreditate æterna. Noui autem, ad differentiã veteris, quia temporalia promittebat. Vnde Hebr.9. dicitur, Ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis. ¶ Deinde cùm dicit [Hoc facite &c.] iniũgit vsum huius sacramenti, dicens, Hoc facite quotiẽscunque sumetis in meam cõmemorationem. i. in memoriam meæ pasionis. Vnde & Treno.3. dicit Propheta, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Et Esa.43, Miserationum domini recordabor. Est autem notandum quòd in calice principaliter quidem debet poni vinum rationibus suprad̃ictis. Debet autem apponi & aqua. Probabile enim est quòd Christus in cœna vinum mixtum discipulis dederit propter consuetudinem terræ illius in qua, vt temperetur fortitudo vini, ab omnibus vinum bibitur aqua mixtum. Vnde & Prouerb.9, Sapiẽtia dicit, Bibite vinum quod miscui vobis. Nihilominus tamen aqua vino mixta significat populum Christianum Christo per pasionem coniunctum, secundum illud Apocal.17, Aquæ, populi sunt & gentes. Et participatio sanguinis Christi à fidelibus pertinet ad vsum sacramenti, qui non est de necessitate huius sacramenti. Sed potest vinum consecrari absque aqua, licet peccet qui sic consecrat non seruans ritum ecclesiæ. Et ideo si sacerdos ante consecrationem vini aduertat quòd aqua non fuerit apposita calici, debet apponere. Si verò post cõsecrationem aduertat, non debet apponere, sed debet perficere sacramẽtum. Nihil enim post consecrationem est sanguini Christi miscendum, quia talis permixtio nõ posset esse sine qualicunq; corruptione vini consecrati, quod pertinet ad crimen sacrilegii. Dicunt autem quidam quòd cùm delatere Christi pendentis in cruce fluxerit sanguis & aqua, vt legitur Ioan.19. Sicut vinũ conuertitur in sanguinem, ita aqua in aquam. Sed hoc non cõpetit, quia in illa aqua figuratur ablutio quæ est per baptismũ. Et ideo alii dicunt quòd facta conuersione vini in sanguinẽ, aqua remanet in sua subst̃atia, & circũtegitur accidẽtibus vini. Sed hoc non cõpetit, quia aqua admiscetur vino ante consecrationẽ, quãdo non differt ab alio vino. Vnde nõ seorsum manet, sed permiscetur. Et ideo dicendum est ꝙ aqua conuertitur in vinum, & sic totum conuertitur in sanguinem Christi. Propter quod mos est modicũ de aqua apponere & præcipuè si sit vinum debile, quod non potest nisi modicũ aquæ in seipsum conuertere. ¶ Deinde cùm dicit [Quotiẽscũq; &c.] Exponit verba domini quæ dixerat, Hoc facite in meã cõmemorationem, dicẽs, Quotiẽscũq; ẽm mãducabitis panẽ hũc &c. Et dicit panẽ, propter species remanẽtes. Dicit autẽ hũc, ꝓpter idẽ numero

Difficultas de forma cõsecrationis sanguinis.

corpus significatũ & contẽtum. Et calicem. ſ. hunc bibetis, mortẽ domini annũtiabitis repræſentãdo. ſ. eam per hoc ſacramẽtum. Et hoc donec veniat. i. vſq; ad vltimũ eius aduẽtum, in quo datur intelligi ꝙ hic ritus eccleſiæ nõ ceſſabit vſq; ad finẽ mũdi, ſecũdum illud Mat. vlt. Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Et Luc. 21, Nõ præteribit generatio hæc. ſ. eccleſiæ, donec omnia fiant. Lectio 7.

Inducũtur fideles ad reuerẽter ſumẽdum eu charistiã, declarãdo periculũ indignè ſumentiũ, & ſalutare adhibẽdo remedium.

ITaque quicunq; manducauerit panem & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi mãducat & bibit, nõ diiudicans corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non utiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem, à domino corripimur, ut nõ cum hoc mundo damnemur. Itaq; fratres mei, cùm conuenitis ad manducãdum, inuicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem cùm uenero, diſponam.

¶ Poſtquam Apoſtolus oſtẽdit dignitatem huius ſacramenti, hîc excitat fideles ad ſumẽdum illud reuerenter: & primò ponit periculum quod imminet indignè ſumẽtibus: ſecũdò adhibet ſalutare remediũ, ibi [Probet autem &c.] Dicit ergo primò, Itaq; ex quo hoc quod ſacramentaliter mãducatur, eſt corpus Chriſti, & quod bibitur, eſt ſanguis Chriſti. Quicunq; manducauerit hunc panem, vel biberit calicẽ domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini. In quibus verbis primò conſiderandum eſt qualiter aliquis indignè manducat & bibit: quod quidem ſecundum glo. contingit dupliciter. Primò quidem quantum ad celebrationem huius ſacramenti, quia. ſ. aliquis aliter celebrat ſacramentum euchariſtiæ, quàm à Chriſto traditum eſt: putà ſi offerat in hoc ſacramento alium panem, quàm triticeum, vel alium liquorem, quàm de vite. Vnde Leui. 10. dicitur, ꝙ Nadab & Abiu, filii Aaron, obtulerunt coram domino ignem alienũ, quod eis præceptum non erat: egreſſúſq; ignis à domino, deuorauit eos. Secundò ex hoc quòd aliquis non deuota mente accedit ad euchariſtiam: quæ quidem indeuotio quandoq; eſt veniale: putà cùm aliquis diſtracta mente ad ſecularia negotia accedit ad hoc ſacramentum habitualiter retinens debitam reuerentiam ad ipſum: & talis indeuotio licet impediat fructum huius ſacramenti, qui eſt ſpiritualis refectio: non tamen facit reum corporis & ſanguinis domini, ſicut hîc Apoſtolus loquitur. Quædam verò indeuotio eſt peccatũ mortale, quæ. ſ. eſt cum contẽptu huius ſacramenti, prout dicitur Malac. 1, Vos polluiſtis nomen meum in eo quòd dicitis, Menſa domini contaminata eſt, & quod ſupponitur, contemptibile. Et de tali indeuotione loquitur gloſ. Tertio modo dicitur aliquis indignus, ex eo quòd cum volũtate peccãdi mortaliter, accedit ad euchariſtiã. Dicitur enim Leui. 21, Nõ accedat ad altare qui maculam habet. Intelligitur aliquis maculam peccati habere quãdiu eſt in volũtate peccãdi, quę tamen tollitur per pœnitentiam. Per cõtritionem quidem, quæ tollit voluntatem peccãdi cum propoſito confitẽdi & ſatisfaciẽdi quãtum ad remiſſionẽ culpæ & pœnę æternæ: per confeſſionem autem & ſatisfactionem quãtum ad totalem remiſsionem pœnæ & reconciliationem ad mẽbra eccleſiæ. Et ideo in neceſsitate quidem, putà quando aliquis copiam cõfeſsionis habere non poteſt, ſufficit cõtritio ad ſumptionem huius ſacramenti. Regulariter autẽ debet confeſsio præcedere cum aliqua ſatisfactione. Vnde in lib. de eccleſiaſt. dogmatibus dicitur, Cõmunicaturus ſatisfaciat lachrymis & orationibus, & cõfidẽs de domino mũdus accedat ad euchariſtiã intrepidus & ſecurus. Sed hoc de illo dico quem capitalia peccata & mortalia nõ grauant. Nãq; quem mortalia crimina poſt baptiſmum cõmiſſa premunt, hortor prius publica pœnitẽtia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio recõciliatum cõmunioni ſociari, ſi non vult ad condẽnationem euchariſtiam percipere. Sed videtur ꝙ peccatores nõ indignè accedant ad hoc ſacramẽtum. Nã in hoc ſacramẽto ſumitur Chriſtus, qui eſt ſpiritualis medicus, qui de ſe dicit Mat. 9, Nõ eſt opus valentibus medicus, ſed malè habẽtibus. Sed dicẽdum ꝙ hoc ſacramẽtum eſt ſpirituale nutrimẽtum, ſicut baptiſmus eſt ſpiritualis natiuitas. Naſcitur autem aliquis ad hoc vt viuat, ſed nõ nutritur niſi iam viuum, & ideo hoc ſacramẽtum non cõpetit peccatoribus qui nondum viuunt per gratiam: competit eis tamen baptiſmus. Et præterea euchariſtia eſt ſacramẽtum charitatis & eccleſiaſticæ vnitatis, vt dicit Aug. ſuper Io. Cùm igitur peccator careat charitate, & ſit ſeparatus meritò ab eccleſiæ vnitate, ſi accedat ad hoc ſacramẽtum, falſitatem cõmittit, dum ſignificat ſe habere charitatem, quam nõ habet. Quia tamen peccator quandoq; habet fidẽ huius ſacramẽti, licitũ eſt ei hoc ſacramẽtum inſpicere, quod omnino infidelibus denegatur, vt Dion. dicit 3. cap. eccleſiaſticæ hierarchiæ. ¶ Secũdò conſiderãdum eſt quomodo ille qui indignè ſumit hoc ſacramẽtum ſit reus corporis & ſanguinis domini. Quod quidẽ in glo. tripliciter exponitur. Vno modo materialiter. Incurrit enim reatum ex peccato cõmiſſo circa corpus & ſanguinem domini, prout in hoc ſacramẽto cõtinetur, quod indignè ſumit, & ex hoc eius culpa aggrauatur. Tãtò eſt enim ei⁹ culpa grauior, q̃tò magis eſt cõtra quem peccatur. Heb. 10, Quãtò magis putatis deteriora mereri ſupplicia eum qui filium dei cõculcauerit, & ſanguinem teſtamẽti pollutũ duxerit. Secũdò exponitur per ſimilitudinem, vt ſit ſenſus, Reus erit corporis & ſanguinis domini & mortis domini pœnas dabit, hoc eſt ac ſi Chriſtum occiderit, punietur: ſecũdum illud Heb. 6, Rurſum crucifigẽtes ſibimetipſis filium dei & oſtẽtui habẽtes. Sed ſecũdum hoc videtur grauiſsimũ eſſe peccatum eorũ qui indignè ſumũt corpus Chriſti. ¶ Sed dicẽdum ꝙ peccatum aliquod habet grauitatem dupliciter. Vno modo ex ipſa ſpecie peccati quæ ſumitur ex obiecto, & ſecũdum hoc grauius eſt peccatũ quod cõtra diuinitatem cõmittitur, putà infidelitas, blaſphemia vel aliquid huiuſmodi, q̃ quod cõmittitur cõtra humanitatem Chriſti. Vnde & ipſe dominus Mat. 12, Quòd qui dixerit verbum cõtra filiũ hominis remittetur ei: qui autẽ dixerit cõtra ſpiritũ ſanctum, non remittetur ei. Et iterum grauius eſt peccatũ quod cõmittitur cõtra humanitatẽ in ꝓpria ſpecie, q̃ ſub ſpecie ſacramẽti. Alio modo grauitas peccati attẽditur ex parte peccãtis. Magis autẽ peccat qui ex odio aut inuidia vel ex quacunq; malitia peccat, ſicut peccauerũt illi qui Chriſtũ crucifixerũt, q̃ qui peccat ex infirmitate, ſicut interdum peccant illi qui indignè ſumunt hoc ſacramẽtum. Non ergo per hoc intelligitur ꝙ peccatũ indignè ſumẽtium hoc ſacramẽtum, cõparetur peccato occidẽtium Chriſtum ſecũdum æqualitatem, ſed ſecũdum ſimilitudinem ſpeciei: quia vtrũq; eſt circa eũdem Chriſtum. Tertio modo exponitur, Reus erit corporis & ſanguinis domini. i. corpus & ſanguis domini faciẽt eum reum. Ita enim bonum malè ſumptum nocet, ſicut prodeſt malũ quo quis bene vtitur, ſicut ſtimulus ſathanæ Paulo. Per hæc autẽ verba excluditur error quorundam dicentium ꝙ quàm ſtatim hoc ſacramentũ tãgitur à labiis peccatoris, deſinit ſub eo eſſe corpus Chriſti. ¶ Contra quod eſt quod Apoſtolus dicit, Quicunq; manducauerit panẽ hunc, vel biberit calicẽ domini indignè. Secundũ enim prædictam opinionẽ nullus indignus manducaret vel biberet. Contrariatur autem prædicta opinio veritati huiuſmodi ſacramenti, ſecundum quam tandiu corpus & ſanguis Chriſti manent in ſacramento, quandiu remanent ſpecies in quocunq; loco exiſtant. ¶ Deinde cùm dicit [Probet autem, &c.] Adhibet remediũ contra prędictum periculũ. Et primò ponit remediũ. Secundò aſsignat rationẽ, ibi [Qui enim manducat, &c.] Tertiò rationẽ manifeſtat per ſignũ, ibi [Ideo inter vos, &c.] Dicit ergo primò. Quia tantũ reatum incurrit qui indignè ſumit hoc ſacramentũ, ideo neceſſe eſt vt primò homo ſeipſum probet. i. diligẽter examinet ſuam conſcientiã ne ſit in eo voluntas peccãdi mortaliter, vel aliquod peccatum præteritũ de quo non ſufficienter pœnituerit, & ſic poſt diligentẽ examinationẽ de pane illo edat & de calice bibat, quia dignè ſumẽtibus non eſt venenũ, ſed medicina. Gal. vlti. Opus autẽ ſuum probet vnuſquiſq;. 2. Cor. 13, Si eſtis in fide Chriſti, vos probate. ¶ Deinde cùm dicit [Quicunq; enim manducauerit, &c. Aſsignat rationẽ prædicti remedii, dicens, Ideo probatio præexigitur. Qui enim indignè manducat & bibit, iudiciũ. i. condemnationem ſibi manducat & bibit, ſicut dicitur Ioan. 5, Reſurgent qui malè egerũt in reſurrectionẽ iudicii. Non diiudicans corpus domini, id eſt, ex eo ꝙ nõ diſcernit corpus domini ab aliis indifferenter ipſum aſſumẽs ſicut alios cibos. Leuit. 22, Omnis homo qui acceſſerit ad ea quæ cõſecrata ſunt in quo eſt immunditia, peribit corã domino. ¶ Sed contrà videtur eſſe quod dicit Io. 6, Qui mãducat me, viuit propter me. ¶ Sed dicendũ eſt ꝙ duplex eſt modus manducandi hoc ſacramentũ. ſ. ſpiritualis & ſacramentalis. Quidã ergo manducant ſacramentaliter & ſpiritualiter, qui, ſcilicet, ita ſumunt hoc ſacramentum ꝙ etiam rem ſacramenti participant, ſcilicet, charitatẽ per quam eſt eccleſiaſtica vnitas. Et de talibus intelligitur verbũ domini inductũ, qui manducat me, viuit propter me. Quidã verò manducant ſacramẽta liter tantùm, qui, ſcilicet, ita hoc ſacramentũ percipiunt ꝙ rem ſacramenti, id eſt, charitatẽ non habẽt, & de talibus intelligitur, quod hîc dicitur. Qui manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi manducat & bibit. Eſt autem præter duos modos quibus ſumitur ſacramentũ hoc, tertius modus ſumendi quo mãducatur per accidens, dũ, ſcilicet, ſumitur non vt ſacramentũ, quod quidem cõtingit tripliciter. Vno modo ſicut quãdo aliquis fidelis ſumit hoſtiã conſecratam quam nõ credit eſſe conſecratã. Talis enim habet habitũ vtendi hoc ſacramento. Alio modo ſicut quando hoſtiã conſecratam ſumit aliquis infidelis qui nullam fidẽ habet huius ſacramẽti. Talis enim nõ habet habitum vtendi hoc ſacramẽto, ſed ſolùm potentiã. Tertio modo ſicut quando hoſtiã ſacratã comedit mus vel quodlibet animal brutũ, quod etiam non habet potentiam vtendi hoc ſacramẽto. Et hoc igitur quòd ſpiritualiter ſumentes hoc ſacramentũ acquirunt vitam: alliciuntur quidam ad hoc quòd frequenter hoc ſacramentũ aſſumãt. Ex hoc autẽ quòd indignè ſumentes acquirunt ſibi iudicium plures deterrentur, vt rarius ſumant, & vtrunq; cõmendandum videtur. Legimus enim Lucæ 19. Quòd Zacheus recepit Chriſtũ gaudens in domum ſuã, in quo eius charitas commendatur. Legitur etiam eodem 7. quòd Centurio dixit Chriſto, Non ſum dignus vt intres ſub tectũ meum. In quo commẽdatur honor, & reuerentia eius ad Chriſtum. Quia tamen amor præfertur timori per ſe loquendo, commendabilius eſſe videtur quòd aliquis frequentius ſumat quã ꝙ rarius. Quia tamen quod eſt in ſe eligibiliùs, poteſt eſſe minus eligibile quantũ ad hunc vel illum: cõſiderare quilibet in ſeipſo debet quẽ effectum in ſe habeat frequens ſuſceptio huius ſacramenti. Nam ſi aliquis ſentiat ſe proficere in feruore dilectionis ad Chriſtum, & in fortitudine reſiſtendi peccatis quæ plurimũ conſequuntur homines, debet frequẽter ſumere. Si verò ex frequenti ſumptione ſentiat aliquis in ſe minus reuerentiã huius ſacramenti, monendus eſt vt rarius ſumat. Vnde & in libro de eccleſiaſticis dogmatibus dicitur, Quotidie euchariſtiã ſumere, nec laudo, nec vitupero. ¶ Deinde cùm dicit [Ideo inter vos, &c.] Manifeſtat prædictã rationem per ſignum. Et primò ponit ſignum. Secundò aſsignat cauſam illius, ſigni ibi. [Quòd ſi noſmetipſos, &c.] Circa primum conſiderandum eſt, quòd ſicut Augu. dicit in 1. de ciui. dei, Si omne peccatũ nunc manifeſtè deus plecteret pœna, nihil vltimo iudicio reſeruari putaretur. Rurſus ſi nullũ peccatum nunc puniret, nulla eſſe diuina prouidẽtia crederetur. In ſignũ ergo futuri iudicii deus etiam in hoc mundo pro peccato quoſdã tẽporaliter punit, quod maximè obſeruatũ videtur in principio legiſlationis, tam nouæ quàm veteris. Legimus enim Exod. 32, Propter peccatũ vituli aurei adorati, multa milia hominum perẽpta. Rurſum legitur Act. 5, Propter peccatum mẽdacii & furti Ananiã & Saphiram interiiſſe. Vnde & propter peccatũ huius ſacramenti indignè ſumpti, aliqui in primitiua eccleſia puniebãtur à deo infirmitate corporali vel etiã morte. Vnde dicit, Ideo. ſ. in ſignum futuri iudicii. Inter vos multi indignè ſumentes corpus Chriſti ſunt infirmi corporaliter. Pſal. Multiplicatę ſunt infirmitates. Et imbecilles. i. longa inualetudine laborantes. Et dormiunt multi. ſ. morte corporali ſecundum quòd ſumitur dormitio. 1. ad Theſſalo. 4, Nolumus vos ignorare de dormientibus.

¶ Deinde cùm dicit [Quòd ſi noſmetipſos, &c.] Aſsignat duplicẽ rationem prædicti ſigni, quarum prima ſumitur ex parte noſtri. Secunda ex parte dei, ibi [Cùm iudicamur autẽ, &c.] Ex parte autẽ noſtra cauſa diuinæ punitionis eſt à negligentia, quia in nobiſipſis peccata cõmiſſa punire negligimus. Vnde dicit, quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus redarguendo & puniendo peccata noſtra, non vtique iudicaremur. i. non puniremur à domino neq; poſtmodũ in futuro, neq; etiã in præſenti. ¶ Sed contrà eſt quod ſuprà 4. dictum eſt, Sed neq; meipſum iudico. Et Roma. 14. dicitur, Beatus qui non iudicat ſemetipſum. ¶ Sed dicendũ eſt ꝙ aliquis poteſt ſeipſum iudicare tripliciter. Vno modo diſcutiendo, & ſic aliquis debet iudicare ſeipſum, & quantũ ad opera præterita, & quantũ ad futura, ſecundũ illud Gala. vlti. Opus ſuum probet vnuſquiſq;. Alio modo ſentẽtialiter ſeipſum abſoluendo quaſi iudicãdo ſe innocentem quantũ ad præterita, & ſecundum hoc nullus debet iudicare ſeipſum, vt. ſ. ſe innocẽtem iudicet, ſecundũ illud Iob 9, Si iuſtificare me voluero, os meũ condẽnabit me. Si innocentẽ me oſtendero, prauum me cõprobabit. Tertio modo reprehendendo, vt ſcilicet faciat aliquid quod ipſe iudicat eſſe malũ. Et hoc modo intelligitur quod inductum eſt, Beatus eſt qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat. Sed quantum ad ea quæ iam fecit, debet quilibet ſeipſum iudicare, reprehendendo & puniendo pro maleficiis. Vnde dicitur Iob 13, Vias meas in con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpectu eius arguam & 23. Ponam corã eo iudiciũ,& os meum replebo increpationibus. Et de hoc iudicio Augu.dicit in lib.de pœnitentia,& inducitur hîc in glo.Verſetur ante oculos noſtros imago futuri iudicii, & aſcendat homo aduerſum ſe ante faciem ſuam:atq; conſtituto in corde iudicio aſsit accuſans cogitatio & teſtis conſcientia & carnifex cor.Inde quidẽ ſanguis animi cõfitentis per lachrymas profluat,poſtremò ab ipſa mente talis ſententia proferatur,vt ſe indignum homo iudicet participem corporis & ſanguinis domini. ¶ Deinde cùm dicit[Cùm iudicamur autẽ,&c.]Ponit cauſam quæ eſt ex parte dei,dicens,Cùm iudicamur autẽ à domino.i.in hoc mundo punimur.Corripimur.i.hoc fit ad correctionem noſtrã,dum.ſ. quilibet propter pœnã quam ſuſtinuit à peccato recedat.Vnde & Iob 5.dicitur,Beatus vir qui corripitur à domino.Et Prouer.3,Quem diligit dominus,corripit. Vel etiam dum per pœnã vnius,alius peccare deſiſtit. Prouerb.19,Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit,& hoc ideo vt non damnemur æterna damnatione in futuro cum hoc mundo.i.cum hominibus mundanis, ¶ Deinde cùm dicit [Itaq; fratres mei,&c.]reducit eos ad debitã obſeruantiã:& primò ponitur id quod nunc ordinat.Secundò ponitur promiſsio de ordinatione futura,ibi[Cætera autẽ.]Circa primum tria facit.Primò ponit ordinationẽ ſuam,dicens[Itaq; fratres mei,&c.]Ne vnuſquiſq; cœnã ſuam præſumat ad manducandũ,cùm conuenitis.ſ. in eccleſia ad manducandũ.ſ.corpus Chriſti,inuicem expectate,vt.ſ.ſimul omnes ſumatis.Vnde & Exod.12.dicitur,Immolabit hedum multitudo filiorum Iſrael.Secundò excludit excuſationem,dicens[Si quis autem eſurit,&c.] Et non poteſt tantum expectare,domi manducet.ſ.cõmunes cibos,poſtmodum euchariſtiam nõ ſumpturus. Eccle.36,Omnem eſcam manducabit venter.Tertiò rationem aſsignat,dicens [Vt non conueniatis]ſcilicet,ad ſumendum corpus Chriſti,in iudicicium,id eſt,in veſtram condẽnationem. ¶ Deinde ponitur promiſsio,cùm dicit[Cætera].ſ.quæ non ſunt tanti periculi,cùm venero præſentialiter diſponã, qualiter.ſ. ea conſeruare debeatis.Ex quo patet q̃ eccleſia multa habet ex diſpoſitione apoſtolorũ, quæ in ſacra ſcriptura non continentur.Eccle.10, Ciuitates inhabitabuntur.i.eccleſiæ diſponentur per ſenſum prudentiũ,ſcilicet,apoſtolorum.

Multa ſunt i eccleſia ex traditione apoſtolorũ quæ nõ ſũt i ſacris ſcripturis. Hoc 12.c. 13.& 14. Inſtruit de ſpiritualibꝰ donis & gratiis. In iſto quidem de gratiis gratis datis in vtilitatẽ eccleſiæ ſub analogia corporis naturalis diuerſa membra diuerſorũ officiorũ habẽtis: et hîc ſuã proponit intentionẽ, eãdẽ ꝓſequitur oſtendendo neceſsitatẽ gratiarũ,et earundẽ diſtributionẽ.

Caput 12.

De ſpiritualibus autẽ nolo uos ignorare fratres.Scitis autem quoniã cùm gentes eſſetis,ad ſimulachra muta prout ducebamini,euntes.Ideo notũ uobis facio,q̃ nemo in ſpiritu dei loquẽs,dicit Anathema Ieſu.Et nemo poteſt dicere, dominus Ieſus,niſi in ſpiritu ſancto.Diuiſiones uerò gratiarũ ſunt,idem autẽ ſpiritus.Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus.Et diuiſiones operationum ſunt,idem uerò deus,qui operatur omnia in omnibus.

¶ Poſtquam Apoſtolus proſecutus eſt de tribus ſacramẽtis, ſcilicet,baptiſmo,matrimonio,& eucharistia: hîc incipit determinare de his quæ pertinent ad rem ſacramentorũ.Eſt autem duplex res ſacramenti. Vna ſignificata & contenta.ſ.gloria reſurrectionis quæ in fine expectatur.Primò ergo agit de donis gratiarum. Secundò de gloria reſurrectionis.15.cap.ibi[Notum autem vobis facio,&c.]Circa primum agit de gratiis gratis datis.Secundò præfert omnibus his charitatem quæ pertinet ad gratiam gratum facientem. 13. cap. ibi[Si linguis hominum,&c.]Tertiò cõparat gratias datas adinuicem.14.capi. ibi [Sectamini charitatem, &c.]Circa primum duo facit.Primò principaliter exponit quid intendat,dicens, Dixi q̃ cætera quæ pertinent ad vſum ſacramentorũ cùm venero diſponam.Sed quædam ſtatim vobis tradere oportet , & hoc eſt quod dicit[De ſpiritualibus autem]id eſt,de donis gratiarũ quæ ſunt à ſpiritu ſancto,ô fratres, nolo vos ignorare.Eſt enim maximum genus ingratitudinis ignorare beneficia accepta:vt Seneca dicit in lib. de beneficiis:& ideo vt homo non ſit deo ingratus,non debet ſpirituales gratias ignorare.Suprà 2,Spiritũ accepimus qui ex deo eſt vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis.Eſa.5,Propterea captiuus ductus eſt populus meus,quia non habuit ſcientiam,ſcilicet,ſpiritualium. ¶ Secundò,ibi[Scitis quoniã cùm gentes,&c.]Proſequitur ſuam intentionem:& primò oſtendit ſpiritualiũ gratiarum neceſsitatem. Secundò ponit gratiarũ diſtributionem, ibi [Diuiſiones verò,&c.] Neceſsitas autẽ alicuius rei maximè cognoſcitur ex defectu ipſius.Vnde circa primum duo facit.Primò ponit defectũ quem patiebantur ante ſuſceptam gratiam.Secundò concludit gratiæ neceſsitatem,ibi[Ideo notũ vobis,&c.]Dicit ergo primò.Scitis quaſi experti, quoniã cum gẽtes eſſetis,id eſt,gentiliter viuentes,nondũ ſuſcepta gratia per baptiſmum.Gal.2,Nos enim natura Iudæi non ex gẽtibus peccatores.Eph.4,Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui. Eratis euntes quaſi prõpta mente & aſsiduè,ſecundũ illud Hiere.8,Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum quaſi æquus impetu vadens in prælium.Prouerb.1,Pedes eorum ad malum currunt.[Ad ſimulachra muta]ſcilicet,adorãda & colenda,ſecundũ illud Pſal.Os habent & non loquentur. Et ponit ſpecialiter in eis defectũ locutionis , quia locutio eſt proprius effectus cognitionis:vnde oſtenditur non intelligere ſimulachra,& per conſequens nihil diuinitatis habere ſi ſunt muta.Et hoc prout ducebamini.i.ſine aliqua reſiſtentia. Ducebantur autẽ vel allecti ex pulchritudine ſimulachrorum.Vnde dicitur in epiſtola Hier.Videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos,videte ne metus vos capiat in ipſis.Aut etiã ex imperio alicuius principis,ſicut legitur Dan.3, Quòd Nabuchodonoſor cogebat homines adorare ſtatuam auream,& ſecundi Machab.6.dicitur de quibuſdã quòd ducebantur cum amara neceſsitate in die natalis regis ad ſacrificia. Vel etiam inſtinctu dæmonum qui ad hoc præcipuè anhelant vt diuinus cultus eis exhibeatur,ſecundũ illud Matthæi 4, Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adorabueris me.Ibant ergo ad idola colenda prout ducebantur,id eſt,ſine aliqua reſiſtentia, ſicut de iuuene etiam vecorde dicitur Prouerb. 7, Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam. Per hoc ergo apparet quòd homo ante ſuſceptam gratiam promptè currit in peccatum ſine reſiſtentia.Specialiter autem facit mentionem de peccato idolatriæ propter tria. Primò quidem, quia hoc eſt peccatum grauiſsimum introducere alium deum,ſicut grauiſsimè peccaret cõtra regem,qui alium regem in regnum eius introduceret.Vnde dicitur Iob 31,Si vidi ſolem cùm fulgeret,& lunam incedentem clarè,& oſculatus ſum manũ meam,ſcilicet,quaſi cultor ſolis & lunæ,quæ eſt iniquitas maxima & negatio contra deum altiſſimum.Secundò quia à peccato idolatriæ omnia alia peccata oriebantur, ſecundum illud Sapient.14, Nephandorum idolorũ cultura omnis mali cauſa eſt. Tertiò quia hoc pecetum apud gentiles cõmune erat, & non reputabatur.Vnde in Pſal.dicitur,Omnes dii gentium dæmonia.Eſt autem conſiderandũ quòd quidam dixerunt hominẽ in peccato mortali exiſtentẽ ſine gratia quadã non poſſe à peccato cui ſubiacet,libe

rari:quia remiſsio peccatorum non fit niſi per gratiã,ſecundũ illud Ro.3,Iuſtificati per gratiam eius: poſſe autem ſe præſeruare à peccato mortali ſine gratia per liberum arbitrium.Sed hæc poſitio nõ videtur vera. Primò quidem,quia non poteſt aliquis ſe à peccato mortali præſeruare niſi omnia legis præcepta ſeruãdo: cùm nullus mortaliter peccet niſi trãſgrediendo aliquod legis prçceptũ:& ita poſſet aliquis obſeruare omnia legis præcepta ſine gratia,quod eſt hæreſis Pelagiana.Secũdò,quia charitatem per quã deus diligitur ſu per omnia,nullus poteſt habere ſine gratia,ſecundũ illud Ro.5,Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.Non poteſt autẽ eſſe q̃ homo omnia peccata declinet niſi deũ ſu per omnia diligat:ſicut illud magis contẽnitur,quod minus diligitur.Poterit ergo eſſe per aliquod tempus q̃ ille qui caret gratia,à peccato abſtinebit quouſq; occurrat illud propter quod dei prçceptum contẽnet à quo ducitur ad peccandum: ſignãter autem Apoſtolus dicit,prout ducebamini. ¶ Deinde cùm dicit[Ideo notum vobis facio,&c.]Concludit duos effectus gratiæ, quorũ primus eſt quòd facit abſtinere à peccato. Secundus eſt quòd facit operari bonũ & hoc ponit,ibi[Et nemo poteſt,&c.]Dicit ergo primò ex quo quãdo ſine gratia eratis,prõptè ad peccãdum currebatis.Ideo notum vobis facio q̃ ſi gratiam habuiſſetis, hoc vobis non contigiſſet.Nemo enim in ſpiritu dei,&c.i.per ſpiritum dei loquens dicit,Anathema Ieſu,&c.i. blaſphemia contra Ieſum,ſecundum illud Ioan.4,Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum,ex deo non eſt. ¶ Notandum q̃ ſuprà poſuit grauiſsimum peccatũ quod eſt blaſphemia,quod per gratiam declinatur,vt de aliis minoribus peccatis intelligatur.Poteſt autẽ per hoc quod dicitur,Anathema Ieſu intelligi quodlibet peccatum mortale.Anathema enim ſeparationem ſignificat. Dicitur ab Ana quod eſt ſurſum, & theſis quod eſt poſitio,quaſi ſurſum poſitum,quia olim res quæ ab vſu hominum ſeparabantur,ſuſpendebãtur in templis vel in locis publicis.Omne autẽ peccatum mortale ſeparat à Ieſu,ſecũdum illud Eſa.59,Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos,& deum veſtrũ.Quicunq; ergo mortaliter peccat,dicit corde vel ore,Anathema.i.ſeparationem à Ieſu.Nemo ergo in ſpiritu dei loquens,dicit Anathema Ieſu,quia nullus per ſpiritũ dei peccat mortaliter,quia vt dicitur Sapient.1,Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, ſed ſecundũ hoc videtur q̃ quicunq; habet ſpiritum ſanctum non poſsit peccare mortaliter:quia etiam dicitur 1.Ioan.3,Omnis qui natus eſt ex deo peccatum non facit,quoniam ſemen ipſius in eo manet. ¶ Sed dicendum eſt q̃ quantum eſt ex ſpiritu dei,homo non facit peccatum,ſed magis à peccato retrahitur,poteſt tamen peccatum facere ex defectu voluntatis humanę quę ſpirituiſancto reſiſtit,ſecundũ illud Act.7,Vos autem ſemper ſpirituiſancto reſtitiſtis.Non enim per ſpiritũ ſanctum inhabitantem tollitur facultas peccandi à libero arbitrio totaliter in vita præſenti,& ideo ſignanter Apoſtolus nõ dixit,Nemo ſpiritum dei habens, ſed nemo in ſpiritu dei loquens. ¶ Deinde cùm dicit[Et nemo poteſt,&c.] Ponit ſecundum effectum gratiæ.ſ.q̃ ſine ea homo nõ poteſt bonum operari.Dicit ergo.Et nemo poteſt dicere q̃ Ieſus eſt dominus niſi in ſpiritu ſancto. ¶ Cõtra quod videtur eſſe,quia per ſpiritum ſanctum homo introducitur in regnum cælorum, ſecundum illud Pſal.Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam.Dominus autem dicit Mat.7,Non omnis qui dicit,domine domine,intrabit in regnũ cælorum.Non omnis ergo qui dicit,dominum Ieſum,dicit hoc in ſpiritu ſancto. ¶ Dicendum eſt autem q̃ dicere aliquid in ſpiritu ſancto poteſt intelligi dupliciter. Vno modo in ſpiritu ſancto mouente,ſed nõ habito. Mouet enim ſpiritus ſanctus corpora aliquorũ ad loquendum quos non inhabitat,ſicut legitur Ioã.11,Quòd Caiphas hoc quod de vtilitate mortis Chriſti prędixerat,à ſemetipſo nõ dixit,ſed per ſpiritum prophetiæ.Balaam etiã multa vera prędixit motus à ſpiritu ſancto, vt legitur Nume.23.& 24,Licet eum non haberet. Secundum hoc ergo intelligendũ eſt q̃ nullus poteſt dicere quodcũq; verũ,niſi à ſpiritu ſancto motus,qui eſt ſpiritus veritatis, de quo dicitur Io.16,Cùm autẽ venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnẽ veritatem.Vnde & in glo.Ambr.dicit,Omne verũ à quocunque dicatur,à ſpiritu ſancto eſt.Et ſpecialiter in illis quæ ſunt fidei quę per ſpecialem reuelationem ſpiritus ſancti ſunt habita,inter quæ eſt q̃ Ieſus ſit omnium dominus. Vnde Act,4.dicitur, Certiſimè ſciat omnis domus Iſrael,quia deus fecit hũc dominũ Ieſum quẽ vos crucifixiſtis.Alio modo loquitur aliquis in ſpiritu ſancto mouente & habito. Et ſecundũ hoc etiã poteſt verificari quod hic dicitur,ita tamẽ q̃ dicere accipiatur non ſolùm ore,ſed etiam corde & opere.Dicitur enim aliquid corde,ſecundũ illud Pſal.Dixit inſipiens in corde ſuo,non eſt deus.Dicitur etiã aliquid opere,inquãtum exteriori opere aliquis ſuum conceptũ manifeſtat.Nemo ergo niſi habendo ſpiritum ſanctũ poteſt dicere,Ieſum dominum,ita.ſ.quòd nõ ſolùm hoc ore cõfiteatur,ſed etiã corde reuereatur ipſum vt dominum,& opere obediat ipſi quaſi domino. Sic igitur ex verbis præmiſsis tria circa gratiam cõſiderare poſſumus.Primò q̃ ſine ea peccatum homo vitare nõ poteſt,ſecundũ illud Pſal.Niſi quia dominus adiuuit me,paulominus in inferno habitaſſet anima mea.Secundò q̃ per eam vitatur peccatum,ſecundũ illud 1.Io.3,Qui natus eſt ex deo,nõ peccat.Tertiò q̃ ſine ea non poteſt homo bonum facere,ſecundũ illud Io.15,Sine me nihil poteſtis facere. ¶ Deinde cùm dicit [Diuiſiones verò,&c.]Incipit diſtinguere gratias gratis datas,& primò diſtinguit eas in generali.Secũdò manifeſtat in ſpeciali,ibi[Vnicuiq; autem datur,&c.] In his autem quæ per gratiã ſpirituſſancti conferuntur,tria oportet conſiderare.Primò quidẽ facultatem hominum ad operandum,ſecundò authoritatem,tertio executionem vtriuſq;.Facultas quidem habetur per donum gratiæ,puta, per prophetiã,vel poteſtatem faciendi miracula aut per aliquid huiuſmodi:authoritas autẽ habetur per aliquod miniſteriũ,puta,per apoſtolatũ vel aliquid huiuſmodi.Executio autẽ pertinet ad operationem.Primò ergo diſtinguit gratias. Secundò miniſteria.Tertiò operationes. Quantum ergo ad primum,dicit,Oſtendi neceſsitatem gratiæ quæ tamen nõ totaliter aduenit omnibus niſi Chriſto cui datus eſt ſpiritus non ad menſurã,vt dicitur Io.3.ſed quantum ad alios ſunt diuiſiones gratiarum,quia quidã abundant in vna,quidã in alia. Sicut enim in corpore naturali caput habet omnes ſenſus,non autẽ alia membra,ita in eccleſia ſolus Chriſtus habet omnes gratias,quæ in aliis mẽbris diuidũtur,quod ſignificatur Geñ.12.Vbi dicitur q̃ fluuius.ſ.gratiarũ egrediebatur ad irrigãdum paradiſum,qui inde diuiditur in quatuor capita.Et Mat.25.dicitur,Et q̃ vni dedit quinq; talẽta , alii duo,alii vnũ.Et quãuis dona gratiarũ ſint diuerſa quæ à diuerſis habẽtur,nõ tamẽ procedũt à diuerſis actoribus,ſicut ponebãt gẽtiles qui ſapientiã attribuebãt Mineruæ,locutionẽ Mercurio,& ſic de aliis.Ad quod

excludendum subdit,Idem autẽ spiritus.s.sanctus qui est actor omnium gratiarum.Ephe.4,Vnum corpus & vnus spiritus.Et sapiẽ.7,Est spiritus vnus & multiplex.Vnus in substantia,multiplex in gratiis. ¶ Deinde ponit distinctiones ministrationũ,dicens[Et diuisiones ministrationũ sunt].i.diuersa ministeria & officia requiruntur ad gubernationẽ ecclesiæ.Prælati enim ecclesię ministri dicũtur.Suprà 4,Sic nos existimet homo vt ministros Christi:pertinet autẽ ad decorem & perfectionem ecclesiæ, vt in ea diuersa ministeria sint quæ significantur per ordines ministrantiũ,quod mirabatur regina Sabba in domo Salomonis, vt legitur 3.Reg.10,Omnes tamen vni domino seruiunt.Vnde subditur,Idem autẽ dominus,suprà 8,Nobis vnus dominus Iesus Christus per quem omnia. ¶ Deinde ponit distinctionẽ operationum,dicẽs [Et diuisiones operationum sunt]quibus aliquis in seipso bonũ operatur,sicut per ministrationes ad proximum.Psal.Exibit homo ad opus suum.s.sibi propriũ.Eccle.33,Immutauit.i.distinxit vias.i.operationes eorũ,quæ tamen omnes procedunt ab vno principio . Vnde subdit,Idem verò deus qui operatur omnia , sicut prima causa creans omnes operationes.Ne tamen aliæ causæ videantur esse superfluę,subdit,in omnibus,quia in causis secundariis prima causa operatur.Esa.26,Omnia opera nostra operatus es in nobis.Et notandum q̃ Apostol⁹ valde cõgruè gratias attribuit spiritui qui est amor:quia ex amore procedit q̃ aliquid gratis detur ministerii à domino cui ministratur,operationes deo sicut primæ causæ mouenti.Et quòd dicit,spiritus,potest referri ad personam spiritus sancti. Quòd dicit,dominus,ad personam filii:q̃ dicit,deus,ad personã patris. Vel hæc tria possunt attribui spiritui sancto qui est dominus deus. Lectio 2.

VNicuiq; autem datur manifestatio spiritus,ad utilitatem:Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ:alij autẽ sermo sapientiæ,secundum eundem spiritum:alteri fides in eodem spiritu:alij gratia sanitatum in uno spiritu: alij operatio uirtutum:alij prophetia:alij discretio spirituum:alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hæc autẽ omnia operatur unus atque idem spiritus,diuidens singulis prout uult.

¶ Posita in generali distinctione gratiarũ & ministrationum,& operationum,hîc manifestat ea quę dixerat in speciali.& primò quantũ ad diuisionem gratiarum.Secundò quantum ad diuisionem ministrationũ,ibi [Et quosdam quidẽ posuit deus,&c.]Circa primum duo facit.Primò ponit distinctionem gratiarũ in speciali.Secundò adhibet similitudinẽ,ibi[Sicut enim corpus,&c.]Circa primũ tria facit. Primò ponit conditionem gratiarũ gratis datarum.Secundò ponit earum distinctionẽ,ibi[Alii quidẽ datur,&c.]Tertiò describit earum actionẽ,ibi[Hæc autẽ omnia,&c.]Dicit ergo primò,dictũ est q̃ sunt diuisiones gratiarum.Vnicuiq; autẽ datur in quo designatur earum subiectum. Sicut enim nullum mẽbrum est in corpore quod nõ participet aliquo modo sensum vel motum à capite:ita nullus est in ecclesia qui nõ aliquid de gratiis spiritussanctiparticipet,secundũ illud Mat.25,Dedit vnicuiq; secundum propriã virtutem.Et Ephe.4,Vnicuique nostrum data est gratia.Manifestatio spiritus,in quo designatur officiũ gratiæ gratis datæ.Pertinet autem ad gratiam gratũ facientem q̃ per eam spiritus sanctus inhabitet,quod quidem non pertinet ad gratiã gratis datam,sed solùm vt per eam spiritus sanctus manifestetur: sicut interior motus cordis per vocẽ.Vnde Ioan.3.dicitur,Vocem eius audis.Et in Psal.dicitur,Notum fecit dominus salutare suũ.Manifestatur autem per huiusmodi gratias spiritus sancti dupliciter.Vno modo vt inhabitans ecclesiam & docens & sanctificans eam,putà cùm aliquis peccator quem nõ inhabitat spiritus sanctus faciat miracula ad ostendendũ q̃ fides ecclesiæ quam ipse prædicat,sit vera.Vnde dicitur Heb.2,Cõtestante deo signis & prodigiis & variis spiritussancti distributionibus . Alio modo manifestatur per huiusmodi gratia spiritussancti,vt inhabitans eum cui tales gratiæ conceduntur.Vnde dicitur Act.6, q̃ Stephanus plenus gratia faciebat prodigia & signa multa,quem spiritu sancto plenum elegerunt, sic autẽ non conceduntur huiusmodi gratiæ nisi sanctis. Et ne huiusmodi manifestatio vana videatur,subdit,Ad vtilitatem.s.cõmunem.In quo designatur finis harum,& hoc vel dum probatur vera doctrina ecclesiæ,& sic fideles confirmãtur & infideles cõuertũtur. Vel dum sanctitas alicuius proponitur aliis in exẽplum.Vnde & infrà 14,Ad ædificationem ecclesię quæritę vt abundetis.Et suprà 10,Non quærens quod mihi vtile est,sed quod multis vt salui fiant. ¶ Deinde cùm dicit[Alii quidem,&c.]Ponit distinctionem gratiarũ,quę quidem,vt dictũ est,dantur ad vtilitatẽ communẽ. Et ideo oportet earũ distinctionem accipere secundũ q̃ per vnum , potest aliorum salus procurari. Quod quidem homo nõ potest facere interius operando,hoc enim solius dei est,sed solùm exterius persuadendo. Ad quod quidẽ tria requiruntur.Primò quidem facultas persuadendi:secundò facultas persuasionem cõfirmandi:tertiò persuasionẽ intelligibiliter proponendi.Ad facultatem autẽ persuadendi,requiritur q̃ homo habeat peritiam conclusionũ & certitudinem principiorum,circa ea in quibus debemus persuadere.Conclusiones autẽ in his quæ pertinent ad salutem,quædam sunt principales.s.res diuinæ & ad hoc pertinet sapientia quæ est cognitio diuinarũ rerum,vt Aug.dicit 13.de trinitate:& quãtum ad hoc dicitur, Alii quidẽ datur per spiritum.s.sanctum,sermo sapientiæ vt possit persuadere ea quæ ad cognitionẽ diuinorum pertinent.Luc.21,Ego dabo vobis os & sapientiã cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri.suprà 2,Sapientiã loquimur inter perfectos. Secundariæ cõclusiones sunt quæ pertinẽt ad noritiam creaturarum,quarũ cognitio dicitur scientia,secundũ Aug.ibidem.Et quantum ad hoc subdit, Alii autẽ.s. datur sermo scientiæ secundum eundẽ spiritum,vt.s.per creaturas ea quę sunt dei,manifestare possit.Huic enim scientiæ attribuitur illud quo pia fides defenditur & roboratur: non autem quicquid curiositatis in humanis scientiis inuenitur,vt.Aug.ibidem dicit Sapien.10,Dedit illi scientiã sanctorum. Esa.33, Diuitiæ salutis sapientia & scientia.Est tamen notandum q̃ sapientia & scientia inter septẽ dona spiritus sancti cõputãtur,sicut habetur Esa.11.Vnde Apostolus signãter inter gratias gratis datas nõ ponit sapientiã & scientiam,sed sermonem sapientiæ & scientiæ quæ pertinent ad hoc,vt homo aliis persuadere valeat per sermonem ea quæ sunt sapientiæ & scientiæ.Principia autẽ doctrinæ salutis,sunt articuli fidei:& ideo quãtum ad hoc subditur,Alteri.s.datur fides in eodẽ spiritu:non autẽ hîc accipitur pro fidei virtute,quia hoc cõmune est omnibus mẽbris Christi,secũdum illud Heb.11,Sine fide impossibile est placere deo.Sed accipitur pro fermone fidei,prout.s.homo potest rectè proponere ea quæ fidei sunt,vel pro certitudine fidei quã aliquis habet excellenter,secundum illud Mat.15,Mulier,magna est fides tua.Ea verò quæ pertinent ad salutarem

doctrinam non possunt confirmari seu probari ratione,quia rationem humanã excedunt , secundum illud Eccl.3,Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi.Confirmantur seu probantur signo diuino,vnde& Moyses mittendus ad populũ Israel signum accepit à deo per quod confirmaret ea quæ ex parte dei dicebat,vt patet Exod.4,Sicut & signo regio confirmatur q̃ aliquid sit de mãdato regis. Signũ autem dei sumitur vno quidẽ modo ab eo qđ solus deus facere potest.Sicut sunt miracula quę Apostolus hîc in duo distinguit.Nam primò dicit,alii.s.datur gratia sanitatum.i.per quã alicuius possit sanare infirmitatẽ in vno.s. & eodem spiritu.Hier.17,Sana me domine & sanabor.Ex his enim persuadetur aliquis nõ solùm propter magnitudinem facti,sed etiã propter beneficium.Secũdò autem dicit,alii datur operatio virtutũ ex quibus aliquis persuadetur solùm propter magnitudinẽ facti,puta cùm mare diuiditur,vt legitur Exod.14. Vel q̃ sol & luna stetit in cęlo,sicut legitur Iosue 10.Gal.3,Quis tribuit nobis spiritũ & operatur virtutes in nobis.Alio autẽ modo accipitur signũ diuinũ ab eo quod solus deus cognoscere potest. Hoc autẽ est vel futurum cõtingens,secundum illud Esa.41,Annuntiate quæ vẽtura sunt & sciemus quia dii estis vos. Et quãtum ad hoc dicit.Alii.s.datur prophetia quæ est diuina reuelatio inter euentus immobili veritate denuntians.Ioel.2,Effundã de spiritu meo super omnem carnem,& prophetabunt filii vestri.Aliud autem est cognitio humani cordis,secundũ illud Hier.17, Prauum est cor hominis & inscrutabile quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda & probans renes.Et quantũ ad hoc,subdit, Alii discretio spirituũ,vt.s.homo discernere possit,quo spiritu aliquis moueatur ad loquendũ vel operandum,puta vtrum spiritu charitatis vel spiritu inuidiæ.1.Ioan.4,Nolite credere omni spiritui,sed probate spiritus si ex deo sunt.Facultas autẽ persuasionem pronuntiandi cõsistit in hoc q̃ homo possit loqui intelligibiliter aliis.Quod quidẽ impeditur dupliciter.Vno modo per diuersitatẽ idiomatum.Contra quod remedium adhibetur per hoc quod dicit,Alii.s.datur gratia linguarũ,vt.s.possit loqui diuersis linguis vt intelligatur ab omnib⁹,sicut de apostolis legitur Act.2,Quòd loquebantur variis linguis.Alio modo per obscuritatem scripturæ inducendæ.Cõtra quod remediũ datur per id quod subditur.Alii interpretatio sermonũ.i.difficilium scripturarũ.Dan.5, Audiui de te q̃ possis obscura interpretari.Gene.40,Nunquid non dei est interpretatio ? ¶ Deinde cùm dicit[Hæc autem omnia,&c.]Determinat authorem prędictarũ gratiarum.Circa quod tres errores excludit.Primò quidem gentilium attribuentium diuersa dona diuersis diis.Contra quod dicit.Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus.Eph.4,Vnum corpus & vnus spiritus. Secundò errorem eorum qui deo attribuebãt solùm vniuersalem prouidentiam rerum,ponentes q̃ distinctiones particularium fiunt solùm per causas secundas.Contra quod subditur,Diuidens singulis prout vult.Eccl.33,In multitudine disciplinæ domini separauit eos.Tertiò excludit errorem eorum qui diuersitatem gratiarum attribuebãt vel fato:vel humano merito,& non solùm voluntati diuinę,sicut Macedonii qui dicebant spiritum sanctum esse ministerium patris & filii,& hoc excludit per hoc quod subdit,Prout vult.Ioan.3, Spiritus vbi vult spirat.

Lectio 3.

SIcut enim corpus unum est,& mẽbra habet multa,omnia autẽ membra corporis cùm sint multa,unũ tamen corpus sunt:ita & Christus.Etenim in uno spiritu omnes nos in unũ corpus baptizati sumus,siue Iudæi,siue Gentiles, siue serui,siue liberi,& omnes in uno spiritu potati sumus.Nam & corpus nõ est unum mẽbrum,sed multa. Si dixerit pes, quoniã non sum manus,nõ sum de corpore?: non ideò non est de corpore?Et si dixerit auris,quoniã non sum oculus non sum de corpore:non ideo est de corpore?Si totũ corpus oculus,ubi auditus?Si totum auditus,ubi odoratus? Nunc autẽ posuit deus mẽbra, unumquodq; eorũ in corpore sicut uoluit:quod si essent omnia unum mẽbrum,ubi corpus? Nunc autem multa quidẽ membra:unum autẽ corpus.Non potest autẽ oculus dicere manui,opera tua nõ indigeo:aut iterũ caput, pedibus:nõ estis mihi necessarij.Sed multò magis quæ uidẽtur mẽbra corporis infirmiora esse,necessariora sunt:& quæ putamus ignobiliora mẽbra esse corporis,his honorem abundantiorẽ circũdamus.Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent,Honesta autẽ nostra nullius egent:Sed deus tẽperauit corpus ei cui deerat abundantiorẽ tribuẽdo honorẽ,ut non sit scisma in corpore,sed in idipsum pro inuicẽ solicita sint mẽbra.Et si quid patitur unum membrum: cõpatiuntur omnia mẽbra.Siue gloriatur unum mẽbrum,congaudent omnia mẽbra.Vos autem estis corpus Christi,& membra de membro.Et quosdã quidem posuit deus in ecclesia,primò apostolos,secundò prophetas,tertiò doctores,deinde uirtutes,exinde gratias curationum,opitulationes,gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? AEmulamini autem charismata meliora: & adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro.

Manifestatur diuisio gratiarum per similitudinẽ ad corp⁹naturale et distinctio administrationũ i quibus mẽbra ecclesiæ distinguũtur.

¶ Posita distinctione gratiarũ,hîc manifestat eam per similitudinẽ corporis naturalis. Et primò ponit similitudinẽ in generali.Secũdò exẽplificat eam in speciali,ibi[Nam & corpus,&c.] Circa primũ duo facit. Primò ponitur similitudo.Secundò similitudinis adaptatio, ibi[Ita & Christus,&c.]Circa primum cõsiderandũ est q̃ sicut dicitur in 5.Meta.tripliciter dicitur aliquid vnũ per se.Vno modo indiuisibilitate,vt vnitas & punctum,secundũ quem modum vnitas excludit totaliter multitudinem,nõ solùm actualem,sed etiã potentialem.Alio modo dicitur vnum cõtinuitate,vt linea & superficies,quę quidem vnitas excludit multitudinem actualem,sed nõ potentialem.Tertio modo integritate quæ non excludit multitudinem neq; potentialem,neq; actualem:sicut domus est vna quæ constituitur ex diuersis lapidibus & lignis.Et eodem modo corpus hominis aut cuiuslibet animalis est vnum,quia eius perfectio integratur ex diuersis membris,sicut ex diuersis animæ instrumẽtis.Vnde & anima dicitur esse actus corporis organici.i. ex diuersis organis cõstituti.Proponit ergo primò Apostolus q̃ vnitas corporis mẽbrorum multitudinẽ non excludit, dicens q̃ sicut corpus vnum est,& multa mẽbra habet.Vnde & Ro.12.dicitur,In vno corpore multa mẽbra habemus.Item proponit quod multitudo membrorũ nõ tollit corporis vnitatem. Vnde subdit, Omnia autem membra corporis cùm sint multa,nihilominus vnũ corpus sunt,quod ex omnibus perficitur. Vnde & Iob 10.dicitur,Pelle & carne vestisti me,ossibus & neruis cõpegisti me. ¶ Deinde cùm dicit[Ita & Christus, &c.]Ponitur adaptatio similitudinis.Et primò adaptat similitudinem,dicens,Ita & Christus.s.est vnus,secundum illud suprà 8,Vnus dominus noster Iesus per quẽ omnia. Et tamen multa & diuersa habet mem-

bra.ſ.omnes fideles,ſecundum illud Roma.12,Multi enim corpus ſumus in Chriſto. Secundò ponitur ratio adaptationis.Vbi ponitur duplex ratio diſtinctionis.Vna quidē ratio vnitatis eſt ſpiritus ſanctus, ſecundum iſtud Ephe.4,Vnum corpus & vnus ſpiritus.Sed per virtutē ſpirituſſancti duplex beneficium conſequimur.Primò quidem,quia per ipſum regeneramur,ſecundū illud Io.3,Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto.Vnde dicit,Et enim in vno ſpiritu.ſ.Pervirtutem vnius ſpirituſſancti.Omnes nos qui ſumus membra Chriſti,ſumus baptizati in vnum corpus.i.in vnitatem eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti, ſecūdum illud Ephe.1,Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam,quæ eſt corpus eius.Et Gal.3,Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.Secundò per ſpiritum ſanctum reficimur ad ſalutem. Vnde ſubdit, Et omnes potati ſumus in vno ſpiritu.i.per virtutē vnius ſpiritus ſancti.Poteſt autē hic potus intelligi dupliciter.Vno modo de interno refrigerio quod ſpiritus ſanctus cordi humano prebet extinguēdo ſitim carnalium deſideriorū,& concupiſcentiarū.Vnde Eccl.15,Aqua ſalutaris ſapientiæ potauit eum.Et Io.7,Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.Alio modo poteſt intelligi de potu ſacramentali, qui per ſpiritum ſacratur,ſuprà 10,Omnes eundem potum ſpiritualem biberūt.Interponitur autem duplex ratio diuerſitatis. Vna ex parte ritus cùm dicit,Siue Iudæi,ſiue Gentiles,&c.Alia ex parte conditionis cùm dicit.Siue ſerui,ſiue liberi.Nulla enim huiuſmodi diuerſitas impedit vnitatem corporis Chriſti.Vnde Gala.3.dicitur, Non eſt Iudæus,neq; Græcus:non eſt ſeruus,neque liber:vnum enim eſtis in Chriſto Ieſu. ¶Deinde cùm dicit [Nam & corpus]explicat ſimilitudinem in ſpeciali. Et primò deſcribit conditionem corporis naturalis & membrorum ipſius.Secūdò adaptat ad corpus myſticum Chriſti,ibi[Vos autem eſtis,&c.]Circa primum duo facit.Primò deſcribit integritatē corporis naturalis.Secundò habitudinem mēbrorum adinuicem, ibi [Non poteſt autem oculus dicere,&c.]Circa primū tria facit.Primò proponit quod intēdit. Secundò manifeſtat explicando,ibi [Si dixerit pes,&c.] Tertiò probat ducēdo ad inconueniens,ibi[Si totum corpus, oculus,&c.]Dicit ergo primò.Dictum eſt ꝙ omnes nos in vnum corpus myſticum baptizati ſumus,quod repreſentat ſimilitudo corporis naturalis.Nam corpus naturale hominis non eſt vnum membrum,ſed multa:quia.ſ.eius perfectio non ſaluatur in vno mēbro,ſed integratur ex multis quæ neceſſe habent deſeruire diuerſis potentiis,& actibus animæ. Vnde & Ro. 12.dicitur, Sicut in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autem mēbra corporis non eundē actum habent,ita multi vnū corpus ſumus in Chriſto. ¶Deinde cùm dicit [Si dixerit pes,&c.] Manifeſtat quod dixerat exēplificando in membris quibuſdam.Et primò in mēbris deſeruientibus motui: & ponit duo mēbra,pedem tanq̄ ignobilius membrū,eo ꝙ caleat terrā & portat totius corporis pondus:manum autem tanq̄ membrum nobilius,eo ꝙ ipſa eſt organum organorū. Et hoc eſt quod dicit,Si dixerit pes non ſum de corpore,quoniam non ſum manus,non ideo nō eſt de corpore:quaſi dicat,perfectio corporis non tota conſiſtit in vno mēbro,quāuis nobiliori,ſed ad eius perfectionem requiruntur etiā ignobiliora.Per membra autem deſeruientia motui,deſignantur in eccleſia homines dediti vitæ actiuæ,ita ꝙ pedes ſunt ſubditi,de quibus dicitur Eze.1,Pedes eorū pedes recti: per manus autē figurantur prælati per quos alii diſponuntur.Vnde & Canti.5.dicitur,Manus illius tornatiles auræ plenæ hiacinthis.Sunt autē in eccleſia neceſſariæ non ſolùm manus.i.prælati:ſed etiā pedes.i.ſubditi.Vnde Prou. 14.dicitur,In multitudine populi dignitas regis.Secundò exemplificat de membris ſeruientibus virtuti apprehēſiuę:& ponit oculū qui deſeruit viſui:& aurē quæ deſeruit auditui.Nā iſti duo ſenſus præcipuè deſeruiunt humanæ ſapientiæ:viſus quidē quantum ad inuentionem,eo quòd plures rerum differentias oſtēdit: auditus autē quantum ad diſciplinam quæ fit per ſermonē.Horum tamē ſenſuum dignior eſt viſus quā auditus,quia & ſpiritualior eſt & plura demonſtrat,ac per hoc oculus eſt dignior aure. Dicit ergo,Et ſi dixerit auris quę eſt ignobilius mēbrum,non ſum de corpore,quia non oculus qui eſt membrum nobilius,non ideo non eſt de corpore,&c. Per mēbra ergo deſeruientia virtuti apprehenſiuæ,deſignantur in eccleſia illi qui ſtudent vitæ contemplatiuæ. Inter quos ſunt ſicut oculi,doctores qui per ſeipſos veritatem inſpiciūt. Vnde dicitur Cant.5,Oculi eius ſicut colūbæ ſuper riuos aquarum quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima. Per aures autē ſignificantur diſcipuli qui à magiſtris veritatem audiendo recipiunt.Vnde & Matt.13.dicit, qui habet aures audiendi,audiat.Sūt enim in eccleſia neceſſarii nō ſolùm doctores,ſed etiā diſcipuli. Vnde & Iob 29.dicitur,Auris audiens beatificauit me. ¶Deinde cùm dicit[Si totū corpus,&c.]Probat ducēdo ad inconueniens duplex,quorum primū eſt ſubtractio neceſſariorum à corpore,ſecundū eſt remotio integritatis corporis,ibi[Quòd ſi eſſent omnia,&c.]Circa primū duo facit.Primò ponit incōueniens,quod ſequitur,dicens,Si totum corpus eſſet oculus quod eſt membrum nobilius, vbi eſſet auditus.i.inſtrumētum audiendi,quaſi dicat,ſi in eccleſia eſſent omnes magiſtri.Vnde dicitur Iac.13, Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei.Et iterum,ſi totum corpus eſſet auditus.i. inſtrumentum audiendi, vbi eſſet odoratus, &c. Per quē poſſunt in eccleſia intelligi illi qui,& ſi nō ſint capaces verborū ſapiētiæ,percipiunt tamen quædā eius indicia à remotis quaſi odorem.Vnde & Cāti.1.dicitur,In odorem vnguentorum tuorum currimus.Secūdò aſſerit cōtrariam veritatē.ſ.ꝙ nec viſus, nec auditus corporis debet deeſſe,dicens,Nunc autem deus poſuit.i.ordinatè diſpoſuit mēbra diuerſa.Nam ſi membrorum diſtinctio ſit opus naturę,hoc tamen agit natura vt inſtrumentum diuinæ prouidentiæ.Et ideo primam cauſam diſpoſitionis membrorum aſsignans, ſubdit,Vnumquodq; eorum in corpore,quaſi dicat,Non ſic poſuit membra diuerſa , vt vnumquodq; eorū ſecundum ſe ſeparatim exiſteret,ſed vt omnia cōuenirent in vno corpore.Et ſicut voluit.Nam prima cauſa inſtitutionis rerum,eſt voluntas diuina,ſecundū illud Pſal. Omnia quæcunq; voluit fecit.ſic autem & in eccleſia diſpoſuit diuerſa officia,diuerſos ſtatus ſecundum ſuam voluntatem.Vnde & Ephe.1.dicitur,Prædeſtinati ſecundū propoſitum eius qui operatur omnia ſecundū conſilium voluntatis ſuæ. ¶Deinde cùm dicit[Quod ſi eſſet,&c.]Ducit ad aliud inconueniens quod eſt defectus integritatis corporis.Vnde primò ponit hoc inconueniens : dicens ꝙ ſi eſſent omnia vnum membrum , vbi eſſet corpus. i. vbi eſſet integritas corporalis,quaſi dicat, non eſſet. Ita ſi omnes in eccleſia vnius conditionis & gradus eſſent , tolleretur perfectio & decor eccleſiæ quæ in Pſal.deſcribitur.Circūamicta varietate. Secundò aſſerit veritatem contrariam,dicens,Nunc autem multa quidem ſunt membra, ſed vnum corpus quod ex omnibus integratur.

Sic eccleſia ex diuerſis ordinibus conſtituitur.Vnde & Cañ.6.deſcribitur,Terribilis vt caſtrorū acies ordinata. ¶Deinde cùm dicit[Non poteſt autem oculus,&c.] Ponit comparationem mēbrorum adinuicem. Et primò quantum ad neceſsitatem.Secundò quantum ad cultum membris adhibitum,ibi [Et quæ putamus,&c,]Tertiò quātum ad mutuam ſollicitudinem,ibi[Sed in idipſum,&c.]Circa primum duo facit.Primò proponit omnia membra corporis eſſe neceſſaria,quanuis quædam ſint ignobiliora. Secūdò ponit neceſsitatis cōparationem,ibi[Sed multò magis,&c.]Oſtendit autē primò rationem neceſsitatis membrorū ſecundum duplicem differentiā.Primò quidem ſecundum differentiā membrorum deſeruientium motui. Vnde dicit,Nō poteſt autē oculus qui deſeruit cognitioni,& ſignificat contēplatiuos,dicere manui quæ deſeruit motui,& ſignificat actiuos,opera tua non indigeo.Indigent enim contemplatiui per opera actiuorū ſuſtentari.Vnde & Luc.10.dicitur,Quòd cùm Maria ſecus pedes domini ſederet audiens verba eius,Martha ſatagebat circa frequens miniſteriū.Secundò oſtendit idē ſecundum differentiam prælatorū, qui ſignificantur per caput,& ſubditorū,qui ſignificantur per pedes.Et hoc eſt ꝙ ſubdit,Aut iterum caput.i.prælatus,ſecundum illud 1.Reg.15,Caput in tribus Iſrael factus es,Non poteſt dicere pedibus.i.ſubditis, Nō eſtis mihi neceſſarii.quia vt dicitur Prouer.14,In multitudine populi dignitas regis. ¶Deinde cùm dicit [Sed multò magis,&c.]Comparat diuerſa mēbra adinuicem quo ad neceſsitatem eorū,dicens,ꝙ membra corporis quæ videntur eſſe infirmiora ſunt magis neceſſaria,ſicut inteſtina:ita etiam in eccleſia ſine officio aliquarum abiectarum perſonarum,puta,agricultorū & aliorum huiuſmodi,præſens vita tranſiri non poſſet:quæ tamen poſſet duci ſine aliquibus excellentioribus perſonis contēplationi & ſapientiæ deputatis, quæ eccleſiæ deſeruiunt,ad hoc ꝙ ſit ornatior & melius ſe habens. Ex hoc enim aliquid dicitur neceſſariū, quod eſt vtile ad finem.Illa verò quæ ſunt nobiliſsima nō ſe habent in ratione vtiliū: ſed ſunt per ſeipſa appetēda vt fines.Et ideo dicitur Iob.21, Si fructus terræ comedi abſq; pecunia & animam agricolarum eius afflixi. ¶Deinde cùm dicit[Et quæ putamus,&c.]Comparat membra quātum ad exteriorem cultum. Et primò ponit diuerſitatē quæ diuerſis membris adhibetur.Secundò cauſam diuerſitatis aſsignat, ibi [Deus temperauit,&c.]Cultus autē exterior membris adhibitus ad duo pertinet.ſ.ad honorem, ſicut ea quæ apponuntur ad ornatum,vt monilia,& inaures:& ad honeſtatē ſicut quæ apponuntur ad tegumentū, vt bracæ & alia huiuſmodi.Quantum ergo ad primum cultū dicit primò,Et quę putamus eſſe ignobiliora membra corporis,his circundamus abundantiorem honorem.i.maiorē ornatum:ſicut auribus alicubi ſuſpendūtur inaures,oculis autem nihil apponitur,& pedibus apponuntur calceamenta depicta & gemmata:ſecundum illud Cañ.7,Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis,filia principis.Manus autem nudæ habētur.Et ſimiliter in eccleſia impefectioribus ſunt magis conſolationes adhibendæ,quibus perfectiores nō egent.Vnde dicitur Eſa.40,In brachio ſuo cōgregabit agnos,& in ſinu ſuo leuabit,fetas ipſe portabit.Et 1. Petri 3.dicitur,Viri quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem. Secundò proſequitur quantum ad cultum honeſtatis,dicens.Et quæ inhoneſta ſunt,abundantiorem honeſtatem habent.ſ.per ſtudiū humanum.Dicuntur autem membra aliqua inhoneſta in ſanctis, nō propter aliquam peccati turpitudinē, ſed propter inobedientiam mēbrorum genitalium ſubſecutam ex peccato originali.Vel etiam ſunt ignobili vſui deputata,ſicut omnia membra quæ deſeruiunt emiſsioni ſuperfluitatum,quibus abundantior honeſtas adhibetur dum ſtudioſius teguntur,quo nō indigent membra nobilibus vſibus deputata.Vnde ſubdit, Honeſta autem noſtra nullius egent.ſ.exterioris honeſtatis: vnde nec faciei velamē apponitur.Et ſimiliter in eccleſia illi qui ſunt in aliquo culpabiles,ſunt admonendi & cuſtodiendi,ſecundum illud Eccl.42,Super filiam luxurioſam cōfirma cuſtodiam.Et Gala.6.dicitur,Si præoccupatus quis fuerit in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.illi autē qui ſunt abſq; culpa his nō egent.Et eſt notandum ꝙ triplicem defectum circa membra notauit,ſcilicet,inhoneſtatis, ignobilitatis, & infirmitatis. Quorum primum in membris eccleſiæ pertinēt ad culpam.Secundū ad conditionem ſeruilem. Tertiū ad ſtatum imperfectionis. ¶Deinde cùm dicit[Et deus tēperauit,&c.]Ponit cauſam prædicti cultus,& primò aſsignat cauſam efficientē primā:licet enim homines taliter ſe habeāt ad cultum membrorum, hoc tamen procedit ex ordinatione diuina.Vnde dicit,Sed deus tēperauit corpus,abundantiorem honorem tribuēdo ei membro cui deerat. Nam homines hoc faciunt ex quodā diuino inſtructu,ſecundum illud Iob 33,Aperit aures virorum & erudiens eos inſtruit diſciplina.Secundò ponit cauſam finalem,dicens, Vt non ſit ſciſma in corpore.Quod quidē ſequeretur ſi defectui membrorum non ſubueniretur.hoc autem ſciſma quantum ad membra corporis myſtici manifeſtè vitatur,dū pax eccleſiæ cuſtoditur per hoc ꝙ ſingulis ea quæ ſunt neceſſaria attribuuntur.Vnde & ſuprà dictū eſt.cap.1,Idipſum dicatis omnes,& non ſint in vobis ſciſmata.Sed quantum ad membra corporis naturalis, ſciſma eſſet in corpore ſi debita proportio membrorū tolleretur. ¶Deinde cùm dicit[Sed in idipſum,&c.]Ponit cōparationem membrorū adinuicē quantū ad mutuam ſolicitudinem. Et primò proponit eam,dicens, Non ſolùm prædicta membra operantur adinuicem,ſed etiā per ſe inuicem ſunt ſollicita in idipſum,id eſt,in vnitatem corporis conſeruandi. Et hoc quidē manifeſtè in corpore naturali apparet.Nam quodlibet membrū naturalem quandam inclinationem habet adiuuamentum aliorū membrorum.Vnde & naturaliter homo opponit manum ad protegendū alia membra ab ictibus.Et ſimiliter alii fideles qui ſunt membra corporis myſtici pro ſe inuicē ſollicitudinem gerūt, ſecundum illud Eccle.17,Vnicuiq; mandauit deus de proximo ſuo.Et Gala.6, Alter alterius onera portate.Secundò ſpecificat hanc ſollicitudinem : & primò in malis in quibus magis eſt manifeſtum. Vnde dicit, Et ſi quid,ſcilicet mali,patitur vnum membrū,compatiuntur omnia membra. Quod quidem manifeſtum eſt in corpore naturali.Nam vno membro languente,totū corpus quaſi langueſcit,& ad locum languoris confluūt ſpiritus & humores quaſi ad ſubueniendū.Et ſimiliter debet eſſe in fidelibus Chriſti, vt vnus malum alterius compatiatur,ſecundū illud Iob 30,Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat,& anima mea compatiebatur.Secūdò in bonis,Vnde ſubdit,Siue gloriatur,id eſt,quocunq; modo vigoratur vnū membrum,congaudent omnia mēbra.Quod etiam manifeſtū eſt in corpore naturali,in quo vigor vnius membri in iuuamentū cedit aliis membris.Sic debet etiam eſſe in membris eccleſię,vt vnuſquiſq; bonis alterius

congaudeat.Phil.2,Gaudeo & congratulor omnibus vobis.Roma.12,Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. ¶ Deinde cùm dicit[Vos autẽ eſtis.]Adaptat ſimilitudinem ad propoſitũ.Et primò quantum ad corporis vnitatẽ,dicens,Vos autem,ſcilicet,qui eſtis in vnitate fidei congregati,eſtis corpus Chriſti,ſecundũ illud Ephe.1,Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiã quæ eſt corpus eius.Secundò quantũ ad membrorũ diſtinctionem,cùm ſubdit,Et eſtis mẽbra de mẽbro.Quod poteſt intelligi tripliciter. Vno modo ſic,Eſtis mẽbra dependẽtia de Chriſto membro,quod quidẽ dicitur mẽbrum ſecundũ humanitatẽ ſecundum quã præcipuè dicitur eccleſiæ caput . Nam ſecundum diuinitatẽ non habet rationẽ membri aut partis,cùm ſit cõmune bonum totius vniuerſi. Alio modo ſic,Vos eſtis mẽbra dependẽtia de membro,inquantũ per me Chriſto acquiſiti eſtis:ſecundũ illud ſuprà 4,In Chriſto Ieſu per euãgelium ego vos genui. Tertio modo poſſet exponi vt deſignaretur diſtinctio & ſeries membrorũ, vt ſit ſenſus, Vos eſtis membra de mẽbro.i.ita diſtinguimini & ordinamini adinuicẽ, ſicut vnum membrũ ad aliud. ¶ Deinde cùm dicit [Et quoſdã quidem,&c.] proſequitur de diſtinctione miniſtrationũ. Circa quod tria facit.Primò aſſignat ordinem miniſtrationũ:ſecundò manifeſtat earũ diſtinctionem,ibi[Nunquid apoſtoli omnes,&c.]Tertiò ordinat eorũ affectionẽ circa diuerſas adminiſtrationes & gratias,ibi[Aemulamini autẽ,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ponit maiores ſeu principales amminiſtrationes.Secundò miniſtrationes ſecundarias, ibi [Opitulationes,&c.]Maiores autẽ miniſtri in eccleſia ſunt apoſtoli,ad quorũ officiũ tria pertinent, quorũ primum eſt authoritas gubernãdi fidelẽ populũ,quæ propriè pertinent ad officiũ apoſtolatus: ſecundò facultas docendi:tertiò poteſtas miracula faciẽdi ad confirmationẽ doctrinæ: & de his tribus habetur. Lucæ 9.vbi dicitur,Conuocatis Ieſus duodecim apoſtolis dedit illis virtutẽ & poteſtatem ſuper omnia dæmonia,vt languores curarẽt & miſit illos prædicare regnũ dei.In omnibus autẽ poteſtatibus ſeu virtutibus ordinatis illud quod eſt principale reſeruatur ſupremæ poteſtati . Alia verò etiã inferioribus cõmunicantur. Poteſtas autẽ faciendi miracula ordinatur ad doctrinã ſicut ad fidem:ſecundũ illud Mar.vlti.Sermonẽ confirmante ſequẽtibus ſignis.Doctrina autẽ ordinatur ad gubernationẽ populi ſicut ad finem, ſecundũ illud Hiere.3,Dabo vobis paſtores ſecundũ cor meum,& paſcent vos in ſcientia & doctrina.Et ideo primus gradus inter eccleſiaſtica miniſteria eſt apoſtolorũ,quibus ſpecialiter cõpetit eccleſia regimen.Et propter hoc dicit,Et deus poſuit.i.ordinatè collocauit in eccleſia quoſdã.ſ.in determinatis miniſteriis, ſecundũ illud Io. 15,Poſui vos vt eatis.Primũ quidem apoſtolos,quorum regimini cõmiſit eccleſiam,ſecundũ illud Luc. 22, Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ.Vnde & Apoc.21, Super duodecim fundamenta ciuitatis deſcribũtur 12.apoſtolorũ nomina.Propter quod & ipſi inter cæteros fideles primatũ in ſpiritualibus gratiis obtinuerũt,ſecundũ illud Rom.8, Nos ipſi primitias ſpiritus habẽtes. Et quanuis ad apoſtolos præcipuè pertineat doctrinæ officiũ,quibus dictum eſt Mat.vlti. Euntes docete omnes gentes: tamen alii in cõmunionem huius officii aſſumuntur,quorũ quidam perſeipſos reuelationes à deo accipiunt, qui dicuntur prophetæ:quidã verò de his quæ ſunt aliis reuelata populũ inſtruunt, qui dicuntur doctores. Vnde ſubdit ſecundò,prophetas,qui etiã in nouo teſtamento fuerunt.Quod enim dicitur Matt.11, Lex & prophetæ vſq; ad Ioannẽ:intelligitur de prophetis qui futurũ Chriſti aduentum prænuntiauerunt. Tertiò doctores.vnde & Act.13.dicitur,Erant in eccleſia quę erat Antiochiæ,prophetæ & doctores.Similiter etiã & gratia miraculorũ fuit aliis cõmunicata quæ primitus à Chriſto data fuit apoſtolis.Vnde ſubdit,Deinde virtutes,qui.ſ.miracula faciunt circa ipſa elementa mundi.Gal.3,Operatur virtutes in nobis. Quantũ autem ad miracula quæ fuit in corporibus humanis,ſubdit. Exinde gratias curationũ,ſecundũ illud Lucæ 9, Vt langores curarent. ¶ Deinde cùm dicit [Opitulationes,&c.] Ponit minores ſiue ſecundarias adminiſtrationes,quarũ quædam ordinãtur ad regimen eccleſiæ,quod ad apoſtolatus dignitatẽ pertinere diximus. Quædam verò ad doctrinã.Ad regimen eccleſiæ pertinẽt in generali quædã opitulationes.i.illi qui opẽ ferunt maioribus prælatis in vniuerſali regimine,ſicut archidiaconi epiſcopis,ſecundũ illud Phil.4, Adiuua illas quæ mecũ laborauerunt in euangelio cum Clemente & cæteris adiutoribus meis. In ſpeciali autẽ ponit gubernationes,ſicut ſunt parochiales ſacerdotes,quibus cõmittitur gubernatio aliquarũ particularium plebiũ.Prouer.11,Vbi non eſt gubernator,corruet populus. Ad doctrinã autem pertinet ſecundariò, quòd ſubdit,Linguarũ genera,quantum ad illos qui variis linguis loquuntur magnalia,vt dicit Act.2, Ne.ſ.propter varietatem idiomatũ euangelica doctrina impediretur. Quantũ verò ad ammouendũ impedimentũ doctrinæ quod poſſet prouenire ex obſcuritate ſermonũ,ſubdit,Interpretationes ſermonũ, infrà 14, Qui loquitur lingua,oret vt interpretetur. ¶ Deinde cùm dicit[Nũquid omnes apoſtoli,&c.]Manifeſtat diſtinctionem prædictarũ miniſtrationum, dicens , Nunquid omnes in eccleſia ſunt apoſtoli ? quaſi dicat , Non [Nunquid omnes prophetę,&c.]Ex quo patet diuerſitas harum adminiſtrationũ.Eccl.33,In multitudine diſciplinæ domini ſeparauit eos. Et 37 ,Non omnia omnibus expediunt. ¶ Deinde cùm dicit [AEmulamini autẽ,&c.] Ordinat eorũ affectum circa prædicta ſpiritualia dona,dicens, Cum multa ſint dona ſpirituſſancti,vt dictũ eſt. AEmulamini.i.deſiderate chariſmata meliora.i.gratias potiores,vt.ſ.magis deſideretis ea quæ ſunt meliora,puta,prophetiã quam donum linguarũ,vt infrà 13.dicetur.2.ad Theſſ.vlti. Omnia probate,quod bonũ eſt tenete.Et ne in præmiſsis donis eorũ affectus quieſceret,ſubdit, Et adhuc excellentiorem viã demonſtro.ſ.charitatẽ qua directus in deum itur.Pſal.Viam mãdatorũ tuorum cucurri.Eſa.30, Hæc eſt via ambulate in ea.

Agit de gratia gratũ faciente & charitate,eã oĩbus gratis gratũ tuitis præferens & ſic oſtẽdit ſi eã viã excellẽtiorẽ. &c.

Caput 13.

Si linguis hominũ loquar & angelorũ,charitatem autẽ non habeã, factus ſum uelut æs ſonans,aut cimbalũ tinniẽs.Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiã: & ſi habuero omnem fidem ita ut mõtes transferam,charitatem autem non habuero,nihil ſum.Et ſi deſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum,ita ut ardeam,charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.

¶ Apoſtolus gratiarum gratis datarũ diſtinctionem aſsignauit,& miniſtrationũ in quibus membra eccleſiæ diſtinguntur:hîc agit de charitate quæ inſeparabiliter concomitatur gratiã gratum facientem. Et quia promiſerat eis ſe demonſtraturũ viam excellentiorẽ,oſtendit præeminentiam charitatis ad cætera gratuita

dona.Et primò quantũ ad neceſsitatem,quia.ſ.ſine charitate alia dona gratuita non ſufficiunt.Secũdò quãtum ad vtilitatẽ,quia.ſ.per charitatẽ omnia mala vitantur & omnia bona aguntur,ibi[Charitas patiẽs eſt, &c.]Tertiò quantũ ad permanentiam,ibi[Charitas nunquã excidit,&c.] Omnia autẽ dona gratuita reducere videtur Apoſtolus ad tria.Nam primò oſtendit q̃ donum linguarũ quod pertinet ad locutionem,ſine charitate nõ valer.Secundò q̃ etiam nõ valent ea quæ pertinent ad cognitionẽ,ibi[Et ſi habuero prophetiam,&c.] Tertiò oſtendit idẽ de his quæ pertinent ad operationẽ,ibi [Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ, &c.]Erat autẽ apud Corint.multum deſiderabile donũ linguarum,vt infrà 14.patebit: & ideo ab eo incipiens,dicit,Promiſi me demonſtraturũ excellentiorem viam:& hoc primò patet in dono linguarũ, quia ſi linguis hominũ.ſ.omnium loquar.1.ſi habuero donũ gratiæ , per quod loqui poſsim linguis omniũ hominum,& ad maiorẽ abundantiam,ſubdit,Et angelorũ, charitatem autem non habeã factus ſum velut æs ſonans aut cimbalũ tinniens,recta cõparatione vtitur.Anima enim per charitatẽ viuit quæ viuit deo, qui eſt animæ vita,ſecundũ illud Deut.30,Ipſe eſt vita tua.Vnde & 1.Io.3.dicitur,Tranſlati ſumus de morte ad vitam,quoniã diligimus fratres,qui nõ diligit manet in morte.Rectè ergo cõparat loquelam charitate carentem ſono rei mortuæ.ſ. æris aut cimbali, quia licet clarũ ſonum reddat, non tamen eſt viuus ſed mortuus: ita etiam locutio hominis charitate carentis quantũcunq; ſit diſerta,tamen habetur pro mortua, quia non proficit ad meritũ vitæ æternæ. Eſt autem differentia inter æs ſonans & cimbalũ tinniens , quia æs cùm ſit planũ ex percuſsione ſimplicem ſonum emittit. Cimbalum autẽ cùm ſit concauum ex vna percuſsione ſonum multiplicat, quod pertinet ad tinnitum. AEri ergo cõparantur qui veritatẽ ſimpliciter pronuntiant, cimbalo verò qui veritatẽ multiplicant & pronuntiant multas rationes & ſimilitudines apponendo , & cõcluſiones plurimas eliciendo,quæ tamen omnia ſine charitate habentur,vt mortua. Conſiderandũ eſt autem quæ linguæ angelorũ dicantur.Nam cùm lingua ſit membrũ corporeum & ad eius vſum pertineat donum linguarum,quod interdũ lingua dicitur,vt patebit infrà 14. Neutrum videtur angelis competere qui membra nõ habent.Poteſt ergo dici q̃ per angelos intelligũtur homines angelorũ officium habentes,qui, ſcilicet,aliis hominibus diuina annuntiant,ſecundũ illud Mala.2, Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã,& legem requirunt ex ore eius,quia angelus domini exercituũ eſt. Sub hoc ergo ſenſu dicitur.Si linguis hominum loquar & angelorum.i.non ſolùm minorũ,ſed etiam maiorum qui alios docent . Poteſt etiã intelligi de ipſis incorporeis angelis,prout in Pſal.dicitur, Qui facit angelos ſuos ſpiritus. Et quãuis non habeãt linguam corpoream, per ſimilitudinẽ tamen lingua in eis dici poteſt vis qua manifeſtant aliis quod habẽt in mente.Eſt autẽ ſciendum q̃ in cognitione mẽtis angelicæ aliquid eſt de quo ſuperiores angeli non loquuntur inferioribus,neq; econuerſo.ſ.ipſa diuina eſſentia quã omnes immediatè vident deo ſe omnibus monſtrante:ſecundũ illud Hier.31,Non docebit vltra vir proximum ſuum & vir fratrẽ ſuum,dicens, Cognoſce dominum.Omnes enim cognoſcent me à minimo vſq; ad maximum eorum. Aliquid autẽ eſt in cognitione mentis angelicæ,de quo ſuperiore loquũtur inferioribus,ſed non econuerſo. Et huiuſmodi ſunt diuinæ prouidentiæ myſteria,quorũ plura cognoſcunt in ipſo deo ſuperiores qui clarius eum vident quã inferiores.Vnde ſuperiores de huiuſmodi inferiores inſtruũt vel illuminãt,quod locutio poteſt dici.Aliquid verò eſt in cognitione mẽtis angelicæ, de quo ſuperiores loquũtur inferioribus, & ecõuerſo:& huiuſmodi ſunt occulta cordium,quæ ex libero arbitrio dependent,quæ ſoli deo patent: & his quorum ſunt ſecundum illud ſuprà 2,Quæ ſunt hominis,nemo nouit niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt.Quę in notitiam alterius deueniunt eo cuius ſunt manifeſtãte,ſiue ſit inferior,ſiue ſuperior.Fit autem huiuſmodi manifeſtatio dum inferior angelus ſuperiori loquitur,nõ per illuminationem, ſed per quẽdam ſignificationis modũ. Eſt enim in quolibet angelo aliquid quod naturaliter ab altero angelo cognoſcitur . Dum ergo id quod eſt naturaliter notum, proponitur vt ſignum eius quod eſt ignotum,manifeſtatur occultum: & talis manifeſtatio dicitur locutio ad ſimilitudinem hominũ,qui occulta cordium manifeſtãt aliis per voces ſenſibiles, aut per quodcunq; aliud corporale exterius apparẽs.Vnde & ea quæ ſunt in angelis naturaliter nota, inquãtum aſſumũtur ad manifeſtationem occultorum,dicũtur ſigna vel nutus. Poteſtas autem manifeſtãdi cõceptum ſuum hoc modo methaphoricè lingua nominatur. ¶ Deinde cũ dicit[Et ſi habuero &c.]oſtendit idẽ de his quæ pertinẽt ad cognitionem. Eſt autẽ attendẽdum q̃ ſuprà propoſuit quatuor dona gratuita ad cognitionem pertinẽtia.ſ.ſapiẽtiam,ſciẽtiam,fidẽ & prophetiam.Incipit ergo hîc à prophetia,dicẽs[Et ſi habuero,pphetiam]per quam diuinitus occulta reuelãtur:ſecũdum illud 2.Pet.1,Nõ enim volũtate humana allata eſt aliquãdo prophetia,ſed ſpiritu ſancto inſpirati,locuti ſunt ſancti dei homines. Secũdò quãtum ad ſapiẽtiam, ſubdit[Et nouerim omnia myſteria].i.occulta diuinitatis,quod pertinet ad ſapiẽtiam: ſecũdum illud ſuprà 2,Loquimur dei ſapiẽtiam in myſterio abſcõditam.Tertiò quãtum ad ſciẽtiam,dicit [Et omnem ſcientiã] ſiue humanitus acquiſitam,ſicut habuerũt philoſophi:ſiue diuinitus infuſam,ſicut habuerũt eam apoſtoli. Sap.7,Dedit mihi eorũ quæ ſunt verã ſciẽtiam.Quartò q̃tum ad fidem,ſubdit[Et ſi habuero omnem fidẽ ita vt mõtes trãsferam.]Poteſt autẽ exponi id quod dicit,omnẽ fidem.i.omniũ articulorum:ſed melius eſt vt exponatur omnem.i.perfectã fidem,propter illud quod ſubditur, Ita vt mõtes trãsferam. Dicitur enim Mat.17,Si habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis,dicetis mõti huic,trãſi hinc,& trãſibit. Et q̃is granũ ſinapis ſit minimum quãtitate,nõ tamen intelligitur parua,ſed perfecta fides grano ſinapis cõparari.Dicitur enim Mat.21,Si habueritis fidem,& nõ hæſitaueritis,nõ ſolùm de ficulnea facietis,ſed etiã ſi mõti huic dixeritis, tolle & iacta te in mari,fiet.Fides ergo quæ nõ hæſitat,grano ſinapis cõparatur,quod q̃tò magis atteritur, tãtò magis eius fortitudo ſentitur. Obiiciũt autẽ aliqui q̃ cũ multi ſancti perfectã fidẽ habuerũt,nullus legitur mõtes trãſtuliſſe,quod quidẽ ſoluitur per id quod ſuprà 12.dictũ eſt,Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ.Illo enim modo,loco & tẽpore miracula per gratiã ſpiritus ſancti fiũt, quo eccleſiæ requiritur vtilitas.Fecerũt autem ſancti multa maiora,quàm trãſlationem mõtium,prout erat fidelibus vtile,putà ſuſcitãdo mortuos,diuidẽdo mare & alia huiuſmodi opera faciendo. Et hoc etiam feciſſent,ſi neceſsitas affuiſſet.Poteſt etiam hoc trãsferri ad expulſionem dæmonũ de humanis corporibus , qui mõtes dicuntur propter ſuperbiam.Hie.13,Anteq̃ offendãt pedes veſtri ad mõtes caliginoſos,ecce ego ad te mons peſtifer

qui corrũpis vniuersam terram. Attribuitur autem operatio miraculorum fidei nõ hęsitãti: quia fides innititur omnipotentiæ, per quam miracula fiunt, Si, inquam, habuero omnia prædicta ad perfectionem intellectus pertinentia, charitatem autem non habuero, per quam perficitur voluntas, nihil sum. s. secundum esse gratiæ, de quo dicitur Ephe. 2, Ipsius sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vnde & cõtra quendã dicitur Ezec. 28, Nihil factus es & non eris in perpetuũ. Quod quidem fit propter defectũ charitatis per quam homo bene vtitur intellectu perfecto. Sine charitate autẽ eius vsus bonus nõ est. Vnde & suprà 8. dicitur, ꝙ scientia inflat, charitas ædificat. Est autem notãdum ꝙ Apostolus hîc loquitur de sapientia & scientia, secundum quòd pertinent ad dona gratiæ gratis datæ, quæ sine charitate esse possunt. Nam secundum quòd computãtur inter septem dona spiritussancti, nunquam sine charitate habentur. Vnde & Sap. 1. dicitur, In maliuolã animam nõ intrabit sapientia. Et Sap. 10. dicitur, Dedit illi scientiam sanctorum. De prophetia autem & fide, manifestum est, ꝙ sine charitate haberi possunt. Sed notãdum est hîc ꝙ fides firma, etiã sine charitate miracula facit. Vnde Mat. 7, Nõne in nomine tuo prophetauimus, & multas virtutes fecimus? dicetur, Nũquam noui vos. Spiritus enim sanctus operatur virtutes etiam per malos, sicut & per eos loquitur veritatẽ. ¶ Deinde cùm dicit [Et si distribuero &c.] ostendit idem in his quæ pertinent ad opera quæ consistũt in hoc quòd homo faciat bona, secũdum illud Gala. 6, Bonũ facientes, nõ deficiamus in hoc quòd patienter sustineat mala, secũdum illud Psal. Bene patientes erunt, vt annũtient. Inter cætera verò bona opera magis cõmendantur opera pietatis, secũdum illud 1. ad Timo. 4, Pietas ad omnia vtilis est. Circa quod opus quatuor conditiones designat. Quarum prima est, ꝙ opus pietatis non tantùm congregetur in vnum, sed diuidatur in plures, secundum illud Psal. Disperlit, dedit pauperibus. Et hoc designatur, cùm dicitur [Si distribuero.] Secundò vt opus pietatis fiat ad subueniendum necessitati, non ad seruiendum superfluitati: secũdum illud Esa. 58, Frange esurienti panem tuum, & hoc designatur, cùm dicitur [In cibos pauperum.] Tertiò vt opus pietatis exhibeatur indigentibus: secundum illud Luc. 14, Cùm facis conuiuium, voca pauperes: & hoc designatur, cùm dicitur [Pauperum.] Quartò ad perfectionem pertinet, vt homo omnia bona sua in opera pietatis expendat: secundum illud Matt. 19, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & hoc designatur, cùm dicitur [Omnes facultates meas.] Inter mala verò quæ quis sustinet patiẽter, potissimum est martyrium. Vnde dicitur Mat. 5, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Quod etiam quadrupliciter cõmendat. Primò quidẽ, quia laudabilius est quòd necessitate imminente, putà propter deffensionem fidei, seipsum offerat passioni, quam si deprehensus patiatur. Et ideo dicit [Si tradidero.] Sicut & de Christo dicitur Ephe. 5, Tradidit semet ipsum pro nobis. Secũdò quia grauior est corporis humani iactura, q̃ rerum, de quo tamen quidã cõmendantur. Heb. 4, Rapinã bonorum vestrorũ cũ gaudio sustinuistis. Et ideo dicit [Corpus.] Esa. 5, Dedi corpus meũ percutiẽtibus. Tertiò laudabili⁹ est ꝙ aliquis exponat corpus suũ supplicio, q̃ corpus filii vel cuiuscũq; ꝓpinqui, de quo tamen cõmendatur quædã mulier 2. Macha. 7, Supra modũ videtur mirabilis & bonorũ memoria digna quæ pereũtes septẽ filios sub vnius diei tẽpore cõspiciens bono animo ferebat. Et ideo dicit [Meũ.] Iudith 5, Qui propria voluntate obtuliſtis vos discrimini pro domino. Quartò redditur martyrium laudabilius ex acerbitate pœnæ, de quo subditur [Ita vt ardeam] sicut Laurentius. Eccl. 48, Quasi ignis effulgẽs & thus ardens in igne. Si, inquam, prædicta opera tam excellentia fecero, charitatem autem non habuero, vel quia simul cum prædictis operibus adest voluntas peccãdi mortaliter: vel quia fiunt propter inanẽ gloriam, nihil mihi prodest. s. quãtum ad meritum vitæ æternæ, quæ solis diligentibus deum repromittitur: secundum illud Iob 37, Annuntiat de ea amico suo ꝙ possessio eius sit. Et notãdum ꝙ locutionem, quæ est vox animalis, si sit sine charitate, cõparat non existẽti, opera autẽ quæ fiunt propter finem, si sint sine charitate, dicit esse infructuosa. Sap. 3, Vacua est spes eorum & labores sine fructu. Lectio 3.

CHaritas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia sperat, omnia sustinet.

¶ Postq̃ Apostolus ostendit charitatem esse à deo necessariam ꝙ sine ea nullũ spirituale donum sufficiat ad salutem: hîc ostẽdit eam à deo esse vtilem & efficacis virtutis, quòd per eam cũcta opera virtutis implentur. Et primò præmittit duo quasi generalia. Secũdò subiũgit in speciali virtutũ opera quæ per charitatem cõplentur, ibi [Charitas nõ æmulatur, &c.] Circa primũ duo facit. Nam omnis virtus cõsistit in hoc, quòd aliquis in operãdo bene se habeat in sustinendo mala, vel in operando bona. Quãtum ergo ad tollerãtiam malorum, dicit [Charitas patiẽs est.] i. facit patiẽter tollerari mala. Cùm enim homo diligit aliquẽ propter eius amorem, de facili tollerat quæcunq; difficilia. Et similiter qui diligit deum propter eius amorem patiẽter tollerat quæcunq; aduersa. Vnde & Cantic. 8. dicitur, Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent eã. Iaco. 1, Patientia opus perfectũ habet. Quantum autẽ ad operationem bonorum, subdit [Benigna est.] Benignitas autẽ dicitur quasi bona igneitas, vt. s. sicut ignis liquefaciendo effluere facit, ita charitas hoc efficit, vt bona quæ homo habet nõ sibi soli retineat, sed ad alios deriuet, secundũ illud Prouerb. 5, Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Quod quidẽ charitas facit. Vnde 1, Io. 3. dicitur, Qui habuerit substantiã huius mundi, & viderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Vnde & Ephe. 4. dicitur, Estote inuicẽ benigni & misericordes. Et Sap. 1. dicitur, Benignus est spiritus sapientiæ. ¶ Deinde cùm dicit [Charitas nõ æmulatur, &c.] Proponit in speciali virtutũ opera quæ charitas efficit, & quia ad virtutem duo pertinẽt. s. abstinere à malo & facere bonũ, secundum illud Psal. Declina à malo & fac bonum, & Esa. 1, Quiescite agere peruersẽ, discite benefacere. Primò ostẽdit quomodo charitas facit omnia mala vitare. Secũdò quomodo facit omnia bona efficere, ibi [Congaudet autẽ veritati, &c.] Malum autẽ efficaciter non potest homo deo facere, sed solùm sibi & proximo, secundũ illud Iob 35, Si peccaueris quid ei nocebis? Et postea subditur, Homini qui similis tui est nocebit impietas tua. Primò ergo ostẽdit quomodo per charitatẽ vitantur mala quę sunt cõtra proximũ. Secundò quomodo vitãtur mala quibus aliquis deordinatur in seipso, ibi [Non inflatur, &c.] Malum autem quod est contra proximũ potest esse in affectu & in effectu. In affectu autem præcipuè est cùm per inuidiã quis dolet de bonis proximi, quod directè cõtrariatur charitati, ad quam pertinet ꝙ homo diligat proximũ sicut seipsum, vt habetur Leuit. 19. Et ideo ad charitatẽ pertinet, vt sicut homo gaudet de bonis propriis, ita gaudeat de bonis proximi. Ex quo sequitur ꝙ charitas excludat inuidiam. Et hoc est quòd dicit [Charitas nõ æmulatur]. i. non inuidet, quia. s. facit cauere inuidiam. Vnde & in Psa. dicitur, Noli æmulari in malignãtibus. Et Prou. 25, Non æmuletur cor tuũ peccatores. Quãtum ad effectum, subdit, Nõ agit perperam. i. peruersè cõtra aliquem. Nullus enim iniustè agit cõtra illum quem diligit sicut seipsum. Esa. 1, Quiescite agere peruersè. ¶ Deinde cũ dicit [Non inflatur, &c.] Ostendit quomodo charitas facit vitare mala quibus aliquis deordinatur in seipso. Et primò quãtum ad passiones. Secundo quãtum ad electionẽ, ibi [Non cogitat malum.] Ostẽdit ergo primò ꝙ charitas repellit inordinatam passionem quãtum ad tria. Primò quidem quãtum ad superbiam, quæ est inordinatus appetitus propriæ excellẽtiæ. Tunc autem inordinatè suam excellẽtiam quis appetit, quando non sufficit ei contineri in eo gradu qui sibi est à deo præstitus. Et ideo dicitur Eccl. 10, Initiũ superbiæ hominis, apostatare à deo. Quod quidẽ fit, dum homo nõ vult cõtineri sub regula ordinationis diuinæ. Et hoc repugnat charitati, qua quis super omnia deũ diligit. Col. 2, Inflatus sensu carnis suæ, & nõ tenens caput &c. Rectè autẽ superbia inflationi cõparatur. Nam id quod inflatur, non habet solidã magnitudinem, sed apparẽtem: ita superbi videntur quidem esse sibi magni, cùm tamen vera magnitudine careant, quæ non potest esse absq; ordine diuino. Sap. 4, Dirũpet illos inflatos sine voce. Est autẽ principalis superbiæ filia, ambitio, per quam aliquis quærit præesse: quam etiam charitas excludit, quę potius proximis eligit ministrare: secũdum illud Gal. 5, Per charitatẽ spiritus seruite inuicẽ. Et ideo subdit, Nõ est ambitiosa. i. facit hominem ambitionẽ vitare. Eccl. 7, Noli quærere ab homine ducatũ, neq; à rege cathedram honoris. Secũdò ostẽdit quomodo charitas excludit inordinationẽ cupiditatis, cùm dicit [Non quærit quæ sua sunt] vt intelligatur cũ præcisione. i. neglectis bonis aliorũ: nam qui diligit alios sicut seipsum, bona aliorum quærit, sicut & suipsius. Vnde & suprà 10. Apostolus dixit, Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. ¶ Contra quod de quibusdam dicitur Phil. 2, Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Potest & aliter intelligi, non quærit quæ sua sunt. i. non repetit ea quæ sunt sibi ablata. s. in iudicio cum scãdalo: quia magis amat salutem proximi, quàm pecuniam: secũdum illud Phil. vlt. Non quæro datum, sed requiro fructum abundãtem in iustitia vestra. Quod tamen qualiter intelligẽdum sit, suprà 6. dictum est. Tertiò ostẽdit quomodo charitas excludat inordinationem iræ, dicens [Nõ irritatur]. i. non prouocatur ad iram. Est enim ira inordinatus appetitus vindictę. Ad charitatẽ autem pertinet magis remittere offensas quàm supra modum aut inordinatè vindicare: secũdum illud Col. 3, Donãtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelã. Iac. 1, Ira viri iustitiã dei nõ operatur. ¶ Deinde cùm dicit [Non cogitat &c.] ostendit quomodo per charitatẽ excluditur inordinatio electionis. Est autem electio, vt dicitur in 3. Ethic. appetitus præcõsiliati. Tunc ergo homo peccat ex electione, & non ex passione, quando ex consilio rationis affectus eius prouocatur ad malum. Charitas ergo primò quidem excludit peruersitatem consilii. Et ideo dicit, Non cogitat malum. i. non permittit excogitare quomodo aliquis perficiat malum. Mic. 2, Væ qui cogitatis inutile & operamini malum in cubilibus vestris. Esa. 1, Auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis. Vel charitas non cogitat malum, quia non permittit hominẽ per varias suspitiones, & temeraria iudicia cogitare malum de proximo. Mat. 9, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Secundò charitas excludit inordinatum affectum malorũ, cùm dicit [Non gaudet super iniquitate.] Ille enim qui ex passione peccat, cum quodam remorsu & dolore peccatum committit, sed ille qui peccat ex electione, gaudet ex hoc ipso quòd peccatum cõmittit, secundum illud Prou. 2, Qui letantur cũ malè fecerint & exultant in rebus pessimis. Hoc autẽ charitas impedit in quantũ est amor summi boni, cui repugnat omne peccatum. Vel dicit ꝙ charitas nõ gaudet super iniquitate. s. à proximo cõmissa, quinimo de ea luget inquantum cõtrariatur proximorũ saluti quam cupit. 2. Cor. 12, Ne iterum cùm venero humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt. ¶ Deinde cùm dicit [Congaudet autem, &c.] Ostendit quomodo charitas facit operari bonum. Et primò quantum ad proximum. Secundò quantum ad deum, ibi [Omnia credit, &c.] Quantum ad proximum autem, homo operatur bonũ dupliciter. Primò quidem gaudendo de bonis eius. Et quantum ad hoc dicit [Congaudet autem veritati]. s. proximi, vel vitæ, vel doctrinæ, vel iustitiæ, ex eo quòd proximũ diligit sicut seipsum: in secunda Ioan. Gauisus sum valde venientibus fratribus & testimoniũ perhibentibus veritati tuæ, sicut in charitate ambulas. Secundò in hoc ꝙ homo mala proximi sustinet prout decet. Et quantum ad hoc dicit [Omnia suffert]. i. absque turbatione sustinet omnes defectus proximorũ, vel quæcunq; aduersa. Rom. 15, Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Gal. 6, Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. s. charitatem. ¶ Deinde cùm dicit [Omnia credit.] Ostendit quomodo charitas faciat operari bonũ in cõparatione ad deum. Quod quidem fit præcipuè per virtutes theologicas, quæ habet deum pro obiecto. Sunt autẽ præter charitatem duæ virtutes theologicæ, vt infrà dicitur. s. fides & spes. Quantum ergo ad fidem dicit [Omnia credit]. s. quæ diuinitus tradũtur. Gene. 15, Credidit Abraham deo & reputatũ est ei ad iustitiam. Credere verò omnia quæ ab homine dicuntur, est leuitatis, secundũ illud Eccle. 11, Qui cito credidit leuis est corde. Quantum autẽ ad spem dicit, Omnia sperat, quæ. s. promittuntur à deo. Eccle. 2, Qui timetis deum sperate in eum. Et ne spes frangatur per dilationẽ, subdit [Omnia sustinet]. i. patiẽter expectat quæ promittuntur à deo quanuis dilata, secundũ illud Abac. 2, Si moram fecerit expecta eum. Psal. Cõfortetur cor tuum & sustine dominum. Lectio 3.

Ponitur excellẽtia charitatis supra gratias datas in pmanentia supra eas & probatur.

CHaritas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Cùm essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli.

¶ Postquam Apostolus ostendit ꝙ charitas excellit alia dona spiritussancti necessitate & fructuositate: hîc

ostendit excellentiam charitatis ad alia dona quantum ad permanẽtiam. Et circa hoc tria facit. Primò proponit differentiam charitatis ad alia dona spiritussancti, quantum ad permanẽtiam. Secundò probat quod dixerat, ibi [Ex parte enim cognoscimus &c.] Tertiò infert conclusionem intentam, ibi [Nunc autem manet &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit permanentiam charitatis. Secundò cessationem aliorũ donorum, ibi [Siue prophetiæ, &c.] Dicit ergo primò, Charitas nũquam excidit. Quod quidẽ male intelligentes, in errorem ceciderunt, dicẽtes, quòd charitas semel habita, nũquam potest amitti, cui videtur consonare quod dicitur 1. Ioan. 3, Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: sed huius dicti primò quidem sententia falsa est. Potest tamen aliquis charitatem habens, à charitate excidere per peccatum: secundum illud Apocal. 2, Charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam. Et hoc ideo est, quia charitas recipitur in anima hominis secundum modũ ipsius, vt. s. possit ea vti vel non vti. Dum verò ea vtitur homo peccare nõ potest: quia vsus charitatis est dilectio dei super omnia: & ideo nihil restat propter quod homo deum offendat: & per hunc mò dum intelligitur verbum Io. inductum: secũdò, prædicta sententia non est secundum intẽtionem Apostoli, quia nõ loquitur hìc de cessatione donorum spiritualium per peccatum mortale; sed potius de cessatione donorum spiritualium, quæ pertinent ad hac vitam per gloriam superueniẽtem. Vnde sensus Apostoli est, Charitas nunquam excidit, quia. s. sicut est in statu viæ, ita permanebit in statu patriæ, & cum augmento: secundum illud Esa. 31, Dixit dominus cuius ignis est in Syon. s. in ecclesia militante, & caminus eius in Hierusalem. i. in pace cælestis patriæ. ¶ Deinde cùm dicit [Siue prophetię &c.] proponit cessationem aliorum donorum spiritualium, & specialiter eorum quæ præcipua videntur. Primò quãtum ad prophetiam, dicit [Siue prophetiæ euacuabũtur]. i. cessabũt, quia. s. in futura gloria prophetia locũ nõ habebit propter duo. Primò quidem quia prophetia respicit futurum, status autem ille non expectabit aliquid in futurum. sed erit finale complementum omnium eorum quæ antè fuerant prophetata. Vnde in Psal. dicitur, Sicut audiuimus, scilicet per prophetas, ita & vidimus præsentialiter in ciuitate domini virtutum. Secundò quia prophetia est cum cognitione figurali & enigmatica, quæ cessabit in patria. Vnde dicitur Numer. 12, Si quis fuerit inter vos propheta domini per somnium aut in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Et Osee 12, In manibus prophetarum assimilatus sum. Secundò quantum ad donum linguarum, dicit [Siue linguæ cessabunt.] Quod quidem non est intelligendum quantum ad ipsa mẽbra corporea, quæ linguæ dicuntur, vt dicitur infrà 15, Mortui resurgent incorrupti. i. absque diminutione membrorum. Neque autem intelligendũ est quãtum ad vsum linguæ corporeæ. Est enim futura in patria laus vocalis, secundum illud Psal. Exultationes dei in gutture eorum, vt glosa ibidem exponit. Est ergo intelligẽdum quantum ad donum linguarum, quo. s. aliqui in primitiua ecclesia linguis variis loquebantur, vt dicitur Act. 2. In futura enim gloria quilibet quamlibet linguam intelliget. Vnde nõ erit necessariũ variis linguis loqui. Nam etiã à primordio generis humani, vt dicitur Gen. 11, Vnus erat sermo, & vnum labium omnibus, quod multò magis erit in vltimo statu in quo erit vnitas consummata. Tertiò quantum ad scientiam, subdit [Siue scientia destruetur.] Ex quo quidam accipere voluerunt quòd sciẽtia acquisita totaliter perditur cum corpore. Ad cuius veritatis inquisitionem considerare oportet quòd duplex est vis cognitiua. s. vis sensitiua & vis intellectiua. Inter quas est differẽtia, quia vis sensitiua est actus organi corporalis: & ideo necesse est quòd designat corpore corrupto: vis autẽ intellectiua non est actus alicuius organi corporei, vt probatur in tertio de anima, & ideo necesse est ꝙ maneat corpore corrupto. Si ergo aliquid sciẽtiæ acquisitæ cõseruetur in parte animæ intellectiuæ, necesse est ꝙ id permaneat post mortem. Quidam ergo posuerunt quòd species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili, nisi quandiu intelligit. Conseruãtur autẽ species fantasmatum in potentiis animæ sensitiuæ, putà in memoratiua & imaginatiua. Ita. s. quòd semper intellectus possibilis quando de nouo vult intelligere, etiam quæ prius intellexit, indiget abstrahere à fantasmatibus per lumen intellectus agentis, & secũdum hoc consequens est quòd sciẽtia hìc acquisita non remaneat post mortem. Sed hæc positio, est primò quidem contra rationem. Manifestum est enim quòd species intelligibiles in intellectu possibili recipiuntur ad minus dum actu intelligit. Quod autem recipitur in aliquo est in eo per modum recipientis. Cùm ergo substantia intellectus possibilis sit immutabilis & fixa, consequens est ꝙ species intelligibiles remaneant in eo immobiliter. ¶ Secundò est contra authoritatem Aristotelis in tertio de anima, qui dicit quòd cùm intellectus possibilis est sciens vnumquodque, tunc etiam est intelligẽs in potentia. Et sic patet quòd habet species intelligibiles per quas dicitur sciens, & tamen adhuc est in potẽtia ad intelligendum in actu, & ita species intelligibiles sunt in intellectu possibili, etiam quando non intelligit actu. Vnde etiã ibidem Philosophus dicit ꝙ anima intellectiua est locus specierum, quia. s. in ea conseruantur species intelligibiles. Indiget tamen in hac vita cõuertere se ad fantasmata, ad hoc ꝙ actu intelligat, non solũ vt abstrahat species à fantasmatibus, sed etiã vt species habitas fantasmatibꝰ applicet: cuius signũ est ꝙ læso organo virtutis imaginatiuę, vel etiam memoratiuæ, nõ solùm impeditur homo ab acquisitione nouę scientię, sed etiã ab vsu sciẽtiæ prius habitæ. Sic ergo remanet sciẽtia in anima post corporis mortem q̃tum ad species intelligibiles, nõ autem q̃tum ad inspectionem fantasmatum, qua anima separata non indigebit, habens esse & operationem absq; corporis cõmunione. Et secũdum hoc Apostolus hìc dicit, ꝙ scientia destruetur. s. secũdum cõuersionem ad fantasmata. Vnde & Esa. 29. dicitur, Peribit sapiẽtia à sapiẽtibus, & intellectus prudẽtium eius abscõdetur. ¶ Deinde cùm dicit [Ex parte enim cognoscimus] probat quod dixerat. Et primò inducit probationem. Secundò manifestat ea quæ in probatione continẽtur, ibi [Cùm essem paruulus &c.] Inducit ergo primò ad probãdum propositum talẽ rationem, Adueniente perfecto cessat imperfectum, sed dona alia præter charitatem habẽt imperfectionem, ergo cessabũt superueniẽte perfectione gloriæ. Primò ergo proponit minorẽ propositionem quo ad imperfectionem scientiæ, cùm dicit, Ex parte enim cognoscimus. i. imperfectè. Nam pars habet rationẽ imperfecti. Et hoc precipuè verificatur q̃tum ad cognitionem dei, secũdum illud Iob 36, Ecce deus magnus vincens sciẽtiam nostrã. Et 26, Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Proponit etiam imperfectionẽ prophetiæ, cùm subdit [Et ex parte]. i. imperfectè prophetamus. Est enim prophetia cognitio cum imperfectione, vt dictum est. Tacet autẽ de dono linguarum, quod est imperfectius his duobus, vt infrà 14. patebit. Secundò ponit maiorem, dicens [Cùm autẽ venerit quod perfectum est]. i. perfectio gloriæ, euacuabitur quod ex parte est. i. omnis imperfectio tolletur. De qua perfectione dicitur 1. Pet. vlt. Modicum passos ipse perficiet. Sed secundum hoc videtur quòd etiã charitas euacuetur per futuram gloriam, quia ipsa est imperfecta in statu viæ per cõparationem ad statum patriæ. Dicendum ergo quòd imperfectio dupliciter se habet ad id quod dicitur imperfectum. Quandoq; enim est de ratione eius, quandoq; verò non: sed accidit ei sicut imperfectio est de ratione pueri, nõ autem de ratione hominis. Et ideo aduenientè perfecta ætate cessat quidem puericia: sed humanitas fit perfecta. Imperfectio est ergo de ratione scientiæ, prout hìc de deo habetur, inquantum. s. cognoscitur ex sensibilibus: & similiter de ratione prophetiæ, inquãtum est cognitio figuralis & in futurum tendens: non est autem de ratione charitatis ad quam cognitum bonum diligere pertinet, & ideo superueniente perfectione gloriæ, cessat prophetia & scientia: charitas autem non cessat, sed magis perficitur: quia quantò perfectius cognoscetur deus, tantò etiam perfectius amabitur. ¶ Deinde cùm dicit [Cùm essem paruulus &c.] manifestat ea quæ præmissa sunt. Et primò manifestat maiorem. s. quòd veniente perfecto, cessat imperfectum. Secundò manifestat minorem, scilicet quòd scientia & prophetia sint imperfecta, ibi [Videmus nunc &c.] ostendit autem primum per similitudinem perfecti & imperfecti, quod inuenitur in ætate corporali. Vnde & primò describit imperfectum ætatis corporalis, dicens [Cùm essem paruulus]. s. ætate, loquebar vt paruulus, id est prout congruit paruulo. s. balbutiendo. Vnde propter naturalem defectum locutionis, qui est in paruulis, commendatur sapientia. Sapient. 10, Quòd linguas infantium fecit disertas, & vt paruulus loquitur, qui vana loquitur. Psal. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Quantum verò ad iudiciũ subdit [Sapiebam vt paruulus]. i. approbabam vel reprobabam aliqua stultè, vt faciunt paruuli, qui quandoq; pretiosa contemnunt, & vilia appetunt, vt dicitur Prouerb. 1, Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sunt sibi noxia cupient? Sapiũt ergo vt paruuli, qui spiritualibus contẽptis, terrenis inhærent: de quibus dicitur Phil. 3, Gloria in cõfusione eorũ qui terrena sapiunt. Quãtum autem ad rationis discursum, dicit [Cogitabã vt paruulus]. i. aliqua vana. Vnde & in Psa. dicitur, Dominus scit cogitationes hominũ quoniam vanæ sunt. Et videtur Apostolus ordine præpostero hæc tria ponere. Nam locutio præexigit iudiciũ sapientiæ: iudicium verò præsupponit cogitationes rationis. Et hoc satis congruit imperfectioni puerili, in qua est locutio sine iudicio: & iudicium sine deliberatione. Potest autem referri quod dicit, Loquebar vt paruulus, ad donum linguarum, cùm dicit, Sapiebam vt paruulus, ad donum prophetiæ: quod autẽ subdit, Cogitabam vt paruulus, ad donum scientiæ. Secũdò ponit id quod pertinet ad perfectionem ætatis, dicens [Quando autẽ factus sum vir]. i. quando peruenì ad perfectã & virilẽ ætatem, euacuaui. i. abieci ea quę erãt paruuli, quia vt dicitur Esa. 65, Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Et est attendẽdum ꝙ Apostolus hìc cõparat statum præsentem pueritiæ propter imperfectionem: statum autem futuræ gloriæ propter perfectionem, virili ætati.

An sciẽtia acqsita maneat post hãc vitam.

Error dicẽtium charitatẽ habitã nũq̃ amitti

Ad hoc ꝙ ãia actu intelligat pro hac vita indiget semp abstractiõe à fantasmatibus, etiam post specierũ & scientiæ inductiõnẽ in intellectu.

Sciẽtia post hãc vitã destruetur nõ secundũ se, sed secundũ cõuersionẽ ad fantasmata.

Imperfectio duplex

Lectio 4.

Prosequitur dicta. s. ꝙ euacuabitur qđ ex p te est, et hoc ostẽdit i cognitione et tãdẽ infert qđ intẽdit.

VIdemus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: Maior autem horum est charitas.

¶ Hìc loquitur de visione quæ est cognitio dei. Vnde omnia præcedentia dona euacuãda, sunt intelligẽda secũdum quòd ordinantur ad cognitionem dei. Circa hoc duo facit. Primò enim probat id quod intẽdit in generali. Secũdò in speciali de seipso, ibi [Nunc cognosco &c.] Dicit ergo, dixi quòd ex parte cognoscimus, quia nũc videmus per speculum in enigmate, sed tunc. s. in patria videbimus facie ad faciem. Vbi primò cõsiderãdum est, quid sit videre per speculum in enigmate. Secundò quid sit videre facie ad faciem. Sciẽdum est ergo ꝙ sensibile aliquid potest tripliciter videri. s. aut per sui præsentiam in re videtẽ: sicut ipsa lux quæ præsens est oculo, aut per præsentiam suæ similitudinis in sensu immediatè deriuatã ab ipsa re, sicut albedo quæ est in pariete videtur, non existẽte ipsa albedine præsentialiter in oculo, sed eius similitudine: licet ipsa similitudo nõ videatur ab eo, aut per prẽsentiam similitudinis nõ immediatè deriuatę ab ipsa re: sed deriuatæ à similitudine rei in aliquid aliud: sicut cùm videtur aliquis homo per speculũ. Non enim similitudo hominis immediatè est in oculo, sed similitudo hominis resultãtis in speculo. Per hũc ergo modũ loquẽdo de visione dei, dico ꝙ naturali cognitiõe solus deus videt seipsum: quia in deo idẽ est sua essentia & suus intellectus. Et ideo sua essentia est pẽsens suo intellectui. Sed secũdo modo fortè angeli naturali cognitione deũ videt inquãtum similitudo diuinæ essentiæ relucet immediatè in eos. Tertio verò modo cognoscimus nos deũ in vita ista, inquãtum inuisibilia dei per creaturas cognoscimus: vt dicitur Ro. 1. Et ita tota creatura est nobis sicut speculũ quoddã: quia ex ordine & bonitate & magnitudine quæ in rebus à deo causata sunt, venimus in cognitionẽ sapiẽtię, bonitatis & eminẽtię diuinæ. Et hęc cognitio dicitur visio in speculo. ¶ Vlterius autẽ sciẽdum est ꝙ huiusmodi similitudo quæ est similitudinis in alio relucẽtis, est duplex: quia aliquãdo est clara & aperta, sicut illa quæ est in speculo: aliquãdo obscura & occulta, & tunc illa visio dicitur enigmatica: ficut cùm dico, me mater genuit, & eadẽ gignitur ex me. Istud est per simile occultũ. Et dicitur de glacie quæ gignitur ex aqua congelata, & aqua gignitur ex glacie resoluta. Sic ergo patet ꝙ visio per similitudinem similitudinis est in speculo per simile occultũ in enigmate: sed per simile clarũ & apertum facit aliã speciẽ allegoricæ visionis. Inquãtum ergo inuisibilia dei per creaturas cognoscimus, dicimur videre per speculum. Inquãtum verò illa inuisibilia sunt nobis occulta, videmus in enigmate. Vel aliter videmus nunc per speculũ. i. per rationẽ nostram, & tunc ly per, designat virtutem tãtùm. Quasi dicat videmus per speculum. i. virtute animæ nostræ. ¶ Circa secũdum verò sciẽdum est ꝙ deus, secũdum ꝙ deus, non habet faciẽ: & ideo hoc quod dicit, Facie ad faciem, metaphoricè dicitur. Cùm enim videmus aliquid in speculo, nõ videmus ipsam rem, sed similitudinem eius: sed quãdo videmus aliquid secũdum faciem, tunc videmus ipsam rem sicut est. Ideo nihil aliud vult dicere Apostolus, cùm dicit, videbimus in patria facie ad faciem, quàm ꝙ videbimus ipsam dei essentiam. i. Io. 3, Videbimus eum sicuti est, &c. ¶ Sed cõtrà est, quia Gen. 32. dicitur, Vidi dominũ facie ad faciem, &c. Sed cõstat quòd tunc non vidit essentiã dei, ergo videre facie ad faciem,

Quid videre per speculũ i enigmate

Quid videre facie ad faciem.

Error dicẽtiũ, rei essẽtia videbitur in patria per speciem seu similitudinem creatã

non est videre essentiam dei. ¶ Responsio, dicendum est quòd illa visio fuit imaginaria: visio autem imaginaria est quidam gradus altior. s. videre illud quod apparet: in ipsa imagine in qua apparet est alius gradus infimus. s. audire tantùm verba. Vnde Iacob vt insinuaret excellẽtiam visionis imaginariæ sibi ostẽsæ, dicit, Vidi dominum facie ad faciem. i. vidi dominum imaginariè apparẽtem in sua imagine, & non per essentiam suam. Sic enim non fuisset visio imaginaria. Sed tamen quidam dicunt quòd in patria ipsa, diuina essentia videbitur per similitudinem creatam: sed hoc est omnino falsum & impossibile, quia nunquam potest aliquid per essentiam cognosci per similitudinem, quæ non conueniat cum re illa in specie. Lapis enim non potest cognosci secũdum illud quod est, nisi per speciem lapidis quæ est in anima. Nulla enim similitudo ducit in cognitionem essentiæ alicuius rei, si differat à re illa secũdum speciem, & multò minùs si differt secũdum genus. Non enim per speciẽ equi vel albedinis potest cognosci essentia hominis, & multò minùs essentia angeli. Multò ergo minùs per aliquam speciẽ creatam, quæcunq; sit illa, potest videri diuina essentia, cùm ab essentia diuina plus distet quæcunq; species creata in anima, quàm species equi vel albedinis ab essentia angeli. Vnde ponere quòd deus videatur solùm per similitudinem seu per quãdam refulgẽtiam claritatis suæ, est ponere diuinam essentiam non videri. Et præterea cùm anima sit quædam similitudo dei, visio illa non magis esset specularis & enigmatica, quæ est in via, quàm visio clara & aperta, quæ repromittitur sanctis in gloria, & in qua erit beatitudo nostra. Vnde Augu. dicit hîc in glo. quòd visio dei quæ est per similitudinem, pertinet ad visionẽ speculi & enigmatis. Sequeretur etiam ꝙ beatitudo hominis vltima esset in alio, quàm in ipso deo, quod est alienũ à fide. Naturale etiã hominis desiderium, quod est peruenire ad primã rerum causam, & cognoscẽdi ipsam per seipsam, esset inane. ¶ Sequitur [Nũc cognosco ex, &c.] Hîc illud quod probauit in generali, probat in speciali de cognitione suiipsius, dicens, Nunc. i. in præsenti vita, ego Paulus cognosco ex parte. i. obscurè & imperfectè: tunc autem. s. in patria, cognoscam sicut & cognitus sum. i. sicut deus cognouit essentiã meam, ita deum cognoscam per essentiã: ita ꝙ ly sicut, non importat hîc æqualitatem cognitionis, sed similitudinem tantùm. ¶ Consequenter infert principalem conclusionem, cùm dicit [Nunc autem manent &c.] Causa autem quare non facit mẽtionem de omnibus donis, sed istis tribus tantùm, est quia hæc tria coniũgunt deo: alia autem non coniungunt deo, nisi mediãtibus istis. Alia etiam dona sunt quędam disponentia ad gignẽdum ista tria in cordibus hominum. Vnde & solùm ista tria. s. fides, spes, & charitas dicũtur virtutes theologicæ, quia habẽt immediatè deum pro obiecto. Sed cùm dona sint ad perficiẽdum, vel affectum, vel intellectum: & charitas perficiat affectum, fides intellectum, nõ videtur quòd spes sit necessaria, sed superflua. Ad hoc sciendum quòd amor est quædam vis vnitiua, & omnis amor in vnione quadam consistit. Vnde & secũdum diuersas vniones, diuersæ species amicitiæ à Philosopho distinguntur. Nos autem habemus duplicem coniũctionem cum deo. Vna est quãtum ad bona naturæ quæ hîc participamus ab ipso. Alia quãtum ad beatitudinẽ, inquãtum nos hîc sumus participes per gratiam supernæ fœlicitatis, secũdum quòd hîc est possibile: speramus etiam ad perfectam consecutionẽ illius æternæ beatitudinis peruenire & fieri ciues cælestis Hierusalem. Et secũdum primam communicationem ad deum, est amicitia naturalis, secundum quam vnũquodq; secundum quòd est, deum vt causam primam & summum bonum appetit & desiderat vt finem suum. Secundum verò cõmunicationem secundam, est amor charitatis, qua solùm creatura intellectualis deũ diligit. Quia verò nihil potest amari nisi sit cognitũ, ideo ad amorem charitatis exigitur primò cognitio dei. Et quia hoc est supra naturam, primò exigitur fides quæ est non apparentiũ. Secundò ne homo deficiat vel aberret exigitur spes, per quam tendat in illum finem, sicut ad se pertinet: & de his tribus dicitur Eccle. 2, Qui timetis deum, credite in illum, quantum ad fidem: qui timetis deum sperate in illum, quantum ad spem: qui timetis deum, diligite eum, quãtum ad charitatem. Ista ergo tria manent nunc, sed charitas maior est omnibus, propter ea quæ dicta sunt suprà.

Homo duplicẽ cum deo habet cõiũctionẽ.

Caput 14.

Hîc posita monitione ad charitatẽ & alia spiritualia sectãda, pꝫ fert donũ ꝓphetiæ dono linguarum.

SEctamini charitatem, æmulamini spiritalia, magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua, nõ hominibus loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum edificat: qui autem prophetat, ecclesiam dei ædificat.

¶ Posita excellentia charitatis ad alia dona, hîc consequenter Apostolus comparat alia dona adinuicem, ostendens excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit excellentiam prophetiæ ad donum linguarum. Secundò quomodo sit vtendum dono linguarum, & prophetiæ, ibi [Quid ergo est fratres &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quòd donum prophetiæ est excellentius quàm donum linguarum rationibus sumptis ex parte infidelium. Secundò ex parte fidelium, ibi [Fratres mei &c.] Prima pars diuiditur in duas. Primò ostendit quòd donum prophetiæ est excellentius dono linguarum quantum ad vsum eorum in exhortationibus seu prædicationibus. Secundò quantum ad vsum linguarum qui est in orãdo. Ad hæc enim duo, est vsus linguæ, ibi [Et ideo loquitur &c.] Circa primũ duo facit. Primò enim præmittit vnum per quod continuat se ad sequentia: & hoc est quod dicit, Dictum est ꝙ charitas omnia dona excellit. Si ergo ita est, sectamini. s. viribus charitatem, quæ est dulce & salubre vinculum mẽtium. i. Pe. 4, Ante omnia charitatem &c. Col. 5, Super omnia autem charitatẽ habete, &c. Secũdò subdit illud per quod cõtinuat se ad sequentia. Et hoc est quod dicit [Æmulamini &c.] q. d. Licet charitas sit maior omnibus donis, tamen alia non sunt cotẽnenda. Sed æmulamini. i. feruenter ametis spiritualia dona spiritussancti. i. Pet. 3, Quid est quod vobis noceat &c. Licet autem æmulatio quãdoq; sumatur pro feruenti dilectione: quandoq; pro inuidia, tamen non est equiuocatio: immoviũ procedit ab alio, zelari enim & æmulari designat feruẽtem amorem alicuius rei. Contingit autem quòd res amata, ita diligitur feruẽter ab aliquo quòd non patitur sibi cõsortem, sed ipse vult eam solus & singulariter. Et iste est zelus, qui secũdum quosdã est amor intensus non patiens cõsortium in amato. Hoc tamen non cõtingit in spiritualibus, quæ possunt perfectissimè à multis participari: sed solùm in illis quæ nõ possunt à multis participari. Vnde in charitate nõ est huiusmodi zelus non patiens cõsortium in amato, sed tamen in corporalibus, in quibus

prouenit, quòd si aliquis habet illud quod ipse zelat, doleat: & ex hoc cõsurgit æmulatio, quæ est inuidia, sicut si ego amo dignitatem seu diuitias, doleo quòd aliquis habet eas, vnde & ei inuideo. Et sic patet quòd ex zelo surgit inuidia. Cùm ergo dicitur, æmulamini spiritualia, non intelligitur de inuidia, quia spiritualia possunt à multis haberi, sed dicit, æmulamini, vt inducat ad feruenter amandum deum. Et quia inter spiritualia est gradus quidam, quia prophetia excedit donũ linguarum, ideo dicit [Magis autem vt prophetetis] quasi dicat, Inter spiritualia magis æmulamini donum prophetiæ. i. Thessal. 5, Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. ¶ Ad explanationem autem totius cap. prænotanda sunt tria, scilicet, quid sit prophetia, quot modis dicatur in scriptura sancta prophetia, & quid sit loqui linguis. Circa primum sciendum est ꝙ propheta dicitur quasi procul videns, & secundũ quosdam dicitur à for faris, sed melius dicitur à phanos, quod est videre. Vnde 1. Regum 9. dicitur, ꝙ qui nũc dicitur propheta, olim videns dicebatur. Vnde visio eorum quæ sunt procul, siue sint futura contingentia, siue supra rationem nostram, dicitur prophetia. Est igitur prophetia visio seu manifestatio futurorum contingentium seu intellectum humanum excedentium. Ad huiusmodi autem visionem quatuor requiruntur. Cùm enim cognitio nostra sit per corporalia & per fantasmata à sensibilibus accepta, primò exigitur quòd in imaginatione formentur similitudines corporales eorum quæ ostenduntur: vt Dionysius dicit quòd impossibile est aliter lucere nobis diuinũ radium, nisi varietate sacrorum voluminum circunuelatum. Secũdum quòd exigitur, est lumen intellectuale illuminans intellectum ad ea quæ supra naturalem cognitionem nostram ostenduntur cognoscenda. Nisi enim ad similitudines sensibiles in imaginatione formatas intelligendas adsit lumen intellectuale, ille cui similitudines huiusmodi ostenduntur non dicitur propheta, sed potius somniator, sicut Pharao, qui licet viderit spicas & vacchas quæ erant indicatiua futurorum quorundam: quia tamen non intellexit quod vidit, non dicitur propheta, sed potius ille scilicet Ioseph, qui interpretatus est. Et similiter est de Nabuchodonosor, qui vidit statuam & non intellexit. Vnde nec propheta dicitur, sed Daniel. Et propter hoc dicitur Dan. 10, Intelligentia opus est in visione. Tertium quod exigitur, est audacia ad annuntiandum ea quæ reuelantur. Ad hoc enim deus reuelat vt aliis denuntientur. Hiere. 1, Ecce dedi verba mea in ore. Quartum est operatio miraculorum, quæ sunt ad certitudinem prophetiæ. Nisi enim facerent aliqua quæ exeedunt operationem naturæ, non crederetur eis in his quæ naturalem cognitionem transcendunt. Secundum ergo hos modos prophetiæ, dicuntur aliqui diuersis modis prophetæ. Aliquando enim aliquis dicitur propheta qui habet omnia ista quatuor. s. quòd videt imaginarias visiones, & habet intelligentiam de eis, & audacter annuntiat aliis, & operatur miracula: & de hoc dicitur Nume. 12, Siquis fuerit inter vos propheta, &c. Aliquãdo autem dicitur propheta ille qui habet solas imaginarias visiones, sed tamen improprie, & valde remotè. Aliquando enim dicitur propheta, qui habet intellectuale lumen ad explanãdum etiam visiones imaginarias, siue sibi, siue alteri factas. Vel ad exponẽdum dicta prophetarum, vel scripturas apostolorum. Et sic dicitur propheta omnis qui discernit doctorum scripturas, quia eodem spiritu interpretatæ sunt quo editæ sunt. Et sic Salomon & Dauid possunt dici prophetæ, inquantum habuerunt lumen intellectuale ad clarè & subtiliter intuendum. Nam & visio Dauid intellectualis tantùm fuit. Dicitur etiam propheta aliquis solùm ex hoc quòd prophetarum dicta denuntiat seu exponit, seu cantat in ecclesia: & hoc modo dicitur 1. Reg. 19. quòd Saul erat inter prophetas. i. inter cantantes dicta prophetarum. Dicitur etiã aliquis propheta ex miraculorum operatione, secundum illud Eccles. 48, quòd corpus Helisei mortuũ prophetauit. i. miraculum fecit. Quòd ergo dicit hîc Apostolus per totum cap. de prophetis, intelligendum est de secundo modo. s. quòd ille dicitur prophetare, qui per lumen intellectuale diuinum visiones sibi, & aliis factas, exponit. Et secundum hoc planum erit quod hîc dicitur de prophetis. ¶ Circa secundum sciendum est quòd quia in ecclesia primitiua pauci erant quibus imminebat fidem Christi prædicare per mũdum, ideo dominus vt cõmodius & pluribus verbum dei annuntiarent, dedit eis donũ linguarum, quibus omnibus prædicarent, non ꝙ vna lingua loquentes ab omnibus intelligerẽtur, vt quidam dicunt, sed ad literã quòd linguis diuersarum gentium, imò omnium loquerentur. Vnde dicit Apostolus, Gratias ago deo quòd omnium vestrum lingua loquor. Et Act. 1. dicitur, Loquebantur variis linguis, &c. Et hoc donũ multi adepti sunt à deo in ecclesia primitiua. Corinthii autem quia curiosi erant, ideo libentius volebant illud donũ, quàm donum prophetiæ. Quòd ergo dicitur hîc loqui lingua, vult Apostolus intelligi lingua ignota, & non explanata, sicut si lingua Theutonica loquatur quis alicui Gallico, & nõ exponat, hîc loquitur lingua. Vel etiã si loquatur visiones tantũ & non exponat, loquitur lingua. Vnde omnis locutio non intellecta nec explanata quæcunque sit illa, est propriè loqui lingua. ¶ His ergo visis ad expositionẽ literæ accedamus, quæ plana est. Circa hoc ergo duo facit. Primò probat ꝙ donum prophetiæ excellentius est dono linguarũ. Secundò excludit quandam obiectionẽ, ibi [Volo autem vos, &c.] Quòd autem donũ prophetiæ excedat donum linguarum, probat duabus rationibus, quarũ prima sumitur ex cõparatione dei ad ecclesiam. Secunda ratio sumitur ex cõparatione hominum ad ecclesiam. Prima autem ratio talis est, Illud per quod facit homo ea nõ solùm quæ sunt ad honorem dei, sed etiã ad vtilitatem proximorum est melius, q̃ illud quod fit tantùm ad honorem dei: sed prophetia est nõ tantũ ad honorem dei, sed etiam ad proximi vtilitatem: per donum verò linguarum solùm illud fit quod est ad honorem dei, ergo, &c. Huius autem rationis ponit medium: & primò quantum ad hoc quod dicit, quòd qui loquitur lingua, honorat tantũ deum. Et hoc est quod dicit [Qui loquitur lingua]. s. ignota, non loquitur hominibus. i. ad intellectum hominũ, sed deo. i. ad honorem dei tantùm. Vel deo, quia ipse deus solus intelligit. Sap. 5, Auris zeli dei audit omnia, &c. Et quòd non loquatur homini, subdit, Nemo enim audit. i. intelligit. Sic enim frequenter accipitur, non audire, pro non intelligere. Mat. 13, Qui habet aures audiendi audiat. Quare autem soli deo loquatur, subdit quòd ipse deus loquitur. Vnde dicit, Spiritus autem dei loquitur mysteria. i. occulta. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini, &c. Suprà 2, Nemo nouit quæ sunt spiritus dei, &c. Secundò probat id quod dicit, quòd prophetia est ad honorem dei & vtilitatem proximorum. Vnde dicit [Nam qui prophetat, &c.] id est explanat visiones seu scripturas, loquitur hominibus. i. ad intellectum hominum, & hoc ad ædificationem incipiẽtium, & ad exhor-

Quid sit ꝓphetia.

Ad visionẽ ꝓphetică quatuor requirũtur.

Quot modis dicatur quis propheta.

Interpres scripturæ sacræ & cantor eiusdem in ecclesia ꝓpheta dicitur, qui ãnũtiat dicta prophetarũ. Propheta ĩ toto hoc c. ꝙ ĩterprete ꝓphetiarũ & sacræ scripturæ seu reuelatorum sibi vel aliis ponitur.

Quid sit loqui linguis.

tationem proficientium. 1. Tim. 5, Consolamini pusillanimes. Titum 2, Loquere & exhortare ad cõsolationem desolatorũ. Vel ædificatio pertinet ad spiritualem affectionẽ, quia ibi primò incipit ad ędificiũ spirituale. Ephe. 2, In quo & vos ędificamini, &c. Exhortatio verò ad inductionẽ ad bonos actus, quia si affectus est bonus, tũc actus est bonus. Tit. 2, Hæc loquere & exhortare. Cõsolatio verò inducit ad tollerantiam malorum. Ro. 15, Quæcũque scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt. Ad hæc enim tria inducũt prædicantes diuinã scripturam. Secunda ratio talis est, Illud quod est vtile soli facienti, est minus q̃ illud quod prodest etiã aliis: loqui autẽ linguis est vtile soli ei qui loquitur, prophetare verò aliis prodest. Igitur, &c. Huius autẽ rationis ponit mediũ, & primò quantum ad primã partem medii, & hoc est quod dicit [Qui loquitur lingua, semetipsum, &c.] Psal. Concaluit cor meũ intra me, &c. Secundò quantum ad secũdam partem, & hoc est quod dicit [Qui autem prophetat, ecclesiam]. i. fideles ædificat instruendo. Ephes. 2, Superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum.

Lectio 2.

Docetur quòd licet prophetia sit melior, quàm loqui linguis, non tamen contemnendũ esse loqui linguis & ponitur ratio cur magis velit Paulus eos ꝓphetare, q̃ loqui linguis, ostẽdo simul excellẽtiam doni ꝓphetiæ supra donũ linguarũ, exẽplo sumpto à se, à reb⁹ inanimatis & ab hominibus diuersimodè loquẽtibus.

Volo autem uos omnes loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi fortè interpretetur ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquẽs quid uobis prodero, nisi uobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt, uocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur aut citharizatur? Et enim si incertam uocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & uos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine uoce est. Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Sic & uos quoniã æmulatores estis spirituũ ad ædificationẽ ecclesiæ, quærite ut abũdetis.

¶ Hic Apostolus excludit obiectionem seu falsum intellectum, qui posset esse circa præmissa: possent enim aliqui credere quòd ex quo Apostolus præfert prophetiam dono linguarum, quòd donum linguarum esset contemnendum. Vnde vt hoc excludat, dicit [Volo autem vos, &c.] Vbi primò ostendit quid intenderit insinuare. Secundò rationem horum assignat, ibi [Nam maior, &c.] Dicit ergo, Licet hæc quæ dicta sunt suprà dixerim, non tamen volo vos donum linguarum spernere, sed volo vos omnes loqui linguis, tamen magis volo vt prophetetis. Nume. 11, Quis tribuat vt omnis pópulus, &c. Cuius rationem assignat, cùm dicit [Nam maior, &c.] Quasi dicat, Ideo volo vt magis prophetetis, quia maior est, &c. Et huius ratio est, quia aliquando aliqui mouentur à spiritu sancto loqui aliquid mysticum, quod ipsi non intelligunt. Vnde isti habent donum linguarum. Aliquando autem non solùm loquuntur linguis, sed etiam ea quæ dicunt, interpretantur. Et ideo dicit [Nisi vt interpretetur.] Nam donum linguarum cum interpretatione est melius quàm prophetia: quia sicut dictum est, interpretatio cuiuscunque ardui pertinet ad prophetiam. Vnde qui loquitur & qui interpretatur, propheta est, & donũ linguarum habet, & interpretatur vt ecclesiã dei ædificet, ideo dicit [Vt ecclesia, &c.] i. non solùm intelligat se, sed etiam vt ecclesia ædificetur. Rom. 14, Quæ ædificationis sunt inuicem, custodiamus. & Roma. 15, Vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. [Nunc autem fratres, &c.] Hic probat donum prophetię esse excellentius quàm donum linguarum per exempla, & hoc tripliciter. Primò per exemplum à seipso sumptum. Secũdò per exemplum sumptum à rebus inanimatis, ibi [Tamẽ quæ sine anima, &c] Tertiò per exẽplum sumptum ab hominibus diuersimodè loquentibus, ibi [Tam multa, &c.] Ex seipso autem argumentatur sic, Constat ergo quòd ego non minus habeo donum linguarum quàm vos, sed si loquerer vobis solùm linguis, & non interpretarer, nihil vobis prodessem. Ergo nec vos ab inuicem. Et hoc est quod dicit [Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens.] Hoc dupliciter potest intelligi: scilicet vel linguis ignotis, vel ad literam quibuscunque signis non intellectis, quid vobis prodero, nisi loquar vobis aut in reuelatione, &c. ¶ Vbi notandum quòd ista quatuor, scilicet aut in reuelatione, &c. possunt dupliciter distingui. Vno modo penes ea de quibus sunt. Et sic sciendum est quòd illustratio mentis ad cognoscendum est de quatuor, vel quia est de diuinis, & hæc illustratio pertinet ad donum sapientiæ. Diuinorum enim, vt suprà dictũ est 2. est reuelatio, quia quæ sunt dei, nemo nouit, &c. Et ideo dicit in reuelatione, qua scilicet illuminatur mens ad cognoscẽdum diuina, vel est de terrenis, & non de quibuscunque, sed de illis tantùm quæ sunt ad ædificationem fidei: & hoc pertinet ad donũ scientiæ: & ideo dicit [In scientia] non geometriæ nec astrologiæ, quia hæc non pertinent ad ædificationẽ fidei, sed in sciẽtia quæ est sanctorũ. Sap. 10, Dedit illi scientiã sanctorum, &c. vel est de euentibus futurorũ, & hoc pertinet ad donum prophetiæ. Et ideo dicit [Aut in prophetia.] Sap. 8, Signa & monstra sint antè quàm fiant & euentus tẽporum & seculorũ. Notandum autem quòd prophetia non accipitur hîc cõmuniter. s. secundum quòd suprà dictum est, sed accipitur hîc particulariter prout est manifestatio futurorum tantùm. Et secũdum hoc diffinitur à Cassiodoro, Prophetia est diuina inspiratio rerum futurarum immobili veritate denuntians. Eccle. 24, Ad hunc doctrinam quasi prophetiam effundam, &c. vel est de agendis moralibus, & hoc pertinet ad doctrinam. Et ideo dicit [Aut in doctrina.] Roma. 12, Qui docet in doctrina. Prouerb. 13, Doctrina bona dabit gratiam. Alio modo possunt hæc distingui penes modos acquirendi cognitionem. Et sic sciendum est quòd omnis cognitio, aut est à supernaturali principio, scilicet deo, aut naturali, scilicet lumine naturali intellectus nostri. Si autem à supernaturali principio, scilicet lumine diuino infuso, hoc potest esse dupliciter, quia aut infunditur subito cognitio, & sic est reuelatio, aut infunditur successiuè, & sic est prophetia quam non subito habuerunt prophetæ, sed successiuè & per partes, vt eorum prophetiæ ostẽdunt. Si verò cognitio acquiratur à naturali principio, hoc est, aut per studium proprium, & sic pertinet ad scientiam, aut traditur ab alio, & sic pertinet ad doctrinam. [Tamen quæ sine anima, &c.] Hîc ostendit idem per exempla sumpta ex rebus inanimatis, scilicet per instrumenta quæ videntur vocem habere. Et primò per instrumenta gaudii. Secundò per instrumenta pugnæ, ibi [Etenim si incertam, &c.] Dicit ergo, Hoc non solùm patet per ea quæ suprà dicta sunt, sed etiam quantum ad ea quæ sine anima vocem dant, quòd loqui linguis non solùm non prodest aliis. Et quæ sine anima sunt vocem dantia. ¶ Contrà vox est sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis formatus. Non ergo ea quæ sunt sine anima dant vocem. ¶ Dicendum est quòd licet vox non sit nisi animalium, tamen

potest dici per quandam similitudinem, scilicet secundum quòd quædam, sicuti instrumenta, habent quandam consonantiã & melodiam, & ideo de illis facit mentionem. s. de cithara quæ dat vocem tactu, & tibia quæ flatu. Si ergo hæc dant vocem sine distinctione, quomodo scietur, &c. Cùm enim homo per instrumenta aliquid intendat exprimere, s. aliquos cantus qui ordinantur vel ad fletum vel ad gaudium. Esa. 30, Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solennitatis & lętitia cordis, sicut qui pergit cũ tibia vt intret in montem domini. Vel etiam ad lasciuiã non poterit diiudicari ad quid canitur tibia, aut ad quid cithara si sonus sit confusus & indistinctus. Ita si homo loquitur linguis, & non interpretatur, non poterit sciri quid velit dicere. [Etenim si incertã vocem dederit, &c.] Hîc ostendit idem per exẽpla inanimatarũ. s. per instrumẽta ad pugnã ordinata. Et sumitur hæc similitudo ex lib. Num. 10. Ibi enim legitur ꝙ dominus præcepit Moysi, vt faceret duas tubas argenteas, quæ essent ad conueniendum populum ad mouendũ castra & ad pugnandum. Et pro quolibet istorũ habebant certum modum tubandi, quia aliter dabant vocem quando debebãt conuenire ad concilium, aliter quando mouebant castra, & aliter quando pugnabant: & ideo arguit Apostolus quòd sicut si tuba det incertam vocem. i. indistinctam, nescitur vtrum se debeant parare ad bellum, & ita vos si loquimini tantũ linguis, nisi distinctũ sermonem dicatis interpretãdo vel exponendo, non poterit quis scire quid loquamini. Per tubã potest intelligi prædicator. Esa. 58, Quasi tuba exalta vocẽ tuã, &c. Ratio autem quare non potest sciri quid loquamini, est quia eritis in aera loquentes. i. inutiliter. Suprà 9, Sic pugno non quasi aera verberãs, &c. [Tã multa, &c.] Hîc sumit exẽplum à diuersis linguis loquẽtium. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit diuersitatẽ linguarum. Secundò inutilitatem loquentiũ sibi adinuicẽ in linguis extraneis, ibi [Si ergo nesciero, &c.] Tertiò cõcludit quod intendit, ibi [Sic & vos quoniã æmulamini, &c.] Dicit ergo primò, Multæ & diuersæ linguæ in mundo sunt, & quilibet potest loqui quacunque vult, si tamen non loquatur determinatè non intelligitur. Et hoc est quod dicit [Tam multa, &c.] hoc potest dupliciter exponi, quia potest continuari cum præcedentibus, vt dicatur, Eritis in aera loquentes, [Et tam multa vt puta, &c.] quasi dicat, Ideo in aera, id est, inutiliter loquimini omnibus linguis, quia loquimini sine intellectu, quæ tamen proprias significationes vocum ad hoc habent vt intelligantur. Nihil enim sine voce est. Vel potest sic pũctuari, Eritis in aera loquentes. Tam multa, vt puta, sunt genera linguarũ. i. singulis linguis. [Si ergo nesciero, &c.] Hîc ostendit horũ inutilitatem. Et hoc est quod dicit [Si loquar omnibus linguis.] Sed si nesciero virtutẽ vocis. i. significationem vocis, ero cui loquar barbarus. Hiere. 5, Adducam super te gentem de longinquo, gentem cuius ignoras linguam. ¶ Nota quòd barbari secundum quosdam dicuntur illi, quorum idioma discordat omnino à Latino. Alii verò dicunt quòd quilibet extraneus est barbarus omni alii extraneo, quando scilicet non intelligitur ab eo. Sed hoc non est verum, quia secundum Isidorum Barbaria est specialis natio. Colos. 3, In Christo Iesu non est Barbarus & Scitha, &c. Sed secundum quod verius dicitur. Barbari propriè dicuntur illi qui in virtute corporis vigent, in virtute rationis deficiunt, & sunt quasi extra leges & sine regimine iuris. Et huic videtur consonare Aristoteles in polyticis suis. ¶ Consequenter cùm dicit [Sicut, &c.] concludit quod intendit: & hoc potest dupliciter construi. Primò vt punctetur hoc modo, quasi dicat, sic ego ero barbarus vobis, si loquar sine significatione & interpretatione, sicut & vos eritis barbari adinuicem, & ideo quærite vt abundetis, &c. & hoc, quoniam estis æmulatores, &c. Vel alio modo vt totum ponatur sub distinctione. Quasi diceret, Ne ergo sitis barbari, sic scilicet sicut ego facio, quoniam estis æmulatores spirituũ. i. donorum spiritus sancti, quærite à deo vt abundetis. Prouerb. 15, In abundanti iustitia, virtus maxima est. Quæ quidem iustitia est ædificare alios. Matth. 7, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.

Lectio 3.

Ostenditur excellentia ꝓphetiæ supra donum linguarum, ostendendo primò necessitatẽ orationis, & secũdò docendo in oratione plus valere donũ ꝓphetiæ, q̃ lingua, & hoc ostẽditur primò in oratione priuata & secundò in publica.

Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mẽte. Cæterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicet, amen, super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur.

¶ Suprà ostẽdit Apostolus excellentiã doni prophetiæ ad donum linguarum, rationibus sumptis ex parte exhortationis: hîc verò ostẽdit idem rationibus sumptis ex parte rationis: hæc enim duo per linguã exercemus, orationem. s. & exhortationem. Et circa hoc duo facit. Primò enim probat excellentiam prophetię ad donum linguarum rationibus. Secundò exemplis, ibi [Gratias ago deo meo, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit necessitatem orationis. Secũdò ostendit quomodo in oratione plus valet donum prophetiæ, quàm donum linguarum. [Nam si orem lingua, &c.] Dicit ergo primò, Dixi quòd donum linguarum sine dono prophetiæ non valet: & ideo quia interpretari est actus prophetiæ, quæ est excellentior illi qui loquitur lingua ignota, vel extranea, vel aliqua mysteria occulta, oret scilicet deum vt interpretetur, id est vt interpretandi gratia detur sibi. Colossen. 4, Orantes vt deus aperiat ostium. Glosa aliter exponit, oret. Orare enim dicitur dupliciter. s. vel deprecari deum, vel persuadere: quasi dicat, Qui loquitur, oret lingua. i. ita persuadeat, vt interpretetur, & sic accipit orare hîc glosa per totum capitulum. Sed non est hęc intentio Apostoli, sed pro deprecatione ad deum. [Nam, si oret, &c.] Hîc ostendit quòd in orando plus valet prophetia, quàm donum linguarum, & hoc dupliciter. Primò ratione sumpta ex parte ipsius orantis. Secundò ratione sumpta ex parte audientis, ibi [Cæterum si benedixeris, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit rationem ad propositum ostendendum. Secundò remouet obiectionem, ibi [Quid ergo, &c.] Circa primum sciendum est quòd duplex est oratio. Vna est priuata, quando scilicet quis orat in seipso, & pro se. Alia publica, quando quis orat coram populo, & pro aliis: & in vtraque contingit vti & dono linguarum, & dono prophetiæ. Et ideo vult ostendere quòd in vtraque plus valet donum prophetiæ, quàm donum linguarum. Et primò in oratione priuata, dicens, quòd si sit aliquis idiota qui faciat orationem suam, dicens Psalmum, vel Pater noster, & non intelligat ea quæ dicit, iste orat lingua, & non refert vtrum oret verbis sibi à spiritu sancto concessis, siue verbis aliorum. Et si sit alius qui orat, & intelligit quæ dicit, hic quidem orat, & prophetat: constat quòd plus lucratur qui orat, & intelligit, quàm qui tantum

In orationibus melior est oratio q̃ intelligitur & ideo si fine scãdalo fieri posset, esset melius in idiomate

Universidad de Deusto
Biblioteca

à quolibet intelligibili oratione siue in oratio nibus priuatis, siue publicis.

lingua orat,qui,scilicet non intelligit quæ dicit.Nam ille qui intelligit,reficitur & quãtum ad intellectum, & quantum ad effectum:sed mens eius qui non intelligit,est sine fructu refectionis. Vnde & cùm melius sit refici quantum ad effectũ & intellectum , q̃ quantum ad effectum solùm: constat q̃ in oratione plus valet prophetiæ donũ,q̃ solùm donum linguarũ.Et hoc est quod dicit,Dico q̃ oret vt interpretetur.Nã si orem lingua.i.orando vtor dono linguarũ,ita q̃ proferam aliqua quæ non intelligo:tunc spiritus meus.i.spiritus sanctus mihi datus,orat,qui inclinat & mouet me ad orandũ.Et nihilominus mereor in ipsa oratione,quia hoc ipsum quòd moueor à spiritu sancto est mihi meritũ.Ro.8,Nã quid orem⁹,sicut oportet nescimus,sed ipse spiritus sanctus postulare nos facit.Vel spiritus meus.i.ratio mea orat.i.dictat quod ego loquar ea quæ ad bonũ sunt,siue verbis propriis,siue aliorũ sanctorũ.Vel spiritus meus.i.virtus imaginatiua orat,inquantum voces seu similtudines corporaliũ sunt tantũ in imaginatione absque hoc q̃ intelligãtur ab intellectu: & ideo subdit,Mens autẽ mea.i.intellectus meus,sine fructu est:quia nõ intelligit.Et ideo melius est in oratione prophetia seu interpretatio,q̃ donũ linguarum:sed nũquid quãdocunque quis orat, & non intelligit quæ dicit,est sine fructu orationis.Dicendũ q̃ duplex est fructus orationis.Vnus fructus est meritum quod homini prouenit.Alius fructus est spiritualis cõsolatio & deuotio cõcepta ex oratione.Et quantum ad fructum deuotionis spiritualis,priuatur qui nõ attendit ad ea quę orat seu nõ intelligit,sed quantũ ad fructum meriti,nõ est dicẽdũ q̃ priuetur:quia sic multæ orationes essent sine merito, cùm vix vnũ Pater noster ,potest homo dicere quin mẽs ad alia feratur . Et ideo dicendum est,q̃ quando orans aliquãdo diuertit ab his quæ dicit, seu quãdo quis in vno opere meritorio nõ cõtinuè cogitat in quolibet actu,q̃ facit hoc propter deũ,non perdit rationẽ meriti. Cuius ratio est, quia in omnibus actibus meritoriis qui ordinãtur ad finem rectum,non requiritur q̃ intentio agẽtis coniungatur fini secũdum quẽlibet actum:sed vis prima quæ mouet intentionẽ,manet in toto opere,etiã si aliquando in aliquo particulari diuertat:& hîc prima vis facit totum opus meritorium , nisi interrumpatur per contrariã affectionẽ quæ diuertat à fine prædicto ad finem contrariũ.Sed sciendum est q̃ triplex est attentio.Vna est ad verba quæ homo dicit,& hæc aliquãdo nocet inquantũ impedit deuotionẽ.Alia est ad sensum verborũ,& hęc nocet,non tamen est multũ nociua.Tertia est ad finẽ,& hæc est melior & quasi necessaria.Tamen id quod dicit Apostolus,mens est sine fructu,intelligitur de fructu refectionis.[Quid ergo est,&c.]quia posset aliquis dicere,ex quo orare lingua est sine fructu mentis,sed tamen spiritus orat,nũquid ergo non est orandum spiritu:ideo Apostolus remouet dicẽs,q̃ vtroque modo orandũ est & spiritu & mente : quia homo debet seruire deo de omnibus quæ habet à deo: sed à deo habet spiritũ & mentẽ,& ideo debet de vtroque orare.Eccle.47,De omni corde suo laudabit dominum,&c.Et ideo dicit[Orabo spiritu,orabo & mente:Psallam spiritu,&c.]Et sic dicit orabo,& psallam: quia oratio vel est ad deprecandũ deum,& sic dicit orabo:vel ad laudãdũ,& sic dicit psallam. De istis duobus,Iaco.5,Tristatur quis in vobis,oret æquo animo & psallat.Psal.Psallite domino,&c.Orabo ergo spiritu.i.imaginatione:& mente.i.voluntate.Cæterũ si benedixeris,&c.Hîc secũdò ostendit q̃ donũ prophetię plus valet q̃ donũ linguarum, etiã in oratione publica, quæ est quãdo sacerdos publicè orat, vbi aliquãdo dicit quædã quæ non intelligit,aliquãdo aliqua quæ intelligit.Et circa hoc tria facit. Primò ponit rationẽ. Secũdò exponit eam,ibi[Quomodo dicet,&c.]Tertiò probat quod suppositum erat,ibi [Quoniã quid,&c.]

In oratione triplex attentio.

Dicit ergo,Dixi q̃ donũ prophetiæ in oratione priuata plus valet,cæterũ,pro sed:& in publica,quia si benedixeris.i.si benedictionẽ dederis spiritu.i.in lingua quę nõ intelligatur,seu imaginatione & motus à spiritu sancto,quis supplet locũ idiotæ?Idiota ,ppriè dicitur qui scit tantũ linguã in qua natus est: quasi dicerer, Quis dicet illud quod debet dicere ibi idiota?quod est dicere,amen.Et ideo dicit,Quomodo dicet supplẽs tuã benedictionem:vbi glo.exponit.i.quomodo cõsentiet benedictioni à te factæ in persona ecclesiæ. Esa. 65,Qui benedictus est super terrã benedicetur in eo,amen. Amen idẽ est quod fiat,vel verũ est.q.d. si non intelligit quæ dicis,quomodo cõformabit se dictis tuis?potest quidem se conformare etiã si non intelligat, sed in generali tantũ,non in speciali,quia non potest intelligere quid boni dicas, nisi q̃ benedicas tantùm.

Cur non in vulgari fiãt orationes.

¶ Sed quare non dantur benedictiones in vulgari,vt intelligantur à populo,& cõforment se magis eis?Dicendum est q̃ hoc fortè fuit in ecclesia primitiua,sed postquã fideles instructi sunt, & sciunt quæ audiũt in cõmuni officio,fiunt benedictiones in Latino. ¶ Cõsequenter probat quare nõ potest dicere, amen, cùm dicit[Nam tu quidem].i.licet tu gratias agas bene deo inquantũ intelligis,sed alter qui audit,& non intelligit,non ædificatur inquantum non intelligit in speciali, & si in generali intelligat & ædificetur . Ephes.4, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat,sed siquis bonus est ad ædificationem fidei . Et ideo melius est vt non solùm lingua benedicat, sed etiam vt intepretetur & exponat , licet tu qui gratias agis bene agas.

Ostenditur excellentia ꝓphetiæ supra linguarum donũ rationibus ex pte ipsi⁹ Pauli sumptis, sed primò agit gratias de dono linguarum, tandẽ præfert prophetiã linguis, rationibus sumptis ex pte infideliũ, excitans eos prius ad attẽdendum.

Lectio 4.

Gratias ago deo meo,q̃ omniũ uestrũ lingua loquor.Sed in ecclesia uolo quinq; uerba sensu meo loqui, ut & alios instruã,q̃ decẽ millia uerborũ in lingua.Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensib⁹ autẽ perfecti estote.In lege enim scriptũ est, Quoniã in aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic, & nec exaudiẽt me dicit dominus.Itaq; linguæ in signũ sunt non fidelibus,sed infidelibus:prophetiæ autẽ,non infidelibus,sed fidelibus.

¶ Hîc ostendit Apostolus excellentiam doni prophetiæ ad donũ linguarum,per rationes sumptas ex parte suiipsius.Et circa hoc duo facit.Primò agit gratias de dono linguarum,sibi à deo dato.Secundò se eis in exẽplum proponit,ibi[Sed in ecclesia volo,&c.]Dicit ergo,Gratias ago,&c.q.d.Nõ ideo vilipendo donũ linguarũ,quia ego dico q̃ donũ prophetiæ sit excellẽtius,sed debet charũ haberi. Vnde & ego gratias ago, &c.Est ergo de omnibus gratias agendũ.1.Thes.5,In omnibus gratias agite,&c.Vel gratias ago.q.d.Non ideo vilipendo donũ linguarum,quasi eo carens,imò etiam ego habeo:& ideo dicit,Gratias ago,&c.Et ne intelligatur q̃ omnes loquerentur vna lingua,dicit,Omniũ vestrũ lingua loquor.Act.2,Loquebãtur variis linguis apostoli,&c.[Sed in ecclesia.]Hîc ponit se in exẽplum.q.d.Si ego habeo donum linguarum sicut & vos,debetis facere illud quod facio.Sed ego volo.i.magis volo loqui in ecclesia quinque.i.pauca verba sensu meo.i. intellectu, vt scilicet ego intelligam, & intelligar, & ex hoc instruam alios , quàm decem millia.i. quamcunque multitudinem verborum in lingua , quod est loqui non ad intellectum quocunque modo

fiat,vt suprà expositũ est.Dicunt quidam quòd ideo dicit quinque,quia Apostolus videtur velle quòd magis velit dicere solùm vnã orationem ad intellectum,q̃ multas sine intellectu.Oratio autem,secũdum grammaticos ad hoc quòd debeat facere perfectũ sensum,debet habere quinque.s.Subiectum,Prędicatum,Copulam verbalem,Determinationẽ subiecti,& Determinationem prędicati.Aliis videtur melius quòd quia ad hoc loquendum est cũ intellectu vt alii doceantur: ideo ponit quinque, quia doctor debet quinque docere.s.credenda.Titum 3, Hæc loquere & exhortare,&c.Agenda,Matth.vlti.Euntes in mundum,&c.Vitanda.s.peccata,Eccles.21,Quasi à facie colubri fuge,&c. Esa.58,Annuntia populo meo scelera,&c. Speranda.s.mercedem æternã.1.Pet.1,De qua salute exquisierunt, &c.Timenda.s.pœnas æternas.Matt.25,Ite maledicti in ignem æternum, &c. ¶ Fratres mei nolite,&c. Hîc ostendit excellentiam doni prophetiæ ad donum linguarum,rationibus sumptis ex parte infidelium.Et circa hoc duo facit . Primò excitat attentionem & reddit attentos.Secundò arguit ad propositũ,ibi[In lege quid scriptum est.]Circa primum videtur Apostolus excludere palliũ excusationis aliquorum,qui ideo docent quædam rudia & superficialia,quasi ostendant se volentes viuere in simplicitate,& ideo non curãtes de subtilitatibus ad quas secundum rei veritatem non attingunt,habentes verbũ domini:ad hoc Mat.18,Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli,&c.Sed hoc Apostolus excludit,cũ dicit[Nolite pueri effici sensu].i.nolite puerilia & inutilia & stulta loqui & docere.Suprà 3,Cùm essem paruulus,&c.Sed quomodo debetis effici pueri affectu non intellectu.Et ideo dicit[Sed malitia.] Vbi sciendum est, quòd paruuli deficiũt in cogitando mala,& sic debemus effici paruuli:& ideo dicit,Sed malitia paruuli estote:& deficiunt in cogitando bona,& sic non debemus esse paruuli,imò viri perfecti.Et ideo dicit[Sensibus autem perfecti,&c.]i.ad discretionẽ boni & mali, perfecti sitis.Vnde Heb.5,Perfectorũ est solidus cibus,&c. Non ergo laudatur in vobis simplicitas quæ opponitur prudentiæ,sed simplicitas quæ astutiæ.Et ideo dominus dicit Matth.10,Estote prudentes sicut serpentes.Rom.16,Volo vos sapientes esse in bono,simplices in malo. ¶ Consequenter cùm dicit[In lege quid scriptum est]arguit ad propositum.Vbi sciendum est quòd hoc argumentum,sicut patet per glo.distinguitur per multa: sed secundum intentionem Apostoli non videtur quòd attendatur in loco hoc , nisi vna ratio.Et ratio sua ad probandum quòd donum prophetiæ est excellentius,quàm donum linguarum,est talis, Omne quod pl⁹ valet ad illud ad quod alterũ principaliter ordinatur,est melius illo altero ordinato ad hoc. Sed tam donum prophetiæ,quàm donum linguarum ordinatur ad conuersionem infidelium : sed prophetiæ plus valent ad hoc,quàm donum linguarum, ergo prophetia est melior. ¶ Circa hanc ergo rationem duo facit.Primò ostendit ad quid ordinatur donum linguarum,& ad quid ordinatur donũ prophetiæ. Secundò quòd plus valet donum prophetiæ, ibi [Si ergo conueniat vniuersa, &c.] Circa primum duo facit. Primò inducit authoritatem.Secundò ex authoritate arguit ad propositum, ibi[Itaque linguæ,&c.]Circa primũ sciendum est quod dicit,In lege quid scriptum est,potest legi vel interrogatiuè, quasi dicat, non debetis effici pueri sensibus,sed perfecti:& hoc est videre & scire legẽ. Vnde si estis perfecti sensibus, sciatis.s. legẽ &in lege quid scriptũ est:de linguis quę sunt inutiles aliquãdo ad id ad quod ordinatę sunt,quia licet in diuersis linguis loquar,scilicet populo Iudæorum,tamen homo non exaudit, &c. Potest etiam legi remissiuè,In lege quid scriptum est,Quasi dicat,Nolite moueri sicut pueri ad aliquid appetendum non discernentes,vtrum bonũ vel minus bonum sit quod affectatis & præponatis meliori bono,sed estote perfecti sensibus.i. discernatis inter bona & magis bona, & sic affectetis.Et hoc fit si cogitatis quid scriptum est in lege, quoniã in aliis,&c.Sap.6,Cogitare ergo de illa,sensus est consummatus.Et dicit,in lege,non accipiendo legem strictè pro quinque libris Moysi tantùm,sicut accipitur Luc.vlti. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt de me in lege,&c.sed pro toto veteri testamento, sicut accipitur Ioan.15, Vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est,quia odio habuerunt me gratis.Quod tamen in Psal.scriptum est. Accipitur tamen hæc authoritas ex Esa.28.vbi litera nostra habet,In loquela labii , & lingua altera loquitur ad populum istum.Hoc igitur scriptum est, Quoniam in aliis linguis, id est in diuersis generibus linguarũ & labiis, id est in diuersis idiomatibus & modis pronuntiandi,loquar populo huic,scilicet Iudaico,quia hoc signum spiritualiter fuit datum ad conuersionem populi Iudæorum. Nec sic exaudiet,quia scilicet signis visis,non crediderunt.Esa.6,Excæca cor populi huius,&c. Sed quare deus dedit eis signa si non debebant conuerti? Ad hoc sunt duæ rationes.Vna ratio est quia licet non omnes conuersi fuerint,tamen aliqui sunt conuersi, eo quòd non repellit dominus plebem suam, &c. Alia ratio est, vt iustior appareat eorum damnatio,dum manifestius apparet eorum nequitia. Ioan.15,Si non venissem & locutus eis non fuissem,&c. ¶ Consequẽter cùm dicit[Itaque linguæ,&c.] ex inducta authoritate argumentatur ad propositum,quasi dicat, Et ex hoc manifestè apparet quòd donũ linguarum datum est non fidelibus ad credendum,quia iam credunt. Ioan.4,Non propter tuam loquelam,&c. Sed infidelibus vt conuertantur. In glosa autem ponuntur duæ expositiones Ambrosii,quæ non sunt literales, quarum vna est vt dicatur, Sicut in veteri testamento locutus sum populo Iudæorum per linguas,id est per figuras:& per labia,id est promittendo bona temporalia: sic adhuc in nouo testamento loquar huic populo in aliis linguis , id est apertè & clarè, & aliis labiis, id est spiritualibus , nec tamen sic exaudient me, scilicet quantum ad eorum multitudinem . Itaque linguæ datæ sunt non fidelibus,sed infidelibus,ad manifestandum,scilicet eorum infidelitatem. Alia est, In aliis linguis, id est obscurè & parabolicè loquar,vt quia sunt indigni, non exaudient,id est non intelligent. ¶ Consequenter ostendit ad quid ordinatur prophetia,scilicet ad instructionem fidelium qui iam credunt. Et ideo quòd prophetiæ datæ sunt non infidelibus qui non credunt.Esa.53,Domine quis credidit auditui nostro? sed fidelibus vt credant & instruantur. Ezech.3,Fili hominis speculatorem dedi te,&c.Prouerbiorum 29, Cùm defecerit prophetia,&c.disipabitur populus.

Ostenditur inconueniens quod sequitur ex dono linguarũ, si sit sine dono

Lectio 5.

Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum, & omnes linguis loquantur,intrent autẽ idiotæ & infideles,nónne dicent, quid insanitis ? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis,uel idiota, cõuincitur ab omnibus,diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit deum, pronuntians quòd uerè deus in uobis sit.Quid ergo est fratres? Cùm conuenitis unusquisque uestrum psalmum habet,doctrinam habet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophetiæ, duo ad infideles, & donũ quod sequitur ex dono ꝓphetiæ, & tandẽ ordinantur oẽs fideles ad vsum donorum.

bet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.

¶ Glosa vult ꝙ hîc incipiat alia ratio ad propositum ostendendum. Sed secundum quod dictũ est, non est nisi vnũ posita ratione, & est quasi manifestatio mediæ ipsius rationis. s. quòd prophetia plus valet ad illud ad quod specialiter ordinatur donũ linguarum. Vnde circa hoc duo facit. Primò ostẽdit incõueniens quod sequitur quantũ ad infideles ex dono linguarũ, ibi [Si autẽ omnes prophetẽt.] Secũdò ostẽdit bonum quod sequitur ex dono prophetię, etiã ad infideles, ibi [Si autẽ omnes.] Incõuiens quod sequitur ex dono linguarum, siue prophetiæ, etiam quantum ad infideles est, quia reputantur insani qui sic loquuntur solis linguis, cùm tamen donũ linguarum ordinetur ad cõuersionem infideliũ, vt iam patet, & hoc est quod dicit, Si autẽ omnes, &c. q.d. Ex hoc patet ꝙ linguæ non sunt præferendæ prophetiis, quia si conueniant. s. omnes fideles in vnum, non solùm corpore, sed etiã mente. Act. 4, Multitudinis credentiũ erat cor, &c. & omnes qui iã conuenerunt, loquantur linguis ad literã extraneis, vel loquantur ignota & obscura: & dum sic confusè loquuntur, intret aliquis idiota. i. qui nõ intelligit nisi linguam suã, vel infidelis, propter quem datæ sunt linguæ, nónne dicet his qui sic loquũtur, quid insanitis? Quod enim non intelligitur, reputatur insanitio, quòd si intelligatur lingua, nihilominus quæ loquuntur sunt occulta, tamen malũ est si non exponatur, quia poterunt credere de vobis si occulta loquimini quæ creduntur de Gentilibus qui occultabant ea quæ faciebant in ritu eorũ, propter eorũ turpitudinẽ. Et hæc etiã insanitio quędam est. ¶ Cõtrà, Idem est loqui linguis & loqui literaliter quantum ad idiotas, cùm ergo omnes loquãtur literaliter in ecclesia, quia omnia dicuntur in latino, videtur ꝙ similiter sit insania. Dicendũ est ad hoc ꝙ ideo erat insania in primitiua ecclesia, quia erãt rudes in ritu ecclesiastico. Vnde nesciebãt quę fiebant ibi nisi exponeretur eis. Modò verò omnes sunt instructi. Vnde licet in Latino omnia dicuntur, sciunt tamen illud quod fit in ecclesia. ¶ Consequenter autem cùm dicit [Si autẽ omnes prophetent, &c.] ostendit quod bonũ sequitur ex dono prophetiæ. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit quid per bonũ prophetiæ sequatur quantum ad infideles. Secundò ostendit quomodo hoc sequatur, ibi [Occulta enim, &c.] Tertiò subinfert quis effectus inde proueniat, ibi [Et ita cadens in faciem, &c.] Dicit ergo, constat ꝙ ex dono linguarũ non conuincuntur infideles. Autem, pro sed si hi qui conueniunt, prophetent. i. omnes ad intellectum loquantur vel exponant scripturas, vel etiã reuelationes eis factas interpretentur. Omnes dico non simul, sed vnus post aliũ sic prophetent. Intret autem. s. ecclesiam idiota aliquis. s. non habens nisi linguam maternam, hoc est bonũ quod inde sequitur, quia conuincitur de aliquo errore qui ostenditur sibi. Hiere. 31, Postquã ostendit mihi, confusus sum. Ab omnibus qui prophetant, diiudicatur, quasi dicat, damnabilis ostenditur de malis moribus & vitiis suis. 1. Corinth. 2, Spiritualis. i. doctor omnia diiudicat, &c. Ad hæc enim duo valet prophetia. s. ad confirmationem fidei, & instructionem morum. Quomodo autem hoc bonũ sequatur ex prophetiæ dono, subdit, cùm dicit [Occulta enim cordis.] Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo ex hoc ad literã quòd aliqui in primitiua ecclesia gratiam habuerũt, vt secreta cordium & peccata hominũ scirent. Vnde legitur de Petro Act. 5. quòd damnauit Ananiã de fraudato pretio agri. Et secundum hoc legitur, Occulta enim, &c. quasi dicat, ideo cõuincitur, quia occulta, id est secreta peccata sua manifesta fiunt ab illis qui ea reuelant. Alio modo ex hoc quòd aliquando quis in prædicatione tangit multa quæ homines gerunt in corde, sicut patet in libris beati Gregorii, vbi quilibet inuenire potest ferè omnes motus cordis sui. Et secundum hoc legitur, Occulta cordis, quasi dicat, Ideo cõuincuntur, qui occulta cordis sui. i. ea quæ gerunt in corde. Prouerb. 17, Quomodo in aquis resplendet vultus aspicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Manifestantur. i. tanguntur ab eis. Alio modo, quia aliquando occultum cordis dicitur illud quod est alicui dubium, & non potest per se certificari. Et secũdũ hoc legitur, Occulta cordis sui. i. ea de quibus in corde suo dubitabat, & quæ nõ credebat manifestãtur, dum. s. vadens ad ecclesiã frequẽter fiunt sibi manifesta, sicut de seipso dicit Augustinus quòd ipse ibat ad ecclesiã solùm pro cantu, & tamen ibi multa de quibus dubitabat, & propter quę non iuerat, manifestabãtur sibi. Ex hoc enim sequebatur reuerentia, quia cõuictus reuerebatur deũ. Et hoc est quod dicit, Et ita cadens. i. ex quo ita conuincebatur & manifestabantur occulta cordis sui, cadens in faciem adorabat deum. Matt. 2, Procidentes adorauerunt eum, quod signũ est reuerẽtiæ. De reprobis autem legitur quòd cadunt retrorsum. Prouerb. 4, Via impiorũ tenebrosa nesciunt vbi corruent. Electus verò in faciem cadit, quia videt vbi prosternitur, quod signum est reuerentiæ. Mat. 2. Et Leuit. 9, Laudauerunt deũ ruentes in facies suas. Psal. Corã illo procident AEthiopes. Et non solùm exhibebit reuerentiã deo, sed etiã ecclesiæ, quia pronuntians dicet, quòd verè deus est in vobis qui prophetatis in ecclesia. Zachar. 8, Ibimus vobiscũ, audiuimus enim quòd deus est vobiscũ. Apparet igitur quòd donũ prophetiæ est vtilius, quantum ad infideles. ¶ Quid igitur est fratres? Hîc ordinat eos ad vsum donorũ dictorum. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit qualiter se debeant habere ad vsum horũ donorum. Secundò concludit principale intentũ ibi [Itaque fratres æmulamini prophetare, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quomodo ordinatè se debeant habere in vsu dictorum donorum. Secundò exprimit eorum præsumptionem, ibi [An à vobis sermo, &c!] Circa primum tria facit. Primò ostendit in generali quomodo se debet habere in omnibus donis. Secũdò quomodo se habeãt quantũ ad donum linguarũ, ibi [Siue lingua quis loquatur, &c.] Tertiò ostendit quomodo se habeant quãtum ad donum prophetiæ, ibi [Prophetent duo aut tres, &c.] Dicit ergo prophetare est melius quàm loqui linguis. Quid ergo fratres agẽdum est? hoc. s. agendum est. Nam cũ conuenitis, constat quòd vnus non habet omnia dona: & ideo non debet vti aliquis vestrum omnibus donis, sed eo dono quod specialius accepit â deo, & quod melius sit ad ædificationem. Nam vnusquisque vestrum habet aliquod donum speciale. Alius habet psalmum, id est canticum ad laudãdum nomen dei: vel psalmos exponit. Abac. 3, Super excelsa mea deducet me, &c. Alius verò doctrinam. i. habet prædicationem ad instructionem morum, vel expositionem & spiritualem sensum. Prouerb. 12, Doctrina sua cognoscitur vir. Alius apocalypsim habet, id est reuelationem vel in somniis, vel in visione aliqua. Daniel. 2, Est deus in cælo reuelans mysteria, &c. Alius linguã habet. i. donũ linguarum, vel legendi prophetias. Act. 2, Et cœperunt loqui variis linguis, &c. Alius interpretationẽ. Suprà 12, Alii interpretatio sermonũ, &c. Hæc autem sic ordinantur, quia vel sunt ex ingenio naturali vel ex deo. Si sunt ex solo ingenio naturali, vel sunt ad laudem dei, & sic dicit, psalmum habet, vel ad instructionem proximi, & sic dicit, doctrinam habet. Si sunt à solo deo, sic dupliciter. Vel sunt aliqua occulta interius, & sic dicit, Apocalypsim habet. Vel occulta exterius, & sic dicit, linguam habet. Et ad horum manifestationem est tertium. s. interpretatio. Et debet fieri vt omnia ad ædificationem fiant. Rom. 15, Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem.

Cãtare, aut legere ĩ primitiua ecclesia in lingua vulgari erat bonũ, nũcautẽ non est bonũ, vide rationem hîc.

Lectio 6.

Docetur quõ sit utẽdũ dono linguarũ, & quando sit cessandũ ab usu ipsius, docetur & quõ sit utendũ dono ꝓphetiæ.

Siue lingua quis loquatur secundum duos aut ut multũ tres & per partes, & unus interpretetur. Si autem non fuerit interpres taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent: quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, & omnes exhortentur. Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est deus, sed pacis, sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.

¶ Hîc Apostolus ordinat eos quomodo se habeant ad vsum doni linguarum. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit qualiter debent vti dono linguarum. Secundò quando debent cessare ab vsu, ibi [Si autem nõ fuerit, &c.] Dicit ergo primò quòd modus vtendi dono linguarum talis sit inter vos, vt siue quis, id est, si aliquis loquatur lingua, id est, dicat visiones vel somnia. huiusmodi locutio non fiat à multis propter occupationem temporis in linguis, & non restet locus prophetis, & confusionem generet. Sed secundum duos, id est, duobus, & si necesse fuerit secundum multum tres, vt sit satis à tribus. Deuter. 17, In ore duorum vel trium, &c. ¶ Sed notandum quòd hæc consuetudo adhuc partim seruatur in ecclesia. Nam lectiones & epistolas & euangelia habemns loco linguarum, & ideo in missa secundum duos seruatur, quià solùm duo dicuntur, quæ pertinent ad donum linguarum. s. epistola & euangelium. In matutinis secundum multa fit, scilicet, tribus lectionibus dictis in vno nocturno. Antiquitus enim dicebantur nocturna diuisim secundũ tres vigilias noctis, nunc verò dicuntur simul. Non solùm autem debet seruari ordo quantum ad numerũ loquentium, sed etiam quantum ad modum: & hoc est quod dicit, Et per partes, id est, vt illi qui loquũtur, succedant sibi adinuicem. s. quòd vnus post alium loquatur. Vel per partes, id est, intrinsecè, vt scilicet, loquatur vnam partem visionis seu instructionis, & eam exponat, & post aliam & ipsam exponat, sic & deinceps, quem modum consueuerunt seruare prædicatores quando prædicant per interpretationem hominibus ignotæ linguæ, & ideo dicit, & vnus interpretetur. ¶ Consequenter cùm dicit [Si autem non fuerit, &c.] Ostendit quando non est vtendum linguis, dicens quòd loquendum est per partes, & vnus debet interpretari. Sed si non fuerit aliquis interpres, id est, qui interpretetur, ille qui donum habet linguarum, taceat in ecclesia, id est, non loquatur seu prædicet multitudini in lingua ignota, quia nõ intelligitur ab eis, sed sibi loquatur, quia ipse se intelligit, & hoc tacitè orando vel meditando. Iob 10, Loquar in amaritudine animæ meę, dicã deo, &c. [Prophetę aũt duo, &c.] Hîc Apost. ordinat eos, qũo se habeãt ad vsum ꝓphetiæ. Et circa hoc duo facit. Primò ostẽdit qualiter vtendũ est dono prophetiæ, & quãtũ ad numerũ & ad ordinem. Secundò ostendit quibus vsus prophetiæ interdicitur, ibi [Mulieres in ecclesia, &c.] ¶ Circa primũ tria facit. Primò docet ordinem vtendi dono prophetiæ. Secundò huius rationem assignat, ibi [Potestis enim omnes, &c.] Tertiò abiectionem excludit, ibi [Spiritus prophetarum, &c.] Circa primum duo facit. Primò determinat numerum vtentium dono dicto. Secundò docet modum seu ordinem vtẽdi, ibi [Quòd si alii, &c.] Circa primum sciendum est quòd vsus prophetiæ secundum quod hîc videtur accipere Apostolus, est proponere verbum exhortationis ad plebem exponendo scripturas sacras, & quia erant in primitiua ecclesia plures qui â deo hoc donum habebant, & fideles non erant adhuc multiplicati, ideo ne esset confusio & tædium, vult Apostolus quòd non omnes qui sciunt exponere prophetias, & sacram scripturam prophetent, sed aliqui & determinati, & hoc est quod dicit [Prophetæ, &c.] quasi dicat, Nolo ꝙ omnes qui conueniunt, sed duo tantùm, aut ad plus tres, prout hoc loquendi necessitas exigit, dicant, id est, exhortentur. Et hoc etiam consonat scripturæ. Deut. 17. & Matth. 18, In ore duorum vel trium, &c. Cæteri verò. s. illi qui non debent, diiudicent ea quę ab his proponuntur, vtrum. s. bene vel malè dicta sint, bene dicta approbando, & malè dicta retractari faciendo, suprà 2, Spiritualis homo omnia diiudicat. Est etiam seruandus ordo in vtendo dicto dono, vt si alteri illorum qui sedebant & tacebant & diiudicabant, fuit aliquid melius reuelatum quàm illi qui exhortatur & stat prior, tunc iste qui stat, debet sedere, & ille cui melius reuelatum est, debet surgere & exhortari. Et hoc est quod dicit, Quòd si alii sedenti reuelatũ fuit. s. per spiritum sanctum, prior stans taceat & cędat ei. Rom. 12, Honore inuicem præuenientes. Et ratio huius est, quia secundum hũc modum potestis successiuè prophetare per singulos, id est, omnes. s. vt sic omnes. i. maiores discant & omnes. i. minores exhortentur. Prouerb. 1, Audiens sapiens, &c. Et si aliquis dicat, ô apostole, ego non possum tacere dum alius prophetat, vel cædere sedenti ex quo incepi, quia non possum retinere spiritum qui in me loquitur, secundum illud Iob 4, Conceptum sermonem tenere quis potest? Ideo Apostolus hoc remouet cùm dicit [Spiritus prophetarũ, &c.] quasi dicat, immo bene potest tacere vel sedere, quia spiritus prophetarum, id est, spiritus qui dat prophetias, & ponitur in plurali numero propter multas reuelationes eis instinctas, prophetis subiecti sunt, non quidem quantum ad cognitionem, quia sicut dicit Grego. quòd non semper spiritus prophetiæ adest prophetis. Vnde non est habitus sicut scientia. Sic enim sequeretur quòd etiam quantum ad cognitionem eis subiectus esset, & possent vti eo quando vellent, & non vti. Sed est quædam vis aut impressio à deo illuminans & tangens corda prophetarum, tunc solùm quando sic tanguntur, cognoscunt. Vnde non est sic eis subiectus, nec secundum hoc intelligitur verbũ Apostoli, sed spiritus prophetarum sunt subiecti prophetis quãtum ad pronuntiationem, quia scilicet, in eorum potestate est pronuntiare ea quæ reuelantur eis quando volunt, & non pronuntiare. Et sic nihil valet excusatio, quia non cogit te spiritus, quin tacere possis. Et quòd hoc sit verum, probat cùm dicit [Non enim est dissensionis, &c.] Et facit talem rationem. Deus nunquam cogit ad id vnde oriatur rixa vel dissensio, quia deus non est dissensionis, sed pacis, sed si cogeret homines spiritus prophetiæ ad loquendum, tunc esset causa dissensionis, quia sic vellet semper loqui vel non docere, vel tacere alio loquente, de quo alii tur-

Quomodo spũs ꝓphetarũ sit subiectus prophetis.

barentur. Ergo ſpirituſſanctus non cogit homines ad loquendum. 2. Corinth. vlti. Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum, &c. Veruntamen, quia adhuc poſſet obiicere quòd hoc non faceret, quia ſolùm eis iſta mandabat, & non aliis eccleſiis. Vnde & in grauamen poſſet videri: ideo Apoſtolus ſubdit hoc, non ſolùm in eis, ſed etiam in omnibus eccleſiis docere: & hoc eſt quod dicit, Sicut in omnibus eccleſiis ſanctorũ docceo. ſ. de vſu linguarum & prophetiæ, ſuprà primo, Idipſum dicatis omnes. Lectio 7.

Declaratur quæ ꝑſonæ ſecludãtur ab vſu prophetiæ, & ſunt mulieres & cõſutãtur cõtra dicẽtes quo ad totã Corithiorũ eccleſiam & quo ad ſapientes, tãdẽ de donis appetẽdis monet & de honeſto modo & ordine ſe habẽdi in oĩbus.

Mulieres in eccleſiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit, Si quid autem uolunt diſcere, domi uiros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. An à uobis uerbum dei proceſſit? aut in uos ſolos peruenit? Si quis uidetur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo uobis, quia domini ſunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque, fratres, æmulamini prophetare, & loqui linguis, nolite prohibere. Omnia autem honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in uobis.

¶ Hîc Apoſtolus ponit perſonas quibus interdicit vſum prophetiæ. Et circa hoc duo facit. Primò oſtendit quibus prophetiæ vſus interdicitur. Secundò remouet obiectionem, ibi [Si quid autem volunt, &c.]

¶ Circa primum duo facit. Primò proponit mandatum de interdicto. Secundò huius rationem aſsignat, ibi [Non enim permittitur, &c.] Dicit ergo. Volo vt viri hoc modo vtantur dono prophetiæ, ſed mulieres in eccleſia nolo loqui, ſed taceant in eccleſiis. 1. Tim. 2, Mulierem docere in eccleſia non permitto. Et rationem huius aſsignat Chryſoſtomus, dicens, quòd ſemel eſt locuta mulier, & totum mũdum ſubuertit. Sed contra hoc videtur, quia de multis mulieribus legitur quòd prophetauerunt ſicut de Samaritana. Ioan. 4. Et de Anna vxore Phanuel. Luc. 2. Et de Delbora. Iudi. 4. Et de Oldã prophetа vxore Sellum. 4. Regum 22. Et de filiabus Philippi. Act. 12. ſuprà 10. etiam dicitur, Omnis mulier orans vel prophetans, &c. ¶ Reſponſio, dicendum quòd in prophetia ſunt duo, ſcilicet, reuelatio, & manifeſtatio reuelationis, ſed à reuelatione non excluduntur mulieres, ſed multa reuelantur eis ſicut & viris. Sed annuntiatio eſt duplex. Vna publica, & ab hac excluduntur. Alia eſt priuata, & hæc permittitur eis, quia non eſt prædicatio, ſed annuntiatio: huius autẽ rationem aſsignat, dicẽs, Nõ enim permittitur eis loqui. ſ. ab eccleſiæ authoritate, ſed hoc eſt officium earum vt ſint ſubditæ viris. Vnde cùm docere dicat prælationem & præſidentiam, non decet eas quæ ſubditæ ſunt. Ratio autem quare ſubditæ ſunt, & non præſunt, eſt, quia defeiunt ratione quæ eſt maximè neceſſaria præſidenti. Et ideo dicit Philoſophus in politica ſua, quòd corruptio regiminis eſt quãdo regimen peruenit ad mulieres. ¶ Conſequenter cùm dicit [Si quid volunt, &c.] Quia poſſent aliqui dicere quòd ad minus de dubiis poſſunt quærere in eccleſia: ideo Apoſtolus hoc excludit. Et circa hoc duo facit. Primò enim remouet obiectionem. Secundò rationem aſsignat, ib. [Turpe eſt, &c.] Dicit ergo, Dico quòd mulieres taceant in eccleſia, ſed ſi aliqua de quibus dubitant, addiſcere volunt, interrogent viros ſuos domi. 1. Timot. 2, Mulier in ſilentio diſcat cum omni, &c. Huius autem ratio eſt, quia turpe eſt non ſolùm indecens. In mulieribus enim commendatur verecundia. Eccleſiaſti. 26, Gratia ſuper gratiam, &c. Si ergo in publicum quæreret, & diſputaret, ſignum eſſet inuerecundiæ: & hoc eſt ei turpe, & inde eſt etiam quòd iure interdicitur mulieribus officium aduocandi. ¶ Conſequenter cùm dicit [An à vobis ſermo dei, &c.] Confutat contradicentes, & quia poſſent omnes ſimul contradicere, vel ad minus ſapientes inter eos. Ideo circa hoc duo facit. Primò enim confutat eos quantum ad totam eorum eccleſiam. Secundò, quantum ad ſapiẽtes tantùm, ibi [Si quis autem videtur, &c.] Circa primum ſciendum eſt quòd cauſa quare populus conſueuit contradicere domino vel rectori, eſt ſingularitas. Singularitas enim poteſt cauſari vel ex prioritate in aliquo bono vel excellentia. Et ideo Apoſtolus volens & contradicentes Corinthios confutare, excludit primò ab eis prioritatem, cùm dicit [An à vobis ſermo dei proceſsit.] Quaſi dicat, Non, ſed à Iudæis. Eſa. 2, De Syon exibit lex, &c. Quaſi dicat, ſi in eccleſia Iudæorum facerem aliquas ordinationes contra ordinationes ſuas poſſent cõtradicere, quia ipſi prius habuerunt verbum dei, ſed vos non, quia non proceſsit à vobis ſermo dei. Secundò excludit ab eis excellentiam. An in vos ſolos, &c. q.d. non ſolùm vos credidiſtis, ſed etiam alii. Vnde vos non excellitis eos. Pſalm. In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. Et ideo debetis facere, vt alii faciunt. ¶ Conſequenter cùm dicit [Si quis autem videtur, &c.] In ſpeciali confutat maiores. Et circa hoc duo facit. Primò confutat eos. Secundò reſpondet cuidam tacitè obiectioni, ibi [Si quis autem ignorat, &c.] Dicit ergo, eſto quòd tota eccleſia non contradicat, ſed aliquis qui videtur eſſe propheta, &c. Et dicit, videtur, quia ſi cõtradicit, nõ verè eſt propheta vel ſapiẽs ſeu ſpiritualis, quia nõ cõtradiceret. Dicit etiam, propheta & ſpiritualis, quia multi ſunt ſpirituales qui non ſunt prophetę, licet omnes prophetę ſint ſpirituales. Iſte, inquam, qui ſic videtur propheta & ſpiritualis, non contradicat, ſed cognoſcat, id eſt, ſciat quia ea quæ ſcribo vobis ſunt mandata dei, & non tantùm mea. Quaſi dicat, ex quo nullus auſus eſt mandatis domini contradicere, & ea quæ ſcribo ſunt mandata dei, non audeat aliquis contradicere. 2. Cor. vlt. An experimẽtum quæritis, &c. Et ex hoc poſſumus colligere ꝙ verba apoſtolorum ſunt ex familiari reuelatione ſpirituſſancti & Chriſti, & ideo ſeruãda ſunt ſicut præcepta Chriſti. Vnde & ſignãter Apoſtolus diſtinguit illa quæ ex ſe mandat. cùm dicit, de virginibus autem mandatum domini non habeo. Sed poſſes dicere, O Apoſtole, quomodo ego cognoſcam quòd hæc ſint mandata dei? Non poſſum hoc ſcire. Hoc Apoſtolus excludit, dicens, Non valet tibi hoc, quia non debes ignorare. Quare? Quia omnis ignorans, &c. Mat. 25, Amen dico vobis, neſcio vos. Ex quo patet ꝙ omnes tenentur ſcire ea quæ ſunt de neceſsitate ſalutis, quæ ipſe prius mãdat, & apoſtoli, & prophetæ. Vel aliter, Siquis videtur, &c. Vt ſit cõfirmatio præcedentium, quaſi dicat, Ita ſcribo, ſed vos non poteſtis ea agnoſcere propter eorum difficultatem, & quia ſimplices eſtis, ſed vt ſciatis quòd ea quæ ſcribo, iuſta ſunt & honeſta. Volo adducere teſtimonium prophetarum & ſpiritualium virorum qui ſunt inter vos, & ideo dicit, Si quis autem, &c. ſuprà. 2, Spiritualis iudicat omnia. Et ne aliquis dicat, non curamus ſcire iſta, ſubdit quòd tenentur ſcire, quia omnis ignorans, &c. Eſa. 5, Propterea captiuus ductus, &c. Pſalm. Neſcierunt neque intellexerunt, &c. ¶ Itaq; fratres mei, &c. Apoſtolus hîc concludit generalem ammonitionem. Et circa hoc tria facit. Primò monet eos ad appetitum omnium donorum, dicens, Itaque & loqui linguis & prophetare eſt bonum. Æmulamini, id eſt, deſideretis prophetare, cuius cauſa eſt, quia ſicut dicitur Prouerb. 29, Deficiente prophetia diſsipabitur

Verba apoſtolorũ à ſpiritu ſancto, & ſunt ſeruãda vt verba Chriſti.

populus. Et accipitur prophetare hîc ſecundum quod totum capitulum expoſitum eſt, & tamen licet deſideretis prophetare, nolite prohibere loqui linguis ne fiat diſſenſio. Secundò inducit ad modum debitũ, cùm dicit, Omnia autem honeſtè, vt. ſ. vno loquente alii taceant, & mulieres in eccleſia non loquantur, & ſimilia. Roma. 13, Sic vt honeſtè in die ambulemus, &c. Tertiò inducit eos ad congruum ordinem, cùm dicit, Et ſecundum ordinem, vt ſcilicet, primò vnus, & poſtea alius loquatur, & per partes, & ſimilia quæ dicta ſunt Iudicum 5, Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo aduerſus Syſaram pugnauerunt.

Caput 15.

Hîc cõmẽdat doctrinã euãgelicã, & annũtiat quæ ſcire oporteat circa Chriſti reſurrectionẽ.

Notum uobis facio, fratres, euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini: qua ratione prædicauerim uobis ſi tenetis, niſi fruſtrà credidiſtis. Tradidi enim uobis in primis quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas: & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: & quia uiſus eſt Cephæ: & poſt undecim. Deinde uiſus eſt plusquam quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manẽt uſque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde uiſus eſt Iacobo, deinde apoſtolis omnibus. Nouiſsimè autem omnium tanquam abortiuo, uiſus eſt & mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus uocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei. Gratia autem dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me uacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui: Non ego autem, ſed gratia dei mecum. Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus, & ſic credidiſtis.

¶ Poſtquam Apoſtolus inſtruxit Corinthios de ipſis ſacramentis, & de re contenta & ſignificata in ſacramentis, ſcilicet, de gratia & eius effectibus. Hîc conſequenter inſtruit eos de re non contenta, ſed ſignificata in ſacramentis, ſcilicet, de gloria reſurrectionis, quæ non eſt contenta in ſacramento, cùm non ſtatim habeat eam qui ſuſcipit ſacramenta, ſed ſignificatur gloria reſurrectionis in ipſis, inquantum confertur in eis gratia per quam ad beatitudinem peruenitur. Circa hoc autem duo facit. Primò permittit tractatum de reſurrectione. Secundò per hoc probat reſurrectionem communem omnium hominum, ibi, Si autem Chriſtus prædicatur, &c. Circa primum duo facit. Primò commendat euangelicam doctrinam. Secundò annũtiat quæ oportet ſcire circa reſurrectionem Chriſti, ibi [Tradidi enim vobis, &c.] Commendat enim eminentiam euangelicæ doctrinæ quantum ad quatuor. Primò quantum ad prædicantium authoritatem, quia ipſi apoſtoli. Et hoc eſt quod dicit, O fratres, continuando ſe ad præcedentia, facio vobis notum euangelium, quod idem eſt quòd bona annuntiatio quæ incipit à Chriſto. Vnde quicquid pertinet ad Chriſtum, vel eſt de ipſo Chriſto, dicitur euangelium. Quod prædico vobis, quaſi dicat, Illud quod prædicaui vobis de Chriſto, notum facio vobis, id eſt, reduco vobis ad memoriam quaſi non ſint noua ea quæ ſcribo. Phil. 3, Eadem ſcribere vobis, &c. Prædicaui ego ſcilicet, vobis, & alii apoſtoli, aliis. Et in hoc apparet authoritas huius doctrinæ, quia à Chriſto, à Paulo, & ab aliis apoſtolis. Heb. 2, Quæ cum initium accepiſſet enarrandi. Secũdò quantum ad communem fidem omnium populorum, & ideo dicit, Quod & accepiſtis omnes, ſed hoc Auguſtinus dicit pertinere ad eminentiam huius fidei, faciens tale argumentum. Ad credenda ea quæ ſunt fidei, aut ſunt miracula facta, aut non. Si ſunt facta miracula, habeo propoſitum quòd digniſsima & certiſsima eſt. Si non ſunt facta, hoc eſt maximum omnium miraculorum, quòd per quoſdam paucos conuerſi ſunt ad fidem infinita multitudo hominum: per pauperes prædicantes paupertatem, diuites: per idiotas prædicantes ea quæ rationem excedunt, conuerſi ſunt ſapientes & philoſophi. Pſal. In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. Sed ſi obiiciatur quòd etiam lex Machometi recepta eſt à multis. Dicẽdum quòd non eſt ſimile, quia ille opprimendo & vi armorum ſubiugauit eos, ſed iſti apoſtoli moriendo, ipſi alios ad fidem duxerunt, & faciendo ſigna & prodigia. Ille enim præponebat quædam, quæ ad delicias & laſciuias pertinent: ſed Chriſtus & apoſtoli terrenorum contemptum. 1. Theſſal. 2, Cùm accepiſtis à nobis verbum dei, &c. Tertiò quãtum ad vitutem, quia confirmat & eleuat ad cæleſtia. Ideo dicit, In quo ſtatis, ſcilicet, elenati ad cæleſtia. Ille enim dicitur ſtare qui rectus eſt, & hoc ſola lex Chriſti facit. Rom. 5, Iuſtificati ergo per fidem, &c. Lex enim vetus non faciebat ſtare, ſed curuabat ad terrena. Deut. 33, Oculus Iacob in terra frumenti & vini. Quartò quantum ad vtilitatem, quia ſola noua lex perducit ad finem ſalutis: vetus autem, non. Heb. 7, Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Et ideo dicit, Per quod & ſaluamini. Hîc iam ex certitudine ſpei per inchoationem (quæ eſt per fidem) ſaluamini, & in futuro in veritate rei & ſpei. Iacob. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, &c. Io. 20, Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis, & vt credentes, &c. Et apponit hîc duas cõditiones. Prima cùm dicit, ſi tenetis, &c. glo. ſic exponit, Si tenetis qua ratione prædicaui vobis illud euangelium, id eſt, reſurrectionem mortuorum ea ratione qua confirmaui vobis, id eſt, per reſurrectionẽ Chriſti. Vel aliter, Saluamini ita tamẽ ſi tenetis, id eſt, ſi ſeruatis ea ratione qua prædicaui vobis euangelium Chriſti. Secundam conditionẽ ponit cùm dicit, niſi fruſtrà credidiſtis. Quaſi dicat, Saluamini per fidem, ſi non fruſtrà credidiſtis, id eſt, ſi fidei adduntur bona opera, quia fides ſinè operibus mortua eſt. Iac. 2, Illud enim dicitur eſſe fruſtrà quod eſt ad finem quem non conſequitur. Finis autem fidei eſt viſio dei. Vnde ſi non ſaluamini, fruſtrà credidiſtis non ſimpliciter, ſed inquantum non peruenit ad finem, vel aliter, ſi tenetis, quaſi dicat, teneatis, niſi fruſtrà, &c. ¶ Tradidi enim. Hîc oſtẽdit propoſitum, &c. Circa hoc tria facit. Primò oſtendit originem doctrinæ de reſurrectione Chriſti. Secundò oſtẽdit ea quæ in doctrina huiuſmodi continentur, ibi [Quoniam Chriſtus mortuus.] Tertiò conſonantiam ſeu conuenientiam prædicantium, ibi [Siue enim ego, &c.] Dicit ergo primò, Iſtud debetis tenere, id eſt, memoria habere quod tradidi vobis in primis, & adhuc trado. Et dicit in primis, id eſt, inter prima credenda. Credenda enim vel pertinent ad trinitatem vel fidem incarnationis. Et primò debet homo credere ea quæ ad fidem incarnationis pertinent, & poſtea quæ ad trinitatem pertinent. Vnde quod tradidi vobis in primis, ſcilicet, de incarnatione, & non à me vel ex mea authoritate tradidi, ſed quod accepi à Chriſto vel ſpiritu ſancto. Gal. 1, Paulus Apoſtolus, &c. ſuprà 11, Ego accepi à domino, &c. Eſa. 21, Quæ audiui à domino exercituũ, &c. Ea autẽ quæ accepit & tradidit, ſunt quatuor. ſ. mors, ſepultura, reſurrectio, apparitio Chriſti. Dicit ergo primò, tradidi vobis primò mortem Chriſti, & ideo dicit. Quoniam Chriſtus mortuus eſt. In quo remouet duplicem ſuſpitionem, quæ ſuboriri poſſet circa mortem Chriſti. Prima eſt, quòd mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuus esset pro peccatis suis actualibus vel originali. Et hoc excludit, cùm dicit, pro peccatis nostris, non suis. Esa. 53, Propter scelus populi mei percussi eum. 1. Pet. 3, Christus semel pro peccatis nostris, &c. Alia suspitio est, quòd mors Christi esset casualis vel violentia Iudæorum, & hoc excludit cùm dicit, secũdum scripturas. s. veteris & noui testamenti. Et ideo signanter specialiter dicit secundum scripturas. Esa. 53, Sicut ouis ad occisionem ductus est. Hier. 11, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, &c. Matt. 20, Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Tradidi enim vobis. Secundò sepulturam Christi, & ideo dicit, Et quia sepultus est. Sed nunquid sepultura est articulus fidei specialiter, quia facit hîc mentionem specialiter de ea? Dicendum quòd secundum illos qui numerant articulos secundum credenda, non est specialis articulus fidei, sed includit cum articulo passionis & mortis Christi. Cuius ratio est, quia fides est eorum quæ sunt supra rationem. Vnde ibi incipit articulus fidei, vbi deficit ratio. Hoc autem primum est quòd dominus sit conceptus, & ideo conceptio est articulus fidei. Secundum, quòd deus est natus de Virgine, & ideo hic est alius. Tertium, quòd impassibilis deus patiatur & moriatur, & hic est alius, & cùm hoc intelligitur etiam de sepultura. Vnde non est specialis articulus. ¶ Facit autem Apostolus hic mentionem de sepultura propter tria. Primò vt ostendat veritatem mortis Christi. Euidens enim mortis signum alicuius est, ꝙ sepeliatur. Secundò ad ostendẽdum veritatẽ resurrectionis, quia si non fuisset sepultus, nec custodes fuisset iuxta sepulchrũ, illis diebus possent dicere quòd discipuli fuissent eum furati. Tertiò quòd Apostolus vult eos inducere ad fidem resurrectionis, & hoc videtur magis difficile quòd sepultus resurgat. Et de hoc dicitur Esa. 11, Et erit sepulchrum eius gloriosum. Esa. 53, Dabit impios, &c. Tradidi etiam vobis resurrectionem, quia resurrexit tertia die. Osee 6, Viuificabit nos post, &c. Et etiam dicit tertia die, non quòd fuerint tres dies integri, sed duæ noctes, & vna dies per synecdochẽ. Et huius causa fuit, sicut dicit Augustinus, quia deus per suum simplum, id est, per malum pœnæ, quod significatur per vnum diem, destruxit nostrum duplum. i. pœnam & culpam, quod significatur per duas noctes. Tradidi etiam vobis quartò Christi apparitiones, quia visus est Cephæ. Et ponit primò apparitiones factas aliis. Secundò apparitiones factas sibi soli, ibi [Nouissimè.] Sciendum est autem circa primum, quòd apparitiones Christi non sunt factæ omnibus communiter, sed aliquibus specialibus personis. Act. 10, Dedit eum manifestũ fieri, &c. Et huius ratio fuit, vt seruaretur ordo in ecclesia, vt per quosdam speciales, fides resurrectionis deueniret ad alios. Notandum autem est, quòd apparitiones Christi non ponuntur hic ômnes, nec illæ quæ factæ sunt mulieribus. Ponũtur autem hic quædam quæ non leguntur in euangeliis. Et horum ratio fuit: quia Apostolus vult ex ratione confutare infideles, & ideo noluit ponere testimonia nisi authentica, & ideo tacuit apparitiones mulieribus factas: & posuit quasdam quæ non inueniuntur, vt ostendat quòd etiam aliis pluribus apparuit, sed fecit mentionem specialem de Petro & Iacobo, quia erant quasi columnæ, vt dicitur Ga. 2. Dicit ergo, tradidi vobis, quia visus est Cephæ, id est, Petro. Luc. vlt. Surrexit dominus verè, &c. Et creditur quòd inter viros primò apparuit Petro, quia erat in maxima tristitia. Vnde & Angelus dixit Marc. vlt. Ite dicite discipulis eius & Petro, &c. Postea, id est, in alia vice visus est vndecim apostolis. Semel quidem visus est decem tantùm, quando Thomas erat absens, & post octo dies vndecim, quãdo Thomas erat cum eis. Augustinus dicit quòd debet dicere duodecim, sed corruptum est vitio scriptorum, & dicit quòd non refert quòd Iudas iam obierat, & Mathias nondum erat electus, quia consuetum est quòd quando maior pars collegii facit aliquid, dicitur quòd totũ collegium hoc facit. Vnde quia dominus elegerat duodecim, ideo potest dici quòd visus est duodecim, id est, toti collegio apostolorũ, sed non est vitiũ, siue dicatur duodecim siue vndecim. Deinde iterum visus est plusquam quingentis fratribus. Sed de hoc nihil legimus in sacra scriptura, nisi hoc quod hîc dicitur. Potest tamen dici quòd hæc apparitio fuit, de qua loquitur Dionysius in tertio de diuinis nominibus, quando omnes discipuli conuenerunt ad videndum corpus quod ferebat principẽ vitæ. ¶ Sed contra hoc videtur esse, quia hoc fuit ante ascensionem, quando scilicet, Christus apparuit Iacobo. Sed congregatio discipulorum ad videndum beatam virginẽ, de qua videtur loqui Dionysius, fuit multum pòst. Et ideo melius videtur dicendum ꝙ apparuit quingẽtis fratribus simul ante ascensionẽ suam, & non refert quòd dicitur, discipuli erant centum viginti, quia licet illi qui erant in Hierusalem essent centũ viginti, tamen in Galilæa multi erant discipuli, & fortè omnes cõgregati sunt simul cùm apparuit. Et vt huius testimonium sit magis certum, dicit quod ex eis adhuc multi manent, id est, viuunt, quidam autem ex eis dormierunt, id est, mortui sunt in spe resurrectionis. Et vocat sanctorum mortem, dormitionem, quia moriuntur carne corruptibili vt resurgant incorruptibiles. Rom. 6, Christus resurgens, &c. Deinde. i. pòst, visus est Iacobo. s. Alphæi. Et ratio huius potest assignari, quia (vt legitur) Iacobus vouit se non sumpturũ cibum, nisi prius videret Christum: sed secundum hoc non seruaretur ordo apparitionis, quia si post omnes numeratas apparitiones apparuisset Iacobo, nimis fuisset sine cibo, & hoc est difficile. Et ideo dicendũ est quòd ideo singulariter Christus apparuit Iacobo, quia specialem deuotionem Iacobus ad Christum habuit. Et de ista etiam apparitione nihil habetur in euangelio. Deinde post hoc. s. visus est omnibus apostolis in ascensione, vt legitur Matt. vlt. & Act. 1. Nouissimè autem omnium, &c. Hîc Apostolus commemorat apparitionem factam sibi soli. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit ordinem apparitionis. Secundò rationẽ eius assignat, ibi [Ego enim sum, &c.] Dicit ergo ita, Dixi ꝙ omnibus manifestatus est Christus nouissimè. i. vltimò: & post ascensionẽ visus est & mihi tãq̃ abortiuo & ideo nouissimè. Dicit autẽ tanq̃ aborti uo propter tria. Abortiuus dicitur aliquis fœt⁹, vel quia nascitur extra tẽp⁹ debitũ. Vel eũ violẽtia educitur. Vel quia nõ perducitur ad debitã quantitatẽ, & quia hæc tria videbat in se Apost. ideo dicit tanq̃ abortiuo. Primò enim ipse extra tempus aliorum apostolorum renatus est in Christo. Nam alii apostoli renati sunt Christo ante aduentum spiritus sancti, Paulus verò pòst. Secundò quia alii apostoli spontaneè conuersi sunt ad Christum, sed Paulus coactus. Act. 9, Prostrauit eum ad terram, &c. Et hoc multùm valet contra hæreticos, qui dicunt quòd nullus debet cogi ad fidem, quia Paulus coactus fuit. Et sicut dicit Augustinus, plus profecit in fide Paulus cùm coactè conuersus est, quàm multi qui spontaneè venerunt. Tertiò quia reputat se aliis minorem, & non peruenisse ad virtutem aliorum apostolorum. Et ideo quasi rationem assignans, dicit. Ego enim sum minimus, &c. Circa hoc duo facit. Primò ostendit suam paruitatem. Secundò rationem huius exponit, ibi [Quoniam persecutus sum, &c.] Paruitatem suam manifestat, primò in comparatione ad apostolos cùm dicit, Ego enim sum minimus. Esa. 60, Minimus erit in mille, & Paulus in gentem fortissimam. Eccles. 3, Quantò maior es, &c. Et licet sit minimus in cõparatione ad apostolos, posset tamen dici quòd est magnus in comparatione ad alios, quia est apostolus: & ideo secũdò ostendit suam paruitatem in comparatione ad alios, cùm dicit, Qui non sum dignus, non solùm esse, sed vocari apostolus, licet vocer. 2. Corin. 3, Non quòd sufficientes, &c. Sed posses dicere, O Apostole propter humilitatem nullus debet dicere falsum: cùm ergo tu sis magnus, quare vocas te minimum? & ideo cùm dicit, quoniam persecutus, &c. ostendit quomodo sit minimus, & quomodo non minimus: minimum autem dicit se, considerando præterita facta sua, & dicit, Nõ sum dignus, &c. Quare? Quia persecutus sum ecclesiam dei, quod alii apostoli non fecerunt. Gal. 1, Supra modum persequebar, &c. 1. Tim. 1, Qui fui blasphemus, & persecutor, &c. Et licet in me sim minimus, tamen ex deo non sum minimus: & ideo dicit, Gratia dei sum id quod sum. Et circa hoc duo facit. Primò commendat conditionem suam quantum ad statum. Secundò quantum ad executionẽ status, ibi [Et gratia eius, &c.] Dicit ergo primò, ex me nihil sum, sed id quod sum, gratia dei sum, id est, ex deo, non ex me. Ephes. 3, Cuius factus sum minister, &c, Et dicit, id quod sum, quia homo sine gratia nihil est: suprà 13, Si habuero omnem prophetiam, &c. Sed qualiter vsus sit & executus statum suũ ostendit, dicens, Et gratia eius, &c. Vbi primò ostẽdit quomodo vsus sit gratia ista quia ad bonum, & ideo dicit, In me vacua non fuit, id est, otiosa, quia ea vsus est ad id ad quod data est sibi. Gal. 2, Non in vacuum cucurri, &c. Secundò manifestat quomodo alios excesit: & ideo subdit, Sed abundantius illis omnibus, id est, apostolis sigillatim, Laboraui prædicando, quia nullus per tot loca prædicauit & annuntiauit Christũ. Vnde dicit Rom. 15, Ita quòd à Hierusalem vsque ad Illiricum, &c. & etiam vsque ad Hispaniam operando: quia licet ipse sicut alii apostoli posset exigere sumptus sibi necessarios, tamen specialiter voluit de labore manuum quærere sumptus suos vt ipse dicit 2. Thessal. 3, Nocte & die manibus nostris, &c. Tribulationes sustinẽdo. Nullus enim apostolorũ tot persecutiones & tribulationes sustinuit vt ipse enumerat 2. Corinth. 11, In laboribus plurimis & carceribus, &c. Tertiò ostendit vsus efficaciam, quia hoc non à se solo, sed ex instinctu & adiutorio spiritus sancti: & ideo dicit, Non autem ego solus operor, sed gratia dei mecum, quæ mouet voluntatem ad hoc. Esa. 26, Omnia opera nostra, &c. Philipp. 2, Qui operatur in nobis velle, &c. Deus enim non solùm infundit gratiam qua nostra opera grata fiunt & meritoria, sed etiam mouet ad bene vtendum gratia infusa, & hęc vocatur gratia cooperans. [Siue ego enim, &c.] hîc ostendit concordiam prædicantium, & hoc potest dupliciter legi. Primò vt sit confirmatio dictorum. Quasi dicat, aliquis, Tu ita prædicas, sed tamen non credimus tibi soli, quia minimus es inter apostolos. Ideo respondens Apostolus, ait, Immo debetis mihi credere, quia ego non prædico alia, siue ego, siue alii apostoli sic prædicamus. s. Christum resurrexisse & visum fuisse, &c. Et vos etiam credidistis sicut ego & illi prædicauerunt, scilicet, quòd Christus resurrexit, & visus est, &c. 2, Corinth. 2, Habentes eundẽ spiritum, &c. Secundò potest. Legi vt efficacia prædicationis sit omnibus apostolis ex vno. i. à gratia dei. q. d. siue ego prædicem siue illi, id est, apostoli, sicut prædicamus hoc fecimus adiuti & firmati per gratiam dei: & etiam vos ipsi credidistis. s. inspirati spiritu sancto & gratia dei, sine qua nihil facere possumus. Ioan. 15, Sine me nihil potestis facere.

Articulus fidei incipit vbi ratiõ deficit in credendis.

Lectio 2.

SI autem Christus prædicatur quòd resurrexerit à mortuis, quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra. Inuenimur autem & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deum, quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgũt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit, quòd si Christus non resurrexit, uana est fides uestra. Adhuc enim estis in peccatis uestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac uita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

Probatur resurrectio futura ratiõe sumpta ex Christi resurrectione.

¶ Suprà Apostolus astruxit fidem per resurrectionem Christi, hîc verò probat per resurrectionem Christi, resurrectionem mortuorum futuram. Et primò probat futuram resurrectionem. Secundò ostendit qualitatem resurgentium, ibi [Sed dicet aliquis, &c.] Tertiò verò describit ordinẽ resurrectionis, ibi [Ecce mysterium vobis dico, &c.] Circa primum duo facit. Primò probat resurrectionem mortuorũ futurã ratione sumpta ex resurrectione Christi. Secũdò ratione sumpta ex vita sanctorũ, ibi [Alioquin quid faciẽt, &c.] Probat autem mortuorum resurrectionem ex resurrectione Christi tali ratione, Si Christus resurrexit, ergo & mortui resurgent. Circa ergo hanc rationem tria facit. Primò ponit conditionalem, scilicet, si Christus resurrexit, & mortui resurgent. Secundò verò probat antecedens ipsius conditionalis, ibi [Si autem resurrectio mortuorum, &c.] Tertiò probat conditionalem esse veram, ibi [Nunc autem Christus resurrexit, &c.] Dicit ergo primò, Dixi quòd siue ego prædicauerim, siue illi, scilicet, alii apostoli, sic credidistis: sed si prædicatur à nobis quòd Christus resurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis, id est, inter vos dicunt, &c. q. d. Si Christus resurrexit à mortuis secundum quòd nos prædicamus. 1. Thessal. 4, Si credimus quòd Christus, &c. nullus debet dubitare resurrectionem mortuorum futuram. Vnde Rom. 8, Qui suscitauit Iesum, &c. Sed videtur quòd hęc argumentatio non valeat, cùm sit locus à maiori affirmando: quia licet Christus resurrexit specialiter ex virtute diuinitatis suæ, non sequitur quòd alii homines resurgant. Sed ad hoc dicunt aliqui quòd non est locus à maiori, sed à simili. Mori enim & resurgere competit Christo secundum humanam naturam, & dicunt quòd est simile argumentum, sicut si dicerem, Anima sortis est immortalis, ergo omnes. s. animæ hominum sunt immortales. Videtur autem quòd sit melius dicendum ꝙ sit locus à causa, quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ. Et ideo secundum glo. dicendum est, si Christus, qui est causa efficiens nostræ resurrectionis, resurrexit, quomodo dicunt, &c. sed tamen non est dicendum ꝙ sit causa efficiens tantùm per modum meriti, quia resurgendo non meruit eam, cùm iam esset comprehensor, & viueret vita gloriosa, nisi fortè meritum resurrectionis mortuorum referatur ad passionem

Christus resurrexit, ergo nos resurgemus, locꝰ est à causa ad effectum est enim Christi resurrectio causa efficiẽs & exemplaris nostræ resurrectionis.

Christi. Nec est causa exemplaris tantùm vt quidam dicunt, sed est causa efficiens & exemplaris. Vnde Augustinus dicit super Ioannem, quòd verbum caro factum viuificat animas, & resuscitat mortuos. Sic ergo patet quòd si Christus resurrexit, & mortui resurgent. ¶ Sed contrà, resurgere à mortuis est supra naturam, hoc autem non est nisi virtutis infinitæ quæ deus est, non ergo resurrectio corporis Christi est causa efficiens resurrectionis mortuorum, cùm humanitas Christi seu corpus sit creatura: licet de Christo, vel de homine non posit dici q̃ est creatura. Respondeo, dicendum quòd inquantum deus, siue inquantum diuinitas est in Christo, Christus est & exemplar & causa efficiens resurrectionis mortuorum per humanitatem suam, sicut per instrumentum diuinitatis suæ. Ad illud quod obiicitur, dicẽdum quòd caro Christi seu humanitas non dicitur facere effectum virtutis infinitę, inquantum caro vel humanitas, sed inquantum caro Christi vel humanitas Christi. ¶ Sed quæritur adhuc. Nam posita causa sufficienti, statim ponitur effectus: si ergo resurrectio Christi est sufficiens causa resurrectionis mortuorum, statim deberent mortui resurgere, & non tantùm differre. ¶ Respondeo, dicendum quòd effectus sequitur ex causis instrumentalibus secundum conditionem causæ principalis. Et ideo cùm deus sit principalis causa nostræ resurrectionis: resurrectio verò Christi sit instrumentalis, resurrectio nostra sequitur resurrectionem Christi secundum dispositionem diuinam quæ ordinauit vt tali tempore fieret. Sed nunquid si deus non fuisset incarnatus, homines resurrexissent? Dicendum videtur quòd non, quia Christus non fuisset passus, nec resurrexisset. Dicendum est autem ad hoc quòd hæc obiectio nulla est, quia quando aliquid ordinatur ab aliqua causa debet argumentari ad illud seruato ordine illius causæ. Et ideo dicendum est quòd deus ordinauit resurrectionem mortuorum fore per istum modũ: potuisset tamen & alius modus adhuc inueniri à deo si voluisset. ¶ Deinde cùm dicit [Si autem resurrectio mortuorum non est, &c.] Probat antecedens. s. q̃ Christus resurrexit, & hoc ducẽdo ad inconuenientia. Et circa hoc duo facit. Primò ducit ad inconuenientia. Secundò ostendit illa esse inconuenientia, ibi [Inuenimur autem & falsi testes, &c.] Circa primũ facit deductionem suam supponendo, quòd si Christus non resurrexit, neque mortui resurgent: quod si ita est, sequuntur duo inconuenientia. Vnum est, quòd inanis est prædicatio Apostoli & inutilis. Aliud est, quòd inanis est fides Corinthiorum. Vnde dicit, Si autem Christus nõ resurrexit, inanis est, &c. Et hoc est quod dici, Ex hoc quòd siue ego, siue illi, si sic prædicant, &c. Dicit ergo, Si autem Christus non resurrexit, inanis est, id est, falsa prædicatio nostra, quia sic credidistis, & hoc magnum est inconueniens, quòd prædicationem eorum non suffulserit veritas, cùm Apostolus dicat Phil. 2, Non in vacuũ cucurri neque laboraui. Inuenimur autem, & cætera. Hìc ostendit illa duo esse inconuenientia. Et primò ostendit quòd sit inconueniens, si prædicatio apostolorum esset inanis seu falsa. Secundò ostendit quòd sit inconueniens fides illorum esset inanis, ibi [Quòd si Christus non resurrexit, &c.] Ostenditur autem primum esse inconueniens, quia essent falsi testes non solùm dicendo aliqua vana, vel aliqua contra aliquem hominem falsẽ, quod est mortale peccatum: sed falsi testes aduersus deum, quod est sacrilegium. Quia si deus non suscitauit Christum à mortuis secundum quod nos prædicamus, inuenimur falsi testes: & si mortui non resurgunt, deus non resuscitauit Christum à mortuis. Iob 13, Nunquid deus indiget vestro mendacio, &c. & hoc est pessimum, scilicet, quòd aliquid attribuatur deo quod non facit, & laudare in eo quod non est. Vnde dicit Augustinus, Non minori, sed maiori fortasse scelere in deo laudatur falsitas, quàm vituperetur veritas. Cuius ratio est, quia intellectus noster nunquam potest tantum laudare deum, quin deficiat à perfectione eius, & ideo si nõ totaliter intellectus omnem veritatem posit de eo intelligere, hoc est ad excellentiam dei: sed si attribuitur aliquid deo quod non habet vel non facit, videtur quòd intellectus noster est maior deo, & intelligat aliquid maius eo quod sibi falsẽ attribuit. Et hoc contra illud primæ Ioan. 3, Deus maior est corde nostro. [Quòd si Christus.] Hìc ostẽdit q̃ incõueniens sit, si fides illorũ esset inanis. Et hoc ostẽdit per tria inconueniẽtia quæ sequũtur inde. Primum est, quia cõstat q̃ falsitas nõ habet virtutẽ purgãdi, sed cõstat q̃ fides purgat peccata, Act. 15, Fide purificãs, &c. Si ergo fides nostra sit inanis, quod esset si Christus nõ resurrexerit, quia sic credidistis, secundũ quod resurrexit, peccata vestra non sunt vobis dimissa. Et hoc est q̃ dicit. Adhuc estis in peccatis vestris: sed quia posset aliquis dicere, licet fides non purget peccata, possunt tamen purgari ab eis per bona opera: ideo addit secundũ incõueniens .s. q̃ mortui qui nõ possunt purgari in alia vita, perierũt absq; spe salutis, & ideo quasi concludẽs, dicit, Ergo qui in Christo. i. in fide Christi dormierunt, id est, mortui sunt in spe salutis, perierunt: quia in alia vita nulla sunt opera meritoria. Sed quia posset adhuc dicere, non curo de peccatis, non curo de mortuis, dummodo habeam in vita ista quietem & tranquillitatem: ideo addit tertium inconueniens cùm dicit, Si in hac tantùm vita, &c. Et innititur tali argumẽto, Si resurrectio mortuorum non est, sequitur q̃ nihil boni habeatur ab hominibus, nisi solùm in vita ista: & si hoc est, tunc illi sunt miserabiliores, qui in vita ista multa mala & tribulationes patiuntur. Cùm ergo plures tribulationes apostoli & Christiani patiantur, sequitur quòd sint miserabiliores cæteris hominibus qui ad minus perfruuntur huius mundi bonis. ¶ Sed circa hanc rationem videntur duo dubitanda. Vnũ, quia non videtur quòd sit verum vniuersaliter quod Apostolus dicit. s. q̃ Christiani sunt confidentes in hac vita tantùm, quia possent dicere illi quòd licet corpora non habeant bona nisi in vita ista quę est mortalis, tamen secundum animã habent multa bona in alia vita. Ad hoc obuiatur dupliciter. Vno modo quia si negetur resurrectio corporis non de facili, immo difficile est sustinere immortalitatem animæ. Constat enim quòd anima naturaliter vnitur corpori, separatur autem ab eo contra suam naturam, & per accidẽs. Vnde anima exuta à corpore quandiu est sine corpore, est imperfecta. Impossibile autem est quòd illud quod est naturale & per se sit finitum, & quasi nihil: & illud quod est contra naturam, & per accidens sit infinitum, si anima semper duret sine corpore. Et ideo platonici ponentes immortalitatem posuerunt reincorporationem, licet hoc sit hæreticum: & ideo si mortui non resurgunt solùm, in hac vita confidentes erimus. Alio modo, quia constat quòd homo naturaliter desiderat salutem sui ipsius, anima autẽ cùm sit pars corporis hominis, non est totus homo, & anima mea non est ego, vnde licet anima consequatur salutem in alia vita, non tamen ego, vel quilibet homo. Et præterea cùm homo naturaliter desideret salutem, etiam

corporis frustraretur naturale desiderium. ¶ Secundum dubium est, quia videtur quòd dato quòd corpora nõ resurgant, non essemus nos Christiani miserabiliores cæteris hominibus, quia illi qui sunt in peccatis sustinent maximos labores. Hier. 9, Vt iniquè agerent laborauerunt. Et Sap. 5, Dicũt impii, Ambulauimus vias difficiles. At verò de bonis & iustis dicitur Gala. 5, Fructus autem spiritus est charitas, gaudiũ, pax, &c. Ad hoc dicendũ q̃ mala quæ sunt in hoc mundo non sunt secundũ se appetenda, sed secundũ q̃ ordinãtur ad aliquod bonũ. Apostoli autem & Christiani multa mala passi sunt in hoc mũdo. Nisi ergo ordinarentur ad aliquod bonũ, essent miserabiliores cęteris hominibus. Aut ergo ordinãtur ad bonũ futurũ, aut ad bonũ præsens: sed ad bonũ futurum nõ ordinãtur, si non est resurrectio mortuorum. Si autem ordinãtur ad bonũ præsens, hoc vel est bonũ intellectus, sicut philosophi naturales paupertates, & alia multa mala passi sunt, vt peruenirent ad verã veritatem. Sed ad hoc non possunt ordinari, si nõ est resurrectio mortuorũ: quia sic fides eorũ esset falsa: quia ipsi prædicauerũt resurrectionem futurã: falsitas autẽ non est bonum intellectus. Vel est bonũ moris, sicut morales philosophi multa mala passi sunt, vt peruenirẽt ad virtutes & famã. Sed nec ad hoc ordinari possunt, quia si resurrectio mortuorũ non sit, nõ reputatur virtus & gloria velle omnia delectabilia dimittere, & sustinere pœnas mortis & contẽptus, sed potius reputatur stultitia. Et sic patet q̃ miserabiliores essent cæteris hominibus.

Lectio 3.

Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormiẽtium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes uiuificabũtur. Vnusquisq; autẽ in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ij qui sunt Christi, qui in aduẽtum eius crediderũt. Deinde finis: cũ tradiderit regnũ deo & patri, cùm euacuauerit omnẽ principatum & potestatẽ & uirtutem. Oportet autem illũ regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimè autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cùm autẽ dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cùm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, ut sit deus omnia in omnibus.

Docetur quomodo se habeat resurrectio Christi, ad resurrectionẽ aliorũ, ordo resurrectionis, finis eiusdẽ ꝗtũ ad adeptionẽ boni, & remotionẽ mali.

¶ Hìc probat positam superius conditionalem esse veram. s. si Christus resurrexit, mortui resurgũt. Et circa hoc tria facit. Primò ostẽdit quomodo se habeat resurrectio Christi ad resurrectionem aliorum. Secũdò ostẽdit ordinem resurrectionis, ibi [Vnusquisq; autẽ in suo ordine &c.] Tertiò ostendit finẽ resurrectionis, ibi [Deinde finis, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostẽdit habitudinem resurrectionis Christi ad resurrectionem aliorum, per cõditionalem prædictã, probans hoc. Secũdò probat ipsam habitudinem, ibi [Quoniam quidem &c.] Dicit ergo, Nunc. i. ex quo dicta incõuenientia sequũtur, si Christus non resurrexit, ideo ad ipsa vitãda dicamus q̃ Christus resurrexit. Hoc autẽ verum est secũdum quòd Mat. vlt. dicitur, & aliis locis euãgeliorũ. Sed resurrectionis Christi habitudo ita se habet ad resurrectionẽ aliorum, sicut primitię fructuum ad sequẽtes fructus, quę excedunt alios fructus tẽpore & melioritate, seu dignitate: & ideo dicit q̃ resurrexit, nõ sicut alii, sed primitię. i. primo tẽpore & dignitate. Apoc. 1, Primogenitus mortuorum. Primitię dico dormiẽtium. i. mortuorum, qui in spe resurrectionis quiescũt. Ex hoc potest inferri conditionalis posita, quia sicut dicimus & verũ est, si Christus qui est primitiæ dormiẽtium resurrexit, ergo & alii dormiẽtes. ¶ Sed cõtrarium videtur. s. q̃ Christus non resurrexit primitiæ dormiẽtium, quia Lazarus fuit resuscitatus à Christo nõdum passo, & aliqui prophetæ suscitauerunt alios à mortuis, vt habetur in veteri testamento. Ad hoc dicẽdum q̃ duplex est resurrectio. Vna est ad vitam mortalẽ, & ad istam Lazarus & alii qui suscitati fuerunt, resurrexerũt ante Christũ. Alia ad vitam immortalẽ, & de hac loquitur hìc Apostolus. ¶ Sed cõtrà Matt. 27. dicitur, q̃ multa corpora sanctorum surrexerunt. Cùm ergo hoc legatur ante Christi resurrectionem, & cõstet quòd nõ surrexerunt ad vitam mortalẽ, videtur quòd adhuc restet quæstio prima. ¶ Respondeo, dicendum est q̃ hoc quod Matt. dicit de resurrectione illorũ, dicit per anticipationẽ, quia licet dicatur in tractatu de passione, nõ tunc resurrexerũt, sed postq̃ Christus resurrexit. [Quoniã quidẽ &c.] Hìc probat habitudinẽ positam. s. q̃ Christus sit primitiæ dormiẽtium. Et primò probat in generali. Secũdò in speciali, ibi [Et sicut in Adã &c.] Probat in generali tali ratione, deus voluit reintegrare humanã naturam, sed humana natura corrupta est per hominem, quia mors intrauit per hominẽ. Pertinebat ergo ad dignitatem humanę naturæ, vt reintegraretur per hominem, hoc autẽ est, vt reducatur ad vitam. Cõueniens ergo fuit sicut mors intrauit p hominẽ. s. per Adã, ita resurrectio mortuorũ fieret per hominẽ. s. p Christũ. Ro. 5, Si enim vnius delicto &c. [Et sicut in Adam.] Hìc probat idẽ in speciali, dicẽs, q̃ sicut in Adam omnes morimur morte corporali, ita & omnes viuificamur in Christo. Ro. 5, Per vnũ hominem &c. Et non dicit per Euam, quod videtur cõtra illud Eccl. 25, Per illã omnes morimur. Dicẽdum quòd hoc est per illã Euam. s. suggerẽtem, sed per Adam sicut causantem. Nã si solũ Eua peccasset, peccatũ originale nõ fuisset traductũ in posteros. Viuificabũtur, inquã, in Christo. s. boni, & mali vita naturæ: sed vita gratiæ nõ nisi boni: sed tamen Apostolus loquitur hìc de resurrectione ad vitam naturæ, ad quam omnes viuificabũtur. Ioã. 5, Sicut pater habet vitam in semetipso, ita & filio dedit vitam habere. i. viuificandi virtutẽ. Io. 5, Omnes qui in monumẽtis sunt, &c. [Vnusquisq; autem in suo ordine, &c.] Hìc ostendit ordinẽ resurrectionis. Et primò insinuat ipsum ordinem. Secũdò manifestat id quod dixerat, ibi [Primitiæ Christus, &c.] Dicit ergo quòd verum est, quòd omnes in Christo viuificabũtur, sed tamen differẽter, quia differentia erit inter caput, & membra: & differẽtia quãtum ad bonos, & malos. Et ideo dicit q̃ vnusquisq; resurget in suo ordine. s. dignitatis. Rom. 13, Quæ autẽ sunt, à deo ordinata sunt. Sed hunc ordinẽ consequẽter manifestat, quia primitiæ Christus, quia ipse est prior tẽpore, & dignitate, quia plus de gloria. Io. 1, Vidimus eũ quasi vnigenitũ &c. Deinde resurgent omnes qui sunt Christi posteriores tẽpore, & dignitate, isti sunt qui carnẽ suam crucifixerunt cũ vitiis &c. Gal. 4, At vbi venit plenitudo. 1. Tim. 6, Serues mãdatum sine macula irreprehẽsibile vsq; in aduẽtum domini nostri. Qui autẽ sunt Christi, exponit, dicens, Qui crediderũt per fidem per dilectionem operãtem. Heb. 11, Accedẽtem ad deũ oportet credere &c. In aduẽtum eius primo & secũdo. Sed sciẽdũ q̃ inter alios sanctos nõ erit ordo tẽporis, quia oẽs resurgent in ictu oculi, sed bene secũdum dignitates, quia martyr resurget vt martyr: apostolus vt apostolus, & sic de aliis. [Deinde finis] Hìc ostẽdit finem resurrectionis, & hunc duplicem. Vnum quãtum ad adeptionem boni. Aliud quantum ad remotionem mali, ibi

[Oportet illum regnare &c.]Circa primum duo facit.Primò ostendit quòd adeptio ipsius boni cõsistit in inhærentia ad deum.Secũdò ostendit ꝙ in immediata inhærẽtia,ibi [Cum euacuauerit &c.] Dicit ergo ꝙ deinde.i.post hoc erit finis resurrectionis:& finis huiusmodi nõ erit vt viuãt vita corporis & voluptatibus, vt Iudæi & Saraceni fingunt, sed ꝙ inhæreãt deo per immediatã visionem & beatã fruitionem,& hoc est tradere regnũ deo & patri.Et ideo dicit,Cùm tradiderit.i.perduxerit regnum.i.fideles suos quos ꝓprio sanguine acquisiuit.Apoc.5,Redemisti nos deo in sanguine tuo,deo & patri.i.ante cõspectum dei.i.creatoris sui inquãtum est homo,& patris inquãtum est deus.Et hoc est quod petebat Philippus Ioan.14,Domine ostẽde nobis patrem,&c.Sed sic tradet, vt sibi nõ adimar,immo ipse vnus deus cum patre & sancto spiritu regnabit.Vel,cùm tradiderit regnum deo & patri.i.cùm ostẽdet deum patrẽ regnare.In scriptura enim tunc dicũtur aliqua fieri,quãdo primò innotescunt,& huiusmodi innotescentia fit per Christum. Mat.11, Nemo nouit patrem nisi filius,& cui &c.Cùm euacuauerit.Hîc ostẽdit immediationem dictæ inhærentiæ. Sicut enim dicitur Gal.4,Quanto tẽpore hæres paruulus est,est sub tutoribus,&c. Sed quãdo iam est magnus & perfectus,tunc immediatè absq; pædagogo & tutore sub patre est in domo.Status autem huius vitæ præsentis assimilatur pueritiæ,& ideo in vita ista sumus sub angelis,sicut sub tutoribus,inquãtum præsunt nobis & dirigunt nos:sed quãdo tradetur regnum deo,& patri:tunc immediatè erimus sub deo, & cessabunt omnia alia dominia:& hoc est quod dicit,Et cùm euacuauerit omnem principatũ &ˀ potestatem & virtutem.i.cùm cessauerit omne dominium tam humanum,q̃ angelicum,tunc immediatè erimus sub deo. Esa.2,Exaltabitur dominus solus in die illa.Hier.31,Nõ docebit vltrà vir proximũ suũ,&c. ¶Sed nũquid non remanebunt ordines angelorum distincti? Dicẽdum ꝙ sic,quãtum ad eminẽtiam gloriæ:qua vnus alteri præeminet,sed non,quãtum ad efficaciam executionis ad nos:& ideo illos dicit euacuari: quorum nomina pertinent ad executionem.s.principatus,potestates,& virtutes.Illos autem qui sunt de superiori hierarchia nõ nominat,quia non sunt exequẽtes,nec angelos,quia est nomen cõmune. Dominationes autem non dicit euacuari,quia licet sint de exequẽtibus,nõ tamen ipsi exequũtur,sed dirigunt & imperãt. Dominorũ enim est dirigere & imperare,nõ exequi. Archãgeli verò intelligũtur cum principatibus:archos enim idem est ꝙ princeps.Hi tres ordines secũdum Greg.legũtur de descendẽdo,quia secũdum ipsum, principatus sunt super potestates:& potestates super virtutes:sed secũdum Dio.ascendẽdo, quia vult quòd virtutes sint super potestates:& potestates super principatus. Vel aliter,cùm euacuauerit & c. i. tunc erit notum ꝙ principatus,& potestates,& dominationes nihil potestatis habuerunt ex seipsis,sed à deo ex quo sunt omnia. ¶Deinde cùm dicit[Oportet autem illũ &c.]ostendit Apostolus finẽ resurrectionis quo ad remotionem mali.Quod quidẽ ostendit per destructionem omniũ inimicorum ad Christũ.Et primò ponit ipsorũ destructionem.Secũdò subiectionis perfectionem;ibi[Nouissimè autem &c.]Tertiò subiectionis finẽ, ibi [Cùm autem subiecta fuerint] Dicit ergo primò,dixi quòd finis erit,cùm tradiderit regnum deo, & patri. Sed nũquid Christus habet regnũ,ita ꝙ oportet illum regnare?sic enim dicitur Mat.vlti.data est mihi &c. Luc.1,Et regnabit in domo Iacob.Oportet,inquam,donec ponat inimicos suos sub pedibus eius.Et nunquid modò nõ sunt inimici eius sub pedibus eius.i.sub potestate Christi?Dicẽdum ꝙ modò inimici Christi sunt sub potestate eius,sed dupliciter.Vel inquãtum per ipsum conuertuntur,sicut Paulus,quem prostrauit,Act.9.Vel inquãtum Christus facit volũtatem suam,etiam de his qui faciunt hîc cõtra volũtatem Christi.Sic ponit inimicos suos sub pedibus suis,puniendo eos:sed in futuro ponet sub pedibus.i.sub humanitate Christi. Sicut enim per caput,deitas Christi intelligitur,quia caput Christi,deus.1.Cor.11.Ita per pedẽ, humanitas.Psal.Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius,&c.Sic ergo inimici erunt nõ solùm sub deitate,sed etiam sub humanitate Christi.Phil.2,In nomine Iesu omne genu &c.Sed quid est quod dicit? Donec ponat &c.Nunquid non regnabit priusquam posuerit inimicos sub pedibus?Dicendum ꝙ hoc potest intelligi dupliciter, nam ly donec,quandoq; determinat tempus, & ponitur pro finito:sicut si dicerem,nõ videbo deum donec moriar,quia vsq; tunc nõ videbo,sed postea videbo. Quandoq; ponitur pro infinito: sicut cùm dicitur,Nõ cognouit eam donec peperit filiũ suum. Non ꝙ velit dicere,ꝙ non cognouit eam solùm vsq; ad partum filii,sed nec etiam postea quàm cognouit:sicut dicit Hie.Iste modus seruatur quãdo aliqui intẽdunt excludere illa solùm de quibus est dubiũ.Vnde euãgelium excluſit illud solũ quod videtur esse dubium.s.ꝙ Ioseph cognouisset beatam virginem ante partum.Hoc verò quòd post partum nõ cognouit eam,nulli est dubium,cùm tot mysteria pueri viderit,& totiens ab angelis monitus sit,& adoratus etiam à Magis Iesus fuisset:vnde poterat eam iam dei matrem cognoscere,& ideo non curauit hoc excludere:sic etiam loquitur hîc Apostolus.Quòd enim aliquis regnet adhuc inimicis non subiugatis,videtur esse dubiũ: sed ꝙ regnet postquam inimici subiugati sunt,nulli est dubium:& ideo illud excludit principaliter dicens, Donec ponat &c.q.d.verum est,ꝙ Christus habet regnũ,& licet sint aliqui inimici,dum nõ faciunt voluntatem suam,tamen regnat donec ponat &c.Potest etiam alio modo intelligi donec ponat &c.vt ly donec, determinet tempus,& ponatur pro futuro:vt dicatur sic,Oportet illum regnare.Sed quãdo? donec ponat &c.q.d.vsq; tũc regnabit,quousq; ponat inimicos sub pedibus,postea verò nõ regnabit. Sed secũdum hãc expositionem,regnare nõ importat regnum habere,sed in regnãdo proficere,& regnũ augeri:& hoc q̃tum ad manifestationem perfectã regni Christi.q.d. Regnum Christi paulatim proficit,inquãtum.s.manifestatur & innotescit,donec ponat inimicos sub pedibus.i.quousq; omnes inimici regnare eum fateãtur. Boni quidem cum gaudio beatitudinis:mali verò cum confusione:& postea nõ regnat.i.regnum suum nõ profitebit,& non amplius manifestatur,quia iam plenè manifestũ erit.Sic ergo patet omnium aduersantium subiectio:quæ quidem subiectio perfectissima erit, quia etiam illud quod maximè inimicatur, subiicietur sibi: hoc autem est mors quæ maximè cõtrariatur vitę:& ideo dicit,Nouissimè autem &c. vbi tria facit. Primò ponit subiectionẽ mortis.Secũdò probat hoc per authoritatem,ibi[Omnia enim subiecit &c.] Tertiò ex ipsa authoritate arguit,ibi[Cùm autem dicat &c.]Dicit ergo,dixiꝙ omnes inimicos subiecit sub pedibus eius.Sed qualiter?Perfectissimè,inquam,quia nouissimè inimica mors destruetur.s.in fine, quia nõ poterit esse cum vita,vbi omnes per resurrectionem viuent.Osee 13,Ero mors tua,ô mors.Esaiæ 20,Præcipitabit mortem

mortem in sempiternum. ¶Sciendum est autem quòd Origenes ex hoc verbo sumpsit occasionem erroris sui,quem ponit in periarchon.Ipse enim voluit quòd pœnæ damnatorũ essent purgatorię & non æternæ,& voluit quòd omnes qui sunt in inferno,quandoq; conuerterentur ad Christum & saluarentur,& etiã diabolus. Et hoc confirmat per ista verba donec ponam inimicos &c. Et intelligit quòd hoc quod dicitur inimicos sub pedibus : solùm intelligitur de subiectione quæ fit per conuersionem peccatorum ad Deum, non de subiectione qua sunt subiecti Christo etiam illi qui nunquam cõuertuntur ad Christum , inquantum punit eos in inferno.Et ideo dicit , Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus , quia tunc omnes damnati & qui sunt in inferno saluabuntur,inquantum scilicet conuertentur ad ipsum,& seruient ei,& non solùm ipsi homines damnati,autẽ pro,sed, nouissimè ipsa mors id est,diabolus destruetur, non quòd nõ sit omnino,sed quòd nõ sit mors,quia etiam ipse diabolus in fine saluabitur. Sed hoc est hæreticũ & damnatũ in concilio. ¶Iterum sciendũ est quòd apostolus signanter posuit hoc quod dicitur,no uisimè autẽ &c,ad remouendũ duas quæstiones quæ possent fieri circa prædicta de resurrectione, scilicet vtrũ Christus posset viuificare mortuos? Et hoc soluitur quia omnes inimicos posuit sub pedibus eius, & etiã ipsam mortẽ.Et quare nõ statim resuscitauit?Ad quod respõdetur quòd oportet quòd primò subiiciat inimicos sub pedibus,& nouissimè cùm destruetur ipsa mors,tũc resurgẽt omnes ad vitã. Nõ ergo differt, quia nõ potest,sed vt seruet ordinẽ,quia quæ â deo sunt,ordinata sunt.Quòd autem ipsa mors subiiciatur Christo,probat per authoritatem.Psal.Omnia subiecisti sub pedibus,id est,sub humanitate eius.s.Christi. Phil.2. Omnis lingua &c.Esa. 45,Mihi curuabitur omne genu &c.Ex hac autẽ authoritate argumẽtatur, dicẽs,Cùm autẽ dicat &c.Et est ratio sua talis.Propheta dicit omnia subiecisti &c.Sed dicẽdo omnia,constat ꝙ nihil excluſit nisi illũ qui subiecit,ergo subiecta sunt Christo omnia & ipsa mors.Dicit ergo. Cùm autẽ dicat psalmista,scilicet omnia subiecta sunt ei,scilicet Christo,inquantũ homini præter eũ,scilicet patrem qui subiecit sibi omnia.Heb.2,In eo qui omnia sibi subiecit &c.Mat.vlt. Data est mihi omnis potestas &c. ¶Sed contrà,si pater subiecit omnia filio,ergo filius est minor patre. ¶Responsio,Dicendum est quòd pater subiecit omnia filio inquantũ est homo vt dictũ est,& sic pater est maior filio.Est enim minor patre,secundũ humanitatẽ, ęqualis verò secundũ diuinitatẽ.Vel dicendũ quòd etiã ipse filius inquãtũ deus subiecit sibi omnia,quia sic,potest omnia quę pater potest.Phil.3,Saluatorẽ expectamus &c.secundũ operationẽ qua potẽs est subiicere omnia. ¶Cõsequenter cùm dicit, [Cùm autem subiecta fuerint illi omnia &c.] Ostẽdit finẽ huius resurrectionis nõ esse in humanitate Christi sed vlterius pducetur rationalis creatura ad contemplationẽ diuinitatis & in ea est beatitudo nostra , & finis noster ipse deus est, & ideo dicit, Cùm autẽ subiecta &c.q.d.Nõdum deus subiecit omnia Christo,sed cùm omnia fuerint ei subiecta,scilicet Christo,tũc ipse filius secũdũ humanitatẽ subiectus erit illi,scilicet patri Io.14,Pater maior me est,& subiectus est,nũc etiam Christus secundũ quòd homo patri,sed hoc, tũc manifestius erit.Et ratio huius subiectionis est, vt sit deus omnia in omnibus, id est vt anima hominis totaliter requiescat in deo , & solus deus sit beatitudo.Modò enim in vno est vita,& virtus in alio,& gloria in alio,sed tũc deus erit vita, & salus, & virtus,& gloria,& omnia.Vel aliter ita vt sit deus omnia in omnibus, quia tunc manifestabitur,quòd quicquid boni habemus,est à deo.

Error Origenis quo dixit damnatos tandem saluandos, etiã damones.

Differtur resurrectio nostra,vt omnia ordinatè fiant à Christo.

Lectio. 4.

Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis,si omnino mortui non resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter uestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro.Si secundum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui nõ resurgunt? Manducemus, & bibamus,cras enim moriemur.Nolite seduci.Corrumpunt mores bonos colloquia mala.Euigilate iusti, & nolite peccare.Ignorantiam enim dei quidam habent.Ad reuerentiam uobis loquor.

Ostenditur futura resurrectionis tra ex Sanctorum vita,deducendo ad tria inconuenientia si non sit futura resurrectio, tandẽ manet.

¶Ostensa resurrectione mortuorũ ex resurrectione Christi, hîc cõsequẽter ostẽdit resurrectionẽ mortuorum ex vita sanctorũ.Et circa hoc duo facit.Primò,probat propositũ.Secundò,subiũgit ammonitionẽ, ibi [Nolite seduci &c.]Probat autẽ propositũ ducẽdo ad tria incõuenientia. Primũ incõueniẽs est, quòd frustretur deuotio hominũ ad baptismũ.Secundũ est quòd frustretur labor sanctorũ,& hoc ponit,ibi[Vt quid & nos periclitamur,&c.]Tertiũ est quòd daretur occasio fruẽdivoluptatibus.Et hoc ponit,ibi[Manducemus & bibamus &c.]Circa primũ duo facit.Primò ponit primũ incõueniens.Secũdò explicat illud,ibi [Si omnino mortui &c.]Dicit ergo primò.Dixi quòd mortui resurgũt. Alioquin,scilicet si non est resurrectio mortuorũ futura,vt nos prædicamus, quid faciẽt qui &c.hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo vt per hoc quod dicit mortui,intelligãtur opera peccati quæ sunt mortua,quia carẽt vita gratiæ & ducũt ad mortem.Heb. 9, Sanguis Christi emũdabit &c.Et secundũ hoc plana est litera. Quid,scilicet faciẽt illi qui baptizãtur pro mortuis,id est pro peccatis abluendis,si non sint vitam gratiæ habituri? Alio modo, quia quidam tũc tẽporis volebãt quòd homines possent primò baptizari, vt in sibiipsis remissionẽ peccatorũ cõsequerẽtur, & iterũ baptizabãtur pro aliquo cõsanguineo suo defuncto, vt etiam post mortẽ dimitterẽtur ei peccata.Et secundũ hoc sit litera. Quid faciẽt qui baptizãtur pro mortuis scilicet cõsanguineis, pro quorũ salute baptizãtur si nõ sit resurrectio mortuorũ? sed isti in aliquo cõmendari possunt, scilicet in hoc ꝙ fidẽ resurrectionis videbãtur habere.Sed in aliquo possunt reprehẽdi in hoc.s.ꝙ vnum credebãt posse pro alio baptizari.Sed tũc est quæstio.Si oratio vnius prodest alteri,quare nõ etiã baptismus? Ad hoc est duplex respõsio.Vna est ꝙ opera quæ faciũt viui prosunt mortuis propter vnionẽ charitatis & fidei.Et ideo nõ prosunt nisi illis qui decedũt cũ charitate & fide. Vnde infidelibus,nec oratio,nec baptismus virorũ prosunt, tamẽ oratio prodest illis qui sunt in purgatorio. Alia respõsio,& melior,quia bona opera valẽt mortuis,nõ solũ ex vi charitatis,sed etiã ex intẽtione faciẽtis.Sicut si ego dicerẽ psalteriũ pro aliquo qui est in purgatorio,qui tenebatur dicere vt satisfaciã pro eo,valet quidẽ quãtũ ad satisfactionẽ solũ illi ꝓ quo dico. Dicendũ est ergo secundũ hoc ꝙ baptismus non habet virtutẽ ex intẽtione nostra,sed ex intentione Christi. Intẽtio autẽ Christi est,vt baptismus illis proficiat,qui in Christi fide baptizãtur. ¶Cõsequenter istud incõueniẽs explicat,dicẽs [Si omnino &c.]Et ista explicatio videtur magis conuenire secundæ expositioni suprà positæ.q.d.Vt quid baptizãtur pro illis,id est,pro mortuis si nõ resurgũt? sed si secundũ primã exposi-

tionem exponatur,tunc sic potest dici(Si omnino mortui nõ resurgũt)vt quid etiã baptizantur pro illis,id est,pro peccatis cùm ipsa non dimittãtur.[Vt quid periclitamur &c.] Hîc ponit secundum inconueniẽs, & circa hoc duo facit.Primò ponit incõueniens in cõmuni.Secundò in speciali,ibi [Quotidie &c.]Dicit ergo non solùm frustra baptizãtur aliqui pro remissione peccatorum, sed nos etiã frustra affligimur si resurrectio mortuorum nõ est & hoc est quod dicit[Vt quid.]& nos sancti apostoli periclitamur,id est pericula patimur omni hora.2.Corin.11,Periculis fluminũ periculis &c. Constat enim quod sancti exponunt se tribulationibus & affligunt seipsos propter spem vitæ æternæ secundum illud Roma 5, Non solùm autem sed & gloriamur &c. [Spes autem non confundit &c.]Si ergo resurrectio mortuorum nõ sit,totaliter spes perit. Frustrà ergo affligerent se si mortui non resurgunt. Nec obstat si dicatur quòd anima separata præmiatur,quia vt probatum est suprà,non posset probari quod anima esset mortalis. ¶ Consequenter cùm dicit[Quotidie &c.] Enumerat pericula in speciali,& primò quãtum ad personam.Secundò quantum ad locum, ibi [Si secundum hominem ad bestias, &c.] Manifestat ergo in speciali pericula quantum ad personam suam vnde dicit. [Quotidie morior &c.] Quasi dicat. Non quæcunq; pericula patimur, sed etiam mortis,quia quotidie morior.i.sum in periculis mortis.Psal.Propter te mortificamur tota die.Et hoc ostẽdit Apostolus Rom.8,in persona apostolorum esse dictum.2.Corin.4,Semper mortificationem &c.Propter gloriam vestram.i.vt ego acquiram gloriam quam expecto ex vestra cõuersione ad fidem.1. Thess.2. Vos estis gloria nostra,& gaudium habeo.1.spero me habiturum in Christo Iesu domino nostro.i. per charitatem Christi.Alia litera habet per gloriam &c.& tunc ly,per gloriam est verbum iurantis. Quasi dicat per gloriam vestrã,quã.s. expectatis quæ est deus.Ac si diceret.Iuro per deum quem habeo in spe in Christo Iesu.i.per passionem &c.Ex quo apparet quòd etiã Apostolus iurauit , & quòd in viris perfectis iurare non est peccatum.[Si secundum hominem &c.]Hîc specificat pericula quantum ad locum.Vbi sciendum est quòd hoc legitur. Act. 19, vbi dicitur quòd cùm Paulus apud Ephesum multos conuertisset ad fidem, quidam concitauerunt contra eum populum intantum quòd nõ esset ausus exire in theatrũ,& quòd multa pericula sit ibi passus.Ergo forte facit hîc de hoc mentionem, quia è vicino passus hoc fuerat. Dicit ergo si secundum hominem. i.secundum rationẽ ex qua homo est hoc disputando de resurrectione concludens quòd homo nõ moritur sicut bestia.Pugnaui ad bestias.i. ad homines bestialiter viuentes apud Ephesum. Vel si pugnaui ad bestias Ephesi,& hoc dico non ex reuelatione diuina,sed secundũ hominem.i. ex instinctu humano si tot pericula passus sum &c. ¶ Deinde cùm dicit[Manducemus &c.] Ponit tertium inconueniens quod est si resurrectio mortuorum non esset daretur occasio fruendi voluptatibus. Quasi dicat si non est alia vita , stulti sumus si affligimus nos, sed manducemus & bibamus.i. vtamur deliciis & fruamur voluptatibus.Sap.2, Non est qui sit agnitus &c. Venite fruamur &c.Cras enim.i.proximo moriemur,totaliter enim deficiemus in anima & corpore si mortui non resurgũt. ¶ Deinde cùm dicit. (Nolite seduci.) Ex prædictis concludit ammonitionem,& primò quãtum ad infirmos. Secundò verò quantum ad perfectos & iustos,ibi [Vigilate iusti &c.] Circa primum duo facit.Primò reddit eos attẽtos, dicens (Nolite seduci.) Quasi dicat dictum est,quòd si resurrectio mortuorum non sit,stultum esset non vti lasciuiis & voluptatibus. Ne ergo ad lasciuias inducamini nolite seduci ab his qui negant resurrectionem.Col.2,Videte ne quis vos seducat &c.Secundò rationem attentionis assignat,dicens [Corrumpunt &c.]. q.d. Ideo nolite seduci,quia colloquia mala illorum.s.qui negant resurrectionem,corrumpunt bonos mores.2,Tim. 2, Sermo eorum serpit vt cancer.Hiero.dicit quòd hoc est sumptum ex dictis gentilium, & est versus cuiusdam Menandri.Et ex hoc,vt ipse dicit,argumentum habemus,quòd licet nobis quandoq; in sacra scriptura vti authoritatibus gentilium. ¶ Deinde cùm dicit.[Vigilate,&c.] Ponit ammonitionem quantum ad perfectos. Posset enim dicere quòd à colloquiis illorum debent cauere infirmi, qui de facili seducuntur:perfecti autẽ non sic seduci possunt.Apostolus autem vult quòd etiam perfecti sint cauti.Vnde circa hoc duo facit.Primò reddit eos attẽtos,dicẽs (Vigilate iusti.)id est,vos qui reputamini iusti,vigilate,id est soliciti sitis.Matt. 24,Vigilate,quia nescitis &c.Apoc.16,Beatus qui vigilat,&c.Secundò rationem assignat, dicens, [Nolite &c.]& hanc duplicem,quarum vnam propter seipsos. Nullus enim est adeò perfectus quin debeat sibi cauere à peccatis. Inertia autẽ & torpor frequenter inducit ad peccatum, vnde ne peccent inducit eos ad vigiliam,& ideo dicit,& nolite peccare,id est ne peccetis.Tob.4,In mente habeto deum,& caue ne aliquando peccato consentias. Aliam rationem inducit propter alios:quia non solùm propter seipsos sint soliciti, sed & propter alios ne illi seducantur,& hoc est quod dicit. Quidam enim habent ignorantiã dei,id est nõ rectam fidem.Ro.10, Ignorantes dei iustitiam &c. ¶ Et hoc loquor vobis ad reuerentiam vestram, vt sitis cauti.Vel ad verecundiã vestrã,quia verecundum est vobis qui reputamini sapientes, & instructi in fide q̃ sint aliqui inter vos ignorantiã dei habentes,id est nõ rectã fidem.

Declaratur qualitas resurgẽtiũ et astruitur resurrectio similitudine seminũ, ex hoc ostẽdẽdo esse tãdẽ substãtiã in suscitato q̃ fuit prius.

Lectio. 5.

SEd dicet aliquis. *Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore uenient? Insipiens, tu quod seminas non uiuificatur nisi prius moriatur, & quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas,sed nudum granum,ut puta, tritici,aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut uult, & unicuique seminum proprium corpus.*

¶ Superius Apostolus probauit resurrectionem mortuorum.hic ostendit qualitatem & modum resurgẽtium.Et circa hoc duo facit.Primò mouet quæstionem circa qualitatem resurgentium. Secundò soluit,ibi [Insipiens tu &c.]Circa resurrectionem fuerunt duo errores.Quidam enim totaliter negabãt resurrectionem mortuorũ futurã.Cùm enim non considerarent nisi principia naturæ & posse, & viderẽt quòd secundum principia naturæ & posse nullus de morte potest redire ad vitam,nec cæcus potest recuperare visum, ideo totaliter negauerunt resurrectionem,ex quorum persona dicitur.Sapien.2,Vmbrę transitus est tempus nostrũ &c.Et ibidem,de nihilo nati sumus &c.Iob.14,Putàsne mortuus homo rursum viuat &c. Alii autem dixerunt resurrectionem mortuorum futuram esse, sed dicebant quòd resurgebant ad eundem modum viuendi,& ad eosdem actus. Et hoc etiam posuerunt quidam Philosophi qui dicunt post multa annorum curricula Plato adhuc resurget, & habebit eosdem scolares Athenis quos aliquando habuit. Hoc etiã asserunt Pharisæi.Mat.22,de muliere septem virorum,vnde dicebant.In resurrectione cuius erit? Saraceni

etiam fingunt quòd habebũt post resurrectionem vxores,& voluptates,& delicias corporales.Iob.20,Nõ videat riuulos fluminis torrentis mellis & butiri. ¶ Contra quos dicitur Mat.22, Quòd erunt sicut angeli dei in cælo. Has ergo duas quæstiones mouet hîc Apostolus,primã cùm dicit (Quomodo resurgũt mortui)quomodo est possibile quòd mortui qui sunt cinis possunt resurgere? Secundam cùm dicit (Quali autem corpore venient.)Quasi dicat.Nunquid cum tali corpore resurgẽt cum quali sumus modò? Has duas quæstiones soluit cùm dicit [Insipiens &c.]Primò soluit secundam.Secundò verò soluit primã, ibi. [Ecce mysterium vobis dico &c.] Ad intellectum autem eorũ quæ Apostolus ponit in prima parte , oportet inuestigare quid Apostolus intendat. Intendit autem in ista parte Apostolus ostẽdere quòd mortui resurgũt, & quòd erit eadem substantia. Vbi primò ponit similitudines.Secundò adaptat, ibi [Sic etiam resurrectio mortuorum &c.]Tertiò probat,ibi [Si est corpus animale &c.] Circa primum duo facit.Primò proponit similitudines in vna specie.Secundò in diuersis speciebus,ibi,Non omnis caro,eadem caro &c. Circa primum sciendum est quòd videmus in vna & eadem specie quòd vna res in via generationis habet diuersas qualitates & formas.sicut granum aliam formam & qualitatem habet quãdo seminatur, aliam quãdo pullulat,aliam quando iam est in herba. Et ideo ex hac similitudine Apostolus intendit ostendere qualitatem resurgentium.Vnde circa hoc tria facit.Primò comparat ordinem seminationis ad pullulationem. Secũdò differentiam qualitatis in semine & in pullulatione,ibi[Tu quod seminas &c.]Tertiò causam qualitatis in pullulatione,ibi[Deus autẽ &c.] Dicit ergo,Insipiens &c. ¶ Sed contrà Mat.5,Qui dixerit fratri suo Racha &c.Dicendũ quòd dominus prohibet dici fratri,Racha seu fatue,ex ira,non ex correctione. Causa autem quare dicit insipiens, est quòd hæc obiectio contra resurrectionem procedit ex principiis humanæ sapientiæ,quæ tandiu est sapientia, quandiu est subiecta sapientiæ diuinæ,sed quãdo recedit à deo tũc vertitur in insipientiam,vnde cùm contradicat sapientiæ diuinæ,vocat eum insipientem.Quasi dicat.Insipiens nonne quotidie experiris tu,quia quòd seminas in terra non viuificatur. i. vegetatur nisi prius moriatur. i. putrescat.Io.12,Nisi granum frumenti &c.Ex hoc videtur Apostolus facere comparationem,quòd quando corpus hominis ponitur in sepulchro in terra, tunc est quædam seminatio:quãdo verò resurget tunc est quædam viuificatio.Vnde ex hoc opinãtur aliqui resurrectionem mortuorum esse naturalem,propter hoc quod Apostolus hîc resurrectionem comparat pullulationi seminis quæ est naturalis. Opinantur enim in pulueribus resolutis in quos resoluuntur humana corpora esse quasdam virtutes seminales actiuas ad corporum resurrectionem. Sed istud non videtur esse verũ. Fit enim resolutio corporis humani in elementa, sicut & aliorum mixtorum corporum, vnde pulueres in quos humana corpora resoluuntur, nullam aliam habent virtutem actiuam quàm alii pulueres,in quibus constat non esse aliam virtutem actiuam ad corporis humani constitutionem,sed solùm in semine hominis: differunt autem pulueres in quos hamana corpora resoluuntur ab aliis pulueribus solùm secundum ordinationem diuinam , prout huiusmodi pulueres sunt ex diuina sapientia ordinati,vt iterum ex eis humana corpora reintegrẽtur.Vnde resurrectionis actiua causa,solus deus erit,& si ad hoc vtatur ministerio angelorum, quantum ad puluerum collectionem. Propter quod Apostolus infrà modum resurrectionis exponens, attribuit sono tubæ , & suprà attribuit Christo resurgenti,non autem alicui virtuti actiuæ in pulueribus. Non ergo intendit hîc probare Apostolus q̃ resurrectio sit naturalis,per hoc q̃ semẽ naturaliter pullulat,sed intendit hîc manifestare per exẽpla quędã, q̃ non sit eadẽ qualitas corporũ resurgentiũ , & corporũ morientiũ:& primò per hoc quòd non est eadem qualitas seminis & pullulationis , vt ex sequentibus manifestè ostendetur.Nam cõsequenter cùm dicit [Et quod seminas &c.] Ostẽdit qualitatem seminis differentẽ esse à qualitate pullulationis, cùm dicit, & quod seminas non corpus quod futurum est seminas. i.non quale futurum est seminas. Quod exponens subdit. Sed nudum granum,puta,tritici vel alicuius cæterorum.s.seminum,quia seminatur nudum semen,pullulat autem ornatum herba, & aristis & huiusmodi. Et similiter corpus humanum aliam qualitatem habebit in resurrectione quàm nunc habet,vt infrà exponetur. Est tamen differentia inter resurrectionẽ humani corporis,& pullulationem seminis:nam surget idem corpus numero,sed habebit aliam qualitatem, sicut infrà dicit Apostolus,quòd oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.Et Iob. 19. dicitur, Quem visurus sum ego ipse, & non alius.Sed in pullulatione,nec est eadem qualitas,nec idem corpus numero, sed solùm idem specie. Et ideo signanter Apostolus de pullulatione loquens dixit,nõ corpus quod futurum est, seminas,dans intelligere quòd non sit idem numero.Et in hoc opus naturæ deficit ab opere dei.Nam virtus naturæ reparat idem specie,sed non idem numero:virtus autem dei reparare potest etiã idem numero. Et sic etiã ex hoc q̃ hîc dicitur potest sumi probatio ad hoc q̃ resurrectionẽ futurã fieri nõ est impossibile sicut insipiens obiiciebat,quia si natura ex eo q̃ mortuũ est potest reparare idem specie, multò magis deus potest reparare idem numero:quia & hoc ipsum q̃ natura facit,opus dei est.Habet enim hoc natura à deo quòd hoc facere possit.Et ideo cõsequenter de scribens qualitatẽ pullulationis attribuit eam,primùm quidem deo,secũdò proportioni naturæ. Dicit autẽ primò,deus autem dat illi corpus sicut vult,quia. s.ex ordinatione diuinæ volũtatis procedit quòd ex tali semine talis plãta producatur , quæ quidẽ planta est quasi corpus seminis. Vltimus enim fructus plãtæ est semẽ. Et hoc ideo attribuit operationi diuinæ quia omnis operatio naturæ est operatio dei.secundũ illud suprà. 12.Idem autẽ deus qui operatur omnia in omnibus. Et hoc sic potest cõsiderari. Manifestũ est enim q̃ res naturales absq; cognitione, operantur ad finẽ determinatũ,alioquin non semper vel in maiori parte eundem finẽ consequerẽtur.Manifestum est etiã q̃ nulla res cognitione carens in certũ finem tendit,nisi directa ab aliquo cognoscente,sicut sagitta tendit ad certũ signũ ex directione sagittantis. Sicut ergo si aliquis videret sagittã directè tendere ad certum signum quanuis sagittãtẽ nõ videret, cognosceret statim q̃ dirigeretur à sagittãte. Ita cùm videamus res naturales absq; cognitione tendere ad certos fines, possumus pro certo cognoscere q̃ operãtur ex voluntate alicuius dirigentis,quẽ dicimus deũ. Et sic dicit Apostolus q̃ deus dat semini corpus.i.ex semine producit plantã sicut vult.Sed rursus,ne aliquis crederet huiusmodi naturales effectus ex sola dei volũtate prouenire absq; operatione & proportione naturæ,subiungit,Et vnicuiq; seminũ propriũ corpus,puta,ex semine oliuæ gene-

Opinio dicentium resurrectionẽ fieri naturaliter reiicitur.

ratur oliua,& ex semine tritici generatur triticum. Vnde & Gen.1,Germinet terra herbam virentem & facientem semen iuxta genus suum. Sic ergo & in resurrectione erit alia qualitas corporis resurgentis, quæ tamen proportionabitur meritis morientis. Lectio. 6.

Declaratur diuersitas qualitatis corporũ resurgẽtiũ,ex diuersitate in diuersis corporibus, & in diuersis ipsorum cõparationibus.

Non omnis caro,eadem caro:sed alia hominum, alia pecorum,alia uolucrũ,alia autẽ piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria Sed alia quidẽ cælestium gloria:alia autem terrestrium. Alia claritas solis,alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum.Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.Seminatur in ignobilitate,surget in gloria.Seminatur in infirmitate,surget in uirtute. Seminatur corpus animale,surget corpus spiritale.

¶ Hîc Apostolus ponit exẽplũ de diuersitate qualitatis corporis resurgẽtis in diuersis speciebus.Et primò cõparando cælestia ad terrestria.Secũdò terrestria ad cælestia,ibi [Sunt corpora cælestia &c.] Tertiò corpora cælestia adinuicẽ,ibi[Alia claritas solis &c.] Quia posset aliquis dicere,quomodo est possibile quòd mortui resumãt corpus & carnẽ,si nõ sint habituri eandẽ corporis qualitatẽ:ideo ad hoc excludendũ intro ducit diuersas qualitates corporis & carnis,vt sic manifestũ sit ꝙ non oportet si nõ erit eadẽ qualitas,ꝙ nõ resumatur idẽ corpus,vel eadem caro.Dicit ergo primò,ꝙ non omnis caro est eadẽ caro secundũ formam, Sed alia est caro hominũ,alia pisciũ,alia pecorũ,alia volucrũ &c.Et similiter est alia morientis,& alia resurgentis:sicut autẽ exemplum superius inductũ de semine & pullulatione deficiebat in hoc, ꝙ in seminatione,& pullulatione non est idem numero,nec eędẽ qualitates,ita hæc exẽpla deficiũt,quia in his exẽplis nec est eadem species , nec eadẽ qualitas:sed caro hominis resurgẽtis est eadem secundũ speciẽ cum carne moriẽtis,sed tamẽ erit alia secũdum qualitatem.Erit enim eiusdem naturæ,sed alterius gloriæ:vt Gregorius de corpore Christi dicit, si quis autẽ hæc quæ dicta sunt ad diuersum statum resurgentiũ referre vellet, potest dici ꝙ per homines intelliguntur boni secundum rationẽ viuentes:secundum illud Ezec.34,Vos autẽ greges mei,greges pascuæ meæ homines estis.Per pecora verò intelligũtur luxuriosi,secundum illud.2. Pet.2, Hi verò velut irrationabilia pecora & cætera.Per volucres, superbi,per pisces cupidi:secundum illud Psal. Volucres cæli,& pisces maris & cætera. ¶ Ad idem autẽ introducit diuersitatem cælestiũ,& terrestriũ corporum, cùm subdit,Sunt corpora cælestia,vt sol,& luna,& huiusmodi.Et sunt corpora terrestria,vt ignis, aqua,&c.sed alia quidem est gloria,id est,pulchritudo & decor cælestiũ corporũ,alia autẽ terrestriũ,Eccles. 43,Species cæli gloria stellarũ. Et possunt per cælestia corpora intelligi cõtẽplatiui. Philip.3, Nostra conuersatio in cælis est.Per terrestria actiui,qui circa terrena occupãtur,vnde Marthæ dictũ est,Turbaris erga plurima.Luc.10,Et ad idem vlterius introducit diuersam qualitatem cælestiũ corporũ, cùm dicit,Alia claritas solis &c.Similiter inter stellas est differẽtia.Stella enim differt,&c.Et potest intelligi per solem Christus,Malach. vltimo,Orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ &c. Per lunam beata virgo,de qua Cant.6, Pulchra vt luna.Per stellas, adinuicem ordinatas, cæteri sancti.Iudic.5,Stellæ manentes in ordine suo,&c. ¶ Consequenter cùm dicit (Sic erit resurrectio mortuorum)Adaptat prædicta exempla ad resurrectionem mortuorum. Nec intelligendum est quantum ad literalem expositionem, ꝙ Apostolus hoc dicat ad designandum in resurgentibus generis diuersitatem,propter id quod præmiserat,Stella differt, &c. Sed hoc refert ad omnia præcedentia , vt ostendatur ex omnibus præmissis, ꝙ sicut in rebus inueniuntur diuersæ qualitates corporum:ita erit diuersa qualitas resurgentiũ a qualitate morientiũ. Vnde sequitur,Seminatur corpus &c.Vbi Apostolus maximè ostendit aliam esse qualitatem corporis morientis, & corporis resurgentis.Et agit hîc de corpore resurgente glorioso,cuius proprię qualitates dotes corporis gloriosi dicuntur. Quæ quidem sunt quatuor,quas hic Apostolus tangit. Primò enim tangit dotem impassibilitatis, cùm dicit[Seminatur in corruptione &c.]Et quanuis seminatio accipi posset pro prima corporis origine. secundum ꝙ generatur ex semine, tamen conuenientius est secundum intellectum Apostoli, vt seminatio referatur ad mortem & sepulturam,vt respondeat ei quod suprà dictum est.Quod seminas nõ viuificatur, nisi prius moriatur.Dicitur autem mors & resolutio seminatio,non ꝙ in corpore mortuo,vel in cineribus ex eo resolutis sit aliqua virtus ad resurrectionẽ,sicut est virtus actiua in semine ad generationem, sed quia à deo talis ordinatio est deputata,vt ex eo iterato reformetur corpus humanum.Sicut igitur corpus humanum quando seminatur,id est quando moritur, est in corruptione, id est secundum suam proprietatem est corruptioni subiectum,secundum illud Rom.8,Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Sed resurget in incorruptione. Dicitur autem hîc incorruptio,non solùm ad excludendum separationem animæ à corpore:quia hanc incorruptionem & corpora damnatorum habebunt, sed ad excludendum tam mortẽ quàm quamlibet noxiam passionem, siue ab interiori siue ab exteriori.Et quantum ad hoc intelligitur impassibilitas corporis glorioſi. Secundum illud Apocal. 7. Non esurient, neq; sitient amplius,&c.Secundò tangit dotem claritatis cùm dicit (Seminatur in ignobilitate,)id est corpus quod ante mortem,& in morte est deformitatibus,& miseriis multis subiectum:secũdum illud.Iob.14,Homo natus de muliere,&c.Sed resurget in gloria quæ claritatem significat, vt Augustinus dicit super Ioan. Erunt enim corpora sanctorũ clara & fulgentia,secundum illud Matt.13,Fulgebunt iusti sicut sol &c.Tertiò, tangit dotem agilitatis, cũ dicit, (Seminatur in infirmitate,) id est corpus animale,quod ante mortem est infirmum & tardum, & ab anima non facilè mobile,secundum illud Sapien.9,Corpus quod corrumpitur aggrauat animam.Sed surget in virtute,qua.s.fiet vt ex tanta virtute ab anima moueri possit,vt in nullo difficultatem ad motum exhibeat, quod ad dotem agilitatis pertinet. Tanta enim erit ibi facilitas , quanta fœlicitas,vt August. dicit, Vnde dicitur Sapient.3.de iustis,Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ in arundineto discurrẽt.Et Esa. 40, Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem , assument pennas &c. Quartò tangit dotem subtilitatis, cùm dicit, [Seminatur corpus animale &c.] Quam quidam ad hoc referre volunt quòd corpori glorioso secũdum hanc dotem competat,vt possit simul esse cum corpore non glorioso in eodem loco.Quod quidem sustineri posset, si corpori secundum statum præsentem competeret, quod non posset simul cum alio corpore esse in eodem loco secundum aliquid , quod à corpore remoueri posset. Nunc autem si diligenter consideretur,quòd secundum nihil aliud hoc copori competit,nisi secundum quòd habet dimẽsiones corporales. Vnde videmus corpora quantumeunq; subtilia,nõ compati secum alia corpora vt patet in aere & in igne:& vlterius si essent corpora separata omnino absq; materia, sicut quidã potuerũt,nõ possent simul cum corporibus naturalibus esse in eisdem locis vt Philosophus dicit. Remanentibus igitur dimẽsionibus in quocunq; corpore,est contra suã naturam ꝙ sit cum alio corpore in eodem loco.Vnde si hoc aliquando contigit,erit ex miraculo.Propter quod Greg.& Aug. miraculo ascribunt ꝙ corpus Christi, ad discipulos ianuis clausis intrauit.Nulla enim virtus terminata potest facere miraculũ, hoc enim solius dei est.Relinquitur ergo quòd esse simul cum alio corpore,in eodẽ loco nõ possit esse ex dote seu ex qualitate corporis glorioſi. Non tamẽ negandũ est quin corpus glorioſum possit esse simul cum alio corpore in eodem loco: quia corpus Christi post resurrectionẽ intrauit ad discipulos ianuis clausis , cui corpus nostrum in resurrectione conformandũ speramus:sed sicut corpus Christi hoc habuit non ex proprietate corporis, sed ex virtute diuinitatis vnitæ,ita corpus cuiuslibet alterius sancti hoc habebit nõ ex dote,sed ex virtute diuinitatis existẽtis in eo.Per quẽ modum corpus Petri habuit ꝙ ad vmbrã eius sanarẽtur infirmi,non per aliquã proprietatẽ ipsius.Est ergo dicendum ꝙ ad dotẽ subtilitatis pertinet,quod hîc Apostolus tangit,dicens,Seminatur corpus animale,surget spirituale. Quod quidẽ malè intelligẽtes dixerunt, ꝙ corpus in resurrectione vertetur in spiritũ,& erit simile aeri aut vẽto,qui spiritus dicitur.Quod maximè excluditur per illud quod ad apostolos dicitur Luc.vltimo, Palpate & videte quia spiritus &c. Vnde & hîc Apostolus nõ dicit quòd resurgat spiritus,sed spirituale corpus.Ergo in resurrectione spirituale erit,nõ spiritus,sicut nunc est anima le,nõ anima.Ad horũ autem differentiã cognoscendam considerandum est, ꝙ vnum & idem in nobis est, quod dicitur & anima & spiritus : sed anima dicitur secundũ quod perficit corpus, spiritus autem propriè secundum mentẽ secundũ quam spiritualibus substantiis assimilamur:secundũ illud Ephe.4,Renouamini spiritu mentis vestræ.Itẽ considerandũ est ꝙ triplex est differentia potentiarũ in anima:quædam enim potentiæ sunt quarũ operationes ad bonũ corporis ordinantur, sicut generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Quædam verò sunt,quæ quidem corporeis organis vtuntur, vt omnes potentiæ sensitiuæ partis :sed earũ actus ad corpus non ordinantur directè,sed magis ad perfectionem animæ. Quædam verò sunt potentiæ quæ neq; vtuntur corporeis organis,neq; directè ad bonum corporis ordinãtur,sed magis ad bonum animæ:sicut quæ pertinẽt ad intellectiuã partem:primæ ergo potentiæ pertinent ad animam,inquantum animat corpus:secundæ verò maximè pertinent ad animam inquantum est spiritus :tertiæ verò medio modo se habenti nter vtrasq;:quia tamen iudiciũ de potentia aliqua magis debet sumi ex obiecto & fine, quàm ex instrumento,ideo secundæ potentiæ magis se tenent cum tertiis,quàm cum primis.Item considerandũ est ꝙ cùm vnaquæq; res sit propter suam operationẽ, corpus ad hoc perficitur ab anima,vt sit subiectum operationibus animæ.Nunc autem in statu isto corpus nostrum est subiectum operationibus,quæ pertinẽt ad animã inquantum est anima prout generatur & generat,nutritur,,crescit,& decrescit. Quantum autem ad spirituales animæ operationes ,corpus,licet aliquo modo subseruiat,tamen multum impedimentum affert: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animã , vt dicitur Sapien.9 .Sed in statu resurrectionis cessabunt operationes animales à corpore, quia non erit generatio nec augmẽtum aut nutrimentũ, sed corpus absq; aliquo impedimento & fatigatione incessanter seruiet animæ ad spirituales operationes eius, secundum illud Psal.Beati qui habitant in domo tua domine &c.Sicut ergo nunc est corpus nostrum animale, tũc verò erit spirituale.Causam autem harũ proprietatũ,quidam attribuunt luci,quã dicunt esse de natura quintæ essentiæ,& venire in compositionem humani corporis, quod quia friuolum est & fabulosum,sequentes Augustinum dicimus quòd procedunt ex virtute animæ glorificatæ. Dicit enim Augustinus in epistola ad Dioscorum,Tam potenti natura deus fecit animam, vt eius plenissima beatitudine quę in fine temporum promittitur sanctis,redundet etiã in inferiorem naturam,quæ est corpus nõ beatitudo,quæ fruẽtis est propria,sed plenitudo sanitatis,id est incorruptionis vigor. ¶ Videmus autem ex anima quatuor corpori prouenire,& tãtò perfectius,quantò anima fuerit virtuosior.Primò quidem dat esse. Vnde quãdo erit in summo perfectionis,dabit esse spirituale.Secũdò conseruat a corruptione.Vnde videmus homines quãtò sunt fortioris naturæ, minus à calore & frigore pati. Cùm ergo anima fuerit perfectissima, conseruabit corpus omnino impassibile. Tertiò dat pulchritudinem & claritatem. Infirmi enim & mortui propter debilitatẽ operationis animæ in corpus , efficiuntur discolorati : & quando erit in summa perfectione,faciet corpus clarum & fulgidum.Quartò dat motum,& tantò facilius,quantò virtus animæ fuerit fortior supra corpus. Et ideo quando erit in vltimo suæ perfectionis,dabit corpori agilitatem. Lectio 7.

Quatuor dotes corporum gloriosorũ hic tanguntur.

Si est corpus animale,est & spirituale,sicut scriptum est,Factus est primus homo Adam in animã uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantẽ.Sed non prius quod spirituale est,sed quod animale:deinde quod spirituale.Primus homo de terra terrenus:secundus homo de cælo cælestis.Qualis terrenus:tales & terreni: & qualis cælestis,tales & cælestes.Igitur sicut portauimus imaginem terreni,portemus & imaginem cælestis.Hoc autẽ dico fratres,quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt,neque corruptio incorruptelam possidebit.

¶ Hîc Apostolus differentiam qualitatis corporum morientium ad corpora resurgentium suprà exemplis ostensam,ostendit ratione.Circa autem hoc,duo facit, Primò enim præmittit quod probare intendit. Secundò præmissum probat, ibi [Sicut scriptum est &c.]Dicit ergo primò. Dixi quòd id quod seminatur animale,surget spirituale:& quòd hoc sit verum,scilicet quòd sit aliquod corpus spirituale,ostendo,quia si est corpus animale,est & spirituale:& non intendit Apostolus ex hoc arguere ad propositum, sed hoc supponit, intendens probare ipsum quod dicit [Si est corpus &c.] Ecclesiastici vigesimo tertio. Intuere in omnia opera altissimi,duo contra duo,& vnum contra vnum.[Sicut scriptum est,&c.] Hic probat propositum.Est autem sua ptobatio talis. Duo sunt principia humani generis. Vnum secundum vitam naturæ, scilicet Adam : aliud secundum vitam gratiæ, scilicet Christus: sed animalitas est deriuatiua in omnes homines à primo principio.s.Adam,ergo constat quòd multò amplius à secundo principio, scilicet Christo, spiritualitas deriuabitur in omnes homines. Huius rationis primò probat primam diuersitatem principiorum.Secundò mediam, scilicet determinationem similitudinis ex vtroque principiorum , ibi [Qualis ter-

Duo aut plura corpora nõ possunt esse simulex dote nec naturaliter, sed bene miraculo & virtute supernaturali.

Error dicẽtiũ in resurrectione corpus verti in spiritum.

Probatur corpusquod seminatur animale resurgere spirituale, & principaliter probatur quòd sit aliquod corpus spirituale.

renus &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit principiorum differentiam. Secundò, principiorum ordinem ad inuicem, ibi [Sed non prius quod spirituale &c.] Tertiò rationis ordinem assignat, ibi [Primus &c.] Ponit ergo primò conditionē primi principii secundū vitā naturæ, sumens authoritatem. Gen.2, Vnde dicit, Sicut scriptū est, Factus est à deo primus homo Adam in animā viuentē, vita. s. animali, qualē anima potest dare, cùm s. spirauit dominus in faciē eius spiraculū vitæ, Gen.2. Forma humana enim & anima dicitur & spiritus. Inquantū enim intendit curæ corporis. s. vegetādo, nutriēdo, & generando, sic dicitur anima: inquantū autē intendit cognitioni. s. intelligendo, volendo, & huiusmodi, sic dicitur spiritus. Vnde cùm dicit, Factus est primus hō Adam in animā viuentē. Intendit hic Apostolus de vita qua anima deseruit circa corpus, nō de spiritu sancto, sicut quidā fingūt, propter hoc quod præcedit, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, dicētes hoc esse spiritū sanctū. Secundò ponit conditionem secundi principii, dicēs [Nouissimus verò Adam]. i. Christus. & dicitur nouissimus, quia Adā induxit vnū statū. s. culpæ, Christus verò gloriæ & vitæ. Vnde cùm post statū istū nullus alius sequatur in vita ista, ideo dicitur nouissimus. Esa.53, Desiderauimus enim despectū & nouissimū virorū. Et alibi. s. Apoc.1, Ego primus & nouissimus. Et alibi, Ego sum alpha & o &c. Dicit autē Adam, quia de natura Adæ factus in spiritū viuentē. Et ex hoc conditionibus principiorū visis apparet eorū diuersitas, quia primus homo factus est in animā, nouissimus in spiritū. Ille autē in animā viuentem solùm, iste verò in spiritum viuentē & viuificantem. Cuius ratio est: quia sicut Adam cōsecutus est perfectionē sui esse per animam, ita & Christus perfectionē sui esse inquātū homo per spiritū sanctum. Et ideo cùm anima non posit nisi proprium corpus viuificare, ideo Adā factus est in animā, non viuificantē, sed viuentē tantùm: sed Christus factus est in spiritū viuentē & viuificantē, & ideo Christus habuit potestatem viuificādi. Io.1, De plenitudine eius &c. & Ioan.10, Veni vt vitam habeāt & abundantius habeant. Et simbolo. Et in spiritū sanctum viuificantem. Sed ne aliquis diceret, si Christus factus est in spiritū viuificantē, quare dicitur nouissimus. Ideo cōsequenter dicit [Sed nō prius &c.] Ostendit ordinē principiorū. Videmus enim in natura quòd in vno & eodem, prius est imperfectum quā perfectum. Vnde cùm spiritualitas se habeat ad animalitatē, sicut perfectū ad imperfectū, ideo in humana natura non prius debet esse spirituale, quod est perfectū, sed vt seruetur ordo prius debet esse imperfectū. s. quod animale est: deinde perfectum. s. quod spirituale est: suprà. 13, Cùm venerit quod perfectū est &c. Sicut dicit Augustinus. Huius signū est quòd primogeniti antiquitus consueuerunt esse animales, sicut Cayn ante Abel natus: Ismael ante Isaac: & Esau ante Iacob. Rationem autem dictæ diuersitatis assignat, dicens [Primus homo &c.] q.d. verè primus homo factus est in animā viuentē, quia de terra. Gen.2, Formauit dominus hominem de limo terræ: & ideo dicitur esse terrenus. i. animalis: secundus homo. s. Christus factus est in spiritum viuificantē, quia de cælo: quia diuina natura quæ fuit huic naturæ vnita, de cælo est. Et ideo debet esse cælestis. i. talem perfectionem debet habere, qualem decet de cælo venire, scilicet perfectionem spiritualē. Ioan.3, Qui de cælo venit, super omnes est. Dicit autem primū hominem de terra, secundum modum loquendi quo res de illo esse dicuntur: quia prima pars est in eorum fieri: sicut cultellus dicitur de ferro, quia prima pars vnde est cultellus, est ferrum. Et quia prima pars vnde Adam factus est, terra est: & ideo dicitur de terra. Secundus homo dicitur de cælo: non quòd attulerit corpus de cælo, cùm de terra assumpserit. s. de corpore beatæ virginis: sed quia diuinitas (quæ naturæ humanæ vnita est) de cælo venit, quæ fuit prior quàm corpus Christi. Sic ergo patet principiorum diuersitas, quòd erat maior propositio rationis principalis. ¶ Consequenter cùm dicit [Qualis terrenus &c.] Ostendit deriuationem similitudinis horum principiorum ex vtroq;, & primò in cōmuni. Secundò diuidit eam per partes, ibi [Igitur sicut portauimus &c.] Dicit ergo [Qualiter terrenus &c.] q.d. Primus homo qui terrenus fuit & mortalis, ideo deriuatum est vt omnes essent & terreni & mortales: suprà eodem, Et sicut in Adam omnes moriūtur. Zach.13, Adam exēplum meum, &c. Quia verò fuit secundus homo cælestis. i. spiritualis & immortalis: & ideo omnes & immortales & spirituales erimus. Rom.6, Sed complantati facti sumus similitudini &c. Igitur sicut portauimus, &c. Hìc concludit qualiter in speciali debeamus conformari homini. s. cælesti. Possumus autem dupliciter conformari cælesti in vita. s. gratiæ & gloriæ, & vna est via ad aliam: quia sine vita gratiæ non peruenitur ad vitam gloriæ, & ideo dicit [Sicut portauimus &c.]. i. quandiu peccatores fuimus, in nobis fuit similitudo Adæ 2, Re.7, Ista est lex Adam: domine deus &c. vt ergo possimus esse cælestes. i. peruenire ad vitam gloriæ portemus imaginem cęlestis per vitam gratiæ. Col.3, Exuentes veterem hominem, induite nouum hominem. s. Christum. Rom.8, Quos præsciuit & prædestinauit cōformes &c. Sic ergo debemus conformari cęlesti in vita gratię, quia alias non peruenietemus ad vitā glorię. Et hoc est quod dicit, Hoc autē dico fratres. q.d. Nisi viuatis. s. vita gratiæ, non poteritis peruenire ad regnum dei. s. ad vitam gloriæ: quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Quod quidem non est intelligendum sicut quidam Hęretici dicunt, quòd non resurget caro & sanguis secūdum substantiam, sed quòd totum corpus vel vertetur in spiritum vel in aerem, quod est hæreticum & falsum: nam Apostolus dicit quòd conformabit corpus nostrum corpori claritatis suæ. Vnde cùm Christus post resurrectionem habuerit carnem & sanguinem, sicut dicitur Lucæ vltimo, Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet &c. Constat quòd & nos in resurrectione carnem & sanguinē habebimus. Non est intelligendum caro & sanguis. i. substantia carnis & sanguinis, regnum dei non possidebunt, sed caro & sanguis. i. carni & sanguini operam dantes. s. homines dediti vitiis & voluptatibus, regnum dei non possidebunt. Et sic accipitur caro. i. homo carnaliter viuens. Ro.8, Vos autem non in carne &c. Vel caro & sanguis. i. opera carnis & sanguinis, regnum dei non possidebunt, quod est contra Iudæos & Sarracenos, qui fingunt se habituros post resurrectionem vxores, fluuios mellis & lactis. Vel caro & sanguis. i. corruptio carnis & sanguinis regnum dei non possidebunt. i. post resurrectionem corpus non subiicietur corruptioni carnis & sanguinis secundum quam viuit homo. Vnde & secundum hoc subdit, neq; corruptio incorruptionem possidebit. i. neq; corruptio mortalitatis quę nomine carnis hic exprimitur, possidebit incorruptionem. i. incorruptibile regnum dei, quia resurgemus in gloria. Ro.8, Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis &c.

Forma humana dicitur anima, & etiam spiritus.

Lectio 8.

Ecce mysterium uobis dico, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.

Resolut futurā resurrectionē declarādo modū, & ordinem ipsius.

¶ Hìc Apostolus postquā respōdit quæstioni de qualitate resurgentiū: respōdet cōsequēter quæstioni qua quærebatur de modo & ordine resurgēdi. Et circa hoc duo facit. Primò ostēdit modū & ordinē resurrectionis. Secūdò cōfirmat per authoritatē, ibi [Cùm autē mortale hoc &c.] Circa primū duo facit. Primò enim proponit intētū. Secūdò ostēdit quo ordine fiat, ibi [In momēto, in ictu oculi, &c.] Primò igitur reddit eos attētos, ostēdens id quod proponit esse arduū & occultū, dicēs, Ecce mysteriū. i. occultū quoddā dico vobis i. aperio vobis fratres quod debet vobis aperiri & omnibus credētibus. Luc.8, Vobis datū est nosse, &c. suprà secūdo, Sapientiā loquimur inter perfectos. Et pòst, sed loquimur dei sapientiā quæ abscondita est &c. Quid autē sit istud mysteriū, subdit, Omnes quidē, &c. ¶ Circa primū sciendū est, quòd sicut Hieronimus dicit in quadā epistola ad Mineruiū & Alexandrū monachos. Hoc quod hìc dicitur, Omnes quidē resurgemus &c. In nullo libro Græcorū habetur, sed in quibusdā habetur, Omnes quidē dormiemus. i. omnes moriemur. Et dicitur mors somnus, propter spē resurrectionis. Vnde idē est ac si diceret, omnes quidē resurgemus, quia nullus resurget nisi moriatur. Sed nō omnes immutabimur. Hoc nō mutatur in libris Græcis, & hoc est verū, quia ista mutatio de qua hìc loquitur, non erit nisi secundū corpora beatorū, quia immutabūtur ad illa quatuor quæ suprà posita sunt quæ dicūtur dotes corporū glorioſorum. & hāc desiderabat Iob 14, Cunctis diebus quibus nūc milito, expecto donec veniat immutatio mea. In quibusdā verò libris inuenitur, Nō omnes quidē moriemur, sed omnes immutabimur. Et hoc intelligitur dupliciter. Primò ad literā, quia quorūdā opinio fuit, ꝙ nō omnes homines moriētur, sed quòd aliqui in aduentu Christi ad iudiciū veniēt viui, & isti nō moriētur, sed isti mutabūtur in statū incorruptionis: & propter hoc dicunt, nō omnes quidē dormiemus. i. moriemur, sed omnes immutabimur tā boni quā mali, & tā viui quā mortui. Vnde secundū hos immutatio nō intelligitur de statu animalitatis ad statū spiritualitatis: quia secūdū hāc soli boni immutabūtur, sed de statu corruptionis ad statū incorruptionis. Alio modo exponitur mysticè ab Origene: & dicit ꝙ hoc nō dicitur de somno mortis, quia omnes moriētur. ps. Quis est homo qui viuet, &c. Sed de somno peccati, de quo in Psal. Illumina oculos meos ne vnquā obdormiā, vt sic dicatur, Nō omnes moriemur. i. non omnes peccabimus mortaliter, sed omnes immutabimur, sicut suprà de statu corruptionis ad incorruptionē. Et licet hæc litera. s. nō omnes moriemur &c. nō sit cōtra fidē, tamē ecclesia magis acceptat primā. s. ꝙ omnes moriemur siue resurgemus, &c. Quia omnes moriētur etiā si sint tūc aliqui viui. ¶ Ordinē autē & modū resurrectionis manifestat cōsequenter cùm dicit [In momēto, in ictu oculi, &c.] Et hoc quātū ad tria. Primò enim manifestat ordinē quantū ad tēpus. Secūdò quātū ad causam resurrectionis, ibi [In nouissima tuba] Tertiò quantū ad progressum effectus à causa, ibi [Canet enī tuba, &c.] Dicit ergo ꝙ omnes resurgemus, sed quomodo? In momēto. Per quod excludit errorē dicentiū resurrectionē nō esse futurā omniū simul. Sed dicūt quòd martyres resurgēt ante alios per mille annos, & tūc Christus descēdet cū illis & possidebit regnū corporale Hierusalē mille annis cū eis. Et hæc fuit opinio Lactātii. Sed hoc patet esse falsum, quia omnes in momēto resurgemus & in ictu oculi. Excluditur etiā per hoc alius error eiusdem qui dicebat, ꝙ iudiciū duraturū erat per spatiū mille annorū. Sed hoc est falsum, ꝙa nō erit ibi aliquod perceptibile tēpus, sed in momēto &c. ¶ Sciendū est autē ꝙ momentū potest accipi vel pro ipso instāti tēporis, quod dicitur nūc: vel pro aliquo tēpore imperceptibili: tamē vtroq; modo potest accipi hoc referendo illud ad diuersa, quia si nos referimus hoc ad collectionē puluerū (quę fiet ministerio angelorū) tūc momentum accipitur pro tēpore imperceptibili. Cùm enim in collectione illorū puluerū sit mutatio de loco ad locum, oportet ꝙ sit ibi tēpus aliquod. Si autē referamus ad reunitionē corporum & pro vnione animæ, quę omnia fiēt à deo, tūc momentū accipitur pro instāti tēporis, quia deus in instāti vnit animā corpori & viuificat corpus. Potest etiā hoc ꝙ dicit, in ictu oculi ad vtrūq; referri, quia si in ictu oculi intelligitur tantùm apertio palpebrarū (quæ fit in tēpore perceptibili) tūc refertur ad collectionē puluerū. Si verò in ictu oculi intelligitur ipse subitus cōtuitus oculi & qui fit in instāti, tūc refertur ad vnionē ad corpus. ¶ Cōsequēter cùm dicit [In nouissima tuba.] Ostēdit ordinē resurrectionis quantū ad causam immediatā. Et ista tuba est vox illa Christi, de qua Matth.25. dicitur, Media nocte clamor factus est. Ioā.5, Audiēt vocē filii dei, & qui audierint &c. Vel ipsa præsentia Christi manifesta mūdo secundū ꝙ dicit Grego. Tuba nihil aliud esse designa tquàm præsentiā Christi mūdo manifestatā, quæ dicitur tuba propter manifestationē: quia omnibus erit manifesta. Et hoc modo accipitur tuba. Matt.6, Cùm facis elleemosynā noli tuba canere ante te. Item dicitur tuba propter officiū tubæ quod erat ad quatuor, vt dicitur Num.10. s. ad vocādū cōsiliū & hoc erit in resurrectione, quia tūc cōuocabit ād cōsilium. i. ad iudiciū. Esa.3, Dominus ad iudiciū veniet, &c. ad solēnizandū festū. Psal. Buccinate in neomenia tuba. Sic & in resurrectione. Esa. 33, Respice Syon ciuitatē solēnitatis nostræ. Ad pugnā & hoc in resurrectione. Sap.5, Pugnabit pro illo &c. Esa.30, In cytharis & tympanis &c. Ad mouendū castra, sic & in resurrectione. Quidā eūdo ad paradisum, quidā eūdo ad infernum. Matt.25, Ibūt qui bona fecerūt in vitā ęternā, qui verò mala in ignē æternū. ¶ Cōsequēter cū dicit, [Canet enim tuba &c.] Ponit progressum effectus à causa prædicta. Et circa hoc duo facit. Primò enim ponit progressum effectus. Secūdò necessitatem huius assignat, ibi [Oportet enim mortale &c.] Progressus effectus est, quia statim ad sonitū tubæ sequetur effectus. Quia mortui &c. ps. Dabit voci suæ vocē virtutis &c. Ponit autē duplicē effectū. Vnus est cōmunis, quia mortui resurgēt incorrupti. i. integri sine aliqua diminutione membrorū. Quod quidē est cōmune omnibus, quia in resurrectione est cōmune omne quod pertinet ad reparationē naturæ, quia omnes habēt cōmunionem cum Christo in natura. Et licet Augustinus relinquat sub dubio vtrū deformitates remaneāt in dānatis, ego tamē credo ꝙ quicquid pertinet ad reparationē naturę, totū cōfertur eis: sed quod pertinet ad gratiā, solū electis cōfertur. Et ideo omnes resurgēt incorrupti. i. integri, etiā damnati. Hieronymus autē exponit incorrupti. i. in statu incorruptionis, vt. s. vlterius post resurrectionē nō corrūpantur, quia isti ad beatitudinē æternā ibūt, mali verò ad pœnā æternā. Dan.12, Multi de

Errorlactātij excluditur duplex.

Præsentia Christi dicitur tuba iudicij propter tubæ officiū quod erit quadruplex.

terræ puluere euigilabũt. Alius effectus est proprius. i. apostoloru tãtũ, quia nos immutabimur. s. apostoli & nõ solũ erimus incorrupti, sed etiã immutabimur. s. de statu miseriæ ad statũ gloriæ, quia seminatur animale, surget autẽ spirituale. Et secundũ hũc modũ exponẽdi apparet q̃ melior est litera illa q̃ dicit, Omnes quidẽ resurgemus, sed nõ omnes immutabimur, q̃ illa que habet, Omnes immutabimur, q̃a licet omnes resurgẽt, tamẽ soli sancti & electi immutabũtur. Posset tamẽ etiã secundũ illos qui habẽt, Nõ omnes quidem morimur, sed omnes immutabimur, legi sic, Mortui resurgent incorrupti. i. ad statũ incorruptionis: & nos qui viuimus licet nõ resurgamus, quia nõ morimur, tamẽ immutabimur de statu corruptionis ad incorruptionẽ. Et videtur consonare iis quæ dicit primæ Thess. 4, Nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis &c. vt sicut & ibi & hîc connumeret se viuis. Lectio 9.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: uirtus uerò peccati, lex. Deo autẽ gratias qui dedit nobis uictoriã per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere domini: sciẽtes quòd labor uester non est inanis in domino.

Infert diuersitatem qualitatis corporũ resurgẽtiũ ad seipsa ante resurrectionẽ, ex hoc ferẽdo absorptã mortẽ et declarãdo exultationẽ qua exultabunt sancti i mortẽ: et tandẽ in fide confirmat: ad bonũ inducit: eorũ spẽ & laborẽ nõ esse uana demonstrat.

¶ Hîc Apostolus ponit necessitatẽ effectus resurrectionis ab ipsa causa progrediẽtis. Et circa hoc duo ponit correspõdẽtia duobus quæ posuerat in progressu effectuũ ab ipsa causa. Primò fuit generale omniũ. s. q̃ mortui resurgẽt incorrupti. Et ideo primò quãtũ ad hoc dicit, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ. Secũdũ fuit speciale apostolis & bonis. s. Et nos immutabimur, & ideo secũdò quãtũ ad hoc dicit, Et mortale hoc induere immortalitatẽ: q̃a enim corruptibile opponitur incorruptibili, & in statu præsentis vitæ subiicimur corruptioni. Ideo dicit q̃ cũ resurgem⁹, oportet hoc corruptibile &c. Necessitate. s. cõgruẽtiæ. Et hoc propter tria. Primò propter cõpletionẽ humanæ naturę. Nã sicut etiã dicit Augustinus, Anima quãdiu est separata à corpore est imperfecta, nõ habẽs perfectionẽ suæ naturæ, & ideo nõ est in tãta beatitudine separata existens, in quanta erit corpori vnita in resurrectione. Vt ergo perfruatur beatitudine pfecta, oportet corruptibile hoc. i. corpus induere vt ornamẽtũ, incorruptionẽ, vt vlterius aliquatenus nõ ledatur mortale. Secũdò propter exigẽtiã diuinę iustitię, vt. s. illi q̃ bona fecerũt seu mala in corpore, prę miẽtur vel puniãtur, etiã in ipsis corporibus. Tertiò propter cõformitatẽ mẽbrorũ ad caput: vt sicut Christus resurrexit à mortuis p̃ gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ro. 6, ¶ Notandũ autẽ q̃ ipsam incorruptionẽ seu immortalitatẽ assimilat vestimento, cũ dicit, induere: vestimentũ enim adest vesti to, & abest manente eadem numero substãtia vestiti. vt per hoc ostẽdat q̃ corpora eadẽ numero resurgãt: & iidẽ homines iidẽ numero erũt in statu incorruptionis & immortalitatis, in quo sunt modò. Vnde ex hoc excluditur error dicẽtium, q̃ corpora nõ resurgẽt eadẽ numero. Vnde signãter dicit, Oportet corruptibile hoc. s. corpus. Nam anima nõ est corruptibilis. ¶ Excluditur etiã error dicentiũ q̃ corpora glorificata nõ erũt eadẽ cũ istis, sed cælestia & de isto modo simile habetur secũdæ Cor. 5, Nã in hoc ingemiscimus &c. Esa. 52, Induere vestimẽtis gloriæ tuæ. Iob. 40, Circũda tibi decorem &c. ¶ Sed cõtra hoc est quia videtur impossibile q̃ corruptibile hoc induat incorruptionẽ. i. q̃ corpora resurgãt eadẽ numero: quia impossibile est ea quæ differũt genere vel specie esse eadẽ numero: sed corruptibile & incorruptibile nõ solũ differũt specie, sed genere. Ergo impossibile est q̃ corpora resurgentiũ sint incorruptibilia & remaneãt eadẽ numero. Præterea Philosophus dicit q̃ impossibile est q̃ illa quorũ substãtia corruptibilis mota est, reintegrẽ tur eadẽ numero, sed specie. substãtia autẽ corporũ humanorũ est corruptibilis, ergo impossibile est reintegrari eadẽ numero. ¶ Respõdeo, dicendũ est ad primũ quòd vnũ quodq; cõsequitur genus & speciẽ ex sua natura & non ex aliquo intrinseco suæ naturæ, & ideo dico q̃ si resurrectio corporũ futura esset ex principiis naturæ corporũ, impossibile esset q̃ corpora resurgerẽt eadẽ numero. ¶ Sed dico q̃ incorruptio corporũ resurgentiũ dabitur ab alio principio quã à natura ipsorũ corporũ. s. à gloria animæ, ex cuius beatitudine & incorruptione tota beatitudo & incorruptio corporũ deriuabitur. ¶ Sicut ergo eiusdẽ naturæ & idẽ numero est liberũ arbitriũ, modò dũ est volubile ad vtrãq; partẽ & cũ erit firmatũ in fine vltimo, ita & eiusdem naturæ & idem numero erit corpus quod modò est corruptibile, & tũc quãdo per liberũ arbitriũ firmatum erit per gloriam animæ, erit incorruptibile. ¶ Ad secundum dicendũ q̃ ratio Philosophi procedit contra illos qui ponebãt omnia in istis inferioribus causari ex motu corporum cælestiũ, & q̃ reuolutis eisdem reuolutionibus corporũ superiorũ, sequebantur iidem effectus numero, qui aliquãdo fuerant. Vnde dicebant q̃ adhuc Plato idem numero leget Athenis & q̃ habebit easdem scholas & eosdẽ auditores, quos habuit. Et ideo Philosophus cõtra eosdem arguit, q̃ licet idem cælum numero & idem sol sit in eisdem reuolutionibus, tamen effectus, qui inde proueniunt non consequuntur identitatẽ numero, sed specie, & hoc secundum viam naturæ. Similiter dico q̃ si corpora induerent incorruptionem & surgerent secundum viã naturæ, quòd non resurgerent eadẽ numero, sed eadem specie. Sed cùm reintegratio & resurrectio, sicut dictum est, fiant virtute diuina, dicimus quòd corpora erunt eadem numero, cùm neq; principia indiuiduantia huius hominis sint aliud, quàm hæc anima & hoc corpus. In resurrectione autem redibit & anima eadẽ numero cùm sit incorruptibilis, & hoc corpus idem numero ex eisdem pulueribus in quibus resolutũ fuit ex virtute diuina reparatum, sic erit idem homo numero resurgens. Nec facio vim in formis intermediis, quia non pono esse aliquam aliam formam substantialem in homine nisi animam rationalem, à qua habet corpus humanum quod sit animatum natura sensibili & vegetabili, & quod sit rationale. Formæ verò accidentales nihil impediunt identitatẽ numeralem quam ponimus. ¶ Consequenter cùm dicit [Cùm autem corruptibile &c.] Confirmat quod dixerat per authoritatem. Et circa hoc duo facit. Primò ponit authoritatem. Secundò ex ea concludit tria, ibi [Vbi enim est mors &c.] Dicit ergo primò. Dixi quòd oportet corruptibile hoc induere &c. Sed cùm mortale hoc induerit immortalitatem tunc. s. in futuro. Quod est contra illos qui dicunt iam resurrectionem factam. Fiet sermo qui scriptus est. s. Absorpta est &c. Hoc secundũ translationem nostram non inuenitur in aliquo libro Bibliæ. Si tamen inueniatur in trãslatione. 70. nõ est certum vnde sumptũ sit. Potest tamen dici hoc esse sumptum. Esa. 26, Viuent mortui &c. Et. 25, Præcipitabit mortem in sempiternum. Osee 13, vbi nos habemus, Ero mors tua ô mors. 70, habent, Absorpta est mors in victoria. i. propter victoriam Christi. Et ponit præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ. 1. Petri. 3, Deglutiens mortem &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Vbi est mors victoria tua? &c.] Cõcludit tria ex præmissa authoritate. Insultationem sanctorum contra mortem. Gratiarum actiones ad deũ, ibi [Deo autem gratias.] Et ammonitionẽ suam Corinthiis, ibi [Itaque fratres mei, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ponit insultationẽ. Secundò exponit, ibi [Stimulus autem, &c.] Loquẽs ergo Apostolus de victoria Christi cõtra mortẽ quasi in quodã speciali gaudio positus, assumit personam virorum resurgentiũ, dicens, Vbi est mors victoria tua? Hoc non inuenitur in aliquo loco sacræ scripturæ, vtrum autem ex se, vel aliunde habuerit hoc Apostolus, incertũ est. Si tamẽ aliunde accepisset, videtur accepisse de Esa. 14, Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum &c. Dicit ergo [Vbi est mors victoria tua? &c.] s. corruptionis victoria tua. i. potentia qua totum humanum genus prosternebas, de oĩbus triũphabas. 2. Reg. 14, Oẽs morimur, &c. Iob. 18, Calcet super eum quasi rex interitus, &c. [¶ Vbi est mors stimulus tuus?] Quid autem sit stimulus, consequenter exponit, dicens [Stimulus aũt &c.] Vnde duo ponit. Vnum per quod exponit quod dixit. Aliud per quod obiectionem excludit, ibi [Virtus peccati &c.] Sciendũ est autẽ q̃ stimulus mortis potest dici vel stimulans ad mortẽ, vel quo vtitur, seu quẽ facit mors, sed literalis sensus est, stimulus mortis. i. stimulans ad mortem: quia homo per peccatum est impulsus & deiectus ad mortẽ. Ro. 6, Stipẽdia peccati, mors, &c. ¶ Sed quia aliquis posset obiicere q̃ iste stimulus est remotus per legẽ, ideo cõsequẽter hoc Apostolus excludit, subdẽs, Virtus verò. i. augumentum peccati lex. q. d. Non est remotũ peccatũ per legẽ, ĩmo virtus peccati lex. i. augumentũ occasionaliter. s. nõ q̃ induceret ad peccatũ, sed inquantũ dabat occasionẽ peccati, & non conferebat gratiã ex qua magis accendebatur cõcupiscentia ad peccãdũ. Rom. 5, Lex subintrauit vt abundaret delictũ. Rom. 7, Occasiõe accepta, peccatũ per mandatũ &c. Est autem alius sensus, sed nõ literalis, vt stimulus mortis dicatur, quo vtitur mors. Et sic per mortẽ intelligitur diabolus. Apoca. 6, Nomẽ illi mors. Et sic stimulus mortis est tentatio diaboli. Et sic totũ quod dicitur de morte, exponi tur de diabolo Vt in Glosa habetur. Vel stimulus mortis i. à morte factus. i. à carnali concupiscentia. Iaco. 1, Concupiscentia cùm conceperit, &c. Concupiscentia enim primò volentes allicit, sicut in intemperatis. Secũdò repugnantes trahit vt in incontinentibus. Postea cõtendit, sed non vincit vt in continẽtibus. Postea debilitatur eius contentio, sicut in temperatis, & vltimo totaliter deficit sicut in beatis, quibus dicere cõ petit. Vbi est mors, cõtentio, vel victoria tua? Quia ergo stimulus mortis destructus est nõ per legẽ, sed per victoriã Christi, ideo deo sunt reddendæ gratiarũ actiones. Et hoc est quod dicit, Deo autem gratias. s. ago seu agamus, qui dedit nobis victoriã mortis & peccati per Iesum Christum, nõ per legẽ. Io. 16, Hæc est victoria, &c. Ro. 15, Quis me liberabit, &c. Gratia dei, &c. Nã quod impossibile &c. ¶ Consequẽter cùm dicit [Itaq; fratres mei &c.] Subdit ammonitionẽ, sicut enim dictum est pseudo apostoli corrũpebãt Corinthios negando resurrectionẽ. & ideo postquam iam astruxit fidem resurrectionis & per exẽpla ostendit, am monet eos q̃ bene se habeãt ne seducantur à pseudo apostolis, Et circa hoc tria facit. ¶ Primò enim eos in fide confirmat, dicens. Itaq; . s. iam ostensa resurrectione fratres mei per fidem pẽr quã omnes sum⁹ filii dei. Io. 1, Dedit eis potestatem, &c. Dilectissimi per charitatẽ qua debemus nos inuicẽ diligere. 1. Io. 4, Hoc mã datum habemus à Deo &c. Stabiles estote. s. in fide resurrectionis, ne recedatis à fide. Ephes. 4, Non simus sicut paruuli fluctuantes &c. Et immobiles, ne. s. ab aliis seducamini. Col. 1, In fide fundati, stabiles & immobiles &c. Secundò inducit ad bona opera, dicens, Abundantes in omni opere bono semper. Galat. vltimo, Dum tempus habemus, & cætera. Prouerbio. 3, In abundanti iustitia. Tertiò probat eos per spem, dicens, Scientes per quod &c. Sapientię 3, Bonorum enim laborum gloriosus est fructus.

Capitulum 16.

Monentur corithii ad collectas & absentibus christianis pauperib⁹, & ad modũ de ministris admittẽdũ & de seipso loquitur Apostolus narrando suam peregrinationẽ, & eã q̃ in ea est acturus, & quæ sibi sunt parata.

De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesiis Galatiæ ita & uos facite per unam sabbati. Vnusquisque uestrum apud se reponat recondens quod ei beneplacuerit, ut non cùm uenero tunc collectæ fiant. Cũ autẽ præsens fuero, quos approbaueritis, per epistolas hos mittam perferre gratiã uestrã in Hierusalẽ. Quòd si dignũ fuerit ut ego eã, mecũ ibunt. Veniã aũt ad uos cũ Macedoniã pertrãsiero. Nã Macedoniam pertransibo, apud uos autem forsitã manebo, uel etiã hyemabo ut uos me deducatis quocũq; iero, nolo enim uos modò in transitu uidere. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud uos, si dominus permiserit: permanebo autem Ephesi usque ad pentheosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarii multi.

¶ Suprà per totã seriẽ epistolæ proposuit Apostol⁹ Corinthiis quãdã doctrinã generalẽ, & hoc vltimo ca. Apponit eis quædã specialia & familiaria. Et circa hoc duo facit. Primò monet eos q̃d ipsi debeãt aliis facere. Secũdò ostẽdit q̃d alii faciãt ipsis, ibi [Salutat vos ecclesia &c.] Circa primũ duo facit. Primò ĩstruit eos de his quæ debẽt facere ad absentes. Secũdò verò de his quæ debẽt facere ad præsentes, ibi [Vigilate, & state in fide &c.] Circa primũ tria facit. Primò instruit eos de his quę pertinent ad absentes pauperes sanctos qui sunt in Hierusalẽ. Secũdò de his quæ pertinent ad Apostolum, ibi [Veniam ad vos cum &c.] Tertiò de his quæ pertinẽt ad discipulos, ibi [Si aũt venerit &c.] Circa ea quæ debẽt fieri sanctis qui erãt in Hierusalẽ, de tribus ĩstruit eos Apostolus. Primò qualiter eleemosyna sanctis faciẽda sit colligẽda, Secũdò qualiter sit cõseruãda, ibi [Vnusq̃sq; aũt vestrũ &c.] Tertiò qualiter sit in Hierusalẽ trãsmittenda, ibi [Cùm aũt præsens fuero, &c.] Circa primũ sciendũ est q̃ sicut legitur. Act. 4. Mos erat in primitiua ecclesia vt cõuersi ad fidem venderent possessiões & oĩa quæ habebãt, & pretiũ ponerent ad pedes apostolorũ, & de eis vnicuiq; (prout erat opus) prouideretur, vt sic nullus haberet ꝓpriũ, sed essent illis omnia cõmunia. Et sicut dicitur in collationibus patrum, omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordium. Contingit autem vt fame perualida exorta, pauperes sancti qui erãt in Hierusalem inopia maxima laborarent. Vñ factũ est vt apostoli ordinarent ad ipsorũ subuentionem quod per alias ecclesias Christi collectæ fierent, & hæc cõmissio facta est Paulo & Barnabæ. Gal. 2, Dederunt mihi & Barnabæ, &c. & quia Apostolus super hoc solicit⁹ erat, monebat illos, quos cõuerterat vt eis subuenirent, q̃a sicut ipse ad Ro. dicit, Iustũ est vt à q̃b⁹ spũalia recepe rãt, tẽporalia ministrẽt. Et hoc est quod dicit, De collectis aũt q̃ fiũt ꝓ ecclesias ĩ sanctos. i. ĩ vsũ sanctorũ &

non quorumlibet. Eccle.12, Da iusto & ne recipias peccatorē. Nō quòd peccatoribus nō sit aliquid dādū, sed quia magis debet quis dare eleemosynā iusto indigenti quā peccatori. ¶ Sicut ordinaui in ecclesia Galatiæ, ita & vos facite. i. colligite per vnam. s. diem sabbati. i. septimanæ. Et hoc ideo ordinatū est vt paulatim qualibet hebdomada aliquid paruum soluerent, ne si simul totū soluissent, grauarentur. Et licet eis paulum videretur & quasi insensibile paulatim dare, tamen completo anno eleemosynæ in simul collectæ, magnæ erant. Vel per vnam sabbati intelligitur prima dies post sabbatum. s. dies dominicus. Et hoc ideo illo die fieri voluit Apostolus, quia iam inoleuerat consuetudo vt populus in dominicis diebus ad ecclesiā cōueniret. Leuitici. 23, Dies primus celeberrimus erit atque sanctissimus, & cætera. Et post. Est em̄ cœtus atq; collectæ &c. De huiusmodi eleemosyna dicitur. Dan. 4, Peccata tua eleemosynis redime. Et Eccl. 29, Eleemosyna viri quasi sacculus, &c. ¶ Quia verò nō solùm debet apponi modus in colligendo, sed etiam in cō seruando, ideo consequenter instruit qualiter collectæ consuetuntur, cū dicit, Vnusquisque autem vestrum, &c. In quo ostenditur maxima industria Apostoli, ne aliqui crederent q̄ Apostolus faceret collectas istas magis causa quæstus proprii, q̄ propter necessitatem sanctorum. ideo suspitionē hāc vitans, & quantum ad se, & quantum ad suos ministros, noluit dictam pecuniam à se seu à suis ministris custodiri, sed ordinauit q̄ quilibet illud quod sibi placebat elargiri reportaret domi, & conseruaret seorsum faciens sic per totum annum. Et huius ratio erat: quia Apostolus nolebat q̄ quando veniret Corinthum vacarēt collectis, sed doctrinæ & rebus spiritualibus. Et ideo dicit [Vt non cùm venero, &c.] Act. 6, Nō est æquum nos relinquere, &c. qualiter autem debeant mitti in Hierusalem, subdit, dicens [Cùm autem præsens fuero, &c.] Q. d. Nec in hoc volo aliquos specialiter onerare cùm præsens fuero. s. ad portandum pecuniam, sed mittā illos quos probaueritis. i. approbaueritis mittendos, mittā, inquam, per epistolas. i. cū epistolis missis à vobis & à nobis laudatoriis & commendatoriis. s. in quibus contineatur quantitas pecuniæ, commendatum studium nostrum, & charitas. Mittam, inquam, perferre gratiam vestram. i. quod gratis dabitis sanctis pauperibus in Hierusalem. 2. Corinth. 8, Notam facimus vobis gratiā dei &c. In Hierusalem. i. sanctis qui sunt in Hierusalem, & non solùm mittam illos quos probaueritis, sed si dignum fuerit. &c. i. si magna quantitas fuerit, mecum ibunt, in quo inducit eos ad bene & liberaliter soluendū. Rom. 15, Nunc igitur proficiscar Hierusalē ministrare sanctis &c. ¶ Consequenter Apostolus instruit eos de his quæ pertinēt ad seipsum. Et circa hoc tria facit. Primò promittit eis suam præsentiā. dicens [Veniam ad vos cùm Macedoniā pertransiero &c.] ¶ Circa quod sciendum est q̄ sicut dicitur Actuum decimo sexto, Vir Macedo apparuit Apostolo cum esset in Troade deprecans eum, & dicens ei, Transiens in Macedoniam libera nos. Vt ergo Apostolus iussa impleret, disposuit Macedoniam iturum. Et quia Macedonia erat media inter Asiam & Achaiam, in qua est Corinthum, ideo dicit, Cùm pertransiero in Macedoniam, veniam ad vos, imo veniam ad vos inde, scilicet quia tunc ero vobis propior. Secundò promittit se facturum apud eos diutinā morā, dicens, Apud vos forsitam manebo. i. moram contraham vel etiam hyemabo. i. per totam hyemem permanebo vobiscum, quia multa corrigenda sunt in vobis: Vel causam quare ad eos vadit, subdit, cū dicit [Vt vos me deducatis quocūque iero,] Et dicit quocunque, quia nesciebat determinatè quò iret, nisi secundum q̄ spiritussanctus inspirabat sibi. Deducatis, inquā, nō defendatis me, sed vt doceatis vias. Tertiò eū dicit. [Nolo enim vos &c.] Excusat dilationem suæ præsentiæ dupliciter, Vno modo, quia Corinthii possent dicere nō est necesse q̄ tantùm differas venire, & q̄ primò vadas in Macedoniā, qa tu potes venire in Achaiam & permanere, ita q̄ non transeas per Macedoniam. Et ad hoc dicit, licet sic possem venire ad vos: tamē non diu possem manere vobiscum, quia statim oportet me esse in Macedonia vel redire in Asiam. Vnde quia nolo vos modò in trā situ videre, ideo modò nō venio primò ad vos: nā ego spero aliquam moram contrahere vobiscum si dominus permiserit. Dicit si dominus permiserit, quia forte vel antequam esset ibi, vel postquam iam esset ibi, dominus inspiraret ei q̄ iret ad aliū locum vbi faceret maius bonum. Alio modo excusat se & hoc videtur magis literale, quia oportebat eū diu manere apud Ephesum quod est in Asia, & ideo dicit, Permanebo autem Ephesi vsque ad Penthecostem &c. Fortè hæc epistola missa fuit in hyeme seu in vere, & tunc post Pēthecostem debebat ire in Macedoniam & morari ibi vsque ad hyemen, & tunc ire Corinthum & hyemare. Rationem autem quare volebat morari Ephesi vsque ad Penthecosten, subdit cùm dicit [Ostium autem &c.] i. magnum fructum facio in Epheso, Et dicit ostium esse apertum magnum. i. multa corda hominum ad credendum parata, & euidens, quia sine contradictione. Coloss. 4, Orantes simul & pro nobis vt deus aperiat nobis ostium &c. Sed quia sunt multi aduersarii qui conantur impedire vel subintrare. Si ergo absentarem me, tantus fructus posset, de facili impediri, ideo nolo recedere quousq; sitis bene firmati, Apoca lip. 3, Ecce coram te ostium apertum.

Docentur Corinthij quōse habeant ad Timothæum et Apolo. & ad virtutē monentur, docentur simul quōse habeant ad alios, quō alij se habeant ad ipsos, & tandē solicita imprecatione tota claudi tur epistola

Lectio 2.

SI autē uenerit Timothæus, uidete ut sine timore sit apud uos: opus enim domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite aūt illum in pace ut ueniat ad me, Expecto enim illū cū fratribus. De Apollo autem fratre uobis notū facio, quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cū fratribus: & utique non fuit uoluntas eius ut nūc ueniret, Veniet aūt cùm ei uacuū fuerit. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, & confortamini: omnia enim uestra in charitate fiant, Obsecro autē uos fratres, nostis domū Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorū ordinauerūt seipsos: & ut uos subditi sitis eiusmodi & omni cooperāti & laboranti. Gaudeo autē in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniā id quod uobis deerant, ipsi suppleuerūt. Refecerūt enim & meū spiritū & uestrū. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant uos oēs ecclesiæ Asiæ. Salutāt uos in domino multum Aquila & Prisilla cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Siquis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Charitas mea cum omnibus uobis in christo Iesu. Amen.

¶ Hìc instruit eos de his quæ pertinēt ad discipulos suos. Et primò de his quæ pertinent ad Timo. Secundò de his quæ pertinent ad Apollo, ibi [De Apollo &c.] De Timothæo tria mādat. Primò vt securè custodiatur. Vñ dicit. Si aūt venerit ad vos Tim. videte, studeatis vt sine timore sit apud vos. Fortè aliq̄ cōmotio fuerat ibi ꝓpter pseudo apostolos. 2. Cor. 7, Foris pugnæ, int⁹ timores &c. Et hoc debetis facere qa op⁹ dñi

operatus, sicut & ego, prędicando. 2. Timo. 4, Tu verò vigila, in omnibus labora. Secundò vt in honore habeatur, & ideo dicit, Ne quis ergo illū spernat. Et ratio huius est fortè, quia iuuenis erat. 2. Timo. 4, Nemo adolescentiam tuam spernat. Lucę. 10, Qui vos spernit me spernit. Tertiò vt pacificè deducatur, & hoc est quod dicit. Deducite autem illum &c. Et ratio huius est quia expecto illum cum fratribus qui sūt cum eo. [De Apollo &c.] Iste est ille Apollo, de quo haberur Act. 18, Quod Iudæus quidam &c. & iste iuit in Achaiam, & fuit quasi specialis doctor eorum post Apostolum. 1. Cor. 3, Ego plantaui, Apollo rigauit &c. & vt Glo. dicit, episcopus erat. Et quia Cor. malè se habuerant, recesserat ab eis, & iuerat ad Apostolum. Postmodum verò Cor, rogauerunt Apostolum vt remitteret illuc ipsum ad quod respondet eis, dicens, De Apollo autem fratre quē rogastis remitti ad vos, notum vobis facio tria. Primò preces meas sibi factas, quoniā multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus. Et dicit, rogaui eum licet possit præcipere, quia magnis viris non de facili debet fieri præceptum. 1. Timo. 5, Seniorem obsecro &c. Eccles. 32, Rectorem te posuerunt &c. Sed nunquid licuit sibi relinquere populum suum? Ad hoc dicendum quòd Gregorius dicit quandо omnes subditi malè se habent & nolunt corrigi, licet episcopo recedere ab eis. Vnde quia isti erant tales, licuit ei. Vel dicendum est q̄ fortè non erat episcopus eorum, sed specialiter prædicauerat eis. Secundò respōsum Appollinis, quia renuit venire ad eos, ibi [Et vtique non fuit voluntas eius vt nunc &c.] Et ratio huius est, quia fortè nondum erant bene correcti. Vel quia ipse erat in aliis arduis occupatus. Tertiò promittit eum aliquando ad eos iturum. Vnde dicit [Veniet autem cùm ei vacuum] id est, opportunum fuerit, scilicet quando vos eritis correcti. ¶ Consequenter postquam instruxit eos quid debeant facere ab sentibus, hìc instruit eos qualiter se habeant ad præsentes. Circa hoc duo facit. Primò ostendit qualiter se habeant quantum ad omnes in cōi. Secundò quantum ad quosdam in speciali, ibi [Obsecro aūt vos fratres.] Instruit autem eos Apostolus in cōi de tribus. s. de fide, de bona operatione, & de modo bene operādi. Sed tñ istis tribus præmittit vnum quod est omnib⁹ necessarium. i. solicitudo. Vnde dicit, Vigilate, & orate. De fide ergo instruit, cùm dicit] State. s. in fide, Ephe. 6, State succincti &c. De bona operatione, cùm dicit [Viriliter.] i, fortiter agite, quia fides sine operibus mortua est. Iac. secundo. Sed quia bona operatio non est attribuenda nobis, sed deo: ideo subdit, Et confortamini in domino. ps. Viriliter agite & confortetur cor vestrum &c. De modo agendi cùm dicit [Omnia vestra in charitate fiant]. i. omnia debent referri ad finem charitatis. s, vt fiant propter deum & proximum. Col. 3, Super omnia charitatem &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Obsecro autem, &c.] Instruit eos quòd se habeant ad quosdam in speciali. Et primò quantum ad illos qui videntur habere aliquam prærogatiuam in spiritualibus. Secundò quantum ad illos qui in corporalib⁹ operibus, ibi [Gaudeò autem, &c.] Dicit ergo [Obsecro autē vos fratres nostis]. i, approbastis, domum Stephanę, & Fortunati, & Achaici. Approbastis, inquam propter duo, & quia sunt primitię. i, primò conuersi, quia ab ipso Apostolo in primis baptizati, suprà. 1, Baptizaui autem &c. Et quia magis deuoti & prompti ad ministeria sanctorum. Vnde dicit, Et in ministerio sanctorum ordinauerunt seipsos. Ro. 12, Necessitatibus sanctorum &c. Et ideo obsecro vt & vos subditi &c. Hebrę. 12, Obedite prępositis &c. Et omni cooperanti. Philipens. 4, Adiuua eos qui mecū laborauerunt Sap. 3, Bonorū gloriosus &c. Hìc instruit eos quantum ad illos qui præeminent in ministeriis & potest dupliciter exponi? Vno modo vt dicatur, Gaudeo autem in præsentia Stephanę, & Fortunati, & Achaici qui sunt præsentes vobis, quorum prędentia est vobis proficua. Quoniam ipsi id quod vobis deerat suppleuerunt docendo vos. Et in hoc quidem refecerunt spiritum meum, inquantum gaudeo de bono vestro: & spiritum vestrum, inquantum instructi estis Phil. 4, Gauisus sum valde, quia inueni &c. Et ideo quia sic se habuerunt, ergo agnoscite. i, honorate eos, &c. Alio modo, vt dicatur gaudeo in præsentia Stephanę. Fortunati, & Achaici, quia. s. personaliter mecum sunt & seruiunt mihi, in quo supplent quod deerat vobis. i, quod vos non poteratis mihi corporaliter exhibere. In quo quidem refecerunt spiritum meum, inquantum mihi seruierunt & pauerunt me, & vestrum, inquantum de bono meo gaudetis, & ideo cognoscite, &c. Salutat vos &c, Hìc Apostolus insinuat quid alii faciant Corinthiis. Et circa hoc duo facit. Primò insinuat quomodo salutentur ab aliis. Secundò subdit suam salutationem. ibi [Salutatio mea &c] Circa primum tria facit. Primo insinuat quomodo salutat eos tota ecclesia Asię in communi. Vnde dicit [Salutant vos omnes ecclesiæ] Roma vltimo. Salutant vos omnes ecclesiæ Christi. Secundò quomodo salutant eos specialiter hospites Pauli. Vnde dicit [Salutant vos in domino multū Aquila, &c.] Isti erant hospites Apostoli, & de his habetur Ro. 16. Act. 18. Tertiò quomodo salutant eos apostoli & familiares sui, Vnde dicit. Salutant vos omnes fratres qui. s. mecum sunt. Philip, vltimo, Salutant vos qui mecum sunt fratres. Ex quo ergo omnes salutant vos & vos etiam salutate inuicem in osculo sancto, non libidinoso, quo mulier apprehensum deosculatur iuuenem. Prouerb. 7, Non fraudulento quo Iudas osculatus est Christum. Matth. 26. & Mar. 14. Salutatio &c. Hic suam salutationem subdit; & circa hoc duo facit. Primò ponit titulum salutationis, dicens [Salutatio mea] .s. scripta est manu mea Pauli Et hoc faciebat in epistolis suis propter quosdam qui sub specie Apostoli scribebant falsas literas, Vnde vt non deciperentur, postquam scripta erat epistola per aliquem in fine consequenter scribebat Apostolus manu sua. Secundò ponit ipsam salutationem in qua primò malè dicit malis, dicens, Si quis non amat &c. anathema sit. i. separatus vel excommunicatus, maranatha. i. domin⁹ veniet. q. d. Qui non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema in aduentu domini. Sed nunquid sunt excommunicandi omnes qui non sunt in charitate? Respondeo, dicendum quòd intelligitur si qs non amat dominum Iesum Christum i. fidem Christi: & isti sunt hęretici & sunt excommunicati. Vel si qs vsq; ad finem mortis non perseuerat in amore domini Iesu Christi. in aduentu erit separatus à bonis. Secundò benedicit bonis bene optans eis. s. gratiam Christi. cùm dicit, Gratia domini nostri Iesu Christi. Et hoc optans optat eis omne bonum quia in gratia domini nostri Iesu Christi cōtinetur omne bonū. Optat etiam eis charitatem suam, dicens, Charitas mea &c. Vt vos inuicem, & deum diligatis ea charitate qua ego vos diligo, & nō propter aliquod aliud nisi in Christo Iesu propter amorem Christi. Amen. Id est fiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit postilla doctoris angelici
SANCTI THOMAE ORDINIS FRATRVM
prædicatorum super secunda epistola ad Corinthios.

Ratio scribendi secundã epistolã corinthius. materia istius secundæ epistolæ

MInistri dei nostri dicetur vobis.Esa.16,In his verbis cõgruè tãgitur materia huius secũdæ epistolæ ad Corinthios.Nã in prima epistola agit Apostolus de ipsis sacramẽtis,sed in hac secũda agit de ministris ipsorũ sacramẽtorũ,tã bonis,quã malis.Ratio aũt hãc epistolã scribendi fuit,quòd Corinthii post prædicationẽ eius admiserãt pseudo apostolos,quos Apostolo ꝑferebãt.Propter hoc scribit eis hãc epistolã,in q̃ cõmẽdat Apostolos & ostẽdit verorũ apostolorũ dignitatẽ:ostẽdit etiã & vituperat falsorũ apostolorũ falsitatẽ,cõmẽdat aũt verorũ apostolorũ dignitatẽ, ex hoc ꝙ sũt ministri dei.Ministri(inqt)dei dicetur vobis.s.apostolis,q̃ qdẽ dicũtur ministri quãtũ ad tria. Primò quãtũ ad disꝑsationẽ sacramẽtorũ.1.Cor.4,Sic nos existimet homo vt mini.&c.Christus em̃ institutor est sacramẽtorũ,sed Apostoli & eorũ successores ea disꝑsant,& ideo subditur in ꝓdicta authoritate,& disꝑsatores ministeriorũ dei.Secundò quantũ ad gubernationẽ.s.inquãtũ gubernãt populũ dei .Sap. 6,Cùm essetis ministri nõ rectè iudicastis &c.Deus em̃ gubernat omnia per prudẽtiã.Vnde quicunq; aliquid gubernat dicitur minister dei.Tertiò quãtum ad humanæ salutis operationẽ,inquantum.s. eorũ ministerio & prædicatione,homines ad salutẽ cõuersi sunt:cuius salutis solus deus est author,quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat:apostoli verò ministri.1.Cor.3,Quid ergo est Apollo?quid Paulus? ministri eius,cui credidistis &c. Capitulum 1.

Hic ponitur tota salutatio epistolaris.

PAulus apostolus Iesu Christi per uolũtatẽ dei:& Timothæus frater:ecclesiæ dei quæ est Corinthi,cũ omnibus sanctis,qui sunt in uniuersa Achaia:gratia uobis,& pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.

¶ De istis ergo ministris tractat hìc Apostolus,ostẽdẽs in hac epistola eorũ dignitatẽ etiã scribẽs Corinthiis.In qua qdẽ ꝓmittit.Primò salutationẽ.Secũdò ꝓsequitur epistolã,ibi[Benedict⁹ deus &c.]In salutatiõe aũt tria ponit.Primò em̃ describit personas salutãtes.Secũdò personas salutatas, ibi [Ecclesiæ quæ est,&c.]Tertiò bona optata,ibi[Gratia vobis &c.]Circa primum,primò describitur persona salutãs principalis,quia Paulus.Secũdò persona adiuncta,quia Timothe⁹.Persona salutãs describitur ab humilitate,qa Paulus(q̃ latine dicitur modicus) iste est ille modicus de quo Esa.60,Minimus erit in mille &c.Vel à doctrina,quia Paulus dicitur os tubæ.Ista est illa tuba de qua Zach.9,Domin⁹ in tuba canet &c. Et cõpetit quod dicitur Esa.58,Quasi tuba exalta vocẽ tuã &c.A dignitatis authoritate,qa Apostol⁹, &c. Vbi tria ponũtur.Primò ꝙ sit legat⁹.Vñ dicitur Apostolus.i.principaliter missus.Soli em̃ duodecim Apostoli electi missi sunt à Christo,Lu.9,Elegit duodecim quos & apostolos &c.Alii aũt discipuli nõ missi sũt principaliter sed secũdariò.Et inde est ꝙ apostolis succedũt episcopi q̃ habẽt specialẽ curã gregis domini. Alii autẽ sacerdotes succedũt 72.discipulis q̃ gerunt vices cõmissas sibi ab episcopis.Est ergo eius dignitas, quia Apostolus.1.Cor.9,Si aliis nõ sũ apostolus,sed tamẽ vobis sum &c.Gal.2,Qui opatus est Petro &c. Sed quare vocat se hìc apostolũ,dicẽs,Paulus apostolus cùm in epistola ad Romanos scribat se seruũ, Ratio huius est quia Romanos reꝑhendit de dissensione & superbia,quæ est mater dissensionis,qa ĩter superbos semp iurgia sũt.Vnde vt eos reuocet à dissensiõe,inducit eos ad humilitatẽ vocãdo se seruũ . Corinthii verò erãt pertinaces & rebelles,& ideo vt reprimat eorũ proteruiã,vsus est hìc noĩe digniatis,dicẽs se apostolũ.Secũdò ponitur cuius sit legatus,quia Iesu Christi.infrà.5,Pro Christo legatiõe fungimur. ¶ Tertiò ponitur modus quo adeptus est legationẽ,quia nõ iniecit se vt pseudo.Hie.23,Nõ mittebã eos & ipsi currebãt.Non est datus populo ex diuino furore,iuxta illud Iob.34,Qui facit regnare hypocritã &c.Osee.12, Dabo tibi regem , sed in furore meo.Est adeptus apostolatũ ex volũtate dei & beneplacito.Act.9,Vas electionis est mihi iste.Et ideo dicit per voluntatem dei.Persona aũt adiũcta est Timothæus.Vnde dicit , Et Timothæus frater.Frater,inquã,propter fidem.Matt.23,Omnes vos fratres estis &c.Et propter dignitatẽ, quia episcopus:& inde est ꝙ papa vocat omnes episcopos fratres.Connumerat autem sibi Timothæũ, qa cùm ipse transisset per eos,sicut dicit in prima epistola vltimo cap.possent credere ꝙ malitioſè retulisset Apostolo ea de quibus ipse scribit ad eos. ¶ Consequenter ponuntur personæ salutatæ,& primò principales:secũdò adiunctæ principalibus,in hoc ꝙ dicit[Ecclesiæ dei]quæ est totus populus fidelis tã cleri quã laici.1,Ti.3,Vt scias quomodo oporteat te cõuersari[Quæ est Corinthii]qa Corinth⁹ erat metropolis Achaię. Sed adiunctæ personæ sunt oẽs sancti,qui sunt vnius spiritus sancti gratia renati.1.Cor.6.Sed abluti estis, sed sanctificati &c. Qui sunt in Achaia,cuius Metropolis est Corinthus.Istis autem personis salutatis optat Apostolus bona.Vnde dicit,Gratia vobis &c.Et circa hoc duo facit.Primò ponit ipsa bona.Secũdò ipsorũ actorẽ,ibi[A deo patre &c.]Ponit aũt ista duo extrema bona,vt in eis intelligãtur media. Primò em̃ bonũ est gratia quæ est principiũ omniũ bonorũ.Nã ante gratiã nihil est nisi diminutum in nobis . Vltimũ autẽ oĩm bonorũ est pax,quia pax est generalis finis mentis.Nã qualitercũq; pax accipiatur,habet rationẽ finis & in gloria æterna & in regimine,& in cõuersatione finis est pax.ꝑs.Qui posuit fines tuos pacem.Quis au tẽ sit actor horũ bonorũ ostendit,subdens,A deo patre &c.Et hæc duo possunt dupliciter distingui,qa cũ dicit à deo patre,potest intelligi pro tota trinitate.Nam licet persona patris dicatur pater Christi per naturã,tamẽ tota trinitas est pater noster per creationẽ & gubernationẽ.Esa.63,Et nũc dñe pater noster es tu. Hie.3,Patrem vocabis me.A deo ergo patre nostro.i.à tota trinitate proueniunt bona.Matth.7, Si vos cũ sitis mali &c.Sed si de⁹ pater noster accipiatur ꝓ tota trinitate quare additur persona filii,cũ dicit,Et dño Iesu Christo,nunquid est alia persona à trinitate ?Dicendum quòd additur nõ propter aliã personam , sed propter aliã naturã,scilicet humanitatis assumptæ à filio in personã diuinã:quã quidẽ trinitati connumerat quia omnia bona proueniunt nobis à trinitate per incarnationẽ Christi.Et primò gratia.Ioan.1,Gratia &

Apostolis succedũt episcopi & 72.discipulis succedũt alii sacerdotes.

veritas &c.Secundò pax.Ephe.2,Ipse est pax nostra &c.Item cùm dicit.A deo patre nostro.Potest intelligi persona patris solũ,& licet tota trinitas sit pater noster vt dictũ est,tamẽ persona patris est pater noster per appropriationem,& sic hoc,quod dicit,Et domino Iesu Christo,intelligitur de persona filii.De persona autẽ spiritus sancti nõ fit hìc mẽtio,quia sicut dicit Augustinus,Cum sit nexus patris & filii, vbicunque ponitur persona patris,& persona filii,intelligitur persona spiritus sancti. Lectio.11.

Cor.captat benevolentiam, ostendendo se omnia in bonum eorũ, facere:assignando vtilitatẽ quæ ex ipso prouenit aliis, cùm ratione.

BEnedictus deus pater & domini nostri Iesu Christi,pater misericordiarum & deus totius consolationis,qui consolatur nos in omni tribulatione nostra:ut possimus, & ipsi consolari eos,qui in omni pressura sunt per exhortationem,qua exhortamur, & ipsi à deo:quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis,ita & per Christum abundat consolatio nostra.

¶ Hìc incipit epistolã in qua Apostolus duo facit.Primò enim excusat se de eo ꝙ nõ iuerat ad eos sicut ꝓmiserat.Secũdò prosequitur intentionem suam cap.3.ibi[Incipimus iterum &c.]Circa primum duo facit. Primò ponit excusationẽ de mora.Secundò moræ assignat causam,secundo cap.ibi[Statui autem &c.]Circa primum duo facit.Ptimò enim reddit eos beniuolos.Secundò excusationem ponit,ibi[Et hac confidentia &c.]Circa primum duo facit.Primò captat eorum beniuolentiam recitando quædam in generali. Secũdò quædam in speciali,ibi[Non enim &c.]Beniuolentiam autem eorum captat Apostolus ostendendo ꝙ quicquid facit,totum facit ad eorum vtilitatẽ.Et circa hoc duo facit.Primò præmittit vtilitatẽ quæ ex ipso aliis prouenit,Secundò rationẽ eorum assignat,ibi[Quoniam sicut abundãt &c.]Circa primum tria facit. Primò enim ponitur gratiarum actio.Secundò actionis gratiarum modus,ibi[Qui consolatur &c.]Tertiò causa,ibi[Vt possimus & ipsi consolari.]Agit ergo gratias toti trinitati à qua prouenit omne bonum, Et ideo dicit,Benedictus deus.i.tota trinitas.Item personæ patris,cùm dicit.Et pater dñi nostri Iesu Christi, per quem Christum pater nobis omnia donauit.Sed sciendum ꝙ nos benedicimus deum,& deus benedicit nobis,sed aliter,& aliter.Nam dicere dei,est facere.ꝑs.Dixit & facta sunt.Vnde benedicere dei est bonum facere,& bonum infundere:& sic habet rationẽ causalitatis,& Gen.1,&.22,Benedicens benedicã tibi &c.Dicere autem nostrum nõ est causale sed recognoscitiuũ seu expressiuum.Vnde benedicere nostrũ, idem est,ꝙ bonum recognoscere.Cùm ergo gratias agimus deo,benedicimus sibi.i.recognoscimus eũ bonum & datorẽ oĩm bonorũ.Tob.12,Benedicite deum cæli &c.Dani.3,Benedicite omnia opera &c.Rectè ergo gratias agit patri,quia misericors est.Vnde dicit pater misericordiarũ.Et quia consolator.Vnde dicit, Et deus totius consolationis.Et agit gratias de duobus quibus homines maximè indigent.Primò enim indigent vt aufferantur ab eis mala:& hoc facit misericordia,quæ auffert miseriam:& miserere est proprium patris.ꝑs.Quomodo miseretur pater filiorum &c.Secundò indigent vt sustentẽtur in malis quæ aduenĩũt. Et illud est propriè consolari,quia nisi homo haberet aliquid in quo quiesceret cor eius quãdo superueniũt mala,nõ subsisteret.Tunc ergo aliquis cõsolatur aliquem,quãdo affert ei aliquod refrigeriũ in quo quiescat in malis.Et licet in aliquibus malis homo possit in aliquo consolari & quiescere & sustentari,tamen solus deus est qui nos consolatur in omnibus malis.& ideo dicit,Deus totius consolationis,quia si peccas, consolatur te deus,qa ipse misericors est.Si affligeris,cõsolatur te,vel eruendo ab afflictiõe per potẽtiã suã,vel iudicãdo per iustitiã.Si laboras,cõsolatur te remunerãdo.Gen.15,Ego merces tua &c.Et ideo dicitur Mat.5, Beati q̃ lugẽt &c.Materiã aũt gratiarũ actiõis subdit,dicẽs,Qui cõsolatur.&c.q.d.Ideo benedict⁹,qa cõsolatur nos in oĩ tribulatiõe,infrà.7,Qui cõsolatur &c.Causã aũt huius ponit cùm dicit.Vt possimus & ipsi cõsolari.Vbi notãdũ est ꝙ ĩ donis diuinis est ordo.Ad hoc em̃ deus dat aliqbus specialia dona,vt ipsi effundãt illa in vtilitatẽ aliorũ.Nõ em̃ dat lumẽ soli vt sibi soli luceat,sed vt toti mũdo.Vnde vult quòd de oĩb⁹ bonis nostris,siue sint diuitiæ,siue potẽtia,siue scientia,siue sapiẽtia accrescat aliqua vtilitas aliis.1.Pet.4, Vnusq̃sq; gratiã quã accepit &c.Hoc est ergo quod Apostolus dicit,Cõsolatur nos in omni tribulatione. Sed quare,nõ vt solùm nobis hoc sit ad bonũ,sed vt etiã aliis ꝓsit.Vnde dicit, Vt possimus & ipsi cõsolari eos &c.possumus per exẽplũ cõsolationis nostræ.Qui em̃ nõ est consolatus,nescit cõsolari.Eccle.33, Qui non est tentatus,qualia scit quæ sunt in omni.i.in qualibet præssura:Esa.61,Spiritus domini misit me &c. vt cõsolarer oẽs lugẽtes &c.Eccl.48,Consolatus est lugẽtes &c.Possumus,dico consolari per exhortationẽ ad tolerãtiã passionũ,promittẽdo præmia æterna,qua.s.exhortamur vos per scripturas & in æternas inspirationes vt patiẽter sustineam⁹,& alios exhortemur exẽplo nostro & per ipsas scripturas.1.Cor.11,Egoem̃ accepi à domino &c.Esa.48,Quæ audiui à domino &c. ¶ Posita vtilitate quæ ex Apostolis aliis prouenit dictorum consequenter rationem assignat,dicens[Quoniam sicut abundant &c.]Et qa duo dixerat.s. ꝙ deus consolatur nos in omni tribulatione & ꝙ possimus & ipsi &c.Hic rationẽ horum duorum exponit, & primò ostẽdit quomodo deus consolatur nos in omni tribulatione.Secundò quomodo cõsolatio nostra conuertitur in consolationem aliorum,ibi[Siue autem tribulamur &c.]Dicit ergo rectè dico ꝙ consolatur nos in omni tribulatione nostra,quia secundũ ꝙ abundant passiones Christi in nobis,& dicit Christi.i. inchoatæ à Christo.Eze.9,A sanctuario meo incipite.In Christo em̃ inceperũt passiones pro peccatis nostris,quia ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.1.Pe.2,Deinde per Apostolos q̃ dicẽbãt,Mortificamur tota die,Psal.&c.Deinde per martyres q̃ secti sunt,tentati sunt &c.Heb.11,Vltimo ipsi peccatores pro suis peccatis patienter irã domini portabunt,quia peccauerunt ei.Vel passiones Christi.i. quas sustinemus propter Christum.Act.5,Ibant Apostoli gaudentes &c.& Psal,Propter te mortificamur &c.Sicut,inquam huiusmodi passiones abundant,sic abundat per Christum consolatio nostra Psal.Secundum multitudinem dolorum.&c. Lectio.3.

Differentia inter benedicere quo deus nos benedicit & quo nos deũ aut nos benedicimus.

Ostenditur cedere ĩ bonũ Corinthiorum tribulationẽ apostolorũ , eorũdẽ cõsolationẽ exhortationemque: ac ostenditur eorũ patiẽtia habita ĩ aduersis in exemplm patientiæ Corinthiorum.

SIue aũt tribulamur pro uestra exhortatione & salute,siue cõsolamur pro uestra consolatione,siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute quæ operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur,ut spes nostra firma sit pro uobis,scientes quoniam sicut socii passionum estis,sic eritis & consolationis.Non enim uolumus ignorare uos fratres,de tribulatione nostra quæ facta est in Asia,quoniam supra modum grauati sumus,supra uirtutem,ita ut tæderet nos etiam uiuere.Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus,ut non simus fidentes in nobis sed in deo qui suscitat mortuos,qui de tantis periculis non eripuit & eruit,in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet adiu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mantibus uobis in oratione pro nobis: ut ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donati onis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

Postq; Apostolus ostendit q; deus consolatur seruos suos in tribulationibus, scilicet et ministros fidei & prædicatores: hic cõsequẽter manifestat q; eorum consolatio cedit ad bonũ aliorũ. Et circa hoc duo facit. Primò manifestat qualiter eorũ cõsolatio sit ad aliorũ vtilitatẽ & salutem. Secundò ordinem huius consolationis & salutis insinuat ibi [Quæ operatur tolerantiã. &c.] Circa primũ aduertendũ est q; tria dicit Apostolus se recepisse. Tribulationẽ, cũ dicit, In omni tribulatione nostra, consolationẽ cùm dicit, Qui consolatur nos. Exhortationẽ, cum subdit, Vt possumus & ipsi, &c. Accipiendo ergo hæc tria passiuè dicimus q; Apostoli cõsolantur, tribulantur & exhortãtur. Vnde & tria ostendit Apostolus cedere ad consolationẽ aliorũ: & hoc in quodã ordine. Et primò eorũ tribulationẽ, cũ dicit [Siue, inquit, tribulamur. &c.] Quasi dicat verè quicquid recipimus est in bonum vestrum. Quia siue tribulamur pro vestra exhortatiõe & salute, quia. s. nostro exẽplo monet vos deus ad passionũ tollerantiã, vnde prouenit vobis salus æterna. Vnde. 1. Mach. 6. legitur, Quòd ostenderũt elephãtis sanguinẽ vuæ, & mororũ, vt acuerent eos ad bellũ. Quod fit qñ tepidis & pigris adhibentur passiones sanctorũ in exemplũ. Secũdò ostẽdit, q; eorũ consolatio in aliorum vtilitatẽ cedit, cũ dicit, [Siue consolamur.] Quasi dicat: ipsa nostra cõsolatio qua nos spe præmii consolamur, est ad cõsolationẽ vestrã inquãtum exẽplo nostro vos etiã eãdẽ spem præmii habẽtes, gaudetis. Tertiò ostẽdit q; eorũ exhortatio passiua est bonũ aliorũ, dicẽs [Siue exhortamur] per internam inspirationẽ vel per flagella, hoc est pro vestra exhortatiõe, scilicet vt vos ad maiora animemini, & salutẽ speretis. Vnde dicitur. 2, Machab. vltimo. q; exhortati sermonibus Iudæ. &c. Sextò adiuuantibus aũt vobis, &c. Huius aũt cõsolationis & salutis ordinẽ insinuat, cùm subdit, Quæ operantur tolerãtiã. &c. Et circa hoc duo facit. Primò ostẽdit patiẽtiã habitã in aduersis. Secundò manifestat fructũ qui ex patiẽtia prouenit, ibi [Vt spes firma. &c.] Dicit ergo. Dico q; hæc ad vestrã salutẽ cedũt, quæ sal⁹ est vobis in hoc, inquãtũ exẽplo nostri estis fortes ad tolerantiã passionũ, & vt patiẽter sustineatis passiões quas & nos patimur. Luc. 21, In patiẽtia vestra possidebitis aïas vestras. Iac. 5, Exemplũ accipite fratres mei &c. Ex qua quidem patientia ꝓuenit vobis fructꝰ quia ex hoc spes nostra firma est ꝓ vobis, q; vos efficiamini hæredes vitæ æternæ. Ro. 5, Tribulatio patientiam operatur, patientia verò spem. Greg. Tãtò spes in deũ solidior surgit, quãtò qs grauiora ꝓ nomine eiꝰ pertulerit. Nã ex passionibus quas sustinent sancti dei pro Christo, cõsurgit eis spes vitæ æternæ. Et causa spei huius est, quia sumus scientes, quia sicut estis socii nostri in passionibus, eritis socii & cõsolationis. i. vitæ æternæ. 2, Timo. 2, Fidelis sermo, nã si cõmortui sumus & cõuiuemus. &c. 1. Pe. 4, Cõmunicantes Christi passionibus gaudete. &c. ¶ Consequenter cùm dicit. [Non enim volumus vos.] Captat eorũ beniuolentiã recitãdo quædã in speciali. Et circa hoc tria facit. Primò enim describit persecutionem quã passus est in Asia. Secũdò specialem ei cõsolationem collatam, ibi [Qui de tãtis.] Tertiò subdit cõsolationis causam, ibi [Nã gloria. &c.] Dicit ergo primũ. Nõ solùm ea quæ dicta sunt de tribulatiõibus in generali bonũ est vos scire, sed non volumus vos ignorare, quia scire est vtile vobis inquantũ exemplo nostri patientiores estis. Nolumus, inquã, vos ignorare de tribulatione nostra. &c. Tren. 3, Recordare paupertatis meæ. &c. Hæc est illa persecutio de qua legitur. Act. 19. Quæ facta est Apostolo ab Asiano quodã argentario concitante plebem contra eũ, quam quidẽ Apostolus exaggerat à tribus. Ex loco quia in Asia, & hoc est quod dicit. Quę ſ. tribulatio. Facta est in Asia. i. apud Ephesum quæ est in Asia, vbi debuisset magis honorari & cõsolari. Ex acerbitate, qa supra cõsuetudinẽ humanarũ passionũ, & ideo dicit, Quoniam supra modũ sumus. &c. Itẽ supra posse, & ideo dicit supra virtutẽ. Sed cõtra. 1. Corin. 10, Fidelis deus qui nõ patietur vos tẽtari supra. &c. ¶ Respõdeo dicẽdũ q; pati supra virtutẽ põt intelligi dupliciter, Vel supra virtutẽ naturalẽ, & de hac loquitur hic, supra quam deus aliqñ permittit sanctos tẽtari. Vel supra virtutẽ gratiæ, & de hac intelligitur illud. 1. Corinth. 10, Fidelis deus &c. supra quam nõ permittit aliquem deus tentari. Et q; Apostolus loquatur hic de virtute naturali, ostendit consequenter cùm dicit, Ita vt tęderet nos viuere. Constat enim quòd inter alia viuere magis desideratur. Quando ergo est tanta persecutio vt & ipsa vita reddatur tædiosa, manifestum est quòd est supra virtutem naturæ. Et hoc est quòd dicit. Ita vt &c. Quasi dicat. Sic erat grauis persecutio, vt vita esset nobis tædiosa. Iob. 10. Tædet animam meam vitæ meæ. ¶ Cõtrà, Iac. 1, Omne gaudiũ existimate fratres mei. &c. ¶ Respõdeo, dicendũ quòd tribulatio põt cõsiderari dupliciter. Vel secũdũ se, & sic est tædiosa, vel in cõparatione ad finẽ, & sic est iocũda inquantũ ꝓpter deũ & spem vitæ ęternæ sustinetur. Et nõ solùm erat nobis tædiosa vita, sed eramus certi de morte. Vnde dicit. Sed ipsi in nobis respõsum mortis. i. certitudinẽ mortis habuimus. q. d. Opinio mea dictabat mihi hoc q; deberẽ mori. Vel aliter re spõsum mortis. i. ipsa ratio diceret & eligeret mori ꝓpter tædiũ vitæ. Exaggerat etiã tribulationẽ ex causa. Vnde dicit, Vt nõ simus in nobis. &c. ſ. vt reprimatur humana superbia. Hiere. 16, Dñe fortitudo mea & robur. &c. Sed in oĩbus cõfidamus de deo. Hier. 17, Benedictus q; cõfidit in domino. &c. Et ideo dicit, Sed in deo q; suscitat. &c. 1. Re. 2, Dominus mortificat & viuificat. Sed quia dominus nõ derelinquit sperãtes in se. ideo subdit Apostolus consolationẽ ei factã à domino, dicẽs, Qui de tãtis periculis. &c. Et circa hoc tria facit. Primò describit cõsolationẽ præsentẽ cõtra mala præterita. Secũdò consolationẽ futurã. Tertiò causam spei. Dicit ergo. Cõsolati sumus à deo qui eripuit nos in præterito de tantis periculis & eruit in præsenti, qa non cessat liberare. Esa. 43, Cũ trãsieris per aquas, &c. In quẽ speramus qm̃ eripiet, adiecit in futuro. Eccl. 2, Qui timetis dominũ sperate in illũ. Huius aũt spei causam nobis præbẽt orationes vestræ. Vnde dicit, Adiuuãtibus vobis nos in orationibus, quas ꝓ nobis facitis. Prouer. 18, Frater q; iuuatur à fratre. &c. Ro. 15. Obsecro vos fratres per dominũ Iesum Christũ & per charitatẽ sanctiſpiritus vt adiuuetis me in orationibus vestris. &c. Quæ qui dẽ orationes necessariæ sunt, quia deus multa bona cõfert vni ad preces multorũ, cuius ratio est, quia deus de bonis quæ cõfert vult exhiberi sibi gratias, & q; multi ex hoc teneãtur ad gratiarũ actiones, hoc aũt fit quãdo ex eo quod dat vni ad preces multorũ, obligat sibi oẽs ad quorũ preces confert bonũ aliquod, vt sic nõ solùm ille cui cõfert, sed etiã ipsi rogãtes gratias referãt deo. Et hoc est quod dicit, Vt ex multarũ personis. Et dicit ex multarũ facierũ vel quãtũ ad ætatẽ, vel quãtũ ad conditionẽ, vel quã-

Quomodo verũ sit q; Paulus fuerit tribulatus supra virtutem.

tum diuersitatem gentium vel morum. Eius quæ in nobis est donationis. i. pro illa donatione. ſ. fidei quæ in nobis est. Per multos agantur gratiæ deo pro nobis. Ephe. 5, Gratias agentes deo & patri. Vel aliter. Vt ex multarum personis facierum. i. conditionum personis. Dico eius donationis quæ est in nobis. i. quæ habent idem donum. ſ. fidei vel charitatis. i. ex multis personis illorum qui sunt in fide Christi. Agantur. &c. Et sic secundum hanc expositionem per diuersas facies, intelliguntur diuersæ virtutes, vt facies vnius dicatur illa virtus in qua præeminet: sicut facies Iob, patientia: facies Dauid, humilitas, & sic de aliis.

Lectio. 4.

Causa consolatiõis in aduersis ponitur esse spes diuini auxilii ponẽdo in priscam causam spẽ & adducendo testimonium eorum ad quos scribit

NAm gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & in sinceritate dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad uos. Non enim alia scribimus uobis, quàm quæ legistis & cognouistis. Spero autem quòd usque in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte: quia gloria uestra sumus, sicut & nos nostra in die domini nostri Iesu Christi,

¶ Posita consolatione Apostolo à deo facta post persecutionẽ, hic consequenter consolationis causam assignat, quæ est de spe diuini auxilii. Et circa hoc duo facit. Primò ꝓponit causam spei. Secũdò adducit ad hoc testimonium eorũ quibus scribit, ibi [Nõ enim alia. &c.] Dicit ergo, Dico quòd speramus adhuc eripi à domino & cõsolari. Nã gloria, &c. q. d. causa huius est bona cõscientia nostra. Spes enim est expectatio futurorũ ex gratia & meritis ꝓuenięs. Vnde & circa hoc tria facit. Primò ostẽdit gloriã quã habet de testimonio puræ cõscientiæ. Secũdò causam huiꝰ gloriæ insinuat, ibi [Quòd in simplicitate.] Tertiò manifestat vnde ꝓueniat hæc causa, ibi [Et nõ in sapiẽtia carnali.] Dicit ergo. Ideo spero & cõfido de deo, quia gloria nostra. i. glorior ex testimonio & puritate cõscientiæ nostræ: ex q bus securè põt cõfidere de deo. 1. Io. 4, Si cor nostrũ non reprehenderit. &c. Ro. 8, Ipse spiritus testimonium, &c. Notãdũ aũt quòd conscientiæ testimoniũ verum est, quia non decipit. Multi enim exterius videntur boni, qui in cõscientia sua non sunt boni. Et sem per durat. Sed non dicit cõscientiæ aliorũ, sed nostræ, quia semper homo plus debet stare cõscientię suæ de se, q; testimonio aliorũ, quod non faciunt illi q reputãt se bonos ex hoc q; alii sunt mali, nõ ex hoc q; ipsi in veritate boni sint. Et illi qui gloriãtur de bonitate alicuius boni viri q; eis aliqua affinitate cõiungitur. Causam aũt huius gloriæ insinuat, dicẽs, q; in simplicitate. &c. quæ consistit in duobus. In duobus enim consistit puritas conscientiæ, vt. ſ. ea quæ facit sint bona, & q; intentio faciẽtis sit recta: & ista dicit Apostolus de se. Primò q; habet intentionem rectã ad deũ in operibus suis, & ideo dicit. Quòd in simplicitate. i. in rectitudine intentionis. Sap. 1, In simplicitate cordis. &c. Prouer. 11, Simplicitas iustorũ. &c. Secũdò q; ea quę facit sunt bona, & ideo dicit, Et sinceritate operationis. Phi. 1, Vt sitis sinceres & sine offensa, Vnde aũt ꝓueniat huius gloriæ causa, manifestat subdens. Sed non in sapientia carnis. Hoc potest dupliciter legi. Primò vt referatur ad hoc q; immediatè præcedit. ſ. dei. Et tunc est insinuatiuum, vnde veniat ei sinceritas & simplicitas. q. d. Multi antiqui fuerunt sapientes in sapientia terrena sicut philosophi. Et multi Iudæi purè vixerunt confidentes in iustitia legis, sed nos nõ in sapiẽtia carnali, quæ secũdũ naturas rerũ, vel desideria carnis est, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mũdo. Ro. 8, Prudẽtia carnis mors est. &c. 1. Cor. 2, Nõ in persuasibilibus humanæ naturæ. &c. 1. Corin. 15. Gratia dei sum id quod sum. Vel etiã secundum hunc modum. Non in sapientia. &c. i. quasi innixus humanæ sapientiæ, sed gratiæ dei. Prouer. 3, Ne innitaris prudentiæ tuæ. Alio modo potest exponi vt hoc quod dicit in simplicitate. &c. referatur ad puritatẽ vitæ: hoc verò quod dicit, Non in sapientia. &c. referatur ad veritatẽ doctrinæ. q. d. sicut vita nostra est in simplicitate & sinceritate dei, sic doctrina non in sapientia carnali, sed in gratia dei. Sed tamẽ duæ primæ magis valẽt. Et licet sic bene conuersati simus in mundo isto, tamẽ abundãtius quãtum ad vos, quia. ſ. ab aliis ecclesiis receperat sumptus, ab eis non, infra. 11. Alias ecclesias expoliaui. Et ratio huius põt esse, quia auari erãt. vnde ne cotristaret eos, noluit ab eis recipere sumptus. ¶ Consequenter huius sanctę suæ cõuersationis testimoniũ corũ inuocat, dicens [Non enim alia, &c.] q. d. hæc quæ scribimus vobis, non sunt vobis incognita, quia iam legistis ea in prima epistola & cognouistis per experiẽtiã operũ. 2. Io. 2, Non mãdatũ nouũ. Et licet nõ perfectè cognoueritis, quia cõparastis vobis pseudo apostolos: spero tamẽ q; vsq; in finẽ. ſ. vitæ cognoscetis. ſ. perfectè, sicut vsq; modò cognouistis nos ex parte. Cuius ratio est, quia cùm qs videt aliquem aliquid bene incipere, debet sperare q; semper bene proficiat. Et quare, quia qui cæpit in vobis opus bonum. &c. vt dicitur. Phil. 1, Et cognoscetis quia nos sumus gloria vestra. 1. per nos debetis cõsequi gloriã æternã, ad quã homo peruenit per fidẽ Christi, quã prædicamus vobis. Prouer. 10, Gloria filiorũ sunt patres eorũ. Ita dico sumus gloria vestra sicut & vos gloria nostra estis, quia per vos à nobis instructos habere speramus præmium æternæ gloriæ. 1, Thess. 2, Quæ est spes nostra aut corona gloriæ nostræ, nõne vos? Et hæc gloria erit nobis ex vobis in die domini nostri Iesu Christi. i. in die iudicii, q; dicitur Christi, quia tunc faciet voluntatẽ suam cum peccatoribus, puniendo eos qui in hoc mundo fecerunt voluntatem suam peccando. Psal. Cùm accepero tempus ego iusti. &c. Apo. 20, Libri aperti sunt. &c.

Pondus cõscientiæ cõsistit in duobus.

Lectio. 5.

Se excusat ab aduentu ad Corinthios.

ET hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundã gratiã haberetis: & per uos trãsire in Macedoniã, & iterum à Macedonia uenire ad uos, & à uobis deduci in Iudæam. Cũ ergo hoc uoluissem, numquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundũ carnẽ cogito, ut sit apud me, est & nõ. Fidelis aũt deus, quia sermo noster qui fuit apud uos, nõ est in illo, est, & nõ, sed est in illo, est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos prædicatus est per me & Syluanũ & Timothæũ, nõ fuit in illo est & nõ, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt in illo est, ideo & per ipsum amẽ deo ad gloriã uestrã. Qui aũt confirmat nos uobiscũ in Christo, & qui unxit nos, deus: qui & signauit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco in animã meam, q; parcens uobis non ueni ultra Corinthum: non quia dominamur fidei uestræ, sed adiutores sumus gaudii uestri. Nam fide statis.

¶ Apostolus captata beniuolẽtia Corinthiorũ, cõsequẽter excusationẽ suã addit, & circa hoc tria facit. Primò eã ponit intetũ. Secũdò sub quæstione accusationẽ contra eũ ab eis factã exponit, ibi [Cùm ergo hoc. &c.] Tertiò excusat se, ibi [Fidelis aũt deꝰ.] Circa primũ sciẽdũ est q; Apostolꝰ ī prima epistola (quã nos nõ habemꝰ) missa ab eo Corinthiis, vel per nũciũ ꝓmiserat eis q; primò iret ad eos anteq; iret in Macedoniã, & per eos iret in Macedoniã, & iterũ inde rediret in Achaiam in qua est Corinthũ, & de Achaia in Iudæã,

postmodũ in secunda epistola, quã nos habemus primã, scribit eis q̃ primò iret in Macedoniã, & postmodum iret in Corinthum. Quia ergo videtur secundum hoc cõtrarium primæ promissioni, Apostolus excusat se modò de hoc. Ponens primò ipsam promissionẽ primò factam, & ideo dicit, & hac confidẽtia. q.d. vos scitis puritatẽ & sinceritatem meam, & estis testes mei & gloria mea, ideo in hac confidentia .i. in hoc confisus, quia per alterutrum glorificari speramus, volui primò venire ad vos, vt secundã gratiã haberetis, quia secunda visitatio & cõfirmatio in fide, dicitur secunda gratia respectu conuersionis, quam primo habuerunt ministerio & prædicatione ipsius, & per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Iste est ordo primæ promissionis, sed in præcedenti epistola est ordo contrarius, sicut dictum est. ¶ Consequenter huius mutationis accusationem qua accusabant eũ Corinthii ponit sub quæstione, dicẽs (Cùm ergo hoc voluissem. &c.) Duo imponebãt ei ex hoc, leuitatẽ, quia mutauerat propositũ: Eccl. 27, Stultus vt luna mutatur. Et carnalitatẽ, quia visum erat eis quòd ex aliquo carnali & humano affectu hoc fecisset. Vnde hæc duo tangit & primò leuitatem, vnde dicit, Nunquid leuitate vsus sum, si non feci quod aliquando volui. Absit. Hester. 16, Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi leuitate venire. Psal. In populo graui. &c. Secũdò tangit carnalitatẽ cùm dicit. Aut nũquid ea quę cogito facienda vel dimittenda secundũ carnem cogito .i. secundum aliquem carnalem affectũ. Vt sit apud me, est & nõ .i. affirmatio & negatio, infrà. 10, Arbitrãtur nos tanq̃ secundũ carnem ambulemus. Iac. 1, Vir duplex aĩo, &c. Exposita eorũ accusatione, cõsequenter excusat se, dicens, Fidelis aũt deus. &c. & circa hoc duo facit. Primò insinuat se nõ fuisse mentitũ. Secundò ostẽdit modũ quomodo nõ fuit mentitus, ibi [Qui aũt cõfirmat. &c.] Quòd aũt non fuerit mẽtitus, excusat se dupliciter. s. ex consuetudine, & ex causa. Ex cõ suetudine quidẽ, quia nõ debet crẽdi q̃ aliquis de facili mẽtiatur, qui nunq̃ inuentus est mendax, & secũdũ hãc expositionẽ fidelis deus, &c. accipitur in vi iuramenti, quasi testis sit mihi deus quòd sermo meus. s. prędicationis qui fuit apud vos, nõ est in illo, est & nõ .i. nõ est in illo falsitas. Deut. 32, Deus fidelis & absq; vlla &c. Si aũt sumatur fidelis deus. &c. pro veritate diuinæ promissionis, tũc est sensus. Fidelis est deus .i. seruat promissa sua. Promiserat aũt mittere ad vos prædicatores veritatis. Hier. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor. &c. Et ideò cùm sim missus ab eo sermo noster qui fuit. &c. sicut suprà. Ex causa excusat se cũ dicit, Dei ẽm filius. & hoc dupliciter. s. motiua & efficiente, ibi [Qui aũt cõfirmat. &c.] Causa aũt motiua ad non mentiẽdum est, quia qui assumit aliquod officium, naturaliter mouetur ad ea quæ congruunt illi officio, & nõ ad cõtraria. Sed constat quòd officium apostolicũ est prædicare veritatẽ. Nõ ergo mouetur ad contrarium veritatis, quod est mentiri, Et circa hoc tria facit. Primò probat veritatẽ dicti sui per dictũ Christi. Secũdò veritatẽ Christi per dictum dei, ibi [Quotquot autẽ. &c.] Tertiò cõcludit suum propositum, ibi [Ideo & per ipsum. &c.] Dicit ergo primò, dico q̃ dicta nostra debẽt reputari vera, & vera sunt, quia prædicauim⁹ Christum in quo non fuit aliqua falsitas. & hoc est quod dicit, Dei enim filius Christus qui est prædicatus per nos in vobis: per me. s. principaliter, & Syluanum secundariò. Iste est Sylas de quo habetur. Act. 18, & Timothæus de quo suprà. Isti enim duo fuerũt cũ Apostolo, quando primò cõuertit eos. In illo. s. filio dei non fuit, est & non .i. falsitas, vel nõ fecit quod non cõuenit. Sed fuit in illo est .i. veritas, nã verum & ens conuertuntur. Io. 14, Ego sum via, veritas, & vita. Sed quia posset videri dubium hoc quòd dicit q̃ in Christo nõ fuit falsitas, ideo statim hoc probat, subdens, Quotquot aũt, &c. & probat hoc modo. Cõstat quòd in illo quod est manifestatiuũ diuinæ veritatis nõ potest esse falsitas, filius dei venit ad manifestandũ diuinã veritatem in promissionibus à deo factis cõplendis per ipsum, ergo in ipso nõ est falsitas. Et hoc est quòd dicit, Non est in filio dei, est & nõ. sed, est, quia quotquot promissiões dei. s. sunt factæ hominibus in illo .i. in Christo, est .i. in Christo verificantur & complentur, Rom. 15, Dico Iesum Christum ministrũ fuisse. &c. Ad cõfirmandas &c. Ex his ergo cõcludit, q̃ postq̃ dicta sua vera sunt, quia prędicat filium dei in quo est veritas: ideo & per ipsum .s. Christum dicimus. Amen deo .i. verum. Apocal. 1, Hęc dicit, amẽ testis fidelis, &c. Esa. 65, Qui benedictus est in terra, benedicetur in deo amen. &c. Et istã veritatẽ dicimus deo .i. ad honorẽ dei. s. manifestantes eius veritatem & gloriã nostrã, quia gloria nostra est couersio vestra, vel gloriã vestrã, quia gloria nostra est ostẽdere & prædicare verbũ dei. ¶ Consequenter cũ dicit [Qui autẽ cõfirmat nos &c.] Probat Apostolus q̃ nõ est mentitus per causam efficientem sic. licet enim homo ex libero arbitrio possit vti lingua sua ad verũ vel ad falsum loquendũ, nihilominus tamen deus potest confirmare hominem sic in vero, vt non nisi vera loquatur. Si ergo deus aliquẽ cõfirmaret in vero, manifestũ est q̃ non diceret falsum, sed deus confirmat nos in veritate, ergo &c, Et ideo dicit q̃ deus est qui confirmat vos nobiscum in Christo .i. in vera prædicatione Christi. q.d. si Christus esset extra nos, possemus mentiri, sed ex quo est nobiscũ & nos sumus in Christo, non mentimur. p. Ego confirmaui columnas eius, &c. Sumus ergo in Christo dupliciter, s. per gratiam & per gloriam. Per gratiam quidem sumus inquãtum vncti sumus spiritusſancti gratia, & effecti sumus membra Christi & iuncti sibi, qua etiam gratia Christus vnctus est secundum quod homo. p. Vnxit te deus. &c. Et ex plenitudine istius vnctionis redundauit in omnes suos, sicut vnguẽtum in capite, scilicet Christo, quod descendit. &c. Et ideo dicit quòd vnxit nos deus, vnxit, inquã, in reges & sacerdotes. Apo. 5. Fecisti nos deo. &c. 1. Pe. 2, Vos autem genus electum. &c. Vnionem autem quæ est per gloriam non habemus in re, sed in spe certa, inquantum habemus firmam spem vitæ ęternæ. Et habemus duplicem certitudinem spei huius vnionis consequendæ. Vna est per signum, alia per pignus. Per signũ euidens, quia fidei. Vnde dicit, Signauit nos signo fidei Christi. Item signum crucis. Ezech. 9, Signa thau .i. signum crucis. Apoc. 7, Quoadusq; signemus seruos dei nostri &c. Et hoc per spiritũ sanctum. Ro. 8, Si quis spiritũ Christi non habet. &c. Et ideo speciale & certum signum est vitæ æternæ consequendæ configurari Christo. Can. 8, Pone me vt signaculum. &c. Vel signauit signo vitæ: per pignus verò maximum, quia spiritus sancti. & ideo dicit, Dedit pignus spiritus in cordibus nostris. De quo certum est q̃ nullus potest eum accipere à nobis. ¶ Sed nota in pignore duo sunt consideranda. s. q̃ faciat spẽ habendæ rei, & quòd valeat tantum, quantum valet res vel plus. & hæc duo sunt in spiritu sancto, quia si consideremus substantiam spiritus sancti, sic valet tantum spiritus sanctus quantum vita æterna quæ est ipse deus, quia. s. valet quantum omnes

tres

tres personæ. Si verò cõsideretur modus habẽdi, sic facit spem, & nõ possessionẽ vitæ æternæ, quia nõdum perfectè habemus ipsum in vita ista. Et ideo nõ perfectè beati sumus, nisi quãdo perfectè habebimus in patria. Ephe. 1, Signati estis spiritu. ¶ Consequẽter cùm dicit [Ego autem testẽ, &c.] Excusat se de eo q̃ non venit: & hoc p iuramẽtum quod maius est. Et circa hoc tria facit. Primò ponit suã excusationẽ. Secũdò respõdet tacitè quæstioni, ibi [Nõ qa dominamur.] Tertiò exponit quod dicit, ibi [Nã fide statis.] Excusat se autẽ per iuramẽtum duplex. Vnũ attestationis, cũ dicit, Ego autẽ testem deũ inuoco. Aliud est execrationis cũ dicit, In animã meam .i. cõtra animã meam. Ro. 1, Testis est mihi deus, &c. Testẽ, inquã, inuoco deũ: quia nõ veni vltrà .i. post primã vicem, vel postq̃ discessi à vobis, & hoc feci parcens vobis. s. quia ipse sciebat eos incorrigibiles. Vñ si iuisset tũc aut puniuisset, & sic fortè recessissent totaliter à fide: aut nõ puniuisset, & sic dedisset occasionẽ magis peccãdi. Sed qa aliquis posset dicere, quare dicis, parcẽs vobis. Nũquid dominus noster estis? Ideo cõsequẽter hoc remouet, dicẽs, Nõ dico, qa dominamur fidei vestræ: sed adiutor, &c. q.d. nõ dico hoc, vt dominus, sed vt coadiutor. 1. Pet. 5, Nõ enim dominãtes in cleris, &c. Adiutor, inquã, gaudii vestri vel emẽdationis vestræ. Quare autẽ dicat, fidei vestræ, exponit cõsequẽter, dicẽs, Nã fide statis .i. statis in gratia ista Christi per fidem.

Caput 2.

Hîc in cõmuni assignat. P. rationẽ curvenire dissulerit esse vitationẽ tristitiæ causã assignãs: et tandẽ quæ dicit manifestans.

Tatui autẽ hoc ipsum apud me, ne iterũ in tristitia uenirẽ ad uos. Si enim ego cõtristo uos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi uobis, ut non cùm uenero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus uobis, quia gaudium meum omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas: nõ ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantius in uobis.

¶ Apostolus suprà posuit excusationẽ in generali de mora eundi ad Corinthios, hîc verò insinuat causam tãtæ moræ, & quomodo eis pepercit. Circa hoc autẽ duo facit. Primò enim insinuat vnã causam dilationis fuisse, ne in aduentu suo tristitiã inferret eis. Secũdò ostẽdit aliã causam fuisse, ne fructus quẽ apud alios sperabat & inceperat facere, impediretur, ibi [Cùm venissem autẽ, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ostendit causam dilationis esse in cõmuni, ne tristitiã inferret. Secũdò loquitur in speciali de quodã qui eum cõtristauerat, ibi [Si qs autẽ contristauit me.] Circa primũ tria facit. Primò assignat rationẽ quare venire distulit. Secũdò causam dicti assignat [Si enim ego contristatus, &c.] Tertiò manifestat q̃ dicit, ibi [Nã ex multa tribula.] Dicit ergo, dixi q̃ non veni ad vos parcẽs vobis, in hoc. s. quia nolui vos cõtristare, & ideo statui .i. firmiter disposui hoc ipsum apud me, quod ꝓposui, cũ aliam epistolã misi. Eccle. 37, Ante omnia verbũ verũ, &c. Ne iterũ .i. alia vice in tristitia venirẽ ad vos .i. vos contristẽ. Et ratio quare noluit eos cõtristare, est illa qua dñs noluit ieiunare discipulos suos. s. ad hoc vt amore & nõ timore afficerẽtur ad Christũ, & iũgerẽtur sibi. Voluit ẽm eos dñs firmare & nutrire in fide ĩ omni dulcedine & desiderio cordis, & sic firmati ex amore nõ de facili euellerẽtur ꝓpter tribulationes, qa aquæ multæ nõ potuerũt extinguere charitatẽ. Can. 8, Similiter Apost. nõ vult eos ꝓpter hoc contristare. Rationẽ huius dicti. s. q̃ non vult eos contristare, assignat cũ dicit [Si ẽm ego cõtristo, &c.] Et circa hoc duo facit. Primò assignat causam quare noluit eos cõtristare. Secũdò manifestat quare hoc significauit, ibi [Et hoc ipsum scripsi.] Dicit ergo, Ratio quare nolui in tristitia venire, est, quia tristitia vestra redũdat in tristitiã meam, & de cõsolatione vestra gaudeo, & solũ vos cõsolamini me cũ sum apud vos: vñ si venirẽ & cõtristarem vos, ego ex tristitia vestra tristarer, & sic nullus esset qui lætificaret me inter vos qui cõtristamini ex me, quia cõtristatus nõ de facili aliũ cõsolatur. Prou. 10, Filius sapiẽs, &c. Prou. 29, Vir qui amat sapientiã, &c. Vel aliter est duplex tristitia. Vna secũdum mũdum: alia secũdum deum, quæ pœnitentiam in salutem operatur. Apost. nõ loquitur de prima, sed de secũda. Et dicit ex hoc ipso ego cõsolabor si cõtristo vos .i. si increpãdo reduco ad pœnitẽtiã: sed si venirẽ, & viderẽ vos non pœnitere de peccatis: tũc nullã cõsolationẽ haberem, qa nullus cõtristatur & pœnitet ex me .i. mea correctione & increpatione. Causa autẽ quare hoc scribo vobis, est, vt ita disponatis vos, q̃ quãdo venero nõ habeã tristitiam, de eo q̃ viderim vos incorrectos: super tristitiã quã habui, quãdo audiui vos peccasse. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ãmonitionẽ. Secũdò spẽ de ĩpletione ãmonitionis oñdit, ibi [Cõfidens, &c.] Ammonitio est ita. Ideo scripsi vobis hoc. s. q̃ tristor de peccato vestro cõmisso. 2. Pe. 1, Iniqs opib⁹ animã iusti cruciabãt, &c. Vt paretis & disponatis vos corrigẽdo: vt cũ venero ad vos non habeã tristitiã de peccatis: de quib⁹. s. vobis oportuerat me gaudere .i. debebã lętari, & nõ cõtristari. s. de præsentia vestra. Lu. 15, Gaudiũ est ãgelis dei, &c. Qualẽ autẽ spẽ habeat de ĩpletione suæ ãmonitionis, subdit dicẽs. Confidẽs, &c. q.d. hãc fiduciã habeo de vobis taliter disponi vos, vt cũ venero oẽs detis mihi materiã gaudii, & hoc debetis libẽter facere, quia gaudiũ meũ, &c. i. cędit ad gaudiũ vestrũ, vel est, ꝓpter gaudiũ vestrũ qđ habetis de recuperatiõe gratiæ. 1. Ti. 2, Quod est gaudiũ meũ, &c. Ro. 12, Gaudete cũ gaudẽtib⁹, &c. Sed qa posset aliqs dubitare de hoc qđ dicit, Ne cũ venero tristitiã sup tristitiã habeã: & q̃rere quã tristitiã habuit de eis, ideo cõsequẽter hoc exponit, dicẽs, Nã ex multa tribulatione, &c. Et circa hoc duo facit. Primò manifestat tristitiã iam dudũ habitã. Secũdò respõdet cuidã tacitæ quæstioni, ibi [Non vt cõtristemini, &c.] Dicit ergo primò quia haberem tristitiã si nõ inuenirem vos correctos sup tristitiã quam habui quãdo peccastis, & oportuit me cõtristare vos redarguẽdo durè. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi primã epistolam per multas lachrymas, quas fudi ꝓ vobis iam mortuis p peccatũ. Hier. 9, Quis dabit capiti meo aquas, &c. Eccl. 22, Cõfusio est patri de filio indisciplinato. Esa. 57, Iustus perit & non est qui recogitet, &c. Scien dũ est autem q̃ duo ponit ad exaggerationẽ tristitię: tribulationem. s. & angustiam: quia vnum additũ alteri aggrauat tristitiam. Nam aliquãdo quis tribulatur, sed sine angustia, tunc. s. quando aliqua aduersitate quasi acutissimo tribulo pungitur, & ramen videt sibi patere vias euadendi, quia si non pateat, tribulationi angustia iungitur. Dicit ergo, Ex multa tribulatione, qua pungebar de malo vestri & angustia cordis, quia non videbam vnde de facili posset poni remedium. [Scripsi, & cęt.] Psa. Tribulatio & angustia inuenerunt me. Sed quia possent dicere. O Apostole etiam hæc scribis nobis vt tristemur, & ideo hoc remouet, dicens, Nõ vt cõtristemini. s. scribo vobis illa, sed vt sciatis quam charitatẽ habeam in vobis. Duo enim sunt signa dilectionis. s. quòd gaudeat quisde bono alterius, & tristetur de malo eius: & hęc ego habeo ad vos: infrà 5.

Agit deo qui causa erat tristitiæ exaggerando culpam eius & pœnã, dicendo eã sufficere et hortatur Corinthios ad misereñdũ cõtristãti qui erat ille fornicator incestuosus de quo 1. Corint. 5.

Charitas Christi vrget nos [Abũdantius]q̃ credatis, vel abundãtius q̃ ad alios. Lectio 2.

SI quis autẽ contristauit me, nõ me cõtristauit: sed ex parte ut nõ onerem omnes uos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita ut ecõtrario magis donetis & cõsolemini, ne fortè abũdatiori tristitia absorbea tur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illũ charitatẽ. Ideo enim, & scripsi uobis ut cognoscam experimentũ uestrũ, an in omnibus obediẽtes sitis: cui autẽ aliquid donastis, & ego. Nã & ego quod donaui, siquid donaui, propter uos in persona Christi, ut non circunueniamur à Sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius.

¶ Postq̃ Apost. insinuauit causam dilationis, ne. s. tristitiã inferret, & de eius cõtristatiõe tractauit, hîc cõsequẽter tractat de cõtristante. Et circa hoc tria facit. Primò enim exaggerat culpã contristãtis. Secũdò pœnã eius ꝓ culpa inflicta, ibi [Sufficit illi, &c.] Tertiò hortatur eos habere misericordiã ad cõtristãtem, ibi [Ita & ecõtrario, &c.] Dicit ergo primò, Scripsi vobis ꝓ multas lachrimas quas fudi propter tristitiã cõceptam, & ꝓpter pœnã infligẽdam peccãti. Sed si quis cõtristauit me, ille, s. fornicarius: de quo dicitur 1. Cor. 5, Omnino auditur inter vos fornicatio, &c. Iste, inq̃, & si cõtristauit nõ cõtristauit me, sed ex parte. i. non cõtristauit me. s. solùm, sed vos & nos. Non oẽs, sed ex parte. Et hoc dico nõ vt onerẽ vos oẽs. i. vt vobis hoc omnibus nõ imponã derisoriè loquẽdo. q. d. non ita estis boni & diligitis me, ꝙ pro tristitia mea & ꝓ peccato fratris oẽs doleatis. Vel vt onerẽ omnes vos, nõ tãtùm illos qui nõ doluerũt de peccato. Vel aliter dicẽdum & melius, Nõ me contristauit, sed ex parte, &c. Sciendum est enim ꝙ aliquis aliquãdo tristatur totaliter, & aliquã do non totaliter. Totaliter quidem tristatur quis, quãdo prę tristitia absorbetur à dolore: & hæc tristitia est quæ mortem operatur, vt dicitur infrà 7. Quæ quidẽ, secũdum Philosophum, nõ cadit in sapiẽtem. Nõ totaliter autem tristatur quis quãdo licet ex aliquo modo quod patitur seu videt fieri, tristatur, tamen ex aliis causis bonis gaudet, & ista tristitia est secũdum deum, & cadit in sapientem. Quia ergo Apost. dicit se contristatum, ne credatur totaliter à tristitia absorptus, quod nõ est sapientis. Dicit se cõtristatum ex parte qua si nõ totaliter. Et secũdum hoc legitur sic, Cõtristauit me. s. fornicarius propter peccatum suum: sed nõ me cõtristauit totaliter, quia licet in ipso propter peccatũ habuerim tristitiam, tamen in vobis propter multa bona quæ facitis, & in ipso propter pœnitentiã quam fecit, habeo gaudium. Et dico ex parte, vt nõ onerem omnes vos. i. vt non imponam vobis hoc onus, quod. s. contristaueritis me. Sed ne isti propter tristitiã Apostoli adhuc vellet eum magis punire, ostendit eis pœnam sufficiẽtem fuisse, dicens, Sufficit illi qui eiusmodi est, ꝙ. s. contristauit me tam graviter peccãdo: obiurgatio quæ fit à pluribus. i. tam manifesta & dura correctio. s. ꝙ separatus fuit ab omni cõmunione. i. excõmunicatus ab ecclesia & traditus sathanæ, vt habetur 1. Cor. 5, Est ergo sufficiens hæc pœna ꝓpter dictas causas. Vel potest dici sufficiens, nõ q̃tum ad dei iudicium, sed q̃tum expediebat tẽpori & personæ. Melius enim est sic seruare lenitatis spiritũ in corrigẽdo, vt per pœnitẽtiam correctionis fructus sequatur, q̃ si durius corrigatur, & desperet peccans, & maioribus peccatis immergatur. Et ideo dicitur Eccl. 21, Obiurgatio & iniuriæ annulabũt substãtiam. Quia ergo pœna sufficiẽs fuit, & pœnitẽtiam egit: ideo cõsequẽter inducit eos ad miserẽdum, dicens, Ita vt ecõtra magis, &c. Vbi tria facit. Primò mãdat, vt ei. s. peccãti, parcant. Secũdò huius rationem assignat, ibi [Ne fortè, &c.] Tertiò inducit eos ad obseruãtiam huius monitionis, ibi [Propter quod, &c.] Dicit ergo primò, Dico ꝙ sufficiẽs pœna est illi, & intãtum vt velim vt econtrario magis donetis. i. remittatis. Luc. 6, Dimittite & dimittetur vobis. Ephe. 4, Donãtes inuicem sicut & deus in Christo donauit vobis. Ei non solùm donetis, sed quod plus est, cõsolemini: & hoc proponẽdo sibi exẽpla peccãtium qui restituti sunt ad statũ gratiæ, sicut dicitur de Dauid, Petro, Paulo, & Magdalena, & per verba dei. Ezech. 18, Nolo mortem peccatoris, &c. 1. Thes. vlt. Corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, &c. Rationem autem huius ammonitionis subdit, Ne fortè abũdantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Aliquis enim propter peccatum & pœnam peccati, aliquãdo sic mergitur tristitia, quòd absorbetur, dum nullũ habet consolatorem: & hoc est malum, quia nõ sequitur ex hoc pœnitentiæ fructus qui speratur. s. correctio: sed potius desperãs tradit se omnibus peccatis sicut Cayn, cùm dicit, Maior est iniquitas, &c. Gen. 4. & Ephe. 4, Qui desperãtes tradiderunt se, &c. Et propter hoc dicitur 2. Reg. 2, ꝙ piculosa res est desperatio. Et ideo dicebat Dauid in Psal. Neq; absorbeat me, &c. Et ideo ne hoc cõtingat, dicit, Cõsolemini, vt. s. cesset à peccato. Esa. 27, Hic est omnis fructus vt auferatur peccatũ.

¶ Contra Apost. nõ solùm per rationẽ, sed ex aliis causis inducit eos ad hoc, cùm dicit, Propter quod obsecro, &c. Et inducit eos à tribus. Primò precibus, dicẽs, Propter quod. s. ne absorbeatur, obsecro qui possum præcipere. Phylem. Multam fiduciã habens in Christo Iesu imperãdi tibi, &c. Cõtrarium faciunt mali prælati. Eze. 34, Cum austeritate imperabatis eis, &c. Vt confirmetis in illum charitatem. Quod fit si ostẽditis charitatem vestram ad deum, & non abominamini eum propter peccata, nec contẽnitis: sed propter consolationem vestram facitis eum habere odio peccatũ suum, & diligere iustitiam. Luc. 22, Et tu cõuersus cõfirma fratres tuos, &c. Secũdò, præcepto, dicẽs, Ideo enim scripsi hoc. s. vt cognoscam experimẽtum vestrũ, an in omnib⁹ obediẽtes sitis. Et dicit, in oĩbus. s. siue in his quę placẽt vobis: siue in his quę displicẽt. Primò enim mãdauerat eis ꝙ excõmunicarent eũ, & sic fecerũt mãdatum Apostoli: nũc verò secũdò mãdat eis ꝙ parcant. Et ideo dicit, An in omnibus obediẽtes sitis. Tertiò ex cõmemoratione beneficii, cùm dicit, Cui autem aliquid donastis, & cęt. Quasi dicat, Vos debetis hoc facere, quia etiam ego feci. Sic enim vos remisistis alicui & rogastis me, quòd ego remitterem, & ego remisi. Et hoc est quòd dicit, Cui autem aliquid donastis vos, & ego, scilicet donaui. Et hoc patet. ¶ Nam & ego quod donaui, &c. Vbi quatuor tãguntur ad huiusmodi donationem seu remissionem necessaria. Primum est discretio, vt. s. non passim & temerè remittatur. Et ideo dicit, Si quid. s. in debito modo. Prouer. 4, Palpebræ tuæ præcedant, &c. Secundum finis, quia non propter amorem vel odium debet fieri, sed propter vtilitatem aliquam ecclesiæ vel aliquorum. Et ideo dicit, Propter vos. Tertiũ est authoritas, quia nõ debet fieri authoritate propria, sed Christi, qui remittit peccata authoritate: alii verò quibus cõmissum est ministerio, & sicut membra Christi. Et ideo dicit, in persona Christi, scilicet non mea authoritate. Et tamen quodcũq; remittetur, Christus remittit. Ioan. 20, Quorum remiseritis peccata, & cætera. Quartum est necessitas: Vnde dicit, Vt non circunueniamur à sathana. Diabolus enim multos decepit, quosdam. s. trahẽdo ad peccatorum perpetrationem, quosdã verò ad nimiã

rigiditatem cõtra peccãtes, vt si non potest eos habere per perpetrationem facinorum, saltẽm perdat quos iam habet per prælatorum austeritatem, qui eos nõ misericorditer corrigẽtes in desperationem inducũt, & sic hos perdit, & illos diaboli laqueus includit. Eccle. 7, Noli esse nimis iustus. 1. Pet. 5, Aduersarius vester diabolus, &c. Et hoc cõtingeret nobis si nõ remittamus peccãtibus. Et ideo vt non circũueniamur à sathana, ego donaui, si quid donaui. Nõ enim ignoramus cogitationes eius. s. sathanæ: verũ est in generali, sed in speciali nullus potest scire eius cogitationes, nisi solus deus. Iob 41, Quis reuelauit faciẽ indumẽti eius, &c.

Lectio 3.

CVm uenissem autem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino: non habui requiem spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum, sed ualefaciens eis profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus deo in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor uitæ in uitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum dei, sed ex sinceritate, sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur.

Causa secũda, cur ad Corinthios nõ iuerit ponitur s. fructus euãgelij maior: et fructus ipse hic declaratur, falsique prædicatores excluduntur.

¶ Posita prima causa suæ dilationis ne. s. cum tristitia iret ad eos, hîc ponit causam secũdam quæ est ex fructu quem alicubi faciebat. Et circa hoc duo facit. Primò ponit sui itineris processum. Secũdò ipsius ꝓcessus effectũ, ibi [Deo autẽ gratias, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ostendit impedimẽtum fructificãdi, quod habuit in Troade. Secũdò subiũgit processum suũ in Macedoniã, ibi [Sed vale faciẽs, &c.] Dicit ergo [Cùm venissem Troadẽ propter euãgelium]. i. ad prædicãdum Christũ. Io. 15, Posui vos vt eatis, &c. [Et ostiũ mihi apertũ esset]. i. mentes hominũ paratę & dispositæ essent ad recipiẽdum prædicationis verba & Christũ. 1. Cor. 16, Ostium mihi apertũ est, &c. Apoc. 3, Ecce sto ad ostium, &c. Sed non in quocũq;, immò in domino: quia ipsa præparatio mentis humanæ est ex virtute diuina. Nam licet facilitas qua mentes præparãtur, sit causa conuersionis, tamen ipsius facilitatis & præparationis causa est deus. Treñ. vlti. Conuerte nos domine ad te & conuertemur. Cùm, inquã, ita esset apertũ mihi ostiũ in domino, non habui requiem spiritui meo. i. non potui facere qđ spiritus meus volebat. i. dictabat. Tũc enim dicitur habere spiritus requiẽ, quãdo efficit quod vult: sicut tunc dicitur caro requiescere, quãdo habet quod coneupiscit. Luc. 12, Anima mea habes multa bona, &c. Apostolus non dicit, Non habui requiẽ carni meæ vel corpori, sed spiritui meo. i. voluntati meę spirituali, quæ est vt Christũ firmem, in cordibus hominũ. Et impeditur, quia videbat corda parata & dispositа, & non poterat prædicare. Sed quare non habuit requiem spiritui suo, subdit, Eo ꝙ non inueni Titũ fratrem meũ. i. propter absentiam Titi, & hoc duplici de causa. Vna causa est, ꝙ licet Apostolus sciret omnes linguas, ita vt diceret, Gratias ago deo meo, ꝙ omniũ vestrum lingua loquor, tamen magis expeditus & edoctus erat in lingua Hebręa, q̃ in Græca. Titus autem magis in Græca. Et ideo volebat eũ habere præsentem, vt prædicaret in Troade. Et quia erat absens, nã Corinthii detinuerãt eum, dicit, Non habui requiem spiritui meo: sed quia dona dei non sunt imperfecta & donũ linguarum fuit specialiter apostolis collatũ ad prędicãdum per totum mũdum. Psal. In omnem terrã exiuit sonus eorum, &c. Et ideo alia causa est melior, quæ est, quia Apostolo imminebãt in Troade multa facienda. Nã ex vna parte imminebat ei prædicare his qui parati erant recipere Christum per fidem, ex alia parte imminebat ei resistere aduersariis qui impediebãt: & ideo quia ipse non poterat solus ista facere, angustiabatur de absentia Titi, qui instituisset prædicationi & conuersioni bonorũ, & Apostolus restituisset aduersariis. Et specialiter etiã hoc scribit eis, vt innuat ꝙ non solùm prima causa dilationis suę fuit ex eis, sed etiã secũda. Non ipse propter duritiã & dissensionem eorũ detinuerat tanto tẽpore Titũ, & ideo dicit, Eo ꝙ non inueni Titũ fratrẽ vel in Christo vel coadiutorẽ. Prou. 18, Frater qui iuuatur à fratre, &c. Et quia non inueni Titum in Troade, non remãsi ibi, sed valefaciens eis qui erãt conuersi, & in quibus ostium apertũ erat, ꝓfectus sum in Macedoniã, vbi credebam eum inuenire. Causa autẽ essendi in Macedonia legitur. Act. 26. vbi dicitur ꝙ vir Macedo, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Gratias aũt deo, &c.] Ponit profectũ sui processus: & circa hoc duo facit. Primò enim describit ordinem sui processus. Secũdò excludit ab isto processu pseudoapostolos, ibi [Ad hoc quis tam idoneus, &c.] Circa primũ duo facit. Primò insinuat profectum quem faciebat. Secũdò exponit quoddam quod dixerat, ibi [Christi bonus odor, &c.] Circa primũ sciẽdum ꝙ Apostolus profectũ & fructum quem faciebat, non attribuit sibi, neq; propriæ virtuti, sed deo. 1. Cor. 15, Abundãtius omnibus laboraui nõ ego, sed gratia, &c. & ideo dicit, Gratias autem deo. s. ago. 1. The. 5, In omnibus gratias agite. Ephe. 5, Gratias agentes, &c. ¶ Qui semper triumphat in Christo Iesu. i. triũphare nos facit in prædicatione Christi contra aduersarios. Vbi sciẽdum est ꝙ prędicatores veritatis duo debent facere. s. exhortari in doctrina sacra, & cõtradicẽtem deuincere: & hoc dupliciter, disputatione hæreticos: patientia verò persecutores. Vnde per ordinem, ista tãgit hîc Apostolus: & ideo dicit, Qui triũphat nos quãtum ad cõtradicentes. Ro. 8, In his omnibus superamus. Et 1. Mach. 2, Nõ in fortitudine exercitus victoria belli, sed de cælo, &c. ¶ Et odorẽ notitię suæ manifestat per nos in omni loco, q̃tum ad exhortationẽ sacræ doctrinæ. Sed odorem notitiæ suæ exponit glo. i. filium suũ: sed melius est vt hoc dicatur ad differẽtiam notitiæ de deo quam faciunt aliæ sciẽtiæ, & quã facit fides. Nã notitia de deo quæ habetur ꝓ alias sciẽtias, illuminat intellectũ solũ, ostẽdens ꝙ deus est causa prima, ꝙ est vnus & sapiẽs, &c. Sed notitia de deo q̃ habetur ꝓ fidẽ, & illuminat intellectũ, & delectat affectũ: quia nõ solũ dicit ꝙ deus est prima causa, sed ꝙ est saluator noster, ꝙ est redẽptor, & ꝙ diligit nos, ꝙ est incarnatus ꝓ nobis q̃ omnia affectũ inflámant. Et ideo dicẽdũ ꝙ odorẽ notitiæ suæ. i. notitiã suę suauitatis, credẽti ꝓ nos in omni loco manifestat: qa iste odor lõgè latéq; diffunditur. Eccl. 24, Ego quasi vitis fructificaui, &c. Ge. 27, Ecce odor filii, &c. Quia verò aliqui possent dicere, quid est odor dei in omni loco? nã multa loca sunt in quibus nõ recipitur ꝓdicatio nostra: ideo Apost. exponit, dicẽs, Nõ curo, quia siue reciant prædicationẽ, siue nõ: tamen notitia dei manifestatur vbiq; per nos, quia sumus bonus odor Christi deo, id est ad honorem: & loquitur ad similitudinem legis, vbi dicitur quòd sacrificium fiat in odorem suauitatis suauissimum deo, quasi dicat, Nos sumus holocaustum quod offertur deo in odorem suauitatis. Et tam in his qui salui fiunt, vt scilicet non pereant, quod est eis à deo, quàm in his qui pereunt, quod est eis ex

Prædicator, & prædicare habet, & cõtradicentes deuincere.

Vide latã differentiã inter notitiã quæ habetur de deo ꝓ alias scientias, et quæ ꝓ fidẽ, & ex hoc cõiicias cur requiritur fides ad salutẽ & nõ sufficit sciẽtia seu notitia de deo per alias sciẽtias.

seipsis. Vnde Osee 13, Perditio tua Israel ex te, &c. Sed est ne odor bonis, & malis eodem modo? Non, sed aliis quidem est odor mortis in mortem, id est, inuidiæ & malitiæ occasionaliter ducentis eos in mortem æternam, illis, scilicet qui inuidebant bonæ famæ Apostoli, & impugnabant prædicationem Christi, & conuersionem fidelium. Luc. 2, Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem, &c. Aliis autem odor vitæ dilectionis & bonæ opinionis ducentis eos in vitam æternam, scilicet illis qui gaudent & conuertũtur ad prædicationem Apostoli. 1. Corinth. 1, Verbum crucis pereuntibus, &c. ¶ His autem qui salui, &c. Sic ergo ex odore apostoli boni viuunt, mali moriuntur: sicut legitur ℘ ad odorem vinearum florẽtium moriũtur serpentes. ¶ Consequenter cùm dicit [Sed ad hæc quis tam idoneus, &c.] excludit ab isto profectu pseudo apostolos, dicens, Quis est tam idoneus ad ista, scilicet quæ nos apostoli veri facimus? Quasi dicat, Nullus. Psal. Nimis honorati sunt amici tui deus. Sed cõtrà Prou. 27, Laudet te alienus, &c. Ad hoc respondet Gregorius super Ezech. quòd sancti duplici ex causa, seipsos laudãt: & non propter gloriam suam & vanitatẽ. Prima causa est, vt non desperent in tribulationibus, sicut Iob, quando amici nitebantur eum ad desperationem inducere: reduxit ad memoriam sua bona quæ fecerat, vt confortatus non desperaret. Vnde dicebat, Pepigi fœdus cum oculis meis, &c. Legitur etiam de quodam sancto patre quòd quando tentabatur de desperatione, reducebat ad memoriam bona quę fecerat, vt confortaretur: quando tentabatur de superbia, reducebat ad memoriam mala, vt humiliaretur. Secunda causa est propter vtilitatem, vt scilicet haberetur in maiori fama, & citius crederetur doctrinæ suæ. Et propter hãc causam hic Apostolus laudat se. Nam Corinthii præferebant sibi pseudoapostolos & condemnabant eum, & ideo non sic obediebant sibi. Vt ergo non vilipenderent eum, sed obedirent sibi, præfert se eis & laudat se, & dicit, Sed ad hęc quis tam idoneus sicut nos, non pseudo: quia licet ipsi prædicent, tamen adulterant verbum dei quod nos nõ facimus. Vnde dicit, Non sumus sicut plurimi, scilicet pseudo, adulterantes verbum dei admiscendo contraria, sicut hæretici qui licet confiteantur Christum, tamen non dicunt eum esse verũ deum, sic faciunt pseudo qui dicunt cum euangelio debere obseruari legalia. ¶ Item non adulterantes verbum dei, id est prædicantes, vel propter quæstum, vel propter fauorem laudis. Sic enim mulieres adulteræ dicuntur quando recipiũt semen ex alio viro ad propagationem prolis. In prædicatione autem semen nihil aliud est quàm finis seu intentio tua, vel fauor gloriæ propriæ. Si ergo finis tuus est quæstus: si intentio tua est fauor gloriæ propriæ, adulteras verbum dei. Hoc faciebant pseudo, qui propter quæstum prædicabant. infrà 4, Neque adulterantes verbũ dei &c. Apostoli autẽ prędicabant neq; propter quęstũ neq; gloriã propriam, sed propter laudẽ dei, & salutem proximi. Et ideo subiungit, Sed ex synceritate, id est syncera intentione: nõ pro quæstu & sine admixtione corruptionis. suprà 1, Ex synceritate, &c. Ponit autẽ triplicem rationẽ huius synceritatis. Prima ratio sumitur ex dignitate mittentis. Nuntium enim veritatis decet vera loqui. Et ideo dicit, ex deo, id est, illa synceritate quę est digna nuntiatio dei. 1. Pet. 4, Si quis loquitur quasi sermones dei. Secunda sumitur ex authoritate præsidentis cui astat. Ideo dicit, Coram deo, coram quo ex synceritate loqui debemus. 3. Reg. 17, Viuit dominus in cuius conspectu sto, &c. Tertiò sumitur ex dignitate materiæ de qua loquitur. Nam prędicatio apostolorum est de Christo: & ideo debet esse syncera: sicut & ipse deus & Christus. Et ideo dicit, In Christo solùm non de legalibus, vt pseudo faciunt. 1. Cor. 2, Neq; existimaui me scire aliquid inter vos nisi Christum & hunc crucifixum.

Caput 3.

NCipimus iterum nosmetipsos commendare? Aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad uos, aut ex uobis? Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quòd epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu dei uiui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autẽ talem habemus per Christum ad deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.

¶ Postquam Apostolus suam excusationem posuit in qua benuolentiã captauit auditorum, hîc consequẽter prosequitur suam intentionem, scilicet tractans de ministris noui testamenti. Et circa hoc duo facit. Primò enim cõmendat dignitatem bonorum ministrorum. Secundò verò exaggerat malitiam malorum ministrorum: & hoc à 10. cap. & deinceps. Circa primum duo facit. Primò enim cõmendat ministerium noui testamenti. Secũdò cõmendat vsum huius ministerii in aliis exhortando eos ad hoc, ibi 6. c. Adiuuantes autẽ &c. Primò cõmendat huiusmodi ministerium noui testamẽti ex tribus, ex dignitate, ex vsu, cap. 4. ibi [Ideo habentes, &c.] & ex præmio. 5. cap. ibi [Scimus autem quoniam si, &c.] Circa primum duo facit. Primò remouet quãdam obiectionem. Secundò cõmendat ministros noui testamenti, ibi [Qui & idoneos nos fecit, &c.] Circa primum sciendum est quòd Apostolus intendit cõmendare ministros noui testamenti quorum ipse erat vnus. Et ideo ne Corinthii obiicerent sibi ℘ in hoc vellet commendare seipsum statim excludit, dicens [Incipimus iterum nosmetipsos, &c.] Vbi duo facit. Primò mouet quæstionem. Secundò respondet, ibi, scilicet, Aut nunquid egemus, &c. Quæstio sua talis est, Dico quòd non sumus adulterantes verbum dei, sicut pseudo, sed ex synceritate, sicut ex deo. Sed nunquid hoc dicendo, incipimus iterum nos commendare, id est, dicimus ista, vt velimus nostram gloriam quærere & nõ dei. Et dicit iterum, quia in epistola prima cõmendauerat se satis, cùm dixit, Vt sapiens architectus, &c. Nõ ergo hoc dicimus, vt quæramus gloriam nostram, sed dei. Prouerb. 27, Laudet te alienus, &c. Huic autem quæstioni respondet, cùm dicit, Aut nunquid egemus, &c. Et ostendit quòd non libenter commendat se. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit ℘ nõ indiget cõmendatione hominum. Secundò ℘ neq; etiam hoc requirit ipse ab eis, ibi [Fiduciam autẽ talem, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostẽdit ℘ non indiget cõmendatione eorũ ad gloriam propriã. Secundò huius causam assignat, ibi [Epistola nostra vos estis, &c.] Dicit ergo, Dico ℘ non incipimus commẽdare nosmetipsos, quia nõ indigemus cõmendatione. Et hoc est ℘ dicit, Aut nũquid egemus nos veri ministri sicut quidã. s. pseudo cõmendatitiis epistolis. i. laudibus missis ad vos ab aliis aut ex nobis aliis missis.

¶ Sed contrà Col. 4. dicitur, Marcus consobrinus Barnabæ de quo accepistis mandatum, &c. Etiam legati Papæ semper portant literas cõmendatitias. Non est ergo malum. Responsio dicendum quòd accipere literas huiusmodi à personis famosis, vt solùm ꝓ illas cõmendentur & honorentur quousq; ipsi ex bonis operibus suis veniant in notitiam: hoc non est malum, hoc faciunt legati Papæ. Apostolus verò ita iam erat notus & cõmendatus apud istos per opera sua, quòd nõ indigebat literis cõmendatitiis. Et ideo statim causam huius assignans, subdit, Epistola nostra vos estis. q. d. Ego habeo bonas literas, nõ indigeo aliis. Et ideo circa hoc duo facit. Primò enim ostendit quæ sit ista litera quam habet. Secũdò exponit hoc idem, ibi [Manifestati, & cætera.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quæ sit illa litera. Secundò ostendit eam esse sufficientem ad cõmendationem propriam, ibi [Scripta, & cætera.] Dicit ergo sic, Epistola nostra vos estis, id est, epistola per quam manifestatur dignitas nostra, qua nos cõmendamur, ita vt epistolis aliis non indigeamus: suprà 2, Gloria nostra vos estis. Galat. 4, Filioli mei quos iterum parturio, &c. ¶ Sed hæc epistola est ne sufficiens? Ita, quia scripta, & cæt. Vbi duo tangit sufficientiam literarum huiusmodi causantia. Vnum est quòd intelligatur & sciatur ab eo pro quo mittitur, alias adhuc quæreret, nisi sciret se eã habere. Et quãtum ad hoc, dicit, Scripta in cordibus nostris: quia semper vos habemus in memoria, habentes de vobis speciale curam. Philippẽn. 1, Eo quòd habeam vos, & cæt. Secundum est quòd ille cui mittitur, legat & sciat eam: aliàs non curaret, de cõmendatione eius. Et quantum ad hoc, dicit, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus. Nostra, inquam, quia per nos instituti estis & conuersi. Legitur autem quia exemplo nostri etiam alii imitantur vos. Abac. 2, Scribe visum & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit eum. Quomodo autem scitur, hæc epistola exponit, dicens, Manifestati, & cætera. Et circa hoc tria facit. Primò exponit cuius sit hæc litera. Secũdò quomodo sit scripta: & tertiò in quo. Cuius autem sit, sic ostendit, quia Christi. Et ideo dicit, Manifestati quoniam estis Christi, id est, à Christo informati & inducti, scilicet principaliter & authoritatiuè. Mat. 23, Vnus est magister vester. Sed à nobis secundariò & instrumentaliter. Et ideo dicit, Ministrata à nobis. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, &c. 1. Corinth. 3, Quid igitur Cephas, & cætera. Quomodo autem sit scripta, ostendit, quia non atramento, id est, non admixta erroribus, sicut pseudo, nõ mutabilis & imperfecta, sicut vetus lex: quia neminem ad perfectum adduxit. Heb. 7, Nam atramentum nigrum est, per quod intelligitur error, & delebile, per quod intelligitur mutabilitas. Non, inquã, in atramento est scripta, sed spiritu dei viui, id est, spiritu sancto quo viuitis, & quo docente instructi estis. Ephes. 1, In quo signati estis, & cætera. Vbi autem sit scripta insinuat, subdens, non in tabulis lapideis, sicut lex vetus, vt excludat duritiem: quasi dicat, Non in lapideis cordibus habentibus duritiem, sicut Iudæi. Actuum 7, Dura ceruice, & cætera. Sed in tabulis cordis carnalibus, id est, in cordibus lautis ex charitate: & carnalibus, id est, molibus ex affectu implendi & intelligendi. Ezechiel. 36, Auferam à vobis cor lapideum, & cætera. Fiduciam autem talem, & cætera. Apostolus suprà excusauit se quòd nõ quęrebat gloriam suam, quia non indigebat ea: hîc verò probat, quia ipse non quærit gloriam propriam, immò omnia bona quæ facit non attribuit sibi, sed deo. Et circa hoc duo facit. Primò enim attribuit omnia bona quæ habet & facit deo. Secundò causam huius assignat, ibi [Non quòd sufficientes, & cætera.] Dicit ergo primò, Dico quòd non egemus epistolis cõmendatitiis, & quòd vos estis epistola nostra ministrata à nobis. Nec etiam quærimus gloriam nostrã, sed Christi: & fiduciã talem, id est, dicẽdi talia. Habemus ad deum, id est, referimus in deum. Vel fiduciã tendentem in deum ex cuius viribus hoc dico, quia ipse in me operatur, quam quidem fiduciam habemus per Christum, per quem accessum habemus ad patrem, vt dicitur Roman. 5, Qui vniuit nos deo. Hiere. 17, Benedictus vir, & cæt. Et quia vnitus deo per Christum habeo hanc fiduciam. Psal. Fiducialiter agam, & cætera. Causa autem huius fiduciæ est, quia quicquid ego facio, etiam ipsum principiũ operis deo attribuo. Et ideo dicit, Non ℘ simus sufficientes cogitare, saltem non dicere vel implere. Nam in quolibet processu operis, primò est assensus qui fit cogitãdo deinde collatio per verbum: & postmodũ impletio per opus: vnde fit, vt si nec cogitare, qui à se habeat, sed à deo, non est dubium ℘ non solùm perfectio operis boni est à deo, sed etiam inchoatio. Philippen. 1, Qui cœpit in vobis opus bonum, & cætera. Et hoc est contra Pelagianos dicentes, quòd inchoatio boni operis est ex nobis, sed perfectio est à deo. Esaiæ vigesimosexto, Omnia opera nostra, &c. Sed ex hac ne videatur tollere libertatem arbitrii, dicit, A nobis, quasi ex nobis, quasi dicat, Possum quidem aliquid facere, quod est liberi arbitrii: sed hoc quod facio non est ex me, sed à deo qui hoc ipsum posse confert, vt sic & libertatem hominis defendat, cùm dicit, A nobis, id est, à nostra parte, & diuinam gratiam commendat, cùm dicit, Quasi ex nobis, scilicet, procedat, sed à deo. Hoc etiam Philosophus vult quòd nunquam homo per liberum arbitrium poteſt quoddam bonum facere sine adiutorio dei. Et ratio sua est, quia in his quæ facimus, quærendum est illud propter quod facimus. Non est autem procedere in infinitum, sed deuenire ad aliquid, puta, ad consilium. Sic ergo bonum facio, quia consilium mihi inest ad hoc, & hoc est à deo. Vnde dicit quòd consilium boni est ab aliquo quod est supra hominem mouens eum ad bene operandum. Et hoc est deus, qui & homines mouet, & omnia quæ agunt ad actiones suas, sed aliter & aliter. Cùm enim huiusmodi motus sit quoddam receptum in moto, oportet ℘ hoc fiat secũdum modum suæ naturæ, id est, rei motæ. Et ideo omnia mouet secundum suas naturas. Ea ergo quorum natura est vt sint liberæ voluntatis, dominium suarum actionum habentia, mouet liberè ad operationes suas sicut creaturas rationales & intellectuales. Alia autem non liberè, sed secundum modum suæ naturæ, licet autem non simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis: tamen habemus aliquam sufficientiam, qua, scilicet, bonum possumus velle & credere incipiamus, & hoc à deo est. 1. Corint. 4, Quid habes quod non accepisti?

Lectio 2.

QVi & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu, Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam uultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multò magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est.

¶ Cõmendatio ministerio noui testamẽti, hîc consequẽter cõmendat ministros eius. Et primò ponit duo quæ respõdent verbis præmissis. Præmiserat enim donũ à deo acceptũ, cùm dixit, Sufficientia nostra, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et fiduciam ex dono conceptam,cùm dixit,Fiduciam talem,&c. Primò ergo determinat ea quæ pertinent ad donum perceptum.Secundò ea quæ ad fiduciam conceptam,ibi[Habentes igitur talem,&c.] Circa primum tria facit.Primò ostendit donum â deo susceptum,scilicet ministerium noui testamenti.Secundò describit nouum testamentum,ibi[Non litera,sed spiritu.]Tertiò ex dignitate noui testamenti,ostẽdit dignitatem ministrorum eius,ibi[Si ministratio,&c.]Dicit ergo,Dico quòd sufficientia nostra ex deo est,qui & fecit nos idoneos ministros noui testamẽti.Esa.61,Ministri dei nostri dicetur vobis. Et in hoc tenemus loco angelorũ.Psal.Qui facit angelos,&c.Sed non solùm fecit nos ministros,sed idoneos. Deus enim cuilibet rei dat ea per quæ possit consequi perfectionem suæ naturæ.Vnde quia deus constituit ministros noui testamenti,dedit & eis idoneitatem ad hoc officium exercendum, nisi sit impedimentum ex parte recipientium:suprà 2, Et ad hæc quis tam idoneus.s. sicut Apostoli à deo instituti. Hoc autem nouum testamẽtum quid sit describit,subdens[Non litera,&c.]Et describit ipsum quãtum ad duo.s.quãtum ad illud in quo cõsistit,& quantum ad causam propter quam datũ est,ibi[Litera enim occidit,&c.]Circa primum sciendum est q̃ Apostolus loquitur profundè:dicitur enim Hie.31,Feriam domui Israel,& domui Iuda fœdus nouũ, non secũdum pactum,quod pepigi cum patribus vestris.Et pòst,Dabo legem meã in visceribus eorum,& in corde eorum superscribam eam, &c. ¶Vetus ergo testamentum scribitur in libro: postmodum sanguinem aspergendo,vt dicitur Heb.9,Accepit sanguinem & asperſit librum,&c.dicens,Hic est sanguis,&c.Et sic patet quòd vetus lex est testamentum literæ : sed nouum testamentum est testamentum spiritus sancti, quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris,vt dicitur Roma.5,Et sic dum spiritus sanctus facit in nobis charitatem,quæ est plenitudo legis,est testamentum nouum,non litera.i.per literam scribẽdum,sed spiritu.i.per spiritum,qui viuificat.Rom.8, Lex spiritus vitæ.i.viuificantis. Causa autem quare datum sit nouum testamentum,per spiritum,subditur,Quia litera occidit occasionaliter.Nam litera legis dat solùm cognitionem peccati.Rom.3,Per legem autẽ cognitio peccati. ¶Ex hoc autem quòd cognosco peccatũ,solùm duo sequũtur.Nam lex dum per eam cognoscitur,non reprimit concupiscentiam:sed magis occasionaliter auget,inquãtum concupiscẽtia feruẽtius fertur in rem prohibitam. Vnde huiusmodi cognitio nõdum destructa causa concupiscẽtiæ occidit,hinc verò addit præuaricationem.Nam grauius est peccare contra legem scriptam & naturalem simul,q̃ contra legem naturalẽ solùm.Ro.7,Occasione accepta, non data,peccatum,&c.Licet autẽ occasionaliter occidat,inquãtum.s.auget concupiscẽtiam:& addit pręuaricationem, non tamen est mala lex vetus,quia ad minus prohibet mala.Est tamen imperfecta inquãtum non remouet causam.Est ergo lex sine spiritu interius imprimens legem in corde occasio mortis.Et ideo necessariũ fuit dare legem spiritus, qui charitatem in corde faciens viuificat.Ioan.6, Spiritus est qui viuificat. ¶Consequenter ex his ostendit dignitatem sui ministerii.Et circa hoc duo facit. Primò ostendit quòd ministerium noui testamenti præfertur ministerio veteris testamenti.Secundò quòd non solùm præfertur,sed quòd ministerium veteris testamenti,quasi nihil habet de gloria in comparatione ad nouum,ibi[Nam nec glorificatum,&c.]Circa primum duo facit.Primò ostendit q̃ ministerium noui testamenti prẽfertur veteri.Secũdò rationem huius assignat,ibi[Nam si ministratio,&c.]Circa primum sciẽdum est q̃ Apostolus argumẽtatur ex hoc quod habetur Exo.24,Vbi litera nostra habet q̃ Moyses habebat faciem cornutam,ita q̃ non possent,&c.Alia litera habet faciem splẽdidam,quod melius dicitur.Non enim intelligẽdum est eum habuisse cornua ad literam,sicut quidam eum pingunt: sed dicitur cornuta propter radios,qui videbantur esse quasi quædã cornua.Arguitur autẽ ex hoc sic.Et primò per vnum simile,& est locus à minori. Cõstat enim q̃ si aliquid quod minus est,habet aliquid de gloria,q̃ multò magis illud quod est maius. Sed vetus testamentum est minus,q̃ nouum,cùm ergo illud fuerit in gloria,ita vt non possent,&c.Videtur q̃ multò magis nouum est in gloria.Quod autem vetus testamentum minus sit nouo,probat tripliciter.Primò quãtum ad effectum,quia illud est testamentum mortis,istud vitę,vt dictum est.Et quãtum ad hoc,dicit,q̃ si ministratio mortis.i.vetus,quæ est occasio mortis:& hoc respondet ei quo dicitur,Litera occidit,&c.Secundò quãtum ad modum tradẽdi,quia vetus fuit tradita literis in tabulis lapideis:noua verò fuit impressa spiritu in cordibus carnalibus,& hoc innuit,cùm dicit,Literis deformata.i.perfectè formata,in lapidibus.i.in tabulis lapideis.Et hoc ei respõdet,quo dicitur,Non litera,sed spiritu,&c.Tertiò quãtum ad perfectionem, quia gloria veteris testamenti sine fiducia est,quia neminem ad perfectum adduxit lex.In nouo verò est gloria cum spe melioris gloriæ.s.sempiternæ.Esa.51,Salus mea in sempiternũ erit.Et hoc innuit,cũ dicit,Quæ euacuatur.Gal.5,Quòd si circũcidamini,Christus nihil,&c. Cõclusio ponitur,cùm dicit, Quomodo non magis, quod planũ est.Horum autẽ rationem assignat consequenter, cùm dicit[Nam si ministratio,&c.]Et est ratio sua talis,Gloria magis debetur iustitiæ q̃ damnationi,sed ministerium noui testamenti est ministerium iustitiæ,quia iustificat interius viuificando. Ministerium autem veteris testamenti,est ministerium dãnationis occasionaliter:suprà eodem,Litera occidit,spiritus autem viuificat.Cùm ergo ministratio dãnationis.i. ministratio veteris testamẽti quę occasionaliter est causa dãnationis,vt dictũ est, est in gloria quæ apparuit in facie Moysi: constat quòd multò magis abundat in gloria.i.dat abundãtem gloriam ministris eius ministerium iustitiæ.i.noui testamenti,per quod datur spiritus per quem est iustitia & consummatio virtutum. Prou.3,Sapientes gloriam possidebunt.Consueuerunt hoc in loco fieri quæstiones de comparatione Moysi & Pauli:sed si rectè considerentur verba Apostoli non sunt necessariæ:quia hîc non fit comparatio personæ ad personam,sed ministerii ad ministerium.Sed quia possent pseudo dicere quòd licet maius ministeriũ sit noui testamenti,quàm ministerium veteris testamenti:non tamen est multum magis,& ideo bonum est quòd illi ministerio & isti intendamus,quod & faciebant,quia simul seruabant legalia cum euãgelio. Ideo hîc consequenter Apostolus hoc improbat,cùm dicit [Nam nec glorificatum,&c.] Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit quòd ministerium noui testamenti absque aliqua comparatione excedit ministerium veteris.Secundò causam huius assignat,ibi [Si enim quod euacuatur,&c.] Dicit ergo,Dixi quòd ministerium iustitiæ abundat in gloria,& intantum quòd gloria veteris ministerii non est dicenda gloria:quia nec glorificatum,&c.quod dupliciter exponitur.Primo modo sic, Quia nec,& cæt.id est,illa gloria nihil est in

comparatione ad istam noui testamẽti,quia illa gloria nõ est omnibus ministris collata,sed solũ Moysi, & non claruit in toto Moyse,sed in parte.i.in facie solùm particulariter.Et ideo nec glorificatũ est.i.nec glorificari debet propter excellẽtem gloriam.i.cõparatione excellentis gloriæ noui testamenti, quæ abũdat gratia,vt per eam purificati homines possent videre nõ gloriam hominis,sed dei.Secundo modo,vt pũctetur sic,Nec glorificatum est quod claruit:quasi dicat,Nam in hac parte,i.in respectu huius naturæ particularis qui sumus serui,non est glorificatũ.i.non gloriosum illud quod claruit in veteri testamento:& hoc propter excellentem gloriam,quæ est in nouo,quia illa est gloria dei patris. Huius autẽ causam assignat consequenter,cũ dicit[Si enim quod euacuatur,&c.]Et est ratio sua talis.Illud quod datur vt trãseat,nihil est in respectu ad illud quod datur,vt semper maneat. Si ergo testamentum vetus quod euacuatur,tollitur.1.Cor.13, Cùm venerit quod perfectum est,euacuabitur &c.Per gloriam enim Moysi ministratũ saltem per particularem gloriam,cõstat quòd testamentum nouum manet:quia hîc inchoatur & perficitur in patria.Luc.21, Cælum & terra transibunt,verba autẽ mea non trãsibunt.Erit multò magis in gloria æterna in quo perficietur.Erit,inquam,nobis qui sumus huius ministri. Lectio 3.

HAbentes igitur talem spem,multa fiducia utimur:Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ut nõ intenderẽt filij Israel in faciem eius quod euacuatur,sed obtusi sunt sensus eorum.Vsq; in hodiernum enim diem, idipsum uelamen in lectione ueteris testamẽti manet non reuelatum(quoniam in Christo euacuatur)sed usq; in hodiernum diẽ,cùm legitur Moyses,uelamen positum est super cor eorum.Cùm autẽ cõuersi fuerint ad dominũ,auferetur uelamen.Dominus autem spiritus est.Vbi autẽ spiritus domini,ibi libertas.Nos uerò omnes,reuelata facie,gloriam domini speculantes,in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem,tanquam à domini spiritu.

¶Positis his quæ pertinẽt ad cõmendationem doni percepti à deo: hîc cõsequenter ponit ea quæ pertinet ad cõmendationem fiduciæ de ipso dono conceptæ.Circa hoc autẽ duo facit.Primò ponit fiduciam ex dono conceptam.Secũdò verò cõparat fiduciam veteris,& noui testamenti,ibi [Et non sicut Moyses.] Dicit ergo primò,Habẽtes igitur talem spem ex hoc.s.quòd nobis dictum est.s.videndi gloriam dei.Rom.8, Spe salui facti sumus. Multa fiducia vtimur.i. confidẽter operamur ea quæ pertinent ad vsum huius ministerii ex quo crescit nobis spes.Pro.28,Iustus quasi leo cõfidens absq; terrore erit.Hie.17, Benedictus vir qui cõfidit in domino. ¶Consequenter sicut prætulit donum dono,ita præfert fiduciam noui testamenti fiducię veteris testamenti,cùm dicit[Et non sicut Moyses,&c.]Et circa hoc duo facit. Primò proponit factũ in veteri testamẽto.Secundò exponit,ibi[Quod euacuatur,&c.]Factũ autẽ quod proponit legitur Exo.24,vbi dicitur q̃ Moyses quando loquebatur ad populũ,velabat faciem suam,quia propter claritatem vultus eius non poterãt respicere in eum filii Israel. Et ideo dicit,Et nõ sicut Moyses,&c.q.d. Dico q̃ vtimur fiducia & tanta quòd non accidit nobis, sicut Moyses faciebat eis.s.non velãdo faciem suam populo, quia nõdum venerat tempus reuelandi claritatem veritatis. Habemus ergo nos fiduciam absq; velamine. ¶Cõsequenter exponit hoc quod dixerat de velamine,dicẽs [Quod euacuatur,&c.] Velamen enim illud erat obscuritas figurarum quæ per Christum euacuata est.Et circa hoc tria facit.Primò enim ponit euacuationem huius velaminis.Secundò quomodo hæc euacuatio habet locũ in Iudæis,ibi[Sed obtusi &c.]Tertiò quomodo nõ habet locum in ministris noui testamenti,ibi[Nos verò reuelata &c.] Dicit ergo quòd Moyses ponebat velamen.s.figuræ,super faciem suam,quod.s.velamen euacuatur.i.tollitur per Christum.s.implendo in veritate , quod Moyses tradidit in figura:quia omnia in figura contingebant illis : sic enim Christus per mortem suam remouit velamen de occisione agni paschalis.Et ideo statim cùm emisit spiritũ, velum templi scissum est.Item in mittendo spiritum sanctum in corda credentium, vt intelligerent spiritualiter,quod Iudęi carnaliter intelligũt.Et hoc velamen remouit,cùm aperuit eis sensum,vt intelligerẽt scripturas. Luc. vlt.Qualem autem effectum habeat in Iudæis,hæc euacuatio ostendit,dicẽs[Sed obtusi &c.] Et circa hoc duo facit.Primò ostendit quòd remotum ab illis non fuit in statu infidelitatis. Secundò ostendit quòd remouebitur in eorum cõuersione,ibi[Cùm autẽ conuersus fuerit,&c.]Circa primum duo facit. Primò ostẽdit rationem quare hîc euacuatio habet effectum in Iudæis.Secũdò ex hoc ostendit eos adhuc habere velamen,ibi[Sed vsq; in hodiernum diem,&c.]Dicit ergo q̃ euacuatur in his qui credunt,sed non quantum ad Iudæos infideles,& ratio huius est,quia obtusi sunt sensus eorũ.i.ratio eorum hebes est,& sensus eorum imbecilles & obtusi sunt, nec possunt videre claritatem diuini luminis.i. diuinæ veritatis absque velamine figurarum.Et huius ratio est,quia claudũt oculos vt nõ videant, quia velum tẽpli scissum est.Et ideo est ex eorũ culpa infidelitatis,nõ ex defectu veritatis,qa remoto velamine omnibus aperiẽtibus oculos mẽtis p fidẽ clarissimè manifestatur.Ro.11,Cęcitas ex parte cõtingit in Israel.Io.9,In iudiciũ veni in hũc mũdũ,&c. Sic enim prophetauerat Esa.6.c.Excæca cor populi huius,&c.Et verè intãtum obtusi sunt sensus eorũ, vt veritatẽ nobis manifestatã vsq; in hodiernũ diem nõ intelligãt.Sed idipsum velamen quod erat in veteri testamẽto,anteq̃ velũ tẽpli scissum esset in lectione veteris testamẽti,quia nõ aliter intelligũt illud,q̃ antè, qa adhuc innitũtur figuris,vt veritatem nõ reuelẽt.i.nõ intelligãt:sic velamen dei non figurã,sed veritatẽ credunt,quod.s.euacuatur q̃tum ad fideles,& q̃tum in se est omnibus per Christum.i.in fide Christi,sed in eis non manet,quia nõ credunt venisse Christum. ¶Cõsequenter cùm dicit[Sed vsq; in hodiernũ diem,&c.] ostẽdit quomodo adhuc apud Iudæos est velamen q̃tum ad infideles,licet remotũ sit per Christum . Circa quod sciẽdum est q̃ velamen dicitur apponi alicui dupliciter.Aut quia apponitur rei visæ ne possit videri. Aut quia apponitur videnti ne videat,sed Iudæis in veteri lege vtroq; modo appositum erat velamen. Nã & corda eorũ excæcata erant ne cognoscerent veritatẽ propter eorum duritiem,& vetus testamẽtum nondum cõpletum erat,quia nõdum veritas venerat. Vnde in signum huius velamen erat in facie Moysi,& nõ in faciebus eorum : sed veniente Christo , velamen remotum est à facie Moysi , id est à veteri testamento: quia iam impletum est, sed tamen nõ est remotum â cordibus eorum.Et hoc est,quòd dicit[Sed vsq; in hodiernum diem.]Quasi dicat amotũ est à fidelibus veteris testamenti velamen.Sed adhuc cùm legitur Moyses,id est,cùm exponitur eis vetus testamentum.Actuũ 15, Moyses à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis , &c. Velamen, id est cæcitas est positum super cor eorum.

Roman.11,Cæcitas ex parte contingit &c. Quando autem & quomodo remouetur ab eis illud velamen, ostendit consequenter,cùm dicit[Cùm autem conuersus &c.] Et primò describit modum remouendi hoc velamen.Secũdò rationem huius reddit,ibi[Dominus autem spiritus &c.]Dicit ergo ꝙ illud velamen adhuc est in eis,sed non ꝙ vetus testamẽtum sit velatum,sed quia corda eorum velata sunt. Et ideo ad hoc vt remoueatur,nihil restat,nisi ꝙ conuertãtur,& hoc est quòd dicit,Cùm autem conuersus fuerit, scilicet aliquis eorum ad deum per fidem in Christũ ex ipsa conuersione auferetur velamen.Esa.10, Reliquiæ cõuertentur,&c.Et hoc idem habetur Rom.11. Et nota quòd cùm ageret de cæcitate,loquitur in plurali. Vnde dicit,Super corda eorum:cùm verò loquitur de conuersione,loquitur de singulari,dicens,Cùm autem conuersus, vt ostendat eorum facilitatem ad malum,& difficultatẽ ad bonum,quasi pauci conuertãtur.Ratio autem quare conuertãtur,& velamen remouetur,hoc modo est,quia deus vult. Posset enim dicere ꝙ velamen illud appositum est ex præcepto domini,& ideo non potest remoueri.Sed Apostolus ostendit ꝙ non solùm potest remoueri,immo quia remouetur per eũ qui est dominus : & hoc est quod dicit, Dominus enim,&c.Quod potest dupliciter legi.Vno modo vt spiritus teneatur ex parte subiecti,vt dicatur spiritus.i. spiritus sanctus.s.qui est author legis,est dominus.i.operatur ex proprio libertatis arbitrio. Ioã.3, Spiritus vbi vult spirat.1.Cor.12,Diuidens singulis prout vult.Vbi autẽ spiritus dei,ibi libertas.Quasi dicat, Quia spiritus est dominus,potest dare libertatem, vt possimus liberè vti scriptura veteris testamenti absq; velamine.Et ideo qui non habẽt spiritum sanctum,nõ possunt liberè vti.Gal.5,Vos in libertatem vocati estis. 1.Pet.2,Quasi liberi,non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.Alio modo, vt per dominum intelligatur Christus,& tunc legitur sic,Dominus.i.Christus est spiritualis.i.spiritus potestatis,& ideo vbi est spiritus domini.i.lex Christi spiritualiter intellecta non scripta literis,sed per fidem cordibus impressa, ibi est libertas ab omni impedimento velaminis. ¶ Sciendum autem ꝙ occasione istorum verborum.s. vbi spiritus domini,ibi libertas:& illorum.s.iusto lex nõ est posita:aliqui erroneè dixerunt ꝙ viri spirituales nõ obligantur præceptis legis diuinæ.sed hoc est falsum:nam præcepta dei sunt regula voluntatis humanæ.Nullus autẽ homo est,nec etiam angelus cuius volũtatem non oporteat regulari & dirigi lege diuina.Vnde impossibile est aliquem hominem præceptis dei non subdi.Hoc autem quod dicitur,Iusto lex non est posita, exponitur.i.propter iustos qui interiori habitu mouentur ad ea quæ lex dei præcipit,lex non est posita:sed propter iniustos,nõ quin etiam iusti ad eam teneantur.Et similiter,vbi spiritus domini, ibi libertas intelligitur:quia liber est qui est causa sui:seruus autem est causa domini:quicunq; ergo agit ex seipso,liberè agit: qui verò ex alio motus,nõ agit liberè.Ille ergo qui vitat mala,nõ quia mala,sed propter mãdatum domini, non est liber:sed qui vitat mala,quia mala,est liber.Hoc autem facit spiritussanctus,qui mentẽ interius perficit per bonum habitum,vt sic ex amore caueat,ac si præciperet lex diuina,& ideo dicitur liber, non quia subdatur legi diuinę,sed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciẽdum quod lex diuina ordinat. ¶ Dein de cùm dicit[Nos verò omnes &c.]ostẽdit quomodo Christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo,Dico ꝙ ab illis auferetur velamen hoc,cùm aliquis cõuersus fuerit sicut nos:non aliquis, sed omnes qui sumus Christi fideles.Luc.8,Vobis datum est,&c. Reuelata facie non habẽtes velamen supra cor, sicut illi:& intelligitur per faciem cor seu mens,quia sicut per faciem videt quis corporaliter,ita per mẽtem spiritualiter.Psal.Reuela oculos meos,&c.Gloriã domini nõ Moysi:gloria enim significat claritatem: vt dicit Aug.Iudæi autẽ videbãt quãdam gloriam in facie Moysi ex hoc ꝙ locutus est cũ deo: sed hæc gloria est imperfecta,quia nõ est claritas ex qua ipse deus est gloriosus: & hoc est cognoscere ipsum deũ: vel gloriam domini.i.filium dei.Prou.10,Gloria patris,filius sapiens &c. Speculãtes nõ sumitur hic à specula,sed a speculo.i.ipsum deum gloriosum cognoscentes per speculũ rationis , in qua est quædam imago ipsius:& hunc speculamur quãdo homo ex consideratione suiipsius assurgit in cognitionẽ aliquã de deo,& trãsformatur. Cùm enim omnis cognitio sit per assimilationem cognoscentis ad cognitũ , oportet ꝙ qui vident aliquo modo trãsformentur in deum.Et siquidẽ perfectè vidẽt,pfectè transformãtur:sicut beati in patria per fruitionis vnionem.1.Ioã.3,Cùm autẽ apparuerit &c.Si verò imperfectè,imperfectè,sicut hîc per fidẽ.1. Cor. 13,Videmus nunc per speculum & in enigmate,& ideo dicit,In eãdem imaginem.i.sicut videmus.Trãsformamur,inquam,à claritate in claritatem,in quo distinguit triplicem gradũ cognitionis in discipulis Christi.Primus est à claritate cognitionis naturalis in claritatem cognitionis fidei.Secũdus est à claritate cognitionis veteris testamẽti in claritatem cognitionis gratiæ noui testamenti.Tertius est à claritate cognitionis naturalis & veteris & noui testamenti in claritatẽ visionis æternæ.infrà 4,Licet is qui foris est,&c.Sed vnde est hoc?Non ex litera legis,sed tanquam à spiritu domini.Rom.8,Quicunque spiritu dei aguntur. Psal. Spiritus tuus deducet,&c.

Caput 4.

Agitur de vsu ministerij noui testamenti in bonis agendis: in malisq; tolerandis,et hîc quidẽ de vsu in bonis.

IDeo habentes hanc administrationem,iuxta quod misericordiam consecuti sumus,non deficimus: sed abdicamus occulta dedecoris:non ambulantes in astutia,neq; adulterantes uerbum dei: sed in manifestatione ueritatis,commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo.

¶ Ostensa dignitate ministerii noui testamenti, hîc consequẽter Apostolus determinat de vsu ministerii.Et circa hoc duo facit. Primò enim ostẽdit vsum huius ministerii qui debet esse in agẽdis bonis. Secundò illũ qui debet esse in malis patiẽter tolerãdis,ibi[Habemus autẽ thesaurum,&c.] ¶ Circa primũ duo facit.Primò ponit huius ministerii vsum.Secũdò obiectionem excludit,ibi[Quòd si &c.] Dicit ergo, Quia igitur huiusmodi ministerium est tantæ dignitatis in se & in ministris.Ideo nõ habẽtes hanc administrationem.i.hanc dignitatem administrãdi spiritualia.1.Cor.4,Sic nos existimet homo vt ministros.&c. Rom.11,Quandiu sum Gentium apostolus,ministerium &c.Habentes,inquam,non ex nobis, seu ex meritis nostris, sed iuxta quod misericordiam consecuti sumus à deo, id est, ex misericordia dei , quam in hoc consecuti sumus à deo.primæ Timoth.primo,Misericordiam consecutus sum,& cætera. ¶ Consequenter cùm dicit [Non deficimus,& cætera.] describit vsum huius ministerii , qui debet esse circa bona agenda : & hoc quantum ad duo . Primò quantum ad vitationem malorum . Secundò quantum ad operationem bonorum,ibi[In manifestatione,&c.] Docet autem vitari mala in vsu huius ministerii,& quãtum ad vitam,& quãtum ad doctrinam.Sed quantum ad vitam dupliciter.s.quantum ad operationem, & quãtum ad intẽtionem.Nam si quis vitat mala operari & bona intẽtione,perfectè vitat mala. In operatione autem vitatur malũ in aduersitate patienter mala sustinendo:& ideo dicit,Non deficimus per impatientiam.Gal. 6,Bonum autẽ facientes nõ deficiamus.2.Cor.1,Cùm infirmor,tunc fortior sum & potẽs.Vitatur etiam in prosperitate tẽperatè vtendo eis quæ prosperè succedunt:& ideo dicit,Sed abdicamus occulta dedecoris.i. amouemus à nobis quæ hominem turpem & dedecorosum faciũt.s.immũda & turpia,& etiam occulta,nõ solùm manifesta.Iac.1,Abiiciamus omnem immũditiam.Ephes.5, Quæ in occulto ab eis fiũt turpe &c.in intentione autem vitatur malum vitæ,sicut in intentione recta,& quãtum ad hoc,dicit,Non ambulãtes in astutia.i.in astutia &simulatione & hypocrisi,quod faciunt pseudo,qui aliud prætendunt exterius,& aliud gerunt interius in corde.Iob 36,Simulatores & callidi prouocãt iram dei. In doctrina autẽ vitatur malum quãdo verbum domini debito modo proponitur,& q̃tum ad hoc,dicit,Non adulterantes verbum. Quod dupliciter exponitur,vt patet suprà 2.Et primò non permiscẽtes doctrinæ Christi,falsam doctrinam,quod faciebant pseudo,dicẽtes legalia debere seruari cum euangelio.Secũdò non prædicantes propter lucrũ vel gloriã propriam .Et istorum primus est lupus.Secũdus mercenarius.Sed qui vera prædicat,& propter gloriam dei,est pastor.Vnde August. Pastor est amandus,lupus vitandus,sed mercenarius ad tempus toleran-dus.Sed quia non sufficit ad perfectã iustitiam solùm vitare mala, sed requiritur operatio bona,ideo consequenter subiungit de operatione bonorũ in ipso vsu huius ministerii.Et ponit triplex bonũ quod facit contra triplex malũ. Primum bonũ contra malum doctrinæ.Secũdum cõtra malũ operationis.Tertium cõtra malũ intẽtionis.Contra malũ doctrinæ quod debet vitari,facit bonũ manifestę veritatis.Et q̃tum ad hoc, dicit,In manifestatione veritatis.q.d.non deficimus,sed vitãtes mala ambulamus & proficimus in manifestatione veritatis.i. veritatẽ puram manifestamus.Ioan.19, Ad hoc natus sum,vt testimonium perhibeam veritati.Eccle.24,Qui elucidant me,vitam æternam habebunt.Cõtra malũ operationis faciunt bona opera:& q̃tum ad hoc dicit,cõmendantes nos,&c. Et circa hoc non facimus.dicendo de vobis bona, quia nõ de facili creditur ei qui seipsum cõmendat:sed operãdo bona: quia talia opera facimus, vt ex ipsis operibus reddamus nosmetipsos cõmendabiles ad omnem conscientiam hominum.1.Pet.2, Cõuersationem vestram inter Gentes,&c.Contra malum intẽtionis facimus bonum reddẽdo nos cõmendabiles, nõ solùm ad omnem conscientiam hominum,sed etiam coram deo,qui intuetur corda.infrà 10,Non enim qui seipsum cõmendat,ille probatus est,&c.Rom.12,Prouidẽtes bona,nõ solùm coram,&c.Et secũdum August.in glos.Apostolus implet in hoc mandatum domini.Mat.5,Sic luceat,&c.Item 6,Attendite ne iustitiam &c.Primum hoc quod dicit,Cõmendantes nos,&c.Secundum verò in hoc quod dicit, Coram deo.Rom.2,Non enim qui in manifesto,&c.Vel potest totum hoc magis secundum continuationem literę legi,sic vt dicatur,ideo habentes hanc ministrationem,iuxta quod,&c.Non deficimus,supple à bene operãdo, sed abdicamus &c. Et iterum, non deficimus in manifestatione veritatis, seruato tamen eodem modo exponendi sicut in prima lectura.

Lectio 2.

Ostenditur qbus euãgelium occultatur:occultationis causa assignatur ostẽdo hoc non esse ex defectu veritatis euãgelij: tandẽ docẽdo esse idẽ euãgelium ministrorũ noui testamenti cum euangelio Christi vt pote esse nũtiationẽ de Christo & ostenditur vnde sit vir tus illuminatiua euãgelij apostolorum.

Quòd si etiam opertum est euangelium nostrũ, in his qui pereunt, est opertum, in quibus deus huius seculi excæcauit mẽtes infidelium,ut non fulgeat illuminatio euãgelij gloriæ Christi,qui est imago dei. Non enim nosmetipsos prædicamus,sed Iesum Christum dominum nostrum:nos autem seruos uestros per Iesum: quoniã deus qui dixit de tenebris lucem splẽdescere,ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei in facie Christi Iesu.

Hîc cõsequẽter Apostolus respondet cuidã tacitæ obiectioni. Posset enim dici sibi ab aliquo, tu dicis ꝙ nõ deficitis in manifestatione veritatis Christi, sed hoc nõ videtur,quia multi cõtradicunt tibi.Huic ergo quæstioni respondet.Et circa hoc duo facit.Primò enim respondet quæstioni prædictę.Secũdò excludit quoddam dubium,quod videtur ex responsione sua sequi,ibi[Non enim nosmetipsos,&c.] Circa primum tria facit.Primò ostendit quibus occultatur veritas Christi.Secundò occultationis causam assignat,ibi[In quibus deus huius seculi.] Tertiò ostendit ꝙ hoc nõ est ex defectu veritatis euangelii vt occultetur,ibi [Vt nõ fulgeat,&c.]Dicit ergo,Dixi ꝙ non deficimus in manifestatione,quod.i.sed,si euangeliũ nostrum,quod.s. nos prædicamus,est opertum.i.occultum:non est opertum omnibus,sed illis tantùm qui pereunt.s. præbẽdo impedimentum ne eis manifestetur.1.Corin.1,Verbum crucis pereuntibus stultitia est,&c. Causa ergo huius occultationis est non ex parte euangelii,sed propter eorũ culpam & malitiam. Et hoc est quod subdit,In quibus deus huius seculi,&c.Et hoc potest exponi tribus modis.Primo modo sic.Deus huius seculi, id est,deus qui est dominus huius seculi,& omniũ rerum creatione & natura,iuxta illud Psalm.Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum.Excæcauit mentem infideliũ non inducendo malitiam , sed merito: immo demerito præcedentium peccatorũ subtrahendo gloriam.Esa.6,Excæca cor populi huius,&c. Vnde & præcedentia peccata insinuat,cùm dicit.Infideliũ quasi infidelitas eorum fuerit causa huius excæcationis.Secũdo modo sic.Deus huius seculi.i. diabolus qui dicitur deus huius seculi.i.seculariter viuentiũ non creatione,sed imitatione qua seculares eum imitantur.Sapient.2,Imitantur eum qui sunt,&c.Et hic excęcat suggerendo,trahẽdo,& inclinando ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis, operiuntur in tenebris peccatorũ ne videant.Ephe.4,Tenebris obscuratum habẽtes intellectum,&c.Tertio modo sic.Deus habet rationem vltimi finis,& cõplementum desideriorum totius creaturę.Vnde quicquid aliquis sibi pro fine vltimo constituit in quo eius desideriũ quiescit,potest dici deus illius. Vnde cùm habes pro fine delitias,tunc delitiæ dicũtur deus tuus.Similiter etiam si voluptates carnis vel honores.Et tunc exponitur sic, Deus huius seculi.i.illud quod homines seculariter viuentes sibi pro fine cõstituunt,vtputa,voluptates vel diuitiæ & huiusmodi.Et hic deus excæcat mẽtes inquantũ impedit ne homines lumen gratię hîc,& glorię in futuro videre possint.Psal.Supercecidit ignis.s.cõcupiscentiæ,vt nõ viderent solẽ.Sic ergo excęcatio infidelium non est ex parte euangelii,sed ex culpa infidelium.Et ideo subdit.Vt non fulgeat,&c.Vbi sciendũ est ꝙ deus pater est fons totius luminis.1.Ioan.1,Deus lux est,& tenebræ in eo,&c.Ex hoc autem fontano fo lumine deriuatur imago huius luminis.s.filius verbum dei.Hebr. 1,Qui cùm sit splendor,&c. Hic ergo

splẽdor gloriæ imago fontanosi lucis carnem nostram accepit, & multa glorioſa & diuina in hoc mũdo opera fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangelium: vnde & euangelium dicitur notitia claritatis Christi, quæ quidem notitia virtutẽ habet illuminatiuam. Sapien. 6, Clara est & quæ nunq̃ marcescit sapientia, &c. Et quidem quantum est de se in omnibus refulget, & in omnes illuminat, sed illi qui præbent impedimentum, non illuminantur, & hoc est quòd dicit, Ideo exæcauit mentes infidelium, vt. s. non effulgeat in eis. s. in mentibus infideliũ, licet in se effulgens sit illuminatio euãgelii illuminantis, quod quidem est illuminans, quia est gloria Christi. i. claritas. Ioan. 1, Vidimus glorjam, &c. Quæ quidem gloria prouenit Christo ex quo est imago dei. Colloſ. 1, Qui est imago inuisibilis dei. Nota secundum glo. ꝙ Christus perfectissima imago dei est. Nam ad hoc ꝙ aliquid perfectè sit imago alicuius tria requiruntur, & hæc tria pfectè sunt in Christo. Primũ est similitudo. Secũdum est origo. Tertiũ est perfecta æqualitas. Si em̃ inter imaginem, & eũ cuius est imago esset dissimilitudo & vnũ non oriretur ex alio, similiter etiãsi nõ sit æqualitas perfecta, quæ est secũdum eãdem naturam non esset ibi perfecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in denario nõ perfectè dicitur imago regis, quia deest ibi æqualitas secundũ eandem naturam, sed similitudo regis in filio dicitur perfecta imago regis, quia sunt ibi illa tria quæ dicta sunt. Cùm ergo ista tria sint in Christo filio dei, quia. s. similis patri, oritur à patre, & æqualis est patri, maximè & perfectè dicitur imago dei. ¶ Consequenter cùm dicit [Non enim nosmetipsos, &c.] Remouet Apostolus quoddã dubium. Posset enim aliquis contra prædicta dicere Apostolo. Suprà dixisti euãgelium vestrũ esse opertum, modo dicis euangeliũ Christi illuminare: si ergo detur ꝙ euangelium Christi sit illuminãs, non potest hìc sequi ꝙ opertum sit euangeliũ vestrum. Et ideo ad hoc remouendum, duo facit. Primò ostendit quòd idem est euangelium suum & Christi. Secundò ostendit vnde sit quòd euangeliũ suum sit illuminatiuum, ibi [Quoniã deus qui dicit, &c.] Dicit ergo primò. Dico ꝙ manifestatio claritatis Christi, est euangeliũ Christi & nostrum. Nostrum quidem tanquam per nos prædicatum: Christi verò, tanquam in ipso euangelio prædicati. Et hoc est ꝙ non prædicamus nosmetipsos, id est non commendamus nos, nec ad nos. i. ad laudem vel lucrum nostrum conuertimus prædicationem nostram, sed ad Christum totum referimus & laudem eius. 1. Cor. 1, Nos autem prædicamus Christum, &c. Psal. Vt annuntiem omnes prædicationes tuas non meas in portis, &c. Sed Iesum dominũ nostrum, nos autẽ seruos vestros per Iesum. q. d. Iesum prædicamus, vt dominum, nos autẽ vt seruos. Et huius ratio est, quia principaliter quærimus laudem Christi, & nõ nostram. Nam seruus est, qui est propter vtilitatem domini. Et inde est ꝙ minister ecclesiæ qui nõ quærit honorẽ dei, & vtilitatem subditorum non dicitur verus rector, sed tyrãnus. Nam quicunq; bene regit, debet esse sicut seruus quærens honorem, & vtilitatem subditorum. Gen. 25, Maior seruiet minori. 1. Cor. 9, Cùm essem liber, omniũ vestrum me seruum feci. ¶ Consequenter cùm dicit [Quoniam deus qui dixit &c.] ostendit vnde euãgelium suum habet virtutem illuminatiuam. Vbi nota ordinem procedẽdi seruatum ab Apostolo qui talis est. Nos aliquãdo. s. antequam conuersi essemus ad Christum eramus tenebrosi sicut & vos & alii in quibus non fulget claritas gloriæ Christi. Nunc verò postq̃ Christus vocauit & nos per gratiã suam ad se, tenebræ istæ remotę sunt à nobis, & iam fulget in nobis virtus gloriæ claritatis Christi, & intãtum refulget in nobis, quòd nõ solùm illuminamur ad hoc quòd videre possimus, sed etiã quòd alios illuminemus. Ex spirituali ergo gratia & abũdanti refulgẽtia claritatis glorię Christi in nos habet euãgelium nostrum virtutẽ illuminatiuã: & hoc est ꝙ dicit, Dico ꝙ ideo illuminat euãgelium nostrũ, quoniam deus qui dixit. i. præcepto solo fecit lucem splendescere, quod fuit in separatione elemẽtorum, quando chaos tenebrosum illuminauit per lucẽ quam fecit. Gen. 1, Dixit, fiat lux. Eccl. 24, Ego feci, vt in cœlis oriretur lux, &c. Iste, inquam, deus illuxit in cordibus. i. in mẽtibus nostris prius tenebrosis per absentiam luminis gratiæ & obscuritatẽ peccati. Luc. 1, Illuminare his qui in tenebris, &c. Illuxit, inquam, nõ solùm vt nos illuminaremur, sed ad illuminationem. i. vt & alios illuminemus. Ephe. 3, Mihi omniũ sanctorum minimo data est, &c. Mat. 5, Vos estis lux, &c. Ad illuminationem dico scientiæ. i. vt faciamus alios scire. Dico claritatis dei. i. claræ diuinæ visionis. In facie Iesu Christi. Glo. i. per Iesum Christũ qui est facies patris, quia sine ipso nõ cognoscitur pater: sed melius dicitur sic, Ad illuminationem sanctę claritatis dei, quę quidẽ claritas fulget in facie Christi Iesu. i. vt per ipsam gloriam & claritatem cognoscatur Christus Iesus. q. d. in summa ad hoc deus illuxit nobis ad illuminationẽ, vt ex hoc Iesus Christus cognoscatur & prædicetur in Gentibus.

Hìc agitur de vsu ministerij noui testamẽti quãtũ ad tollerantiã malorũ: ostendẽdo in primis causam quare tribulationibus à deo exponãtur, & ꝙ ipse sc. illis habẽt patienter, tandem assignatur huius patiẽtiæ ratio.

Lectio 3.

Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus: ut sublimitas sit uirtutis dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur, sed nõ derelinquimur. Humiliamur, sed non confundimur. Deiicimur, sed non perimus. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

¶ Suprà tractauit de vsu ministerii noui, testamenti quantũ ad bona agenda: hìc consequenter tractat de vsu eius quãtum ad tollerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit tollerantiã malorum, quæ patiebantur. Secundò verò hoc manifestat, ibi [Semper enim nos qui viuimus, &c.] Circa primũ tria facit. Primò ponit causam quare tribulationibus exponantur à deo. Secundò ostendit ꝙ in istis tribulationibus patiẽter se habeant, ibi [In omnibus tribulationẽ patimur, &c.] Tertiò verò rationem huius patientię assignat, ibi [Semper mortificationem Iesu, &c.] Dicit ergo, Deus illuxit mentibus nostris ad illuminationem aliorũ, quæ quidem lux est maximus thesaurus. Sapient. 7, Infinitus enim thesaurus, &c. Esa. 33, Diuitiæ salutis sapientia, &c. Istum autem maximũ thesaurum non habemus in prætioso loco, sed in re vili & fictili: & ratio huius est, vt. s. deo efficacia eius tribuatur. Et hoc est ꝙ dicit. Habemus thesaurum istum, id est, lucem illã qua alios illuminamus in vasis fictilibus. i. in corpore fragili & vili. Psal. Ipse cognouit figmentum nostrum. Hier. 18, Sicut lutum in manu figuli, sic & in manu, &c. Esa. 64, Et nunc domine pater noster es tu, nos verò lutum. Ideo habemus in vasis fictilibus, vt sublimitas istius lucis sit virtutis dei. i. deo attribuatur, & nõ ex nobis credatur esse. Nam si essemus diuites, si potentes, si nobiles secundum carnem, quicquid magnũ faceremus non deo, sed nobisipsis attribueretur. Nunc verò quia pauperes & contẽptibiles sumus huiusmodi sublimitas deo, & non nobis attribuitur. Et ideo vult nos deus contemptui haberi, &

tribulationibus exponi. Deutero. 32, Ne dicerent manus nostra excelsa. &c. Et 1. Corint. 1, Vt non glorietur omnis caro, &c. Sapient. 12, Misisti antecessores tuos ne dicerent, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [In omnibus tribulationibus', &c.] Ostendit eorum patientiam in iis quæ patiuntur. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit mala quæ patiuntur in generali. Secundò enumerat ea in speciali, ibi [Aporiamur, & non destituimur, & cæt.] Dicit ergo. Verè habemus hunc thesaurum in vasis fictilibus: quia in omnibus tribulationem patimur, quasi dicat, Nullus modus tribulandi deest nobis. Actuum 14, Per multas tribulationes, &c. Nec mirum, quia vt dicitur Lucæ vltimo, Oportuit Christum pati, & sic intrare, &c. Et licet sic tribulemur, non tamen angustiamur. Et loquitur ad similitudinem viatoris, qui quando non patet ei via qua exeat de aliquo arcto loco, angustiatur. q. d. Homines qui solùm in mundo confidunt, angustiãtur, si vndiq; à mundo tribulãtur, quia non patet eis via remedii, cùm nõ sperẽt nisi de mundo. Sed nos licet tribulamur in mundo, quia tamen confidimus de deo & speramus in Christo, patet nobis via euasionis & auxilii à deo, & ideo non angustiamur. ¶ Consequenter cùm dicit [Aporiamur, &c.] Enumerat tribulationes in specia li. Sunt autem quatuor in quibus homines consueuerunt tribulari, & in istis tribulati sunt. Apostoli. s. in re bus exterioribus, in quietudine status, in læsione famæ, & in afflictione proprii corporis. Quãtum ergo ad primum dicit, Aporiamur. i. depauperamur. Aporos enim Grecè, Latinè dicitur pauper. q. d. Adeo pauperes sumus vt necessaria desint. 1. Cor. 4, Vsq; ad hãc horam esurimus, &c. Sed non destituimur à deo qui est thesaurus noster. Diuitiæ enim non quẽrũtur propter se, sed propter sufficientiam vitæ. Vnde homines qui sine dei auxilio & spe sunt, si careant diuitiis, destituũtur: sed qui solùm de deo cõfidunt, & sperant quantũcunq; aporiãtur, non destituũtur. infrà 6, Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Sed nec sufficit, immò cùm hoc inquietamur, persecutionem patimur. s. de loco ad locum. Matt. 24, Persequentur vos. Sed non relinquimur à deo quin præbeat auxilium. Heb. vlt. Non te deseram, &c. Psal. Sperent in te qui nouerunt te, &c. Sed & cum hoc lædimur in fama, quia humiliamur. i. contẽnimur, & pro nihilo reputamur. Io. 16, Venit hora vt omnis qui interficit vos, &c. Mat. 5, Beati eritis, &c. Sed quia quãdo quis contemnitur, & causa contẽptus, subest, ille qui cõtemnitur, consueuit confundi: quando verò causa non subest, non cõfunditur, & istis nõ suberat causa contẽptus: ideo dicit, Non confundimur. q. d. Quia non subest causa, non curamus. Psal. In te domine speraui non cõfundar, &c. Sed quasi hæc pauca sint, addit ad tribulationis exaggerationẽ, dicens, Deiicimur ad mortis pericula, sed nõ perimus. i. à bono non cessamus, vel nõ perimus: quia deus sustentat nos. Iob 11, Cùm te consumptum putaueris, &c. 1. Cor. 4, Tanquam purgamẽta huius mundi, &c. Psal. Aestimati sumus sicut oues, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Sẽper mortificationem, &c.] Subdit rationẽ huius patientiæ. Circa quod sciẽdum est ꝙ in Christo talis fuit processus. Nam à principio suæ cõceptionis carnem habens passibilẽ, & passus mortuus fuit, sed tamen interius viuebat spirituali vita. Post resurrectionem verò illa spiritualis & glorioſa vita vsq; ad corpus deriuata est, & factum est ipsum corpus glorioſum & immortale, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, &c. Vnde ex hoc accipitur duplex status in corpore Christi. s. mortis & gloriæ. Et ideo dicit, Quòd ideo pericula mortis & passiones patiẽter sustinemus, vt perueniamus ad glorioſam vitam. Et hoc est quòd dicit, Ita sustinemus semper. i. in omnibus, & vbiq; mortificationẽ Iesu. i. propter Iesum, vel ad similitudinem mortis Iesu. Gal. vlt. Stigmata domini Iesu, &c. Quia propter veritatem passi sumus, sicut & Iesus, in corpore nostro non solùm in mẽte. Psal. Propter te mortificamur tota die. Vt vita Iesu. i. vita gratiæ quam Iesus dat: vel vita gloriæ ad quam Iesus per passiones peruenit. Luc. 24, Nõne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriã. i. manifestè appareat etiam inimicis. Dicit ergo in futura. s. resurrectione, vel etiam nunc vita gloriæ in cordibus nostris, nõ solùm in animabus. Iudi. 7, Fractis lagũculis apparuerunt lucernæ. Et idcireo dicit Amb. Nõ timebat mori propter resurrectionem promissam. Circunferentes. i. vbiq; portantes & sustinẽtes, quia quocunq; eamus, patimur, & nõ cædimus. Et hoc ideo vt vita Iesu quæ latet nunc in corde nostro, in corporibus nostris manifestetur, quando. s. reformabit corpus humilitatis nostrę, &c. Phil. 3. Col. 3, Mortui estis & vita vestra, &c. 2. Tim. 2, Si commortui sumus & conuiuemus.

Manifestatur spes gloriæ quã habent ministri noui testamenti, ostendendo se portare christi mortificationẽ & eiusdẽ vitã, & qd inde sequatur.

Lectio 4.

Semper enim nos qui uiuimus, in mortẽ tradimur propter Iesum: ut & uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, uita autem in uobis. Habentes autem eundem spiritũ fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes, quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet uobiscum. Omnia enim propter uos, & gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam dei.

Ponitur etiã hìc causa certitudinis spei & ipsa certitudo.

¶ Posita patientia apostolorũ in malis, & causa patientiæ ostensa: hìc Apostolus consequenter manifestat ea, & primò manifestat id quod dixit de spe gloriæ. Secundò verò id quod dixit de sua patientia, ibi [Propter quod non deficimus, &c.] Circa primũ duo facit. Primò manifestat spem gloriæ quam habet. Secũdò ostendit vnde hæc spes sibi proueniat, ibi [Habentes autẽ eundẽ, &c.] Circa primũ tria facit. Primò ostẽdit quomodo mortificationẽ Iesu in corpore suo portet. Secundò verò manifestat quomodo portet vitã Iesu, ibi [Vt & vita, &c.] Tertiò manifestat quid ex hoc sibi & aliis proueniat, ibi [Ergo mors, &c.] Dicit ergo primò. Dico ꝙ portamus mortificationẽ in corporibus nostris, nõ ꝙ moriamur, sed quia nos, qui viuimus corporali vita vel virtutibus, semper tradimur in mortẽ, vel in pericula mortis. Et hoc quidem propter Iesum. Psal. Aestimati sumus sicut oues, &c. Qualiter autẽ vitã Iesu portemus in corpore, exponit subdens, ita. s. vt vita Iesu immortalis & impassibilis manifestetur in carne nostra nunc mortali, ita vt caro nostra mortalis recipiat immortalitatẽ in resurrectione. 1. Cor. 14, Oportet autem mortale hoc induere, &c. Sed ex hoc quid proueniat, subdit, dicẽs, Ergo mors operatur. i. exercet dominiũ suum in nos. Vita autem. s. præsens operatur in vobis, quia estis in prosperitate, iuxta illud 1. Corin. 4, Nos stulti, &c. Vt mors operetur in nobis magnũ bonum. s. consecutionem vitæ spiritualis, sed vita terrena quã amatis, operatur in vobis magnum malum. s. mortẽ æternam. Prouer. 10, Opus iusti ad vitã, &c. Ioan. 12, Qui amat animã suam in hoc mundo, &c. Vel aliter. Duo fuerunt in Christo, mors corporalis & vita spiritualis. Dicit itaq;, Ergo mors, &c. q. d. in nobis non solùm vita spiritualis operatur, inquantũ imitamur spiritualiter, sed etiam mors ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratur.i.propter ſpem reſurrectionis,& propter amorem Chriſti, veſtigia mortis Chriſti in nobis apparẽt, inquantum paſsionibus mortis exponimur.Pſal.Propter te mortificamur tota die,ſed in vobis operatur ſolùm vita Chriſti,per quam vitam fides plãtatur in vobis & vita ſpiritualis.Vnde autem proueniat Apoſtolo hæc ſpes certitudinis,ſubdit,dicens[Habẽtes autem,& cætera.]Et circa hoc duo facit. Primò ponit cauſam certitudinis.Secundò concludit ipſam certitudinem,ibi[Scientes quoniam qui,&c.]Cauſa autem huius certitudinis eſt ſpiritus infundens fidem in cordibus eorum. Vnde primò ponit cauſam hanc. Secundò verò manifeſtat eam per exẽplum,ibi [Sicut ſcriptũ eſt,&c.] Dicit ergo ex hoc ſperamus,& nõ deficimus, quia ſumus habentes eũdem ſpiritũ fidei quem antiqui habuerunt:quia licet tẽpora mutata ſint, ſpiritus tamen & fides nõ eſt mutata,niſi q̃ illi credebãt Chriſtũ venturum & paſſurum,nos autem credimus ipſum veniſſe & paſſum fuiſſe.Et hic ſpiritus eſt ſpirit⁹ſanctus,qui eſt ſpiritus fidei.1.Cor.12,Hæc autẽ omnia operatur vnus atq; idẽ ſpiritus,&c.Et ibidẽ,Alteri fides in eodẽ ſpiritu. Hunc ergo ſpiritũ habentes,quẽ antiqui habuerũt, facimus eadẽ quæ illi & credimus.Illi autẽ quid fecerint,dicit Pſal.Credidi.ſ.deo & pfectè. Et hoc omnes antiqui fecerũt.Heb.11,Hi omnes teſtimonio fidei,&c.propter quod.ſ.credidi,locutus ſum i.cõfeſſus ſum fidẽ.Ro.10, Corde creditur ad iuſtitiã,&c. Quod etiam nõ facimus,quia propter hoc quod credimus,loquimur,& cõfitemur fidem,& prædicamus.Act.4,Nõ enim poſſumus quę vidimus,& audiuimus nõ loqui.Spiritus ergo ſanctus eſt cauſa huius certitudinis.Vltimò ergo cõcludit cõcluſionẽ intẽtam.ſ. ipſam certitudinẽ.Et primò de ſalute propria.Secũdò de ſalute aliorũ,ibi[Et cõſtituet vobiſcũ,&c.] Dicit ergo,Scientes.i.certã ſciẽtiam habentes,quoniam qui ſuſcitau t Ieſum.i.deus pater vel tota trinitas, & nos cum Ieſu ſuſcitabit,vt.ſ.ſumamus eãdem gloriã cum Ieſu:quia cùm ſimus mẽbra eius,debemus eſſe cum capite.Ioã.12, Volo pater,vt vbi ego ſum,illic ſit & miniſter meus,&c.Ro.8,Qui ſuſcitauit dominũ Ieſum à mortuis ſuſcitabit,&c.Et nõ ſolũ ſum certus de ſalute noſtra,ſed etiã de veſtra:quia cõſtituet nos vobiſcũ.i. ſimul erimus:quia ſicut nos ſumus mẽbra Chriſti,ita & vos per nos.1.Theſ.4, Et ſic ſemper cum domino erimus.Mat.24,Vbicũq; fuerit corpus,&c.& ideo dicit vobiſcũ,vt animet eos ad bonum,inquãtum oſtendit eos nõ eſſe inferiores,ſed pares.Et bene hoc poſſum certè dicere,quia omnia ſunt propter vtilitatẽ veſtram.Nam omnia quæ ſuſtinemus,omnes gratiæ,quas recipimus à deo ſunt propter vos.ſ.inſtruendos noſtro exẽplo.Et hoc ideo vt gratia abundans à nobis,in vos abundet per multos in gloriam dei.i.multi agãt gratias deo ſuper beneficio tãto.Epheſ.5,Gratias agẽtes deo & patri,&c. Lectio 5.

Inſinuatur bonorũ miniſtrorũ patiẽtia,patiẽtiæ remuneratio et eiuſdem cauſa.

PRopter quod non deficimus:Sed licet is qui foris eſt,noſter homo corrumpatur,tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,non contemplantibus nobis quæ uidentur,ſed quæ non uidẽtur.Quæ enim uidentur,temporalia ſunt: quæ autem non uidentur,æterna ſunt.

¶Poſita patientia quam apoſtoli habebãt in tribulationibus, & præmio quod expectabant manifeſtato: hîc conſequenter agit de patientiæ cauſa & patientię modo ſeu ratione.Et circa hoc tria facit.Primò enim inſinuat ſanctorũ patientiam.Secundò patientiæ cauſam,ibi[Non contẽplantibus nobis,&c.] Tertiò patientiæ remunerationẽ,ibi[Id enim,&c.]Circa primum intẽdit oſtendere q̃ ſanctorum patientia eſt inuincibilis.Et hoc eſt quod dicit[Propter quod.].ſ.quia ſumus ſcientes,q̃ qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, ſuſcitabit nos & cõſtituet nobiſcum,ideo nõ deficimus. ſ.in tribulationibus.i. non deducimur ad hoc quòd nõ poſsimus propter Chriſtũ amplius ferre & ſuſtinere.Nam deficere idẽ eſt quòd ferre non poſſe.Hier.20, Defeci ferre non ſuſtinui.Cauſa autẽ quare non deficimus eſt,quia licet quantum ad aliquid deficiamus. ſ. quantum ad exteriorem hominẽ, tamen quantum ad aliquid ſemper renouamur.ſ. quãtum ad interiorem hominem:Et hoc eſt quod dicit[Sed licet is qui foris eſt,&c.] ¶Vbi ſciendũ eſt q̃ occaſione iſtorum verborum hæreticus Tertulianus nomine,dixit q̃ anima rationalis quæ eſt in hominis corpore,habet corpoream figurã & membra corporea,ſicut & corpus habet:& hoc dicitur homo interior: corpus verò cũ ſenſibus ſuis dicitur homo exterior.Quod quidẽ falſum eſt.Vnde ad intellectum huius verbi,ſciendum eſt, q̃ etiam ſecundũ Philoſophum in Ethi.& ſecundum conſuetudinẽ loquendi.Vnumquodq; dicitur eſſe illud, quod eſt principalius in ipſo,puta,quia in ciuitate principalius eſt poteſtas & conciliũ,id quod facit poteſtas & conciliũ dicitur tota ciuitas facere.Principalius autẽ in homine poteſt aliquid iudicari,& ſecundũ veritatem& ſecundũ apparentiam,ſecundũ veritatem quidẽ principalius in homine eſt ipſa mens.Vnde ſecũdum iudiciũ ſpiritualiũ virorum mẽs,dicitur homo interior:ſecundũ apparentiam verò principalius in homine eſt corpus exterius cũ ſenſibus ſuis:vnde ſecundum iudiciũ illorũ qui tantùm corporalia & ſenſibilia cõſiderant & terrena ſapiũt,quorũ deus venter eſt:corpus cum ſenſibus dicitur,homo exterior,Et ideo ſecundum hunc modum loquitur hîc Apoſtolus,dicens[Licet homo noſter,ſcilicet corpus cum natura ſenſitiua corrũpatur in tribulationibus,ieiuniis & abſtinẽtiis & vigiliis.Rom.6.Vetus homo noſter ſimul, &c. Abac.3,Ingrediatur putredo,&c.Tamen is homo qui intus eſt.ſ. mens,ſeu ratio munita ſpe futuri præmii, & firmata munimine fidei,renouatur.Quod ſic intelligẽdum eſt, Vetuſtas enim eſt via ad corruptionem. Heb.8,Quod antiquatur & ſeneſcit,&c.Natura autẽ humana fuit in integritate condita,&ſi in illa integritate permanſiſſet,ſemper eſſet noua:ſed per peccatũ incepit corrũpi:quo fit, quòd quicquid cõſecutum eſt ſicut ignorãtia,difficultas ad bonum,& pronitas ad malũ,pœnalitas & alia huiuſmodi,totũ pertinet ad vetuſtatẽ.Cùm ergo natura humana huiuſmodi peccatum ſequẽtia deponit,tunc dicitur renouari.Quæ quidem depoſitio hîc incipit in ſanctis,ſed perfectè cõſummabitur in patria.Hîc erim deponitur vetuſtas culpæ,nã ſpiritus deponit vetuſtatẽ peccati & ſubiicitur nouitati iuſtitiæ.Hîc intellectus deponit errores & aſſumit nouitatem veritatis:& ſecũdum hoc is qui intus eſt homo.ſ.anima,renouatur.Ephe.4,Renouamini in ſpiritu mentis veſtrę.Sed in patria tolletur etiã vetuſtas pœnę,Vnde ibi erit cõſummata renouatio.Pſal. Renouabitur vt aquilæ,&c.Sed quia ſancti quotidie proficiunt in puritate cõſcientię & in cognitione diuinorũ,ideo dicit[De die in diẽ.]Pſal.Aſcenſiones in corde ſuo. Sic ergo patientia eſt inuincibilis,quia renouatur de die in diem. Tertiũ principale,eſt huius patiẽtiæ cauſa,& eſt recogitatio præmii,quæ eſt efficaciſſima,quia ſecũdũ Gre.Recogitatio pręmii diminuit vim flagelli.Et hoc eſt quòd dicit[Id enim quod,&c.]

quaſi dicat,Nihil ſunt tribulationes quas hîc patimur,ſi reſpiciatur ad gloriã,quam ex eis cõſequimur.Vnde cõparat ſtatum ſanctorũ qui ſunt in vita iſta ad ſtatũ eorum qui ſunt in patria, & ponit quinq; in vtroq; ſtatu correſpõdentia ſibiinuicem.Nam primò ſtatus iſtius vitę in ſanctis eſt ſtatus,quantũ in ſe eſt paruus, & quaſi imperceptibilis.Vnde dicit,Id.i.minimũ. Eſa. 54, Ad punctũ in modico dereliquite. Item tranſitorium.Vnde dicit,In præſenti.i.in vita iſta,quæ eſt in afflictionibus & erũnis.Iob 7,Militia eſt vita hominis,&c.Item tẽporis breuitas.Vnde dicit,Momẽtaneum.Eſa.54,In momento indignationis abſcõdi faciẽ meam parũper à te,&c. Nam totũ corpus huius vitæ cõparatum ad æternitatem,nõ eſt niſi momẽtum.Itẽ eſt leuis:vnde dicit leue.Nã licet ſuprà.1.dicatur,Grauati ſumus ſupra modũ,quia.ſ.graue eſt corpori,tamẽ ſpiritui charitate feruẽti leuiſsimum eſt. Aug. Omnia grauia & immania facilia & propè nulla facit amor. Item eſt pœnoſus,& ideo dicit,Tribulationis.Mich.7,Iram domini portabo,&c. Sed q̃tum ad ſtatum beatitudinis ponit quinq;,quia cõtra hoc quod dicit,Id,ponit ſupra modũ.i.ſupra menſurã. ¶Sed cõtrà,Mat. 16,Reddet vnicuiq; iuxta opera ſua.Nõ ergo ſupra mẽſuram.Reſpõdeo,dicẽdum eſt,quòd ly ſed,nõ deſignat æqualitatem quãtitatis,vt.ſ.q̃tum quis meruit,tãtum præmietur,ſed deſignat æqualitatem proportionis,vt.ſ.qui plus meruit,plus præmii accipiat.Itẽ contra id quod dicit,In præſenti,ponit,In ſublimitate.i.in ſtatu ſublimi abſq; perturbatione.Eſa.58,Suſtollã te ſuper altitudinẽ nubium,&c.Cõtra id quod dicit,momẽtaneum,ponit,æternum.Eſa.35,Lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ,&c.Cõtra id quod dicit,leue,ponit põdus.Et dicit põdus propter duo.Pondus enim inclinat & trahit ad motũ ſuum quæ ſubſunt ſibi. Sic gloria æterna erit tãta q̃ totũ hominẽ facit glorioſum,& in anima & in corpore nihil erit in homine quod nõ ſequatur impetũ glorię.Vel dicitur,põdus,propter pretioſitatem.Nã pretioſa ſolùm põderari conſueuerunt.Contra hoc quòd dicit,tribulationis,ponit,Gloriæ,vel hoc,q̃ dicit,gloriæ,poteſt eſſe cõmune ad alia quatuor quæ de ſtatu patriæ dicũtur.Hoc verò quòd dicit,tribulationis,ad quatuor quæ de ſtatu prẽſentis vitæ dicta ſunt.Operatur ſupra id.ſ.q̃ tribulationes patimur: nã hæc ſunt cauſa & meritũ,quare deus iſtam gloriã nobis cõferat.Eſt ergo ſanctorũ patiẽtia inuincibilis,eorũ remuneratio ineffabilis:ſed remunerationis eorũ recõpenſatio recta & delectabilis. Vnde dicit, Non contẽplantibus nobis,&c.q.d. Licet hæc quæ ſperamus ſint futura,& interim corpus noſtrũ corrũpatur,nihilominus tamen renouamur,quia nõ attendimus ad iſta tẽporalia,ſed ad cæleſtia.Et hoc eſt q̃ dicit,Operatur in nobis põdus gloriæ,nobis,dico,non cõtemplãtibus.i.nõ attendẽtibus ad ea quæ videtur.i.ad terrena:ſed ad ea quæ non videtur.ſ.cæleſtia. Phili.3, Quæ retrò ſunt obliuiſcẽs,&c.1.Cor.2,Oculus nõ vidit,&c.Et quare cęleſtia contẽplamur?quia ea quę videtur.i.terrena,ſunt tẽporalia & trãſitoria:ea autẽ quæ nõ videtur.ſ.cæleſtia,ſunt æterna.Eſa.49,Salus autem mea in ſempiternum erit. Caput 5.

Hîc ponitur præmiũ expectatũ, & ſecundò exprimitur deſiderium præmij expectati.

SCimus autem quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur,quòd ædificationẽ ex deo habemus,domum non manufactam,ſed æternam in cælis.Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cælo eſt,ſuperindui cupientes:ſi tamen ueſtiti & non nudi inueniamur.Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo,ingemiſcimus grauati,eo q̃ nolumus expoliari,ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt,à uita.

¶Poſtquam Apoſtolus cõmendauit miniſterium noui teſtamenti & quantũ ad dignitatem, & quantũ ad vſum:conſequenter hîc cõmendat illud quantum ad præmiũ,licet de præmio quantum ad aliquid aliqualiter & incõpletè ſuprà tractauit:hîc tamen de hoc cõpletè tractat.Circa quod tria facit.Primò enim agit de præmio.Secundò verò de præparatione & præmii ſuſceptione,ibi [Et ideo cõtendimus ſine,&c.] Tertiò verò de cauſa vtriuſq;.ſ.præparationis & præmii qđ expectatur,ibi [Omnia autẽ ex deo qui reconciliauit, &c.]Circa primũ duo facit. Primò ponit præmium quod expectatur. Secundò exprimit deſiderium præmii expectati,ibi [Nam in hoc ingemiſcimus,&c.]Sed quia præmiũ quod expectatur eſt ineſtimabile.ſ.gloria cæleſtis,& ideo dicit[Scimus quoniã,&c.]quaſi.d.ſecundũ Glo.Verè operatur in nobis pondus glorię, quia in corporibus erit hæc gloria,nõ tantùm in animabus. Enim.i.quia,ſcimus.i.certi ſumus, quia iam habemus in ſpe,quoniã ſi terreſtris domus noſtra.i.corpus.Homo enim,vt dictũ eſt,dicitur mẽs,cùm ſit principalius in homine:quæ quidẽ mens ſe habet ad corpus,ſicut homo ad domũ. Sicut enim deſtructa domo nõ deſtruitur homo eã inhabitans,ſed manet,ſic deſtructo corpore,nõ deſtruitur mens ſeu anima rationalis,ſed manet.Corpus ergo terreſtre dicitur domus habitationis.i.in qua habitamus. Iob 4, Qui habitant domos luteas,&c.[Diſſoluatur].i.deſtruatur.[Scimus,inquã,q̃ habemus ædificationẽ].i.ędificiũ ex deo.i. paratum à deo.Aedificium,dico,domũ non manufactã.i.non opere hominis,nec opere naturæ:ſed corpus incorruptibile,quod aſſumemus:quod quidẽ nõ eſt manufactũ.quia incorruptibilitas in corporib⁹ noſtris prouenit ſolũ ex operatione diuina.Phi.3,Reformabit corpus humilitatis noſtræ,&c.[Domũ ętẽrnã].i.domũ ab ętẽrno prępãratã.Eſa.33,Tabernaculũ quod nequaq̃ deſtruetur in cęlis.Mat.5,Merces veſtra copioſa eſt in cælis.Hãc autem cõmutationem, vt.ſ.pro terreſtri domo habeãt cæleſtem, deſiderabat Iob,dicẽs, 14, Cũctis diebꝰ quibus nũc milito,expoſitio eſt ſecũdum glo.Sed tamen nõ eſt ſecũdum intellectũ apoſtolicũ,nec præcedẽtibus,nec ſequẽtibus cõcordat.Nã ipſe cùm habeat vnã materiam cõtinuam de qua loquitur,nõ interponit aliã.Et ideo videamus quid intẽdat Apoſtolus dicere. ¶Sciẽdum eſt autẽ q̃ Apoſtolus vult hîc oſtẽdere q̃ ſancti rationabiliter ſuſtinẽt tribulationes,ex quib⁹ vita prẽſens corrũpitur:quia ex hoc ſtatim perueniũt ad gloriã,nõ ad glorioſum corpus,vt dicitur in glo.Et ideo dicit,Ideo ſuſtinuimus enim.i. quia ſcimus.i.q̃ certo habemus,quoniã ſi terreſtris domus noſtra hui⁹ habitationis.i. corpus diſſoluatur.i. corrũpatur per mortẽ:habemus ſtatim nõ in ſpe,ſed in re,meliorẽ domum.ſ.ædificationẽ,domum nõ manufactã.i.gloriam cęleſtẽ,non corpus glorioſum. De hac autẽ domo dicitur Io.14,In domo patris mei mãſiones multæ,&c. Quæ quidẽ eſt ex deo non manufacta,quia gloria æterna eſt ipſe deus.Pſal.Eſto mihi in deum protectorẽ & in domũ,&c.Et æternam ad literã,quia ipſe deus eſt æternus.In cęlis.i.in excelſis,quia ſtatim corrupto corpore anima ſancta cõſequitur hãc gloriã nõ in ſpe,ſed in re.Si ergo pręmiũ ſanctorũ eſt admirabile & deſiderabile,quia gloria cæleſtis eſt:ideo cõſequenter ſubiũgit, deſideriũ ſanctorum ad ipſum prædictũ præmiũ,dicẽs[Nam in hoc ingemiſcimus,&c.]Vbi tria facit.Primò exprimit deſideriũ gratię ad prędictum

ipsum.Secūdò ostendit ꝙ desideriū gratię retardatur ex desiderio naturæ,ibi[Nā & qui sumus in taberna culo,&c.]Tertiò ostēdit quomodo desiderium gratiæ vincit desideriū naturę,ibi[Audētes igitur,&c.]Sed desideriū gratiæ est cum feruore.Nam in hoc ingemiscimus,&c.q.d.hæc est vera probatio ꝙ habemus do mū nō manufactā: quia si desideriū naturæ nō est frustrà,multò minus desideriū gratiæ frustrà est. Cùm igi tur nos habeamus feruētissimum desideriū gratiæ de gloria cęlesti,impossibile est ꝙ sit frustrà:& hoc est ꝙ dicit,Ingemiscimus.i.ingemēdo desideramus,in hoc.s.animæ desiderio retardati. Heu mihi,quia incolatus meus,&c.In hoc enim ꝙ cupiētes sumus.i.cupimus superindui habitationē nostrā.i.fruitionem glorię quę de cęlo est.i.cęlestis quę dicitur habitatio,quia in ipsa gloria sancti habitāt sicut in suo cōsolatorio.Mat.25, Intra in gaudiū domini tui.Per hoc autē ꝙ dicit superindui,dat intelligere,ꝙ illa domus cælestis de qua su prà dixerat,nō est aliquid ab homine separatū,sed aliquid homini inhęrēs. Nō enim dicitur homo induere domū,sed vestimētum:domū autem dicitur aliquis inhabitare.Hæc ergo duo cōiungit,dicēs,superindui ha bitationē,per quod ostēdit ꝙ illud desideriū est aliquid inhærens,quia induitur:& aliquid cōtinens & exce dens,quia inhabitatur.Sed quia nō simpliciter dixit,indui,sed superindui,rationē sui dicti subdit,dicens[Si tamen vestiti & nō nudi inueniamur.]q.d.si anima indueretur habitatione cælesti quòd nō exueretur habi tatione terrena.i.nō corrūperetur corpus nostrū per mortē, sed cælestis adeptio illius habitationis esset su perinduitio.Sed quia oportet ꝙ euacuetur habitatione terrena,ad hoc ꝙ induatur cęlesti,nō potest dici su perinduitio,sed induitio simplex,Et ideo dicit [Si tamen vestiti & nō nudi inueniamur.]q.d.superinduere mur quidē si inueniremur induti,& nō nudi. Nudus enim nō dicitur superindui,sed indui tātùm.Glo.verò aliter exponit de vestimēto spirituali,dicēs,Cupimus superindui,quod vtiq; fiet,tamē hac cōditione,si nos inueniamur vestiti.s.virtutibus & nō nudi.s.virtutibus.De istis vestibus dicitur Col.3,Induite vos sicut ele cti dei,&c.q.d. Nullus ad illā gloriā peruenit nisi habeat virtutes, q̄ quidē expositio nō videtur cōcordare intētioni Apostoli.Sic ergo desideriū gratię feruet ad prēmiū,sed tamē retardatur à desiderio naturæ,quod ostēdit,cū dicit,Nam dū sumus in tabernaculo isto,&c.Vbi primò ponit conditionē desiderii naturalis.Se cūdò ostēdit ꝙ etiā hic status desiderii naturalis est à deo,ibi[Qui autē efficit nos,&c.]Cōditio autē desi derii est naturalis retardās desideriū gratiæ,qa vellemus inueniri vestiti & nō nudi.i.ita vellemus ꝙ anima peruenire ad gloriā ꝙ non corpus corrūperetur per mortē.Cuius ratio est, quia naturale desiderium inest animæ esse vnitam corpori,aliās mors nō esset pœnalis, & hoc est quòd dicit[Nam nos qui sumus in taber naculo].i.qui habitamus in isto mortali corpore.2. Petr.1,Scio quòd velox sit depositio tabernaculi mei. Ingemiscimus.i.intus in corde,non solùm extrà in voce gemimus.Esa.59,Vt colūbæ meditātes gememus, quia durū est cogitare mortē,& tamen grauati quasi aliquo existēte cōtra desideriū nostrum,eoꝙ nō possu mus puenire ad gloriā,nisi deponamus corpus quod est ita cōtra naturale desideriū:vt dicit Aug.ꝙ nec ip sa senectus à Petro timorē mortis auferre potuit.Et ideo dicit,Eo ꝙ nolumus spoliari.s.tabernaculo terre no,sed superuestiri gloria supercælesti.Vel secūdum glo.corpore glorioso.Sed quia posset videri indecens, quòd corpus ex vna parte esset corruptibile ex sui natura, si non fuisset ante dissolutum: & ex parte gloriæ esset glorioſum,subdit modū quomodo fieri vellet,dicens, vt absorbeatur quod mortale est,&c. q.d. Non sic superuestiri volumus ꝙ corpus remaneat mortale, sed ita ꝙ gloria auferat ex toto corruptionem corpo ris absq; corporali dissolutione.Et ideo dicit,Absorbeatur quod mortale est.i. ipsa corruptio corporis à vi ta.s.gloriæ.1.Cor.15,Absorpta est mors in victoria tua,&c. Lectio 2.

Ostenditur author sup naturalis desiderij habitatiōis cælestis esse de us, dando nūc ꝑ arrā ſpiritū ſancti, ostendi tur etiā incōpoſibilitas deſiderij naturalis de non moriēdo ad deſiderium ſupnatura le de habitādo cælo: et ꝓbatur, ſimiliter oſtēditur de ſideriū ſup naturale vi cere natura le, & præparatio ad præmiū per pugnā con tra tentationē & ꝑ exercitium bonorū ope rum.

Qui autem efficit nos in hoc ipsum,deus,qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper,& scientes,quoniam dum sumus in hoc corpore,peregrinamur à domino.Per fidem enim ambulamus,& non per speciem. Audemus autem & bonam uoluntatem habemus magis peregrinari à corpore,& præsentes esse ad dominum.Et ideo contendimus,siue absentes,siue præsentes placere illi.Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi:ut referat unusquisque propria corporis prout gessit,siue bonum,siue malum.

¶ Hic ostendit authorē supernaturalis desiderii de habitatione cælesti.Causa enim naturalis desiderii quo nolumus expoliari est,quia.s.anima naturaliter vnitur corpori & cōuerso.Sed hoc ꝙ cælestē inhabitatio nem supindui cupiamus nō est ex natura:sed ex deo.Et ideo dicit, Qui autē efficit nos in hoc, &c.q.d. Vo lumus supinduere cælestē habitationē ita tamē ꝙ nō spoliemur terrena,& tamē hoc ipsum ꝙ volumus sic superuestiri,efficit in nobis deus.Phil.2,Deus est qui operatur in nobis,&c. Cuius ratio est, quia quālibet naturā consequitur appetitus cōueniens fini suæ naturæ, sicut graue naturaliter tendit deorsum & appetit ibi quiescere.Si autē sit appetitus alicuius rei supra naturā suam,illa res nō mouetur ad illum finē naturaliter,sed ab alio quod est supra naturā suam. Constat autē ꝙ perfrui cælesti gloria & videre deum ꝑ essentiam,licet sit rationalis creaturæ,est tamen supra naturā ipsius:nō ergo mouetur rationalis creatura ad hoc desiderandū à natura,sed ab ipso deo qui in hoc ipsum efficit nos,&c.Sed quomodo hoc efficit subdit,dicens,Qui dedit pignus,&c.Circa quod sciendū est ꝙ deus efficit in nobis naturalia desideria & supnaturalia.Naturalia quidē quando dat nobis spiritū naturalem cōuenientē naturæ humanæ.Gen.1, Inspirauit in faciē eius,&c.Supnaturalia verò dat quādo infundit in nobis supnaturalem spiritū.s.spiritū sanctū.Et ideo dicit, Dedit nobis pignus spiritus. i. spiritū sanctū causantē in nobis certitudinē huius rei quā desideramus impleri.Ephe.1,Signati estis spiritu ꝓmissionis sancto,&c.Dicit autē pignus,quia pignus debet tantū valere q̄tum valet res ꝓ qua ponitur:sed in hoc differt à re pro qua ponitur,quia pleniori iure possidetur res quādo iam habetur quā pignus:quia res possidetur vt quid suū, pignus verò seruatur & tenetur quasi pro certitudine rei habendæ.Ita est de spiritu sancto,quia spiritussanctus tantū valet quantū gloria cęlestis,sed differt in modo habēdi:quia nūc habemus eū quasi ad certitudinē consequēdi illam gloriā. In patria verò habebimus vt rē iam nostrā,& à nobis possessam.Tūc enim habebimus pfectè,modò impfectè.Sic ergo re tardatur desideriū gratiæ,à desiderio naturæ.Sed nūquid impeditur?Nō,sed desideriū gratię vincit.Et hoc est quod dicit. Audēter igitur,&c.q.d.Duo desideria sunt in sanctis.Vnū quo desiderant cælestē habitationem,aliud quo nolūt expoliari.Et si hæc duo essent cōpossibilia,non essent cōtraria,& vnū non retardare tur ab alio.Sed Apostolus ostendit ea esse incōpossibilia, & ꝙ oportet ꝙ vnum vincat alterū. Vnde circa

hoc tria facit. Primò enim ostēdit incōpossibilitatē dictorū desideriorum.Secūdò interponit quādam ꝓbationē,ibi[Per fidē em̄,&c.]Tertiò ostēdit qd horū vincat,ibi[Audem⁹ autē,&c.] Incōpossibilitatē ostēdit cū dicit[Audētes igitur,&c.]Audere,ꝓpriè est immiscere se in pericula mortis,& nō cedere propter timo rē.Licet autē sancti naturaliter timeāt mortē:tamen audent ad pericula mortis,& nō cedūt timore mortis. Prou.28,Iustus quasi leo cōfidens.Eccl.48,In diebus suis nō pertimuit principē. ¶ Et sciētes.s.sumus hoc quod cōfirmat in nobis audaciā,vt ꝓ Christo mori non timeamus,q̄m dum sumus in hoc corpore mortali peregrinamur.i.elōgamur à deo.Psa.Heu mihi quia incolatus,&c.Peregrinamur,inquā,qa sumus extra pa triā nostrā qui deus est,aliàs nō diceremur peregrinari ab eo.Et hoc nō est ex natura nostra, sed ex eius gra tia.Quòd autē peregrinamur à domino ꝓbat,cū dicit,Per fidē enim ambulamus.i.procedimus in vita ista per fidē & nō ꝑ speciē.i.nō per pfectā visionē.Fidei enim verbū,est sicut lucerna à qua illuminamur ad am buládum in vita ista.Psa.Lucerna pedibus meis verbū,&c.In patria autē nō erit huiusmodi lucerna,quia ip sa claritas dei.i.ipse deus illuminabit illā. Et ideo tūc per speciē.i. ꝑ essentiā videbimus eum.Dicit autē,Per fidē ambulamus,quia fides est de nō visis.Est enim fides substātia sperādarum rerū, argumētum nō apparē tium.Heb.11,Quādiu autē anima corpori mortali vnitur,nō videt deū per essentiā.Exo.33,Nō videbit me homo,&c.Vnde inquātum assentimus, credēdo his q̄ nō videmus,dicimur ambulare per fidē & nō per spe ciem.Sic ergo patet duorū desideriorū incōpossibilitas:quia nō possumus cum hoc corpore superindui cæ lestē habitationem,& probatio huius,quia ꝑ fidē ambulamus. ¶ Sequitur cōsequenter victoria vnius desi derii de duobus.s.desideriū gratię,cùm dicit[Audemus,&c.]Et debet resumi,sciētes suprà positū,quia litera suspēsiua est,vt dicatur sic.Hoc,inquā,sciētes quia dū sumus in hoc corpore,&c.Audemus & bonā volūta tem habemus.Duo dicit quorū vnum importat repugnātiam quam habet in volēdo quæ fit ꝑ timorē mor tis.Vbi enim nō est timor,nō est audacia.Nam ex appetitu naturæ surgit timor mortis, ex appetitu gratiæ surgit audacia.Ideo dicit,Audemus.Aliud importat imperfectionē animi in desiderādo,quia nisi bene desi deraretur,nō vinceretur timor mortis,cùm sit valde naturalis.Et ideo non solùm oportet audere,sed bonā volūtatem habere.i.cū gaudio velle.Licet enim secūdū Philosophū,in actu fortitudinis nō requiratur gaudiū ad perfectionem virtutis sicut in aliis virtutibus,sed solū nō tristari:tamen quia fortitudo sanctorū pfe ctior est,nō solū nō tristātur in periculis mortis,sed etiā gaudēt. Phil.1,Habēs desideriū dissolui,&c.Sed qd audemus?Magis peregrinari à corpore ꝑ corporis dissolutionē,quod est cōtra desideriū naturæ,& præsentes esse ad dominū.i.ambulare ꝑ speciē quod est desideriū gratiæ.Hoc desiderabat Psal.qui dicebat, Sitiuit anima mea ad deū,&c.Et nota ꝙ hic cōcludit eadē duo q̄ proposuit in principio suprà eo.c.s.ꝙ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod idē est ꝙ hic dicit peregrinari à corpore,& ꝙ habemus habitationē in cælis nō manufactā,& hoc quod idē est præsentes esse ad deū.Cōfutatur ꝑ hæc verba error dicētium animas sanctorū decedētium nō statim post mortē deduci ad visionē dei & eius præsentiā,sed mo rari in quibusdā māsionibus vsq; ad diē iudicii. Nā frustrà sancti auderēt & desiderarēt peregrinari à corpo re,si nō essent pśentes ad deū.Et ideo dicēdum est ꝙ sancti statim post mortē vident deū ꝑ essentiā,& sunt in cælesti māsione.Sic ergo patet ꝙ præmiū quod sancti expectāt est inestimabile. ¶ Sequitur de preparatione ad præmiū quæ fit ꝑ pugnā contra tētationes & per exercitiū bonorum operū,& hoc est quod dicit, Ideo cōtendimus,&c.Præparātur autē sancti ad hoc præmiū tripliciter.s.placēdo deo. Secundò ꝓficiendo proximo,ibi[Sciētes autē timorē dei.]Tertiò abdicando à se carnales affectus,ibi[Itaq; nos,&c.]Deo autem placēt resistēdo malis,& ideo dicit Ideo,quia.s.totū desideriū nostrū est ꝙ simus præsentes deo.Contēdimus.i.eū conatu nitimur seu studemus cū pugna & luctа cōtra tentationes diaboli carnis & mūdi.Lu. 13,Cōtendite intrare ꝑ angustam portā,&c.Placere illi.s.deo ad quē desideramus esse præsentes, & hoc si ue absentes,siue præsentes illi sumus:quia nisi studeamus ei placere in vita ista dum sumus absentes nō po terimus ei placere,nec esse ei præsentes in alia vita.Sap.4,Placens deo factus dilectus,&c. ¶ Cōsequenter cùm dicit[Omnes enim nos manifestari,&c.]subdit causam quare sancti cōtendūt placere deo,quæ quidē causa sumitur ex cōsideratione futuri iudicii,vbi nos oēs manifestari oportet.Ponit autē Apostolus quinq; cōditiones futuri iudicii.Primò enim ponit ipsius vniuersalitatē : quia nullus excipietur ab illo iudicio.Et ideo dicit,Omnes nos.i.oēs homines bonos & malos,magnos &ꝑuos.Ro.14, Omnes stabimus ante tribunal Christi.Apoc.20,Vidi mortuos pusillos & magnos stātes in conspectu agni,&c. ¶ Sed contra hoc obiicitur dupliciter.Primò,quia videtur ꝙ infideles nō venient ad iudiciū,nam qui non credit iā iudicatus est,vt dicitur Io.3.Secūdò,quia quidam erūt,ibi vt iudices.Mat.19,Sedebitis sup sedes, &c. Non ergo oēs erunt ante tribunal vt iudicētur. Respōsio,dicendū ꝙ in iudicio duo erūt.s.discussio meritorū,& quātū ad hoc nō oēs iudicabuntur:quia illi qui totaliter abrenunciauerūt sathanæ & pōpis eius,& ꝑ omnia adhæserunt Christo,nō discutiētur,quia iā dii sunt.Illi verò qui in nullo adhæserunt Christo,nec per fidē nec per opera,similiter nō indigent discussione,quia nihil habēt cū Christo: sed illi qui cū Christo aliquid habēt.s. fidem,& in aliquo recesserunt à Christo.s.per mala opera & praua desideria, discutiētur de his quæ contra Christū commiserunt.Vnde quantū ad hoc soli Christiani peccatores manifestabūtur ante tribunal Christi.Itē erit in iudicio prolatio sentētię,& quantū ad hoc oēs manifestabūtur.Sed de pueris nō videtur,quia dicitur vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit,sed pueri nihil gesserūt in corpore,ergo,&c.Sed hoc soluit glo.quia nō iudicabūtur pro his quæ ipsi gesserunt ꝑ se,sed de his quæ gesserūt per alios dū per eos crediderūt vel nō crediderūt,baptizati vel nō baptizati fuerunt.Vel dānabuntur ꝓ peccato primi parentis.Secūdò verò ponit iudicii certitudinē.In iudicio hominū multi decipi possunt,dū quidā iudicantur mali,qui tamē sunt boni & cōuerso.Et huius ratio est,quia nō manifestantur corda,sed in illo iudicio pfectissima certitudo erit,quia erit ibi manifestatio cordiū.Vnde dicit,Manifestari.1.Cor.4,Nolite ante tēpus iudicare,&c.Tertiò ponit iudicii necessitatē, quia nec ꝑ interpositā personā , nec per contumaciā poterit quis effugere iudiciū illud.Vnde dicit, Oportet.i.necessariū est.Iob 19,Scitote esse iudiciū.Eccl.vlt.Cuncta quæ fiūt adducet deus,&c.Quartò ponit iudicis authoritatē.Vnde dicit,Ante tribunal Christi,vt.s.veniat ad iudicandū homines in eadē forma in qua iudicatus est ab hominibus,vt existēs in forma humana vi

Iudicij futuri quinq; cōditiones.

An pueri sint futuri in iudicio.

deatur à bonis & malis. Mali enim nõ possunt videre gloriã dei. Ioan. 5, Potestatem dedit ei iudicium facere &c. Tribunal autem dicit iudiciariam potestatem, & sumptum est ab antiqua cõsuetudine Romanorũ, qui elegerunt tres tribunos plebis, ad quorum officiũ pertinebat diiudicare excessus cõsulum & senatorum, & loca istorũ vocabãtur tribunalia. Quintò ponit iudicis æquitatẽ, quia secundum merita propria erunt præmia vel pœnę. Vñ dicit, Vt referat vnusquisq; &c. Ro. 2. Reddet vnicuiq; secũdum opera sua. Et dicit corporis, nõ solùm pro his q̃ fecit motu corporis, sed ꝓ his quæ mẽte gessit, aliàs infideles non punirẽtur. Et ideo cùm dicit, corporis, intelligẽdum est. i. pro his quæ gessit dum vixit in corpore. Lectio 3.

Ostendit Apostolus se solicitũ de proximorũ salute eis suadẽdo & causam suæ solicitudinis assignãdo.

Scientes ergo timorẽ domini, hominibus suademus, deo autẽ manifesti sumus. Spero autẽ & in conscientiis uestris manifestos nos esse. Non iterum cõmendamus nos uobis, sed occasionẽ damus uobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, uobis. Charitas enim Christi urget nos æstimantes hoc: quoniã si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

¶ Ostẽso qualiter sancti se præparãt ad præmiũ æternæ gloriæ placẽdo deo: hîc ostẽdit cõsequẽter quomodo præparãt se ad hoc proficiẽdo ꝓximo. Et circa hoc duo facit. Primò ostẽdit sollicitudinẽ suã quã habet de salute proximorũ. Secũdò verò huius sollicitudinis causam assignat, ibi [Charitas Christi, &c.] Circa primũ tria facit. Primò ponit curã quã habet de salute proximorũ persuadẽdo eis. Secũdò excludit quãdam falsam suspitionẽ, ibi [Nõ iterũ nos, &c.] Tertiò ostẽdit q̃ etiã in modo docẽdi ꝓximorũ vtilitatẽ intẽdat, ibi [Siue em mẽte, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ponit studiũ suum de vtilitate proximorũ. Secũdò manifestat hoc, ibi [Deo autẽ, &c.] Dicit ergo, Dico q̃ oportet nos manifestari ante tribunal, &c. Et hæc cõsideratio inducit homines ad timẽdum iudiciũ. Et ideo dicit [Sciẽtes ergo timorẽ domini]. i. q̃ purè & castè timẽdus sit dñs Iesus Christus suademus hominibus, vt timeãt & credãt. Iob 23, Cõsiderans cũ timore solicitor. Hie. 10, Quis nõ timebit te ô rex gẽtium. Esa. 8, Dominũ exercituũ ipsum sanctificate, &c. Sed quia aliquis posset dicere q̃ nõ ex gratia, sed ex cõmodo suo suadebat hominib⁹. Et ideo manifestat hoc esse falsum duplici testimonio. s. dei. Vñ dicit, Deo autem manifesti sumus. s. ex timore dei loquimur. Deus em̃ videt intentionẽ cordis nostri. Hie. 17, Prauũ est cor hominis & inscrutabile & q̃s cognoscet illud? Ego dñs, &c. Io. 2, Ipse sciebat, &c. Itẽ testimonio cõsciẽtiarum ipsorũ. Vñ dicit, Spero autẽ in cõscientiis vestris, &c. & verè spero, q̃a sic me exhibui. vt vos scire possitis nos esse probatos: & firmiter hoc tenere, & si non cõfiteamini ore: suprà 4, Cõmendãtes nosmetipsos ad omnẽ cõsciẽtiam, &c. ¶ Cõsequenter q̃a possent credere q̃ hoc dixerit Apost. ad cõmendationẽ propriã, remouet hãc suspitionẽ falsam, dicẽs [Nõ iterũ nos cõmendamus vobis]. i. non dicimus hoc ad cõmendationem nostrã, vt quasi iterũ velimus nos cõmendare: suprà em̃ 3. & etiã 1. Cor. 3. aliqua dixerat ad cõmẽdationem suã. Et ideo dicit, Iterũ: infrà 10, Non em̃ qui seipsum cõmendat, &c. Sed hoc dicimus ꝓpter vtilitatẽ vestram. q. d. Damus vobis occasionẽ gloriãdi. i. materiã gloriãdi. Pseudo enim per elationem gloriabãtur, dicẽtes se fuisse doctos ab Apostolis, qui fuerũt à dño. s. à Petro & Iacobo, qui erãt colũnę fidei detrahẽtes in hoc Apostolo, quasi non fuerit cũ domino Iesu, & volentes eius doctrinã destruere. Vt ergo & Corinthii haberẽt in quo gloriarẽtur cõtra ipsos pseudo. s. de gratia Apostolo data, & vt eos refellãt, & nõ seducãtur ab eis: ideo dicit hoc. Vñ subdit [Vt habeatis ad eos.]. i. contra eos, vel ad eos reprimẽdos quid possitis dicere. Ad eos dico qui in facie gloriãtur, & nõ in corde. Quod tripliciter exponitur sic, In facie gloriãtur. i. exterioribus obseruãtiis legalibus, q̃a ad literã docebãt seruare legalia. Et in corde. i. in virtute Christi quæ est in corde, q̃a in spiritualibus, sicut Apost. qui in virtute Christi dicebat, Mihi autẽ absit gloriari, &c. Item in facie gloriabãtur. i. in cõspectu hominũ, sicut hypocritę faciunt, & non in corde. i. in testimonio conscientiæ, sicut Apostolus. Vnde dicit, Gloria nostra hæc est, &c. Vel in facie gloriãtur, quia aliqua prætendebãt exterius, quæ tamen non ita sentiebant interius in corde. s. q̃ dicebãt se doctos ab apostolis, & sequerentur eorũ doctrinam quam nitebantur destruere. Patet ergo qualiter Apostolus in docendo proximorũ salutem procurabat. ¶ Sequitur videre quomodo ipsorũ salutem procurabat etiã in modo docẽdi. Vnde dicit [Siue enim mẽte, &c.] Quod exponitur dupliciter: vno modo sic, vt Apost. dicat se excedere quãdo loquitur eis cõmendãdo se sobriũ esse, quãdo loquitur de cõmendatione ꝓpria, secũdum hoc dicit, Quocũq; modo doceamus, vel est honor dei, vel vtilitas ꝓximi, quia si excedimus mẽte. i. cõmẽdamus nos deo. s. est. i. ad honorem dei, vel de seruãdo iudicio dei: siue sobrii sumus. i. nõ alta dicamus de nobis. Hoc est vobis. i. ad vtilitatẽ vestram. Sed aliter & est magis literalis sensus. Dico q̃ damus vobis occasionem gloriãdi pro nobis, q̃a nos in omnibus quæ facimus, & etiã in modo faciendi intẽdimus bonũ vestrum. Vnde sciẽdum q̃ Apostoli sunt medii inter deum & populum. Deut. 5, Ego sequester medius fui, &c. Oportebat ergo q̃ haurirent à deo quod effunderent populo. Et ideo necessarium erat q̃ quandoq; eleuarent se per contẽplationem in deum ad percipiendum cælestia, quandoq; conformarent se populo ad tradendum quæ à deo pereceperant, & hoc totum in eorum vtilitatem cedebat. Et ideo dicit, Siue enim excedimus mente. i. eleuamur ad hoc q̃ percipiamus dona gratiarũ, & hoc vt deo. s. vniamur quod fit per excessum rerũ tẽporalium. Psal. Ego dixi in excessu meo. Dyonys. Est enim extasim faciens diuinus amor, &c. Siue sobrii simus. i. cõmensuremus nos vobis tradendo diuina præcepta. Hoc est vobis. i. ad vtilitatem vestram. Sobrietas enim idẽ est q̃ cõmensuratio. Bria enim in Græco idem q̃ mensura. Hæc sobrietas nõ opponitur ebrietati quæ est de vino quæ ad bella trahit in terra, sed opponitur ebrietati quæ est à spiritu sancto quæ rapit hominem ad diuina, de qua dicitur Can. 5, Bibite amici & inebriamini charissimi. Nã illa. s. sobrietas est ꝓpter vtilitatẽ proximi: sed hæc ebrietas est propter amorẽ dei. Huiusmodi autẽ descensus signatus est per descensum angelorũ per scalam quam vidit Iacob. Gen. 28. Io. 1, Videbitis cælum apertum, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Charitas autẽ Christi, &c.] Subiungit Apostolus causam præmissæ sollicitudinis quæ quidem est charitas Christi. Circa hoc autem duo facit. Primò ostẽdit se vrgeri à charitate Christi ad procurandam salutem proximorum. Secundò ostendit vnde prouocetur charitas Christi in ipso, ibi [Estimantes hoc, &c.] Dicit ergo. Dico quòd siue excedimus deo, siue sobrii simus vobis est ad vtilitatẽ vestram. Et huius causa est, quia charitas Christi vrget nos ad hoc. Et dicit, vrget, quia vrgere idem est quòd

stimulare.

stimulare. q. d. Charitas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciendum ea quæ charitas imperat, vt. s. ꝓcuremus salutem proximorum. Hic est effectus charitatis. Ro. 8, Qui spiritu dei aguntur. i. agitantur &c. Can. 8, Lampades eius vt lampades ignis &c. Vnde autem proueniat iste stimulus charitatis, ostendit consequenter subdens, Estimantes hoc quoniam si vnus &c. Et primò affirmat rationẽ huius. Secundò exponit, ibi [Et pro omnibus mortuus est &c.] Dicit ergo, Dico q̃ omnia pro vobis facim⁹, quia vrget nos charitas Christi, quia æstimamus, q̃ si vnus. s. Christus pro omnibus mortuus est, q̃ etiam nos ita viuamus, id est ad vtilitatem vestrã, q̃ etiam nobis mortui simus, id est nihil curemus de nobis, sed de Christo & de his quæ Christi sunt. Et hoc est quod dicit, Si vnus. Ro. 5, Commendat deus suam charitatem in nobis &c. 1. Pe. 2, Christus passus est pro nobis &c. Quod ergo infertur, Ergo omnes mortui sunt, exponitur tribus modis. Primò vt dicatur omnes mortui sunt, morte peccati in Adam. Non enim esset necessarium q̃ Christus pro omnibus moreretur, nisi omnes mortui fuissent morte peccati in Adam. 1. Corin. 15, Sicut in Adã omnes, &c. Secũdò vt dicatur, Omnes mortui sunt, scilicet veteri vitæ. Christus enim mortuus est ad delenda peccata. Ergo omnes debẽt mori veteri vitæ, scilicet peccati, & viuere vita iustitiæ. Ro. 6, Quòd enim mortuus est peccato &c. ita & vos æstimate vos mortuos esse &c. Tertiò & magis literaliter. Ergo mortui sunt omnes, id est ita debet se quilibet reputare ac si esset mortuus sibiipsi. Col. 3, Mortui estis &c. Et hunc modum exponit consequenter cùm dicit. Et pro omnibus mortuus est Christus. 1. Io. 2, Mortuus est vt viuamus Christo. Vnde subdit, Vt & qui viuit. s. vita naturali, iam non sibi viuat. i. non propter seipsum & propter bonum suum tantùm, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. s. Christo. i. totam vitam suam ordinet ad seruitium & honorem Christi. Gal. 2, Viuo ego iam non ego &c. Ecc. 29, Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris &c. Et horũ ratio est quia vnusquisque operam sumit regulã operis sui à fine. Vnde si Christus est finis vitæ nostræ: vitam nostram debemus regulare, non secundum voluntatem nostram, sed secundum voluntatem Christi. Sic enim & Christus dicebat Ioan. 6, Descendi de cælo non vt facerem voluntatem meam &c. Nota autem q̃ duo dicit. s. q̃ mortuus est Christus & q̃ resurrexit pro nobis: vbi duo exiguntur à nobis. Quia enim mortuus est pro nobis. & nos debem⁹ mori nobisipsis. i. pro ipso obnegare nos ipsos. Vnde dicebat. Luc. 9, Qui vult venire post me abneget semetipsum &c. Quia verò Christus resurrexit pro nobis, & nos debemus ita mori peccato, & veteri vitæ, & nobisipsis, quòd tamen resurgamus ad nouam vitã Christi. Rom. 6, Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate &c. Et propter hoc dominus non dixit solùm, abneget semetipsum & tollat crucem suam, sed addidit & sequatur me, scilicet in nouitate vitæ proficiendo in virtutibus. Psalm. Ibunt de virtute in virtutem &c.

Lectio 4.

Itaque, nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nũc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.

¶ Posito quomodo sancti præparant se ad susceptionem gloriæ cælestis placendo deo & proficiendo proximo. Hîc consequenter ostendit qũo præparant se ad hoc idem abdicãdo à se carnalẽ affectũ. Et circa hoc tria facit. Primò ponit abdicationem carnalis affectus. Secundò excludit instantiam, ibi [Et si cognouimus &c. Tertiò concludit intentum, ibi [Si qua ergo in Christo &c.] Dicit ergo primò, Ex quo ergo à deo certi sumus de gloria æterna, ita q̃ nos ex hoc neminem secundum carnem nouimus. Vbi nota quòd secundum carnem est quædam determinatio, & potest dupliciter exponi, secundum quòd dupliciter constructio fieri potest. Vno modo vt ly, secundum carnem, construatur cum hoc accusatiuo neminem, & sic exponit Glo. Neminem secundum carnem, ideſt carnaliter viuẽtem approbamus. Ex quo enim quilibet debet mori, non approbamus eum qui carnaliter viuit. Et hoc modo accipitur caro. Rom. 8, Vos autem in carne nõ estis &c. Alio modo, neminem secundum carnem, ideſt secundum carnales legis obseruantias, viuentem, non uimus, ideſt approbamus. Et hoc modo accipitur caro Philip. 3, Qui confidunt id carne, id est in carnalibus legis obseruantiis &c. Tertiò, neminem secundum carnem, ideſt secundum carnis corruptionem nouimus, ideſt reputamus. Licet enim fideles adhuc carnem corruptibilem gerant, tamen in spe iam habent corpus incorruptibile. Vnde non reputant se secundum q̃ modò carnẽ corruptibilem habent, sed secundum quòd habituri sunt corpus incorruptibile. Hoc modo accipitur caro. 1. Corin. 15, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Alio modo potest construi, vt ly, secundum carnem, construatur cum hoc verbo, nouimus. Et sic est sensus. Dico quòd ex quo non debemus nobis viuere, sed ei qui pro nobis mortuus est: ita que nos ex hoc neminem secundum carnem noui mus, ideſt non sequimur in aliquo carnalem affectum, nec aliquem hoc modo reputamus. Et hoc modo Deut. 33, Qui dixerit patri suo & matri nescio vos &c. Et sic ly, secundum carnem, refertur ad cognoscentem, sed in prima expositione referebatur ad cognitum. Quia verò aliquis posset dare instantiam de Christo quòd saltem cognouisset eum secundum carnem. Ideo consequenter hoc remouet, dicens, quòd si cognouimus &c. Circa quod sciendum est quòd Manicheus adducebat verba ista pro se in fulcimentum sui erroris. Ipse enim dicebat Christum non habuisse verum corpus, nec fuisse ex semine Dauid natum. Et sic Augustinus dicit in lib. contra Faustum, Si quis contra eum allegaret verbum Apostoli ad Rom. 1, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. & illud. 1. Tim. 3, Et manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne &c. & 2. Ti. 2, Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid &c. Respondebat quòd Apostolus aliquando fuerat huius opinionis, scilicet quòd fuisset ex semine Dauid, & quòd verum corpus habuisset: sed postea hanc opinionem mutauit & correxit se hîc. Vnde dicebat, Et si cognouimus secundum carnem Christum, ideſt si fuerimus aliquando huius opinionis quòd Christus habuisset veram carnem, sed nunc iam non nouimus, ideſt modò mutauimus illam opinionem & non credimus ita. Quod quidem dupliciter improbat Augu. 1. quia de eo quod falsò putamus, nullus dicit, nouimus, sed opinamur. Cùm ergo Apostolus vtatur hîc hoc verbo, cognouimus: videtur quòd non aliquando falsò putauerit. Secundò quia suprà Apostolus dicit, Neminem nouimus secundum carnem. Si ergo verum esset quod dicit Manicheus, Apostolus nullum cognosceret habere verum corpus, quod est falsum. Est ergo

falsum quod Manicheus dicit. Et ideo aliter exponendum secundum veritatem & dupliciter. Vno modo vt sumatur hic, caro, pro corruptione carnis. 1. Cor. 15, Caro & sanguis &c. Et tũc est sensus. Et si cognouimus aliquando Christum secundum carnem. i. habere eum carnem corruptibilem ante passionẽ, sed nunc iam nõ nouimus. s. eũ habere carnẽ incorruptibilẽ, qa Ro. 6, dicitur, Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur &c. Alio modo secundum Glo. vt ly, si aliquãdo secundum carnem Christum cognouimus, refera tur ad statum Pauli ante cõuersionẽ ad Christũ. Quod vero sequitur, sed nũc iam nõ nouimus, referatur ad statum eius post cõuersionem. Et sic est sensus. Et ego & alii Iudæi infideles aliquando. i. ante conuersionẽ meam, cognouimus Christum secundũ carnem. i, secundũ ꝙ carnaliter opinati sumus de Christo. s. eum esse tantãm hominem, & ꝙ venit tantũm ad carnales obseruantias legis, sed iam. i. postquam conuersus sum, non nouimus. i. hæc opinio cessauit, immo credo ꝙ sit verus deus, & ꝙ non sit colendus per carnales obseruantias. Vnde dicebat Gal. 5, Si circuncidimini Christus nihil vobis proderit. Potest & aliter exponi, vt hoc quod dicit, & si cognouimus &c. Dicat Apostolus in persona omniũ Apostolorum Christi, & sic videtur respondere vltimæ expositioni huius quod dicitur, Neminem cognouimus. Vnde sciendum est ꝙ Augustus. exponens illud Io. 16, Expedit vobis vt ego vadã. Vbi ratio domini ad hoc subditur. Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos. Dicit quòd hoc ideo erat, quia discipuli carnaliter amantes Christum affi ciebantur ad ipsum, sicut carnalis homo ad carnalem amicum: & sic non poterant eleuari ad spiritualem dilectionem quæ etiam pro absente multa facit pati. Vt ergo radicaretur in eis affectus spiritualis qui est â spiritu sancto, & cessaret carnalis, dixit eis dominus, Pax vobis &c. Hoc ergo Apostolus in persona omniũ discipulorum commemorans dixit, Et si cognouimus. i. si adhęsimus Christo aliquando. s. quando nobiscũ erat præsentia corporali secundum carnem. i. secundum carnalem affectum: sed iam non nouimus. i. iam iste affectus cessauit à nobis per spiritum sanctum qui datus est nobis. ¶ Consequenter cũ dicit [Si qua igitur in Christo &c.] Ex præmissis concludit quendam effectum esse cõsecutum. s. nouitatis in mundo, & ideo dicit, Si qua igitur. i. si aliqua in Christo. i. in fide Christi, vel per Christũ noua creatura est facta. Gal. 5, In Christo Iesu neque præputium neque circuncisio &c, Vbi notãdum ꝙ innouatio per gratiam dicitur crea tura. Creatio enim est motus ex nihilo ad esse. Est autem duplex esse, esse naturæ & esse gratiæ. Prima crea tio facta fuit qua creaturæ ex nihilo productæ sunt à deo in esse naturæ, & tũc creatura erat noua, sed tamẽ per peccatum inueterata est. Tren. 3, Vetustam fecit pellẽ meam &c, Oportuit ergo esse nouam creationẽ, per quam producerentur in esse gratiæ, quæ quidẽ creatio est ex nihilo. quia qui gratia carent, nihil sunt. 1. Cor. 13, Si nouerim misteria omnia &c. charitatem autẽ non habeam &c. Iob. 18, Habitent in tabernaculo illius socii eius qui non est i. peccati. Aug. Peccatum enim nihil est & nihil fiunt homines cùm peccant. Et sic patet ꝙ infusio gratiæ est quædã creatio. Si ergo aliqua creatura facta est noua per ipsum, vetera trãsierunt ei. Hoc quidem sumptum est, Leui. 26. vbi dicitur, Nouis superuenientibus vetera proiicietis. Ex quo sic argumentauerunt. Si omnia noua facta sunt & secundum legem nouis superueniẽtibus vetera sunt proiicienda, ergo si qua creatura est, vetera transierunt ei. i. trãsire debent ab eo, vetera autem quæ transire debent sunt legalia. Ro. 7, Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Item errores gẽtiliurn. Esa. 26, Vetus error abiit. Item corruptiones peccati. Ro. 6, Vetus homo noster &c. Quibus quidem in no bis transeuntibus virtutes cõtrariæ his vitiis debent in nobis innouari. Apocal. 21, Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia.

Lectio 5.

Omnia aũt ex deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis uerbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortãte per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iustitia dei in ipso.

¶ Postq̃ Apostolus in superioribus tractauit de præmio sanctorum & de præparatione ad susceptionem eius. Hic consequenter agit de causa vtriusque. Et circa hoc tria facit. Quia primò ostendit authoritatem omnium prædictorum esse deum. Secũdò commemorat beneficium à Christo collatum, ibi [Qui reconci liauit &c.] Tertiò beneficii vsum, ibi [Pro Christo ergo legatione.] Dicit ergo, Dixi ꝙ intendimus salutem proximorum, & vetera transierunt, sed hæc omnia sunt nobis ex deo patre. Vex ex deo authore. Ro. 11, Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Iac. 1, Omne datum optimum &c. Sequitur beneficiũ susceptum à deo, ibi [Qui recõciliauit &c.] Vbi primò ponit ipsum beneficium collatum. Secundò exponit, ibi [Quo niam quidem deus &c.] Cõmemorat aũt duplex beneficiũ per Christum collatum. Vnum commune, aliud speciale. Commune quidem toti mundo. s. reconciliationis ad deũ, & hoc est quod dicit, Qui. s. deus pater reconciliauit. i. pacificauit nos sibi, & hoc per Christum. i. per incarnatum verbũ. Homines enim erant inimici dei propter peccatum, Christus autem hanc inimicitiam abstulit de medio satisfaciens pro peccato. Et fecit concordiam. Col. 1, Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis &c. Et ideo dicit per Christum. Ro. 5, Reconciliati sumus deo per mortem &c. Speciale autem beneficiũ est apo stolis collatum. s. ꝙ ipsi sint ministri huius reconciliationis. Vnde dicit, Et dedit nobis apostolis vicariis Christi ministerium huius reconciliationis: suprà 3, Ministros nos elegit &c. Psal. Suscipiãt montes .i. Apostoli, pacem populo, scilicet à domino. ¶ Consequenter cùm dicit [Quoniam &c.] Exponit quæ dixit. Primò primum. Secundò secundum, ibi [Posuit in nobis &c.] Dicit ergo, Dico quod deus reconciliauit nos si bi. & hoc modo. Inimicitiæ enim inter deum & hominem erant propter peccatum, vt dictum est, secundũ illud Esa. 59, Peccata vestra diuiserunt &c. Destructo ergo peccato per mortem Christi, inimicitiæ iam so lutæ sunt Et hoc est quod dicit, Quoniã quidẽ deus erat in Christo per vnitatem essentiæ. Ioan. 14, Ego in patre & pater in me est. Vel deus erat in Christo per Christum mundum sibi reconcilians. Ro. 5, Reconciliati sumus deo &c. Et hoc non reputans illis delicta ipsorum, id est non habens in memoria illorum delicta tã actualia q̃ originalia ad puniẽdũ, pro quibus Christus plenè satisfecit. Et secũdũ hoc dicitur nos recõ ciliasse sibi, inquãtũ nõ imputat delicta nostra nobis. ps. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatũ. ¶ Cõse quẽter cũ dicit [Et posuit in nobis &c.] Exponit secũdũ. s. de bñficio apostolis collocato. q.d. Hoc modo

dedit nobis ministerium reconciliationis, qui posuit in nobis verbũ recõciliationis .i. dedit virtutẽ & in spirauit in cordibus nostris: vt annuntiemus mundo hanc reconciliationẽ esse factã per Christum. Et hoc faciendo inducimus hoĩes vt cõformẽt se Christo per baptismũ. Hie. 1. Ecce dedi verba mea. ¶ Consequẽ ter cũ dicit [Pro Christo ergo legatiõe, &c.] Ostendit vsum beneficii. Et primò quãtũ ad secũdũ beneficiũ collatũ Apostolis. Secũdò quantũ ad primũ collatũ omnibus, ibi [Obsecramus pro Christo &c.] Dicit ergo. Ex quo deus posuit verbũ recõciliatiõis debemus eo vti. Et hoc est ergo ꝙ fungimur legatiõe ꝙ Chri sto. i. sumus legati Christi. Ephe. 6, Pro quo legatione fungimur in cathena ista &c. Et idoneitas ad hãc le gationẽ est nobis ex virtute dei, quæ est in me. Et ideo dicit, Tanq̃ deo exhortante per nos, quia deus qui in nobis loquitur, dat nobis idoneitatẽ ad hãc legationẽ. Mat. 10, Nõ vos estis qui loquimini &c. infrà 13, An experimẽtũ quæritis eius qui in me &c. ¶ Cõsequẽter cũ dicit [Obsecram⁹ &c.] Subdit quãtũ ad vsum pri mi beneficii. Et primò inducit ad vsum. Secundò ostẽdit vnde assit nobis facilitas ad ipsum vsum, ibi [Eum qui nõ &c.] Dicit ergo, Ex quo deus fecit reconciliationẽ, & nos sumus legati dei in hoc obsecramus &c. Blandè alloquitur cũ posset imperare. 2. Ti. vlti. Argue, obsecra, increpa &c. Ad Phile. Potestatẽ habẽs im perandi &c. Obsecramus, inq̃ pro Christo. i. propter amorẽ Christi, recõciliamini deo. ¶ Videtur autẽ hoc esse cõtrariũ ei quod dicit ꝙ deus recõciliauit nos sibi, Si ergo ipse recõciliauit, qd necesse est vt nos recõci liemus, iam enim reconciliati sumus. Ad hoc dicẽdũ ꝙ deus recõciliauit nos sibi: vt causa efficiẽs. s. ex parte sua: sed vt sit nobis meritoria, oportet etiã ꝙ fiat recõciliatio ex parte nostra. Et hoc quidẽ in baptismo & in pœnitentia, & tunc cessamus à peccatis: Vnde autẽ assit nobis huiusmodi facultas recõciliandi deo osten dit ex hoc. s. ꝙ dedit nobis potestatẽ iustẽ viuẽdi qua possimus abstinere à peccatis, & hoc faciendo recõci liamur deo. Et ideo dicit [Eum qui nõ &c.] quasi dicat. Bene potestis reconciliari, quia deus. s. pater, eum. s. Christũ qui nõ nouerat peccatũ. 1. Pe. 2, Qui peccatũ nõ fecit &c. Io. 8, Quis ex vobis arguet me &c. ¶ Pro nobis fecit peccatũ. Quod tripliciter exponitur. Vno modo quia consuetudo veteris legis est, vt sacrificium pro peccato peccatũ nominetur. Osee 4, peccata populi mei comedẽt, i. oblata pro peccato. Tũc est sen sus. Fecit peccatum. i. hostiã vel sacrificiũ pro peccato. Alio modo quia peccatũ aliquãdo sumitur pro simi litudine peccati, vel pro pœna peccati. Ro. 8, Misit deus filiũ suũ in similitudinẽ peccati &c. i. de similitudi ne peccati dãnauit peccatũ. Et tunc est sensus. Fecit peccatũ. i. fecit eũ assumere carnẽ mortalẽ & passibilẽ. Tertio modo quia aliq̃n dicitur hoc esse hoc vel illud, nõ quia sit: sed quia opinatur hoĩes ita esse. Et tũc est sen sus. Fecit peccatũ. i. fecit eũ reputari peccatorẽ. Esa. 53, Cũ iniquis reputat⁹ est. Et hoc quidẽ fecit vt nos efficeremur iustitia. i. vt nos qui peccatores sumus, efficeremur nõ solũ iusti, imo ipsa iustitia .i. iustificare mur à deo, vel iustitia, quia nõ solũ nos iustificauit, sed etiã voluit ꝙ per nos alii iustificarẽtur. Iustitia dico dei, nõ nostra. Et in Christo. i. per Christũ vel aliter vt ipse Christus dicatur iustitia. Et tũc est sensus vt nos efficeremur iustitia. i. vt inhęreremus Christo per amorẽ & fidẽ qui Christ⁹ est ipsa iustitia. Dicit aũt dei vt excludat iustitiam hominis quæ est, qua homo confidit de propriis meritis. Ro. 10, Ignorantes dei iustitiã &c. In ipso. s. Christo. i. per Christũ, quia ipse factus est nobis iustitia. 1. Cor. 1.

Caput 6.

Adiuuantes aũt exhortamur, ne in uacuũ gratiã dei recipiatis. Ait enim, tẽpore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dãtes ullã offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ieiuniis.

¶ Suprà Apostol⁹ cõmẽdauit ministeriũ apostolatus: hic cõsequẽter ipsum ministeriũ sibi cõmissũ ad vtili tatẽ subditorũ exequtur. Et circa hoc duo facit. Primò hortatur eos in generali ad oĩa quæ cõter sunt neces saria ad bonã vitã. Secũdò hortatur eos de quodã speciali suffragio fiẽdo sanctis in Hierusalẽ, & hoc 8. ca. ibi [Notũ aũt vobis facimus fratres &c.] Circa primũ aũt duo facit. Primò hortatur eos ad bona præsentia. Secũdò cõmẽdat eos de bonis in præterito factis, & hoc 7. ca. ibi [Has igitur habẽtes ꝓmissiões &c.] Circa primũ tria facit. Primò hortatur in gñali quòd gratia dei nõ vtatur in vanũ. Secũdò ostẽdit gratiã dei eis es se collatã, ibi [Ait em̃ tpe accepto &c.] Tertiò docet eos in speciali modũ vtẽdi dicta gratia, ibi [Nemini dã tes vllã offensionẽ &c.] Dicit ergo primò. Ex quo facultas adest nobis ad bñ operãdũ, & hęc est gratia dei. nos aũt ad hoc ꝓ Christo legatiõe fungimur. Ideo adiuuãtes nos. s. prædicatiõib⁹, exẽplis & exhortatiõib⁹. Prou. 18, Frater q adiuuatur à fratre &c. Vel adiuuãtes. s. deũ. 1. Co. 3, Adiutores dei sum⁹. ¶ Sed cõtrà Esa. 40. Quis adiuuit spiritũ dñi &c. Nõ ergo bñ dicitur, Adiuuãtes deũ. Respõsio, ꝙ iuuare deũ põt itelligi, vel ei vires ministrare ad aliqd agẽdũ, & sic null⁹ iuuat deũ, nec iuuare põt. Vel eius mãdatũ exequi, & sic sancti hoĩes deũ iuuare dicũtur exequẽdo eius mãdata. Nos inq̃, sic iuuãtes hortamur vos. Ro. 12, Qui exhortatur &c. Hoc. s. exhortamur ne in vacuũ gratiã dei recipiatis. q. d. Ne receptio gratiæ sit vobis inutilis & vacua. Quod tũc cõtingit, qñ ex perceptiõe gratiæ qs nõ sentit fructũ. Quiquidẽ duplex est. s. remissio peccatorũ. Esa. 27, Hic est oĩs fructus &c. Et vt hõ iustẽ viuẽdo pueniat ad gloriã cęlestẽ. Ro. 6, Habetis fructũ vestrũ. Quicũq; ergo gratia percepta nõ vtitur ad vitãdũ peccata, & cõsequẽdũ vitã ęternã, hic gratiã dei in vanũ recipit. Phi. 2. Nõ in vacuũ cucurrit &c. Et ne aliqs dubitaret de perceptiõe hui⁹ gratię à deo, ideo cõsequẽ ter Apostol⁹ ꝓbat eos iã recepisse gratiã hãc, vel paratã habere ad recipiẽdũ, dicẽs [Ait em̃ tẽpore &c,] Et circa hoc duo facit. Primò inducit authoritatẽ ꝓphetæ. Secũdo inductã adaptat ad ꝓpositũ, ibi [Ecce nũc tẽpus &c.] Dicit ergo primò. Dico ꝙ paretis vos ad fructuosẽ percipiẽdũ gratiã quę vobis est collata vel parata. Ait em̃ dñs per Esa. 49, Tẽpore accepto &c. Circa quod sci dũ est ꝙ dñs dicitur facere nobis gra tiã vel exaudiẽdo nos in petitiõibus nostris, vel iuuãdo in operatiõibus nostris, sed exaudit vt percipiamus quod petimus. Ia. 1, Si qs indiget sapiẽtia postulet &c. Adiuuat vt perficiam⁹ quod operamur. Psal. Nisi qa dñs adiuuit me &c. Et hæc duplex est gratia pręueniẽs. s. & cooperãs vel subsequẽs, quę quidẽ necessaria est nobis ad obtinendũ. Et primò gratiã prævenientẽ quã optare debemus vt simus accepti à deo. Psal. Pro hac orabit ad te oĩs sanctus. Et q̃tũ ad hoc dicit, In tẽpore accepto. i. acceptiõis & gratificationis, hoc em̃ tẽpo re accepto fit quod gratis fit, Ro. 4, Beatitudinẽ hominis cui deus accepto fert iustitiam &c. Exaudiui te. i.

acceptaui te. Vel tempore accepto. i. in tempore gratiæ. Et hoc modo gratia præueniẽs dicitur illa per quã liberamur à peccatis. Gratia verò subsequens dicitur per quam virtutes nobis ex perseuerantia in bono cõferuntur. Secũdò necessaria est nobis gratia cooperans & hanc petebat. Psal. Et misericordia eius subsequatur me &c, Et q̃tũ ad hoc dicit, In die salutis adiui te. Tẽpus enim ante Christũ non fuit dies, sed nox. Ro. 13, Nox præcessit &c. Sed tẽpus Christi dicitur dies & non solùm dies, sed dies salutis. Ante enim non erat salus, quia nullus ad finẽ salutis peruenisset. s. ad visionem dei, sed modò quando iam nata est salus in mundo, homines salutem sequuntur. Mat. 1, Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum &c. 1. Pet. 4, Operamini vestram salutem. Et hoc fit auxilio gratiæ cooperantis qua per nostra opera peruenimus ad vitã æternam. Phi. 2, Deus est qui operatur &c. ¶ Consequenter authoritatem inductam adaptat ad propositum, dicens [Ecce nunc &c.] Quasi dicat. Hæc quæ dixit dominus de tempore gratiæ per ꝓphetam implentur modò, quia ecce nũc tempus acceptabile. i. gratificationis per quam exaudimur à deo, quia iam venit plenitudo temporis. s. incarnationis Christi. Gal. 4. Et hoc quantum ad primã partem authoritatis. Psal. Tempus beneplaciti deus. Ecce nunc dies salutis, in quo. s. adiuti gratia cooperante possumus operari ad consequendum salutem æternam. Io. 9, Me oportet operari &c. Gal. 6, Dum tempus habemus &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Nemini dantes &c.] Docet modum vtendi gratia eis collata. Et primò in generali, qualiter. s. in vacuũ non recipiatur. Secũdò in speciali, ibi [In multa patientia &c.] Dicit ergo, Sic vtẽdũ est gratia vt dantes nemini vllam offensionẽ. Nam gratia ad duo datur. s. ad vitandũ mala, & ad operandum bona. Et ideò duo docet, vt. s. vitemus mala, & quantum ad hoc dicit [Nemini dantes &c.] quod potest dupliciter exponi. Vno modo vt referatur ad apostolos. q. d. Nos adiuuantes vos exhortamur. Nos dico nemini vllam dantes offensionem, quia si per malã vitam aliquos offenderemus, vituperaretur ministerium nostrum, & contẽneretur prædicatio nostra. Rom. 2, Nomen dei per vos blasphematur. Gregorius, Cuius vita despicitur restat vt eius prædicatio contẽnatur. Vnde publicus & famosus peccator cauere debet sibi ne prædicet, aliàs peccat. Psal. Peccatori aũt dixit deus &c. Alio modo vt referatur ad. subditos. q. d. Hortamur vos ne in vacuũ &c. Vos dico nemini dantes vllam &c. i. non facientes aliquid vnde alii scandalizentur. 1. Co. 10, Sine offensione estote &c. Rom. 14, Non ponatis offendiculum &c. Et ratio huiꝰ est, vt nõ vituperetur &c. i. ita irreprehensibiliter vos habeatis vt ministerium nostrũ. i. apostolatus noster non vituperetur. Quando enim subditi malè se habent vituperium est prælatis. 1. Pet. 2, Conuersationem vestrã inter gentes &c. Vel vt non vituperetur cõmune ministeriũ quo ad vos & nos, qui sumus ministri dei. Nos dico sumus ministri dei ad exequendum voluntatem eius in nobis & in aliis. Sed vos ad exequendum volũtatem eius in vobis tantùm. Esa. 61, Vos sacerdotes domini vocabimini &c. ¶ Consequenter cũ dicit [Sed in omnibus exhibeamus &c.] Docet eos modũ vtendi percepta gratia quantũ ad bona operanda. Dicit ergo nemini demus vllam offensionẽ, sed exhibeamus nos & vos opere, & sermone in omnibus quæ ad virtutes pertinent tales, quales debent esse ministri dei, vt. s. conformemur nos deo faciendo eius voluntatem. Eccl. 10, Secundũ iudicem populi, sic & ministri eius. 1. Cor. 4, Sic nos existimet homo vt ministros &c. ¶ Consequenter cũ dicit [In multa patientia &c.] Ostendit in speciali quomodo nos debemus exhibere sicut dei ministros in vsu gratiæ collatæ. Et hoc quantum ad tria. Primò quantum ad exteriorem operationem. Secundò quantum ad maiorẽ deuotionẽm, ibi [Os nostrum patet &c.] Tertiò quantũ ad infidelium vitationẽ, ibi [Nolite iugũ ducere &c.] Circa primũ tria facit, secundũ tria in quibus cõsistit operatio exterior. Primò enim cõsistit in sufferẽtia malorũ. Et quãtũ ad hoc dicit [In multa patiẽtia &c.] Secũdò in operatione bonorũ, & quãtũ ad hoc dicit [In castitate &c.] Tertiò in mutua cooperatiõe bonorũ ad mala, & quãtũ ad hoc dicit [Per arma iustitiæ &c.] Est ergo necessaria in malis sustinẽdis virtus patientiæ. Vñ dicit [In multa patientia &c.] Vbi tria facit. Primò inducit ad patiẽtiã: Et hoc quia in ꝑs. legitur, Bene patientes erũt vt annũtiẽt. Et quãtũ ad hoc dicit [In multa patiẽtia.] Prouer. 19, Doctrina viri per patiẽtiã noscitur. Luc, 21, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Dicit in multa. i. propter multas tribulationes quæ occurrunt. Secundò ostendit viam patientię in generali: & hoc in superuentione malorũ. Vnde dicit, In tribulationibus. Ro. 12, In tribulatione patiẽtes. Act. 14, Per multas tribulatiões &c. Et in defectu necessariorum. Vñ dicit, In necessitatibus. s. eorũ quæ sunt necessaria ad vitã. Psal. De necessitatibus &c. Tertiò ostẽdit materiã patientiæ in speciali. Et primò in his quæ pertinent ad tribulationes quę sunt volũtariæ, & hoc quantũ ad tribulationes quæ pertinent ad animã, & sic dicit, In angustiis. s. cordis quãdo. s. sic arctatur aduersis vt non pateat via euadendi. Heb. 11, Angustiati, afflicti &c. Itẽ inquantũ ad tribulationes quæ sunt in corpore, & sic dicit, In plagis. s. illatis ab aliis. Et carceribus. Act. 16, Cũ multas plagas ei intulissent &c. infrà 11, In carceribus abundantius, in plagis suprà modũ &c. In seditionibus. s. totius populi cõmoti, Act. 19, Periclitamus argui seditionis hodiernæ &c. Secũdò in his quæ pertinent ad necessitates. Necessitas autem aliquãdo est volũtaria. Et sic dicit, In laboribus, propria manu operãdo apud Corinthios, quia auari erant ne eos grauaret sumptibus. Et apud Thessaloni. quia erãt otiosi, vt daret exẽplum exercitii. Act. 11, Ad ea quæ mihi opus erant &c. In vigiliis propter prædicationes: infrà 11, In vigiliis, in ieiuniis aliquãdo voluntariis aliquãdo inuolũtariis propter penuriam. 1, Cor. 9, Castigo corpus meũ &c. ¶ Sed contrà est quod dicitur Mat. 11, Iugũ meũ suaue est. Hic verò dicitur in tribulationibus multis &c. Nõ ergo suaue sed grauissimum. Respõdeo, hæc sunt in seipsis aspera, sed propter amorẽ & interiorẽ feruorẽ spiritus dulcorãtur. Vnde Aug. Omnia grauia & immania, facilia & propè nulla facit amor. Lectio 2.

IN castitate, in scientia, in lõganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriã & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: Vt seductores, & ueraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce uiuimus: ut castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

¶ Positis his quæ pertinẽt ad tolerantiã malorũ, ponit cõsequẽter ea quæ pertinent ad obseruantiã bonorum. Bonitas aũt operis consistit in tribus. In perfectione virtutum, & hoc pertinet ad cor. In veritate locutionis: & hoc pertinet ad os. In virtute operis: & hoc pertinet ad opus. ¶ Primò ergo ostẽdit Apostolus qualiter se habeãt in his quæ pertinẽt ad perfectionẽ virtutum quæ cõsistunt in corde. Secũdò in his quæ ad virtutem oris, ibi [In verbo veritatis.] Tertiò in his quæ pertinent ad perfectionẽ operis, ibi [In virtute dei] Circa primum ponit quatuor virtutes. Et primò virtutẽ castitatis quæ maximũ locũ tenet in virtute tẽperantiæ, & quantũ ad hoc dicit, in castitate. s. mentis & corporis. Vbi notandũ est ꝙ immediatè post multos labores, vigilias & ieiunia subdit de castitate, & qui vult habere virtutẽ castitatis. necesse habet laboribus dari, vigiliis insistere, & macerari ieiuniis. 1. Corin. 9, Castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo &c. Hebr. 12, Pacem sequimini &c. ¶ Si autẽ quæratur quare nõ facit mentionẽ de aliis virtutibus, nisi solùm de temperantia. Dicendũ est ꝙ sic facit, sed implicitè, quia hoc quod dicit, In multa patientia, in tribulationibus &c. pertinet ad virtutem fortitudinis, hoc verò quod dicit, Per arma iustitiæ, pertinet ad virtutem iustitiæ. Secundò ponit virtutẽ scientiæ. Vnde dicit, In scientia. Et si quidem scientia referatur ad sciẽtiã qua aliquis scit bene conuersari in medio nationis prauæ & peruersæ, sic refertur ad virtutẽ prudentiæ. Si verò scientia referatur ad certitudinem, qua fideles certi sunt de his quæ pertinẽt ad cognitionẽ dei, sic pertinet ad virtutẽ fidei. Et vtraq; necessaria est Christianis: quia sine sciẽtia primo modo, siue secũdo modo accepta homines de facili ruunt in peccatis. Esa. 5, Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiam. Hiere. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meũ. Tertiò ponit virtutem spei. Vnde dicit, In longanimitate quæ pertinet ad perfectionem spei. Nihil aũt aliud est longanimis, quã qui arduũ aliquod ex spe semper ac diu dilatũ patienter expectat, & hoc à spiritusancto. Gal. 5, Fructus aũt spiritus, charitas &c. Longanimitas &c. Col. 1, In omni patientia & longanimitate. Quartò ponit virtutẽ charitatis. Charitas aũt duo habet. s. effectum exteriorem & interiorem. Sed in effectu exteriori, habet suauitatem ad proximũ. Non enim cõuenit ꝙ aliquis non sit suauis ad eos quos diligit. Et ideò dicit, In suauitate. i. dulci conuersatione ad proximos, vt scilicet blandi simus. Prouer. 12, Qui suauis est viuit in moderationibus &c. Eccl. 6, Verbum dulce multiplicat amicos &c. Sed nõ in suauitate mundi, sed in ea quę causatur ex amore dei. s. ex spiritusancto, & ideò dicit ex spiritusancto. i. quã spiritus sanctus causat in nobis. Sap. 12, O quã bonꝰ & suauis &c. In effectu aũt interiori habet veritatẽ absq; fictione, vt. s. nõ prætendat exterius contrariũ eius quod habet interius. Et ideò dicit, In charitate nõ ficta. 1. Io. 3, Non diligamus verbo neq; lingua, sed &c. Col. 3, Super oĩa charitatẽ habentes. Et huius ratio est, quia, vt dicitur Sap. 1, spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ. ¶ Cõsequenter ostendit quomodo se habeãt in his quæ pertinent ad veritatẽ oris, vt. s. sint veraces. Et ideò dicit In verbo veritatis. s. vera loquendo & prædicando. Quomodo autem se habeãt in perfectione operis, subdit, dicens [In virtute dei]. i. non in operibus nostris cõfidamus, sed solùm in virtute dei, & nõ in propria. 1. Corin. 4, Regnum dei non est in sermone &c. ¶ Consequenter cũ dicit (Per arma iustitiæ &c.] Ostendit qualiter se habeãt in operatione bonorum & malorum, inter bona & mala, ꝓspera & aduersa, & hoc pertinet ad virtutẽ iustitiæ. Et primò ostendit hoc in generali. Secundò exponit in speciali. Dicit ergo primò ꝙ exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia. Et quod plus est, per arma iustitiæ. Vbi sciendum est ꝙ iustitia ordinat, & facit hominem tenere locum suum â dextris. i. in prosperis: vt. s. non eleuetur, & à sinistris. i. in aduersis, vt scilicet, non deficiatur. Phil. 4, Vbique est in omnibus &c. scio abundare &c. ¶ Consequenter hoc exponit per partes prosperorum, & aduersorum, dicens (Per gloriã &c.) Vbi sciendum est ꝙ in rebus temporalibus prosperitas, vel aduersitas in tribus consistũt. In superbia vitæ, in concupiscentia carnis, in concupiscentia oculorum. Iuxta illud. 1. Io. 2, Omne quod est in mundo aut est cõcupiscentia carnis &c. Et hæc prosequitur ordine suo, quia primò dicit qũo se habeant in aduersis & prosperis, quæ pertinent ad superbiã vitæ, dicens (Per gloriã &c.) Secũdò quomodo se habeant in his quæ pertinent ad concupiscentiam carnis, ibi [Quasi morientes &c.] Tertiò quomodo se habeant in his quæ pertinent ad cõcupiscentiam oculorũ, ibi [Sicut egentes &c.] Sunt aũt duo quæ ad superbiã pertinẽt. s. sublimitas status, & opum. Et ideò dicit, Per gloriã. i. per statum excellentiæ. q. d. Exhibeamus nos dei ministros. s. per dei gloriã. i. in ꝓsperitate. Esa. 23, Dominꝰ exercituũ cogitauit &c. Et ꝙ apostoli glorioſi appareãt, patet act. 14, Quòd Paulus & Barnabas credebãtur esse dii. Et ignobilitatẽ quæ est in sinistris. q. d. nec in gloria eleuemur, nec si contemptibiles sumus, deiiciamur. 1. Corint. 1, Ignobilia huius mundi elegit deus &c. Quantum ad famã operũ dicit, per infamiam & bonã famam. Vbi sciendũ est ꝙ sicut Greg. dicit, Homo non debet ex se dare causam infamiæ suæ, sed potius debet procurare bonam famã, iuxta illud Eccle. 41, Curam habe de bono nomine, & hoc propter alios, quia oportet nos bonum testimonium habere ad eos qui foris sunt. 1. Timo. 3, Si verò contingat aliquem incurrere in infamiam iniustè, non debet esse ita pusillanimis, vt propter hoc derelinquat iustitiã. Si verò sit in bona fama apud infideles, nõ debet tamen superbirè, sed debet inter vtrũque medio modo incedere. ¶ Consequenter exponit ista duo quæ posuit. Et primò quam infamiã habuerũt, & ostendit ꝙ magnam, quia vt seductores &c. quasi dicat. A quibusdã habemur vt seductores, â quibusdam verò habemur vt veraces. Nec mirum, quia etiam de Christo, alii dixerunt, quia bonus est, alii verò quòd non, sed seducit turbas, vt dicit Io. 7. Secundò ostendit quomodo fuerunt glorioſi & ignobiles, quia sicut ignoti & cogniti. i. approbati à bonis, & incogniti. i. despecti à malis. 1. Cor. 4, Tanq̃ purgamenta &c. ¶ Consequenter prosequitur ea quæ pertinent ad concupiscentiam carnis. Et ponit tria quæ cõcupiscit caro. Primò enim cõcupiscit longam vitam, & quantũ ad hoc dicit [Quasi morientes] id est, licet exponamur periculis mortis, infrà 11, In mortibus frequenter &c. tamen ecce viuimꝰ virtute & fide. Et ideò Abachuc 2, Iustus in fide viuit. Psal. Non moriar, sed viuam &c. Secundò concupiscit incolumitatem & quietẽ. Et quantum ad hoc dicit, Vt castigati, & non mortificati, quasi dicat, licet diuersis flagellis castigemur à domino, non tamẽ tradit nos morti. Psal. Castigans castigauit me dominus. &c. 2. Tim. 3, Omnes qui piè volunt &c. Tertiò concupiscit gaudium & iocunditatem, & quantum ad hoc dicit [Quasi tristes] semper autẽ gaudentes: quia licet in exterioribus, & quæ ad carnem sunt patiuntur tristitiam, & amaritudinem: interius tamen continuum gaudium habemus, quod crescit in nobis ex consolationibus spiritussancti, & spe remunerationis æternæ. Iac. 1, Omne gaudium existimate &c. Io. 16, Tristitia vestra vertetur in gaudium &c.

¶[Consequenter prosequitur de his quæ pertinent ad cõcupiscentias oculorũ. Et circa hoc ponit duo, quorum vnũ est in comparatione ad alios: & secundũ hoc prosperum in diuitiis, est quòd homo abundet, ita ꝙ possit aliis ministrare de diuitiis suis. Sinistrũ autẽ in hoc est ꝙ homo sit ita pauper, ꝙ oporteat eũ ab aliis mendicare. Et ideò dicit quòd in his tẽporalibus sumus, sicut egentes. i. ab aliis accipiẽtes, se d tamen quantum ad spiritualia, sumus multos locupletãtes, & nõ dicit oẽs, quia nõ sunt oẽs locupletari parati. Prouerb. 13, Est quasi pauper cũ in multis diuitiis sit. Secundũ est in comparatione ad seipsos, & secundũ hoc prosperum in diuitiis est multa possidere, sinistrum autem vt nihil penitus habeat. Et quantum ad hoc dicit ꝙ in exterioribus sunt tanquã nihil habentes. s. in temporalibus, quia omnia dimiserunt propter Christum. Matt. 16, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes &c. Sed interius & in spiritualibus omnia possidentes. s. per interiorem magnitudinem cordis. Et hoc ideò est, quia ipsi viuebãt, nõ sibi, sed Christo. Et ideò omnia quę sunt Christi reputabant vt sua. Vnde cùm Christo omnia sint subiecta, omnia possi debãt & omnia tẽdebãt in eorũ gloriã. Iosuæ. 1, Et omnẽ locũ quẽ calcauerit pes vester, vobis tradã. Nota autem circa præmissa ꝙ Apostolus vtitur in prẽmissis miro modo loquendi. Nam ipse quasi semper ponit vnum contra vnum, & temporale contra spirituale, sed tamen in temporalibus semper addit quandam cõditionem, puta, vt, sicut, quasi, tanquã, sed in oppositio spirituali, nihil addit. Cuius ratio est: quia tẽporalia siue sint mala, siue bona, siue transmutabilia & apparẽtia, habẽt tũ similitudinẽ vel boni vel mali. Et ideò dicit, Vt seductores, & quasi ignoti, quia nõ erãt in reiveritate sic, sed in opiniõe hoĩm, & si erãt trãsitoria erãt bona aut mala Bona autem spiritualia existentia sunt & vera, & ideò non addit eis conditionem aliquam.

Lectio 3.

Instruit Paulus de vsu gratiæ quãtum ad internã deuotionẽ cõsistẽtem in cordib⁹ lætitiæ causam latitudinẽ cordis cuius latitudinis exhibet exẽplum ostendendo etiã ꝙ ab ipso modo est exemplum contrariũ, ad cordis latitudinem hortatur: infideles vitare docet rationem subdendo: & fideles templum dei asserendo.

OS nostrum patet ad uos, ô Corinthii, cor nostrum dilatatũ est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in uisceribus uestris, Eãdem autem habentes remunerationem (tanquam filus dico) dilatamini & uos. Nolite iugũ ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ aũt cõuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei uiui: sicut dicit deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorũ deus, & ipsi erũt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit dominus: & immundũ ne tetigeritis: & ego recipiam uos, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

¶[Postquã Apostolus docuerat vsum gratiæ collatæ quãtum ad bonas operatiões exteriores, Hìc cõsequẽter instruit eos circa vsum prædictũ quantũ ad interiorem deuotionẽ, quæ cõsistit in lætitia cordis quæ latitudinem cordis causat. Et circa hoc tria facit. Primò enim exhibet se eis in exẽplum latitudinis. Secundò ostẽdit ꝙ ab ipso nõ habent contrariũ exemplũ, nec possunt accipere, ibi[Nõ angustiamini in nobis, &c.] Tertiò exhortatur eos ad cordis latitudinẽ, ibi[Eandem habentes &c.] Circa primũ duo facit. Primo ponit signũ latitudinis cordis, Secũdò ponit ipsam latitudinẽ cordis quã habebat Apostolus, ibi[Cor nostrũ dilatatũ est &c.] Signũ aũt latitudinis est os latũ, qa os immediatè adhæret cordi. Vñ quæ per os exprimimus sunt expressa signa cõceptionũ cordis. Mat. 12, Ex abundantia cordis os loquitur. Et hoc est quod dicit, Os nostrũ patet ad vos. Os enim clausum est aliquando, tunc. s. quando ea quæ sunt in corde nõ patent exterius, sed apertũ & patens est, qñ ea quæ in corde sunt manifestãtur. Iob 3, Post hæc aperuit &c. Mat. 5, Aperiens os suũ &c. Et ne hoc videatur pertinere ad vitiũ vanitatis, qa manifestat se, subdit rationẽ dicens [Ad vos]. i. propter vtilitatẽ vestrã manifestamus vobis secreta cordis nostri. 1. Corin. 10, Nõ quærẽs quod mihi vtile sit &c, Causa aũt hui⁹ dilatationis, pcedit ex dilatatiõe & latitudine cordis. Et ideò dicit[Cor nostrum dilatatum est &c.] Prouer. 21, Exaltatio oculorum dilatatio est cordis. Cor autem aliqñ est strictum tunc. s. qñ cõprimitur & cõcluditur in modico, sicut cũ quis nõ curat nisi de terrenis & cõtẽnit cælestia nõ valẽs ea intellectu capere. Aliqñ aũt est latũ, tũc. s. qñ qs magna appetit & desiderat. & talis erat Apostol⁹ q nõ reputãs ea q̃ videntur desiderabat cælestia. Et ideo dicit[cor nostrũ dilatatũ est]. i. ampliatũ ad magna appetẽda. ¶[Cõsequẽter ostẽdit ꝙ non habẽt ab Apostolo cõtrariũ exẽplũ dicẽs[Nó angustiamini &c.] q. d. Ex quo ostẽdim⁹ vobis latitudinẽ cordis nostri nõ habetis a nobis exẽplũ, nec causamvñ angustiamini. Sed si hoc facitis, tũc quidẽ angustiamini, sed nõ ex nobis, imo ex viscerib⁹ vestris. i. ex vobis. Vbi sciẽdum est ꝙ angustiari, idẽ est ꝙ includi in aliquo, vñ nõ patet alius adit⁹ euadẽdi. isti aũt erãt seducti à deo à pseudo, ꝙ nõ credebãt posse salutẽ cõsequi, nisi in obseruãtiis legalib⁹. Et ideò efficiebantur serui cũ essent liberi secũdũ fidẽ Christi. Vñ angustiatio huius seruitutis nõ proueniebat eis ab Apostolo, sed ex viscerib⁹ eorũ. i. ex duritia cordiũ ipsorũ. Luc. 23, Nolite flere super &c. ¶[Cõsequẽter hortatur eos ad latitudinẽ cordis, dicẽs[Eandẽ aũt habẽtes &c.] q. d. si aliquando decepti à pseudo angustiati estis, non omnino remaneatis in angustiatione. Imo studeatis habere latum cor sicut nos habemus. quia eandem habebitis remunerationem quam nos habemus. Et ideo dicit[Eãdem remunerationem habẽtes]. s. sicut & nos. suprà. 1, Sicut estis socii passionum &c. Tanquam filiis, non inimicis, dico vobis vel tanq̃ filiis dei. q. d. Eandem remunerationem habentes quam filii dei. s. hæredes vitæ æternæ. Ro. 8, Si filii & hæredes, [Eandem inquam, habentes remunerationem dilatamini & vos]. i. habeatis cor magnum & liberum libertate spiritus quæ est in fide Christi & non coangustiamini in seruitute obseruantiæ legalis. ¶[Consequenter cũ dicit [Nolite iugũ ducere &c.]docet eos vsum collatæ gratiæ quantum ad infideliũ vitationem. Et circa hoc duo facit. Primò ponitur Apostoli exhortatio. Secũdò exhortatiõis ratio, ibi[Quæ enim participatio &c.] Tertiò rationẽ huius authoritate cõfirmat, ibi[Vos enim estis templũ dei &c.]Dicit ergo[Nolite iugum ducere &c.]Vbi est sciendum quòd iugum dicitur omne illud quod ligat plures ad aliquid faciendũ. Vñ quia aliquãdo aliq cõueniunt ad faciendum aliquid boni quod est ex deo, & aliqui ad faciendũ aliquid mali quod est ex diabolo. Ideò dicitur iugum dei & iugum diaboli. Iugum quidẽ dei est ipsa charitas, quæ ligat hominem ad seruiẽdũ deo. Mat. 10, Tollite iugũ meũ &c. Iugum verò diaboli est ipsa iniquitas, quæ ligat ad malum & ad malè faciendum. Esa. 9, Iugum oneris eius. Hoc ergo dicit[Nolite iugũ ducere]. i. nolite communicare in operibus infidelitatis cũ infidelibus. Et hoc propter duo. Primò quia aliqui erant inter eos qui reputabantur sapientiores, non abstinentes ab idolotitis: & ex hoc scandalizabant inferiores. Alii autem erãt qui cõmunicabant cũ Iudæis in traditionibus seniorũ. Vnde Apostolus hortatur eos cũ dicit[Nolite &c.]vt non cõmunicent cũ Iudæis in traditionibus legis, neq; cũ Gẽtibus in cultu idolorũ. Vtriq; enim infideles sunt. Rationẽ autẽ huius assignat dicẽs[Quæ enim participatio &c.]Quæ sumitur ex distinctione duplici. Vna distinctio est quantum ad causam, sed alia est quãtũ ad statum. Distinctio quantũ ad causam duplex est. s. quã tum ad causam habitualẽ & quantũ ad causam efficientẽ. Causa autẽ habitualis est duplex. Vna quantũ ad effectũ, & hoc est quod dicit[Quæ enim participatio iustitiæ &c.]q. d. Non debetis iugum ducere cum infidelibus quia alius habitus est in vobis, alius in illis: in vobis quidẽ est habitus iustitiæ: in illis verò est habitus iniquitatis. Maxima autẽ iustitia est reddere deo quod suum est, & hoc est colere ipsum. Vnde cũ vos colatis deũ, est in vobis habitus iustitiæ: summa aũt iniquitas est auferre deo quod suum est, & dare diabolo. Esa. 1, Iniqui sunt cœtus vestri. Hieremie. 23, Quid paleis ad triticum? Alia causa habitualis est quãtum ad intellectum, & hæc distinctio est, quia fideles sunt illuminati lumine fidei, sed infideles sunt in tenebris errorum. Et quãtum ad hoc dicit[Aut quæ societas luci ad tenebras.]quasi dicat, nõ est conueniens ꝙ eis communicetis, quia nõ est aliqua societas conueniens, quia vos estis lux per scientiam fidei. Ephe. 5, Eratis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino &c. Illi verò tenebræ sunt per ignorantiã. Prou. 4, Via impiorũ tenebrosa &c. Vnde dominus à principio diuisit lucem à tenebris, vt dicitur Gene. 1. Quantũ verò ad causam efficientẽ, dicit[Quæ autem conuentio Christi ad Belial?]q. d. Vos estis serui Christi, & membra eius. 1. Corint. 12, Vos estis corpus Christi, illi aũt sunt membra diaboli. Et dicitur diabolus Belial absq; iugo, qa noluit subiici iugo dei. Hiere. 2, A seculo fregisti &c. Quòd autem non possit esse conuentio Christi ad Belial, patet ex verbis Christi. Io. 14, Venit princeps mundi huius &c. Et etiã ex verbis diaboli. Mat. 8, Quid nobis & tibi Iesu &c. Alia distinctio est quantum ad statum, & hoc quantum ad duo: scilicet quantum ad statum fidei, & secundũ hoc dicit[Aut quæ pars est fidelis &c.]q. d. non eadem est pars vtriusq;, quia pars fidelis est ipse deus quẽ habet præmium, & vt finẽ suæ beatitudinis. ps. Dominus pars hereditatis meæ &c. Sed pars infidelis sunt bona terrena. Sap. 2, Hæc est sors nostra &c. Matt. 24, Diuidit eũ & partẽ &c. Item quantum ad statũ gratiæ, & secundum hoc dicit, quis autem consensus &c. q. d. Non est aliqua conuenientia tẽplo dei & idolis. Vnde vos estis templũ dei per gratiã. 1. Corint. 3, Tẽplũ dei &c. &. 6, Nescitis quoniã membra vestra templa sunt &c. Non debetis ergo communicare cum infidelibus qui sunt templa idolorũ. Sed notandum ꝙ dominus prohibet per Ezechielem ꝙ in templo dei non colantur idola. Ezech. 26, Mutò ergo magis prohibentur homines, quorum animæ sunt templum dei ne violẽt illa per participationem idolorum. 1. Corint. 3, Si quis templum dei violauerit &c. ¶[Consequenter cùm dicit[Vos enim estis &c.] Confirmet rationem propositã per authoritatem. Et circa hoc duo facit. Primò enim confirmat quod induxit ratione ammonitionis. Secundò verò confirmat ipsam ammonitionem, ibi[Propter quod exite &c.] Circa primum duo facit. Primò resumit quod probare intẽdit. Secundò verò inducit authoritatem ad propositum, ibi[Sicut dicit dominus quoniam &c.]Dicit ergo. Rectè dico ꝙ non est consensus templo dei cum idolis. i. nõ debetis cum eis participare, quia vos estis templum dei viui, & non mortui sicut idolatrę. ad hoc probandũ adducit authoritatem probans hoc ipsum per vsum templi: vsus enim templi est vt deus habitet in eo. Nam templum est locus dei ad inhabitandum sibi consecratus. Psal. Dominus in templo sancto suo &c. Quæ quidem authoritas sumitur ex Leuit. 26. quæ talis est, Ponam tabernaculum meũ in medio vestri &c. In qua authoritate quatuor tangit quantum ad hunc vsum pertinet. Primum pertinet ad gratiam operationum: quod est deum esse in aliquo per gratiam. Et hoc est quod dicit[Inhabitabo in eis]. s. in sanctis per gratiam excolens eos, licet autem deus in omnibus rebus dicatur esse per præsentiã, potentiam & essentiam, non tamen dicitur in eis inhabitare, sed in solis sanctis per gratiam. Cuius ratio est, quia deus est in omnibus rebus per suam actionem inquantum coniungit se eis vt dans esse, & conseruans in esse. In sanctis autem est per ipsorum sanctorum operationem qua attingũt ad deum, & quodammodo comprehẽdunt ipsum, quæ est diligere & cognoscere. Nam diligens & cognoscens dicitur in se habere cognita & dilecta. Secundum pertinet ad gratiam cooperantem, quo. s. proficiunt sancti auxilio dei, & quantum ad hoc dicit[Inambulabo in eis]. i. promouebo eos de virtute in virtutem. Nã hic profectus sine gratia dei esse nõ potest. 1. Cor. 15, Gratia dei sum id quod sum. Nam sicut gratia operans facit nos esse aliquid in esse iustitię, ita & gratia cooperans facit nos, ipso esse proficere. Tertiũ pertinet ad dei beneficium, & hoc vel protectionis per prouidentiã, & hoc tangit dicens, Ego ero illorum deus. i. prouidentia mea protegam eos. Psal. Beatus populus cuius dominus &c. Vel beneficium remunerationis, vt sic dicatur, Ero illorum deus. i. dabo eis meipsum in mercedem. Gene. 15, Ego ero merces tua &c. Et Hebr. 11, Non confunditur deus eorum vocari deus. Quartum pertinet ad debitum cultum & seruitium sanctorum, & quantũ ad hoc dicit. Et ipsi erũt mihi in populum. i. me colent & mihi obedient vt mei, & non alterius. Psal. Nos aũt populus eius & oues, &c. Vel possunt ad præsentiã corporalẽ referri, & tunc exponitur sic, Quoniã inhabitabo in illis per carnis assumptionem. Io. 1, Verbum caro factum est &c. Et ambulabo inter illos corporaliter cũ eis conuersando Bar. 3, Post hæc in terris visus est &c. Et ero illorum deus per gloriã. Deut. 4, Non est alia natio tam grãdis &c. Et ipsi erunt mihi populus. i. per fidẽ me colent. ¶[Consequenter cùm dicit. [Propter quod exite &c.] Confirmat ipsam ammonitionem per aliam authoritatem. Et circa hoc duo facit. Primò confirmat ammonitionem per authoritatem. Secundò ostendit præmium promissum seruantibus monitionem, ibi, Ego recipiam vos &c. Dicit ergo propter quod. i. quia estis templũ dei exite de medio eorum. Et sumitur de Esa. 52, Recedite recedite inde & pollutũ nolite tangere. Vbi tria dicit, Exite, separamini, & immundum nolite tangere: quia tripliciter debemus nos habere ad infideles. Primò vt exeamus ab eis relinquendo peccata. Zach. 2, O, o, fugite de terra Aquilonis &c. Sed Donatistæ dicũt ꝙ debemus corporaliter deserere malam societatem, quod non est verum. Vnde quod Apostolus dicit intelligendum est de separatiõe spirituali. Et ideo sic exponit, Exite spiritualiter non sequendo vitam eorũ. Can. 2, Sicut lilium inter spinas, &c. Et hoc ideo vt vitemus ipsas peccatorum occasiones ab eis datas. Et ideo dicit, Separamini. i, à longè ab eorũ consensu sitis. Matt. 10, Veni enim separare &c. Nu. 16, Recedite à tabernaculis hominum impiorũ &c. Tertiò

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt arguamus eos,cùm malè agunt.Et ideò dicit immundum ne tetigeritis.ſ.conſentientes eis in malis.Ro. 1,Non ſolùm qui faciunt ea,ſed,& qui conſentiunt &c.Epheſ.5,Nolite communicare operibus infructuoſis.Et hoc quia qui tangit picem &c.Eccl.13,Præmium autem repromiſſum ſeruantibus monitionem eſt duplex,ſcilicet diuina familiaritas,& diuina adoptio.Diuina familiaritas,quia ego recipiam vos.q.d.Securè exeatis,quia ego recipiam vos in meos.Pſal.Quoniã pater meus,& mater mea &c.Pſal.Beatus quem elegiſti &c.Eſa.41,Ecce ſeruus meus &c.Sed diuina adoptio,quia adoptat nos in filios,quia dicit, Et ero vobis in patrem,& vos eritis mihi in filios Rom.8,Non accepiſtis &c.Et dicit filios quantum ad perfectos,& filias,quantum ad imperfectos,& hoc ſumitur de.2.Reg.7.vbi dicitur de Salomone,Ego ero in patrẽ.&c.

Caput 7.

Monet.P. præmittẽdo motiuũ obſeruandæ monitionis & exemplum ſe exhibẽdo & ſuã intẽtionem eſſe nõ vt confunderet eos cũ eos in corde haberet in bonum.

HAs igitur habẽtes promiſſiones chariſſimi,mũdemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, perficiẽtes ſanctificationẽ in timore dei.Capite nos.Neminẽ læſimus,neminẽ corrupimus,neminẽ circũuenimus.Nõ ad cõdẽnationẽ ueſtrã dico.Prædiximus enim q̃ in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriẽdũ & ad cõuiuẽdum. ¶ Monuit Apoſtolus Corinthios qualiter ſe in futuro debeãt habere.Hic cõmẽdat eos de bonis præteritis.Sed vt fiat quædam continuatio præteritorum ad futura.Primò concludit ammonitionẽ. Secundò verò cõmendat eos,ibi[Multa mihi fiducia &c.]Circa primum tria facit.Primò ponit ammonitionem.Secũdò inducit exemplum ſuiipſius ad ammonitionem ſeruandam,ibi[Capite nos &c.] Tertiò ponit ammonentis intentionem,ibi[Nõ ad cõdemnationem veſtram &c.]Circa primũ tria facit.Primò ponit motiuum ad obſeruantiã ammonitionis,& hoc eſt promiſsio eis facta.Et ideo dicit,Has igitur habẽtes promiſsiones chariſsimi.ſ.q̃ deus habitet in nobis,& recipiat nos &c.Secũdò ponit ammonitionem,cũ dicit[Mundemus &c.]Et hoc ideo quia promiſsiones iſtæ non dantur niſi mundis,& ideo mũdemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus.i.carnalium & ſpiritualiũ vitiorum.Eſa.52,Mundamini qui fertis vaſa domini &c.Vbi ſciendum eſt q̃ omne peccatum quod conſummatur in delectatione carnis eſt carnale: illud verò quod conſummatur in delectatione ſpiritus,eſt ſpirituale.Et inde eſt q̃ peccata carnalia ſi conſiderentur quantum ad ſui coſummationem ſunt duo tantùm.ſ.gula & luxuria:cætera verò peccata ſunt ſpiritualia.Si verò conſiderẽtur quãtũ ad ſui originem,ſic omnia peccata poſſunt dici carnalia,quia omnia ex conceptione carnis originem habent,& hoc modo loquitur ad Gala.5,Manifeſta ſunt autem opera carnis &c.Tertiò ponit modũ implendi ammonitionem,ibi[Perficientes & c.]Poſſet enim aliquis dicere, Nũqd non ſumus mundati in baptiſmo?Et ideo addit perficientes ſanctificationem.i.perficimus emundationem inchoatam in baptiſmo.Sanctus enim idem eſt quòd mundus.Leuit.11.& 19,Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum &c.Perficiamus,inquam,quia philoſophi conati ſunt perficere,& non potuerunt,quia non potuerunt omnia peccata vitare:quantumcunq; enim aliqua peccata vitarent & exercerent actus virtutum, adhuc tamẽ remanebat in eis peccatũ infidelitatis.Et ideo in vero cultu dei ſolùm perficitur emũdatio, & hoc eſt quod dicit,in timore.i.in cultu dei,Eccle.25,Timor dñi,&c. ¶ Sed contra Col.3,Super omnia charitatem habentes quæ eſt vinculum perfectionis.Non igitur perficitur ſanctificatio in timore dei,ſed in charitate dei.Reſpondeo,dicendũ q̃ hic loquitur de timore filiali,qui eſt charitatis affect⁹,& nõ de ſeruili qui contrariatur charitati.Dicit autẽ in timore,vt doceat nos habere affectũ ad deum,cũ quadã reuerentia & ſollicitudine.Amor enim cauſat ſecuritatem,quæ quãdoq; negligentiam parit,ſed qui timet,ſemper eſt ſollicitus. ¶ Cõſequenter cùm dicit[Capite nos &c.]In exemplũ ſe præbet.Quaſi diceret.Accipite nos in exẽplum.1.Cor.11, Imitatores mei eſtote &c.Ego enim mihi caui ab immunditia per ſanctificationem, quia neminem læſi.Vbi notandũ q̃ tripliciter poteſt aliquis lædere proximum,& nullo iſtorum modorum læſit aliquem.Primo in perſona,& quantum ad hoc dicit,Neminem læſimus.ſ.in perſona ſicut factũ mali domini.Mich.3,Violenter tollitis pellem eorum &c.Secundò quantum ad famam inducendo eos vel exemplo vel perſuaſionibus ad malum,& quantum ad hoc dicit neminem corrupimus.1.Conrint.15,Corrumpunt bonos mores.Tertiò quantum ad ſubtractionem bonorum,& quantum ad hoc dicit, Neminem circunuenimus.i.in bonis fraudauimus.1.Theſſ.4,Ne quis circunueniat &c. ¶ Conſequenter cùm dicit [Non ad condemnationem veſtram &c.]Aperit ſuã intentionem.q.d.nõ dico hoc condemnando vos,ſed vt emẽdemini.Mala enim præterita propter duo conſueuerunt commemorari.Aliquando ad condemnationem, & hoc quando non eſt vltra ſpes correctionis.Aliquando autem ad emendationem,vt.ſ.corrigatur,& hoc modo loquitur hîc,Non ad condemnationem veſtrã &c.1.Cor.4,Hæc ad vtilitatem veſtrã dico &c. Et ratio hui⁹ eſt,quia gaudeo de bono veſtro,prædixi enim q̃ vos eſtis &c.ſuprà.3,Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris.Phil.1,Eo q̃ habeã vos &c.Eſtis,inquam,in cordibus noſtris.ſ.ad cõmoriendum & ad cõuiuendum.Quod poteſt intelligi de morte culpæ,& de morte naturali.De morte culpæ,vt nõ intelligatur q̃ nos ſimus paratiad cõmoriendum vobiſcũ.i.quãdo vos peccatis nos volumus peccare,ſed q̃ mortem culpæ veſtrã eo dolore accipimus quo noſtrã.2.Corin.11,Quis infirmatur,& ego nõ infirmor.1.Cor. 15,Quotidie morior &c.Et ad cõuiuendũ,quia ita gaudeo de bona vita veſtra in gratia,ſicut & de noſtra. De morte verò naturali,vt intelligatur ad cõmoriendum.i.paratus ſum mori pro vobis.infrà.12, Libenti⁹ impendar,& ſuper impendar &c.& ad cõuiuendum.i.vt deſiderem vos eſſe ſocios in vita æterna. 2. Tim. 2,Si commortui ſumus,& conuiuemus.

Laudãtur Corinthii: & declaratur in quo interponẽdo ſuã in Macedonia perſecutionẽ & cõſolationem partitũ & ex eorũ cõuerſione.

Lectio 2.

MVlta mihi fiducia eſt apud uos,multa mihi gloriatio pro uobis:Repletus ſum cõſolatione,ſuperabũdo gaudio in omni tribulatione ueſtra.Nã & cùm ueniſſemus in Macedoniam,nullã requiẽ habuit caro noſtra,ſed cẽm tribulationẽ paſſi ſumus.Foris,pugnæ:intus,timores.Sed qui cõſolatur humiles,cõſolatus eſt nos deus,in aduẽtu Titi.Nõ ſolũ aũt in aduẽtu eius,ſed etiã in cõſolatione in qua cõſolatus eſt in uobis,referens nobis ueſtrũ deſideriũ, ueſtrũ fletũ, ueſtrã æmulationẽ pro me,ita ut magis gauderẽ.Quoniã etſi cõtriſtaui uos in epiſtola,non me pœnitet.Etſi pœniteret uidẽs q̃ epiſtola illa(& ſi ad horã)uos cõtriſtauit,nũc gaudeo,nõ quia cõtriſtati eſtis,ſed qa cõtriſtati eſtis ad pœnitẽtiã. ¶ Apoſtolus poſuit ſuprà ammonitionem ex præmiſsis cõclusam.Hic ſubdit ſuã cõmẽdationem. Et circa hoc duo facit.Primò ponit eorũ cõmendationẽ.Secũdò ipſam exponit,ibi[Nã & cũ veniſſem &c.] Cõmẽdationem autem ipſorũ ponit oſtendendo affectum ſuum,qui conſurgit ex bonis operibus quæ Corinthii

faciebant. Conſueuit enim quadrupliciter affectus in cordibus diligentium conſurgere ex bonis quæ dilecti operantur,& hos quatuor ſe Apoſtolus conceꝑiſſe de eis oſtendit.Et primò affectum fiduciæ. Vnde dicit,Multa mihi fiducia eſt apud vos,Inquantum. ſ.confido q̃ qui bene cœpiſtis, ſemper proficietis in melius,Vnde ex bonis auditis,de vobis ſpero maiora in futurũ.Phil.1,Confido de vobis quòd qui cœpit opus bonum &c.Hæb.6,Confidimus de vobis chariſsimi &c.Et hæc fiducia bona eſt & ſalubris.Hæbr.10, Nolite amittere fiduciam &c. Secundò ex hoc concipit affectum gloriationis. Ex quo enim quis bona amici, ſicut ſua diligit : conſequens eſt vt de bonis amici,ſicut de propriis glorietur.Et hoc ſpecialiter quoniã ipſe eſt cauſa illorum bonorum, ſicut magiſter eſt cauſa doctrinæ diſcipuli. Et ideo dicit, Multa mihi gloriatio pro vobis eſt &c.Prouer.10,Gloria patris filius ſapiens.Tertiò ex prædictis concipit affectum conſolationis,quando is qui lætatur, & gloriatur de bonis ſuis vel amici habet remedium contra triſtitias. Conſolatio enim eſt remedium contra triſtitias. Naturale autem eſt quòd ſemper delectatio & gaudium triſtitiæ opponitur. Et ſecundum Philoſophum, Omnis delectatio debilitat vel totaliter tollit triſtitiam.Si delecta tio ſit contraria triſtitiæ,totaliter abſorbet triſtitiam:ſi autẽ non ſit contraria,debilitat & diminuit eam.Et inde eſt quòd quando quis eſt in triſtitia quandocunq; nuntiantur ſibi aliqua læta diminuitur triſtitia. Et ideo quia audit læta de Corinthiis,dicit,Repletus ſum cõſolatione,audita.ſ.correctione veſtra.ſuprà.1. Sicut abundant Chriſti paſsiones &c.Phil.2,Si qua conſolatio &c.Implete gaudium meum &c. Quartò cõſurgit ex prædictis affectus exuperantis gaudii:licet enim ex aliquibus delectationibus diminuatur triſtitia, non tamen totaliter tollitur niſi gaudium ſit magnum.Quanuis autem Apoſtolus multas tribulationes ſuſtineret,quia tamen multum gaudebat de bonis Corinthiorum , ideo non ſolùm non abſorbebatur triſtitia totaliter,ſed etiam ſuperabundabat gaudio. Et ideo dicit , Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.i.gaudium meũ ſuperat omnem tribulationẽ quæ erat in animo meo.1. The.2, Quæ eſt enim ſpes noſtra aut gaudium &c.Rom.12,In tribulatione patientes. ¶ Conſequenter cùm dicit [Nam cùm veniſſem &c.]exponit ſuam commendationem. Duo autem dixerat.ſ.ſe accepiſſe gaudium & habuiſſe tribulationem.Primò ergo manifeſtat ſuam tribulationem.Secundò verò ſuam conſolationem,ibi [Sed qui conſolatur &c.] Tribulationem autẽ aggrauat ex duobus. ſ. ex ſubtractione remedii,cùm dicit [Nam & cùm veniſſem,&c.] q.d.Verè tribulationem habeo,quia in nullo conſolor. ¶ Nam cùm veniſſem Macedoniã, nullam requiem habuit caro noſtra, hîc facit mentionem de perſecutione quam paſſus eſt in Macedonia, quando liberauit ancillam Phytoniſſam,vt legitur Act. 16. Dicit autem, nullam requiem habuit caro noſtra,& non dicit,ſpiritus noſter:quia ſancti ſemper habent pacem ſpiritus, cùm etiã in aduerſis anima quæ in corpore patitur ſpe futuri præmii quieſcat , quanquam multa ſuſtineat affectui carnis contraria. ¶ Ex multiplicitate verò tribulationum aggrauat,cùm dicit,Omnem tribulationem paſsi ſumus. i. omne genus tribulationis ſecundum corpus,& ſecundum animam:ſuprà.4,In omnibus tribulationem patimur &c.Io. 16,In mundo præſſuram &c. ¶ Et quòd omnem tribulationem paſſus fuerit, exponit conſequenter, cùm dicit[Foris pugnæ,intus timores.]Foris.i.extra meipſum pugnæ perſecutionum, ſed tamen intus.i.in corde eſt timor de malo,timens perſecutionem in futuro.Deut.32,Foris vaſtabit eos gladius &c. ¶ Sed contrà,Prou.28,Iuſtus quaſi leo confidens abſq; terrore erit. Reſpondeo, eſt ſine timore quãtum ad ſpiritum, non tamen quantum ad carnem.Vel foris.i.extra eccleſiam pugnæ illatæ ab infidelibus, ſed intus timores, ne.ſ.illi qui intra eccleſiam ſunt,excidant à fide propter perſecutores. Vel foris.i.in manifeſto, pugnæ quibus impugnantur à manifeſtis inimicis.Intus timores,qui iniiciuntur nobis ab illis qui dicunt ſe amicos, & non ſunt:quia vt dicit Boetius de conſola. Nulla peſtis efficacior ad nocendum quàm familiaris inimicus. Matt.10,Inimici hominis domeſtici eius. ¶ Conſequenter cùm dicit [Sed qui conſolatur &c.] Ponit materiam ſuæ cõſolationis quam extollit ex duobus.ſ.ex grata præſentia Titi,& ex conſolatione Titi,ibi [Nõ ſolùm autem &c.]Dicit ergo,licet hîc grauiter afflicti fuerimus,ſed qui.ſ.deus conſolatur humiles, conſolatus eſt &c.Cuius præſentia vtpote mihi gratiſsima eſt, & in adiutorium.ſuprà. 1, Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.Dicit autem qui conſolatur humiles, quia ſuperbos non conſolatur, ſed eis reſiſtit:vt dicitur Iac.4.&.1.Pet.5,Conſolatur autem humiles dando eis gratiã.quæ eſt conſolatio ſpiritusſancti.Eſa.61,Vt conſoler omnes lugentes &c.[Non ſolùm autem &c.]Hîc ponitur alia materia conſolationis Apoſtoli.ſ.conſolatio Titi.Et materia huius conſolationis eſt duplex. Prima emendatio Corinthiorũ, quam habuerunt in præſentia Titi. Secunda eſt deuotio Corinthiorum quam oſtendit ad Titum , ibi [In conſolatione autem veſtra &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit conſolationem de pœnitentia Corinthiorum.Secundò exponit quædam quæ dixit,ibi [Contriſtati enim eſtis &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit conſolationem Titi.Secundò materiam conſolationis,ibi[Referens nobis &c.] Tertiò effectum conſolationis in mente Apoſtoli,ibi [Ita vt magis gauderem &c.]Dicit ergo,Non ſolùm conſolatur nos deus in aduentu Titi , ſed etiam in conſolatione qua ipſe Titus conſolatus eſt de vobis & in vobis. Et huius conſolationis materia eſt,quia ipſe Titus conſolatus eſt referens nobis veſtrum deſiderium &c. Vbi tria ponit laudabilia propter tria reprehenſibilia quæ fuerunt in eis.Fuerunt enim pigri ad bonum, & contra hoc dicit [Referens nobis veſtrum deſiderium.]de proficiendo in melius. Item erant proni ad malum, & contra hoc dicit [Noſtrum fletum].ſ.de peccatis cõmiſsis.Hier.6,Luctum vnigeniti fac &c.Item erant faciles deceptioni pſeudorũ, & contra hoc dicit [Veſtram æmulationẽ contra pſeudos habitam pro amore mei.] Nam ante æmulabamini contra me pro eis. ¶ Conſequenter cùm dicit [Ita vt magis &c.] Ponit affectum conceptum ex conſolatione Titi,qui quidem affectus eſt gaudium.Vnde circa hoc tria facit. Primò ponit conceptum gaudium.Secundò oſtendit ſuæ æſtimationis imitationem. Tertiò ſubdit rationem gaudii. Dicit ergo,intantùm gauiſus ſum de his quæ Titus retulit mihi,ita vt magis gauderem de hoc,quã de tribulatione mea doluerim. Nam ſpiritualia præferenda ſunt temporalibus. Vel vt magis gauderem de hoc quòd contriſtaui vos quàm doluerim olim. Peccauerant enim faciendo fornicationem , & Apoſtolus increꝑauerat eos,vt patet in prima epiſtola 5. & 6. Tunc autem incertus erat Apoſtolus quem euentum deberet habere illa triſtitia,bonum.ſ.an malum. Et ideo dubitans pœnituit:ſed videns poſtmodum quòd

bonum inde prouenerat, gaudebat:ideo dicit (Quoniam etsi contristati.) vos increpãdo in prima epistola,non me pœnitet modò,quia correcti estis:& si olim pœniteret,quando. s. eram incertus, vtrum tristitia induceret vos ad correctionem vel desperationem, videns quòd epistola illa,etsi ad horam vos cõtristauit, nunc gaudeo,quia estis conuersi.Et rationem gaudii assignat, quia non gaudeo de hoc,quia cõtristati estis: sed de effectu.s.de correctione,quia. s.contristati estis nõ ad desperationem,sed ad pœnitentiam, sicut medicus non gaudet de amaritudine, sed de effectu.s.de sanitate. suprà. 6, Quasi tristes, semper autem gaudentes.

Lectio 3.

Assignatur ratio cur de tristitia Corinthiorũ gaudeat Apostolus ipsaque eorum tristitia laudatur ex suo effectu.

Contristati enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autẽ tristitia, mortẽ operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum deum contristari uos, quantam in uobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed uindictam. In omnibus exhibuistis uos iucontaminatos esse negotio.

¶ Posita consolatione Apostoli & Titi de tristitia Corinthiorum,eo quòd fuerit ad pœnitentiam,& non ad desperationem : hîc consequenter huius consolationis ratio assignatur,eorum tristitiam commẽdando. Et circa hoc duo facit.Primò enim commendat eorum tristitiam. Secundò ex hoc concludit propositum, ibi[Et si scripsi vobis &c.]Commendat autem Corinthiorũ tristitiam ex duobus.Primò ex causa:secundò ex effectu,ibi [Quæ enim tristitia est,&c.Causa autem ex qua commendatur eorum tristitia hæc est, quia est secundum deum,& ideo dicit, Licet ad horam contristauerim vos per epistolam, tamen nunc gaudeo. i.quia contristati estis secundum deum.Vbi sciendum est quòd tristitia & gaudium,& communiter omnis affectio ex amore causatur.Tristatur enim quis,quia caret eo quod amat. Qualis autẽ est amor,talis est tristitia ex amore causata. Est autem duplex amor. Vnus quo diligitur deus, & ex hoc causatur tristitia, quæ est secundum deum. Alius amor quo amatur seculum,& ex hoc causatur tristitia seculi. Amor quo diligimus deum,facit nos libenter seruire deo,sollicitè quærere honorem dei,& vacare deo dulciter.Et quia peccando impedimur à seruitio dei,& ideo ei non vacamus,nec eius honorem quęrimus,ideo amor dei causat tristitiam de peccato, & hæc est tristitia secundum deum, quæ quidem tristitia non fuit nobis ad malum, nec detrimentum,sed potius ad fructum & meritum. Et ideo dicit,Vt in nullo detrimentũ patiamini à nobis, quia non solùm bona & grata quæ vobis impendimus, vobis prosunt : sed etiam hoc ipsum quòd vos corrigimus & contristamus.Heb.12,Omnis disciplina in præsenti.&c. ¶ Consequenter cùm dicit [Quæ enim tristitia,&c.]Commendat eorum tristitiã ex effectu, qui quidem est præmium vitæ æternæ.Et circa hoc duo facit. Primò enim ponit effectum in generali. Secundò experimentum specialiter in eis consecutum,ibi [Ecce enim hoc ipsum,&c.]Circa primum duo facit.Primò enim ponit effectum tristitiæ,quæ est secundum deum.Secundò ponit effectum tristitiæ,quæ est secundum mundum,ibi[Seculi autem,&c.]Dicit ergo primò.Dico ꝙ tristitia nostra non fuit vobis detrimentum.Enim.i.quia, tristitia quæ est secũdum deum,operatur pœnitentiam:pœnitentiã autem dico in salutẽ stabilem.i.sempiternã, quæ est salus stabilis, & est beatorũ:de qua Esa. 49,Salus autem mea in sempiternum erit.Et hanc operatur pœnitentia. Mat. 3,Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum. Et dicit stabilem vt excludat salutem temporalem,quæ est transitoria,& communis ipsis hominibus & iumentis,de qua in Psal.Homines & iumenta saluabis domine, &c. ¶ Sed contra hoc quod dicit quòd tristitia quæ est secundum deum pœnitentiam operatur,videtur esse,quia ipsa tristitia secundum deum est pœnitentia. Pœnitere enim est tristari de malo & secundum deum.Non ergo operatur pœnitentiam. Respondeo. Dicendum est quòd pœnitentia habet tres partes,quarum pars prima est tristitia.s.dolor & cõpunctio de peccatis. Aliæ duæ sunt confessio & satisfactio.Cùm ergo dicit quòd tristitia operatur pœnitentiam,intelligendum est quòd compunctio,seu dolor de peccato operetur in nobis pœnitentiam.i.alias partes pœnitentiæ.s.confessionem & satisfactionem. Vel dicendum est quòd tristitia secundum deum est communior quãm pœnitentia:quia pœnitentia est de proprio peccato, sed tristatur quis secundum deum, & de peccatis propriis & de alienis. Sic ergo effectus tristitiæ quæ est secundum deum est salus æterna,effectus verò tristitiæ quæ est secũdum mundũ,est mors. Quia enim qui diligit seculum,inimicus dei constituitur,vt dicitur.Iac.4,Ideo ex amore seculi mors causatur.Tristatur enim secundum seculum quis,non quia peccans deum offendit, sed deprehensus in peccato, punitur de eo & detegitur.Et hæc tristitia est vitanda in peccatis.Eccle. 30, Tristitiam longè fac à te. &c. ¶ Consequenter manifestat effectũ prædictum per experimentũ sumptum in ipsis,cùm dicit [Ecce enim hoc ipsum,&c.] q.d.Verè salutem stabilẽ,quia experimento patet quòd in nobis multa quæ ad salutem ducunt,operatur.Ponit autem sex ad hoc pertinentia,quorum vnum est generale. s.sollicitudo:quando enim homo est in lætitia,de facili committit aliquas negligentias:sed quando est tristis, & in timore sollicitatur, & ideo dicit, Ecce enim.s.in vobis experti estis hoc ipsum. s.secundum deum contristari vos quantam in vobis operatur sollicitudinem ad vitandum mala,& ad faciendum bona.Mich. 6, Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum,&c.Et infrà,sollicitum,&c.Alia verò sunt specialia, quorum quædam pertinent ad effectũ interiorem, quædam ad actum exteriorem. Eorum verò quæ pertinent ad effectum exteriorem, quædam sunt ad peccati remotionem,quædam verò ad boni adeptionem. Nam verus pœnitẽs debet recedere à malo,& facere bonum. Quantum autem ad remotionem mali ponit tria. Primum est, vt desistat facere malum.Et quantum ad hoc dicit,Sed defensionem,contra illos qui nos ad malum inducunt.1. Pet.5, Cui resistite fortes in fide.Vel secundum gloss.vt cõtra pseudo me defendatis.Ephe.vlt.Accipite armaturam dei. &c.Secundum est quòd homo indignetur contra se pro peccatis quę fecit,& quantum ad hoc dicit,sed indignationem.Indignatio autem sui operatur tristitiam secundum deum. Esa. 63, Indignatio mea auxiliata est mihi.Tertium est quòd sit in continuo timore de futuro,vt caueat,& quantum ad hoc dicit, Sed timorem,de recidiuo,ne. s.in futuro similiter contingat.Eccl.25,Timor domini omnia,&c. Quantum ad boni adeptionem duo ponit. Primò desiderium,quo ad bonum afficitur, & quantum ad hoc dicit, Sed desiderium,quo bonum facere affectetis.Prouerb.11, Desiderium iustorum omne bonum.Secundò æmulationẽ bonam qua bonos imitari conatur : & quãtum ad hoc dicit,Sed æmulationem,vt.s.me & alios bonos imi-

Effectus tristitiæ secundum deum.

temini.1.Corin. 4, Sectamini charitatem æmulamini charismata meliora. Eorum verò quæ pertinent ad exteriorem actum duo ponit. Primum est vt vindicent in seipsis quod peccauerunt, & hoc vtile est. Cùm enim omne malum necessarium sit puniri vel ab homine vel à deo,si hoc nõ punit melius est quòd homo malum in se puniat,quod fecit, quàm quòd deus:quia vt dicitur Hebr. 10, Horrendum est incidere in manus dei,&c.Et quantum ad hoc dicit,sed vindictam,id est,quia peccantes punitis & etiam vosipsos.1. Corin.9,Castigo corpus meum. &c.Esa.26,Iustitiam non fecimus, &c.Secũdum est quòd totaliter abstineat à malo.Et ideo dicit in omnibus exhibuistis duce,scilicet fide,in contaminatos esse negotio, scilicet Christiano.suprà.5,In omnibus exhibeamus.Ephes.1,Elegit nos ante mundi constitutionem,vt essemus sancti. Psalm.Ambulans in via immaculata,&c.Vel negotio de quo,scilicet correcti estis,puta,de fauore quem de distis fornicatori : sed postmodum puniendo & condemnando ipsum ostendistis vos in hoc incontaminatos esse.

Lectio 4.

Ostenditur Pauli intẽtio quã habuit in scribendo Corinthijs: & gaudiũ qđ habuit de ipsorũ correctione & causa suæcõsolatiõis sũpta ex deuotione oſtẽſa Tito.

Igitur & si scripsi uobis,non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandã sollicitudinem nostram,quam habemus pro uobis coram deo,ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi,quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis. Et si quid apud illum de uobis gloriatus sum,non sum confusus: sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus,ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum,ueritas facta est, & uiscera eius abundantius in uobis sunt, reminiscentis omnium uestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quòd in omnibus confido in uobis.

¶ Hîc assignata ratione quare gaudet Apostolus de ipsorum tristitia,consequenter inducit conclusionem suam in qua duo facit.Primò enim ostendit intentionem suam quam habuit in scribendo. Secundò manifestat gandium quod habuit de ipsorum correctione,ibi[Ideo consolati &c.] Dicit ergo primò,ex quo incontaminati estis,igitur apparet quòd & si scripsi vobis per epistolam increpãdo, non scripsi propter eum tantùm qui fecit iniuriam incestu maculando cubile patris sui,vt dicitur.1.Cor. 5, Nec propter eum tantùm qui passus est.s.propter patrem,quasi non propter zelum vindictę solùm,sed hoc fecit ad manifestandam sollicitudinem nostram,quam pro vobis habemus.i.vt sciretis quàm solliciti sumus pro vobis,& hoc dico coram deo,vt sit iuramentum.i.deo teste. Vel ad manifestandam coram vobis deo.s.de omnibus sollicitudinem nostram.Collo.2,Volo vos scire quam sollicitudinem,&c.Vel aliter.Non scripsi tantùm propter eũ qui fecit iniuriam,vt.s.corrigeretur.Vel propter eum qui passus est,vt placaretur,sed ad manifestãdam,&c.vt.s.vos qui indignati fuistis pro contumelia & pœna inflicta fornicatori reconciliaremini deo.

¶ Consequenter concludit gaudium quod habuit de eorum correctione,cùm dicit [Ideo & consolati sumus,&c.]q.d.Quia hoc cõsecutus sum ex eo quòd scripsi.s.quòd estis correcti,ideo consolati sumus.i. consolationem accepimus. Gaudium enim hominis est cùm consequitur, quod cùm desiderio intendit, suprà 1,Abundantius autem,&c. ¶ Consequenter cùm dicit[In consolatione autem,&c.] Ponit secundam causam suæ consolationis quæ sumitur ex deuotione quam ostenderunt ad Titum. Et circa hoc tria facit. Primò ponit gaudium suum de gaudio Titi conceptũ.Secundò gaudii rationem assignat,ibi[Et si quid apud illum,&c.]Tertiò materiam gaudii Titi assignat,ibi[Reminiscentis omnium vestrum,&c.] Dicit ergo primò.Gauisi sumus,de correctione vestra:autem.i. sed, in consolatione nostra abundantius magis gauisi sumus quàm turbati fuerimus de tribulatione super gaudio Titi. Vel magis gauisi sumus. i.magis gaudiũ attulit consolationi nostræ gaudium Titi, & hoc quia refectus est spiritus eius. Tunc enim reficitur animus prælati,quando subditi eius sunt obedientes ei,& eum reuerentur.Philem.Refice viscera,&c.Refectus,inquam ab omnibus vobis,quia omnes vel correcti estis,vel est spes correctionis.Rationem autẽ huius gaudii assignat quantum ad duo. Vnum est ex parte Apostoli, quia.s.ipse inuentus est verax. Nam Apostolus commendauerat Corinthios Tito antequam iret ad eos.Quia verò nunc ita inuenit Titus, sicut Apostolus dixit, gaudet Apostolus verba sua vera fuisse, & hoc est quod dicit [Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum]commendando vos.Dicit autem gloriatus sum,quia gloria Apostoli erat bonum illorum [Nõ sum confusus.] i.non erubesco me falsa dixisse. Quando enim aliquis inuenitur mendax,cõfunditur. Eccl. 37,Ante omnia sermo verax,&c.Sed sicut omnia in veritate vobis locutus sum. i.sicut prædicaui vobis veritatem,ita gloriatio nostra quæ fuit ad Titum de vobis,veritas facta est.i.inuenta est vera.Alia ratio est ex parte Corinthiorum. Nam amici desiderant,vt illi quos diligunt ab omnibus diligantur.Quia ergo Titus diligebat Corinthios propter eorum deuotionem,ideo de hoc Apostolus gaudebat.Et ideo dicit Apostolus [Et viscera eius,&c.] q.d. Non solùm gaudeo,quia inuentus sum verax,sed etiam quia viscera eius.i.viscerosa charitas eius, & nimius amor abundantius quàm ante in vobis esset,ex quo vidit profectum vestrum. Vel abundantius quàm in aliis.Ephe. 6, Induite vos sicut electi dei, &c. ¶ Materiam autem gaudii manifestat ex duobus.s.ex obedientia & reuerentia. Ex obedientia quidem, cùm dicit [Reminiscentis omnium vestrum obedientiam]qua obedienter sibi obtemperastis.In quo etiam & laudauit vos.1. Reg. 15, Melior est obedientia,&c.Eccl.3,Filii sapientiæ ecclesia iustorum.Ex reuerẽtia autem cùm dicit[Quomodo cum timore].s.filiali,non seruili cum timore animi,& tremore corporis excepistis eum. Gal. 4, Testimonium enim vobis,&c.Et quia ita habuistis vos ad eum, gauisus sum,quia verax inuentus sum, & ipse diligit vos. Vnde gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.Non solùm in bona voluntate,sed etiam in bonis operibus in futuro,quòd bene vos habeatis.Hebr.6,Confidimus de vobis meliora & viciniora saluti.

Caput 8.

Prouocantur Achaici ad faciẽdas pro sanctis q erãt Hierusalẽ eleemosinas: exemplo Macedonũ quo

Notam autem uobis facimus fratres gratiam dei quæ data est in ecclesiis Macedoniæ, & quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum uirtutem, (testimonium illis reddo) & supra uirtutem uoluntarii fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerii quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt, primùm domino, deinde nobis per uoluntatem dei : ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in uobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, insuper et charitate uestra in nos, ut & in hac gratia abun-

rũ magna cõmemorat liberalitas, & cõmemorantur missi huius eleemosinæ gratia. Titus et alij duo fratres probata vitæ, nec monẽtur tamẽ quasi imperiosi, sed consilij modo.

detis. Nõ quasi imperans dico: sed per aliorum sollicitudinem, et iam uestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

¶ Posita iam exhortatione ad bonum in generali: hìc consequenter exhortatur eos ad quoddam bonũ particulare, ſ. ad largitionem collectarum pro sanctis qui erãt in Hierusalem. Nam sicut Actuum. 15, dicitur, & Apostolus tangit ad Galat. 2, Apostoli imposuerũt Paulo, & Barnabæ vt proponerẽt verbum salutis Gentibus, exhortando eos ad subueniendum sanctis qui erant in Hierusalem, qui venditis omnibus, & positis ad pedes apostolorum in maxima erant paupertate, & ad hoc inducit eos ad præsens. Vbi duo facit. Primò inducit eos ad dandum. Secundò monet ad modum dandi, vt. ſ. cito & abundanter dent. & hoc. 9 cap. ibi [Nam de ministerio, &c.] Circa primum duo facit. Primò tractat de collectis dandis. Secundò de ministris per quos huiusmodi collectæ fiant, ibi [Gratias autem deo qui dedit, &c.] Circa primum duo facit. Primò inducit eos ad dandum. Secundò excludit excusationem, ibi [Si enim voluntas prompta est &c.] Inducit autem eos ad dandum tripliciter. Primò exemplo aliorum qui dederunt. Secundò exẽplo Christi, ibi [Scitis enim gratiam domini nostri &c.] Tertiò ex ipsorum propria voluntate, ibi [Hoc enim vobis vtile &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit exemplum. Secundò ostendit se per motum ab hoc exemplo, ibi [Ita vt rogaremus Titum &c.] Tertiò monet vt ipsi hoc exemplum sequantur, ibi [Sed sicut in omnibus abundatis &c.] Circa primum sciendum est quòd Apostolus ad hoc vt Corinthii liberaliter tribuant, proponit eis Macedones in exemplum. Et commendat eos quantum ad duo. ſ. quantum ad patientiam in aduersis. Secundò quantum ad liberalitatem in donis, ibi [Et altissima paupertas &c.] Circa primum sciendũ est quòd Apostolus inducit eos ad eleemosinas, vt merita ipsorum crescant, & ideo in illo tempore hoc fecit quando possunt mereri. ſ. in tempore gratiæ: tunc enim eleemosinæ meritoriæ sunt. Et hoc est quod dicit, Notam vobis facimus gratiam. i. gratuitum donum dei. ſ. eleemosinarum largitionẽ, & dicit hoc esse gratiam, quia quicquid boni facimus est ex gratia dei, quæ quidem gratia non est data istis, sed mihi, inquantum. ſ. ex mea procuratione & sollicitudine & monitione. Macedones ad hoc moti sunt. Eph. 3, Mihi autẽ omnium sanctorum minimo &c. Data est, inquam, mihi in ecclesiis Macedoniæ. i. apud fideles Macedoniæ, quæ quidem gratia est quantum ad duo. ſ. quantum ad patientiam, quia in multo experimento &c. ¶ Vbi ponit conditiones patientiæ perfectæ. Vna est quòd homo sit constans, ita quòd nec timore tribulationis deiiciatur, sed nec etiam in ipso tribulationis experimento. Et ideo dicit quòd in multo experimento tribulationis. ſ. constantes fuerunt. Alia est quòd in ipsis tribulationibus gaudeat, sicut legitur de beato Laurentio: & quantum ad hoc dicit, Abundãtia gaudii ipsorum. ſ. Macedonum fuit. Iac. 1, Omne gaudium existimate &c. Ro. 13, In tribulatione gaudẽtes &c. Vel in multo experimento tribulationis, non quã ipsi passi fuerunt, sed quam viderunt pati in Macedonia, abundantia gaudii ipsorum fuit. ¶ Item secundò gratia est quantum ad liberalitatem in eleemosinis. Et quantum ad hoc dicit. [Et altissima &c.] Vbi duo facit. Primò ponit eorum liberalitatem. Secundò exponit quod dixerat, ibi [Quia secundum virtutem, &c.] Dicit ergo primò. Non solùm fuerunt patientes in tribulationibus. ſ. Macedones: sed etiam fuerũt liberales, quia altissima. i. maxima paupertas eorum vel nobilissima. Secundum gloss. facit paupertatem altam eleuatio spiritus supra tres temporales & contemptus earum. Et sic istorum paupertas altissima erat, quia non habebant diuitias, & contemnebant eas. Iac. 7, Nonne deus elegit pauperes in mundo, &c. Hęc, inquàm paupertas abundauit. i. excreuit in diuitiis copiosè dando. Sed hæc expositio glosæ non videtur esse secundum intentionem Apostoli, & ideo aliter dicendum est. Altissima paupertas, &c. ¶ Vbi sciendum est quòd homo ex duabus causis habet promptum animum ad dandum satis. ſ. ex abundantia diuitiarum, sicut diuites, vel ex contemptu diuitiarum: & sic idem facit in paupere contemptus quod facit in diuite abundantia, & ideo dicit altissima paupertas sic suprà abundauit. i. effectum abundantiæ fecit in diuitias simplicitatis eorum, quia eor eorum erat solùm ad deum, & ex hoc prouenit contemptus diuitiarum. Prouer. 10, Simplicitas iustorum, &c. ¶ Consequenter, cùm dicit [Quia secundum veritatem, &c.] Exponit quod dicit commendando ipsorum liberalitatem quantum ad tria. ſ. quantum ad quantitatem dati, quantum ad voluntatem dandi, & quãtum ad ordinem dationis. Quantum ad quantitatem dati, quia dederunt supra virtutem, & ideo dicit. Verè abundauit in diuitias, quia ego reddo illis testimoniũ ꝙ fuerunt voluntarii ad dandũ secundũ virtutẽ rerũ suarum, & supra virtutẽ: quia intantũ dederunt ꝙ post eguerunt. Vel dicendũ est & melius, ꝙ est virtus interior animi, & virtus exterior. ſ. facultas rerũ temporaliũ. Virtus interior, est prõptitudo animi ad dandum, & ideo dicit. Testimoniũ illis reddo quòd fuerũt voluntarii ad dandum secũdum virtutem animi interiorem, & supra virtutem exteriorem. ſ. diuitiarum. Thob. 4, Si multum tibi fuerit, &c. ¶ Contrà. Quicunq; dat supra virtutem dat immoderatè. Respondeo. Dicendum est quòd virtus in dando potest considerari duplicìter. ſ. simpliciter seu absolutè, & secundum proportionem aliorum. Quando ergo dat plus quàm alii suæ proportionis, non peccat: sed si simpliciter dat supra virtutem, tunc immoderatè dat. Sic ergo cõmendat eorum liberalitatem. quantum ad quãtitatem dati. Cõmendat autem eam quantum ad voluntatem dandi, cùm dicit (Quia voluntarii fuerunt.) Exod. 25, Ab omni qui vltroneus offert. In hoc autem fuerunt voluntarii, quia rogauerunt nos cum multa exhortatione, obsecrantes. i. rogantes. q. d. Non solùm rogauerunt, sed etiam per rationes nos induxerunt, vt habeant gratiam & communicationẽ ministerii. &c. i. vt liceret eis dare sua pauperibus sanctis qui sunt in Hierusalem, non reputantes se facere gratiam nobis, sed quòd eis gratia fiat. Hæbr. vlt. Beneficentiæ autem & communionis, &c. Commendat etiam eorum liberalitatem quantum ad ordinem dandi, quia non solùm sua dederunt, sed primò seipsos quia talis debet esse ordo in dando, vt primò homo sit acceptus deo. Gene. 4, Respexit dominus ad Abel. ſ. primò, & ad munera eius consequenter. Eccl. 30, Miserere animæ tuæ, &c. & ideo dicit, Non sicut sperauimus. q. d. Verè voluntarii fuerũt, quia non sicut sperauimus. i. non ea intentione qua putabamus, vt. ſ. darent pro culpis redimendis: sed semetipsos dederunt primùm domino emendando vitam suam, & deinde nobis obediendo per omnia per voluntatem dei, quæ est, vt subdantur homines vicariis suis. Hebr. vltim. Obedite præpositis vestris, &c. ¶ Glosa dicit quòd non aliter erat ab eis recipiendum, nisi. ſ. prius seipsos dedissent deo, ergo videtur quòd non sint recipiendæ eleemosinæ à peccatoribus. ¶ Sed dicendũ est quòd

non est ab eis recipiendum quando dant ea intentione, vt foueantur in peccatis. Sic ergo posito exemplo Macedonum, ostendit se consequenter permotum esse hoc exemplo, cùm dicit [Ita vt rogaremus Titum.] quasi diceret, Intantum nos permoti fuimus hoc exemplo de liberalitate Macedonum, vt. ſ. rogaremus Titum vt etiam vos sitis participes ipsius gratiæ, vt. ſ. Titus quemadmodum cœpit vos monere ad bene faciendum postquam vidit vos correctos, & inducere vos ad communionem, ita perficiat in vobis, & spiritualiter gratiam istam de largitione eleemosinarum, vt non desit vobis. Phili. 2, Qui cœpit in vobis &c. ¶ Consequenter admonet eos, vt hoc exemplo ipsi inducãtur, cùm dicit [Sed sicut in omnibus &c.] Vbi duo dicit. Primò monet, vt ipsi exemplo Macedonum sint prompti ad eleemosinas faciendum. Secundò quandam suspitionem aufert. ibi [Et nõ quasi imperans dico &c.] Dicit ergo [Sed sicut in omnibus &c.] q. d. Sicut vos superatis Macedones in omnibus aliis gratiis, ita debetis eos superare etiam in ista. ſ. eleemosinis faciendis. Et hoc est quod dicit. Sicut in omnibus aliis abũndatis. Et primò in his quæ pertinẽt ad intellectum, & quantum ad hoc dicit, In fide qua creditur, & sermone quo confitemur. Rom. 10, Corde creditur ad iustitiam, quantum ad fidem: ore autem confessio fit ad salutem, quantum ad sermonem. In scientia scripturarum. 1. Cor. 1, In omnibus diuites facti estis &c. Secundò in his quæ pertinent ad opus, & quantum ad hoc dicit, Et in omni sollicitudine. ſ. bene operãdi. Rom. 12, Sollicitudine non pigri. Tertiò in his quæ pertinent ad affectum, & quantum ad hoc dicit, In charitate vestra spirituali habita in nos superabundatis. Col. 4, Super omnia charitatem habentes &c. Sicut inquam, in omnibus istis abundatis, ita. ſ. rogaui Titum, vt in hac gratia. ſ. eleemosinarum abundetis. Et quia posset haberi suspitio quòd quasi ex imperio mandaret, vt darent eleemosinas. Cõtra quod est quod dicitur Eze. 34, Vos autem cum austeritate &c. Et ideo contrà remouet, dicens, Non quasi imperans dico, hoc est quòd rogaui Titum, vel quòd ego ipse hoc dico vobis. i. non feci quasi imperans. 1. Petri vltimo, Non vt dominantes in cleris. Sed dico hoc comprobans. i. volens comprobare per aliorum sollicitudinem. ſ. Macedonum, vestræ charitatis ingenium. ¶ Vbi sciendum est quòd ingenium bonum sumitur, non solùm pro aptitudine ad sciendum faciliter, sed etiã ad bene operandum. Cuius ratio est, quia ad hoc quòd aliquis bene operetur, exigitur scientia dirigẽs. Et ideo sicut in adiscendo dicitur boni ingenii esse qui cito capit verba magistri, ita in operando boni ingenii dicitur qui exemplo aliorum cito mouetur ad bene operandum: & ideo dicit Apostolus, Comprobãs. i. probare volens bonum ingenium vestrum. i. quàm promptam voluntatem habeatis ad dandum moti exemplo Macedonum. 1. Cor. 4, Non vt confundam vos, hæc scribo. Lectio 2.

Inducũtur Corinthij ad largiendas eleemosinas exemplo Christi, ex eorũ vtilitate & iã cæpta voluntate.

Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cùm esset diues: ut illius inopia, uos diuites essetis, & consilium in hoc do: hoc enim uobis utile est, qui non solùm facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore. Nunc uerò & facto perficite, ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod nõ habet. Non enim ut alijs sit remissio, uobis autem tribulatio: sed ex æqualitate in præsenti tempore uestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, uestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas sicut scriptum est. Qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum, non minorauit.

¶ Hìc inducit Corinthios ad dandum eleemosinas exemplo Christi, dicens, Volo comprobare ingenium vestrum bonum ad dandum. ſ. pauperibus, & hoc facere debetis exemplo Christi, enim. i. quia scitis gratiã domini nostri Iesu Christi quam quidem humano generi cõtulit. Ioan. 1, Gratia & veritas per Iesum Christum, &c. Et hæc dicitur gratia, quia quicquid filius dei pœnalitatum nostrarum assumpsit, totum gratiæ est imputandum: quia nec præuentus alicuius bonitate, nec alicuius virtute coactus, nec inductus sua necessitate. Est autem gratia ista quomodo propter nos egenus factus est. Et dicit egenus quod plus est, quàm pauper. Nam egenus dicitur ille, qui non solùm parum habet, sed qui indiget seu eget. Pauper verò ille qui parum habet. Ad significandũ ergo maiorẽ paupertatem dicitur egenus factus est. ſ. in tẽporalibus. Luc. 9, Filius hominis non habet, &c. Tre. 3, Recordare paupertatis, &c. Est autẽ factus egenus, non ex necessitate, sed ex voluntate, quia gratia ista iam non esset gratia: & ideo dicit, Cum diues esset. ſ. in bonis spiritualibus. Ro. 10, Idẽ deus diues in omnes, &c. Pro. 8, Mecũ sunt diuitiæ, &c. Dicit autẽ esset, nõ fuisset, ne videretur Christus amisisse diuitias spirituales, cùm assumpsit paupertatẽ. Sic enim assumpsit hanc paupertatẽ ꝙ illas ineſtimabiles diuitias non amisit. Psal. Simul in vnũ diues & pauper. Diues in spiritualibus. pauper in tẽporalibus. Causam autẽ quare voluit fieri egenus, subdit, cũ dicit, Vt illius inopia diuites essemus. i. vt illius paupertate in tẽporalibus, vos essetis diuites in spiritualibus. Et hoc est propter duo. ſ. propter exemplũ & propter sacramentum. Propter exemplum quidẽ, quia si Christus dilexit paupertatẽ, & nos exẽplo suo debemus diligere eam. Diligendo autẽ paupertatem in temporalibus, efficimur diuites in spiritualibus. Iac. 2, Nonne deus elegit pauperes in mundo, diuites in fide, &c. & ideo dicit [Vt illius inopia, &c.] Propter sacramentum autem, quia omnia quæ Christus egit vel sustinuit, fuit propter nos. Vnde sicut per hoc quod sustinuit mortem, liberati sumus à morte æterna, & restituti vitæ, ita per hoc quòd sustinuit inopiã in temporalibus, liberati sumus ab inopia in spiritualibus, & facti diuites in spiritualibus. 1. Corinth. 1, Diuites facti estis in illo in omni scientia, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Consilium in hoc do, &c.] Inducit eos ad dandum ex parte eorum. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ipsorum vtilitatem, quæ ex hoc prouenit. Secundò ostendit quòd hoc etiam ab ipsis volitum est. ſ. vt darent eleemosinas, ibi [Qui non solùm, &c.] Dicit ergo considerans hoc beneficium consilium vobis do. i. hortor vos ad hoc. ſ. ad dandum eleemosinas. ſ. non solùm propter vtilitatem sanctorum qui sunt in Hierusalem, sed & propter vtilitatem vestram. Prouer. 27, Boni amici consiliis anima dulcoratur, &c. Et hoc, quia vtile est vobis. Bonum enim pietatis plus est vtile facienti, quàm illi cui fit: quia faciens reportat inde commodum spirituale, recipiens verò temporale. 1. Tim. 4, Pietas ad omnia valet. Hoc autem non solùm est eis vtile, sed etiã ipsi hoc voluerunt: & ideo dicit [Qui non solùm, &c.] Vbi tria facit. Primò commemorat bonum principium in eis. Secundò hortatur eos ad debitum finem, ibi [Nũc verò & facto, &c.] Tertiò exponit quoddam quod dixerat, ibi [Si enim voluntas, &c.] Dicit ergo, Verè debetis libenter dare eleemosinas, quia non solùm est vobis vtile, sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

hocipſum velle ſpõte cœpiſtis.ſ.dare eleemoſinas à priori anno quo.ſ.veni ad vos.Vel à priori anno.i.præcedenti.q.d.plus eſt velle,q̃ facere,iuxta illud Eccle.18,Verbũ melius eſt q̃ datũ, &c. Et ideo debetis eſſe prõpti ad dandũ.Et quia eſtis prõpti ad dandũ,ideo nunc qđ habuiſtis in animo perficite facto,alioquin illa voluntas eſſet fruſtrà.1.Io.4,Nõ diligamus verbo neq; lingua &c.Phil.1,Qui cœpit in vobis,&c.Et huius ratio eſt,vt quẽadmodũ prõptus eſt animus voluntatis.i.diſcretio volũtatis ſecundũ glo.prõpta eſt, ita ſit prõpta diſcretio perficiẽdi. Vel aliter vt animus ſumatur pro volũtate.Et tũc dicitur:Quẽadmodũ prõpti fuiſtis ad volendũ,ita prõpti ad perficiẽdũ,& hoc ex eo quod habetis.i.ſecundũ facultatẽ veſtrã. ¶ Conſequenter exponit hoc quod dicit,Ex eo quod habetis dicens [Si enim, &c.] q. d. Dico quòd debetis eſſe prompti ad dandum,& in hoc non intendo vos grauare,vt.ſ. detis ſupra facultates veſtras, quia fortè voluntas prompta ad hoc inducit vos,ſed in hoc opus nõ poteſt imitari voluntatẽ,& ideo dicit (Ex eo quod habetis.) Enim,pro quia,ſi voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta eſt. Et huius ratio eſt, quia voluntas acceptatur in perfectione operationis, opus autem non perficitur, niſi ex eo quod habetur, & ideo dicit ſecundum quod habet,accepta eſt. Thob.4,Si multum tibi fuerit,abundanter tribue,&c.

¶ Conſequenter cùm dicit [Non enim vt aliis,&c.]Remouet ſuſpitionem quandam.Poſſent enim dicere iſti: Si damus eleemoſinas pauperibus ſanctis qui ſunt in Hieruſalem ipſi otioſi viuent, & nos damna patiemur,& ſic efficiemur miſeri.Ideo Apoſtolus primò hanc ſuſpitionem excludit.Secundò ſuam intentionem manifeſtat.Tertiò verò confirmat per authoritatem,& remouet ſuſpitionem,cùm dicit[Non enim vt aliis &c.]q.d. Non enim ita moneo vos eleemoſinas dare, vt aliis ſit refrigerium, dum otioſè viuerent de eleemoſinis veſtris:vobis autem ſit tribulatio.i.paupertas,quia vos affligeremini. Sed nunquid peccant illi qui dant omnia aliis,& ipſi poſtea paupertate affliguntur.Et videtur quòd ſic per hæc verba Apoſtoli.Reſpondeo,dicendum eſt ſecundum Glo.quòd melius eſſet totum dare pauperibus:& affligi pro Chriſto.Illud autem quod dicit hîc,condeſcendendo fecit, quia infirmi erant,& fortè deficerent, ſi egeſtate præmerentur. ¶ Intentionem ſuam manifeſtat,cùm dicit [Sed ex æqualitate &c.]q.d.Non intendo tribulationẽ veſtram,ſed quandam æqualitatem,vt.ſ.veſtra abundantia &c. Quod poteſt exponi tripliciter. Primò de æqualitate quantitatis.Secundò de æqualitate proportionis. Tertiò de æqualitate voluntatis. De æqualitate quantitatis,quia iſti.ſ.Corinthii abundabant in tẽporalibus,& deficiebant in ſpiritualibus.ſancti verò qui erant in Hieruſalem abundabant in ſpiritualibus, & deficiebant in temporalibus. Vult ergo vt fiat inter eos æqualitas quantitatis,vt.ſ.illi qui abundant in temporalibus,dent medietatem omnium illis qui deficiunt in eis,& iſti dent medietatem ſpiritualium eis, vt ſic ſint æqualiter diuites. Et ideo hoc potius dicit, vt.ſ.ex æqualitate quãtitatis.i.dimidia parte bonorum veſtrorum in præſenti tempore,quod breue eſt veſtra abundantia terrenorum,ſuppleat illorum inopiam,qui deſeruerunt omnia mundi:& vt illorum abundantia.ſ.in ſpiritualibus ſit ſupplementum veſtræ inopiæ in ſpiritualibus.i.vt ſitis participes vitæ æternæ. Luc.16,Facite vobis amicos &c.Eccl.14,In diuiſione ſortis da,& accipe.da temporalia,& accipe ſpiritualia.De æqualitate autẽ proportionis exponitur ſic,& melius.Vos Corinthii habetis abundantiã tẽporaliũ, ſancti qui ſunt in Hieruſalẽ abundantiã ſpiritualiũ.Volo ergo ex quadã æqualitate,nõ quę ſit ſecundũ quantitatẽ,ſed ſecundũ proportionem : vt.ſ.ſicut illi ſuſtentantur eleemoſinis veſtris, ita vos ditemini præcibus illorum apud deum. Sicut enim illi non ita ditantur de bonis veſtris temporalibus, ſicut vos eſtis diuites, ita nec vos bonis illorum ſpiritualibus ditemini ſicut illi. Et ideo dicit, Sed ex æqualitate prædicta veſtra abundantia terrenorum,illorum.ſ. ſanctorum inopiam in temporalibus ſuppleat, vt & illorum abundantia in ſpiritualibus &c. 1. Cor.9,Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus &c.De æqualitate autẽ volũtatis exponitur ſic,Sed ex æqualitate &c.i.volo quòd ſit in vobis æqualitas voluntatis, vt.ſ.ſicut illi habent voluntatem communicandi vobis ea in quibus abundant, ita vos habeatis voluntatem communicandi illis ea in quibus abundatis. ¶ Conſequenter confirmat hoc per authoritatem. Vnde dicit,Sicut ſcriptum eſt.ſ.Exo.16,Qui multum.ſ.collegerat de manna.i.qui amplius habuit quàm Gomor,non abundauit.i.non habuit vltra ſufficientiam ſuam, & qui modicum non minorauit.i.non defecit ei, quia omnes æqualiter abundabãt,vt dicitur.Exo.16,Et ſic nec qui plus collegerat plus habuit,nec qui minus parauerat,repperit minus.

Lectio 3.

Agitur de miniſtris p quos eleemoſinæerãt recipiendæ & laudantur.

Gratias autem ago deo,qui dedit eandem ſollicitudinem pro uobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem ſuſcepit:ſed cùm ſollicitior eſſet,ſua uoluntate,profectus eſt ad uos.Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias:non ſolùm autem, ſed & ordinatus eſt ab eccleſijs comes peregrinationis noſtræ,in hanc gratiam quæ miniſtratur à nobis ad domini gloriam, & deſtinatam uoluntatem noſtram. Deuitãtes hoc ne quis nos utuperet in hac plenitudine quæ miniſtratur à nobis in domini gloriam. Prouidemus enim bona non ſolũ coram deo,ſed etiam coram hominibus. Miſimus autem cum illis, & fratrem noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe ſollicitum eſſe:nunc autem,multo ſollicitiorem, confidentia multa in uos, ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus, & in uobis adiutor:ſiue fratres noſtri Apoſtoli eccleſiarum,gloriæ Chriſti.Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis ueſtræ, & noſtræ gloriæ pro uobis,in illos oſtendite in faciem eccleſiarum.

¶ Poſtquã tractauit de collectis dandis:hîc conſequẽter tractat de miniſtris per quos collectæ fiãt.Et circa hoc duo facit.Primò nominat eos:Secũdò recõmendat eos Corinthiis.ibi[Oſtẽſionem ergo quæ eſt &c.] Circa primũ tria facit.Primò enim nominat Titũ:ſecundò Barnabã,ibi[Miſimus etiam cũ illo fratrẽ &c.] tertiò Apollo,ibi [Miſimus autem cum illis &c.] Circa Titum duo commendat. ſ. eius ſollicitudinem & ſollicitudinis ſignum,ibi [Quoniam exhortationẽ &c.] Dicit ergo primò. Dixi ſuprà quòd rogaui Titum vt perficeret gratiam iſtam de eleemoſinis colligẽdis,quod imminet ſollicitudini meæ ex ordinatione apoſtolorum,de quo inueni etiam ipſum ſollicitum. Et ideo ago gratias deo, qui dedit eandem ſollicitudinem quam ego habeo pro vobis exhortandis & promouendis ad opera miſericordiæ in corde Titi : quia ipſe etiam ſollicitus eſt,ſicut & ego vt perficiat in vobis hanc gratiam.Heb.6,Cupimus vnumquemque veſtrũ eandem oſtentare ſollicitudinem &c.Rom.12, Qui præeſt in ſollicitudine. Signum autem huius ſollicitudinis eſt:quia quando rogaui eum ipſe conſenſit exhortationi meæ. Et ideo dicit, Quoniam exhortationẽ

quidem ſuſcepit. Et quia proſecutus eſt quando petii.Vnde dicit, Sed cùm ſollicitior eſſet ſua voluntate q̃ mea exhortatione, profectus eſt ad vos:qui tamen primò recuſabat venire propter peccata veſtra. Roma.12,Sollicitudine non pigri. ¶ Conſequenter cùm dicit. [Miſimus autem &c.] Tractat de ſecundo miniſtro. Et circa hoc duo facit. Primò commendat ipſum.Secundò ſubdit rationem quare mittit tam ſolennes nuntios,ibi [Deuitantes &c.] Frater iſte ſecundum quoſdam eſt Lucas, vel ſecundum alios Barnabas: quem quidem commendat ex tribus.ſ.ex fama,quia laus eius.ſ. Lucæ eſt in euangelio ab eo ſcripto per omnes eccleſias,quia eſt approbatum per apoſtolos.Vel cuius laus.ſ.Barnabę eſt in euangelio prædicato ab ipſo per omnes eccleſias:quia Iudęis & Gẽtibus. Vnde dicitur de Barnaba Act.10,quòd erat vir bonus plenus fide & ſpiritu ſancto.Item commendat ipſum ex ſocietate ſua, quia non ſolùm eſt famoſus,ſed ordinatus eſt ab eccleſiis Iudææ comes peregrinationis meæ.i. prædicationis meæ,qua vt peregrini mundum circuimus,ſuprà 5, Quandiu ſumus in corpore, peregrinamur à deo &c.Et hoc eſt verum de Luca, quia ipſe fuit vnus de.72.diſcipulis & ſocius Pauli.De Barnaba ſimiliter,quia per ſpiritum ſanctum dicitur.Act.13, Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus &c.Et factus eſt cõmes in hanc gratiam. ſ.collectionis eleemoſinarum.Vel in hãc gratiam.ſ.prædicationis de qua dicitur Eph.3, Mihi autem omnium ſanctorum minimo &c.Item commendat eum ex officio,quia eſt miniſter gratiæ quæ miniſtratur à nobis. 1.Cor. 4, Sic nos exiſtimet homo.ſuprà.3,Qui & idoneos nos &c. Miniſtratur autem gratia iſta ad domini gloriam:vt. ſ.dominus noſter glorificetur. ſ. de eleemoſinis factis de conuerſione apoſtolorum prædicationis noſtræ, quia vt dicitur Pro.14,In multitudine populi &c.Item miniſtratur,vt voluntas noſtra impleatur,quia nos hoc volumus fieri. Et ideo dicit,Et voluntatem noſtram deſtinatam.i, prædeſtinatam a deo qui prædeſtinauit ab æterno nos talem voluntatem habere. ¶ Conſequenter cùm dicit [Deuitantes &c.]Aſsignat cauſam quare mittat tam ſolennes nuntios.Et primò huius rationem aſsignat. Secundò probat,ibi, Prouidemus ergo &c.Dicit ergo,Cauſa quare tam ſolennes nuntios mittimus, eſt iſta,vt ſciatis negotiũ huius mundi ineſſe cordi noſtro. Et ideo dicit, Deuitantes hoc.ſ.ne quis &c.q.d.vt vitemus vituperium quod poſſet mihi impingi ab aliquibus: vel negligentiæ, ſi non mitterem ſtrennuos : vel fraudis,ſi non mitterem ſecuros.Et iſti ſtrennui erant & prompti & ſecuri,quia dati ab eccleſiis,& electi per ſpiritum ſanctum:ſuprà.6, Nemini dantes vllam offenſionem &c.Dicit autem in hac plenitudine. ſ.eleemoſinarum vel conuerſionis gentium.1.Pet.4,Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum &c.Et hoc probat dicens, prouidemus enim &c.q.d.Bene dico deuitantes,quia prouidemus. i.prouidere debemus bona. i. vt opera noſtra bona ſint non ſolùm coram deo vt ei placeamus,ſed etiam coram hominibus, vt ſcilicet eis bona videantur. Et hoc facit ſollicitè procurando & bonos imitando. Rom.12,Adhęrentes bono &c. ¶ Conſequenter cùm dicit [Miſimus autem cum illis & fratrem noſtrum &c.] Tractat de tertio nuntio.ſ.de Apollo. Vbi duo facit. Primò commendat eum de ſollicitudine,cùm dicit, Quem. ſ. Apollo probauimus ſæpe ſollicitum eſſe de ſalute veſtra:nunc autem multo ſollicitiorẽ.Nam ſicut ſuprà apparet Apollo fuit primus qui poſt Apoſtolum prædicauit apud Corinthum.1.Cor.3,Ego plantaui,Apollo rigauit.Hic autem turbatus de peccato ipſorum receſsit,& ſollicitudinem quam antè pro ipſis habebat,poſt poſuit. Nunc verò audita conuerſione eorum factus eſt de ſalute ipſorum ſollicitior quàm antea eſſet.Ephe.4, Solliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus &c.Roma.12, Qui præeſt in ſollicitudine &c. Secundò ſubdit cauſam ſollicitudinis quam aſſumpſit: quia Apollo confidit de vobis ex his quæ Titus dixit de vobis commendans vos.Vnde dicit,Multa confidentia in vobis ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus:& quia libenter venit in ſocietatẽ Titi,& Lucæ ſeu Barnabæ : & quia ad hoc inductus fuit ab Apoſtolis eccleſiarum quæ ſunt in Iudæa.Et ideo dicit , Siue fratres noſtri Apoſtoli eccleſiarum Iudęæ.ſ.induxerunt eum ad ſollicitudinem habendam pro vobis, quæ quidem eccleſiæ ſunt gloriæ Chriſti.i.ad gloriam Chriſti. ¶ Conſequenter cùm dicit [Oſtenſionem ergo quæ eſt &c.] Recommendat iſtos nuntios Corinthiis dicens , Quia tales miſimus ad vos, ergo oſtenſionem &c.i. oſtendatis opere,quòd charitatem habetis ad eos, & quòd verè commendaui vos , & quòd ego verè gloriatus ſim de vobis in facie eccleſiarum ad quas perueni, & quibus prædicaui. Vel in faciem omnium eccleſiarum,quia quod facitis eis innoteſcet omnibus eccleſiis.

Caput 9.

Docetur modus dãdi eleemoſinas vt potè q̃ dãtur velociter,abũdãter,hilariter : ſed Pauli tollitur ſuſpitio & quæſtio quæ Apoſt. poſ. fieri. ſ. tu mones de miniſtris recipiẽdæ eleemoſinæ & nil mones de eleemoſinis bene largiẽdis, hoc, inquã,tollis ab exordio dicẽs q̃ ſcio has eos ad hocpröptos &c.

Nam de miniſterio quod fit in ſanctos ex abundanti,eſt mihi ſcribere uobis. Scio enim promptum animum ueſtrum pro quo de uobis glorior apud Macedones,quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito, & ueſtra æmulatio prouocauit plurimos. Miſimus autem fratres:ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, ut (quemadmodum dixi,) parati ſitis:ne cum uenerint Macedones mecum, & inuenerint uos imparatos,erubeſcamus nos,(ut non dicamus uos)in hac ſubſtantia. Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres,ut præuentant ad uos , & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe ſic, quaſi benedictionem non quaſi auaritiam.Hoc autem dico,Qui parcè ſeminat,parcè & metet:& qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet.Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo:non ex triſtitia aut ex neceßitate. Hilarẽ enim datorem diligit deus.

¶ Suprà Apoſtolus induxit Corinthios ad dandum eleemoſinas ſanctis qui ſunt in Hieruſalem : hîc verò inducit eos quantum ad modum dandi,vt.ſ.hylariter & abundanter dent.Vnde ad hoc quòd bene darent, miſit tam ſolennes nuntios.Circa hoc autem duo facit.Primò excludit opinatam cauſam de miſsione nuntiorum.Secundò verò aſtruit veram,ibi[Miſimus autem fratres &c.]Circa primum tria facit.Primò excludit ſuſpitionem.Secundò ad hoc cauſam aſsignat,ibi [Scio enim promptum &c.] Tertiò cauſam probat, ibi [Pro quo de vobis &c.]Quantum ad primum quia poſſet aliquis dicere Apoſtolo,tu mones nos quòd bene recipiamus nuntios quos mittis.Sed quare non potius mones quòd bene largiamus eleemoſinas. Et ideo hoc remouens dicit,Non eſt neceſſarium quòd hoc moneam. Nam.i. quia , de miniſterio quod fit in ſanctos ex abundantia eſt.i.ſuperfluum eſt mihi ſcribere vobis,& huius cauſa eſt, quia ſcio promptum animum veſtrum ad ſubueniendum eis.Pſal.Paratum cor meum deus &c. Quòd autem ſit promptus animus veſter,probo ex duobus.Primò ex gloriatione noſtra de vobis. Nam niſi ſcirẽ vos eſſe promptos ad hoc, non fuiſſem gloriatus de vobis apud alios. Et ideo dicit, Pro qua. ſ. promptitudine animi veſtri, ſuprà.1,

Gloria noſtra &c.Et ſuprà.7,Multa mihi fiducia &c.Glorior apud Macedones,de hoc.ſ.quoniã & Achaia in qua Corinthus metropolis eſt, parata eſt ab anno præterito ad largiendum. Secundò ex effectu, quia vos prouocaſtis exemplo veſtro multos ad hoc. Et ideo dicit,Et veſtra æmulatio.i. amor & ſtudium imitandi vos prouocauit plurimos, quia enim audierunt vos bene correctos proficere: prouocantur plurimi, ſcilicet ad proficiendum.Prouer.27,Ferrum ferro acuitur &c.Gal.4,Bonum autẽ æmulamini &c.1. Corin.12,Aemulamini chariſmata &c. ¶ Conſequenter cùm dicit[Miſimus autem fratres &c.] Ponit veram cauſam quare miſerit tam ſolennes nuntios.Et primò ponit in generali.Secundò in ſpeciali,ibi[Vt quemadmodum dixi &c.]Circa primum duo facit.Primò aſsignat veram cauſam,dicens, Cauſa autẽ quare iſtos miſi,eſt non quòd credam vos nolle ſubuenire pauperibus,ſed vt ne quòd gloriamur de vobis. i.ne gloria noſtra quam habemus de vobis euacuetur ſi.ſ.deficeretis.1.Cor. 9, Bonum eſt mihi mori &c. Euacuetur, inquam, in hac parte, quia bene conſtat mihi quòd in aliis virtutibus, & bonis non euacuabitis gloriam meam.Secundò cùm dicit,Vt quemadmodum &c.hortatur eos ad debitum modum dandi. Et primò hortatur,vt dent promptè.Secundò vt dent abundanter,ibi[Neceſſarium ergo &c.] Tertiò vt dent hylariter, ibi[Vnuſquiſq; prout deſtinauit &c.]Circa primum duo facit.primò ponit modum dandi.Secundò rationẽ aſsignat,ibi[Ne cùm venero &c.]Modus dandi eſt,vt.ſ.prõptè detur.Et ideò dicit,ideo miſi miniſtros, vt ſitis parati ad dandum quemadmodum dixi.ſ.exemplo Macedonum.Matt. 25, Quæ paratæ erant &c. Prouer.3,Ne dicas amico tuo vade, & reuertere,& cras dabo tibi &c. Ratio autem huius eſt,ne cùm venerint mecum.ſ.ad vos, Macedones,& inuenerint vos imparatos,erubeſcamus nos. q.d. Vobis erit confuſio ſi promiſiſtis,& non ſoluiſtis. Sed eſto quòd ſuſtineatis, & non curetis de confuſione veſtra, ad minus caueatis erubeſcentiæ noſtræ, qui dicimus vos eſſe paratos. ¶ Conſequenter cùm dicit [Neceſſarium ergo &c.] Hortatur eos quòd dent abundanter. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ammonitionem. Secundò ammonitionis rationẽ aſsignat, ibi [Hoc autem dico &c.]Dicit ergo. Ne ergo euacuetur gloria noſtra, & vos non erubeſcatis, neceſſarium exiſtimaui rogare fratres. ſ. Lucam, Titum & Apollo, vt perueniant ad vos,vt præparent repromiſſam benedictionem,hanc.ſ.eleemoſinam,quæ dicitur benedictio, quia eſt cauſa æternæ benedictionis.Nam per actionem dandi,homo benedicitur à deo.Pſal. Hic accipiet benedictionem à domino &c.Et ab hominibus.Eccle.13,Splendidum in panibus &c.Prouer.22, Qui pronus eſt ad miſericordiam &c.Et dicit hanc benedictionem paratam eſſe quaſi benedictionem. i. abundanter, & non quaſi auariciam. i.parcè. Ratio autem quare debeant abundanter dare, eſt, quia ego dico quòd qui parcè ſeminat.i.qui parum dat in mũdo iſto,parcè & metet.i.parum recipiet in alio ſeculo.Et dicit ſeminat,quia ſemina noſtra ſunt quicquid boni fecerimus.Et iterum, quia parum ſeminatur,non multũ colligetur. Gal. 5,Quæ ſeminauerit homo hæc & metet,ſed multiplicata.Et qui ſeminat in benedictionibus.i.abundanter metet & de benedictionibus.ſ.dei largam retributionem.Sed nunquid non metent omnes abũdanter?Dicendum eſt ſic,quantum ad quantitatem præmii,quia omnes affluent, & nullus ibi parcè metet. Sed dicit abundanter quaſi ad proportionem & bene ſeminantium.1.Corinthiorum 15,Stella à ſtella differt.Abundanter omnes quantum ad præmium ſubſtantiale, ſed parcè in comparatione ad præmium accidentale in quo eſt ſanctorum differentia ſuprà.8,Qui multum non abundauit & qui modicum non minorauit.Exo. 16,Quia aliquando aliquis parcè dat,& cum magna charitate & abũdanter metet. ¶ Conſequenter cùm dicit [Vnuſquiſque enim &c.]Hortatur eos,vt dent hylariter & gaudenter.Et circa hoc duo facit. Primò enim monet eos ad gaudẽter dandum.Secundò rationem aſsignat,ibi [Hylarem enim datorem &c.] Dicit ergo,Dico quòd paretis illud quod vultis dare quaſi benedictionem. i. abundanter, & dignum benedictione non quaſi auariciam.i.non parcè. Et hoc dicit,quia illud quod ſponte fit, non poteſt auarè fieri. Et ideò ſubdit,Vnuſquiſque enim &c.quaſi nõ auarè,quia vnuſquiſque.ſ. veſtrum,det eleemoſinas prout deſtinauit.i. prædeliberauit in corde ſuo.ſ.ſecum conferens.Non ex triſtitia autem &c.q.d. Vnuſquiſque voluntariè det non coactè.Ponit autem duo oppoſita voluntario. ſ. triſtitiam & neceſsitatem. Voluntarium enim tollitur per violentum.Eſt autem duplex violentum.ſ.ſimplex & mixtum.Simplex quando abſolutè quis cogitur ad aliquid contra voluntatem ſuam faciendum.Ad remouendum ergo illud violentum, dicit, Non ex neceſsitate,quod fieret ſi darent coacti mandato Apoſtoli. q. d. Non cogat vos ad dandum mandatum noſtrum,ſed moueat vos ad hoc prompta voluntas veſtra.Exo.35,Omnis voluntarius &c. Violentum mixtum eſt quando quis non abſolutè cogitur ad faciendum aliquid contra voluntatem ſuam, ſed ſecundum quid. ſ. quòd niſi faciat incurrit maius damnum:ſicut ſi non proiiciantur merces in mari, nauis ſubmergitur.Et ideò aliquo modo fit ſponte & aliquo modo violenter,inquantum.ſ.coguntur timore maioris damni.Vt ergo hoc remoueat,dixit,Non ex triſtitia.i.non ita quòd ſcit violentum mixtum.q. d.Non ex timore confuſionis,ne, ſcilicet erubeſcatis, ſed ex gaudio quod concepiſtis propter amorem quem habetis ad ſanctos:Pſal.Voluntariè ſacrificabo tibi &c. ¶ Conſequenter cùm dicit [Hylarem enim datorem &c.] rationem aſsignat,& eſt talis.Omnis remunerator remunerat ea quæ ſunt remuneratione digna:hæc autem ſunt ſolùm actus virtutum:in actibus autem virtutum duo ſunt, ſcilicet ſpecies actus & modus agendi qui eſt ex parte agentis.Vnde niſi in actu virtutis vtrunque iſtorum concurrat,non dicitur actus ille ſimpliciter virtuoſus,ſicut non dicitur perfectè iuſtus ſecundum virtutem qui operatur opera iuſtitiæ,niſi delectabiliter & cum gaudio operetur.Et licet apud homines qui non vident niſi ea quæ patẽt,ſufficiat quòd quis operetur actum virtutis ſecundum ipſam ſpeciem actus, puta, actum iuſtitiæ, tamen apud deum qui intuetur cor,non ſufficit quòd ſolùm operetur actum virtutis ſecundum ſpeciem, niſi etiam ſecundum debitum modum operetur, ſcilicet delectabiliter & cum gaudio. Et ideo non datorem tantùm, ſed hylarem datorem diligit deus.i.approbat & remunerat & non triſtem & remurmurantem.Pſal.Seruite domino in lætitia.Eccle.35,In omni dato hylarem &c.Rom.12,Qui miſeretur in hylaritate &c.

Lectio 2.

Ponitur ratio cur debent dare

POtens eſt enim deus omnem gratiam abundare facere in uobis:ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes,abundetis in omne opus bonum,ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit dedit pauperibus:iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Qui autem amminiſtrat ſemen ſeminãti, & panem ad manducandum præſtabit.Et multiplicabit ſemen ueſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ,ut in omnibus locupletati,abundetis in omnem ſimplicitatem,quæ operatur per nos gratiarũ actionẽ deo. Quoniã miniſterium huius officij,non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt ſanctis,ſed etiã abundat per multas gratiarũ actiones in domino,per probationẽ miniſterij huius,glorificates deũ in obedientia cõfeſſionis ueſtræ in euangelio Chriſti,& ſimplicitate cõmunicationis ueſtræ in illos, & in omnes:& in ipſorũ obſecratione pro uobis,deſiderantium uos propter eminentem gratiam dei in uobis.Gratias ago deo ſuper inenarrabili dono eius.

prõptè, hylariter & abundãter.

¶ Hîc rationem trium modorum aſsignat. Et circa hoc duo facit. Primò aſsignat rationem ſumptam ex parte ipſorum,Secundò rationem ſumptam ex parte dei, ibi [Et in omnibus locupletati,&c.] Circa primum duo facit.Primò ponit rationem.Secundò ipſam confirmat,ibi[Sicut ſcriptum eſt,&c.]Ratio eſt talis.Quicunq; dat aliquid quod multiplicatur ſibi,debet promptè abundanter & hylariter dare,ſicut videmus quòd homines abundanter,& promptè,& cum gaudio ſeminant ſemen, quia multiplicatum illud recolligunt. Cùm ergo eleemoſinæ multiplicentur dantibus, debetis illas promptè,gaudẽter & abundanter facere. Et quòd multiplicentur patet,quia deus potens eſt omnem gratiam,&c.q. d.Non timeatis dare ne indigentia grauati pœniteat aliquando vos dediſſe,quia potens eſt deus facere abundare omnem gratiam ſpirituſſancti,qua. ſ.ſemper gaudeatis de bono opere quod feciſtis.Et ideò dicit,Abundetis in omne opus bonum, id eſt abundantem affectum habeatis ad dandum eleemoſinam, ſicut habetis ad alia opera virtutum,& tamen habeatis plenam ſufficientiam bonorum exteriorum.Et ideò dicit, Semper omnẽ ſufficientiam habentes.i.vos reputantes habere.Iaco.1, Qui dat omnibus affluenter.&.1.Ti.6, Habentes alimenta,&c.De iſta ſufficiẽtia dicitur infrà 12, Sufficit tibi gratia mea,&c. De multiplicatione verò dicitur Eſa. 30,Dabitur pluuia ſemini tuo.Mat.19, Omnis qui reliquerit,&c.cẽtuplum accipiet, & c. ¶ Conſequẽter cùm dicit[Sicut ſcriptum eſt,&c.] probat poſitam rationem dupliciter. ſ.authoritate & experimento, ibi [Qui autem amminiſtrat,&c.]probat autem authoritate, dicens. Rectè debet vos mouere prædicta ratio: Quia ſicut ſcriptum eſt, &c.Sed glo.in alio ſenſu adducit hãc authoritatem quàm ſit intentio Apoſtoli.Nã glo.ſic adducit, Dico quòd abũdetis in omne opus bonum. ſ.largitione eleemoſinarum:quia ſcriptum eſt, Diſperſit dedit pauperibus. Sed Apoſtolus videtur hoc velle referre ad illud quod dicit abundare facere omnem gratiam.Et hoc quia ille qui diſperſit dedit pauperibus,iuſtitia eius manet inæternum. Eccl.12,Bene fac iuſto,& inuenies retributionem,&c.In authoritate autem poſita notatur quibus ſit dãdum,quia pauperibus.i.indigentibus,&c.Luc.14,Cùm facis prandium,&c.Quomodo dandũ,quia diſperſit:quia nõ totum vni,ſed diuiſim multis.1.Corin.12,Si diſtribuero,&c.Eſa. 58, Frange eſurienti panem, &c. Iuſtitia eius. i.virtus iuſtitiæ manet in æternum:quia ex quo dat,augetur voluntas ad dandũ:vel iuſtitia eius.i. merces iuſtitiæ eius manet in æternum.Prouer.11,Seminanti iuſtitiam merces fidelis,&c. Experimento autem confirmat rationem prædictam,dicẽs,Qui autem amminiſtrat,&c.q.d.Experti eſtis,quia hoc ipſum quod datis in eleemoſinas,habetis à deo.Et ideo debetis libẽter dare amore dei.1.Paral.vltimo, Tua ſunt omnia quæ de manu,&c.Et inſinuat tria circa hoc.Primum eſt q; aliquis poſſet dicere, Si nos damus modò quod habemus,deficient nobis neceſſaria ad quotidianum victum. Et hoc remouet, quia non ſolùm ſemen miniſtrat ſeminanti,ſed panem.i.neceſſaria vitæ præſtabit ad manducandum. Pſal. Qui dat eſcam omni carni. Secundum eſt: quia poſſes dicere quòd ſi multum daremus,deficient nobis quæ habemus ad dandum iterum. Et hoc Apoſtolus remouet dicens, quòd non deficiet, ſed multiplicabit ſemen veſtrum,vnde.ſ. plures eleemoſinas facitis. Tertium eſt, quia poſſet aliquis dicere quòd ſi modò damus deficiet nobis voluntas ad dandum,& pœnitebit nos dediſſe.Et hoc remouet, dicens, Et augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ,id eſt intantum augebit facultatem, & voluntatem dandi eleemoſinas ex quibus procedit iuſtitia veſtra,quòd ſemper parati & prompti eritis ad dandum eleemoſinas, & quòd fruges maximè erunt in comparatione ad paruum ſemen.Prouer. 3, De primitiis frugum tuarum da pauperibus:Leuit. 25, Dabo benedictionẽ,&c.1.Timo.4,Pietas ad omnia valet. ¶ Deinde cùm dicit[Vt in omnibus locupletati,&c.] Aſsignat rationem,quare promptè, abundãter & hylariter dare debeat ex parte ipſorum dantium. hîc aſsignat rationem ex parte ipſius dei pro quo dare debent.Et primò aſsignat rationem.Secundò manifeſtat eam,ibi [Quoniam miniſterium huius officii,&c.] In ratione autem aſsignanda tria conſiderantur:quorũ primum eſt ipſorum locupletatio,quod reſpondet præmiſsis.Dixerat enim ſuprà, Multiplicabit ſemen veſtrum & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.& hoc primò reſumit, dicens,Et vt in omnibus locupletati,id eſt,tam in corporalibus quàm in ſpiritualibus bonis.1.Corinth.1. Diuites facti eſtis, &c. Sed ne aliquis crederet quòd finis ponendus ſit in abundantia diuitiarum temporalium:aut quòd diuitias ſpirituales aliquis otioſè abſque vſu poſsidere deberet, refert hoc primum ad aliud ſecundum dicens, Abundetis in omnem, id eſt perfectam ſimplicitatem,id eſt largitatem ſimplici animo factam, vt largitio procedat ex diuitiis temporalibus,ſimplicitas autem ex ſpiritualibus.Prouerb.10,Simplicitas iuſtorum,&c. Sed & hoc ipſum ad alium finem referendum eſt, ſcilicet ad deum.Et ideo tertiò ſubdit, quæ ſcilicet largitio ſimplex, operatur per nos,id eſt mediantibus nobis,gratiarum actionem deo.1. Theſſa. 5, In omnibus gratias agite &c. ¶ Deinde cùm dicit[Quoniam miniſterium,&c.] manifeſtat rationem ſuprà poſitam,ſcilicet quomodo eorum largitio operetur gratiarum actionem deo. Et primò hoc oſtendit.Secundò ponit gratiarum actionis materiam,ibi[Glorificantes deum,&c.]Tertiò ipſe prorumpit in gratiarum actionem,ibi[Gratias deo,&c.]Dicit ergo. Dico quòd largitio veſtra operatur gratiarum actiones deo, quia miniſterium huius officii veſtri quo ſubuenitis ſanctis, multa bona habet,quia non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt ſanctis quantum ad temporalia.ſuprà 8,Veſtra abundãtia illorum inopiam ſuppleat,&c. Non ſolùm ergo hoc bonum ſequitur inde, ſed etiam quòd ipſi orant pro vobis & agunt gratias deo probantes & approbantes miniſtrationem veſtram.Et hoc eſt quod dicit,ſed etiam abundat. i. excreſcit in actione gratiarum, quæ fit per multos,non ſolùm perfectos, ſed per alios fideles pauperes qui inde agunt gratias deo in domino, qui eos ad hoc mouet videntes & probãtes miniſterium veſtrum. ſuprà 1,Vt ex multarum perſonis facierum, &c. Huius quidem gratiarum actionis materia eſt propter tria.Primò propter eorum fidem quam acceperunt,

& ideo dicit, Dico quòd abundat in gratiarum actione. Glorificantes. ſ. fideles deum in obedientia confeſsionis veſtræ.i.de confeſsione fidei veſtræ, quam confitemini & creditis in Chriſtum. Mat.5,Sic luceat lux veſtra,&c.Prou.21,Vir obediens loquetur victorias.Secundò propter eorum largitionem. Et ideo dicit,Glorificãtes,& in ſimplicitate cõmunicationis veſtræ.id eſt pro largitione veſtra in illos. ſ.ſanctos pauperes,& in omnes.ſ.fideles qui indigent, ſimplici,& puro animo facta. Gal. 6, Cõmunicet is qui catechizatur verbo ei qui ſe catechizat,&c.Et iterum operemur bonum ad omnes,&c. Tertiò propter hoc quòd ipſi viri ſancti habẽt à deo,vt pro eis agant gratias deo,Et ideo dicit,Glorificantes etiã deũ pro ipſorũ obſecratione pro vobis.i. glorificant deũ de hoc q̃ ipſi viri ſancti obſecrant pro nobis:ipſorũ dico deſiderantium vos videre in ęterna beatitudine,& hoc propter eminentẽ gratiã dei in vobis.Ex his ergo Apoſtolus prorũpit in gratiarũ actionẽ deo,dicens,Gratias, &c. i.quia tot bona inde proueniũt de miniſterio veſtro, ego ago gratias deo , &c. ſ. charitatis quæ maximè videtur vigere in vobis qui ſubuenitis etiam illis qui ſic agunt gratias deo,& orant pro vobis.Et hoc donũ eſt inenarrabile:quia non poteſt dici,quantum vtile ſit, quia oculus non vidit,nec auris audiuit,&c.

Caput 10.

Monentur Corinthij ad collectas pro abſentibus Chriſtianis, pauperibus, et ad modum de miniſtris ad mittẽdũ, et de ſeipſo loquitur Apoſtolus narrando ſuã peregrinationẽ, & ea quæ in ea eſt acturus, & quæ ſibi ſunt parata.

Ipſe autem ego Paulus obſecro uos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter uos, abſens autem confido in uobis. Rogo autem uos, ne præſens audeam per eam confidentiam qua exiſtimor audere in quoſdam : qui arbitrantur nos tanquam ſecundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus. Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt : ſed potentia deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruẽtes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiã dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit ueſtra obedientia.

¶ Poſtquam tractauit de bonis miniſtris Chriſti & fidei, conſequenter Apoſtolus inuehit contra falſos miniſtros & pſeudo prophetas.Et primò inuehit contra eos.Secundò verò contra illos qui decepti ab eis adhærebant eis,in 13.cap.ibi[Ecce tertio,&c.]Circa primum duo facit.Primò excuſat ſe de eis quæ imponũtur ſibi per rationem.Secundò verò per facti euidentiam,ibi[Quæ autẽ ſecundum faciem ſunt, &c.] Circa primum duo facit.Primò recuſat ſe excuſare per experimentum,cùm tamen poſſet.Secundò verò excuſat per rationem,ibi [Qui arbitrantur,&c.]Circa primum tria facit.Primò præmittit obſecrationem. Secundò interponit illud quod imponitur ſibi à pſeudo,ibi[Qui in faciem quidem,&c.]Tertiò recuſat experimentum,ibi [Rogo autem ne.] Dicit ergo, Ipſe ego autem Paulus qui vos & alios ad eleemoſinas exhortor,ego,inquam,ipſe obſecro vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti.De manſuetudine Chriſti habetur Mat.11,Diſcite à me quia mitis ſum,&c,De modeſtia.Sapien.11,Omnia in numero,pondere,& menſura diſpoſuiſti, &c. Modeſtia enim nihil aliud eſt quàm modum ſeruare in agẽdis. Facit autem ſpecialiter hîc mentionem de manſuetudine & modeſtia Chriſti, quia pſeudo & Corinthii ſpecialiter imponebant Paulo quòd cùm eſſet præſens apud eos conuerſaretur humiliter,& cùm eſſet abſens ſcriberet eis valde durè. Et ideò poſuit illa duo quæ Chriſtus habuit vt ſciant quòd Apoſtolus hæc etiam oſtendit & ſeruauit exemplo Chriſti. Et ideò conſequenter interponit vitium ſibi impoſitum, dicens, Ego ipſe Paulus. i. verè humilis,quia paulus humilis & quietus interpretatur.1.Corint.15, ego ſum minimus,&c. Vnde ego ipſe.i. verè Paulus.Pſal.Tu quidem ipſe es.Eccleſi.19,Eſt qui nequiter humiliat ſe,&c.Et Iac.3,Vbi zelus & contentio,ibi inconſtantia,&c. Ego,inquam,obſecro qui in facie. i. exterius vt dicitis, humilis ſum inter vos.i. humiliter conuerſatus,cùm ſum vobis præſens.abſens autem.i.cùm ſum abſens à vobis,quando. ſ. non timeo lædi ab aliquo veſtrum,confido in vobis.i.confidenter ago aſperè vobis per epiſtolam ſcribens. Prouer.28,Iuſtus quaſi leo confidens,&c. ¶ Conſequenter cùm dicit [Rogo autem,&c.] Recuſat ſumere experimentum. iſti enim credebant quòd Apoſtolus ex timore ductus conuerſaretur humiliter inter eos , & ideò dicit, Vos ita creditis, ſed ego rogo vos, qui & ipſe obſecro vt velitis experiri vtrum ego ſi neceſſe ſit, faciam in præſentia,quomodo facio in abſentia. Et ideò dicit, Ne præſens. i. cùm fuero apud vos audeam facere in vobis ſi neceſſe ſit:per eam confidentiam. i.ita confidenter ſicut exiſtimor à vobis audere.i.audacter & confidenter agere in quoſdam incorrectos durè reprehendendo, per literas etiam corrigendo. Iob 31,Exaltat audacter,&c. ¶ Deinde excuſat ſe per rationem,dicens[Qui arbitrantur,&c.]quaſi dicat.Et licet nolim experimento me excuſare propter vos: tamen ratio in promptu eſt ad excuſandum me ſufficienter.Circa hoc ergo tria facit. Primò ponit cauſam quare imponunt ei quod dictum eſt. Secundò deſtruit cauſam illam. Tertiò confirmat per rationem. Cauſa autem quare hoc ſibi imponitur. ſ. quòd præſens ſit humilis,abſens autem ſeuerus & auſterus eſt:quia iſti arbitrabantur Apoſtolum ſecundum carnem ambulare.Et quia vnuſquiſq; ſecundum regulam operis operatur,finis autem habet rationem regulæ, quia quilibet dirigit opus ſuum ad finem quem intendit.Qui ergo ponunt finem ſuum in bonis carnalibus, dicuntur ambulare ſecundum carnem.Et inde eſt quòd ita regulant opera ſua,vt conſequantur ea quæ ſunt carnis , quæ quidem quia poſſunt ſubtrahi ab hominibus:ideo homines quæ in carnalia intendunt , blandè ſe habent ad homines & humiliter.Et ideò quia credebant Apoſtolum ambulare ſecundum carnem:ideò credebã t quòd propter hoc humiliter cõuerſatus ſit inter eos.Sed hęc ratio nulla eſt & vana, & ideò deſtruit eam,dicens [In carnem enim,&c.]q.d.quòd nos ſimus in carne non poſſumus negare,quia Ro.8.dicitur, Debitores ſumus carni, &c.ſed quòd nos regulemur ſecundum carnem ponendo in bonis carnalibus finẽ, ſiue intentionem noſtram,hoc eſt falſum:quia non ſecundum carnem militamus.i.vitam noſtram quæ eſt quædam militia , vt dicitur Iob 7, Non regulamus ſecundum carnem. Et quòd non militemus ſecundum carnem,probat cùm dicit,[Nam arma noſtra,&c.] Et primò ex militaribus armis ſicut vnuſquiſq; pugnator habet arma accommoda militiæ & pugnæ ſuæ. Sed conſtat quòd arma eorum qui pugnant ſecundum carnem ſeu militant,ſunt diuitiæ,voluptates,honores, & potentię mundanę & temporales.cùm ergo arma noſtra non ſint huiuſmodi,quia arma militiæ noſtrę non ſunt carnalia,ſed potentia deo.i.ſecundum deum vel ad honorem dei. Ergo nos non militamus ſecundum carnem. ¶ Secundò verò cùm dicit. [Ad deſtructionem , &c.] Ponit virtutem armorum ſpiritualium,quorum quidem virtus patet ex triplici effectu

eorũ.Primus effectus eſt q̃ per ipſa arma cõfunduntur rebelles.Et quãtũ ad hoc dicit[Ad deſtructionẽ munitionũ.] Quaſi dicat.Bene ſunt potẽtia deo vt deſtruãt rebelles,infrà Titum.1,Vt ſit potẽs exhortari &c. Hier.1,Vt euellas & deſtruas &c.Muniũt autẽ ſe aliqui cõtra deũ dupliciter. Aliqui aſtutis cõſiliis,ſicut ſunt tyráni qui machinãtur prauis cõſiliis ſuis deſtruere quæ dei ſunt vt ipſi tyrãnizent. Et quantũ ad hoc dicit, Conſilia deſtruẽtes,ſcilicet,tyrãnorũ. Iob 5, Qui apprehẽdit ſapiẽtes &c.Aliqui verò per ſuperbiã vel altitudinẽ ingenii proprii.Et quantũ ad hoc dicit,Et omnẽ altitudinẽ,ſcilicet ſuæ ſuperbiæ.Ro.11,Non alta ſapiẽtes &c.i.ſuperba.Siue profunditatẽ intellectus tam legiſlatorũ,q̃ philoſophorũ. Ro.8,Neq; altitudo, neq; profundũ.Eſa.5,Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris.Altitudinẽ, dico, extollẽtiæ aduerſus ſcientiam dei.ſ.fidẽ quæ eſt ſciẽtia dei:quia quæ de deo dicũtur,impugnant. ſ.partũ virginis.& alia dei mirabilia.Eſa. 11,Repleta eſt terra ſcientia dei.Apo.2,Quã dicunt altitudinẽ ſathanæ.Apo.2,Qui nõ cognouerũt altitudinẽ ſathanæ.Ro.11,Noli altũ ſapere,ſed time. ¶ Secũdus effectus eſt cõuerſio infideliũ ad fidẽ. Et quantum ad hoc dicit [Et in captiuitatẽ redigẽtes &c.] quod quidem fit quãdo id quod homo ſcit totũ ſupponit miniſterio Chriſti & fidei.Pſal.Ad alligandos reges eorũ in compedibus &c.Eccle.6,Iniice pedẽ tuum in compedes illius.i.in documenta fidei,&c. ¶ Tertius effectus eſt correctio peccantiũ. Et quantũ ad hoc dicit [Et in promptu habentes,] id eſt promptũ & liberum animum habentes ad puniendũ inobedientiã. Pſal.Gladii ancipites in manibus &c.Et hoc erit cùm impleta fuerit veſtra obedientia, id eſt cùm vos perfectè obedientes eritis,quia ſi vos velitis obedire non erit nobis locus puniendi inobedientiã aliorum & veſtram.Vel tunc vlciſcemur vos de inobediẽtia quando impleta fuerit obediẽtia veſtra,id eſt quãdo deſtruetur inobedientia veſtra.contraria enim contrariis curantur.

Lectio 2.

Excuſat ſe Paulus facti euidẽtia cõmittẽdo auditoribus iudiciũ ſuæ excuſatiõis & ſuã cauſam proſequẽdo, oſtẽdẽdo pſeudo non ſibi debere præferri , imò ipſe eis , & oſtẽdit falſum eſſe q̃ ſibi imponitur à pſeudo,et rationẽ ſui dicti ponit.

Quæ ſecundũ faciẽ ſunt,uidete.Si quis cõfidit ſibi, Chriſti ſe eſſe,hoc cogitet iterũ apud ſe,quia ſicut et ipſe Chriſti eſt,ita & nos.Nã & ſi am plius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra,quã dedit nobis dominus in ædificationẽ, et nõ in deſtructionẽ ueſtrã:nõ erubeſcã, Vt autẽ nõ exiſtimer tãquã terrere uos p epiſtolas(quoniã quidẽ epiſtolæ,inquiũt,graues ſunt,& fortes:præſentia autẽ corporis infirma, & ſermo cõtemptibilis,)hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus uerbo per epiſtolas abſentes,tales et præſentes in facto.Non enim audemus inſerere aut cõparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant:ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes, & cõparantes noſmetipſos nobis,

¶ Suprà excuſauit ſe Apoſtolus per rationem:hîc excuſat ſe per facti euidentiã. Et circa hoc duo facit.Primò enim committit auditoribus iudicium ſuæ excuſationis.Secundò proſequitur ſuam cauſam,ibi[Si quis confidit &c.] Dicit ergo primò.Licet appareat per rationem falſum eſſe quod imponunt mihi pſeudo,tamen ſi aliqui ſint inter vos qui ratione non vincantur & noluerint rationi acquieſcere,ſaltem videte,id eſt conſiderate ea quæ ſunt ſecundum faciem,id eſt in manifeſto apparent de me euidẽter. Committit autem eis iudicium cauſæ ſuæ,ad oſtendendam ſecuritatem cordis ſui. Iob 6, Reſpondete obſecro abſq; contradictione. ¶ Sed contrà Io.7,Nolite ſecundum faciem iudicare.Non ergo bene dicitur hîc, Quæ ſecundum faciem ſunt videte.Reſpondeo, dicendum eſt quòd ibi accipitur ſecũdum faciem pro his quæ exterius apparent in homine,ſcilicet,pro ſola veritatis apparentia,ſecundum quæ non debet homo iudicare, quia aliquando contrarium latet in corde.Vnde dicitur Mat. 7, Veniunt ad vos in veſtimentis ouium,intrinſecus &c. Hîc verò accipitur ſecundum faciem pro ipſa veritate euangelica & facti euidentia ſecundum quam poteſt fieri iudicium. Glo. aliter exponit, ſcilicet ſecundum faciem,id eſt, pſeudo. videte id eſt , attendite. Quaſi dicat. Conſiderate facta eorum , quia impoſsibile eſt quin inter multa bona quæ prætendunt non faciant aliqua ex quibus poteritis cognoſcere intentionem ipſorum prauam. Matt. 7, Ex fructibus eorum &c. ¶ Conſequenter cùm dicit [Si quis autem confidit &c.] proſequitur cauſam ſuam. Contingit autem quòd aliquis mouetur contra aliquem deceptus authoritate alicuius qui ſe magnum facit. Et ſic Corinthii commoti erant contra Apoſtolum decepti à Pſeudo , qui ſe dicebant maioris authoritatis quàm Paulus quia venerant à Iudæa,& quia erant primò conuerſi. Et ideò Apoſtolus duo facit. Primò euacuat authoritatem illorum Pſeudorum.Secundò proſequitur cauſam ſuam, ibi [Vt autem non exiſtimet, &c.] Circa primum duo facit. Primò oſtendit quòd pſeudo non ſint ſibi præferendi. Secundò quòd ipſe eſt præferendus eis,ibi [Nam & ſi amplius,&c.]Dicit ergo. Hoc, inquam, ſecundum faciem videte. Quòd ſi quis de Pſeudo confidit ſe Chriſti eſſe propter aliquod magnum quod fecerit , vel propter aliquod donum ſpirituale quod à Chriſto receperit , hoc cogitet apud ſe, id eſt , conſideret diligenter in corde ſuo : quia ſicut ipſe Chriſti eſt , ita nos , quaſi dicat. Quicquid inuenitur in eis , totum inuenitur in nobis , vnde debeamus dici & eſſe Chriſti. primæ Corinth. 7, Puto quòd & ego ſpiritum Chriſti habeam. Roma. 8, Si quis ſpiritum Chriſti non habet , hic non eſt eius. Non ſolùm autem nos ſumus Chriſti ſicut & ipſi, ſed multò plus poſſumus gloriari quòd ſumus Chriſti quàm ipſi. Et hoc eſt quod dicit , Nam & ſi amplius quàm ipſi gloriatus fuero de poteſtate noſtra,quam , ſcilicet poteſtatem dedit mihi dominus. Actu. 9, Vas electionis eſt mihi iſte. Galat. 2 , Qui operatus eſt Petro , &c. Dedit , inquam , mihi poteſtatem hanc ſpecialem ad conuertendum Gentes in ædificationem , ſcilicet eccleſiæ & non in deſtructionem ſicut faciunt Pſeudo abutentes poteſtate eis data in contrarium ad quod data eſt. Nam licet poteſtas detur in ædificationem eccleſiæ in fide & charitate , iſti tamen quærunt gloriam ſuam & non Chriſti, & ideò deſtruunt. Et hoc faciebant prædicando obſeruari legalia & faciendo quæſtum. Si ergo amplius glorior de hac poteſtate quam habeo & in qua gloriam Chriſti quæro & non meam,non erubeſcam , ſcilicet de huiuſmodi commendatione mea , quia non facio ad oſtendendum me, ſed cauſa neceſsitatis,ſcilicet vt oſtendens authoritatem meam eſſe magnam , & Pſeudo nullam,non decipiamini ab eis de cætero. ¶ Vbi nota quòd ſecundum Grego.duabus de cauſis poteſt ſe aliquis cõmendare abſque peccato , ſcilicet, quando aliquis prouocatur opprobriis & conculcatur : & hoc vt non deſperet videns ſe conculcari,& vt confutet aduerſarios.Sic Iob commendauit ſe multum, ſicut patet 27. cap. vnde dicit Neq; enim reprehendit me cor meum in omni vita mea &c. Item quando aliquis prædicans veritatem, & alius aduerſarius veritatis contradicit ſibi & impedit manifeſtationem veritatis,tunc huiuſmodi prędicator debet ſe cõmendare & oſtendere authoritatẽ ſuam vt confutet illum,& vt trahat auditores ad veritatẽ. ¶ Et

Paulo poteſtas apoſtolica et eccleſiæ data eſt in ædificationẽ,nõ in deſtructionẽ:igitur nihil poteſtcõtra bonos mores, nec contra cõſilia euãgelica, nec poſſet nũc ordinare q̃ oẽs vxoratentur.

Poteſt ſe q̃s cõmendare duabus de cauſis.

hoc facit Apostolus in multis locis & hîc etiam. ¶Consequẽter cùm dicit [Vt autem non existimer &c.] prosequitur causam suam ex facti euidentia. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit falsum esse quod sibi imponitur. Secundò rationem dicti assignat, ibi [Non enim audemus &c.] Tertiò exponit rationem ipsam, ibi [Nos autem non &c.] Circa primum sciendum est quòd, sicut dictum est, imponebatur Apostolo quòd in præsentia esset humilis propter timorem, vel propter gratiam & fauorem captãdum, & in absentia durè scriberet eis. Et ideò dicit Apostolus quòd non est ita, sed si bene volunt considerare quæ apparent, ita inuenient eum facto qualem habuerunt scripto, & hoc possunt experiri si volunt. Et hoc est quod dicit, Vt autem non existimer à Pseudo seu à vobis tanquam terrerem vos, vel timorem vobis incuterem per epistolas nostras quas vobis mittimus, quem quidem timorem non incutiebã vobis in præsentia. Et hoc ideo est quoniã ipsi. s. Pseudo inquiunt, epistolæ. s. Pauli graues sunt. i. durè & grauiter punientes & fortes. i. absq; timore: sed præsentia nõ talis, immo infirma. i. debilis & humilis: quod respõdet ei quod dicit, fortes, & sermo. s. prædicatio sua & collocutio, & exhortatio contẽptibilis, quod respõdet ei quod dicitur, graues. Sed qui est huiusmodi. i. qui talia dicit, de nobis cogitet. i. sciat certè q̃ quales sumus &c. i. tales erimus præsentes cùm venimus ad vos, quales sumus per epistolam absentes si necesse fuerit. Causam autẽ quare Apostolus se habuit humiliter ad eos, manifestat Apostolus 1. Corin. 2, Et ego fratres cum timore multo & tremore &c. quod faciebat quia non erant firmi in fide. Et voluit eos per dulcedinẽ suæ cõuersationis firmare. Quare autẽ locutus fuerit sibi plana & prędicauerit eis nõ subtilia, insinuat 1. Cor. 3, dicẽs, Tanquã paruulis in Christo lac potum dedi vobis &c. Nondum enim erant capaces altioris doctrinæ. ¶Consequenter cùm dicit [Non enim audemus &c.] Ostẽdit rationẽ dicti sui, dicens, Dico q̃ nõ sumus similes Pseudo, nec etiam est verum quod imponitur nobis: quia ego nõ dico alia quã facere est necesse. Et ideo dicit, Nõ enim audemus nos inferere. i. dicere nos esse vnũ ex eis, aut cõparare. i. similẽ facere quibusdã. s. Pseudo qui seipsos vobis tantũ cõmendant, & tamẽ ab aliis & à factis suis nõ cõmendatur, cõtra illud Prou. 27, Laudet te alienus, & nõ os tuũ &c. [Sed ipsi in nobis &c.]. i. secundũ ea quæ sunt in nobis cõmensuramus facta nostra & dicta. q.d. Illa dicimus de nobis quæ sunt proportionata nobis. i. cõmensurata factis nostris. Gal. vlt. Vnusquisq; opus suũ probet &c. ¶Sed cõtrà 4. dicitur, Cõmendantes nosmetipsos ad omnẽ conscientiã &c. Ergo nõ bene dixit. Respõdeo, dicendum est q̃ aliud est commendare seipsum ad conscientiã, & aliud ad aures. Nam ad conscientias hominũ cõmendamus nosipsos cùm bene agimus, & hoc est bonũ. Ad aures autẽ cõmendamus nosmetipsos verbis tantùm, & hoc est malũ. Primo modo cõmendant se iusti & Apostolus. Secundo modo Pseudo & Hypocritæ.

Lectio 3.

Dicit Apostolus se nõ excedere mẽsurã glorificando se de his quæ non habet, sed sequitur mẽsurãqua sibi mensus est deus.

NOs autem non in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ, quã mensus est nobis deus mensurã pertingendi usque ad uos. Non enim quasi non pertingentes ad uos, superextendimus nos. Vsque ad uos enim peruenimus in euangelio Christi: non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei uestræ, in uobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa quæ ultra uos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his quæ præparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur: in domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem deus commendat.

¶Suprà Apostolus ostendit rationẽ eorũ quæ dixerat: hîc consequẽter ipsam rationẽ manifestat. Dixerat enim q̃ cũ mẽsurabat se sibi, & nõ excedebat mensurã suã. Potest autẽ aliquis in gloriãdo & cõmendando se excedere dupliciter. Primò quãtũ ad id de quo gloriatur, putà si quis gloriatur de eo q̃ nõ habet. Secũdò quantũ ad id in quo gloriatur, putà, si quis habẽs aliquid ex alio, gloriatur in ipso tãquã à se haberet. Et ideo Apostolus ostẽdit q̃ neutro istorũ modorũ excedit mensurã gloriãdo vel laudando se. Et primò quantũ ad primũ. Secũdò quantũ ad secundũ, ibi [Qui autẽ gloriatur &c.] Circa primum duo facit. Primò probat q̃ non excedit mensurã suã quantũ ad gloriã de præteritis. Secũdò quantũ ad gloriã de futuris, ibi [Spẽ autem habẽtes &c.] Circa primũ tria facit. Primò proponit intentũ. Secundò propositum probat, ibi [Non enim quasi nõ &c.] Tertiũ cõcludit, ibi [Nec in immẽsum gloriãtes &c.] Dicit ergo primò, Dico quòd metimur & comparamus nosmetipsos nobis facientes. s. secundũ q̃ officiũ nostrũ exigit. Hoc autẽ nos agẽtes nõ in immensum gloriamur. i. nõ excedimus mensurã nostrã exercẽdo potestatẽ nostrã & cõmendando nos. Leuit. 19, Nolite facere iniquũ &c. Sed gloriamur secundũ mensurã qua mẽsus est nobis deus. Glo. hoc exponit de mẽsura prælationis Apostoli, & dicit, secundũ mensurã. i. secundũ mẽsuratum mihi à deo populum, cuius ego sum prælatus & regula ad dirigẽdum. Sed hoc idẽ potest vniuersalius accipi, vt mẽsura regulæ dicatur quãtitas gratiæ. Et tunc est sensus. Sed gloriamus secundum mẽsuram qua mẽsus est nobis deus. i. secundũ quantitatẽ gratiæ quam dedit nobis deus. Eph. 4, Vnicuiq; data est gratia &c. Quę quidẽ gratia est nobis regula, ne extollamur & deuiemus a deo. Quam mẽsus est nobis deus, quia quicquid boni facimus in euangelizando & in conuersatione vestra & aliorũ, totũ est ex deo mihi in vobis & aliis cõcessum. 1. Co. 3, Ego plantaui, Apollo rigauit &c. Mẽsuram dico pertingẽdi vsq; ad vos: quia vos estis sub mẽsura gratię mihi datę per quam conuersi estis ad Christũ & obeditis euãgelio. Hoc est ergo quod proponit. s. q̃ non excedit mensuram suam gloriando se q̃ sit eorum prælatus & q̃ per eum conuersi sunt. Et q̃ ita sit. s. q̃ pertingat vsq; ad eos, probat consequẽter cùm dicit, [Non enim quasi nõ pertingẽtes &c.] q.d. Verè gloriamur. Non enim superextẽdimus nos in gratia vel gloria vel in potestate nostra quasi nõ simus pertingẽtes vsq; ad vos potestate nostra & ministerio. Nam vsq; ad vos peruenimus in euangelio Christi. i. in prædicatione euangelii Christi. 1. Cor. 4, In Christo Iesu per euangelium ego vos genui &c. & suprà 9, Nõne opus meũ vos estis &c. Gal. 2, Qui operatus est Petro in Apostolatum &c. Et ideo concludit dicens. Igitur cùm glorior de vobis, non glorior in immensum. Vnde dicit [Non in immensum gloriantes, &c.] Vbi alius fundamentum fidei posuisset. ¶Consequenter cùm dicit [Spem autem habentes &c.] Ostendit q̃ non excedit mensurã suam quantũ ad gloriam de futuro. Sciendum est autem q̃ prædicator potest habere duplex argumentum gloriæ de prædicatione sua. Vnum est vt conuersi ad prędicationem suã proficiãt in melius. Aliud vt per ipsos conuersos alii conuertantur, quia vt dicitur Exo. 36, Cortina cortinã trahit &c. Et Apoc. vlt. Qui audit, dicat veni. Nã quãdo quis videt alios cõuerti, facilius cõuertitur. Et quãtũ ad ista duo Apostolus

sperat augeri gloriã suã de Corinthiis primò. s. de profectu eorũ in melius. Et ideò dicit, Dico q̃ nec in immensum gloriamur de cõuersione vestra per nos causata olim. Sed adhuc habẽtes. s. sumus spẽ magnificari in futuro. i. augeri gloriã nostrã crescẽtis fidei vestrę in vobis. i. de fide vestra crescẽte & proficiẽte in melius per bona opera. 1. Pet. 2, Lac cõcupiscite vt in eo crescatis in salutẽ, &c. Et iterũ secũdò speramus magnificari in conuersione aliorum per vos. Et ideo dicit, In abundãtia &c. id est, in abundantia prædicationis, nõ solùm in vobis, sed etiam in illa loca quæ vltra vos sunt: & secundum regulam nostram, id est secũdum q̃ iniunctum est nobis à Christo, non solùm euangelizare vobis, sed omnibus gentibus. Mar. vltimo, Euntes in mundum vniuersum, &c. Nec tamen sumus habentes spem in aliena regula, id est non speramus gloriari, nec gloriamur in aliqua aliena regula. Quasi dicat: Non in illis quæ præparata sunt ab aliis, id est, quos alii duxerunt ad fidem, sed faciam fructum in illis in quibus ab aliis non est prædicatum. Ro. 15, Prædicaui euangelium hoc non vbi nominatus est Christus. ¶Contrà est, quòd Petrus prædicauit Romæ antequam prædicaret ibi Paulus. Respondeo, dicendum est quòd non dicit hoc, recusans prædicare vbi alius prædicasset, sed dicit quòd intendit prædicare etiã vbi non prædicasset aliquis. ¶Consequenter cùm dicit [Qui autem gloriatur, &c.] Ostendit quòd non excedit mensuram suam quantum ad id in quo gloriatur, dicens, Quia si ego glorior in eo in quo gloriandum est, non excedo. Cùm autem gloriãdum sit in deo, qui gloriatur, in domino glorietur. Hier. 9, In hoc glorietur qui gloriatur, &c. Potest autẽ hoc exponi tripliciter. Vno modo in domino glorietur vbi ly, domino, denotet obiectum gloriandi, quasi dicat: Ex hoc glorietur quòd habet dominum amando & cognoscendo. Hiere. 9, In hoc glorietur &c. Alio modo glorietur in domino. i. secũdum deum, & hoc modo gloriatur qui gloriatur de his quæ dei sunt, & non de malis, sicut ille de quo dicitur in Psal. Quid gloriaris in malitia. Alio modo in domino glorietur, id est, vt gloriã suã reputet se habere à deo totum quod cedit ad gloriã suam referens in deũ. 1. Corin. 4, Quid habes quod non accepisti. Si autẽ accepisti &c. Et sic accipitur hîc cũ dicitur [Qui gloriatur in domino glorietur] q.d. glorior de prædictis, sed non quasi hoc à me habeam, sed à deo. Et hoc etiam est mensura vestra: quia totum bonum vestrum habet ortum à nobis. Et verè in domino debemus gloriari, non nobis imputare gloriam nostrã, sed deo. Nam nõ est probatus, id est, comprobatus à deo vel hominibus ille qui seipsum cõmendat. Prou. 27, Laudet te, &c. Sed ille quem deus cõmendat, id est, cõmendabilem facit bonis operibus & miraculis. Nam deus est causa totius boni operis per homines facti.

Caput 11.

VTinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me. Aemulor enim uos dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua: ita corrumpantur sensus uestri & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu.

¶Postquam Apostolus excusauit se de his quæ falsò imponebãtur sibi à Pseudo: hîc consequẽter vt cõfutet eos. s. Pseudo & reddat authoritatẽ suã, honorabilem cõmendat se Corinthiis. Circa hoc autẽ duo facit. Primò rationẽ suæ cõmendationis assignat. Secũdò ponit suã cõmẽdationem, ibi [In quo quis audet, &c.] ¶Circa primum tria facit. Primò petit vt eius insipiẽtia supportetur. Secũdò subdit necessitatẽ suæ commendationis, vt non insipiẽs videatur, ibi [Aemulor enim vos, &c.] Tertiò innuit quòd dato quòd sit insipiens, supportare debent, ibi [Iterum dico ne quis, &c.] Circa primũ duo facit. Primò præmittit suum desiderium, vt petitio sua facilius exaudiatur. Secundò ponit suam petitionem, ibi [Sed & supportate me.] Desiderium autem Apostoli est, vt Corinthii sustineant Apostolum cõmendantem se. Et ideò per aduerbium optandi incipit, dicens [Vtinã sustineretis &c.] Circa quod sciẽdum est q̃ præcepta moralia sunt de agendis, quæ cùm sint particularia & variabilia, non possunt determinari vna cõmuni ratione & regula indefinitè, sed oportet quandoq; præter regulam cõmunem aliquid facere in aliquo casu emergẽte. Quãdo autẽ hoc modo fit aliquid præter communẽ regulã, sapientes qui causam huius considerãt non turbãtur, nec reputãt insipienter factũ esse. Indiscreti verò & minus sapiẽtes non considerãtes ex qua causa hoc ita fiat, turbantur, & reputãt stultè factũ fore, sicut patet: quia præceptum morale est, non occides. Aliquãdo tamẽ necesse est malos occidere. Et quãdo hoc fit sapiẽtes cõmendãt vel non reputãt malè factũ. Stulti autẽ & hęretici dãnant, dicẽtes hoc esse malè factũ. Quia ergo cõmunis lex moralis est q̃ homo non commendet seipsum, secundũ quod dicitur Prou. 27, Laudet te alienus, &c. Potest fieri in aliquo casu præter hãc cõmunẽ regulã vt homo cõmendet se, & laudabiliter hoc facit, & tamẽ indiscreti hoc reputant insipientiã. Vnde cũ imminneret casus quo Apostolus deberet se cõmendare, hortatur eos ad hoc q̃ istud non reputẽt ei ad insipientiã, dicẽs [Vtinã sustineretis] scilicet patienter [modicũ insipientiæ meæ] supportãdo me. Et dicit modicum, quia si cõmendaret se sine causa, esset maxima insipientia. Et iterũ si cõmendaret se ex causa omnino vrgente, tũc nihil esset ibi insipientiæ. Sed quia cõmendat se, licet ex causa, nõ tamẽ omnino vrgẽte, cũ alio modo posset confutare Pseudo: & quia cõmendat se multũ, videtur ibi esse aliquid insipientiæ, & hoc est q̃ dicit [Modicũ insipiẽtiæ meæ.] infrà 12, Factus sum insipiẽs &c. Et licet sic sim insipiẽs, tñ supportate me. Et hoc debent facere, quia subditi debent supportare prælatos, & econuerso. Gal. 6, Alter alterius onera. &c. Eph. 4, Supportantes inuicem in charitate. Necessitatem autẽ cõmendationis ostendit, dicens [Aemulor, &c.] Et circa hoc tria facit. Primò ostendit huiusmodi cõmendationem prouenire ex zelo, vt excludat insipientiã. Secũdò dicit hũc zelũ nõ esse inordinatũ, vt vitet indiscretionem, ibi [Timeo autẽ &c.] Tertiò excludit eorũ excusationem, ibi [Nam si is qui venit, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ponit zelum quem habet ad eos sanctũ, quia dei. Secũdò ostendit causam huius zeli, quia incũbebat sibi ex officio, ibi [Despondi vos &c.] Est ergo zelus sanctus, quia æmulor vos. i. diligo vos feruenter dei æmulatione, id est, ad honorem dei, non meum. Circa quod nota quòd æmulatio prout est idem quòd zelus, non aliud est quàm quidam motus animi bonus vel malus tendentis in statum proximi, & importat feruorem amoris. Et ideò consueuit sic definiri. zelus est amor intensus non patiens consortium in amato. Et siquidem non patiatur consortium in aliquo bono, puta, vitii vel alicuius imperfectionis, sed singulariter illud solus vult habere, tunc zelus est bonus & æmulatio bona, de quo dicitur 1. Corinth. 12, Aemulamini charismata &c. Galat. 4, Aemulamini bonum in bono, &c. 3. Reg. 17, Zelo zelatus, &c. Psalm. Zelus domus tuæ &c. Si

vero non patiatur cõsortium in aliqua excellentia vel in aliqua prosperitate mundi,tunc zelus est malus & æmulatio mala.Hoc autẽ bono zelo seu æmulatione aliquando quis æmulatur alios pro se,sicut vir zelatur pro vxore sua quã sibi soli vult seruari. Aliquando verò zelatur aliquis pro alio sicut eunuchus zelatur vxorem domini sui vt custodiat eam sibi.Sic Apostolus populũ suũ, quem videbat paratũ ad præcipitiũ, & cũ spõso Christo velle prostitui diabolo,æmulabatur,ne Christus spõsus verus in eis aliquod diaboli cõsortiũ pateretur.Et ideò dicit dei æmulatione.q.d.nõ pro me,sed Christo,qui est spõsus.Io.3,Qui habet spõsam, spõsus est.3.Reg.19,zelo zelatus sum pro domino &c.Vnde autem Apostolo incumbebat huiusmodi æmulatio,ostẽdit,dicẽs [Despondi enim vos &c.] Quasi diceret,Meritò vos æmulor dei æmulatione,quia ego sum paranymphus huius matrimonii, quod est inter vos & Christũ, quia ego despondi vos.i.feci spõsalia, quæ sunt per fidẽ & charitatẽ.Osee secundo, Sponsabo te mihi,&c. Et ideò pertinet ad me custodire vos. Quicũq; ergo conuertit populũ ad fidẽ & ad iustitiã,despõdet eos Christo.Despõdi,inquã,nõ multis,quia quæ multis adhæret,polluitur.Hiere.3,Tu autẽ polluta es,&c.Sed vni Christo,scilicet viro perfecto virtutis plenitudine.Zachariæ 6, Oriens nomẽ eius.Hiere. 31,Nouũ faciet dominus super terrã,&c.Et dicitur Christus vir vnus,quia singularis:& quantũ ad modũ conceptionis,& quantũ ad modũ nascendi, & quãtũ ad gratiæ plenitudinẽ.Eccl.7,Vnũ de mille &c.Isti, inquã,viro despõdi vos exhibere virginẽ. ¶Nota q̃ à plurali ad singulare descẽdit,dicẽs (Despõsaui vos)in plurali [Et exhibere virginẽ.] in singulari, volens ostendere quòd ex omnibus fidelibus fit vnũ corpus & vna ecclesia, quę debet esse virgo in omnibus membris suis. Et ideò dicit, virginẽ castã.In omnibus enim accipitur virginitas pro integritate corporis : castitas pro integritate mẽtis.Nã aliquãdo aliqua est virgo corpore,quæ nõ est casta mẽte. Sic ecclesia exhibet se Christo virginẽ,quãdo perseuerat in fide,& infra sacramẽta absq; corruptione alicuius idolatriæ,& infidelitatis.Eze.16,Ad omne caput viæ ædificasti signũ,&c.Castã exhibet se quãdo existẽs infra sacramẽta & in fide Christi exhibet puritatẽ corporis & operis. Ephe. 5,Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã nõ habentem maculã neq; rugã,&c.Sed quia Corin.possent dicere,nõ necesse est q̃ custodias nos,& zelus tuus non est rationabilis,quia nos bene seruabimus nosmetipsos.Ideò cõsequenter causam huius zeli ostendit, dicẽs [Timeo autem &c.] Vbi sciendũ est q̃ in paradiso fuit coniugiũ Adam & Euæ. Sed Eua corrupta fuit per serpentẽ nõ violenter,sed astutè inquantum promisit falsum & suasit iniquum. Falsum quidem,cùm dixit, Eritis sicut dii & nequaquã moriemini:cum tamẽ ex hoc ipsi incurrerint necessitatem mortis. Iniquũ verò vt transgrederetur & præteriret mandatum dei.Et secundũ hanc similitudinẽ Apost.loquẽs,dicit ecclesiam esse sicut Euã, quam diabolus aliquando persecutus est manifestè per tyrãnos & potestates, & tũc sicut leo rugiẽs circuit,quærẽs quẽ deuoret,vt dicitur 1.Pet.5,Aliquãdo molestat ecclesiam latenter per Hæreticos qui promittunt veritatem & simulãt se bonos, & tunc sicut serpens seducit astutia sua promittẽdo falsa.Et ideò dicit (Timeo ne sicut serpẽs Euã seduxit)à paradiso eam eiiciens(astutia sua) promittẽdo falsa.1.Timo.2,Adã nõ est seductus,sed mulier.(Ita)id est,per similes deceptiones Hæreticorũ[Corrũpantur sensus vestri.] Et dicit sensus vestri, quia sicut in matrimonio carnali cauet spõsus ne cõiunx corrumpatur carnaliter,ita Apost.in hoc matrimonio spirituali timet ne corrũpantur spiritualiter sensus cordis. 1. Cor. 15,Corrũpunt bonos mores,&c.Vel sensus spirituales de quibus Sapien.1,Sẽtite de domino,&c.1. Corin. 14,Nolite pueri effici sensibus. Et excidant à simplicitate,quæ est in Christo Iesu. Simplex enim est illud quod corruptione caret.Pseudo ergo componebant vnam sectam ex Iudaismo & Euãgelio mandantes simul cum euangelio seruari legalia.Illi ergo excidunt à simplicitate Christi qui seducti à Pseudo simul cum Euang.seruant legalia,& hoc timebat Apost.de Corin. Eccl.2,Væ peccatori ingredienti terrã duabus viis. Et econtrà.Prou.11,Simplicitas iustorum dirigit eos.

Lectio 2.

Ostendit Paulus q̃ dato q̃ insipiẽter ageret nec minus deberẽt eum supportare Corinthij gloriãtem & se se commendantem.

NAm si is qui uenit alium Christum prædicat quem non prædicauimus:aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis: aut aliud euangelium quod non recepistis, rectè paterẽmini. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis.Nam & si imperitus)ermone,sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum uobis. Aut nunquid peccatum feci me ipsum humilians,ut uos exaltemini?quoniam gratis euangelium dei euangelizaui uobis, Alias ecclesias expoliaui,accipiens stipendia ad ministerium uestrum.

¶Posito zelo quem ad Corin. habebat Apost. & ostenso zelum esse rationabilem:hìc cõsequenter remouet eorum excusationẽ. Et circa hoc duo facit. Primò proponit eorum excusationẽ.Secũdò verò remouet eam,ibi [Existimo enim me, &c.] ¶Circa primum sciendũ est q̃ Corin. possent suspicari q̃ ideò zelum haberet de eis, quia timet ne dimittant doctrinã suam propter doctrinã Pseudo:vnde possent dicere,cõstat quòd minus bona sunt dimittenda propter magis bona.Ergo si Pseudo meliora doceãt,non debes turbari si acquiescimus eis. Et ideò hãc excusationẽ ponit ostẽdendo q̃ nihil maius quã Apost. docẽt & prædicãt. Nã Apost.tria prædicauit eis,& docuit eos.Primò q̃ essent Christi:suprà 4,Nõ enim prædicauimus nosmetipsos,sed Christum Iesum. Secundò q̃ haberent spiritũ Christi. Rom.8,Si quis spiritũ Christi nõ habet,hic non est eius. Tertiò vt reciperent euang.Christi.Rom. 1, Non enim erubesco euang. &c. Si ergo Pseudo meliora vobis prædicarent & vos docerent, rectè faceretis & excusabiles essetis : Sed hoc non faciũt.Et hoc est quod dicit [Nam & si is qui,&c.] Quasi dicat,Timeò ne Pseudo qui venit ad vos non missus,sed ex se sicut fur & latro.Ioan.10,Quotquot venerunt fures sunt & latrones.Hier. 23,Non mittebam eos & ipsi currebant.Romanorum decimo,Quomodo prædicabunt nisi,&c. Si,inquam, talis prædicator prædicat vobis alium Christum, scilicet excellentiorem quàm illum quem nos prædicauimus, quod non potest esse, quia vt dicitur Corinthio. 8, Vnus dominus noster Iesus Christus per quem omnia & cætera. Et hoc quantum ad primum.Aut alium spiritum, scilicet meliorem accipitis,scilicet per talem, quàm accepistis, scilicet per nos , id est, ministerio nostro, quod non potest esse, quia vt dicitur primæ Corinthiorum duodecimo,Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus,& cætera. Et hoc quantum ad secundum. Aut prædicat vobis aliud euangelium , id est , aliam prædicationem vel doctrinam, quam per nos non recepistis. Galatas primo , Miror quòd sic cito transferimini , & cætera. Si, inquam , alia & meliora facerent vobis,pateremini,id est,faceretis excusando vos.Et quia non potest eis aliud euangelium,id

est, melius tradi.Ideò Apostolus excommunicat Galatas si aliud euangelium recipiant. Galatas primò, Si quis aliud vobis euangelizauerit,&c. ¶Consequẽter cùm dicit [Existimo &c.] Remouet hanc excusationem.Et circa hoc duo facit. ¶Primò ostendit quòd ipse nõ minus fecit eis quàm alii.Secundò q̃ plus, ibi [Aut nunquid,&c.]Circa primũ tria facit. Primò ostendit quòd nihil minus fecit facto quàm alii apostoli. Secundò innuit q̃ nõ defuit ei facultas ad hoc faciendũ,ibi[Nã & si imperitus sermone &c.] Tertiò ostendit euidentiam vtriusq;,ibi[In omnibus autem,&c.] Dicit ergo:Rectè paterẽmini vos seduci ab eis si melius prædicarent vobis,sed hoc non est verũ.Enim, id est,quia,existimo me nihil minus fecisse in his à magnis apostolis, id est,quàm Petrus & Ioannes quos isti habebãt magnos. Et comparat se magnis apostolis, tum quia Paulus videbatur & reputabatur ab eis minor quàm illi , eo quòd illi fuerant cum Iesu & Paulus non,tum etiam quia Pseudo dicebant se missos ab eis , & ideò ostendendo se parem magnis apostolis isto rum errorem remouet & Pseudo confutat.Et nõ solùm nihil minus fecit,sed plus. primæ Corinthiorũ decimoquinto,Plus omnibus laboraui.Et ne fortè dicerent ei: Vnde tibi est facultas ad hoc faciendũ cùm sis imperitæ linguę.Ostendit q̃ ei facultas affuit ex magnitudine scientiæ,dicẽs,Licet sim imperitus sermone, tamẽ non sum imperitus scientia.secũdæ Petri vltimo,Sicut & charissimus frater noster Paulus secundũ sapientiam. Sed hoc sciendũ est q̃ Pseudo quærentes gloriam propriam & lucra sectantes nitebantur attrahere populum per ornata & subtilia & exquisita verba,non attendentes nisi solùm aures permulcere. Apostolus verò, quia non quærebat vtilitatem propriam, sed solùm dilatationem fidei Christi & profectũ eius, ita proponebat verbum fidei,vt omnes possent capere,conformans se conditioni audiẽtium & capacitati. Vnde quia isti in principio non erant capaces altæ doctrinæ, proposuit eis fidem, non in subtilitate sermonis,sed eo modo quo capere possent,scilicet planè & apertè. Et ideò isti dicebant eum esse imperitum sermone.primæ Corinthiorũ primo, Nõ in sapientia verbi,&c.Et propter hoc dicit Apostolus,licet sim imperitus sermone,vt vobis videtur,hoc non fuit ex defectu scientiæ, sed propter vos ex quadam dispẽsatione:quia tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis, &c. Vel dicendum ad litteram quòd Apostolus fuit balbus & ex hoc Pseudo deridebant eum. Et ideò dicit [Et si imperitus sermone,] id est,impeditæ linguæ,non tamen sum imperitus scientia.Exodi quarto, Impeditioris & tardioris linguæ sum. Quòd autem nihil minus fecerim à magnis apostolis,euidẽter apparet per ea quæ feci vobis.Et ideò dicit[In omnibus prædictis manifestatus sum in vobis.]Qui experti estis quæ per me fiunt.primæ Corinthiorum nono, Signaculum Apostolatus mei vos estis in domino.Et infrà 12,Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos,&c. ¶Consequenter cùm dicit [Aut nunquid peccatũ,&c.] Ostẽdit quòd plus fecit quàm omnes alii,& hoc quia prædicauit sine sumptibus.Circa hoc duo facit. Primò ponit factum. Secundò causam facti assignat, ibi [Quare,quia nõ diligo vos,&c.]Circa primum duo facit.Primò ostendit factum quantum ad præteritum.Secundò quantum ad futurum,ibi [Et in omnibus,&c.] Factum autem præteritum ostendit dupliciter.Primò in generali.Secundò in speciali, ibi [Quoniam gratis,&c.] Dicit ergo. Rectè dico q̃ nihil minus feci ab illis, nisi fortè hoc reputetis malè & minus actum:quia diminui de authoritate mea non accipiens sumptus à vobis,sed si hoc esset malum,minus fecissem.Et ideò ostendit quòd nõ est malum. Et hoc est quòd dicit, Aut nunquid peccatum feci,id est, nunquid peccaui humilians meipsum & diminuens de authoritate mea? Quasi dicat,non.Eccle.3,Quantò maior es,&c.1.Corin.9,Cùm essem liber, &c.Mat. 18,Qui humiliauerit se,&c. Ratio autem humiliationis meæ est,non propter lucrum proprium, sed propter promotionem vestram.Vnde dicit[Vt vos exaltemini,] id est,in fide confirmemini. Corinthii autem auari erant,& ideò si à principio accepisset sumptus,fortè destitissent à fide. Item Pseudo prædicabãt propter quæstum.Vt ergo Corinthii reciperent Apostolum & Pseudo auferret occasionẽ quæstus,gratis prædicauit eis sine sumptibus propriis. Hoc autem quod dixerat in generali, manifestat in speciali,ibi [Quoniam gratis,&c.]Et facit duo.Primò ostendit quomodo sine sumptibus prædicauit eis in primo aduẽtu ad eos.Secundò ostendit quòd idem fecit in mora quam apud eos contraxit,ibi[Et cùm essem,&c.]Circa primum duo facit.Primò proponit quod intendit,scilicet humiliationẽ,dicens (In hoc humilians meipsum.) Quoniam euangelizaui vobis gratis,id est,sine sumptu, non autem sine mercede:quia hoc non est laudis, licet enim omnes possent capere sumptus personæ ab eis quibus proponunt verbum dei:nullus tamẽ prædicare debet pro mercede & quæstu.Secũdò,quia possent dicere isti,vnde ergo accepisti sumptus.Respondet quòd ab aliis ecclesiis, dicens, Ecclesias alias expoliaui accipiens ab eis stipendium ad ministerium vestrum. Ex hoc cõuincit eos quòd non possint dicere Apostolo quòd non liceret ei accipere ab eis. Si enim accipitur ab aliis,ad seruitium eorum,multò magis liceret ei accipere ab ipsis. Ex hoc etiam apparet quòd legatus papæ visitans vnam partem legationis potest accipere stipendia. Et quòd dominus Papa pro necessitate vnius patriæ potest accipere subsidium ab aliis partibus mundi. Ratio est, quia ecclesia est sicut vnũ corpus. Videmus autem in corpore naturali quòd natura quando deficit virtus in vno membro, submini-
Paulus fuit balbus vel melius plebeius inculcus in sermonẽ.
strat humores & virtutem accipiens ab aliis membris.

Lectio 3.

Ostẽdit apost q̃ cum Corint. moram trahẽs sumptus nõ accepit: sed à Macedonibus est nutritus, et datur horum ratio.

ET cùm essem apud uos, & egerem:nulli onerosus fui.Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui uenerant à Macedonia, & in omnibus sine onere me uobis seruaui, & seruabo. Est ueritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non diligo uos? Deus scit. Quod autem facio & faciam ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem:ut in quo gloriantur,inueniantur sicut & nos.Nam eiusmodi Pseudo apostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum, Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis.Non est ergo magnum si ministri eius trasfigurentur uelut ministri iustitiæ , quorum finis erit secundum opera ipsorum.

¶Ostenso quòd quando primò eis prædicauit in ipso aduentu, euangelizauit eis gratis:hìc ostendit quòd nec etiam contrahendo moram apud eos, accepit ab eis sumptus. ¶Et primò hoc ostendit.Secundò verò respondet cuidam tacitæ quæstioni,ibi [Nam quod mihi,&c.] Dicit ergo. Non solùm quando primò veni ad vos non accepi à vobis sumptus : sed etiam cùm essem apud vos diu & etiam egerem , vt ostendat quòd non dimisit eis sumptus propter diuitias. Nulli onerosus fui aliquid ab aliquo accipiendo. In quo

apparet causa quare dimisit: quia Corin. propter auaritiam eis innatam, reputabant sibi onus ministrare sumptus.1.Corin. 9, Non sumus vsi hac potestate:sed omnia sustinemus,&c.Sed possent isti dicere, vnde ergo habuisti necessaria? Et ideò respondet dicens quòd ab aliis ecclesiis.ideò scilicet nihil accepi,quia illud quod mihi deerat,scilicet à pretio quod lucrabatur nocte laborando manibus suis apud Aquilã & Priscam.Erat enim senofactoriæ artis per quam lucrabatur sibi necessaria.Act.secundò,Ad ea quæ mihi opus erant, &c. Illud ergo quod deerat nõ dedistis vos,sed suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia, scilicet Philippenses qui erant valdè liberales.Vnde de hoc in epistola ad Philippenses commendat eos. Phil. 4,Nulla ecclesia communicauit mihi in ratione dati & accepti,nisi vos.Sed Corinthii erant auari. ¶ Consequenter cùm dicit[Et in omnibus sine onere,&c.] Ostendit quomodo se habebit in hoc ad eos in futurum,dicens,quòd etiã sine onere vult se habere ad eos.Et circa hoc duo facit. Primò ponit suã rationẽ cõmunem.Secundò confert eam,ibi[Est veritas Christi,&c.]Dicit ergo nõ solùm feci hoc,scilicet, quòd gratis vobis euãgelizaui & nulli onerosus fui,sed etiã in omnibus seruabo me vobis sine onere,sicut vsq; modò seruaui nõ durè reprehendendo,nõ seuerè corrigẽdo,nec vestra accipiẽdo.Act.3,Argentũ & aurũ & vestem nullius cõcupiui.Numeri 16,Tu scis q̃ nec asellum quidẽ acceperim ab eis, dicit Moyses ad dominũ. Samuel dicit,primi Reg.12,Loquimini de me si oppressi &c.Et quòd ita facturus sit,confirmat ex duobus. Primò ex eo qui loquitur in ipso,scilicet Christo qui est veritas,à qua non potest esse falsum. Et ideò dicit, Est veritas Christi in me,&c.Quasi dicat:Hoc quod dixi verũ est, quia veritas Christi loquitur in me, &c. Hoc infrà vltimo,An experimentum quæritis eius qui in me, &c. Vel hoc potest accipi per modũ iurãtis. Quasi dicat,deus qui est veritas & est in me scrutãs corda,sit mihi testis,q̃ ita seruabo me.Ro. 1, Testis est mihi deus &c.Secũdò ex eo q̃ nõ intẽdit minuere gloriã suã, sed augere.Apost.enim attribuebat sibi apud Christum ad magnã gloriam,q̃ ipse solus inter Apost.sine sumptu prędicabat Corin. Et ideò dicit [Ideò seruabo me sine onere.]Quoniã non infringetur.i.non minuetur in me hæc gloria, quòd.s.gratis prædico vobis,& q̃ à licitis abstineo,propter salutẽ vestrã, quæ quidem est gloria Christi:quia ipse glorificatur per hoc in me,vel quia ego hãc gloriã habeo specialiter apud Christũ: quæ quidẽ refringeretur in regionibus Achaiæ,vbi Corinth.erat metropolis si recepisset ab eis,quia auari erant: habitabãt enim in maritimis, & erãt intẽti mercationibus,& tales consueuerunt esse auari.1.Cor.9,Bonũ est mihi magis mori,quã vt gloriam meã quis euacuet. ¶ Consequẽter cùm dicit, [Quare,quia nõ, &c.]Ponit causam quare non accepit sumptus ab eis.Et circa hoc duo facit.Primò excludit falsam causam. Secũdò astruit verã, ibi [Quod autẽ facio,&c.]Circa primũ sciendũ est,quòd Pseudo imponebãt Apostolo, quòd ideo nõ recipiebat à Corint. sumptus,quia nõ diligebat eos,& quia nõ intẽdebat eis,benefacere & seruire.Dicit ergo quare,scilicet hoc facio,quia nõ diligo vos.i.pro odio quod habeo ad vos,sicut dicunt Pseudo,deus scit q̃ diligo vos & q̃ nõ pro odio hoc facio.Ioã. vltimo, Domine tu scis, quia amo te.Sic ergo exclusa causa falsa sequitur vera, ibi [Quod autẽ facio,&c.]Et circa hoc duo facit.Primò ponit verã causam. Secundò rationẽ huius assignat, ibi[Nam eiusmodi Pseudo &c.] ¶ Circa primum sciendum est q̃ Pseudo,vt dictum est,quærebãt lucra & gloriam propriã. Et ideò vt in reuerẽtia haberentur nitebantur exterius sequi vestigia Apostoli, vel etiã si potuissent excellere ipsum.Dicit ergo Apostolus,Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur vt nihil accipiant.Et quia sciebat q̃ Pseudo prædicabãt vt accipiãt, & per consequẽs q̃ nõ prædicarent si deficeret eis lucrũ.Dicit,Quod facio,ideo facio & faciã hoc non propter odiũ sed vt amputẽ occasionẽ eorũ.s. Pseudo accipiendi vestra,eorũ.s.Pseudo qui volũt,supple, meo exẽplo, habere occasionẽ acciẽpidi vestra. Sciebat enim secundũ Ambro.q̃ si nõ acciperẽt nõ diu prædicarẽt.Ecõtrario dicitur Pro. 9,Da occasionẽ sapiẽti, &c.Et hoc vt tales inueniãtur.s.Pseudo,sicut & nos.s.nõ accipiẽtes pecunias,sicut & nos nõ accipimus.In quo quidẽ ipsi gloriãtur.s.q̃ imitãtur nos,& ego nolo si perfectè volũt nos imitari q̃ accipiãt.1. Corin. 7, Volo omnes homines esse sicut me,scilicet non accipientes. ¶ Vt in quo,&c.Hoc legitur tripliciter. Vno modo sic,vt inueniãtur tales,supple sicut & nos,nõ accipiẽdo sicut nec nos accipimus, & per consequens à prædicatione cessando.In quo.s.esse tales sicut & nos gloriãtur:contendebãt enim esse similes veris apost. Secundò modo sic,vt in eo in quo gloriãtur.s.accipiẽdo,quia hoc solùm quærebãt,inueniãtur sicut & nos. i.similes nobis,cessando.s.& desistẽdo ab acceptione vt nobis assimilẽtur.Tertio modo sic, vt in eo in quo gloriantur.s.in non accipiendo,dicunt enim se nihil accipere, inueniantur sicut & nos.i.non meliores nobis,ne.s.possint se in hoc nobis præferre. ¶ Nam eiusmodi, hoc continuatur tripliciter. Primò modo sic, ita gloriantur & contendunt,non sicut nos.[Nam eiusmodi &c.] Secundo modo sic,& verè desistunt accipere,vt nobis assimilentur.] Nam eiusmodi,&c.] Tertio modo sic,Ita in non accipiendo gloriantur, vt nobis similes videantur. Posita autem vera causa probat eam consequenter, dicens [Nam eiusmodi, &c.] Ostendens quomodo studẽt assimilari Apost.Et circa hoc tria facit.Primò ponit causam.Secundò probat eam,ibi[Sed non mirum.] Tertiò cõsequenter ostendit differentiam Pseudo ad veros apost.ibi [Quorum finis &c.]Dicit ergo:Rectè dico q̃ hoc facio vt amputem eis occasionem accipiendi.Nam eiusmodi Pseudo aposto.sunt operarii.s.falsi.Phil.3,Videte canes,videte malos operarios,&c.Subdoli. i.callidi & vulpini sub specie religionis decipiẽtes.Eze.13,Quasi vulpes in desertis,&c.Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas,&c.Canti.secundo,Matt.septimo,Veniunt ad vos in vestimentis ouium,&c. Et hoc est quòd dicit.Transfigurantes se in apost.Christi,id est,exterius portantes signa bonorum apost.2, Timoth. 3,Habentes quidem speciem pietatis,&c.Et hoc probat, quia sicut veri aposto. mittuntur à deo & informantur ab ipso, sic Sathanas transformat se in angelum lucis qui est dux & incentor eorum. ostendens se esse vel angelum dei,vel aliquando Christum. Non est ergo mirum neq; magnum si ministri eius, scilicet Pseudo,transformant se in ministros iustitiæ,id est,simulant se esse iustos.Ecclesiastici 10, Secundum iudicem populi sic & minister eius,&c. ¶ Notandum autem est quòd Sathanas transfigurat se aliquando visibiliter,sicut beato Martino,vt deciperet eum,& hoc modo multos decepit.Sed ad hoc valet & necessaria est discretio spirituum quam spiritualiter deus contulit beato Antonio.In hoc tamẽ potest cognosci quòd Sathanas sit, quia bonus angelus in principio hortatur ad bona, & perseuerat in eis.sed malus in principio quidem prętendit bona,sed postmodum volens explere desiderium suum,& quod intendit,scilicet decipere inducit & instigat ad mala.1.Io.4,Omni spiritui nolite credere,&c.Et ideò Iosue cùm videret angelum in campo suo dixit Iudicũ 5,Noster es an aduersariorum?Aliud etiam signum est q̃ bonus angelus & si terreat in principio,tamen statim consolatur,& cõfortat sicut Zachariam Luc.1,Ne timeas Zacharia. Et ad beatam virginem dixit,Ne timeas Maria &c.Malus autem angelus stupefacit & desolatum dimittit. Et hoc ideò vt stupefactum facilius decipiat & persuadeat sibi.Aliquando autem transfigurat se inuisibiliter,& hoc quando ea quæ in se mala sunt,facit apparere bona,peruertendo sensus hominis & inflammando concupiscentiam.Prouer.14,Est via quæ videtur homini recta,&c. Sic decepit monachum quendam cùm proposuisset in animo suo nunquã exire cellam,suggessit ei diabolus q̃ bonum esset quòd exiret ad ecclesiam & reciperet corpus Christi.Cui suggestioni cõsentiens propositum mutauit vadens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse diabolum gloriatus est monachus quòd non deceperat eum, quia ad bonum iuerat,& tamen iam remouit eum à proposito continuè standi in cella.Post modum verò iterũ suggessit ei q̃ pater suus esset mortuus,& dimiserat sibi multas diuitias distribuendas inter pauperes,q̃ iret ad ciuitatem,ad quam cùm iret nunquam rediit ad cellam,& mortuus est in peccato.Vnde valde difficile est q̃ homo caueat sibi,& ideò recurrẽdum est ad adiutoriũ diuinum.Iob 41,Quis reuelabit faciem indumẽti eius,&c.Quasi dicat,Nullus nisi deus. ¶ Consequenter ponit ministrorum,& malorum, & bonorũ differentiam quæ consistit in hoc q̃ finis illorum.s.ministrorum Christi,& Sathanæ erunt secundũ opera eorum.Nam finis bonorum erit bonus,& malorum erit malus,& boni inducuntur ad bonum,& mali ad malum.Phi.3,quorum finis interitus,&c.Item boni recipient bona,& mali mala suprà 5,Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.

Lectio 4.

Continuãdo suã gloriationẽ ponit culpã Corinthiorũ eam exagerãdo & arguendo.

ITerum dico(ne quis me putet insipientem esse,alioquin uelut insipientem accipite me,ut & ego modicum quid glorier) quod loquor,non loquor secundum deum.sed quasi in insipientia,in hac substantia gloriæ.Quoniam multi gloriantur secundum carnem,& ego gloriabor.Libenter enim suffertis insipientes cùm sitis ipsi sapientes.Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit,si quis deuorat,si quis accipit,si quis extollitur,si quis in faciem uos cædit. Secundum ignobilitatem dico,quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

¶ Suprà Apostolus induxit Corinthios vt patienter sustinerent suam commendationem,ostendẽs q̃ hoc faciebat ex zelo quem habebat ad eos:& quia zelus ille erat rationabilis & ordinatus:hîc autem consequẽter ponit aliam rationem,per quam ostendit,quòd dato q̃ insipienter ageret,nihilominus tamen deberẽt eum supportare.Vnde in ista ratione procedit ex suppositione stultitiæ,In hac autem parte duo facit. Primò enim proponit suam petitionem.Secundò rationem dictorum assignat,ibi[Quod loquor &c.]In petitione autẽ sua duo facit.Primò enim petit q̃ nõ reputẽt eũ insipientẽ,quod pertinet ad præmissam rationẽ. Et ideò dicit,Iterũ dico q̃ ex quo zelus meus est rationabilis & ego rationabiliter cõmẽdo me:ne quis,scilicet vestrum me reputet insipientem.Secundò petit q̃ dato q̃ insipienter agat tamen supportent eum & hoc pertinet ad rationem hanc.Et ideò dicit(Alioquin)id est,si non rationabiliter commendo me,& penitus velitis me ex hoc insipientem reputare:tamen accipite,id est,supportate me velut insipientem.Et dicit,velut.Quia licet ipsi reputent eum insipientem in hoc,tamen in rei veritate non est insipiens. Accipite me,inquam,velut insipientem,vt & ego modicum quid glorier.Et dicit modicum,quia infrà commendauit se de gloria,quæ est secundum carnem,quæ valdè modica est.Iob 25,Homo putredo & filius hominis vermis.Ecclesiastici 10,Quid superbis terra & cinis?Rationem autem dictorum assignat,dicens[Quod loquor &c.]Dixerat autem tria. ¶ Primò quia supposuit insipienter commendasse seipsum.Secundò q̃ vult gloriari.Tertiò q̃ sustineant eum.Et horum trium rationem assignat.Et primò de hoc q̃ supposuit insipienter commendare se.Secundò quare vult gloriari,ibi[Quoniam multi gloriantur,&c.]Tertiò quòd debeant eum supportare,ibi[Libenter enim suffertis,&c.]Dicit ergo primò,Ratio quare debetis insipientẽ accipere me,est,quia illud quod loquor in hac substantia gloriæ,idest commendatione carnis quæ à quibusdam appetitur,ac si per eam debeant subsistere,non loquor secundum deum,sed quasi in insipientia.Et dicit ex hypostasi,sicut illud quod suprà dixit,velut insipiẽtem.Vnde ibi posuit,velut,hîc ponit,quasi. Ac si diceret,Si nõ rationabiliter commendarem me,tunc illud quod loquor in commendatione mea,non est secundum deum.i.secundum rationem diuinæ sapientiæ.Et tunc meritò acciperetis me non secundum deũ loqui,sed insipienter.suprà 10,Non enim qui seipsum cõmendat,ille probatus est,&c.Prouerbiorum. 27, Laudet te alienus,&c.Rationem autem suæ commendationis & gloriæ ostendit,subdens[Quoniam multi gloriantur &c.]Vbi sciendum est quòd Pseudo,quia ex Iudæis erant,gloriabantur secundum carnem, dicẽtes se esse filios Abrahæ,& ex hoc volebant haberi in reuerentia à Corinthiis & authoritate. Dicit ergo Apostolus,dato quòd sit insipientia q̃ glorier secundum carnem,tamen quoniam multi.s.Pseudo gloriantur secundum carnem,& ego etiam gloriabor secundum carnem.Prouerbiorum.26,Respondе stultо secũdum stultitiam suam,ne sibi sapiens videatur. ¶ Sed contrà est,quia Seneca dicit,Summa malorũ est quod ad exemplum vnitur.Et Exo.23,Non sequaris turbam ad faciendum malum. Non ergo Apostolus debet gloriari secundum carnem,eo quòd Pseudo gloriantur.Respondeo,Dicẽdum est,quòd licet sit eadem materia gloriationis,non tamen est eadem intentio & idem finis:quia Pseudo cõmendabant se propter gloriã propriam,& vt ipsi haberentur in authoritate,& possent luerari.Apostolus autem gloriabatur,vt verbum dei per eum prædicatum esset maioris authoritatis,& ponderis,& fructum faceret Christo.Rationem autem quare debeant eum supportare,subdit dicens[Libenter enim suffertis,& cætera]Et primò ponit rationem hanc,quòd,scilicet,debeant eum supportare.Possent enim dicere:Quare debemus te supportare si es insipiens?Et dicit Apostolus quòd ideò,quia cùm vosipsi sitis sapientes in oculis vestris & in vestra reputatione,libenter suffertis.i.estis consueti supportare insipientes,Pseudo.s.Secundò ostendit in quo supportent insipientes.Et ponit quinque grauia quæ sustinebant à Pseudo.Primum est iugum seruitutis.Et quantum ad hoc dicit,Sustinetis enim si quis.i.aliquis pseudo redigit vos in seruitutẽ.Quasi dicat,per Christum liberati fuistis à seruitute legis,quæ est in timore.& reducti estis in libertatẽ filiorũ dei,quæ est in charitate.

Gala.4,Non sumus ancillæ filii,sed liberæ.Et tamẽ vos sustinetis Pseudo,qui ex huiusmodi libertate redigunt vos in seruitutem legis:quia cogunt vos seruare legalia.Gal.5,Nolite iugo seruitutis,&c.Multò ergo magis debetis sustinere me,qui volo vos perseuerare in libertatem Christi,quã Pseudo qui volunt vos reducere in seruitutem legis.Secundũ est graue valde.s.q̃ Pseudo viuunt de bonis vestris lautè,nos verò nõ.suprà 8,Non vt aliis sit remissio,&c.Et ideo dicit,Si quis deuorat.Mat.23,Vę qui comeditis domos viduarũ, &c.Tertiũ graue est deprædationis & expoliatio:quia isti ad literam blandis verbis & prætextu pietatis accipiebant eis omnia:& quantum ad hoc dicit,Si quis accipit.i.blandè decipit subtrahendo vestra.Roma.16, Per blandos sermones seducunt corda insipientiũ.Quartũ graue est nimia iactantia super eos cum Corin. contemptu.Ideò dicit,Si quis extollitur iactando se importunè.Eccl.6,Non te extollas in cogitatione,&c. Quintũ graue est illatio opprobriorũ.Nam Pseudo non solùm tam grauia eis inferebant,sed super hoc addebant improperia dicentes eis iniurias,& maximè de ignobilitate.Nam quia ipsi erant Iudæi, & cultores vnius dei,dicebant se nobiles esse,& Corinthios ignobiles,quia non erant de semine Abrahæ,nec circunci si,& quòd de idolatris.Et quantum ad hoc dicit,Si quis in faciem vos cædit,id est,coram vobis infert cõtumelias & dicit iniurias.Et huiusmodi iniuriæ sunt secundum ignobilitatem,quam vobis obiiciunt. Et tamen illos sustinetis,& nos non:quasi nos fuerimus infirmi in hac parte gloriæ quam attribuistis eis præferẽdo eos nobis,præsertim cùm pseudo dicant quòd ideò nos non dicimus nec facimus vobis ista,quia nos sumus infirmi in hac parte.i.quia sumus ignobiles.1.Cor.4,Nos infirmi,& vos fortes:vos nobiles,nos ignobiles.

Lectio 5.

Cõmendat se Apostolus adæquãdo se pseudo apostolis & tãdẽ se eis præferẽdo quãtum ad perpessionem passionum pro Christo.

IN *quo quis audet(in insipientia dico)audeo & ego.Hebræi sunt,& ego.Israelitæ sunt, & ego . Semen Abrahæ sunt:& ego.Ministri Christi sunt,& ego(vt minus sapiens dico)plus ego:in laboribus plurimis:in carceribus abũdantius,in plagis supra modum,in mortibus frequenter.A Iudæis quinquies quadragenas una minus,accepi.Ter virgis cæsus sum,semel lapidatus sum,ter naufragium feci,nocte & die in profundo maris fui,in itineribus sæpe , periculis fluminum,periculis latronum,periculis ex genere,periculis ex gentibus,periculis in ciuitate,periculis in solitudine, periculis in mari,periculis in falsis fratribus.*

¶Positis rationibus suæ cõmendationis & causis quare supportandus est:hìc consequenter incipit se cõmendare.Et circa hoc duo facit.Primò enim adæquat se pseudo & aliis qui cõmendabant se.Secundò præfert se eis,ibi[Vt minus sapiens &c.]Adæquat autẽ se Apostolus eis in gloria.Est aũt gloria duplex. Vna secundũ carnẽ,quæ modica est & contemnenda.Vnde ipse dicit Philip.3,Sed quæ mihi fuerunt lucra arbitratus,&c.Alia est secundũ Christum:quia magna gloria est sequi dominũ.Eccle.23,Et hæc est quærenda. Galat.vltimo,Mihi absit gloriari nisi in cruce,&c.Et ideò Apostolus adæquat se eis quantum ad vtranque gloriã.Et primò quantũ ad primam.Secundò quantũ ad secundã,ibi[Ministri Christi,&c.]Et primò adæquat se eis in generali,dicens,Recipiatis me insipientem,si tamen insipiẽtia est.Ex hypostasi enim loquor quia si quis ausus est præsumere de se,& commendare se & ego possum bene audere & commendare me in eodem in quo ipse cõmendat se:quia non subest eis maior causa suæ cõmendationis quã mihi.Et hoc dico in insipientia .i.dico q̃ insipienter agam,cũ tamen ipse sapienter ageret,cùm hoc non faceret pro sui iactãtia,sed vt pseudo humiliaret,suprà eodẽ,Existimo me non minus fecisse â magnis apostolis,&c. Secũdò cũ dicit [Hebræi sunt,&c.]Adæquat se eis in speciali,ostendens per singula se parẽ eis esse in quibus pseudo gloriabantur.Cõmendatio autem istorum & gloria erat de tribus.Primò de natione & lingua, quia dicebant se Hebræos.Secundò de genere,quia dicebant se esse de genere Israel.Tertiò de promissione,quia dicebant se esse participes promissionis Abrahæ,cùm essent de semine eius. Et quantũ adhæc tria adæquat se eis.Primò quantum ad nationẽ & linguam ,dicens [Hebræi sunt & ego] .s.lingna & natione, quasi dicta sicut & illi.Et notandum est secundũ q̃ quidam dicunt.Hebræi dicuntur ab Abraham,quia ante deum de facili non inuenitur illud nomẽ.Potest tamẽ dici & fortè melius q̃ dicuntur à quodam Heber, de quo habetur Gene.11,Vixit Sale triginta annis & genuit Heber,Et sequitur, Vixit Heber triginta tribus annis,& genuit Phalech.Et tempore eius fuerunt diuisæ linguæ,& lingua Hebræorũ,remãsit in familia sua. Secundò adæquat se eis quantũ ad genus,dicens[Israelitæ sunt & ego.]s.secundum ritus,Tertiò quantum ad tertium dicens,Semen Abrahæ sunt & ego.Et de istis tribus simul dicitur.Philip.3,Si quis alius sibi cõfidere videtur ego magis circuncisus octauo die.Quantum ad tertium ex genere Israel de tribu Beniamin, quantum ad secundum Hebræus ex Hebræis,quantum ad primũ.Ro.11,Nam ego Israelita sum ex semine Abrahæ,&c.Sic ergo patet q̃ non sum minor eis quantum ad gloriam:quæ est secundum carnem. Sed nec etiam quantum ad gloriam,quæ est secundum Christum,quia ministri Christi sunt,ideſt,dicunt se sic,vt decipiant vos,& ego sum minister Christi.1.Corin.4,Sic nos existimet homo,vt ministros Christi , &c . suprà 3,Qui & nos idoneos fecit,&c. ¶Consequenter cùm dicit[Vt minus sapiens,&c.]Præfert se omnibus apostolis & pseudo.Et primò quantum ad mala perpessa.Secundò quantum ad beneficia recepta & hoc. 12.capit.ibi[Si gloriari oportet,&c.]Circa primũ duo facit.Primò præfert se quantum ad mala quæ pertulit.Secundò quantum ad modũ quo mala vitauit,ibi[Damasci præpositus.]Circa primum duo facit . Primò proponit se aliis præferendum.Secundò ostendit in quo sit præferendus,ibi[Quia in laboribus,&c. Tertiò confirmat quædam dictorum,ibi[Si gloriari oportet,&c.]Dicit ergo , Si videor insipiens vobis, quia commendo me,& adæquo me aliis,quantò magis videbor vobis minus sapiens,si præferam me eis. Et ideò dicit,Non solùm sum minister Christi sicut & illi,sed vt minus sapiens secundum vestrum iudiciũ dico q̃ ego sum plus minister Christi,q̃ illi,& quantum ad hoc dicit se præferendum esse.Ro.11 , Ministerium meum honorificabo, præponendo.s.illud ministerio aliorum.In quo autem sit præferendus, ostẽdit, dicens[Quia in laboribus &c.]q.d.in hoc plus ego,quia sum magis ostensus minister Christi.In hoc primò quantum ad mala illata.Secundò quantũ ad mala spontè assumpta,ibi[In itineribus sæpe.] Mala autẽ illata primò ponit in generali dicens.Plus ego sum.s.ostensus minister in laboribus plurimis quã illi , & si aliquos labores pertulerint,1.Cor,15,Abundantius omnibus illis laboraui.Secundò enumerat ista mala in speciali,& hoc primò quantum ad carceris squalores.Quia in carceribus abundantius.s.quàm illi.Act. 16,

Hebræi nõ ab Abraham sed ab Heber.

Cùm multas plagas illis intulissent. s.Paulo & sociis,miserunt in carcerem.Secundò quantũ ad flagellorũ dolores,quia in plagis,scilicet ostensus sum supra modum aliorum,scilicet humanæ virtutis, vel supra modum humanæ consuetudinis , suprà 11,In plagis,in carceribus , &c. ¶Sed contrà.1.Corinthiorum 10, Fidelis deus qui non permittet vos tentari supra id,&c.Non ergo supra modum humanæ virtutis . Respondeo,dicendũ est q̃ deus non permittit nos tentari sine adiutorio gratiæ diuinæ.Et ideò dicebat Apostolus.1.Cor.15,Non aũt ego,sed gratia dei mecũ.Et quantũ ad mortis terrorẽ.Vnde dicit [In mortibus frequenter.]i.in periculis & terroribus mortis.Vnde dicebat ipse.Rom.8,mortificamur tota die.1.Corin. 15,Quotidie morior propter gloriam vestram. ¶Sed consequenter cũ dicit[A Iudæis quinquies,&c.]Manifestat duo vltima pericula quæ perpessus est.Et primò periculum plagarum.Secũdò periculum mortis. Plagarum autem periculum manifestat per ipsa perpessa à suis.s.Iudæis.Et ideò dicit[A Iudæis quinquies &c.]Notãdũ est autem sicut dicitur Deute.25,Pro mensura delicti erit plagarum modus. Ita duntaxat vt quadragenarium numerum non excedat,&c.Ex quo habetur q̃ homines pro minoribus peccatis debent flagellari.Ita tamen q̃ flagellatus non reciperet vltra quadraginta plagas.Iudei autem vt viderentur miseri cordes semper faciebãt citra mandatum legis dantes pauciores quàm quadraginta secundum q̃ eis videbatur.Quia ergo odio habebant Paulum quãdo flagellabant eum dimittebant sibi de numero prædicto quãtominus poterant.s.vnam tantùm minus,dantes sibi trigintanouem.Et hoc est q̃ quinque vicibus accepit i.recepit quadraginta plagas minus vna plaga.i.trigintanouem.Secundò manifestat pericula perpessa ab extraneis.s.à gentibus,dicens[Ter virgis cæsus sum.]Actu.16,Magistratus scisis eorum tunicis iussit eos virgis cædi.Item 22,Iussit eum tribunus duci in castra & flagellis cædi & torqueri eum,&c. Pericula verò mortis illata,& primò pericula mortis illata ab hominibus ostendit,dicens,Semel lapidatus sum: hoc fuit in ciuitate Licaonia vbi obrutus lapidibus fuit quasi mortuus.Actu.14,Lapidantes Paulum eiecerunt eum extra ciuitatem credentes eum mortuum.Secundò pericula mortis illata à periculis naturæ,& hæc sunt specialiter maris,& aggrauat ea.Primò ex numero,quia ter naufragium feci.i.pertuli . Secundò ex continuitate,quia nocte & die in profundo maris fui,quod est grauius,quia ad literam dicit q̃ cùm pluries passus sit naufragium,tamen semel stetit sub aqua per diem & noctem,diuina eũ virtute protegẽte,Vnde poterat dicere illud Ionæ 2,Et proiecisti me in profundum,&c.Enumeratis autem malis illatis,enumerat consequenter etiam mala assumpta,cùm dicit[In itineribus.]Et primò exteriora.Secũdò interiora,ibi[Præter illa quę intrinsecus,&c.]Mala exteriora exprimit,& quantum ad mala quæ contingunt in itineribus.Secũdò quantum ad ea quæ eueniunt in domibus. ¶Quantum ad primũ.Primò ponit multiplicitatem itinerum, dicẽs [In itineribus sæpe]scilicet ostẽsus sum minister Christi sustinendo multa dura & grauia patiẽter.Romanorum 15,Ab Hierusalẽ vsque in Illiricum,&c.Et cum hoc multas alias vias fecit,& Romam & Hyspaniã vadens.Psal.Propter verba labiorum tuorum,&c.Secundò enumerat periculum itinerum.Et primò præmittit minora.Secundò subdit grauius periculum quod in falsis fratribus.Præmittit aũt tria secundum quę multa pericula passus est.Primò pericula secundum causas.Et hoc vel ex causa naturali:& ideò dicit [Periculis fluminum.]Naturaliter enim flumina hyeme exarescunt & sunt rapida& valde periculosa,&c.Vel ex malitia violẽta,& quantum ad hoc dicit[Periculis latronum]quos excitabat ei diabolus,vt vel vestes ei auferrent.Iob 9,Simul venerunt latrones,&c.Secundò enumerat pericula metum inferentia,& hoc vel ex suis.Vnde dicit periculis ex genere.i.à Iudæis procurãtis.Vel ab extraneis,& ideò dicit,Periculis ex gentibus propter vnius dei prædicationem qui eum capere volebant,& sic in suis & in aliis non habebat requiem.Hieremiæ 15,Vt quid me genuisti mater mea virum doloris?&c.Tertiò enumerat pericula quãtum ad loca,& hoc vel quantum ad ciuitates.Vnde dicit[Periculis in ciuitate].i.in cõmotionibus ciuitatum cõtra me.Sicut fuit Ephesi & apud Corinthum,vt patet Act.18,&.19.vel quantum ad solitudines:& quantũ ad hoc dicit[Periculis in solitudine.]Quæ erãt vel à bestiis malis,sicut quando vipera momordit manum suam.Actuum vltimo.Quando congregauit sarmenta.Vel ex penuria ciborum,vel quantum ad maria , & ideò dicit,Periculis in mari non ex mari,sicut suprà.Eccle 43,Qui nauigant mare,&c.Sed grauius periculum subdit,dicens[Periculis in falsis fratribus]id est in falsis Christianis & hæreticis & in Pseudo. Hiere.9, Vnusquisque à fratre suo se custodiat.

Lectio 6.

Continuat enumerationem malorum quæ pro Christo pertulit.

IN *labore & erumna,in vigiliis multis,in fame,in siti,in ieiuniis multis,in frigore & nuditate.Præter illa quæ extrinsecus sunt:instantia mea quotidiana,sollicitudo omnium ecclesiarum.Quis infirmatur,& ego nõ infirmor. Quis scandalizatur,& ego non vror?Si gloriari oportet,quæ infirmitatis meæ sunt,gloriabor.Deus & pater domini nostri Iesu Christi,qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior.Damasci,præpositus gentis Arethæ regis,custodiebat ciuitatem Damascenorum,vt me comprehenderet:& per feneſtram in sporta demissus sum per murum,& sic effugi manus eius.*

¶Hìc consequenter enumerat mala sponte assumpta quæ sustinentur in domibus.Et enumerat tria mala opposita tribus bonis quæ sunt necessaria ad vitam domesticam.Primum bonum est requies somni. Secundum est sustentatio cibi.Tertium est fomentũ vestis.Requiei ergo somni opponit laborẽ & vigilias.Quãtum ad laborem,dicit(In labore).s.manuũ, Act.20,Ad ea quæ mihi opus erant,&c.Et ideò dicit suprà 6. In laboribus,quia ad literam,vt dictum est suprà,manu sua victum quærebat.Et.2.Thessal.3,Nocte & die laborantes,&c.Quantum ad laboris defectum,dicit(Erumna)Quæ est defectus & langor consequens ex labore vel ex morbo naturali.Psal.Conuersus sum in erumna,&c.Quantum verò ad vigilias,dicit[In vigiliis multis.]Vel in vacando prædicationibus de nocte.Vel operi manuali.Act.20,dicitur q̃ protraxit sermonem vsque ad mediam noctem.Sustẽtationi verò cibi opponit duplicem subtractionem cibi,vnam quę est ex necessitate.Vnde dicit[In fame & siti,]Quia scilicet ad literam deficiebat sibi aliquãdo cibus & potus.1.Corin.4,vsque in hanc horam &c.Aliam quæ est ex voluntate,Vnde dicit[In ieiuniis multis.]s. voluntariè assumptis.& propter exemplum bonum,& propter macerationem carnis.1.Corin.9,Castigo corpus meum,&c.Sed cõtrà.Mat.6,Hæc omnia adiicientur vobis.s.temporalia.Quare ergo in fame & siti? Respondeo,dicendum est q̃ quando expedit,adiiciuntur nobis .s. temporalia,& propter vtilitatem nostrã,

sed aliquando expedit carere eis. Fomento verò vestis opponit vnum ex parte naturæ. Vnde dicit [In frigore.] Aliud ex parte inopiæ. Vnde dicit [Et nuditate.] s. ostensus sum. s. minister Christi. 1. Corin. 4, Nudi & instabiles, &c. suprà 6, In necessitatibus, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Præter illa &c.] Enumerat mala assumpta interiora, quæ causantur ex sollicitudine cordis pro pseudo. Bonus autem prælatus dupliciter affligitur pro subditis. Et primò sollicitudine conseruationis subditorum. Secundò pro defectu ipsorum. Et istam duplicem afflictionem passus est Apostolus. Primâ cùm dicit [Præter illa quæ extrinsecus, &c.] Quasi. Præter omnia quæ exterius patior & passus sum, angit me grauius interior afflictio. s. sollicitudo subditorum. Et ideò dicit [Instãtia.] omnium ecclesiarum magna est & multum grauat, quia multũ sollicitat. Luc. 10, Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, &c. Ro. 12, Qui præest in sollicitudine. Secundam afflictionem passus est pro defectu subditorum: & hoc dupliciter, scilicet pro defectu spiritualium. Vnde dicit [Quis infirmatur.] i. in fide & bono, & ego non infirmor, in corde dolens de eo, sicut de me. 1. Corin. 9, Factus sum infirmis infirmus, &c. Hiere. 9, Quis dabit capiti meo aquam, &c. Item pro defectu corporalium. Vnde dicit [Quis scandalizatur] malo pœnæ. i. quis patitur tribulationes [& ego non vror] igne compassionis, Iste est ignis quem dominus venit mittere in terram. Luc. 12, Et attende q̃ cõgruè vtitur hoc verbo, vror: quia compassio procedit ex amore dei & proximi qui est ignis consumens, dum mouet ad subleuãdas miserias proximorum, & purgat ex affectu compassionis, & per quem nobis peccata relaxantur: charitas autem illius compassionis, operit multitudinem peccatorum. Vel aliter, Aliquando enim labitur homo in peccatum ex seipso, & tunc infirmatur. Aliquando autem ex malo exemplo aliorũ, & tunc scandalizatur. Luc. 17, & Mat. 18, Væ homini illi per quem scãdalum venit, &c. ¶ Deinde cũ dicit [Si gloriari oportet, &c.] Confirmat quædam dictorum superius. Vel dic q̃ suprà loquitur quãtum ad mala quę pertulit cõmendabiliter: hîc autem quantum ad mala quæ vitauit prudenter. Sed quia vitare pericula quæ sũgunt propter fidem, videtur pertinere ad infirmitatem. Ideo primò præmittit quod in illis, quæ infirmitatis sunt, vult gloriari. Secundò proponit iuramentum ad confirmationem dicendorum, ibi [Deus & pater &c.] Tertiò ostendit modum vitandi, ibi [Damasci, &c,] Proponit ergo primò de quibus gloriatur, si debet gloriari, dicens. Si pro quia, oportet gloriari, quæ sunt infirmitatis meæ gloriabor. q. d. Alii gloriãtur in genere & in aliis mundanis rebus. Phil. 3, Gloria in confusione, &c. Et ego etiam coactus gloriatus sum in eis. Tamen si gloriari oportet, gloriabor in infirmitatibus meis: infrà 12, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, &c. Secundò subdit q̃ non mentitur inuocans testimonium diuinum per modum iuramenti, vt credatur sibi, dicens [Deus & pater, &c.] Vbi tria ponit. Vnum per quod inducit ad amorem. Vnde dicit (Deus) Hiere. 9, Quis non timebit te &c. Aliud per quod excitauit ad amorem. Vnde dicit (Pater.) Iac. 1, Omne datum optimum, &c. Mal. 1, Si ego pater vbi est amor meus. Vel secundum aliam literam, honor meus. Tertium per quod mouet ad reuerentiam & laudem. Vnde dicit [Qui est benedictus deus in secula.] suprà primo, Benedictus deus & pater, &c. Iste ergo tam reuerendus, tam diligendus, tam timendus scit quòd non mentior. s. in his quæ dixi & dicturus sum, suprà primò. Non enim est apud nos, est, & non, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Damasci præpositus, &c.] Ostendit quanta mala vitauit, & hoc in quodam particulari periculo. Vbi sciendum est q̃ Apostolus primò cœpit prædicare Christum in Damasco, vbi dum pergeret Christianos capere, prostratus est & ad fidem conuersus. Et ideo Iudæi ad præpositum illius ciuitatis qui erat ibi pro Aretha rege refugerunt, vt Paulum caperent & occiderent. Et ideo ille faciebat custodiri nocte & die portas ciuitatis, vt dicitur Act. 9, Christiani autem qui erãt ibi volentes seruare Paulum, eum submiserunt in sporta per murum, & sic euasit. Hunc ergo modum euadendi tangit Apostolus, dicens, Verè non mentior de hoc quòd dico etiam modò [Nam Damasci, &c.] Ji. præpositus, qui sub Aretha rege genti Damascenorũ præerat, custodiri faciebat, inductus à Iudæis, ciuitatem Damascenorum, ad hoc. s. vt me comprehenderet, & comprehensum assignaret Iudæis, ne amplius prædicarem: sed ego per fenestram submissus sum per murum, & sic effugi manus eius, s. præpositi. Et hoc fuit de mandato domini dicentis Mat. 10, Si vos persecuti fuerint, &c. Sic Michol Dauid posuit per fenestram, ne caperetur à Saule. 1. Reg. 19, Sic Raab exploratores demisit cum fune per fenestram. Iosue 2, ¶ Sed hic obiicitur contra Apostolum, primò quia videtur q̃ nõ fuerit sufficienter confisus in domino, sed fugit. Respondeo, dicendum est q̃ quandiu adest humanum auxilium, homo non debet confugere ad auxiliũ diuinum, quia hoc esset tentare deum, sed debet vti illo auxilio quantum potest. Apostolo autem nondum deerat humanũ auxilium. ¶ Secundò obiicitur, quia Io. 10. dicitur, Mercennarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit. Vnde videtur q̃ non fuerit bonus pastor. Respondeo, dicendum est, q̃ aliquando quæritur persona prælati tantùm, aliquando cum prælato totus populus. Quando ergo quæritur prælatus solus, tunc debet committere curam alteri & absentare se. Et sic fecit hîc Paulus. Et ideò dicit glo. q̃ licet fugeret, tamen fuit ei cura de ouibus, bono pastori in cœlo sedenti eas commendando, & vtilitati eorum se per fugam præseruando. Quando verò quæritur totus grex, tunc debet præponere vtilitatem & salutem gregis saluti corporis sui. ¶ Nota autem quòd est quædam fuga humilitatis, quando quis fugit honores, sicut Christus fugit. Io. 6, Cùm vidisset q̃ vellent eum eligere in regem, fugit. Sic Saul cùm electus fuit in regem, abscondit se domi. 1. Regum 10, Quædam verò fuga est cautela quando. s. fugit pericula, vt præseruetur ad maiora. Sic Helias fugit propter Iezabel. 3. Regum 16, Et sic Apostolus hîc fugit manus præpositi.

Hîc proponit bonum sibi diuinitus collatũ in cõmuni, & post in speciali, declarando sibi factas reuelationes.

Caput 12.

SI gloriari oportet (non expedit quidem) ueniam autem ad uisiones & reuelationes domini. Scio hominẽ in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit) raptum huiusmodi usque ad tertium cælum.

¶ Posita sua commendatione quantum ad mala perpessa, hîc consequenter Apostolus commendans ostendit præeminentiam suæ dignitatis, quantum ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio fuit de infirmitatibus. Ista verò est de bonis eius. Vnde circa hoc duo facit. Primò commẽdat se de bonis susceptis diuinitus. Secundò excusat se de hac commendatione, q̃ hoc fecerit quasi coactus,

ibi [Factus sum insipiens, &c.] Circa primum duo facit. Primò extollit magnitudinem eorum quæ sunt sibi collata à deo. Secundò manifestat remedium infirmitatis sibi adhibitum contra periculum superbiæ, ibi [Et ne magnitudo, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit bonum sibi diuinitus collatũ. Secundò ostẽdit quomodo se habuit in gloriando de huiusmodi bono, ibi [Pro huiusmodi, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit q̃ hoc sit sibi collatum diuinitus in generali. Secundò verò in speciali, ibi [Scio hominem, &c.] Bonum autem Apostolo collatum diuinitus, sunt reuelationes sibi diuinitus factæ, & de istis vult hîc gloriari. Vnde dicit, Si gloriari oportet. i. quia gloriari oportet propter vos, tamen secundum se non expedit, quia qui gloriatur de bono recepto, incidit in periculum amittendi quod habet. Eccle. 43, Aperti sunt thesauri, scilicet virtutũ, per gloriationem inanem, & euanuerunt nebulæ sicut aues. Et hoc significatur in Ezechia. Esa. 39. quando ostendit thesauros domus domini nuntiis regis Babylonis. Et licet simpliciter non expediat gloriari, tamen aliquando propter aliquam specialem causam potest homo gloriari, sicut ex præmissis manifestum est. Et ideò dicit, Quia gloriari oportet: ideò dimissis commendationibus de infirmitatibus, veniam commendando me ad visiones & reuelationes domini. Vbi notandum est q̃ differentia est inter visionem & reuelationem. Nam reuelatio includit visionem & non econuerso. Nam aliquando videntur aliqua quorum intellectus & significatio est occulta videnti, & tunc est visio solùm. Sicut fuit visio Pharaonis & Nabuchodonosor. Danie. 2. & Gene. 41. Sed quando cum visione habetur significatio intellectus eorum quæ videntur, tunc est reuelatio. Vnde quantum ad Pharaonem & Nabuchodonosor visio de specie & de statua, fuit solùm visio: sed quantum ad Ioseph & Danielem qui significationem visorũ habuerunt, fuit reuelatio & prophetia. Vtrunque tamen. s. visio & reuelatio quandoque quidem fit à deo. Danie. 2, Est deus in cælo reuelans mysteria. Osee 12, Ego visiones multiplicaui eis. Psalm. Reuela oculos meos, &c. Quandoque verò à malo spiritu. Hiere. 23, Prophetæ prophetabant in Baal. Apostolo autem facta est, & visio, & reuelatio, quia secreta quæ vidit plenè intellexit à domino, non à malo spiritu. Vnde dicit domini. Est autem reuelatio amotio velamenti. Potest autem esse duplex velamen. Vnum ex parte videntis, & hoc est infidelitas vel peccatum vel duritia cordis, & de hoc suprà tertio. Vsque in hodiernum diem velamen, &c. Aliud ex parte rei visæ, quando, scilicet res spiritualis proponitur alicui sub figuris rerum sensibilium, & de hoc dicitur Numeri 4, Quòd sacerdotes tradebant Leuitis vasa sanctuarii velata, quia scilicet debiliores non possunt spiritualia capere secundum quòd in seipsis sunt. Et ideò dominus loquebatur turbis in parabolis. Matthęi decimo tertio. ¶ Consequenter visiones & reuelationes huiusmodi manifestat Apostolus in speciali loquens de se tanquam de alio. Vnde dicit [Scio hominem in Christo, &c.] Et ponit duas visiones. Prima incipit hîc. Secunda verò incipit, ibi [Et scio huiusmodi hominem in Christo. &c.] Circa primam autem visionem vtitur Apostolus quadam distinctione. Dicit enim se circa huiusmodi reuelationem scire quædam, & quædam nescire. Dicit autem se scire certa. s. videntis conditionem. Vnde scio hominem in Christo. Visionis tempus, quia ante annos quatuordecim, & visionis fastigium, quia rapt⁹ vsque ad tertium cælum. Dicit autem se nescire videntis dispositionem, quia siue in corpore siue extra corpus, nescio. ¶ Videamus ergo ea quæ sciuit, vt per nota ad ignota facilius peruenire possimus. Et primò videntis conditionem quæ est laudabilis, quia in Christo. i. conformem Christo. Sed contrà. In Christo nullus est: nisi qui habet charitatem, quia. 1. Io. 4, dicit, Qui manet id charitate, in deo manet. Ergo sciuit se habere charitatem, quod est contra illud, Nescit homo vtrum odio vel amore dignus sit, &c. ¶ Respondeo, q̃ esse in Christo potest intelligi dupliciter. Vno modo per fidem & fidei sacramẽtum, secundũ illud Apostoli Gal. 3, Quotquot baptizati estis, Christum induistis. s. per fidem & fidei sacramentum. Et hoc modo sciuit se Apostolus in Christo esse. Alio modo dicitur aliquis esse in Christo per charitatem, & hoc modo nullus scit se esse in Christo certitudinaliter, nisi per quædam experimenta & signa, inquantum sentit se dispositum & coniunctum in Christo: ita quòd nullo modo etiam propter mortem permitteret se separari ab eo. Et hoc de se expertus erat Apostolus, cùm dicebat Rom. 8, Certus enim sum q̃ neque mors neque vita, &c. separabit nos à charitate. Vnde potuit habere huiusmodi signa quod esset in charitate Christi. ¶ Secundò visionis tempus quod fuit conueniens, quia ante annos quatuordecim, quia quatuordecim anni transacti erant ab eo tempore quo viderat visionem vsque ad tempus quo scripsit hanc epistolam. Quando enim hanc epistolam scripsit, nondum Apostolus erat positus in carcerem. Et sic videtur quòd fuit circa principium imperii Neronis à quo post multum tempus occisus fuit. Vnde si computemus annos descendentes à principio imperii Neronis vsque ad quatuordecim annos, manifestè apparet quòd Apostolus habuit has visiones in principio suæ cõuersionis. Ipse enim conuersus fuit ad Christum anno quo Christus passus est. Christus autem passus est circa finem Tyberii Cæsaris, quo mortuo successit ei Gaius imperator qui vixit quatuor annis, post quem Nero factus est imperator. Et sic inter Tyberium, & Neronem fluxerunt quatuor anni. Et sic additis duobus annis de tempore Tyberii, quia nondum mortuus erat quando Paulus fuit cõuersus, & octo de tempore Neronis, quod fluxerat vsque ad tempus quando scripsit hanc epistolam, relinquitur quòd à tempore suæ conuersionis, vsque ad tempus quo hanc epistolam scripsit, fuerunt anni quatuordecim. Et ideò quidam dicunt satis probabiliter quòd Apostolus has visiones habuit in illo triduo quo post prostrationẽ suã à domino stetit neque videns, neque mãducans, neque bibens. Actuum 9, Commemorat autem tempus suæ conuersionis Apostolus, vt ostendat quòd si à tempore suæ conuersionis tantum erat gratus Christo, vt talia sibi ostenderet: quanto magis post quatuor decim annos, cùm profecerit, & in authoritate apud deum, & in virtutibus & gratia. Tertiò videamus fastigium visionis quod quidem est excellens, quia raptus vsque ad tertium cælum. ¶ Sed sciendum quòd aliud est furari & aliud rapi. Furari quidem propriè est cùm res alicui latenter aufertur. Vnde Gene. 41, dicebat Ioseph, Furtim sublatus sum. Sed rapi propriè dicitur quod subito & per violentiam aufertur. Iob 6, Sicut torrens raptim, ideſt subito & rapidè transit in conualibus. Inde est quòd prædones qui violenter expoliant, dicuntur raptores. Sed attende quòd aliquis homo dicitur rapi ab hominibus, sicut Enoch. Sapien. 4, Raptus est ne malitia, &c. Aliquando rapitur anima à corpore. Luc. 12, Stulte hac nocte animam

Differẽtia inter visionem & reuelationem

Furari & rapi differunt.

Rapi quot modis.

In extasi fit homo per cognitiuã & per appetitiuam virtutem.

tuam,&c.Aliquando aliquis dicitur rapi à seipso quando propter aliquid homo efficitur extra seipsum, & hoc est idem quòd extasis.Sed & extra seipsum efficitur homo,& per appetitiuam virtutem,& per cognitiuam.Per appetitiuã enim virtutẽ homo est solùm in seipso quando curat quæ sunt sua tãtùm.Efficitur verò extra seipsum quando non curat quæ sunt sua,sed quæ perueniunt ad bona aliorum,& hoc facit charitas.1.Cor.13,Charitas non quærit quæ sua sunt.Et de hac extasi dicit Dionysi.4.cap. de diuinis nominibus.Est autem extasim faciens diuinus amor non sinens amatorem suiipsius esse,sed rerum amatarum. Secundum cognitiuam verò aliquis efficitur extra se,quando aliquis extra naturalem modum hominis eleuatur ad aliquid videndum,& de isto raptu loquitur hîc Apostolus. ¶ Sed sciendum quòd modus naturalis humanæ cognitionis est,vt cognoscat simul per vim mentalem quæ est intellectus,& corporalem quæ est sensus.Et inde est quòd homo non habet in cognoscendo liberum iudicium intellectus,nisi quando sensus fuerint in suo vigore bene dispositi absque aliquo ligationis impedimento:aliàs,cùm impediuntur, etiã iudicium intellectus impeditur,sicut in dormientibus patet.Tunc ergo homo efficitur extra se secundũ cognitiuam quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis,quæ est vt intellectus ab vsu sensuũ & sensibilium rerum abstractus ad aliqua videnda moueatur.Quod quidem contingit dupliciter,vno modo per defectum virtutis,vndecunque talis defectus contingat:sicut accidit in freneticis & aliis mente captis,& hæc quidem abstractio à sensibus non est eleuatio hominis,sed potius depressio,quia virtus eorum debilitatur.Alio verò modo per virtutem diuinam,& tunc propriè dicitur eleuatio,quia cùm agens assimilet sibi patiens,abstractio quæ fit virtute diuina,& est supra hominem,est aliquid altius quàm sit hominis natura.Et ideò raptus sic acceptus,diffinitur sic.Raptus est ab eo quod est secundum naturam in id quod est supra naturam in vi superioris naturæ eleuatio.In qua quidem definitione tangitur eius genus,dum dicitur,eleuatio.Causa efficiens,quia vi superioris naturæ.Et duo termini motus.s.à quo & in quem,cùm dicitur ab eo quod est secundum naturam in id quod est supra naturam.Sic ergo patet de raptu. ¶ Sequitur de termino raptus.s.ad quem,cùm dicitur,Vsque in tertium cælum.Notandum est autem quòd tertium cęlum tripliciter accipitur.Vno modo secundum ea quæ sunt infra animam. Alio modo secundum ea quæ sunt in anima.Tertio modo secundum ea quæ sunt supra animam.Infra animam sunt omnia corpora, vt dicit Augustin.in lib.de vera religione.Et sic possumus accipere triplex cælum corporeum,scilicet aereum, sydereum & empireum.Et hoc modo dicitur quòd Apostolus erat raptus vsque ad tertium cælum , id est vsque ad videndũ ea quæ sunt in cælo Empireo,non vt existeret ibi,quia sic sciret si fuisset siue in corpore, siue extra corpus.Vel secundum Damascenum qui non ponit cælum Empireum,possumus dicere quòd tertium cælum ad quod raptus est Apostolus est supra octauam spheram:vt scilicet euidenter videret ea quæ sunt supra totam naturam corporalem.Si autem accipiamus cælum secundum ea quæ sunt in ipsa anima, sic cælum debemus dicere aliquam altitudinem cognitionis quæ excedit naturalem cognitionem humanã. ¶ Est autem triplex visio,scilicet corporalis per quã videmus & cognoscimus corpora spiritualia:siue imaginaria qua videmus similitudines corporum:& intellectualis qua cognoscimus naturas rerum in seipsis. Nam propriè obiectum intellectus est quod quid est.Huiusmodi autem visiones si fiant secundum naturalem modum,puta,si video aliquid sensibile,si imaginor aliquid prius visum,si intelligo per fantasmata , nõ possunt dici cælum.Sed tunc quælibet istorum dicitur cælum quando est supra naturalem facultatem humanæ cognitiõis, puta,si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatẽ naturæ,sic es raptus ad primum cælum.Sicut Balthasar raptus est videns manum scribentis in pariete ,vt dicitur Daniel.5, Si verò eleueris per imaginationem vel per spiritum ad aliquid supernaturaliter cognoscendum, sic es raptus ad secundũ cælum.Sic raptus fuit Petrus quando vidit lintheum immissum de cælo,vt dicitur Act.10.Sed si aliquis videret ipsa intelligibilia & naturas ipsorum non per sensibilia,nec per fantasmata,sic esset raptus vsque ad tertium cælum.Sed sciendũ est ꝙ rapi ad primum cælum est alienari à sensibus corporalibus.Vnde cũ nullus possit abstrahi totaliter à sensibus corporeis,manifestum est quòd nullus potest dici simpliciter raptus in primum cælum,sed secundũ quid,inquantũ contingit aliquando aliquẽ sic esse intentũ ad vnũ sensum, ꝙ abstrahitur ab actu aliorũ.Rapi ad secundũ cælũ est quando aliquis alienatur à sensu ad videndum quędã imaginabilia,vnde tales semper consueuerunt fieri in extasi.Et ideò Act.10,Quãdo Petrus vidit lintheũ dicitur ꝙ factus fuit in extasi.Paulus verò dicitur raptus ad tertium cælũ,quia sic fuit alienatus â sensibus & sublimatus ab omnibus corporalibus vt videret intelligibilia nuda & pura eo modo quo vident angeli & anima separata:& quod plus est,etiam ipsum deum per essentiam,vt Augustinus expressè dicit 12.super Gene.ad literam,& in glo.& ad Paulinam in libro de videndo deum.Nec etiam est probabile, vt Moyses minister veteris testamenti ad Iudæos viderit deum & minister noui testamenti ad Gentes & doctor Gentium hoc dono fuerit priuatus.Vnde dicit ipse suprà 3,Si ministratio dãnationis fuit in gloria,&c.De Moyse autem ꝙ viderit deum per essentiam,patet.Nam ipse à domino petiuit.Exodi 33 , Ostende mihi faciem tuam.Et licet tunc negatum fuerit sibi,non tamen dicitur ꝙ dominus finaliter negauerit ei.Vnde dicit Augustinus ꝙ concessum fuit ei per hoc quod dicitur Numeri 12.Si quis fuerit inter vos Propheta domini, &c.At verò talis seruus non meus Moyses,&c.palam enim & non per enigmata vidit deum. ¶ Sed nunquid fieri potuisset Paulo, vt non raptus videret deum.Dicendum quòd non.Nam impossibile est ꝙ deus videatur in vita ista ab homine non alienato à sensibus,quia nulla imago nullum fantasma est sufficiẽs medium ad dei essentiã ostendẽdam,ideò oportet quòd abstrahatur,& alienetur à sensibus.Tertio modo accipiendo cælum secundum ea quæ sunt supra animam,sic triplex cælum est triplex hierarchia angelorum, & secundum hoc Apostolus raptus fuit vsque ad tertium cælum,id est ad hoc,vt videret essentiam dei ita clarè sicut vident eum angeli superioris & primæ hierarchiæ,qui sic vident deum quòd immediatè in ipso deo recipiunt illuminationes & cognoscunt diuina misteria.Et sic vidit Paulus.Si ergo sic vidit dei essentiam sicut angeli superioris hierarchiæ,ergo bene videtur ꝙ Apostolus fuerit beatus & per cõsequẽs fuerit immortalis. ¶ Respondeo quòd licet viderit deum per essentiam,non tamen fuit beatus simpliciter,sed solùm secundum quid. ¶ Sciẽdum autem ꝙ visio dei per essentiã fit per lumen aliquod.s.per lumẽ glorię de

Raptus propriè quid sit.

quo dicitur in Psal.In lumine tuo videbimus lumen.Sed aliquod lumen communicatur alicui per modum passionis,alicui verò per modum formæ inhærentis,sicut lumen solis inuenitur in carbunculo & in stellis vt forma inhærens.i.connaturalis effecta,sed in aere inuenitur vt forma transiens & nõ permanẽs,quia trã sit abeunte sole.Similiter & lumen gloriæ dupliciter menti infunditur.Vno modo per modũ formæ connaturalis factæ & permanentis,& sic facit mentem simpliciter beatã.Et hoc modo infunditur beatis in patria,& ideò dicuntur comprehensores & vt ita dicam visores.Alio modo contingit lumen gloriæ mentem humanam sicut quædam passio trãsiens,& sic mens Pauli fuit in raptu lumine gloriæ illustrata,vnde etiam ipsum nomen,raptus,ostendit transeundo hoc esse factum:& ideò non fuit simpliciter glorificatus,nec habuit dotem gloriæ,cùm illa claritas nõ fuerit effecta proprietas.Et propter hoc non fuit deriuata ab anima in corpus,nec in hoc statu perpetuo permansit.Vnde solùm actum beati habuit in ipso raptu, sed non fuit beatus.Sic per hoc patet quid Apostolus sciuit in suo raptu.s.videtis conditionem,visionis tempus, & visionis fastigium. ¶ Sequitur quid nescisuit.s.vtrum esset in corpore vel extra corpus,quod tamen dicit deum scire.Vnde dicit,Siue in corpore,siue extra corpus,nescio,deus scit:quod quidam intelligere voluerunt,vt,raptus,referatur ad corpus,dicentes Apostolum dixisse se nescire,non quidem an anima esset coniuncta corpori in illo raptu an non,sed esset raptus secundum animam & corpus simul,vt simul corporaliter portaretur in cælum,sicut Abachuc portatus fuit.Dani.vlti.An secundum animam tantùm esset in visionibus dei,vt dicitur Ezech.8,In visione adduxit me in terram Israel.Et iste fuit intellectus cuiusdam Iudæi quem exprimit Hieronymus in prologo super Danielem,vbi dicit,Denique & Apostolum nostrum, dicit non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore,sed dixisse siue in corpore,&c.Sed hunc intellectum Augu.maximè improbat 12.super Gene.ad literam,quia non conueniunt cum aliis verbis Apostoli. Apostolus enim dicit se raptum vsque in tertium cælum.Vnde sciuit pro certo illud fuisse verum cælum. Sciuit ergo an illud cælum esset corporeum an incorporeum.i.res incorporea.Sed si fuit incorporeum, sciuit ꝙ corporaliter ibi rapi non potuit,quia in re incorporea non potest esse corpus.Si verò corporeum fuerat, sciuit ꝙ non fuit ibi,anima sine corpore:quia anima coniuncta corpori non potest esse in loco vbi non est corpus,nisi cælum incorporeum dicatur similitudo cæli corporei.Sed si sic Apostolus non dixisset se scire ꝙ esset raptus in tertium cælum.i.in similitudinẽ cæli,quia pari ratione dicere potuisset,ꝙ fuisset raptus in corpore.i.in similitudine corporis.Dicendum est ergo secundum Augustꝙ diuinam essentiam nullus in hac vita positus & hac mortali vita viuens,videre potest.Vnde dicit dominus Exo.33,Non videbit me homo,& viuet.i.non videbit me homo nisi totaliter separetur à corpore,ita.s.ꝙ anima eius non insit corpori vt forma,vel si ineſt forma,tamen mens eius omnino in huiusmodi visione totaliter alienetur à sensibus. Et ideò dicendum est ꝙ hoc quòd Apostolus dicit se nescire,vtrum scilicet,in illa visione anima eius fuerit totaliter separata à corpore.Vnde dicit siue extra corpus,vel vtrum anima eius extiterit in corpore vt forma,tamen mens eius fuerit à sensibus corporeis alienata.Vnde dicit,Siue in corpore.Et hoc etiam alii concedunt.

Lectio 2.

Citatur secundò apostoli raptus & quæ in illo vidit & modus.

ET *scio huiusmodi hominem(siue in corpore,siue extra corpus,nescio:deus scit) quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana uerba,quæ non licet homini loqui.Pro huiusmodi gloriabor,pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.Nam & si uoluero gloriari non ero insipiens:ueritatem enim dicam.Parco autem: ne quis me existimet supra id quod uidet in me,aut aliquid audit ex me.*

¶ Posito primo raptu,ponitur consequenter secundus raptus.Et duo facit.Primò ponitur raptus.Secundò raptus excellentia,ibi[Audiuit arcana,&c.]Sed notandum ꝙ glo.dicit istum raptum esse alium à primo.Et si bene consideretur,bis legitur aliquid de Apostolo ad quod possunt isti duo raptus referri.Nam Act.9.legitur de eo quòd stetit tribus diebus non videns,& nihil manducans neque bibens,& ad hoc potest referri primus raptus,vt scilicet tunc fuerit raptus vsque ad tertium cælum.Sed Act.22,legitur ꝙ factus est in templo in stupore mentis,& ad hoc refertur iste secundus raptus.Sed hoc non videtur verisimile:quia quando in stupore mentis factus fuit,missus iam fuerat in carcerem Apostolus,sed hanc epistolam scripsit Apostolus diu antè,vnde prius scripta fuit hæc epistola quàm Apostolus fuisset in stupore.Et ideò dicendum est quòd differt iste raptus à primo quantum ad id quod raptus est.Nam in primo raptus est in tertium cælum.In secundo verò in paradisum dei.Si verò aliquis tertium cælum acciperet corporaliter secundum primam acceptionem cælorum superius positam,vel si fuerit visio imaginaria,posset similiter dicere paradisum corporalẽ,vt diceretur ꝙ fuerit raptus in paradisum terrestrem:sed hoc est contra intentionem Augustini,secundum quem dicimus quòd fuit raptus in tertium cælum,ideſt visionem intelligibiliũ, secundum quòd in seipsis & in propriis naturis videntur,vt suprà dictum est.Vnde secundum hoc oportet non aliud intelligere per cælum & aliud per paradisum,sed vnum & idem per vtrunque,scilicet, gloriã sanctorum,sed secundum aliud & aliud.Cælum enim dicit altitudinem quandam cum claritate, paradisus verò quandam iucundam suauitatem.In sanctis autem beatis & Angelis deum videntibus sunt excellenter hæc duo,quia est in eis excellentissima claritas,qua deum vident:& summa suauitas,qua deo fruuntur. Et ideò dicuntur esse in cælo quantum ad claritatem,& in paradiso quantum ad suauitatem. Esaie 66,Videbitis & gaudebitis,&c.Fuit ergo vtrunque collatum Apostolo,vt.s.sublimaretur ad illam altissimam claritatem cognitionis,& hoc significat,cùm dicit.Ad tertium cælum,& vt sentiret suauitatem diuinæ dulcedinis,vnde dicit in paradisum,Psal.Magna multitudo dulcedinis tuæ,&c.Apoc.2,Vincenti dabo manna absconditum,&c.Et ista dulcedo est gaudium de diuina fruitione.de qua Matt.25.dicitur,Intra in gaudium domini tui.Sic ergo patet terminus,raptus:quia in paradisum.i.in eam dulcedinem,qua indeficienter reficiuntur illi qui sunt in cælesti Hierusalem. ¶ Sequitur consequenter ipsius raptus excellentia, quia audiuit arcana quæ non licet homini loqui.Et hoc potest dupliciter exponi.Vno modo vt ly,homini,construatur, cum,licet & loqui,& sensus est.Audiuit arcana verba.i. percepit intima cognitione de secreta dei essentia quasi per verba, quę.s.verba non est licitum,vt homini dicantur.Alio modo vt ly,homini,construatur solùm,cum,non licet,& tunc est sensus,Audiuit verba,&c.quæ verba non licet homini loqui,homini,scilicet

imperfecto. Sciendum autem quòd ſecundum Auguſtinum Paulus eſt raptus ad videndum diuinam eſſentiam, quæ quidem non poteſt videri per aliquam ſimilitudinem creatam. Vnde manifeſtũ eſt ꝙ illud quod Paulus vidit de eſſentia diuina nulla lingua humana poteſt dici: aliàs deus non eſſet incomprehenſibilis. Et ideo ſecundum primam expoſitionem dicendum eſt, audiuit, ideſt conſiderauit arcana verba, id eſt magnificentiã diuinitatis, quam nullus homo poteſt loqui: dicit autẽ, audiuit, pro vidit, quia illa conſideratio, fuit ſecundum interiorem actum animæ, in quo idem eſt auditus & viſus ſecundum quod dicitur Numeri 12. Ore ad os loquitur ei & palam &c. dicitur autem illa conſideratio viſio inquantũ deus videtur in hoc, & locutio inquantum homo in ipſa inſtruitur de diuinis. Et quia huiuſmodi ſpiritualia non ſunt pandenda ſimplicibus & imperfectis, ſed perfectis, ſecundum quod dicitur 1. Corint. 2, Sapientiam loquimur inter perfectos: ideò ſecundo modo exponitur quòd ſecreta quæ ibi audiuit, non licet mihi loqui homini. i. imperfectis, ſed ſpiritualibus inter quos loquimur ſapientiam. Prouer. 25, Gloria dei eſt celare verbum. i. hoc ipſum quod neceſſe eſt celare magnalia dei pertinet ad gloriam dei. Pſal. ſecundum tranſlationem Hierony. Tibi ſilet laus deus. i. quòd incomprehẽſibilis eſt verbis noſtris. ¶ Deinde cùm dicit [Pro huiuſmodi gloriabor &c.] Oſtendit quomodo ſe habet ad gloriam. Et circa hoc tria facit. Primò oſtendit ſe non gloriari de huiuſmodi reuelationibus. Secundò inſinuat ſe habere aliquid præter illud vnde gloriari poſsit, ibi [Nam ſi voluero, &c.] Tertiò aſsignat cauſam, quare non gloriatur de omnibus, ibi [Parco autem ne quis, &c.] Circa primum ſciendum eſt, quòd hoc quod dicit, Pro huiuſmodi autem gloriabor, &c. poteſt dupliciter legi. Vno modo vt Apoſtolus oſtendat ſe eſſe ipſum pro quo gloriatur, vt ſcilicet ipſe ſit qui vidit has viſiones.

quomodo aliquis gloriatur in donis dei, & quomodo non.

Alio modo: vt oſtendat quòd alius ſit qui vidit has viſiones. ¶ Sciendum eſt enim quòd in homine duo poſſunt conſiderari, ſcilicet donum dei & humana conditio. Si ergo aliquis gloriatur in aliquo dono dei vt à deo accepto illa eſt bona gloria: quia ſic in domino gloriatur, vt dictum eſt ſuprà 10. Sed ſi gloriatur de illo dono ſicut à ſe habito, tunc mala eſt gloriatio huiuſmodi. 1. Corinthiorum quarto Quid habes quod non acceperiſti? Si autem acceperiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Dicit ergo Apoſtolus, ſecundum hoc, pro huiuſmodi. ſ. viſionibus & donis dei mihi collatis, gloriabor. Pro me autem non. i. nõ gloriabor inde quaſi à me acceperim, quia à deo habui. Sed ſi pro me oportet gloriari, nihil gloriabor niſi in infirmitatibus meis. i. nõ habeo vnde poſsim gloriari, niſi de infirma conditione mea. Si autẽ exponatur vt oſtendat alium eſſe qui vidit, & ſi ipſe ſit, tunc eſt ſenſus, vt quaſi loquatur de quodam alio, dicens, Pro huiuſmodi gloriabor. i. pro illo homine qui hoc vidit, & qui hæc dona recepit, gloriabor: ſed pro me quaſi velim manifeſtare me eſſe talem, nihil gloriabor niſi in infirmitatibus meis, id eſt de tribulationibus, quas patior. Sed quia iſti poſſent ſibi dicere, O Apoſtole non eſt mirum ſi non gloriaris, quia nõ habes vnde glorieris: ideo Apoſtolus oſtendit quòd etiam præter illas viſiones habet aliquid vnde poſsit gloriari, dicens, Licet pro huiuſmodi homine glorier, & non pro me, tamen etiam bene pro me poſſum gloriari, nam ſi voluero gloriari, &c. vel pro huiuſmodi tribulationibus, vel pro aliis mihi à deo collatis, vel etiam pro infirmitatibus, non ero inſipiens. i. non inſipienter agam. Et quare veritatem enim dicã de aliis, de quibus præter dictas viſiones gloriari poſſum. Dicit autẽ, Non ero inſipiẽs, quia gloriabatur de his quę habebat. Quãdo enim gloriatur quis de his quæ non habet, ſtultè gloriatur. Apoc. 3, Dicis quia diues ſum, & nullius egeo & neſcis, &c. Et quia gloriabatur ex cauſa ſufficienti, vt ex prædictis eſt manifeſtum. ¶ Conſequenter autem cùm dicit [Parco aũt &c.] Oſtendit rationem quare non gloriatur de omnibus ſi poteſt gloriari, quæ quidem ratio eſt, vt eis parcat. Vnde dicit, Parco aũt, &c. Quaſi dicat. Poſſem de pluribus aliis gloriari, ſed parco. i. parcè glorior, vel parco vobis cõmendando me nolens eſſe oneroſus vobis. Nam talia mihi deus cõceſsit quæ ſi ſciretis, reputaretis me multò maiorẽ, & hæc ſunt dona gratuita multa quæ habebat Apoſtolus. Ex quibus homines huius mũdi cõſueuerũt plus cõmendare homines & maiores eos reputare quã ex gratum facientibus. Et ideo dicit, Nolo ex gratuitis commendari. Et ideo parco. i. non glorior. Et quare? Ne quis exiſtimet me commendare vel gloriari ſupra id quod videt. &c. Vel aliter, homo dupliciter cognoſcitur, per conuerſationẽ & doctrinam ſuã. Apoſtolus autẽ nolebat aliqua de ſe dicere, licet poſſet, quæ excedebant, & vitã, & doctrinã ſuã. Et ideò parco autẽ ne quis exiſtimet me eſſe ſupra id quod videt de cõuerſatione mea exteriori: aut audit aliquid ex me. i. ex doctrina prædicationis & exhortationis & inſtructionis meæ: quia fortè crederẽt eũ eſſe vel immortalẽ vel angelũ. Prouer. 11, Vir prudens tacebit. Prouerb. 29, Totum ſpiritũ ſuũ profert ſtultus, ſapiens differt, &c. Vel dicit, Parco aũt &c. Pro detractoribus. ſ. Pſeudo, qui dicebãt eũ gloriari ex elatione, & non ex cauſa neque de his quę in ipſo erant. Et ideo dicit, parco aũt. i. parcè glorior, ne quis Pſeudo exiſtimet me exeedere elationis ſpiritu, ſupra id. i. in aliqd quod videt in me vel audit ex me. i. ſupra poſſe meritorium. ꝑs. Domine non eſt exaltatum cor meum, &c. Eccle. 3. Quantò magnus es &c.

Lectio 3.

Declaratur remediũ datũ Paul. ne ſuperbiret pro tot reuelationib⁹ oratio pro illius remotiõe, & ratio non exaudiendi, illiuſque gloriatio & cõplacentia

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Sathanæ qui me colaphizet. Propter quod ter dominũ rogaui, ut diſcederet à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus, in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chriſti. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſsitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. Cùm enim infirmor: tunc potens ſum.

¶ Hîc agit de remedio adhibito contra ſuperbiam. Et circa hoc tria facit. Primò enim ponit remediũ adhibitum. Secundò manifeſtat ſuam orationem de remedio remouendo, ibi [Propter quod ter dominum, &c.] Tertiò inſinuat domini reſponſionem aſſignãtis rationẽ de adhibito remedio, ibi [Et dixit mihi dominus, &c.] Circa primum ſciẽdum eſt quòd plerunque ſapiens medicus procurat: & permittit ſuperuenire infirmo minorem morbum, vt maiorem curet vel vitet, ſicut vt curet ſpaſmum, procurat febrem, hoc euidenter in ſe beatus Apoſtolus à medico animarum domino noſtro Ieſu Chriſto factum oſtendit. Chriſtus enim velut medicus animarum ſummus ad curandum graues animæ morbos permittit plurimos electos ſuos, & magnos in morbis corporum grauiter affligi, & quod plus eſt ad curandum maiora crimina permittit incidere in minora etiam mortalia. Inter omnia verò peccata grauius peccatum eſt ſuperbia.

eſt ſuperbia. Nã ſicut charitas eſt radix & initiũ virtutum, ſic ſuperbia eſt radix & initiũ omnium vitiorũ. Eccl. 10, Initiũ omnis peccati ſuperbia. Quod ſic patet: Charitas enim ideo dicitur radix omniũ virtutum, quia cõiungit deo, qui eſt vltimus finis. Vnde ſicut finis eſt principiũ omniũ operabiliũ, ita charitas eſt principium omniũ virtutum. Superbia autẽ auertit à deo. Superbia enim eſt appetitus inordinatus excellẽtiæ. Si enim aliquis appetit aliquã excellentiam ſub deo, ſi moderatè quidem appetit, & propter bonũ, ſuſtineri poteſt. Si verò nõ debito ordine, poteſt quidem alia vitia incurrere. ſ. ambitionis, auaritiæ, ſeu inanis glorię, & huiuſmodi: tamen nõ eſt propriè ſuperbia, niſi quando quis appetit excellẽtiam non ordinando illam ad deum. Et ideo ſuperbia propriè dicta ſeparat à deo, & eſt radix omniũ vitiorum, & peſsimũ omnium, propter quod deus reſiſtit ſuperbis: vt dicitur Iaco. 4. Quia ergo in bonis eſt maximè materia huius vitii. ſ. ſuperbiæ, quia eius materia eſt bonũ, permittit aliquando electos ſuos impediri ex aliqua ſui parte, vt per infirmitatẽ vel per aliquem defectũ, & aliquãdo etiã per peccatum mortale ab huiuſmodi bono, vt ſic ex hac parte humiliẽtur, quòd ex illa nõ ſuperbiant, & homo ſic humiliatus recognoſcat ſe ſuis viribus ſtare non poſſe. Vnde dicitur Rom. 8, Diligentibus deum omnia, & cętera. Non quidem ex eorum peccato, ſed ex ordinatione dei. Quia igitur Apoſtolus magnam habebat ſuperbiendi materiam, & quantum ad ſpecialem electionem qua à domino electus eſt. Actu. 9, Vas electionis eſt, &c. Et quantum ad ſecretorum dei cognitionem, quia hìc dicit ſe raptum in tertium cælum, & in paradiſum, vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui: & quantum ad malorũ perpeſsionem: quia ſuprà 11, In carceribus plurimis, in infirmitatibus, ter virgis, &c. Et quantum ad virginalem integritatem: quia volo omnes eſſe ſicut & ego. 1. Corinth. 7. Et quantum ad bonorũ operationem, quia ſuprà, plus omnibus laboraui. Et ſpecialiter quãtum ad maximam ſcientiam qua emicuit quæ ſpecialiter inflat: ideo dominus adhibuit ei remedium, ne in ſuperbiam extolleretur. Et hoc eſt quod dicit, Et ne magnitudo reuelationis mihi factæ extollat me in ſuperbiam. Eccleſi. 6, Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, &c. Pſal. Exaltatus autem humiliatus, &c. Et dicit vt oſtendat ſibi factas fore reuelationes prædictas, Datus eſt mihi, id eſt ad meam vtilitatem & humilitatẽ. Iob 30, Eleuaſti me, & quaſi ſuper vẽtum ponens, &c. Datus eſt, inquã, mihi ſtimulus crucians corpus meũ per infirmitatem corporis, vt anima ſanetur, quia ad literam dicitur, quòd fuit vehementer afflictus dolore yliaco. Vel ſtimulus carnis meæ, id eſt cõcupiſcentiæ ſurgens ex carne mea, à qua multùm infeſtabatur. Ro. 7, Non enim quod volo, &c. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei, &c. Vnde Aug. dicit quòd inerant ei motus cõcupiſcentię: quos tamen diuina gratia refrenabat. Iſte, inquam, ſtimulus eſt ãgelus ſathanæ. i. angelus malignus. Eſt autẽ angelus à deo miſſus ſeu permiſſus, ſed ſathanæ: quia ſathanæ intentio eſt, vt ſubuertat: dei verò, vt humiliet & probatum reddat. Timeat peccator ſi Apoſtolus & vas electionis ſecurus nõ erat. ¶ De remotione autem huius ſtimuli remouendi ſollicitus erat Apoſtolus. Vnde propter hoc orabat. Et hoc eſt quod ſubdit, Propter quod, ter, &c. ¶ Vbi ſciendum eſt ꝙ infirmus neſciens proceſſum medici apponẽtis mordax emplaſtrũ, rogat medicum vt remoueat: quod tamen ſciẽs medicus cauſam quare faciat. ſ. propter ſanitatem nõ exaudit eum q̃tum ad volũtatem petẽtis, magis curãs de eius vtilitate. Sic Apoſt. ſentiens ſtimulũ ſibi grauem eſſe ad ſingularis medici cõfugit auxiliũ, vt eum remoueat. Ter enim expreſsè & deuotè rogauit, vt deus tolleret ab eo. ſ. ſtimulũ. 2. Para. 20, Cũ ignoremus quid agére debeamus, &c. Fortè pluries hoc petiit, ſed expreſsè & inſtanter ter eum petiit, vel ter. i. multotiens. Ternarius enim eſt numerus perfectus. Et verè ipſe rogãdus eſt, quia ipſe vulnerat, & medetur. Iob 5. & Luc. 22, Orate ne intretis in tẽtationem, &c. ¶ Sequitur reſpõſio domini, Et dixit mihi dominus, &c. Vbi duo facit. Primò ponit domini reſpõſionem. Secundò reſpõſionis rationẽ aſsignat, ibi [Nam virtus, &c.] Dicit ergo, Ego rogaui, ſed dominus dixit mihi, Sufficit tibi, &c. q.d. Nõ eſt tibi neceſſarium ꝙ infirmitas corporis recedat à te, quia non eſt periculoſa: quia nõ duceris ad impatiẽtiam, cùm gratia mea cõfortet te: nec infirmitas cõcupiſcẽtię, quia nõ protrahet te ad peccatum, quia gratia mea proteget te. Ro. 5, Iuſtificati gratis, &c. Et verè ſufficit gratia dei ad mala vitanda, ad bona facienda, & ad vitam conſequendam æternam. 1. Corinth. 15, Gratia dei ſum id quod ſum, &c. Ro. 6, Gratia dei vita æterna. ¶ Sed cõtrà, Ioan. 15, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, &c. Aut ergo Paulus diſcretè petiit, & tunc debuit exaudiri: aut indiſcretè, & tũc peccauit. ¶ Reſpõdeo, dicẽdum eſt ꝙ de vna & eadẽ re poteſt homo dupliciter loqui. Vno modo ſecũdum ſe & natura illius. Alio modo ſecũdum ordinem ad aliud. Et ſic contingit quòd illud quod eſt malum ſecũdum ſe, eſt vitandum: ſecũdum ordinẽ ad aliud eſt appetẽdum: ſicut potio inquãtum ſecundũ ſe eſt amara, eſt vitãda: tamen qui cõſiderat eam ſecũdum ordinem ad ſanitatem appetit eam. Ergo & ſtimulus carnis ſecũdum ſe eſt vitãdus & affligens: inquãtum verò eſt via ad virtutem & exercitiũ virtutis, eſt appetẽdus. Apoſtol. autem quia nõdum reuelatũ ei erat illud ſecretũ diuinæ prouidentiæ, vt ad vtilitatem ſuã cederet: cõſiderabat ſibi malum quãtum in ſe eſt, & ideo petierat ſuam amotionem, nec in eo peccauit: ſed deus qui ordinauerat hoc ad bonum humilitatis ſuæ non exaudiuit eum q̃tum ad eius volũtatem: quod tamen ſciens poſtmodũ Apoſt. gloriabatur cùm diceret, Libẽter gloriabor, &c. Et licet nõ exaudierit eum q̃tum ad voluntatem, exaudiuit tamen eum, & exaudit ſanctos ſuos q̃tum ad eius vtilitatem. Vnde dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum, Bonus dominus qui ſępe non tribuit quod volumus, vt tribuat quod mallemus. Rationẽ autẽ ſuæ reſpõſionis ſubdit cõſequenter, cùm dicit [Nã virtus, &c.] Mirus modus loquẽdi, Virtus in infirmitate perficitur. Ignis in aqua creſcit. Intelligi verò poteſt hoc quod dicitur, Virtus perficitur in infirmitate dupliciter. ſ. materialiter & occaſionaliter. Si accipiatur materialiter, tũc eſt ſenſus, Virtus in infirmitate perficitur. i. infirmitas eſt materia exercendæ virtutis. Et primò humilitatis, vt ſuprà dictum eſt. Secundò patientiæ. Iac. 1, Tribulatio patientiã operatur. Tertiò tẽperantiæ: quia ex infirmitate debilitatur fomes, & tẽperatus efficitur quis. Si verò accipiatur occaſionaliter, tunc virtus in infirmitate perficitur. i. occaſio peruenièdi ad perfectã virtutem: quia homo ſciẽs ſe infirmũ, magis ſollicitatur ad reſiſtẽdum, & ex hoc ꝙ magis reſiſtit & pugnat, efficitur exercitatior, & per cõſequẽs fortior. Et ideo Leu. legitur & Iudic. 3, Quòd dominus noluit deſtruere omnes habitatores terrę: ſed aliquos reſeruauit, vt. ſ. filii Iſrael exercitarẽtur pugnãdo cum eis. Sic etiã Scipio dolebat deſtructionem ciuitatis Carthaginenſis, vt. ſ. dum Romani haberent hoſtes exterius non ſen-

Quidſtimulꝰ carnis cruciãs Paulũ.

Quomodo virtus perficiatur in infirmitate.

tirent hostes interiores cõtra quos durius bellũ est quàm contra exteriores,vt ipse dicebat. ¶Consequenter ponit Apostolus effectum huius responsionis dominicæ,dicens [Libenter gloriabor,& cæt.] Ponit autem duplicem effectum. Vnus est gloriationis. Vnde dicit, Quia virtus mea perficitur in infirmitatibus,igitur libenter gloriabor in infirmitatibus meis,id est mihi ad vtilitatem meam datis. Et hoc quia magis coniungitur Christo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce,&c. Galat. vltim. Eccle. 10, Qui in paupertate gloriatur,&c. Et ratio q̃ libenter gloriabor,vt inhabitet in me virtus Christi,vt.s. per infirmitates inhabitet & consummetur in me gratia Christi. Esa. 40, Qui dat lapso virtutẽ,&c. Alius effectus est gaudii. Vnde dicit, Propter quod cõplaceo,&c. Et circa hoc duo facit. Primò ponit huiusmodi effectum. Secundò huius effectus rationem assignat,ibi[Cùm enim infirmor,&c.]Ponit autem effectum gaudii & materiam gaudii. Dicit ergo propter quod,quia virtus Christi habitat in me in infirmitatibus & in tribulationib⁹ omnibus, & ideo cõplaceo mihi.i. multũ delector & gaudeo dictis infirmitatibus meis. Iac. 1, Omne gaudium existimate fratres,&c. Defectus autem in quibus propter gratiã Christi abũdanter delectatur,enumerat. Et primò illos qui sunt à causa interiori & huiusmodi sunt infirmitates. Et ideo dicit,in infirmitatibus. Psal. multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. s. ad gratiam. Secundò illos qui sunt à causa exteriori. Et hos quidem q̃tum ad verbũ,cùm dicit,In cõtumeliis. s. mihi illatis. Act. 5, Ibant apostoli gaudẽtes,&c. Et quãtum ad factum,& hoc vel quãtum ad defectũ bonorum,cùm dicit,In necessitatibus. i. in penuriis necessariorum,& in paupertate qua præmebatur. Et hoc modo accipitur necessitas,cùm dicitur Ro. 12, Necessitatibus sanctorum cõmunicantes. Vel q̃tum ad experimẽtum malorũ illatorum:& hoc q̃tum ad exteriora. Mat. 5, Beati qui persecutionem,&c. cùm dicit,In persecutionibus. s. corporis quas de loco ad locũ,& vbiq; experimur. Et q̃tum ad interiora,dicens, In angustiis. i. in anxietatibus animi. Dan. 13, Angustiæ sunt mihi vndiq;,&c. Sed materia omniũ horum quæ faciunt ad gaudium est,quia pro Christo. q.d. Ideo complaceo, quia propter Christũ,patior. 1. Pet. 4, Nemo vestrũ patiatur quasi homicida vel fur. Et huius gaudii rationem assignat,dicẽs, Cùm enim infirmor,&c. q.d. Meritò cõplaceo mihi in illis:quia quãdo infirmor, &c. i. quando ex his quæ in me sunt vel ex persecutione aliorum incido in aliquod prædictorum,adhibetur mihi auxiliũ diuinum,per quod confirmor. Psal. Cõsolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Ioel 3, Infirmus dicat,quia ego fortis sum. supra 4, Licet is qui foris est,noster homo corrumpatur,&c. Exo. 1, legitur quòd quanto plus præmebantur filii Israel,tanto plus multiplicabantur.

Lectio 4.

Se excusat de sui gloriatiõe, causam tribuẽs Corin. Iean dẽ manifestãdo & ostendendo multa propter q̃ debuisset meritò eũ commẽdare cõtra pseudo apostolos eũ & suam doctrinã cõtenentes, et ideo ostẽdit bona iã per se facta.

FActus sum insipiens,uos me coegistis. Ego enim à uobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum apostoli: tametsi nihil sum. Signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis & prodigiis & uirtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quòd ipse non grauaui uos? Donate mihi hanc iniuriam.

¶Posita cõmendatione sua cõsequenter Apostolus excusat se de his quæ dixit: ostẽdens se coactum hoc dixisse quæ ad gloriã suam pertinẽt. Et circa hoc duo facit. Primò imponit Corinthiis causam eiusmodi gloriationis. Secundò exponit & manifestat hanc causam,ibi[Ego enim debui,&c.]Dicit ergo, Confiteor q̃ in his omnibus cõmendationibus meis factus sum insipiens,id est videtur vobis quòd opus insipientis fecerim: sed hoc non ex me,nec sponte,immò coactus feci,& vestra culpa fuit quia vos me coegistis, id est,dedistis mihi occasionem. Frequenter enim subditi cogunt prælatos aliqua facere quæ insipienter facta esse iudicari possunt: sed tamen pro loco & tempore sapienter facta sunt. Hoc autem quod dixerat,in cõmuni,scilicet quòd ipsi fuerant causa suæ cõmendationis, exponit consequenter,cùm dicit [Ego enim debui, &c.] Vbi dicit,quòd ipsi fuerunt causa suæ commendationis. Primò omittendo bona quæ facere debuissent. In quo exaggerat eorum ingratitudinem. Secundò cõmittendo mala, in quo detestatur eorum malitiam, ibi [Timeo enim ne fortè,&c.]Circa primum duo facit. Primò cõmemorat quid facere debuissent,ostendens causam,ibi[Nihil enim minus,&c] Tertiò remouet ipsorum excusationem,ibi,[Quid est enim quod minus,&c.]Dicit ergo verè vos me coegistis: quia vos debuissetis facere illud quod ego feci. Vnde dicit, Ego debui cõmendari à vobis,quod nõ fecistis quãdo necesse erat. s. quando pseudo vilipendẽdo me & preferẽdo se,reddebãt vilem doctrinã & euãgelium Christi à me prædicatũ. Vnde quia vos non cõmendastis me, ne deperiret fides Christi in vobis,prorupi in cõmendationem propriã. ¶Sed cõtrà. supra 3. dicit,Nũquid egemus cõmendatitiis epistolis,&c. Quare ergo voluit cõmendari ab istis? Respõdeo,dicendum est q̃ Apostolus propter se nõ egebat cõmendationibus,sed propter alios: vt. s. dum cõmendaretur,doctrina sua esset in maiori authoritate,& pseudo cõfutarentur. Sed quia possent isti dicere,ideo nõ cõmendauimus te, quia non est in te aliquid cõmendatione dignum. Propter hoc Apostolus probat eis q̃ bene poterant eum commendare,cùm dicit[Nihil enim,&c.]Ostendens esse in se multa cõmendatione digna. Et primò quantum ad præterita bona quæ fecit. Secundò quantum ad futura quæ facere intendit,ibi[Ecce tertio hoc paratus, &c.]Ostendit autẽ præterita cõmendabilia quæ fecit primò in generali,q̃tum ad omnes ecclesias. Secũdò in speciali,q̃tum ad ea quę egit apud eos,ibi[Tametsi nihil,&c.]Tertiò excludit obiectionẽ, ibi [Quid est enim,&c.]Dicit ergo,Meritò debui cõmendari à vobis,quia multa sunt in me cõmendatione digna. Nam nihil minus feci ab eis. s. Petro,& Iacobo,& Ioãne,qui sunt supra modũ apostoli. i. qui videtur à quibusdã digniores apostoli,q̃ ego sum. Pseudo enim dicebãt q̃ erant docti à Petro & Ioãne qui fuerũt docti à Christo:& q̃ Petrus & Ioannes seruabant legalia: vnde & ipsi debebãt seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis, nec quantum ad prædicationem,nec quantum ad conuersionem fidelium,ostensiones miraculorũ, & perpessionem laborũ,immò plus: quia(vt suprà)plus omnibus laboraui. 1. Cor. 15, Abundãtius omnibus, &c. Ideo magis sum cõmendandus. Vel dicũtur supra modũ apostoli. s. Petrus,Ioãnes & Iacobus: quia fuerunt primò conuersi ad Christum. 1. Corinth. 15, Nouissimè autem visus,&c. Si secundum hoc accipiatur, nihil tamen minus fecit eis,quia in modico tẽpore:& postquã conuersus fuit,plus laborauit. Sed esto q̃ nihil fecerim q̃tum ad ecclesias per quod possem cõmendari,multa tamẽ specialia egi apud vos, de quibus potuistis me commendare. Et ideo dicit, Tametsi nihil. i. dato quòd nihil fecerim in cõparatione ad eos, tamen

effectus meæ virtutis manifestè apparent in vobis: & primò quãtum ad prædicationem nostrã qua cõuersi estis ad fidem. Et sum Apostolus vester. Et ideo dicit, Signa apostolatus mei. i. meæ prędicationis facta sunt supra vos à deo,inquãtum credẽtes cõuersi estis. 1. Cor. 9, Signaculũ apostolatus mei vos estis. 1. Cor. 4, In Christo Iesu per euãgelium ego vos genui. Secundò per conuersationem per quam confirmatur fides: quia quando vita concordat doctrinæ,maioris authoritatis est doctrina. Et virtus prædicatoris magis apparet p patiẽtiam. Pro. 19, Doctrina viri per patientiã noscitur. Et ideo dicit, In omni patiẽtia. Tertiò q̃tum ad operationem miraculorũ. Et ideò dicit, In signis,&c. Marci vlt. Illi autẽ profecti,&c. Et hæc tria distinguntur, quia virt⁹ est cõmune ad omnia miracula. Nã virt⁹ est vltimũ de potentia. Et ideò aliquid dicitur virtuosũ, quia ex magna virtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna virtute. s. diuina,ideò dicũtur virtutes. Signũ verò refertur ad min⁹ miraculũ. Prodigiũ autẽ ad maximũ. Vel dicit signa quãtũ ad miracula facta de præsenti, ꝓdigia quantũ ad miracula de futuris. Vel signa & prodigia dicit miracula quæ fiunt cõtra naturã, sicut illuminatio cęci, suscitatio mortui,&c. Virtutes verò dicit quæ sunt secũdũ naturã, sed non eo modo quo natura facit: sicut quòd ad impositionẽ man⁹ statim sanentur infirmi, quod etiã natura facit, sed successiuè. Vel virtutes dicit virtutes mẽtis, sicut est castitas & huiusmodi. ¶Cõsequẽter excludit obiectionẽ cũ dicit [Quid enim est quod minus,&c.]Possent enim Corinthii respondere ad prædicta & dicere, verũ est quòd multa bona feciſti & magna,& tamen alii fecerunt plura & maiora quã tu, & ideo apud eos & in eorũ cõparatiõe nolum⁹ te cõmendare, Et ideo hoc excludit, ostẽdẽs quòd nihil min⁹ fecit quã illi, sed pl⁹. Et ideo dicit, Quid est enim quod min⁹ habuistis à me præ cæteris eccles. i. quã aliæ ecclesiæ Christi, habuerũt per illos quãtũ ad spiritualia. q.d. Nihil, quia ipsi prædicauerũt fidẽ & Apostolus prædicauit. Illi ostenderunt signa & virtutes,& Apostolus similiter. Et non solùm nõ min⁹ habuistis, sed plus, quia alii apostoli viuebãt de sumptibus illorũ quibus prędicabãt: sed apostolus non, quia nihil accepit à Corinthiis. Et ideo dicit, Nisi quòd ego ipse non grauaui vos accipiendo vestra. q.d. nihil habuistis minus, nisi hoc fortè reputetis minus: quia nihil accepi à vobis, quod tamen plus est. Act. 20, Ad ea quæ mihi opus erant,& his qui mecũ sũt necessaria, ministrauerunt,&c. 2. Thess. 3, Nocte ac die laborantes,&c. Esa. 23, Qui excutit manus suas,&c. Quòd si hoc ipsum reputatis iniuriam. s. ꝙ nolui vestra recipere, quod feci: quia nõ dilexi vos,& videtur vobis ꝙ malè fecerim, parcatis mihi. Et ideo dicit ironicè loquendo, Donate. i. parcite mihi hanc iniuriam. Hoc modo accipitur, donare, Ephe. 4, Donantes inuicem sicut & Christus vobis donauit.

Lectio 5.

ECce tertio paratus sum uenire ad uos: & non ero grauis uobis. Non enim quæro quæ uestra sunt, sed uos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissimè impendam & superimpendar ego ipse pro animabus uestris: licet plus uos diligens, minus diligar? Sed esto. Ego uos non grauaui: sed cùm essem astutus, dolo uos cepi. Nunquid per aliquem eorũ quos misi ad uos, circunueni uos? Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circunuenit? Nõne eodem spiritu ambulauimus? Nõne eisdem uestigiis? Olim putatis quòd excusemus nos apud uos. Coram deo in Christo loquimur: Omnia enim charissimi, propter ædificationem uestram.

¶Hìc ostendit se esse cõmendabilem q̃tum ad bona futura quę facere intẽdit. Et duo facit. Primò ostẽdit suum propositum de futuro bono quod intendit. Secundò propositi huius rationẽ assignat, ibi[Non enim quæro quæ vestra sunt,&c.]Tertiò ad rationẽ, similitudinẽ adhibet, ibi[Nec enim debet,&c.]Sciẽdum est circa primum q̃ aliquãdo contingit q̃ ideo aliqui nõ accipiunt vno tempore, vt reseruent se ad aliud tempus, in quo possint & plus recipere & audacius. Ne ergo isti simile crederent de Apostolo, vt ideo noluisset prima vice recipere ab eis, vt postmodum reciperet plus: dicit q̃ non solùm hoc fecit olim, sed etiam paratus est facere in futurum. Vnde dicit, Ecce iam tertiò. i. tertia vice paratus sum venire ad vos,& non ero vobis grauis. q.d. nec etiam tunc grauabo vos accipiẽdo vestra. sup. 11, In omnibus sine onere me seruaui & seruabo. Iob 27, Iustificationem quam cœpi tenere,&c. Dicit autem, Tertio paratus sum venire. Et nõ dicit, Tertio venio, quia bene ter paratus fuit venire ad eos, sed tamen nõ iuit nisi bis. Paratus enim fuit venire prima vice, & tunc iuit & cõuersi sunt. Secũda vice fuit paratus, & fuit impeditus propter peccatum eorũ, & tũc nõ iuit, de quo excusat se in principio huius epistolę. Modò est paratus ire tertiò, & iuit vnde bis iuit, & ter fuit paratus ire. Rationem autẽ huius boni propositi subdit, dicens, Nõ enim quæro,&c. quę talis est, Constat q̃ artifex disponit opus suum secũdum finem quem intendit: prædicatores autem in prædicando aliqui intendunt quęstũ & bona tẽporalia: & ideo totã prædicationem ad hoc ordinãt & disponunt. Aliqui verò intendũt salutem animarũ: & ideo hoc modo disponũt prædicationem suam, secundũ quod vident expedire saluti illorum quibus prædicant. Quia ergo Apostolus intendebat in prædicatione sua salutem Corinthiorum,& videbat q̃ non expediebat q̃ reciperet ab eis sumptus: tum vt confutaret pseudo: tum etiam quia auari erãt, ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationẽ assignat, dicens, Ideo nõ grauabo vos, sumptus accipiendo: quia non quęro quæ vestra sunt in prædicatione mea, sed vos & vestram salutẽ procurare intendo. Phil. 4, Non quæro datum, sed fructum. Et ideo dominus dixit apostolis, Faciam vos fieri piscatores hominũ, non pecuniæ. Hoc etiã figuratur Gen. 47, Vbi legitur q̃ Ioseph emit Aegyptios in seruitutẽ regis, quia bonus prædicator debet ad hoc studere vt infideles cõuertat ad seruitiũ Christi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinẽ, cùm dicit, Nec enim debent,&c. Et primò ponit similitudinem. Secũdò adaptat eam, ibi[Ego autẽ libentissimè,&c.]Tertiò arguit eorum ingratitudinem ibi[Licet plus vos,&c.] Dicit ergo, Quòd autem nõ quærã vestra, patet per simile. Videmus enim q̃ parentes carnales debent thesaurizare filiis carnalibus: quia filii non debent thesaurizare parentibus, sed parẽtes filiis. Cùm ergo ego sim pater vester spiritualis,& vos sitis filii mei, nolo q̃ vos thesaurizetis mihi, sed ego vobis. ¶Sed hìc est quęstio de patribus carnalibus. Nam Exo. 20. dicitur, Honora patrem tuũ,&c. In quo etiã pręcipitur nobis q̃ ministremus eis necessaria. Ergo filii tenẽtur thesaurizare parẽtibus. Respõdeo, dicẽdum est q̃ ex pręcepto tenentur filii ministrare & subuenire parẽtibus in necessariis, nõ autẽ cõgregare & thesaurizare eis. Nã thesaurizatio & cõgregatio fit in posterum. Sed nos videmus q̃ secũdum naturam filii succedunt parentibus, & non ecõuerso, nisi in aliquo tristi euentu. Et ideo naturaliter amor parẽtum est ad hoc vt cõgregẽt filiis.

Bis solũ fuit Paulus apud Corinthios.

Et hoc modo loquitur Apost.Exod.autē 20.loquitur dominus de subuētione in necessariis. ¶Itē quæstio oritur de hoc quòd dicit,Parentes filiis,&c.Ergo cùm prælati sint parentes nostri spirituales,videtur q̄ male fecerint principes & alii dando diuitias prælatis.Responsio,dicendū est quòd nō dederunt prælatis propter se,sed propter pauperes.Et ideo nō dederunt eis,sed pauperibus.Et hoc dominus monet Mat.6,Thesaurizate vobis thesauros in cælis,&c.Prælatis autē dantur tanquam pauperum dispensatoribus. ¶Consequenter positam similitudinem adaptat, in similitudine autem duo proposuit. Vnum est q̄ filii nō debent thesaurizare parētibus,& hoc iam patet.Et aliud est q̄ parētes debēt thesaurizare filiis & dare. Et quātum ad hoc dicit,Quia ergo ego sum pater vester,ideo paratus sum dare vobis. Et hoc est quòd dicit, Ego libētissimè impendā vobis bona,nō solùm bona spiritualia prædicādo & exēpla mōstrando,sed etiam temporalia,quod & faciebat,inquantū prædicabat,& seruiebat eis cū sumptibus aliarū ecclesiarum.Hæc tria ministrare debet quilibet prælatus suis subditis.Vnde dominus dixit ter Petro,Pasce oues meas.i. pasce verbo,pasce exēplo,pasce tēporali subsidio.Et non solùm ista impendā vobis,sed paratus sum mori pro salute animarū vestrarum.Vnde dicit,Et superimpendar pro animabus vestris.Ioā.15,Maiorē charitatē nemo habet,&c.1.Ioan.3,Si Christus animā suam pro nobis posuit,& vos debetis,&c.Ioā.10, Bonus pastor animā suam,&c. ¶Ingratitudinem istorū increpat cōsequenter,dicens,Licet plus vos diligens,&c.q.d. Libenter impendar pro vobis licet sitis ingrati,quia licet plus vos diligens,&c. Et hæc cōparatio potest exponi dupliciter.Vno modo sic,licet plus diligam vos quàm pseudo, tamen minus diligor.s. à vobis quàm diligātur pseudo:quos plus diligitis q̄ me.Et sic patet q̄ ego plus vos diligo q̄ illi, quia ego quęro salutē vestram tantùm,illi verò bona vestra solùm.Alio modo sic,licet plus diligam.s.vos q̄ alias ecclesias, tamen minus diligor à vobis,q̄ ab aliis ecclesiis.Phil.1,Testis est mihi deus quomodo cupiam,&c.Et q̄ plus dilexerit Corinthienses q̄ alias ecclesias,patet quia plus pro eis laborauit.Illud autē in quo plus laboramus, magis cōsueui mus diligere. ¶Consequenter cùm dicit[Esto ego vos,&c.]remouet suspicionē.Et primò ponit suspicionē ipsam.Secūdò exeludit eam,ibi[Nunquid per aliquē,&c.]Tertiò rationē exclusionis assignat,ibi[Olim putatis q̄ excusemus,&c.]Posset autē esse istorū suspicio talis,q̄ ideo ipse ab eis per seipsum nō acceperit, vt per alios dolosè ab eis plus accipiat.Et ideo dicit hoc,ponens, Esto.i.dato & concesso q̄ ego in persona mea & eorū q̄ mecū sunt aliquid accipiēdo nō grauaui vos,sed(sicut credidistis)cū essem astutus,dolo,&c. i.per alios detraxi vobis bona vestra plurima,sed hoc est falsum,qa nihil ex dolo feci.1.Thes.2,Exhortatio nostra non de errore,neq; de immūditia,neq; in dolo.Nam ipse erat verè Israelita in quo dolus nō fuit.Io. 1.Hanc ergo suspicionē excludit cōsequenter,cùm dicit,Nūquid per aliquē,&c.Et primò in generali.Secūdò in speciali.In generali sic,si per alios voluissem surripere vestra, misissem aliquos qui hoc procurarēt apud vos.Sed nunquid per aliquē eorū quem misi ad vos circūueni vos, extorquēdo per eos vestra.q.d.nō. suprà 7,Neminē circūuenimus,&c.1.Thess.4,Ne quis circūueniat in negotio fratrē suum.In speciali verò excludit suspicionem prædictā,cùm dicit,Rogaui Titū,&c.q.d.Nullus eorū in speciali quē misi ad vos,circunuenit vos.Titū enim cum precibus misi ad vos.Et hoc est quòd dicit,Rogaui Titū,&c. De isto habetur suprà 8,Misi etiā cum illo fratrem,scilicet Barnabā,vel Lucam.suprà 8,Misimus cum illo, scilicet Tito, fratrem(.s.alterū dictorum)cuius laus est in euangelio.Sed nunquid Titus circunuenit vos,&c.q.d.Nō.suprà 8, Gratias ago deo meo qui dedit eandē sollicitudinē pro vobis in corde Titi,&c.Et q̄ Titus non circunuenerit eos, probat per cōformitatem Titi ad seipsum Apostolum : & ponit duplicem cōformitatem. s.cordis.Et ideò dicit,Nonne eodem spiritu ambulauimus. i. eandem voluntatem habemus. Vel eodē spiritu instigamur ad bene & rectè agendū suprà.4,Habentes autē eundē spiritū,&c.Item cōformitatē operis.Et ideò dicit.Nōne eisdem vestigiis.i.operibus intēdimus.s.vestigiis Christi. Nam ego sequor vestigia Christi. Iob 13,Vestigia eius.s.Christi secutus est pes,&c.1.Pet.2,Christus passus est,&c.Vt sequamini vestigia ei⁹.Et Titus sequitur vestigia mea.1.Cor.11 ,Imitatores mei estote,&c.Et sic patet q̄ si cōformis est mihi in voluntate & opere,& ego nō circunueni vos nec intendo circunuenire : quod autem nec ipse circunuenerit vos,patet per illud Matt.7, A fructibus eorum cognoscetis, &c.Rationem autem exclusionis, subdit,dicens,Olim putatis,&c.Et primò ponit eorum opinionem.Secundò excludit eam.Opinio autem istorum erat q̄ Apostolus quasi reus & culpabilis omnia verba ista epistolæ diceret ad excusationem suā & q̄ nō essent vera,sed ad excusandum tantùm inuenta:& ideo ponens hanc opinionem ipsorū,dicit,Vos putatis olim.i.à principio huius epistolæ q̄ excusemus nos apud vos.i.q̄ hæc verba non sint vera, sed sint ad excusandum cōficta.Hanc autem excludit sic, Qui enim sic excusat se,duo habet.Vnum est q̄ non vtitur verbis veris,sed confictis.Aliud est quia nō vult pati detrimentum famę suæ & glorię.Vnde specialiter propter dispēdium famæ aliqui excusant se.Sed neutrum istorū est in nobis.Non ergo vera est opinio vestra.Quòd autem neutrum istorum sit in nobis,patet. Non enim dicimus verba falsa,quod probo. Primò per testimonium dei,quia coram deo loquimur. Quasi dicat,Teste deo hoc in veritate dico. Iob 16, Ecce in cælo testis meus,&c.Secundò per testimonium Christi, quia in Christo loquimur.i.per Christū, in quo nulla est falsitas.suprà 2,Ex sinceritate sicut ex deo in Christo loquimur.Item non quærimus gloriam nostram nec timemus infamiam,quia omnia quę dixi & de reuelationibus & de tribulationibus,facio seu dico propter vestram ædificationem,vt.s.permaneatis in virtute,& expellatis Pseudo.Rom.14, Quæ ædificationis sunt inuicem,&c.1.Cor.14,Omnia ad ædificationem fiant.Ioā.12,Non propter me hæc vox venit sed propter vos,&c.

Hîc Apostolus ostēdit aliā causam quæ p̄ uenit ex Corinthiorū omissione quantū ad mala quæ debuissent euitare in qua tangit eorū malitiam.

Lectio 6.

Timeo enim ne fortè cùm uenero non quales uolo,inueniam uos: & ego inueniar à uobis, qualem non uultis: ne fortè contentiones, æmulationes,animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter uos,ne iterum cùm uenero humiliet me deus apud uos:& lugeam multos ex his qui antè peccauerunt,& nō egerunt pœnitentiam super immunditia,& fornicatione,& impudicitia quam gesserunt.

¶Posita vna causa cōmendationis quę prouenit ex omisione Corinthiorum,quantū ad ea bona quæ facere debuissent in qua detestatur eorum ingratitudinem:hîc cōsequenter ponit aliam causam quæ prouenit ex eorum commissione quantum ad mala quæ debuissent vitare, in qua exaggerat eorum malitiam.

Et circa hoc duo facit.Primò ponit eorum culpā in generali.Secundò explanat eam in speciali,ibi[Ne fortè, &c.] Dicit ergo non solùm laudaui me propter hoc quòd vos omisistis me laudare , sed etiam propter periculum vestrum,quod est in hoc quòd vos adhæretis pseudo,quia dum fouent vos in peccatis, exponūt vos in magno periculo:& ideo dicit,Timeo, scilicet ne fortè cùm venero ad vos personaliter, nō inueniam vos quales vos volo.s. iustos,sed peccatores & incorrectos,& displiceatis mihi & ego vobis,quia iusto non placent peccatores,inquātum peccatores.Et inueniar talis à vobis, scilicet contristatus & puniens, qualem me non vultis habere.Mali enim odiūt correctionem,& veritatem : ergo inimicus factus sum vobis verum dicens vobis,&c.Gal.4.Sic patet eorum malitia in generali,scilicet quòd timebat ne nondum plenè pœnituerint.In speciali etiam manifestat eorum malitiam, cùm dicit [Ne fortè contentiones,&c.] Et circa hoc duo facit.Primò enim enumerat eorū mala præsentia.Secundò cōmemorat præterita mala, de quibus nōdum pœnituerunt, ibi[Ne iterum cùm venero,&c.]Sciendum est autem circa primum quòd Corinthienses post conuersionem inciderunt in peccatum carnale,vt patet de illo qui vxorem patris habuit,& de hoc in hac parte correcti sunt per primam epistolā,non tamen plenè,sed adhuc aliquid in eis remansit,& suprà hoc remanserunt in eis multa peccata spiritualia,quæ propriè opponuntur charitati. Charitas verò duo facit.Primò enim facit corda hominum adinuicem consentientia. Secundò inducit homines ad mutuū profectum.Et ideo peccata spiritualia cōtrario primò faciunt homines adinuicem dissentientes. Secundò faciunt eos inuicem offendentes. Et ideo primò enumerat peccata spiritualia,quæ pertinēt ad dissensionem. Secundò ea quæ faciunt ad offensionem,ibi [Detractiones,& cæt.] In dissensionibus autem procedit ordine retrogrado . Nam secundum rectum ordinem homines primò dissentiunt , inquantum vnus vult vnum,alius vult contrariū.Secundò ex hoc procedunt ad inferendum documenta,inquantum quilibet vellet obtinere in proposito suo.Tertiò quando non potest obtinere in proposito suo, sed succumbit,accenditur zelo inuidiæ.Quartò ex hoc prorumpit ad contentiones verborum,& ab isto vltimo incipit Apostolus,dicens,Ne fortè contentiones,&c. Quasi dicat,Non solùm timeo mala vestra in generali,sed in speciali,ne fortè sint in vobis contentiones,de meritis prælatorum,& de baptistis,&c.Prouer.20, Honor est homini qui separat se à contentionibus,&c.Ambrosius,Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.Et hæc contentio venit ab æmulatione,& ideo dicit,Et æmulationes,id est inuidiæ,in his qui minores sunt & minus habent.Iacob.3,Vbi zelus & contentio,ibi inconstantia,&c. Iob 5, Paruulum occidit inuidia,&c.Sapien.2,Inuidia diaboli,&c.Et æmulatio venit ab animositate.Vnde dicit, Animositas,in vltione & illatione nocumēti.Ecclesiast.8,Cum audace ne eas.&c.Et animositas venit ex dissensionibus. Et ideo dicit,Dissensiones,id est,odia,& contrarietas animorum.Rom.vlt.Obseruetis eos qui dissensiones & offendicula,&c.1.Corinth. 1,Idipsum dicatis omnes,& non sint in vobis scismata. ¶Consequenter enumerat eorum mala præsentia quantum ad offensionem.Et quia ista specialiter sunt mala in nocumētis verborum,& non factorum.Ideo dimissis nocumentis factorum,enumerat nocumēta verborū, in quibus etiā procedit ordine retrogrado incipiens à posteriore.Et hoc est,Cùm quis expressè malum dicit de aliquo,& siquidem in manifesto,sic est detractor.Et ideo dicit detractiones.Rom.1,Detractores deo odibiles,&c.Si verò in occulto,tunc est susurro.Et ideo dicit susurrationes.Sunt enim susurrones,qui latenter seminant discordias.Eccle.28,Susurro & bilinguis maledictus erit. Et hæc duo procedunt ex superbia, quæ animum inflatum contra aliquos prorūpere facit in mala verba.Et ideo dicit,Inflationes.1. Corint.4,Tanquā non sim venturus ad vos sic inflati,&c.Et hæ inflationes veniunt ex seditionibus quæ sunt præparationes partium ad pugnam,quia inter superbos semper iurgia sunt.Prouer.13.Et ideo dicit, Seditiones,id est,tumultus ad pugnam.Prouer.17,Semper iurgia quærit malus.Sic ergo patet eorum malitia quantū ad mala præsentia quę multa sunt & in dissensionibus,& in nocumentis. Manifestat autem eorum malitiam quantum ad mala præterita de quibus nō pœnituerunt ,cùm dicit, Timeo ne iterum cùm venero humiliet me deus, id est,affligat apud vos::ita q̄,& lugeam multos vestrum,& qui ante peccauerunt ante primam epistolā & non egerunt pœnitentiam,plenè post primam epistolam.Et meritò lugeam,quia sicut gloria patris est gloria filiorum,ita confusio patris est confusio filiorum.Sic Samuel lugebat Saul.1.Regum 15. Vsquequo lugēs Saul,&c.1.Reg.16.Et hoc quia non pœnituerunt,nec egerunt pœnitentiam de peccatis carnalibus prę dictis,quorum quædam sunt contra naturam. Et ideo dicit de immunditia,id est, luxuria contra naturam. Quædam sunt quæ committuntur cum mulieribus corruptis, scilicet, viduis seu coniugatis. Et ideo dicit, Et in fornicatione. Quædam sunt quæ fiunt in corruptione virginum.Et ideo dicit,Et impudicitia.Galat. quinto,Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio,immunditia,impudicitia,& cætera.

Caput 13.

Increpat seductos comminādo se ueritatē sententiæ et ostēdēdo suam potestatem iudiciariā, p̄mittit in principio suum aduētū & sui formā iudicij declarat.

Ecce tertio hoc uenio ad uos:ut in ore duorū uel trium testium stabit omne uerbum.Prædixi enim & prædico ut præsens uobis, & nunc absens his qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniā si uenero iterum non parcam.An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in uobis non infirmatur sed potens est in uobis? Nam & si crucifixus est ex infirmitate,sed uiuit ex uirtute dei.Nam & nos infirmi sumus in illo,sed uiuemus cum eo ex uirtute dei in uobis.

¶In præcedētibus Apostolus multa locutus est ad detestationem, pseudo,hîc cōsequenter loquitur cōtra illos qui à pseudo sunt seducti.Et circa hoc duo facit. ¶Primò increpat seductos.Secundò consolatur persistentes,ibi[De cætero fratres gaudete,&c.] ¶Circa primum primò cōminatur sententiæ seueritatem. Secundò ostendit suam iudiciariam potestatem,ibi[An experimentum quæritis,&c.] Tertiò monet ad correctionem,ibi[Vosmetipsos tentate, &c.] ¶Circa primum primò promittit suam præsentiam.Secundò prædeterminat sui iudicii formam, ibi [In ore duorum vel trium,&c.] Tertiò cōminatur seueram sententiam,ibi[Prædixi enim & prædico,&c.] ¶Promittit ergo primò suum aduentum,dicens,Ecce ego venio, quasi.d.Certum sit vobis q̄ venio ad vos.Et ideo cauete vobis ne inueniam vos imparatos : & dicit tertio non q̄ tertio iuerit,sed quia tertio iā parauerat ire,& si nō iuerat nisi semel,in secūdo apparatu impeditus. 1.Corinth.4,Veniam ad vos citò,&c. Veniam,inquam, & iudicabo malos secūdum ordinem,tamen ita.s.

quòd in ore duorum vel trium testium accusantium seu testantium contra aliquem, sit omne verbum accusatorum: quod quidem dicitur Deut. 17, Nemo occidetur vno teste dicente testimonium. & eiusdē 19, Non stabit testis vnus cōtra aliquem. Vel aliter, in ore duorum, &c. q.d. Hoc quod dico de aduentu meo ad vos, ita est certum, sicut testimonium duorū vel trium. Sic ergo ordo iudicii erit. Sed seueritatem sententiæ cōminatur, dicens, Prædixi enim, &c. Vbi primò insinuat ordinem iudiciarium quo est procedendum, in quo exigitur vt prœcedat trina ammonitio. Et quātum ad hoc, dicit, Prædixi vobis, vt præsens, bis quādo. s. eram vobiscum, & nunc absens prædico, vt sic ter ammoneat: prædico, inquam, his qui antè peccauerunt & omnibus aliis. q.d. omnes moneo. Secundò præmissa monitione cōminatur sententiam. Vnde dicit, Quoniam si venero non parcam iterum. q.d. Illis qui peccauerunt peperci prima vice, sed si iterum peccauerint, vel si non egerint pœnitentiam, nō parcam eis iterum. Et hoc iustè fit, quia ille cui semel remittitur & iterū peccat si remitteretur sibi cresceret in malitia & efficeretur insolēs. Et ideo dicit Sapiens Prou. 13, Qui parcit virgæ odit filium, &c. Ex hoc ergo ordinatum est in ecclesia, vt præcedat trina monitio anteq̄ quis sententiam excōmunicationis fulminet: quia contingit q̄ aliqui, licet sint in peccatis & offendunt, tamen ex solo verbo ammonitionis corrigūtur & satisfaciunt. Et etiam à leuioribus semper incipiendum est, quòd si ammonitione non ducitur, ne magis insolescat, adhibenda est seueritas sententię. Ecclē. 8, Ex eo quòd nō profertur citò contra malos sententia, &c. ¶ Cōsequenter ne possent calūniari de potestate Apostoli, ostendit Apost. suam iudiciariā potestatem, dicens, An experimētum, &c. Vbi tria facit. Primò ostēdit se habere legationē & potestatem iudicādi à Christo. Secūdò ostendit virtutē Christi, ibi [Quis in vobis non infirmatur, &c.] Tertiò ostendit q̄ virtus Christi etiam ad alios deriuatur, ibi [Nam & nos infirmi sumus in illo.] Dicit ergo, Si venero non parcam, immò seueriſsimè iudicabo: & hoc bene possum, quia habeo authoritatem Christi in puniendo & remittendo. supra 2, Nam si quid donaui vobis, &c. supra 5, Pro Christo legatione fungimur, &c. Et ideo dicit, An experimētum, &c. q.d. Non est dubitādum de potestate mea, quia quicquid ego loquor vel proferēdo sententias, vel remittēdo vel prædicādo, loquor à Christo. Exo. 4, Perge ergo, ego ero in ore tuo. Luc. 21, Ego dabo vobis os & sapiētiam, &c. Quę ergo homo facit ex instinctu spiritus sancti, dicitur quòd spiritus sanctus facit: ideo Apostolus quia à Christo motus hoc loquebatur, attribuit Christo tanq̄ principali, dicēs, Qui in me loquitur Christus, &c. Sed ne dubitetur de potestate & virtute Christi: ideo cōsequenter Apostolus ostēdit virtutem Christi, cùm dicit, Qui in vobis, &c. Vbi primò ostēdit virtutē Christi, q̄tum ad ea quæ in eis apparuerūt. Secūdò q̄tum ad ea quæ in Christo sunt, ibi [Nā etsi, &c.] Dicit ergo, Habeo potestatem iudiciariā à Christo, qui in me loquitur, qui magnę virtutis est in vobis dādo dona gratiarū, distributionem spiritus & alia multa quæ experti estis, & nō solùm nō infirmatur, sed potens est in vobis, quia potenter vos liberauit à peccato, potēter vos cōuertit ad bonum. Psal. Dominus fortis, &c. Sapien. 12, Subest tibi cùm volueris posse. Et paulò antè, Virtutem enim ostēdis tu, &c. Et nō solùm potentia Christi apparuit in vobis, sed etiam in seipso. s. inquātum ad mortem crucis quam sustinuit ex infirmitate humana, quā assumpsit infirmatā in paupertate surrexit, & viuit ex virtute dei, quæ est ipse deus. Talis enim erat illa susceptio quę deum hominē faceret & hominem deum. 1. Cor. 1, Quod infirmū est dei, fortius est hominibus, &c. Vel ex virtute dei. s. patris, qui est etiam virtus Christi, quia eadem est virtus patris & filii. Apoc. 1, Fui mortuus, &c. Hæc etiā virtus Christi deriuatur ad nos. Nam & nos infirmi, &c. q.d. Ad nos etiam pertinet illa virtus, quia & nos infirmi sumus in illo. i. ad intentionem illius inquantum propter ipsum multa patimur, & mortificamus nosmetipsos & humiliamus nos. 1. Corint. 4, Nos infirmi propter Christum, &c. Suprà 10, Præsentia corporis infirma. Suprà 4, Semper mortificationem, &c. Et ideo viuemus. i. viuificabimur ex virtute dei in vobis iudicandis. Galat. 1, Qui suscitauit Iesum Christum, &c. Et est sensus, Nos ex virtute qua Christus viuit, resuscitamur & illa virtute habemus etiam potestatem iudicādi in vobis, vel viuemus simili beatitudine cum eo, & hoc ex virtute dei, quæ quidem virtus dei est in vobis, id est, in consciētiis vestris.

Cur triplex monitio p̄mittitur ante excōmunicationem

Lectio 2.

Monentur Corinthiise ducti vt se se examinēt de fide, & moribus, et per hoc cōperient an sit in eis Christus, an sint reprobi: orareq; se ostendit, p̄ eis ne reprobi appareant, & hoc ad tollendā ab eis malā suspitionem.

VOsmetipsos tentate si estis in fide: ipsi uos probate. An non cognoscitis uosmetipsos, quia Christus Iesus in uobis est? Nisi fortè reprobi estis. Spero autem quòd cognoscitis, quia non sumus reprobi. Oramus autem deum, ut nihil mali faciatis: non ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonum est, faciatis. Nos autem ut reprobi simus. Non possumus enim aliquid aduersus ueritatem, sed pro ueritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, uos autem potentes estis. Hoc & oramus, uestram consummationem. Ideo enim hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.

¶ Post cōminationē seueri dei iudicii, subdit Apostolus ammonitionē ad præparationem, vt iudiciū seuerum nō patiantur: & primò ponit ipsam ammonitionē. Secūdò rationem ammonitionis assignat, ibi [Ideo hæc absens scribo, &c.] Circa primū duo facit. Primò ponit ammonitionem. Secūdò excludit falsam suspitionem, ibi [Oramus autē ad deum, &c.] Circa primū duo facit. Primò monet vt se examinent. Secūdo innuit quid per huiusmodi examinationē inuenire possint, ibi [An nō cognoscitis, &c.] Circa primū sciendū est, q̄ ille qui securè vult cōparere in iudicio, debet se primò examinare de factis suis, & sic poterit scire vtrum tutè cōpareat. Et ideo Apostolus monet, vt anteq̄ veniāt ad iudicium quod erit in aduētu suo ad eos, examinēt se, dicens, Vosmetipsos tentate. i. examinate & cōsiderate actus vestros. 1. Thes. 5, Omnia probate, quod bonum est tenete, &c. Monet autem vt de duobus se examinent. s. de fide. Vnde dixit, Si estis in fide. s. quam prædicaui vobis & à me accepistis de domino Iesu Christo, an excideritis ab ea & sitis prolapsi in aliam. Et hoc necessarium est, quia 1. Corint. 11. dicitur, Si nosmetipsos iudicaremus, &c. Hiere. 2, Vide vias tuas, &c. Item de operibus, Vnde dicit, Ipsi vos probate. s. an sitis in operibus bonis, & vtrum conscientia remordeat vos aliquid mali feciſse. Et hoc vtile est, quia 1. Corin. 11. dicitur, Probet autem seipsum homo, &c. Gal. 6, Opus suum probet vnusquisq;. ¶ Consequēter cùm dicit [An nō cognoscitis, &c.] ostēdit quid per huiusmodi examinationē inuenire poterunt. Et primò quid inueniant in seipsis. Secundò quid inueniant in Apostolo, ibi [Spero autem, &c.] In seipsis autem duo inuenire poterunt per examinationem, quia aut scient se tenere fidem, & sic inuenire poterunt & cognoscere quòd Christus sit in eis: & hoc est

quòd dicit, An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus in vobis est, id est, nunquid si examinaretis vos, sciretis vos habere fidem, & cognosceretis q̄ Christus est in vobis? Quasi dicat sic, quia vbi est fides Christi, ibi est Christus. Ephe. 3, Habitare Christū per fidem, &c. 1. Cor. 6, Nescitis quia corpora vestra templū, &c. Aut scient se nō tenere fidē, & sic inuenient q̄ sint reprobi. Et ideo dicit, Nisi fortè reprobi estis. i. verè inuenietis vos habere Christum, nisi fortè dimiseritis fidem & reprobi sitis ab eo quod prius habuistis per fidem. Hie. 15, Reliquisti me, retrorsum abiisti. Hier. 6, Malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum, &c. ¶ Sed hîc quæstio est literalis de hoc quòd dicit, An nō cognoscitis, &c. Nam Christus in eis solùm manet qui habent charitatem, vt dicitur 1. Io. 4, Deus charitas est, &c. Si ergo cognoscimus q̄ Christus per fidem sit in nobis, oportet q̄ hoc sit per fidem formatam. Cognoscētes ergo hoc modo Christum esse in nobis, sciemus nos habere charitatem qua informatur fides, quod est cōtra id Eccle. 9, Nemo scit vtrum odio, &c. Respondeo, dicēdum est q̄ habitare Christum in nobis, potest accipi dupliciter. Vel q̄tum ad intellectum: vel q̄tum ad effectum. Si quātum ad intellectū, sic ipse habitat in nobis per fidē informem. Et hoc modo nihil prohibet nos per certitudinem scire q̄ Christus habitet in nobis. s. cùm scimus nos tenere fidē, quam ecclesia catholica docet & tenet. Si verò q̄tum ad effectū sic habitat Christus in nobis per fidē formatam, & hoc modo nullus potest scire q̄ Christus habitet in nobis, vel q̄ habeamus charitatē nisi per reuelationem & specialem gratiam alicui concedatur certitudo, per quādam tamen coniecturam nihil prohibet nos scire posse, q̄ in charitate sumus: quando. s. quis inuenit se taliter paratum & dispositū, vt nullo modo propter aliquod temporale vellet aliquid facere contra Christum. 1. Io. 3, Si cor nostrū non reprehēderit nos, &c. Patet ergo q̄ Apostolus loquitur quātum ad primū modum. Vel etiam loquitur de cognitione quę est per coniecturam quādam, vt dictū est, Argumētum autem procedit quantum ad secūdum modum, & de cognitione, quæ est per certitudinem. Quid autem in Apostolo posint inuenire, subdit, dicens, Spero autem, &c. Nam quia isti Corinthii possent dicere, Nos non sumus reprobi, sed ideo nō tenemus documenta tua, quia nō sunt recta, sed reprobāda. Et ideo dicit, Quicquid sit de vobis, tamen spero q̄ ex vita & doctrina nostra quam ostēdi vobis, cognoscetis q̄ non sumus reprobi, & nō docuimus mala, nec exclusi sumus à potestate quam dicimus nos habere. Eccl. 19, Ex visu cognoscitur vir. Mat. 7, A fructibus eorū, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [Oramus, &c.] excludit suspitionem. Cōminatus enim fuerat eis iudicium seuerum cùm ostenderat potestatem suam in iudicādo, & indixerat examinationem, credens Christū in eis esse nisi ipsi essent reprobi. Sed tamen hoc dimittit sub dubio, vtrum sit Christus in eis. Et quia ipsi possent credere & suspicari q̄ Apostolus gauderet de hoc q̄ essent reprobi, vt ipse in comparatione ad eos maior appareat: & vt in eis posset exercere seuerius iudicium: ideo Apostolus hanc suspitionem remouet hîc. Primò per orationem quam pro eis ad deum dirigit. Secundò per gaudium quod de eis concepit, ibi [Gaudemus enim, &c.] Orat autem vt ipsi inueniantur innocentes, vt non examinentur ex seueritate iudicii. Et ideo dicit, Oramus autem. s. deum, vt vos nihil mali faciatis. q.d. non credatis q̄ velimus q̄ sitis reprobi, sed oramus vt nihil, &c. Item orat q̄ ipse appareat infirmus, p quod excluditur appetitus excellētię Apostoli in cōparatione ad eos. Et ideo dicit, Nō. s. oramus, vt probati appareamus. i. nō vt nos cōmēdemur probati in cōparatione ad vos, sed magis vt vos quod bonū est, faciatis. Gal. 6, Bonū autem faciētes, &c. Psa. Viriliter agite & cōfortetur cor vestrum. Nos autē vt reprobi simus, amittēdo potestatē puniendi & iudicandi, quia vbi nō est culpa omnes sumus pares, & vnus nō habet potestatem iudicandi super alios. Magis ergo vult Apostolus vt sint boni, quā vt subiaceant potestati iudicii sui. Et q̄ careat potestate iudicandi si boni sint, ostendit cùm dicit, Nos enim possumus, &c. Quasi dicat, nos non laboramus nisi pro veritate & pro ipsa stamus.

Apparentia ad p̄hā dū nos scire esse ī gratia.

¶ Constat autē si puniremus innocentes, faceremus contra veritatē, & contra iustitiā. Vnde cùm Apostolus non possit facere cōtra veritatem sed pro veritate. i. pro iustitia, manifestū est, quod nō puniet innocentes. Notandum est (secundū August. in Glosa) q̄ ad vitandum peccata, necessaria sunt duo. s. liberum arbitrium, & Gratia dei. Si enim liberū arbitrium nō esset necessarium, nunquā darentur homini præcepta nec prohibitiones, nec exhortationes. Frustrà etiā darentur pœnæ. Gratia etiam est necessaria, quia nisi deus omnes regeret per gratiā suam, non posset homo stare. Frustrà etiā oraremus, q̄ non inducat nos in tentationem. Et ideo Apostolus ostendens vtrunq; esse necessariū, & orat deum pro gratia obtinēda, & monet vt per liberū arbitrium recedāt à malo & faciant bonū. Vnde dicit, Oramus quantū ad primum. Vt nihil mali faciatis. Quantū ad secundum. ¶ Consequēter cùm dicit [Gaudemus, &c,] Remouet falsam suspitionē, propter gaudium de bono ipsorū conceptum. Et primò ponit gaudium quod de ipsorū innocentia concepit. Secundò orationē quam pro ipsorum perfectione emittit, ibi [Hoc autē oramus vestram, &c.] Dicit ergo, Oramus q̄ vos probati appareatis, sed nos infirmi: & hoc apparet ex affectu nostro, quia gaudemus q̄ s. aliqui sint inter vos boni & innocentes, ex quo subtrahatur nobis potestas iudicandi & videmur infirmi. Et hoc est quod dicit. Gaudemus quoniā nos infirmi sumus. i. non exercentes potestatē nostram. Vos autē potentes. i. sic bene agentes & vitia vincentes, q̄ subtrahitis vos à potestate nostra iudicandi. Cùm enim aliquis malè agit, subdit se potestati iudicis, sed bene faciendo repellit illam à se. Rom. 13, Vis non timere potestatem? Benefac, &c. 1, Corint. 4, Nos infirmi, vos fortes. De isto gaudio dicitur Philip. 2, Gaudeo & congratulor vobis, &c. Et non solùm de his gaudemus, sed etiā super hoc oramus vestram cōsummationem. i. perfectionē. In rebus enim naturalibus videmus q̄ quælibet res naturalis naturaliter tēdit ad suā perfectionem, ad quā habet naturale desiderium. Et ideo cuilibet rei datur virtus naturalis, vt ad suā perfectionem naturalem possit peruenire. Gratia autem datur homini à deo, per quā homo perueniat ad suam vltimā & perfectam consummationem. i. beatitudinē, ad quam habet naturale desiderium. Vnde quādo aliquis non tēdit ad suā perfectionem, signū est q̄ non habet satis de gratia dei. Et ideo Apostolus vt isti possint in gratia crescere, orat vt perficiātur. Et Phil. 1, Oro vt charitas, &c. Ephe. 6, Vt possitis resistere in die malo, &c. ¶ Consequēter posita ammonitione, causam ammonitionis assignat dicens [Ideo hoc absens scribo, &c.] id est ideo absens scribo vobis hoc monēdo vos, ne. s. cogar aliquid facere contra voluntatē meam, quæ est vt nihil durè agā contra vos, nisi quatenus per vos cōpellar. Et ideo dicit, Vt nō prœsens vobis durius agam

Quòd sit liberum arbitrium.

contra vos quàm velim vel quàm velitis.Sapien.11,Hoc quidem tãquam pater monens probasti,&c.suprà 10, Absens confido in vobis. Rogo autem vos ne præsens audeam,&c. Sed quia Corinthii possent dicere, nunquid etiam si benefecerimus non poteris cõtra nos ô Apostole,dure agere? Ideo respõdet,dicens,Non: quia non propono nec possum agere, nisi secũdum quòd recepi à deo potestatẽ.Deus autẽ dedit mihi hãc potestatem.s.ligãdi atq; soluendi in ædificationem nõ in destructionem.i.vt vos ædificemini,& non vt destruamini.Et si durè vos corrigerem,non ædificarem,sed destruerem:suprà 10,De potestate nostra,quã dedit nobis dominus ad ædificationem,&c.Hanc autem potestatem dedit dominus Paulo.Act.9.& 13,Segregate mihi Barnabam & Paulum ad opus,&c.

Consolãtur pfitẽtes in bono fidei, et morũ,ad gaudiũ,& pacẽ iducẽdo,et ad alia bona operã tandẽ salutantur, salutatione qua vtitur Paulus in omni epistola ꝑ signo manuali.

Lectio 3.

De cætero fratres,gaudete:perfecti estote,exhortamini,idipsum sapite, pacem habete,& deus pacis & dilectionis erit uobiscum.Salutate inuicem in osculo sancto,Salutant uos omnes sancti.Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei,& communicatio sancti spiritus,sit cum omnibus uobis. Amen.

¶In prẽcedentibus Apostolus increpauit seductos à Pseudo:hîc verò consolatur persistentes in fide & doctrina sua.Et primò ponit monitionem.Secundò subdit salutationem,ibi[Salutate in osculo,&c.]¶Circa primũ primò ponit monitionem.Secũdò præmiũ impletæ monitionis,ibi[Et deus pacis,&c.]Monet autẽ ad tria.Primò qualiter se habeãt in seipsis.Secũdò qualiter se habeant ad proximos. Tertiò qualiter debẽt esse omnes adinuicẽ.In seipsis autem debent bona duo habere.Primò gaudiũ de bono habito,& q̃tum ad hoc dicit,De cætero fratres(qui constãtes fuistis)gaudete in his quę ad seruitiũ dei facitis.Et hoc est necessariũ ad hoc ꝙ sitis iusti & virtuosi,quia nullus estvirtuosus,seu iustus qui nõ gaudet iusta & virtuosa operatione.Et ideo dicitur in Psal.Iubilate deo omnis terra,seruite domino in lætitia.Phil.4,Gaudete in domino semper,iterum dico gaudete,&c. Et verè semper gaudẽdum:quia gaudium cõseruat hominem in bono habitu:quia nullus potest esse diu in eo quod tristat.Secũdò debent habere boni in seipsis æmulationẽ perfectionis,& q̃tum ad hoc,dicit,Perfecti estote,id est,semper tẽdatis ad profectum.Heb.6,Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem,ad perfectionem,&c.Non est autẽ hoc quod hîc dicitur præceptum.s.ꝙ homo sit perfectus,sed hoc ꝙ semper tendat ad perfectionem,& hoc est necessarium,quia qui non studet ad proficiẽdum est in periculo deficiendi.Videmus enim ꝙ nisi remiges conentur ascendere,nauis semper descendit.Et ideo dicebat dominus Marci 6,Estote perfecti,&c.Proximus autem est impẽdenda exhortatio ad bona.Et quantum ad hoc,dicit,Exhortamini,&c.Eccle.17,Vnicuiq; mandauit de proximo,&c.Rom.12,Qui exhortatur in exhortando.Apoc.vlt.Qui audit,dicat,veni. Communia autem omnibus debent esse duo.s.vt idem sapiant.Et ideo dicit, Idem sapite,& vt pacem habeant,& ideo dicit,pacẽ habete.Et hæc duo ita se habent quòd vnum est exterius,aliud interius. Constat enim ꝙ corpora non possunt seruari & ordinari,nisi mẽbra ordinentur adinuicem. Similiter nec ecclesia nec ecclesiæ mẽbra,nisi ordinentur & vniãtur adinuicem.Est autem duplex vnio necessaria ad membra ecclesię vnienda.Vna est interior,vt.s.idem sapiant per fidem q̃tum ad intellectũ,idem credendo,& per amorem q̃tum ad affectum,idẽ diligẽdo.Et ideo dicit,Idem sapite.i.idem sentiatis de fide,& idẽ diligatis affectũ charitatis:quia tunc est vera sapientia, quãdo operatio intellectus perficitur & cõsummatur per quietationem & delectationem affectus.Vnde sapiẽtia dicitur quasi sapida scientia.Ro.15,Vt sic vnanimes vno ore honorificetis deum, &c.1. Cor.1.Idipsum dicatis,&c.Phil,2,Idẽ sapiatis,&c.Alia est exterior.s.pax.Et ideo dicit,Pacem habete intervos.Heb.12,Pacem sequimini,&c.Psal.Inquire pacem.2.Thes.3,Ipse deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. ¶Cõsequenter cùm dicit[Et deus pacis& dilectionis erit vobiscũ.]ponit prẽmiũ quod redditur implentibus monitionẽ prędictam.q.d.Si seruabitis pacem inter vos,deus pacis & dilectionis erit vobiscum. ¶Circa quod notãdum est ꝙ apud Gentiles consuetum erat ꝙ aliqui ex donis denominabant deos,quia licet esset vnus deus tantùm,tamen singula dona sua denominabant deos ex illis donis , sicut ex dono pacis denominabant deum pacis:& ex dono salutis,deum salutis.Huic vocabulo alludens Apostolus, dicit,Deus pacis,&c.Non ꝙ pax sit vnus deus,sicut illi dicebant:sed ideo Christus dicitur deus pacis,quia est dator pacis & amator.Io.14,Pacem meam do vobis,&c.1.Cor.14, Nõ est deus dissensionis, sed pacis. Ro.5,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris,&c.Ipse etiam est author pacis.Ioan.16,In me pacẽ habebitis,&c.Ipse in pace habitat.Psal.In pace factus est locus eius,&c. Item nõ solùm est deus pacis,sed etiam dilectionis.Et ideo dicit,Deus pacis & dilectionis erit vobiscũ,& hoc ideo est,quia qui est in vera pace cordis & corporis,est in charitate:& qui manet in charitate,in deo manet,& deus in eo,vt dicitur 1.Ioan.4.& quia homo nõ meretur nisi pacem & dilectionẽ.Io.14,Si quis diligit me,&c.¶Cõsequẽter cùm dicit[Salutate inuicem in osculo,&c.]Ponit salutationem,& circa hoc primò indicit eis mutuam salutationem.Secundò salutat eos ex parte aliorũ,ibi[Salutat vos,&c.] Tertiò salutat eos ex parte sua,ibi [Gratia dei &c.] Vnde dicit,Salutate inuicem vosipsos in osculo sancto.Vbi notandum est quòd,osculum,est signum pacis. Nam per os in quo datur osculum, homo respirat. Et ideo quando homines dant sibi mutua oscula,signũ est ꝙ vniunt spiritum suum ad pacem.Est autẽ pax simulata,& hęc est eorum qui loquuntur pacẽ cum proximo suo,mala autem,&c.vt dicitur in Psal,Quæ quidem fit per osculi fraudulentiam.Prouer.27,Meliora sunt verbera diligentis,& cæt.Est & pax mala & turpis,quando,scilicet conueniunt ad malum faciendum. Sapientiæ 14,In magno viuẽtes insciẽtiæ bello, & cætera.Et hæc fit per osculum libidinosum. Prouerb. 7.dicitur de mala muliere quòd apprehensum deosculatur iuuenem,&c.Est & pax sancta quam facit deus. Philippẽ.vltimo,Et pax dei quæ exuperat, &c.Et hæc fit per osculum sanctum,quia vnit spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hîc,In osculo sancto.Et ex hoc inoleuit consuetudo quòd fideles & sancti viri in signũ charitatis,& vnionis seinuicem osculãtur. Et datur pax in ecclesiis in osculo sancto.Ex parte autem aliorum salutat eos,dicens,Salutant vos sancti omnes:quia omnes sancti & fideles sperant & desiderant,ac orationibus procurant salutem nostram:vnde omnes fideles Christi,adinuicem sperant & desiderãt sibi salutem.Psal.Participem me fac deus,&c.Ex parte autem sua salutat eos Apostolus,dicẽs,Gratia domini nostri,&c.Vbi sciẽdum ꝙ duplex est modus appropriãdi aliquid diuinis personis.Vnus est essentialiter,alius causaliter:essentialiter autẽ appropriatur diuinis personis,sicut patri potẽtia:quia ipse est potẽtia

essentialiter inquãtum est principium.Filio sapiẽtia inquãtum est verbum.Spiritui sancto amor,inquãtum est bonitas.Hîc verò Apost.nõ appropriat ista hoc modo.s.per essentiã, quia sic omnia appropriarẽtur spiritui sancto,sed appropriat per causam.Et ideo cùm gratia sit donum quo dimittũtur nobis peccata. Ro.3, Iustificati gratis,&c.Et remissio peccatorũ sit nobis facta per filium,qui carnem nostrã accipiens, pro peccatis nostris satisfecit.Io.1,Gratia & veritas,&c.propter hoc Apost.attribuit gratiam Christo.Vnde dicit, Gratia domini nostri,&c. Charitas autem est nobis necessaria,quia oportet nos vniri deo.1.Io.4,Qui manet in charitate,in deo manet,&c.Et quia hoc est à deo patre inquãtum ipse sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret,vt dicitur Ioan.3.Ro.5,Cõmendat autem deus suam charitatem.Ideo sibi vt principio istius charitatis attribuit charitatem,cùm dicit,& charitas dei.s.patris.Communicatio verò diuinorũ fit per spiritum sanctum:quia est distributor donorum spiritualium.1.Corin.12,Hęc omnia operatur vnus atque idem spiritus.Et ideo spiritui sancto attribuit communicationem,cùm dicit,Et communicatio spiritussancti.Vel attribuit sibi hoc,quia ipse est communis aliis duabus personis.Sic ergo Apostolus in salutatione sua optat omnia necessaria,cùm dicit,Gratia domini nostri Iesu Christi,& charitas dei & cõmunicatio spiritussancti,sit semper cum omnibus vobis.Amen. Gratia Christi qua iustificamur & saluamur charitas dei patris,qua sibi vnimur,& communicatio spiritussancti diuina nobis dona distribuentis.Amen.

¶Explicit aurea expositio super secunda epistola ad Corinthios angelici doctoris sancti Thomæ de Aquino ordinis prædicatorum.

Incipit mirabilis explanatio sanctissimi doctoris thomae de aquino ordinis prædicatorum super epistolam ad Galatas.

PROLOGVS.

VEtera nouis superuenientibus proiicietis.Leu.26,Hæc verba cõpetunt præsenti epistolæ.In qua Apostolus redarguit Galatas qui intantum seducti fuerunt à Pseudo,vt simul seruarent legalia & euangelium,quod Apostolus improperat eis in verbis prę missis,dicens,Vetera nouis superuenientibus proiicietis. In quibus verbis innuit dominus quadruplicem vetustatem.Prima vetustas est erroris:de qua Esa.26,Vetus error abiit,& hæc remota est per nouitatem doctrinæ Christi.Mar.1, Quæ est hæc noua doctrina.Secũda vetustas est figuræ,de qua Heb.8, Cõsummabo super Dauid & super Iuda testamẽtum nouum, non secũdum testamẽtum quod feci patribus eorũ. Vbi primò ostendit primum testamentum esse vetustum, & hoc renouari per nouitatem gratiæ seu veritatis præsentiæ Christi.Hie.31,Nouũ faciet dominus super terram,&c.Tertia est vetustas culpæ:de qua Psa. Quoniam tacui(confitendo.s.peccata mea)inueterauerunt,&c. Et hæc renouatur per nouitatem iustitiæ. Rom.6,In nouitate vitæ ambulemus,&c.Quarta est vetustas pœnę.Treñ.3,Vetustam feci pellem meam, & hæc renouabitur per nouitatem gloriæ,de qua nouitate.Esa.vlti.Ecce ego creo cęlũ nouum,&c.Apoc. 21,Dixit qui sedebat in throno,Ecce noua facio omnia.

Caput 1.

Hîc ponitur salutatio P.i quæ suæ legationis describitur origo. & bonũ salutatis ipre catũ,declarando illud esse à patre & Christo pro peccatis nostris.

PAulus apostolus non ab hominibus,neq; per hominem.sed per Iesum Christum & deum patrem,qui suscitauit eum à mortuis,& qui mecum sunt omnes fratres:ecclesiis Galatiæ , Gratia uobis,& pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo,qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti seculo nequam secundum uoluntatem dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum, Amen.

¶Scribit ergo Apostolus Galatis hanc epistolam, in qua ostẽdit ꝙ veniente gratia noui testamẽti,debet proiici vetus testamentũ,& impleta veritate deseratur figura,quibus duabus.s. gratia & veritate adeptis perueniatur ad veritatẽ iustitiæ & gloriæ.Acquiruntur autẽ illa duo, si obseruantia legalium dimissa,obseruantiæ euangelii Christi feruenter insistamus.Ordo autẽ huius epistolæ cõgruus est , vt post duas epistolas ad Corinthios,in quarũ'prima agitur de sacramentis ecclesiæ:in secunda de ministris horum sacramẽtorũ,necessariè sequatur epistola ad Galatas,in qua agitur de cessatione sacramẽtorum veteris testamenti.Diuiditur autẽ hæc epistola,in duas partes,in salutationem,& epistolarẽ narrationem,ibi[Miror quòd,&c.]In salutatione autẽ primò ponitur persona salutantis.Secundò ponuntur personæ salutatæ, ibi [Ecclesiis Galatiæ,&c.]Tertiò bonũ optatum,ibi[Gratia vobis,&c.] Circa primum primò ponitur persona salutãs principaliter,quæ describitur ex nomine,& ex authoritate. Ex nomine quidem cùm dicit Paulus qđ congruit humilitati suæ,quia interpretatur humilis.Vnde dicitur 1.Cor.15,Ego sum minimus apostolorum,&c.Item congruit officio suo,quia secundũ alium modum interpretatur os tubæ,in quo specialiter est officiũ prædicationis significatum.Esa.58,Quasi tuba exalta vocem tuam,&c.Ex authoritate autẽ describitur eũ dicitur [Apostolus.] Vbi duo ponuntur.s.eius authoritas & authoritatis origo.Authoritas, quia Apostolus,qui idem est ꝙ missus.Sciendum est autẽ ꝙ Apostolus in quibusdam epistolis scribit se seruum ostendens nomen humiliatis,vt in epistola ad Romanos.In quibusdã verò scribit se Apostolũ ostendens authoritatẽ suam,cuius ratio est,quia Romani superbi erant. & ideo Apostolus vt inducat eos ad hu

militatem scribit se seruum,in exẽplum humilitatis. Galatis verò,quia stulti erant & superbi,vt frãgat eos nominat se Apostolum:& ideo hic ponit authoritatem suam. Originem autem authoritatis suæ describit, cùm dicit[Non ab hominibus,&c.]Et primò remouet originẽ æstimatam.Secundò assignat verã,ibi[Sed per Iesum Christum,&c.]Origo autẽ æstimata erat,quia in tantum Galatę seducti erant à Pseudo ꝙ crederent Apostolũ non esse eiusdẽ authoritatis qua alii Apostoli erant,quia nõ fuit doctus à Christo vel cõuersatus cum eo,sed esset missus ab eis quasi minister eorũ. Opinionem ergo istã remouet,cùm dicit[Non ab hominibus,&c.]Quidam enim mittebantur à toto collegio apostolorũ & discipulorum.Et ideo ostẽdens se non esse ab eis missum,dicit,Non ab hominibus. Quidã enim mittebantur ab aliquo apostolorum speciali,sicut Paulus aliquãdo mittebat Lucã & Titum.Et ideo ostendens ꝙ nec sic missus sit,dicit [Neq; per hominem].i.per aliquem apostolorum in speciali,sed per spiritum sanctum,qui dicit Act.13, Segregate mihi,&c.Causa autem originis huius authoritatis vera est Christus Iesus.Et ideo dicit [Sed per Iesum Christum & deum patrem.]Hæc autem distinctio,cùm dicit,per Iesum Christum & deum patrem,potest accipi,vel q̃tum ad personam patris,& personam filii,& tunc alius est in persona deus pater & alius Iesus Christus:ab vtroq; autem missus est beatusPaulus ad prędicãdum,& à tota trinitate,quia inseparabilia sunt opera trinitatis.Non sit autem mẽtio de persona spiritus sancti:quia cùm sit vnio &nexus duorũ,positis personis duabus.s.patris & filii,intelligitur etiam spiritus sanctus.Vel potest sumi distinctio prædicta quãtum ad naturam assumptam.s.humanam, quia secundum naturã diuinam non est distinctio inter deum patrem & Iesum Christum.Et tunc missus est Paulus per deum patrem,sicut per authorem.Et per Iesum Christum sicut per ministrum.Ro.15,Dico Iesum Christum ministrum fuisse,&c.Quia verò Galatæ derogabant Apostolo,quòd non fuisset conuersatus cum Christo sicut alii,nec missus ab eo.Ideo in hoc specialiter magnificat se,quia illi fuerunt missi per Christum adhuc viuentem in carne mortali.Ipse verò à Christo iam glorificato missus est.Ideo dicit,Qui.s.deus pater suscitauit eum.s.Iesum Christum(inquantũ hominẽ)à mortuis. Quasi dicat, Apostolus sum nõ ab hominibus.s.collegio apostolorum,nec per hominem.s. Christum in mortali carne viuentem:sed sum apostolus per Christum iam suscitatum & glorificatum.Rom.6,Christus resurgens à mortuis,&c. Et quia præsens vita significatur per siniſtram: futura verò per dexteram, inquantũ ista est cælestis & spiritualis:illa verò tẽporalis:ideo Petrus qui vocat⁹ fuit à Christo adhuc in carne mortali posito,ponitur in bulla Papæ in siniſtra parte.Paulus verò qui vocat⁹ fuit à Christo iã glorificato, ponitur in parte dextera. ¶ Consequenter cùm dicit [Et qui mecum sunt,&c.] Ponuntur personæ adiunctæ salutantes,quas describit à dulci familiaritate, quia mecum sunt.s. ad solatium & adiutorium.Prou.18, Frater qui iuuatur à fratre,&c.Psal.Ecce quàm bonũ,&c.Item ab inseparabili charitate,cùm dicit, Fratres. Ioan.13,In hoc cognoscent omnes,&c.Item ab vniuersalitate,cùm dicit,Omnes, quod ideo addit,quia isti fortè erant intantum seducti quòd dictum Pauli non reputarent. Et ideo dicit,Omnes qui mecum sunt, vt ostendat eos testes esse veritatis suæ. Et facilè intelligant se errare dum ab omnibus reprehendũtur.2.Corint,2,Sufficit illi ꝙ eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus,&c.Personas autem salutatas ponit,cũ dicit Ecclesiæ Galatiæ,&c.Vbi sciendum ꝙ sicut in glo.tangitur,Brennus dux Senonum olim congregato exercitu intrauit Italiam,qua pertransita venit in Græciam ante tempus Alexandri Magni,vbi cùm essent, aliqui de gente sua remanentes,in vna parte Græciæ miscuerunt se Græcis: vnde illa prouincia Gallogræcia dicta est.Deinde illi Galatæ sunt appellati,quasi albi.Et licet Græci sint acuti ingenii,tamen illi Galatæ stulti erant & instabiles & ad intelligendum tardiores,sicut & indocti Galli, vnde originem traxerunt. Et ideo infrà dicit eis. O insensati Galatæ,&c. Istis ergo scribit epistolam hanc, & isti sunt personæ salutatæ. ¶ Consequenter cùm dicit[Gratia vobis,&c.]ponit bona quæ eis optat. Et primò ponit ipsa bona optata.Secũdò ipsorũ bonorum authorẽ,ibi[A deo patre,&c.]Bona autẽ quæ eis optat sunt duo,in quibus omnia spiritualia includuntur. Primũ est gratia,quæ est principiũ vitæ spiritualis,cui in glosa ascribitur remissio peccatorum,quæ est primum in vita spirituali. Nullus enim potest esse in vera vita spirituali, nisi prius moriatur peccato.Secundum est pax,quæ est quietatio mentis in fine,quæ in glo.dicitur esse reconciliatio ad deum:& sic dum optat principium & finem omnium bonorum spiritualtum,includit Apostolus tanquã inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniędum.Psalm.Gratiam & gloriam dabit dominus.2. Corin.vlt.Gratia domini nostri,&c.Bonorũ autem ipsorum author est deus pater:& ideo dicit, A deo patre,&c.Vbi primò ponitur bonorum causa.Secundò causandi modus,ibi[Qui dedit.]Tertiò gratiarum actio pro ipsis bonis,ibi[Cui est honor,&c.]Causa autem & authoritas bonorũ est deus pater tanquam author,inquãtum deus & tota trinitas,quę dicitur deus omnium per creationem.Sapien.14,Tu autem pater gubernas,&c.Et ideo dicit,A deo patre.Itẽ actor est dominus Iesus Christus,sicut minister. Et hoc inquãtum homo.Rom.15,Dico Iesum Christũ ministrum,&c.Et ꝙ per Christum,sit nobis gratia,patet Ioan.1, Gratia & veritas per Iesum Christũ facta est.& Ro.5,Iustificati gratis,&c. Pax etiam est nobis per ipsum. Ioan.14,Pacem meam do vobis,&c.Modus autem causandi huiusmodi bona ponitur,cùm dicit, Qui tradidit,&c.Vbi primò ponitur causa efficiens,quæ est mors Christi. Et quantum ad hoc,dicit, Qui dedit semetipsum,&c.q.d.Ideo Christus est author gratiæ & pacis,quia ipse morti dedit se,& sustinuit crucem.Vnde ipsa mors Christi,est causa efficiens gratię.Rom.5, Iustificati gratis,&c.Et Col.1, Pacificans quæ in cælis,&c.Et dicit primò,Qui dedit,&c.i.sponte se obtulit.Ephe.5,Dilexit nos Christus,& tradidit,&c.Heb. 2,Pro omnibus nobis gustaret mortem.Titum 2,Qui dedit semetipsum,&c.Ex quo manifestè Apostolus arguit contra eos,ꝙ si mors Christi est sufficiens causa salutis nostræ & in sacramẽtis noui testamenti, quæ efficaciam habent ex passione Christi confertur gratia,quòd superfluum simul cum nouo testamento seruari legalia in quibus gratia non confertur,nec salus acquiritur,quia neminem ad perfectum adduxit lex:vt habetur Heb.7.Secundò ponitur finis & vtilitas ipsorum bonorum,quę est causa finalis.Et est duplex.Vnus est,vt liberemur à peccatis pręteritis.Et quantum ad hoc,dicit,Pro peccatis nostris.s. prætęritis delendis & expiandis,quod est initiũ nostræ saluationis.Apoc.1,Dilexit nos,&c. Alius finis est,vt liberaret nos à potestate mortis,& q̃tum ad hoc,dicit,Vt eriperet nos de præsenti,&c.Col.1, Eripuit nos à potestate,&c.

Cur in bullis pontificis ponatur imago Petri ad siniſtrũ,et Pauli ad dexterum.

Vide hic Galatæ vnde venerint & q̃sint.

Vide hic laudẽ non bonã Gallorum.

Et ponit tria.s.vt eriperet(inquit)de præsenti & seculo,& nequam. Vt eriperet de præsenti trahẽdo nos ad æterna,per desiderium & spem.De seculo,id est,de conformitate huius mundi qui nos allicit, vt non ei cõformemur.Rom.12,Nolite cõformari huic seculo,&c.Nequam reducens nos ad veritatem iustitiæ.Et dicitur seculum nequam,nõ propter sui naturam,cùm bonum sit creatum à deo, sed propter mala quæ in eo fiunt:sicut illud Ephe.5,Dies mali sunt,&c.Genes.47,Dixit Iacob,Dies peregrinationis vitę meę.130.annorum sunt parui & mali,&c.Et licet hæc sint nobis per Christum, nõ tamen excluditur deus pater. Et ideo ponitur tertiò acceptatio diuinæ voluntatis. ¶ Vnde dicit,secundum voluntatem dei & patris. Patris, inquam,Christi per naturam,qua ab æterno procedit,vt verbum.Psal.Ego hodie genui te.Ioan.1,In principio erat verbum,&c. Item patris nostri per adoptionem. Ioan.1, Dedit eis potestatem,&c.Primo modo ly deus pater,accipitur pro sola persona patris. Secundo modo pro tota trinitate. Et quia à deo patre nostro(scilicet à tota trinitate)hæc omnia proueniunt nobis per Christũ,ideo ipsi,scilicet toti trinitati gloria in se honor aliis sit vel est in secula seculorũ.i.semper.Amen,est nota cõfirmationis. Habes ergo in summa in salutatione prædicta authoritatem Apostoli, qua eorum superbiam frangit. Virtutem gratiæ qua eos ad obseruantiam euangelii prouocat,& insufficientiam legalium,vt ab eis eos reuocet.

Lectio 2.

Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam Christi,in aliud euangelium:quod non est aliud,nisi sunt aliqui qui uos conturbant,& uolunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de cælo euangelizet uobis, præterquam quod euangelizauimus uobis,anathema sit.Sicut prædiximus,& nunc iterum dico,si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit, Modò enim hominibus suadeo,an deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem,Christi seruus non essem.

Ab hoc loco ſ quo incipit epiſtola mater.ã vſq; ad 5.c. arguitur error Galatarũ,& ab hinc quid, eſt vſq; ad 3.c.p authoritatẽ euangelij, arguẽdo tamen hic primò eorũ leuitatẽ in diuiſione euangelij nudi per obſeruãtiæ legis cõmixtionem.

¶ In superioribus præcessit salutatio,sequitur in sequentibus epistolaris narratio:in qua arguit Apostolus eorum errorem.Secundò monet ad correctionem.5.cap.ibi,State ergo,&c. Errorem autem eorum arguit dupliciter,& per authoritatem euãgelici documenti,& per rationem veteris testamenti.3.cap.ibi[O insensati,&c.]Arguit autem errorem ipsorum,ostendẽdo authoritatem euãgelicæ doctrinæ.Primò ostendendo ipsorũ leuitatem q̃tum ad leuem dimissionem euãgelicæ doctrinæ.Secũdò cõmendando authoritatem ipsius doctrinæ euãgelicę:& sic quantò dignius est quod dimittunt,tantò eorũ error appareat maior,ibi[Nos tum enim vobis facio,&c.] ¶ Circa primum duo facit.Primò enim exaggerat culpam.Secũdò infligit pœnam,ibi[Sed licet nos,&c.]Culpã autem exaggerat & seductorum & seducẽtium,ibi[Nisi sunt,&c.]Circa primum tria facit.Primò enim aggrauat culpã seductorum ex animi leuitate.Vnde dicit,miror.q.d.cùm sciatis tot bona(quæ dicta sunt)prouenire vobis per Christum,& ꝙ cùm fueritis ita bene instructi per me, tam sic.i.intãtum & tam vehemẽter,vt videamini iam obliti tam citò.i. in tam breui tempore trãsferimini, vt alludat nomini.Galatia enim trãslatio dicitur.q.d.Vos estis Galatę,quia tam citò trãsferimini.Eccle.19, Qui citò credit,leuis est corde.Secundò aggrauat eorum culpã ex eo quod dimiserunt.Si enim ratio recedit & transfertur à malo,cõmendabilis est & benefacit:sed quãdo recedit à bono,tunc est culpabilis.Et sic isti à bono trãslati erant.Et ideo dicit eis,Et si mirãdum sit ꝙ tam citò,& sic trãferimini,addit tamen materiam admirationis,ꝙ.s.transferimini ab eo.s.à deo,& fide eius qui vos vocauit in gratiam Christi.i.in participationem æterni boni,quam habemus per Christũ.1.Pet.2,Gratias agẽtes deo,qui vos vocauit in admirabile lumen suum.Item 2.Pet.2,Melius erat eis viam veritatis nõ agnoscere,q̃,&c. Secundò aggrauat eorum culpã ex eo ad quod conuersi sunt,quia nõ sunt cõuersi ad bonum,sed ad malum. Vnde dicit,In aliud euãgelium.i.veteris legis,quæ annũtiatio bona est inquãtum annũtiat quædam bona.s.temporalia& carnalia.Esa.1,Si volueritis& audieritis me,&c.Sed tamen nõ est perfecta &simpliciter,sicut euãgelium:quia nõ annũtiat perfecta & maxima bona,sed parua & minima.Sed lex noua est perfectè & simpliciter euãgeliũ.i. bona annũtiatio,quia annũtiat maxima bona.s.cælestia,spiritualia & æterna.Et licet sit aliud euãgelium secundum traditionem Pseudo: tamen secũdum meam prædicationem,non.Est enim aliud in promissis,sed nõ est aliud in figura,quia idem cõtinetur in veteri testamẽto & in nouo:in veteri quidẽ vt in figura: in nouo verò vt in re & expressè.Et sic est aliud euãgelium quãtum ad ea quę exterius apparent,sed quãtum ad ea quæ interius sunt & continẽtur,nõ est aliud:licet autem nõ sit aliud in se, tamen potest esse aliud ex culpa aliorum.s.seducẽtium.Et ideo eorum culpã exaggerans,dicit, Nisi sint aliqui.s.seductores qui vos cõturbant.i.puritatem sensus vestri qua imbuti fuistis per fidei veritatẽ,obfuscãt: quia licet idem cõtineatur quãtum ad interiorem intellectum per vetus & nouũ testamentum , vt dictum est,tamen si post susceptionem noui testamenti reiteratur vetus,videtur ostendi ꝙ nouum nõ sit perfectum,& quòd illud sit aliud ab isto. Et ideo dicit,Quòd nõ est aliud,nisi sint,&c.quia isti pseudo post fidei euãgelicæ susceptionem cogebant eos circũcidi,ostendẽdo per hoc ꝙ circuncisio est aliquid aliud q̃ baptismus, & efficit aliquid quod baptismus nõ potest efficere:& ideo isti cõturbant vos.infrà 5,Vtinam abscindãtur qui vos cõturbant,&c.Et verè conturbant:quia volunt cõuertere euangelium Christi.i.veritatem euãgelicæ doctrinæ in figuram legis, quod est absurdum & turbatio maxima.In illud enim debet aliquid conuerti ad quod ordinatur:nouũ autem testamentum & euangelium Christi nõ ordinatur ad vetus:sed potius ecõuerso lex;vetus ordinatur ad legem nouam,sicut figura ad veritatẽ: & ideo figura cõuerti debet ad veritatem, & lex vetus in euãgelium Christi,nõ autem veritas in figuram,neq; euangelium Christi in legem veterem: quod patet ex ipso vsu loquendi.Non enim dicimus ꝙ homo sit similis imagini hominis, sed potius ecõuerso imago est similis homini.Hie.15,Ipsi cõuertentur ad te,&c.& Leuit.26,Nouis superueniẽtibus,&c. ¶ Consequenter post exaggerationẽ culpæ ponitur inflictio pœnæ,cùm dicit[Sed licet,&c.]Et circa hoc duo facit.Primò promulgat sententiam.Secundò rationem sententiæ assignat,ibi [Modò enim hominibus,&c.] Circa primũ duo facit.Primò ostendit authoritatem suæ sententiæ.Secundò profert eam,ibi [Sicut prædixi,&c.]Ostẽdit autem authoritatem suæ sententiæ,multam esse:eo ꝙ non solùm in peruersores & in seductores subditos,sed etiam in pares,sicut sunt alii apostoli:& etiam in superiores,sicut sunt angeli, si huius criminis.s. cõuersionis euãgelii in veterem legem rei essent,efficaciam haberet.Et ideo dicit, Quia nostræ sententiæ authoritas

Vetus lex, & noua nõ sunt niſi vnũ euangeliũ, ſed lex vetus, eſt illud in figura,noua in re.

Quid & vnde anathema.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam ego promulgo(quæ est excõmunicatio)non ſolùm in illos qui talia intendunt,efficaciam habet,ſed licet nos,ſcilicet Apoſtoli,aut angelus bonus vel malus de cælo veniens euangelizet præterquã quod euangelizatum eſt à nobis,anathema ſit,id eſt,reus erit huius ſententię quam promulgamus. ¶ Ad euidentiam autem dictorum tria inquirere oportet. Primò quid ſignificat hoc nomen, anathema. Circa quod ſciendũ eſt quòd anathema eſt nomen Græcum,& componitur ab ana,quod eſt ſurſum,& theſis,poſitio,quaſi ſurſum poſitio.Et eſt ortum ex quadam antiqua conſuetudine. Antiqui enim quando pugnabant, capiebant aliquando aliquam prædam ab hoſtibus quam nolebant conuertere in vſum proprium, ſed ſuſpendebant illam in templis vel in aliquo loco publico ciuitatis,quaſi ſeparatam à cõmuni vſu hominum, & omne tale ſic ſuſpenſum nominabant Græci,Anathema:& ex hoc inoleuit conſuetudo,quòd omne illud quod excludebatur ab vſu communi diceretur anathematizatum.Vnde dicitur Ioſue 6.de Hierico & omnibus quę in ea ſunt,quòd Ioſue mox anathematizauit ea.Et ideo etiam hoc in eccleſia inoleuit, vt illi qui excluduntur

Triplex doctrina.ſ.philoſophorũ: data p angelos: et data immediatè à deo.

à communi ſocietate eccleſiæ & à participatione ſacramentorum eccleſiæ,dicantur anathematizati. ¶ Secundò,inquirenda eſt ratio eorum quæ dicit[Licet nos aut angelus,&c]Vbi ſciendum eſt quòd eſt triplex doctrina . Prima eſt philoſophorum , qui ex ductu rationis propriæ in cognitionem ſuæ doctrinæ deuenerunt. Quædam alia doctrina eſt quæ eſt tradita per angelos,ſicut lex vetus.Lex enim non eſt allata voluntate humana(ſicut dicitur ad Galat.3.)ſed per angelos in manu mediatoris,vt dicitur infrà 3. Quædam verò doctrina tradita eſt à deo immediatè,ſicut doctrina euangelii.Ioan.1,Deum nemo vidit vnquam,&c.Heb. 1,Nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.Et poſt,Quæ cùm initium accepiſſet,&c. Doctrina ergo quæ traditur per hominem poteſt mutari & reuocari per alium hominem qui melius nouit,ſicut vnus phi loſophus reprobat dicta alterius.Item per angelum qui perſpicacius videt veritatem.Doctrina etiam quæ traditur per angelum poſſet fortè remoueri per alium angelum ſuperiorem,ſeu per deum.Sed contrà,doctrina quæ immediatè à deo traditur, non poteſt neque per hominem neq; per angelum irritari. Et ideo ſi contingat quòd homo vel angelus diceret contrariũ illi quę per deum tradita eſt,dictum ſuum non eſt contra doctrinã,vt per hoc irritetur & repellatur: ſed potius doctrina eſt contra eum:quia ipſe qui dicit, debet excludi & repelli à cõmunione illius doctrinæ.Et ideo dicit Apoſtolus quòd dignitas doctrinę euangelicę, quæ eſt immediatè à deo tradita,eſt tantæ dignitatis,quòd ſiue homo,ſiue angelus euangelizet aliud præter id quod in ea euangelizatum eſt,eſt anathema.id eſt abiiciendus & repellendus eſt. ¶ Tertiò ſoluere oportet obiectiones quæ circa hoc occurrunt . Quarum vna eſt cùm par in parem non habeat imperium , & multò magis non habeat in ſuperiorem, videtur quòd Apoſtolus non potuit excõmunicare apoſtolos qui erant ſibi pares,& minus angelos qui ſunt ſuperiores.Mat.11, Qui minor eſt in regno cælorũ maior eſt illo. Non eſt ergo anathema per hoc.Ad hoc dicendum eſt q̃ Apoſtolus protulit hanc ſententiam, nõ propria authoritate,ſed authoritate euangelicæ doctrinæ cuius miniſter erat,cuius doctrinæ authoritas habet, vt quicunque contra illã dicunt,excludendi & repellendi ſunt.Ioan.10,Sermo quẽ locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſsimo die,&c. Alia quæſtio eſt,quia ipſe dicit,præterquã quod euangelizatũ eſt. Ergo non debet aliquis docere neq; prædicare,niſi quod ſcribitur in epiſtolis & in euangelio.Sed hoc eſt falſum,quia

Cũ ſit prædicandum quomodo non ſit in ſacris addendum.

1,Theſſ.3.dicitur,Vt cõpleamus ea quæ deſunt fidei noſtræ,&c. ¶ Reſpondeo,dicendum quòd nihil aliud euangelizãdum eſt quàm illud quod continetur in euangeliis & in epiſtolis , & in ſacra ſcriptura implicitè vel explicitè.Nam ſacra ſcriptura & euangelium euangelizat eſſe credendũ Chriſto explicitè. Vnde quicquid continetur in eis implicitè quod facit ad doctrinam eius,& ad fidẽ Chriſti,euangelizari & doceri poteſt.Et ideo cùm dicit[Præter id,&c.].i.omnino alienũ addendo.Apoc.vlt.Si quis apposuerit ad hæc , aut addiderit.ſ.omnino alienũ,apponat deus ſuper illũ plagas ſcriptas in libro iſto.Et Deu.4, Nõ addetis quicquã,&c.ſcilicet contrariũ ſeu alienũ,nec minuetis,&c. ¶ Conſequẽter cùm dicit[Sicut prædixi,&c.] Sententiam ſuã profert in malo,dicens,Sicut prædixi de angelis,idẽ dico de ſeductoribus,ſi quis ſeductor euangelizauerit præter id quod accepiſtis à me,anathema ſit.i.excõmunicatus.Et hæc eſt ſententia quã profert.

An hæreticus eo ipſo quo eſt hæreticꝰ ſit excommunicatus.

Sed nunquid ex hoc ſunt excõmunicati omnes hæretici?videtur q̃ non,quia dicitur Tit.3, Hæreticũ hominem poſt primam & ſecundã correctionem deuita,&c.Reſpondeo, dicendũ eſt quòd hæreticus poteſt dici aliquis:vel quia ſimpliciter errat ex ignorantia,& ex hoc non eſt excõmunicatus.Vel quia errat ex pertinacia & alios nititur peruertere,& tunc incurrit in canonẽ latæ ſentẽtiæ. Vtrum autẽ extunc his verbis ſententiam in hæreticos protulerit,dubiũ eſt. Cùm tamen ſententia iam lata ſit contra hæreticos in conciliis. Poteſt tamen dici quòd fortè hic oſtendũtur excõmunicatione digni. ¶ Conſequenter cũ dicit [Non enim hominibus,&c.]oſtendit rationẽ ſententiæ.Vbi primò ponit rationẽ ipſius ſententiæ. Secundò manifeſtat hîc propoſitũ,ibi[An quæro,&c.]Poſſet enim aliquis dicere,Quare ſic excommunicas? Fortè aliqui ſunt amici vel alicuius authoritatis,non ergo ſic faciendũ eſt.Ideo reſpondens Apoſtolus,dicit,Immo ſic faciendum eſt,quia ea quæ modò dico,non ſunt ad fauorẽ hominum,ſed vt placeã deo,& hoc eſt quòd dicit, Non enim.i.poſt cõuerſionem,vel in iſta epiſtola,ſuadeo hominibus.i.tẽdit ad hoc appetitus meus, vt placeã hominibus,an deo?q.d.Hæc quæ facio,ideo facio,vt cõplaceam ſoli deo.1.Theſ.2,Loquimur nõ quaſi hominibus placentes,ſed deo,&c.Nec etiam loquimur authoritate hominũ,ſed diuina.Quòd autẽ non intendam placere hominibus,patet ex intentione & ex propoſito meo.Nam ego non quæro hominibus placere.i.nõ eſt intentionis meæ homines cõuertere,vt placeam hominibus tantũ, ſed propter honorẽ dei. Et hoc patet,quia ſi adhuc intenderẽ placere hominibus,vt olim placui,nõ eſſem ſeruus Chriſti. Cuius ratio eſt quia hæc ſunt cõtraria.Ita duntaxat,vt.ſ. velim placere hominibus propter homines, nõ referẽdo illud in deũ.Si enim ideo intendã aliquando placere hominibus vt eos traham ad deũ, non pecco. Sed ſi primo modo,non ſum ſeruus Chriſti.Eſa.28,Coangustatũ eſt ſtratõ,ita vt alter decidat,&c.Mat.6,Nemo poteſt duobus dominis ſeruire,&c.Pſal.Cõfuſi ſunt qui hominibus placent. Lectio 3.

Incipit oſtẽdere excellẽtiã doctrinæ euã-

NOtum enim uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum eſt à me,quia non eſt ſecundum hominem.Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici : ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Auditis enim conuerſationem meam aliquãdo in Iudaiſmo, quoniã ſupra modum perſequebar eccleſiam dei,& expugnabã illam: & proficiebam in

Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo,abũdantius æmulator exiſtens paternarum mearũ traditionũ.

gelica quã docebat, et hoc ex authore deo, probãdo ſe ſolũ ab eo habuiſſe et q̃ ab homine non habuerit probat.1.hic q̃ nõ ante ſuã cõuerſionẽ ex odio qd ad Chriſtũ et ad Chriſtianos tũc habuit & ex zelo ad Iudaiſmũ .

¶ Supra Apoſtolus redarguit Galat. de leuitate animi,eo q̃ ſic citò dimiſerãt doctrinã euangelii: hîc verò ipſius euangelicæ doctrinæ dignitatẽ oſtendit.Et circa hoc duo facit.Quia primò cõmendat authoritatem doctrinæ euãgelicæ ſecundũ ſeipſam. ¶ Secũdò ex parte aliorum apoſtolorũ,& ſua ſimul.2.c.ibi [Deinde poſt annos 14.&c.] Iterum prima pars diuiditur in duas:quia primò proponit intentũ.Secũdò manifeſtat propoſitũ.ibi[Auditis enim,&c.]Circa primũ duo facit. ¶ Primò proponit quod intendit.Secundò probat quod proponit,ibi[Neque enim,&c.]Intendens ergo cõmendare veritatem euangelicæ doctinæ,dicit [Notum vobis&c.] q.d.Ita ſum certus de authoritate euangelii,quòd non ſolùm hominibus,immò etiam angelis contrariũ,non crederem,ſed eos ſi contrarii eſſent,anathematizarem. Quam quidẽ certitudinem ex hoc habeo, quia magis credendũ eſt deo q̃ hominibus ſeu angelis.Et ideo cùm ego habuerim illud euãgelũ à deo,maximã certitudinem habere debeo & habeo. Et ideo dicit, Notũ enim vobis facio fratres euãgelium quod euãgelizatum eſt à me vobis & aliis eccleſiis,quia nõ ſecundũ hominem.i. ſecũdum humanã naturam diſcordãtem à regula ſeu reuelatione diuina.Et ſic ly ſecũdum hominẽ,ſonat in vitium.1.Cor.3,Cũ enim ſit inter vos zelus & contentio,&c.Et ſic accipit hîc Apoſtolus.Et ideo dicit, Non ſecũdum hominẽ docentẽ me vel mittẽtem.q.d.Nullo modo poteſt hoc euãgeliũ haberi ab homine,ſed à deo.Et ideo ſubdit,Neque enim ego ab homine,&c. Vbi duplicẽ modum acceptionis excludit. Primò quòd nõ habuit ab homine authoritatẽ euangelizãdi:& quãtum ad hoc,dicit,Neque ab homine.ſ.puro,accepi illud.i. authoritatem euangelizãdi euangeliũ,ſed à Chriſto.Ro.10,Quomodo prędicabunt, niſi mittãtur.Eſa.42,Dedi te in lucem Gentiũ,&c.Act.9,Vas electionis eſt mihi iſte,&c.Secundò quòd nõ accepit ſcientiã euangelizãdi ab homine. Et ideo dicit,Neque didici,ſcilicet euãgelium per hominẽ purũ,ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti, id eſt,per Ieſum Chriſtũ omnia clarè oſtendentem.1.Corinth.2,Nobis autẽ reuelauit deus,&c.Eſa.50, Dominus deus aperuit mihi aurem,&c.Et ibidẽ, Dominus dedit mihi linguã eruditam,vt ſciam,&c.Hæc autem reuelatio facta fuit Apoſtolo, cùm raptus fuit in paradiſum,vbi audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui.2.Corinth.12. ¶ Conſequenter cùm dicit [Auditis enim,&c.] Probat propoſitum,ſcilicet quòd non accepit ab homine euãgelium,neque ante cõuerſionem,neque poſt conuerſionẽ ad Chriſtum,ibi[Cùm enim placuit,&c.]Quòd autem nõ acceperit ab homine ante cõuerſionem ſuã,oſtendit & per odium quod habebat ad fidem Chriſti,& ad Chriſtianos,& per feruorem quem habebat ad Iudaiſmum,ibi [Et proficiebam,&c.]Dicit ergo,Dico quòd non accepi ab homine & hoc ante conuerſionem meã,quod patet ex factis illius temporis, & ex odio quod habebam ad fidem.Nam voſipſi auditis.infrà eodem,Tantùm autẽ auditum habebant,&c.Cõuerſationem meã aliquãdo (dum infidelis eram) in Iudaiſmo, quo Iudaicè viuebã. Et dicit,meam,quia hoc quod malè facimus ex nobis eſt, ex deo autẽ quicquid boni facimus. Oſee 13,Ex te perditio tua Iſrael,tantũmodo in me auxilium tuum.Iſtud.ſ.audiſtis, quoniã ſupra modũ.ſ. aliorum,quia nõ ſolùm per ſe,ſed prouocabat principes ad hoc.Alii enim fortè à principibus inducti perſequebãtur ſed iſte eos inducebat.Act.9,Saulus adhuc ſpirãs minarum,&c.acceſsit,&c. Et quia nõ ſolùm in Hieruſalem,ſed etiã per totã regionem.Vnde accepit literas in Damaſcũ,&c.Vnde de eo poteſt intelligi illud quod dicitur Geñ.49,Beniamin lupus rapax,&c.Perſecutus ſum eccleſiã dei.ſ.inquirẽdo Chriſtianos, & fugãdo.1.Cor.15,Nõ ſum dignus vocari apoſtolus,&c.Et expugnabã illam,non quidẽ ſpiritualiter,quia corda fidelium nõ poterã à fide auertere,ſed corporaliter affligẽdo eos pœnis corporalibus, & ponendo in carcere.Act.9,Nõne hic eſt qui,&c.Pſal.Sæpe expugnauerũt me,&c.Sic ergo patet per odium quod habebat ad fidẽ Chriſti ante conuerſionem.ſ.q̃ nõ accepit euãgelium ab homine.Patet hoc etiã per amorem & feruorem zeli,quem habuit ad Iudaiſmũ,& hoc primò q̃tum ad perfectum exteriorem.Vnde dicit,Et proficiebã, &c. Vbi tria ponit,quæ exprimũt profectus magnitudinem,quia ſupra multos nõ paucos proficiebat,nõ ſuprà ſenes ineptos ad profectũ ſcientiæ,ſed coætaneos.ſ.adoleſcentes acutos & aptos ad profectum. Treñ.3,Bonum eſt viro,cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.Item nõ ſupra coætaneos quaſi ignotæ linguæ,ſed illos qui ſunt in genere meo.ſ.Iudęorũ.Act.22,Ego ſum vir Iudæus,ſecus pedes Gamalielis eruditus,&c.Itemq̃tum ad zelum interiorẽ quem habebat ad legem.Et ideo dicit, Abundãtius præ aliis æmulator exiſtẽs,nõ ſolùm legis,ſed paternarũ mearum traditionũ.ſ.quas habent Iudęi licitas,quas boni patres addiderunt:vt dicitur in glo.quas quidẽ traditiones vocat ſuas:quia ita reputabat eas acſi ſuæ fuiſſent.Phi. 3,Secundum legẽ phariſæus,ſecũdum æmulationẽ perſequens,&c. ¶ Sed quæſtio eſt ſuper hoc quod dicit

An ſint licitæ traditiones humanæ vltra diuinas.

glo.Boni patres addiderunt.Videtur q̃ nõ fuerint boni:quia Deut.4.dicitur,Nõ addetis ad verbum quod ego loquor vobis,&c.Ergo fecerunt cõtra mãdatum domini addẽtes traditiones,& ſic nõ fuerũt boni.Dicẽdum eſt q̃ verbum illud domini intelligẽdum eſt ſic, nõ addetis aliquid cõtrarium ſeu extraneum verbis quæ ego loquor,&c.Addere autẽ aliqua quæ nõ ſunt cõtraria,licuit eis.ſ.aliquos dies ſolẽnes & alia ſimilia: ſicut factum eſt tempore Mardochæi, & tẽpore Iudith in memoriam beneficiorum quæ à deo recipiebãt. ¶ Cõtrà Mat.15.dominus reprehẽdit eos,dicẽs,Irritũ feciſtis mãdatum domini propter traditiones hominum.Non ergo ſunt licitæ traditiones.Reſpõdeo,dicẽdum eſt q̃ nõ arguũtur q̃ tenẽt traditiones honinũ, ſed quia propter traditiones hominum dimittũt mandata dei. Lectio 4.

Oſtẽdit P. q̃ euãgeliũ non accepit ab homine tẽpore ſuæ cõuerſionis.

CVm autem placuit ei qui me ſegregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam ſuam ut reuelaret filium ſuũ in me,ut euangelizarem illum in Gentibus,continuò non acquieui carni & ſanguini.Neque enim ueni Hieroſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos,ſed abij in Arabiam,& iterum reuerſus ſum Damaſcum.

¶ Poſtquam autem Apoſtolus oſtendit q̃ ipſe nõ accepit ab homine euangelium ante ſuã conuerſionem: nũc hîc probat q̃ nõc accepit ipſum ab homine poſt conuerſionẽ ſuam.Et circa hoc duo facit.Primò oſtẽdit q̃ non recepit euãgelium ab homine tẽpore conuerſionis ſuæ.Secundò q̃ nec etiam poſt cõuerſionem ſuam,ibi[Deinde poſt annos tres,&c.]Circa primum duo facit. Quia primò oſtendit q̃ non accepit euangelium ab apoſtolis neque didicit.Secundò q̃ non ab aliis fidelibus,ibi[Sed abii in Arabiã,&c.]Circa primum duo facit.Primò oſtẽdit cauſam efficientem ſuę conuerſionis.Secundò finem,ibi[Vt reuelaret,&c.] Tertiò modum,ibi[Cõtinuò non acquieui,&c.]Circa primum notat cauſam ſuæ cõuerſionis,quæ duplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,scilicet beneplacitũ dei(quod est diuina electio & cõuertentis vocatio.)Quãtum ad primũ,dicit, Cùm autem placuit.s.deo,non quãdo volui ego:sed quando placitum fuit sibi:quia non est volẽtis neque currẽtis,&c.vt dicitur Ro.9,Psal.Beneplacitum est domino,&c.Phil.2,Deus est qui operatur in nobis,&c.Qui scilicet deus me scilicet rebellem.1.Cor.15,Ego sum minimus apostolorũ,&c.quoniã persecutus sum,&c. Act.9,Saulus adhuc spirãs minarum,&c. Persecutorem,Saule,Saule quid me persequeris,&c.Blasphemũ, 1.Tim.1,Qui fui blasphemus,&c.Me talem,inquam,segregauit de vtero matris meæ.Vel ad literam, Qui fecit me nasci ex ventre matris meæ.Et verè dicitur deus segregare ex vtero, licet sit opus naturæ, quæ est quasi instrumẽtum dei,quia opera etiã nostra attribuũtur deo,sicut principali authori.Esa.26, Omnia eñ opera nostra operatus es in nobis,&c. Sicut & effectus principali agenti attribuũtur. Ideo dicitur Iob 10, Pelle & carnibus vestisti me,&c.Et ab hoc vtero segregatus est ad iustificationem,quia eiusdẽ est iustificare,cuius est cõdere.Psa.De ventre matris meæ,&c.Vel ex vtero matris meæ.s.synagogæ,cuius vterus est collegium Phariſæorum, qui nutriebant alios in Iudaismo.Mat.23,Circuitis mare & aridã,vt faciatis,&c. Sic ergo mater sua fuit synagoga.Can.1, Filii matris meæ pugnauerunt contra me,&c.Vterus eius sunt Pharisæi.Ex hoc ergo vtero est segregatus p spiritũ sanctum ad fidẽ euangelii.Ro.1,Segregatus in euãgeliumdei. Vel mater sua est ecclesia Christi.Vterus eius,collegiũ apostolorũ. Segregauit ergo deus ipsum ab vtero ecclesiæ.i.à collegio apostolorũ in officium apostolatus & prædicationis ad Gẽtes,quãdo dixit apostolis Act. 13,Segregate mihi Barnabam & Paulum,&c.Vocat autem synagogã,matrẽ suam,quia pharisæus erat qua si magnus in ea,dum dicitur pharisæus & ex pharisæis,quia zelator legis erat.suprà,Abundãtius autem æmulor,&c.Quantum autem ad aliã causam,dicit,Et vocauit,&c. Est autem duplex vocatio. Vna est exterior, & sic dicit,vocauit me ex cælesti voce.Act.9,Saule Saule quid me persequeris,&c.Vade in ciuitatẽ,&c. sic etiam alios apostolos vocauit. Alia est interior, & sic vocauit per quẽdam instinctum interiorem quo deus per gratiam tangit cor, vt cõuertatur ad ipsum,& sic vocauit à mala via in bonam,& hoc per gratiã suam, non nostris meritis.Ro.8,Quos prædestinauit,hos & vocauit,&c.Esa.45,Suscitauit eũ ad iustitiã,&c. Amos 5,Qui vocat aquas maris,&c.Finis autẽ cõuersionis ponitur,cũ dicit,Vt reuelaret filiũ,&c. Qui quidem finis est Christus.Ordinatur autẽ conuersio sua ad Christũ dupliciter.s.facto, & sic dicit,Vt reuelaret filium suũ.i.in eo quod circa me fecit cõuertendo me,& dimittendo peccata mihi,reuelaret q̃ta sit mihi facta misericordia.1.Tim.1,Christus Iesus venit in hũc mũdum peccatores saluos facere,&c.Sed ideo misericordiam dei cõsecutus,quia ignorãs,&c.Sic ergo reuelauit in eis cõuersione filium suũ,& hoc inquantum filius dicitur,gratia dei.Item reuelauit eũ in eis operatione.Vnde dicebat ipse Ro.15,Non enim audeo aliquid loqui eorũ quę per me nõ effecit Christus in obedientiam Gẽtium,in verbo,in factis,& virtute,&c.Et hoc inquãtum filius virtus est dei.Itẽ reuelauit eum in eis prædicatione. Vnde ipse 1.Cor.1.dicebat, Nos prædicamus,&c.vsq;,& dei sapiẽtiam.Et hoc inquãtum filius eius dicitur,dei sapientia. Item ordinatur ad Christũ sua cõuersio,verbo.Et sic dicit,Vt euãgelizarem illũ in Gẽtibus,quia aliis apostolis euãgelizãtibus Christũ Iudęis:Paulus de mãdato domini iuit ad Gẽtes cõuertendas.Esa.49,Parum enim mihi,vt sis mihi seruus,&c.dedi te in lucem,&c.Act.13,Sic enim præcepit,&c.infrà.Esa.55,Ecce testẽ populis dedi eum,ducem ac præceptorẽ Gentibus. ¶ Modus autẽ suæ cõuersionis est perfectus,& q̃tum ad effectũ.Vnde dicit, Cõtinuò nõ acquieui carni & sanguini.i.statim ita perfectè fui cõuersus q̃ omnis carnalis affectus recesſit à me.Eccl.11, Facile est enim in oculis domini subitò honestare pauperẽ. Et accipitur hic caro & sanguis, pro vitiis carnalibus.1.Cor.15,Caro & sanguis regnũ dei nõ possidebũt,&c.infrà 5,Caro concupiscit,&c. Vel pro affectu & amore ad carnaliter sibi coniũctos.Mat.16,Caro & sanguis nõ reuelauit tibi,&c.Sic Apostolus & vitia sua superauit,& suos Iudæos contẽpsit. ¶ Item q̃tum ad intellectũ,quia ita fuit instructus à Christo,q̃ non fuit ei necesse instrui ab apostolis.Et ideo dicit, Nec veni Ierosolymã,vt.s.ab eis instruerer.Item nõ fuit necesse instrui ab aliis fidelibus.Et ideo dicit,Sed abii in Arabiam,&c.q.d. Nõ iui ad loca vbi erãt alii fideles,vt me instruerẽt,sed iui in Arabiã,vbi nõ erãt edocti in fide,sed infideles:&reuersus sum Damascum.s.ad parẽtes.Iob 38, Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum,&c. ¶ Sed cõtrà dicitur Act.9, Quòd demiserũt eum de muro per sportã,&c. Cùm autẽ veniſſet Hierusalẽ,tentabat se iungere discipulis. Venit ergo Hierusalẽ. ¶ Dicẽdum est q̃ venit,sed nõ vt instrueretur.Vel melius dicẽdum est q̃ nõ statim venit,sed post aliquod tẽpus.Et ideo sequitur,Deinde post annos,&c.

Vocatio interior & exterior.

Ostendit Paulus suã doctrinam ab apostolis & ab aliis fuisse approbatã, sed nõ acceptã ab eis.

Lectio 5.

Deinde post annos tres, veni Hierosolymam,videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorũ vidi neminem,nisi Iacobũ fratrem domini. Quæ autẽ scribo vobis,ecce corã deo:quia nõ mẽtior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ,quæ erant in Christo. Tantùm autem auditum habebant,quoniam qui persequebatur nos aliquãdo,nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant deum.

¶ Postq̃ superius Apostolus ostendit se nõ accepisse euãgelium ab homine ante cõuersionem suã,nec tempore suæ conuersionis,hic probat q̃ nec etiam post cõuersionem accepit ipsum ab homine, sed potius hic ostendit quomodo doctrina sua fuit ab hominibus approbata,Et circa hoc duo facit.Primò enim manifestat quomodo doctrina sua fuit ab apostolis approbata.Secũdò ostendit qualiter fuit approbata ab aliis fidelibus,ibi[Deinde veni in partes,&c.]Et primò narrat factũ.Secundò cõfirmat veritatem dicti,ibi [Ecce corã deo,&c.]Dicit ergo,licet nõ iuerim ad apostolos vt instruerer ab eis circa principium meæ cõuersionis,quia iam eram instructus à Christo, tamen ex affectu charitatis cõpulsus post annos tres.s. cõuersionis meæ veni Hierosolymam,quoniam iãdiu desideraui videre Petrum,nõ vt discerem ab eo,sed vt visitarem eum.Iob 5,Visitans speciem tuam,&c.Et mansi apud eum diebus quindecim,repertus ab eo, vt verus apostolus.Et dicit,diebus quindecim,quia numerus iste cõponitur ex octo & septem.Octonarius autẽ est numerus noui testamẽti,in quo expectatur octaua resurrectio Gẽtium.Septenarius autem numerus veteris testamenti,quia celebrat certũ diem.Mãsit autem apud Petrum diebus quindecim,conferens cum eo de mysteriis veteris testamẽti & noui. Et ne credatur q̃ licet nõ sit instructus à Petro, esset tamen etiã instructus ab aliis,subdit q̃ nec ab aliis fuit instructus.Vnde dicit,Aliũ autem apostolorum,à quo instruerer,vidi ne-

minem.i.nullum,nisi Iacobum fratrem domini.Illum enim vidit in Hierusalem.Circa istum Iacobũ sciendum est q̃ iste fuit episcopus Hierosolymorum , & fuit vocatus Iacobus minor, eo q̃ vocatus fuerat post Iacobum,alium.Dicuntur autem multa de isto.Act.15,Ipse etiam fecit epistolã canonicam. Quare autem dicatur,frater domini,à diuersis diuersimodè dicitur.Eluidius enim dicit q̃ ideo dicitur frater domini:quia fuit filius beatæ virginis.Dicit enim q̃ beata virgo Christũ concepit & peperit, & post partum Christi cõcepit de Ioseph,& peperit alios filios:sed hic error est damnatus & reprobatus.Item patet esse falsum,quia Iacobus nõ fuit filius Ioseph,sed Alphæi. Alii verò dicũt q̃ Ioseph ante beatã virginẽ habuit aliã vxorem, de qua habuit filiũ Iacobum & alios,qua mortua accepit in vxorem beatã virginem,de qua datus est Christus,nõ tamen cognita à Ioseph,sed per spiritum sanctũ,vt in euãgelio dicitur. Quia ergo ex patre nominãtur cognationes,&Ioseph putabatur pater Christi:ideo iste Iacobus,licet nõ fuit filius virginis,tamen vocabatur frater domini.Sed hoc est falsum,quia si dominus matrem virginẽ noluit nisi virgini cõmendare custodiendã,quomodo sustinuisset spõsum eius, virginem nõ fuisse,& sic peːsitisse?Ideo alii dicũt,& in glos. tangitur,q̃ Iacobus iste fuit filius Mariæ Cleophę,quæ fuit soror virginis.Dicũt enim q̃ Anna mater beatæ virginis nupsit primò Ioachin,ex quo peperit Mariã matrem domini,quo mortuo,nupsit Cleophæ fratri Ioachin,ex quo peperit Mariã Cleophæ, & ex hac natus est Iacobus minor,Iudas & Simon, quo mortuo dicitur q̃ nupsit adhuc cuidã tertio,qui vocatus est Salome, ex quo cõcepit & peperit aliã Mariã, quæ dicta est Salome:& de hac natus est Iacobus maior &Ioãnes frater eius.Sed huic opinioni dupliciter cõtradicit Hiero.Primò quia Salome nõ est nomen viri,vt etiam in Grẽco apparet,sed est nomen mulieris,quę fuit soror beatæ virginis, & ex Zebedeo genuit Iacobũ maiorem & Ioannem:sicut Maria Cleophæ,ex Alphẽo genuit Iacobũ minorem,Iudã & Symonem.Dicitur autẽ frater domini iste Iacobus,specialiter inter alios suos cõsobrinos,& hoc propter duo. Primò propter similitudinem effigiei, quia similis erat Christo in facie.Et propter similitudinem vitę,quia imitabatur Christum in moribus.Vel quia Alphæus pater eius fuit de cognatione Ioseph.Et ideo quia Iudæi cognitionis lineam texere solent à maribus,& Christus putabatur filius Ioseph,vt dicitur Luc.3.ideo specialiter dictus est frater domini,& non alii,qui solùm ex matre cõiuncti erant ei.Accipitur autẽ hic frater cognatione.Nam in scriptura fratres aliquando dicũtur natura. Mat.1,Iacob autẽ genuit Iudam & fratres eius.Cognatione,sicut omnes cõsanguinei sunt fratres. Geñ.13, Ne quesò sit iurgium inter te & me,fratres enim sumus.Gente,& sic omnes vnius linguę dicuntur fratres. Deut.17, Nõ poteris alterius gentis hominem regem facere,qui nõ sit frater tuus.Affectione,& sic omnes amici & qui habent eũdem affectum dicuntur fratres.2.Cor.2, Eo quòd nõ inuenerim Titũ fratrem meũ, &c.Religione,& sic omnes Christiani qui habent vnam regulã vitæ,dicuntur fratres.Mat.23,Fratres estis &c.Ecce q̃ bonum & q̃ iocũdum habitare fratres in vnum,&c.Cõuniter autem omnes homines dicuntur fratres,quia ab vno deo gubernati & educati.Malac.2,Nũquid nõ vnus est pater omniũ nostrum, &c. ¶ Cõsequẽter cũ dicit[Quæ autẽ dico vobis,&c.] Cõfirmat p iuramẽtum quod dixerat.q.d.Ea quæ nũc scribo vobis de me,ecce in manifesto sunt,ita q̃ satis cõstat q̃ nõ mẽtior.Et hoc dico corã deo.i.teste deo. Iurat autẽ hic Apost.nõ ex leuitate,sed ex necessitate istorũ quib⁹ necessariũ erat, vt crederẽt. Nisi eñ hoc faceret,nõ crederẽt ei.2.Cor.2,Corã deo in Christo loquimur.Ro.1,Testis est mihi deus,&c. ¶ Quid ergo dicit dñs?Sit sermo vester,est est,nõ non,quod amplius est,à malo est. Dicẽdum est,q̃ est à malo eius q nõ credit,vel à malo pœnę quo cogitur quis iurare. ¶ Cõsequenter cũ dicit[Deinde veni,&c.]ostẽdit quo modo fuit approbatus ab aliis ecclesiis Iudææ.Vbi tria facit.Primò ostendit vbi fuit cõuersatus,quia in Cilicia.Vnde dicit,Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ.s.patriæ:vnde etiã fuit raptus:quia dicitur Act.22, Erat autẽ Paulus à Tharso Ciliciæ,&c.Secũdò quomodo fuit cognitus ab eis,quia nõ facie sed auditu tantùm & fama.Vñ dicit,Erã enim ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ erãt in Christo.i.in fide Christi.2.Co.6, Sicut qui ignoti & cogniti. Vnde patet q̃ ecclesiæ Iudææ nõ docuerũt me. Tãtùm enim auditũ habebãt.s. de me p famã,quoniã qui psequebatur,&c.Tertiò quomodo reprobatus est ab eis,quia in me glorificabãt deũ.i.in mea cõuersione magnificũ probabãt,q̃ gratia sua me cõuertit. Esa.43,Glorificabit me bestia,&c.

Iacobus frater domini, est Iacobus minor.

Error Eluidij de fratre domini.

Ratio q̃ Ioseph virgo fuerit.

Cur Iacob⁹ minor dicatur frater domini.

Fratres i sacris dicũtur aliqui sex modis.

Iurat Paulus.

Caput 2.

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba,assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem,& contuli cum illis euangelium quod prædico in Gentibus . Seorsum autem his qui uidebantur aliquid esse:ne fortè in uacuum currerem,aut cucurrissem.Sed neque Titus qui mecum erat, cùm esset Gentilis,compulsus est circumcidi:sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu,ut nos in seruitutem redigerẽt. Quibus neque ad horam cessimus subiectione:ut ueritas euangelij permaneat apud uos.

Hic de collatione euãgelij sui facta cũ apostolis & de facto circa Titum.

¶ Postq̃ Apostolus in præcedenti cap.cõmendauit authoritatem euãgelicæ doctrinæ secundum seipsam: nunc in isto cap.cõmendat ipsam ex parte aliorum apostolorũ & sua simul. Et circa hoc duo facit. Primò cõmendat authoritatẽ suæ doctrinæ ex approbatione aliorũ apostolorum.Secundò ex exẽplo sui & aliorũ apostolorũ,ibi[Nos natura Iudæi,nõ ex Gẽtibus,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ostẽdit q̃ alii apostoli approbauerũt suã doctrinam.Secũdò ostẽdit q̃ liberè reprehẽdit alios apostolos in his quæ cõtrarium suæ doctrinæ dicebãt,ibi[Cũ veniſſet Petrus,&c.] Circa primũ duo facit. Primò agit de collatione quã habuit cum apostolis.Secũdò insinuat quid inde secutũ sit,ibi[Sed neq; Titus,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ponit circũstãtias ipsius collationis.Secũdò ponit ipsam collationẽ,ibi [Et cõtuli cũ illis,&c.] Quãtum ad primũ tãgit quatuor circũstantias. s.tẽpus,locũ,testes,& motiuũ ipsius.Describit autẽ tẽpus,cũ dicit[Deinde post annos quatuordecim.] ¶ Sed cõtrà est:qa Apost.fuit cõuersus primo anno post passionẽ Christi & post tres,iuit in Hierusalẽ,& sic sunt quatuor,& hìc dicit,post annos quatuordecim,iterũ iuit in Hierusalẽ, & sic fiũt decem & octo:& tunc inuenit Petrum in Hierusalem. Et hoc nõ potest esse ,quia Petrus sedit in Anthiochia septem annis:in Roma verò 25.annis.Et sic essent duodeuiginti,& septem(qui sunt 25. anni) antequam iret Romã,& Romæ moratus est 25 annis,ergo vixisset Petrus post passionẽ Christi 50. annis: quod est falsum,quia quadragesimo anno à passione Christi passus est Petrus Romę,vt in historia habetur

Quæstio sup illos ãnos quatuordecim ascẽdi Hierosolymam.

quod fuit tẽpore Neronis. Respõdeo dicẽdum ꝙ cũ dicitur, Deinde, &c. nõ est intelligẽdum ꝙ post tres annos, iterũ elapsi sint quatuordecim anni anteq̃ iret ī Hierusalẽ: sed ꝙ anno quartodecimo suæ cõuersionis, iterũ ascẽdit: nec sunt addendi supra istos quatuordecim, septẽ anni, quibus Petrus rexit ecclesiã Antiochẽnã, quia ante istos annos incepit regere: & cũ Anthiochia sit ꝓpe Hierusalẽ, potuit esse vt aliquãdo Petrus iuisset in Hierusalẽ, & tunc Paulus inuenerit eum ibi. Et sic colligitur ex historia ꝙ post annos quatuordecim, Petrus venit Romã, tempore Claudii imperatoris, & existens ibi 25. annis, cõpleuit numerũ 39. annorum, & mortuus est 40. anno post passionẽ domini. Dicit autẽ signãter, quatuordecim, vt ostẽdat ꝙ nõ indigebat apostolorũ instructione, si quatuordecim annis fuit sine eis. ¶ Locũ verò describit, cùm dicit [Hierosolymã.] Et dicit, ascendi, quia in alto posita est. Ascẽdit autẽ Hierosolymã, vt ostẽderet se cõcordare cũ prophetia, quæ dicit Esa. 2, De Syon exibit lex, &c. ¶ Testes describit, cũ dicit [Cũ Barnaba, assumpto Tito,] Barnabas Iudæus erat, Titus verò Gentilis. Cum eis ergo ascendit, vt haberet testes suæ doctrinæ, & vt in nullã partem, siue Iudæorũ siue Gẽtilium ostẽdat se declinare. Deut. 17, In ore duorũ vel trium stat omne verbum. ¶ Motiuũ autem describit, cùm dicit [Secũdum reuelationẽ dei]. i. deo reuelãte & præcipiente sibi ꝙ ascenderet in Hierusalem. Ex quo colligi potest ꝙ omnes actus apostolorũ & motus, fuerunt secundum instinctũ spiritussancti. Iob 37, Nubes spargũt lumen suum, &c. ¶ Cõsequenter cùm dicit [Et cõtulit, &c.] agit de ipsa collatione, vbi tria facit. Primò manifestat materiã super qua cõtulit. Secũdò personas cũ quibus cõtulit. Et tertiò causam ꝓpter quam cõtulit. Materia de qua cõtulit, fuit euãgelium. Et ideo dicit, Cõtulit cũ illis euãgelium dei, &c. Personæ cũ quibus cõtulit, sunt maiores & excellẽtiores inter apostolos. [Seorsum autẽ cũ his, &c.] Sed causa vtilis & necessaria, ne. s. in vacũ, &c. Quãtum ad primũ, dicit, Ascẽdi Hierosolymã, vbi cõtuli cũ illis, tanq̃ cũ amicis & paribus, euãgelium quod prędicaui in Gẽtibus, nõ vt adiscerẽ, quia iam doctus erã à Christo, non vt certificarer, quia sic certus sum ꝙ si angelus diceret cõtrarium, nõ crederem, vt patet suprà 1. cap. Sed cõtuli propter duo. s. ad insinuãdam vnitatem doctrinę meę cum doctrina aliorũ apostolorum. 1. Cor. 1, Idipsum dicatis omnes, &c. Contulit ergo cũ eis quasi idem verbũ cum eis, sed non partes habuit. Item ad vitãdum calũniam aliorum. Apostolus enim, quia non fuerat cõuersatus cum Christo, nec edoctus ab apostolis: sed statim post cõuersionem suã incepit prædicare quæ erant odiosa Iudæis: & specialiter de vocatione Gentium, & quòd nõ debebant seruari legalia. Sic ergo contulit euangelium. Sed cum quibus hoc fecerit, ostendit, subdens, Seorsum autẽ his, &c. q. d. Non cũ omnibus, sed cum his qui erant inter alios alicuius authoritatis & momẽti. s. cum Petro, Iacobo, & Ioanne, & aliis magnis. Ecclę. 9, Cum sapientibus & prudẽtibus tracta, &c. Sed seorsum, &c. non quòd turpia vel falsa cum eis tractaret ac conferret, sicut hæretici faciunt, sed quia sciebat ibi esse Iudæos calũniantes propterea quia de legalibus docuerat. Et ideo ne veritas pateret calumniæ, cum illis seorsum contulit, qui non calũniarentur. Prou. 25, Causam tuã tracta cum amico tuo, & secretũ extraneo ne reueles, &c. Eccl. 8, Coram extraneo ne facias cõsilium, &c. Sic ergo patet & materia collationis & psonæ. ¶ Sequitur caussa, quæ fuit. s. ne in vacũ currerẽ aut cucurrissem. i. ne reputarer ꝓdicasse inutiliter. Vocat autẽ prędicationẽ suã, cursum, ꝓpter velocitatem suæ doctrinæ, quia in modico tẽpore à Hierusalẽ vsq; in Illiricũ, & vsq; in Hispaniã, prædicauit euangelium. Vnde posset dici de eo illud Psal. Velociter currit sermo eius. & 2. Tes. 3, Fratres, orate pro nobis, vt sermo domini currat, &c. ¶ Sed nunquid dubitabat ꝙ in vacuum curreret? Dicẽdum est ꝙ sibi non dubitabat, sed illis quibus prædicauerat, quia nisi ab illis firmiter teneretur sua doctrina, q̃tum ad illos in vacũ cucurrisset, & ideo voluit conferre cum eis, vt dum scirent auditores ꝙ doctrina sua concordaret cum doctrina aliorum apostolorum, & approbaretur ab eis, firmius eius doctrinam tenerent, & sic quãtum ad eos non in vanũ curreret. 1. Cor. 9, Ego sic curro non quasi in incertum. ¶ Consequenter cùm dicit [Sed neq; Titus, &c.] ostẽdit quid secutũ sit ex collatione cum apostolis habita. Et ponit tria quæ inde secuta sunt. s. quòd à sua sententia non recesserit, & quòd suæ doctrinæ nihil superadditum fuit, ibi [Ab his autem quæ videbãtur, &c.] Tertiò ꝙ sua doctrina approbata est, ibi [Sed cõtra cùm vidissent, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ostendit quòd non recesserit à sua sententia in quodã particulari. Secũdò ostendit ꝙ etiam in nullo alio recesserit ab ea, ibi [Sed propter introductos, &c] Dicit ergo, Dico quòd ita contuli cum eis de doctrina euãgelii quod ex hoc secutum est, quòd doctrina mea & sentẽtia firma permãsit. s. de lagalibus nõ obseruãdis: sic quòd Gentiles nõ cogerẽtur ad seruãdum legalia, intãtum ꝙ neque Titus, qui mecum erat, cùm esset etiam Gentilis, cõpulsus est rationibus eorũ circuncidi, sed susceptus est ab apostolis in societatem incircunciſus. Vnde tunc data est sententia ab apostolis de legalibus non obseruãdis, sicut habetur Act. 15, Ratio autem quare post passionem Christi nõ debent seruari legalia, assignatur à Chrisostomo talis, Manifestum est enim ꝙ instrumẽtum quod fit de aliqua promissione seu fœdere tenet tantũ quousq; conpleatur fœdus & promissio, quibus cõpletis instrumẽtum prędictũ in hoc nõ tenet. Circũcisio autẽ est quoddã instrumẽtum promissionis & fœderis inter deũ & fideles homines: vnde & Abrahã accepit circũcisionem in signũ promissionis: vt dicitur Gen. 17. Et quia Christi peracta passione soluta fuit promissio & cõpletum fœdus, ideo post passionem nõ tenet, nec valet circuncisio. Sic ergo patet ꝙ non recesit à sententia sua in hoc ꝙ non permitteret circuncidi Titum. ¶ Cõsequenter ostẽdit ꝙ in nullo alio etiam recesit ab ea, cùm dicit [Sed propter subintroductos, &c.] Litera autẽ ista est diuersa in diuersis & obscura, & legitur sic, Tu dicis ꝙ non permisisti circũcidi Titum, sed quare nõ permisisti? Nõne alibi permisisti Timothẽũ, sicut legitur Act. 16. Ad hoc potest sic respõdere Apost. quia tunc tẽporis quãdo Timotheus fuit circuncisus, indifferens erat circuncisio, vtrum. s. seruaretur vel non: sed modò cùm ageretur de Tito erat specialis quæstio de circuncisione quam ego dicebam nõ debere seruari. Vnde si permisissem eum circũcidi, cùm egomet diffinieram quæstionẽ, fuisset factum in cõtrarium, vtpote nec licebat vltra de hoc mouere quęstionem, vel facere difficultatẽ iam determinatã. Et ideo dicit, Dico ꝙ non solùm nõ permisi ipsum circũcidi ab illisquibus neq; ad horã cessimus subiectionis. s. vt Gentes subderẽtur legi. Et hoc propter subintroductos à diabolo, vel à pharisæis falsos fratres q se fingũt amicos. 2. Cor. 12, Periculũ in falsis fratrib⁹. Qui. s. fratres falsi subintroierũt in locũ, vbi erãt apostoli, latẽter explorare. i. ad explorãdam libertatẽ nostram à peccato & lege. 2. Cor. 3.

Petr⁹ uenit Romã tempore Cludij imperatoris et ibi ſtetit 25. annis.

Legaliacur nõ ſint ꝺpaſſionis Chriſti tempore ſeruanda.

Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Ro. 8, Non enim accepistis spiritum seruitutis, &c. infrà 4, Vt eos qui sub lege erant redimeret. Quam. s. libertatem habemus in Christo Iesu. 1. per fidem Christi. infrà 4, Nõ estis ancillæ filii, sed liberæ. Et ad hoc subintroierunt vt in seruitutem legis & carnalium obseruantiarũ redigerent sicut ante passionem Christi, quod non est faciendum, quia fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. 1. Corin. 3. Et hoc vt veritas euangelii permaneat apud vos, q. d. In nullo cessimus eis propter hoc, ne. s. occasionem daremus eis qui sine circuncisione dicebant vos non posse saluari, quod est contra veritatem euangelii quod prædicaui vobis. Amb. autem aliter legit. Secundum præmissa enim habetur ꝙ ideò ad horam non cessit propter subintroductos. Ex quo sequitur ꝙ nisi fuissent subintroducti falsi fratres cessisset eis de legaliũ obseruatione. Et ideò propter hoc non fuit, quia propter hoc non cessisset eis, sed propter ipsam veritatem, Ideò dicit Amb. ꝙ litera est falsa, & superfluit ibi, neque. Vnde vult ꝙ non sit ibi, neq;. Et tunc est sensus. Non permisi circuncidi Titũ, sed Timotheum permisi circuncidi propter subintroductos falsos fratres in loco vbi eram cum Timotheo & aliis qui subintroierũt, &c. Quod cũ facere nequiuissent, populum in seditionẽ contra nos incitare moliebantur. Quibus. s. falsis fratribus propter hoc cessimus ad horam subiectionis in facto circuncisionis, circũcidendo Timotheum, vt veritas euangelii permaneat, &c. Quæ habet ꝙ nec circuncisio aliquid confert neque præputium, sed fides. Fuit autem specialis causa quare Timotheus circuncisus fuit & non Titus, quia Timotheus fuit ex patre Gentili & matre Iudęa, & Titus verò ex vtroque parente Gẽtili. Et sentẽtia Apostoli erat ꝙ qui ex aliquo parente Iudæo nati fuerant, circunciderentur, qui verò totaliter ex Gentilibus parentibus nati essent, nullo modo debeant circuncidi.

Lectio 2.

De cõditione aliorum Apostolorũ à Paulo. Quòd nil sit superadditum doctrinæ Pauli per alios, sed q̃nem per eos sua doctrina est approbata.

Pro collectis.

A *bis autem qui uidebantur esse aliquid, Quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi enim qui uidebantur esse aliquid, nihil contulerunt. sed econtra, cùm uidissent quòd creditum est mihi euangelium præputii, sicut & Petro circuncisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes.) & cùm cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem: tantùm ut pauperum memores essemus. Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.*

¶ Ostenso ꝙ Apostolus in nullo recesit à sententia sua in collatione prædicta: hìc consequenter ostendit ꝙ nihil suæ doctrinæ per alios Apostolos superadditum fuit. Et circa hoc duo facit. Primò enim describit conditionem Apostolorum, nihil ei addere valentium. Secundò prosequitur propositum, ibi [Mihi enim qui, &c.] Conditionem autem illorum describit ex tribus. Primò ex authoritate quam habebant in ecclesia quæ est magna, Et quantum ad hoc dicit, Ab his autem, &c. Litera defectiua est. Vnde debet suppleri sic. Ab his autem scilicet Petro & Ioanne. q. d. Licet ad horam cesserim eis, nihil tamen accepi ab eis potestatis vel doctrinæ. Et si ab his nihil accepi, multò minus ab aliis. ¶ Sed notandum est ꝙ hoc quod dicit, Qui videbantur aliquid esse, si hoc intelligatur secundum gratiam dei quæ in ipsis erat, sic verum est quòd secundum hanc magni erant, quia quos iustificauit hos & magnificauit, vt dicitur. Ro. 8. Si verò intelligantur aliquid esse secundum seipsos, sic falsum est, quia secundum hoc nihil erant. Nam si secundum se aliquid esse viderẽtur, semper fuissent magni, quia quod per se inest, semper inest. Vnde cùm nõ fuerint semper magni, non secundum se videbantur aliquid esse. Secundò describit eorum conditionem ex statu eorum ante conuersionem, quam habuerunt in Synagoga. Et hunc statũ cautè ostendit fuisse abiectũ & vilem. Vnde dicit quales aliquando fuerant, quia rustici pauperes idiotæ & sine literis erãt. 1. Co. 1, Non multi sapientes secũdum carnẽ, &c. Sed quales fuerint, nihil. i. non mea interest. s. referre. Et hoc fortè introducit vt consideran tes statum quem illi habuerunt in Synagoga (qui nullus fuit,) & statum Pauli (qui magnus fuit) manifestè cognoscant ꝙ Paulus in sententia quantum ad legalia sit eis præferendus, & præsertim cùm Paulus in statu ecclesiæ Christi eis æquaretur, ita ꝙ Paulus eos in statu Synagogæ ante conuersionem præcedebat in statu post conuersionem eis æqualis erat. Vnde cùm agebatur de Synagoga magis erat standum sententiæ Pauli, quàm aliorum, sed cùm de euangelio ageretur, standum erat sententiæ suæ sicut sententiæ aliorum. Et sicut alii non erant magni per legalia, sed per Christum, sic & Apostolus per Christum magnus erat in fide, & non per legalia. Tertiò describit eorum conditionem ex diuina electione, & quãtum ad hoc dicit, Deus enim personam, &c. q. d. Ideò magni sunt, quia deus eos magnificauit non attendens ad merita vel demerita eorum, sed ad ipsum quod facere intendit. Et ideò dicit, Deus personam hominis non accipit. i. non considerat magnam vel paruam. Sapien. 6, Pusillum & magnum ipse fecit, &c. Sed sine personarum acceptione ad salutem omnes vocat, non imputans illis delicta eorum, & hoc quia transierunt. 2. Co. 5, Vetera trãsierunt, &c. Psal. Nec memor ero nominũ eorum, &c. Et ideò dicit Petrus. Act. 10, In veritate cõperi quòd non est personarum acceptio, &c. ¶ Circa hoc sciendum est ꝙ accipere personam proprie est in aliquo negotio attendere quasi regulam ipsius negotii, conditionem personæ nihil facientẽ ad negotiũ, puta, cũ ideo dò beneficiũ alicui, quia est nobilis siue pulcher. Nobilitas enim seu pulchritudo nil facit ad hoc ꝙ habeat beneficiũ. Si verò conditio personæ facit ad negotium, sic considerãdo illã conditionẽ in facto illo, nõ accipio personã, sicut si ideò do beneficiũ alicui, quia bonus est & bene deseruiet ecclesiæ, quia bene literatus & honestus, nõ sum acceptor personæ. Nil ergo est propriè accipere personam quã cõsiderare cõditionem personæ nil facientem ad negotium. Cùm ergo deus in operibus suis, & beneficiis nihil præexistens ex parte creaturæ respiciat, quia ipsum quod est creaturæ est effectus suæ electionis, sed respiciat solùm quasi pro regula beneplacitum voluntatis suæ secundum quam omnia operatur, & non secundum aliquam conditionem personæ, vt dicitur Eph. 4, Manifestum est ꝙ non accipit personam hominis. ¶ Consequenter describit conditione eorum ostendit propositum. s. ꝙ nil ei addere potuerunt. Et ideo dicit, Mihi enim qui videbantur aliquid esse nihil contulerunt. q. d. Licet essent magnæ authoritatis, tamen nil addiderunt doctrinæ meæ nec potestati, quia sicut suprà dictum est, neque ab homine accepi euangelium neque per hominẽ dici. Glo. autem aliter legit, quales aliquando fuerunt, &c. q. d. Non pertinet ad me referre statum eorũ ante cõuersionẽ quales. s. fuerunt, quia & hoc nihil refert, cũ & ego fuerim ipsius ecclesiæ etiam persecutor, &

Paulus præferendus aliis Apostolis in illis quãtum ad legalia determinãda erant, sed in aliis eis æqualis.

Quid sit personam accipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantùm deus suæ beneplacito voluntatis elegit me & magnificauit,& hoc quia dominus personã hominis non acceptat. ¶ Consequenter cũ dicit[Sed econtra,cùm vidissem,&c.]Ostendit quomodo eius sententia sit approbata ab Apostolis.Et circa hoc tria facit.Primò ponit causam approbationis.Secũdò insinuat ipsã approbationẽ,ibi [Iacobus & Cephas,&c.]Tertiò addit quandam conditionem approbationi interpositam,ibi[Tantùm vt pauperes,&c.]Causam autẽ approbationis(qua nouit apostolos approbare sentẽtiam Apostoli)ponit duplicem.s.prædicationis officiũ Apostolo iniunctum à Christo,& effectum iniuncti officii,ibi[Et cùm cognouissent,&c.]Circa primum primò ponit officium iniunctum & mouit eos ad approbandum.Secundò officii manifestationẽ.ibi[Qui enim operatus est,&c.]Dicit ergo,Dico q illi quivi debantur aliquid esse,nihil mihi contulerunt,sed potius contra opinionẽ aduersariorum qui ascenderant contra me in Hierusalem ad apostolos pro ipsa quæstione,me ipsi apostoli approbauerunt,& hoc cùm vidissent q creditum est mihi euangelium.i.officium prædicationis præputii.i.iniunctum prædicare incircũcisis.s.Gentibus.Hie.9,Omnes Gentes habent præputium,omnis autem domus,&c. Sicut Petro cõmissa est authoritas,vt prædicaret Iudæis tantùm,& Paulus Gentibus,sed postmodũ & Petrus prædicauit Gentibus,& Paulus Iudæis.Sed quia aliquis posset dicere,vnde constat nobis quòd tibi sit commissum euangelium in Gentibus,ideo interponens dicit q per operationes Christi.Sicut enim patet quòd Petrus accepit euangeliũ à Christo propter mirabilia quæ Christus fecit per eum,ita patet q ego ab ipso accepi propter miracula quæ Christus operatus est,& operatur in me.Et ideò dicit,Qui operatus est Petro,&c.i.qui Petrum fecit Apostolum in Iudæa.s.Christus,ipse me fecit Apostolum in Gentibus.Et hæc est causa quę mouet eos.Sed quia non sufficit iniunctio & authoritas prædicandi,nisi homo per bonam scientiam & discretam eloquentiã ipsam exequatur,& per bonã vitam cõmendet,ideò addit vsum suæ authoritatis seu officii effectũ dicens,Et cũ cognouissent gratiã dei,&c.Et est litera suspensiua.i.cũ vidissent q gratiosa & fructuosa esset prædicatio mea,tũc Iacobus,& Cephas,& Ioãnes,&c.In quo notatur approbatio seu societas facta cũ eis & Paulo.Et primò ponuntur personæ inter quas facta est societas,quæ sunt Iacobus,& Cephas.i.Petrus & Ioãnes.Et præmittitur Iacobus,quia erat episcopus Hierosolymorũ,vbi hæc facta sunt.Ioannes autẽ,iste fuit Ioannes euãgelista qui non deseruit Iudææ vsque ad tẽpus Vaspasiani.Qui videbãtur colũnæ esse.Metaphoricè dicitur hoc.i.sustentatio totius ecclesiæ.Sicut enim totũ ædificiũ sustentatur per colũnas, ita per istos tota ecclesia Iudæorũ sustentabatur & regebatur.Et de istis colũnis dicitur in Psal. Ego cõfirmaui colũnas eius,i.apostolos ecclesiæ.Can.5,Crura illius colũnæ marmoreæ,quæ fundatæ sunt super bases aureas.Isti.s.ex vna parte,dederunt dexteras societatis.i.consenserunt in societatem mihi & Barnabæ, in quo designantur personæ ex alia parte.Per hoc autẽ quòd dederũt sibi dexteras,significatur q per manũ se acceperunt in signũ coniunctionis & vnitatem opinionis.Secundò ostenditur societatis tenor seu conditio,cùm dicit,Vt nos in Gentes,ipsi autem in circumcisionẽ.s.prædicarent.q.d.Facta fuit inter nos cõiunctio & vnio,ita tamẽ q sicut omnes fideles obediunt Petro in circumcisione.i.in ecclesia Iudæorũ fideliũ, ita omnes Gentiles qui conuersi fuerunt ad Christum,obedirent Barnabæ & Paulo:hoc tamen appositio vt nos essemus memores pauperũ Christi,qui.s.vendiderant omnia bona sua & pretiũ eorũ ad pedes Apostolorum posuerant,propter Christum pauperes effecti. Quod quidem sollicitus fui hoc idem facere, non minus affectus quàm ipsi qui ordinauerunt,sicut apparet.Ro.15.&.1.Co.6.& 2.Co.8.&9.Ratio autẽ quare cõsuetudo primitiuæ ecclesiæ de venditione possessionum seruabatur in ecclesia ex circũcisione,& non in ecclesia ex Gentibus,hæc est,quia fideles Iudæi cõgregati erant in Hierusalem,& in Iudæa quæ destruẽda in breui à Romanis erat, vt postmodum rei probauit euentus:& ideò voluit dominus vt ibi possessiones non seruarentur vbi permansuri non erant.Ecclesia verò Gentilium firmanda erat & augenda, & ideò consilio spirituſsancti factum est,vt in ea possessiones non venderentur.

Cur fideles ex Iudæa vẽdebãt omnia & non fideles ex Gentibus cõuersi.

Lectio 3.

Cvm autem uenisset Petrus Antiochiam:in faciem ei restiti,quia reprehensibilis erat.Prius enim quàm uenirent quidam à Iacobo cùm Gentibus edebat.Cùm autem uenissent,subtrahebat & segregabat se timens eos qui ex circuncisione erant.Et simulatione eius consenserunt cæteri Iudæi,ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem,Sed cùm uidissem quòd non rectè ambularent ad ueritatem euangelii,dixi Cephæ coram omnibus,Si tu cùm Iudæus sis,gentiliter uiuis & non Iudaicè, quomodo Gentes cogis Iudaizare?

Ostenditur q Petrus nil Paulo cõtulit, sed potius econtra ex correctione qua Petrum correxit.

¶ Suprà Apostolus ostendit q ipse nil vtilitatis accepit ex collatione habita cũ dictis Apostolis, hîc verò ostendit q ipse aliis profuit.Et primò ostendit quomodo profuit Petro in corrigendo eum.Secundò manifestat ea quæ dixit,ibi[Prius enim quàm venirent,&c.]Dicit ergo,Verè ipsi mihi nihil contulerunt , sed ego potius contuli eis,& specialiter Petro:quia cùm venisset Petrus Antiochiam vbi erat ecclesia Gentiũ ego restiti ei in faciem.i.manifestè.Eccle.4,Ne reuerearis proximum in casu suo,ne retineas verbum, &c. Vel in faciem.i.non in occulto tanquam detrahens & timens,sed publicè & vt par ei.Leui.19,Non oderis fratrem tuum in corde tuo,sed publicè argue eum,&c.Et hoc ideò quia reprehensibilis erat. ¶ Sed contrà quia hoc fuit post acceptam gratiam spirituſsancti:sed post gratiã spirituſsancti nullo modo peccauerunt apostoli. ¶ Respondeo:dicendum q post gratiam spirituſsancti nullo modo peccauerunt mortaliter apostoli,& hoc donum habuerunt per potentiam diuinam quæ eos confirmauerat.Psalm.Ego confirmaui columnas eius,&c.Peccauerunt tamen venialiter,& hoc fuit eis ex fragilitate humana.1.Ioã.1 , Si dixerimus, quia peccatum non habemus.s.veniale,ipsi nos seducimus , &c.Quòd verò dicitur in Glo.Restiti ei tanquam par.Dicendum est q Apostolus fuit par Petro in executione authoritatis,non in authoritate regiminis.Ex prædictis ergo habemus exemplum,prælati quidem humilitatis,vt nõ dedignentur â minoribus & subditis corrigi:subditi verò exemplum zeli & libertatis,vt non vereantur prælatos corrigere,præsertim si crimen est publicum & in periculum multitudinis vergat. ¶ Consequenter cùm dicit[Priusquam venirent,& cætera.]Manifestat ea quæ dixit.Et primò hoc quod dixit eum reprehensibilem esse. Secundò verò hoc quod dixit Petrum reprehendisse,ibi[Sed cùm vidissem,&c.]Circa primum tria facit.Primò ostendit quid Petrus sentiebat.Secundò quid faciebat,ibi[Cùm autem venissent,& cætera.] Tertiò quid inde

Apostoli post spiritũ sanctũ receptũ nũquã mortaliter peccauerũt. Æqualis fuit Petro Paulus nõ in authoritate regiminis,sed in executione authoritatis.

sequebatur, ibi[Et simulationi eius,&c.]Dicit ergo circa primũ,q Petrus sentiebat legalia non esse seruãda.Et hoc facto ostendebat,quia priusquam venirent quidam Iudæi.s.zelantes pro legalibus à Iacobo Hierosolymitanæ ecclesiæ Episcopo edebat.s.Petrus,cũ Gentibus.i.indifferenter vtebatur cibis gentilium.Et hoc faciebat ex instinctu spirituſsancti,qui dixerat ei, Quod deus sanctificauit tu ne cõmune dixeris, vt habetur Act.10,vt ipse ibidẽ sequenti cap. dixit Iudæis,qui contra eum insurrexerunt:quia cũ incircũcisis comedisset,quasi rationẽ reddens. Quid autẽ faciebat,ostendit hîc Paulus dicẽs,q cùm erat cũ Iudæis subtrahebat se à consortio fideliũ qui fuerant ex Gẽtibus,adhærens Iudæis tantũ,& congregans se cũ eis.Et ideò dicit,Cùm aũt venisset.s.à Iudæa,subtrahebat se Petrus à Gentibus cõuersis,& segregabat se ab eis.Et hoc ideo,quia erat timens eos qui ex circuncisione erant.i.Iudæos,nõ quidẽ timore humano siue mũdano , sed timore charitatis,ne.s.scandalizarentur,sicut dicitur in Glo.Et ideò factus est Iudæis tanquam Iudæus, simulans se cũ infirmis idem sentire,sed tamen inordinatè timebat,quia veritas nunquã dimittenda est propter timorẽ scandali.Quid autem ex hac simulatione sequebatur,subdit dicens, q simulationi eius.s. Petri consenserunt cæteri Iudæi qui erant Antiochiæ discernentes cibos & segregantes se à Gentibus,cũ tamen ante simulationem huiusmodi hoc non fecissent.Et non solũ illi consenserũt Petro,sed ita fuit illa simulatio in cordibus fidelium,vt etiam Barnabas qui mecũ erat doctor Gentium,& contrarium fecerat & docuerat,duceretur ab eis in simulationem,subtrahens se ab eis.s.Gentibus.Et hoc ideò,quia secũdum quod dicitur.Eccles.10,Qualis est rector ciuitatis,&c.Et ibidem,Secundum iudicem populi,&c. ¶ Consequenter cũ dicit[Sed cũ vidissem,&c.]Manifestat ea quæ dixerat de reprehensione Pauli qua Petrum reprehendit.Et circa hoc tria facit.Primò ponit causam reprehensionis.Secundò reprehendendi modũ. Tertiò reprehensionis verba.Occasio autem reprehẽsionis est nõ leuis,sed iusta & vtilis.s.periculum euangelicæ veritatis.Et ideò dicit,Sic Petrus reprehensibilis erat,sed ego solus cùm vidissem q non rectè ambularent illi qui sic faciebant ad veritatẽ euangelii,quia per hoc peribat veritas,si cogerentur Gentes seruare legalia,vt infrà patebit.Quòd autẽ rectè nõ ambularent,ideò est quia veritas,maximè vbi periculũ imminet, debet publicè prædicari,nec fieri cõtrariũ propter scandalum aliquorũ.Mat.10,Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine.Esa.26.Semita iusti recta est,rectus callis iusti ad ambulandũ.Modus autẽ reprehẽdẽdi fuit conueniens,quia publicus & manifestus.Vnde dicit,Dixi Cephæ.i.Petro corã omnibus,quia simulatio illa in periculũ omniũ erat.1.Thi.5,Peccatũ corã omnibus argue.Quod intelligendum est de peccatis manifestis,& non de occultis,in quibus debet seruari ordo fraternæ correctionis.Cuiusmodi autẽ verba Apostolus dixerit Petro,cũ eum reprehenderet,subdit,dicẽs,Si tu Iudæus cùm sis,&c.q.d.O Petre,si tu cũ Iudæus sis natione & genere,Gentiliter & non Iudaicæ viuis.i.Gentium & non Iudæorũ ritũ seruas,cũ scias & sentias discretionẽ ciborũ nihil cõferre,quomodo cogis Gentes non quidem imperio,sed tuę cõuersationis exemplo iudaizare?Et dicit cogis,quia secundum q Leo Papa dicit,Validiora sunt exempla quàm verba.In hoc ergo Paulus reprehendit Petrum,q cùm ipse esset instructus à deo,cùm Iudaicè prius viueret,ne postea amplius cibos deseerneret.Act.10,Quod deus sanctificauit tu ne commune dixeris,ipse contrariũ simulabat. ¶ Sciendum est autem q occasione istorum verborum non parua controuersia est orta inter Hieronymum & Augustinum.Et secundum quod ex eorum verbis apertè colligitur in quatuor discordare videntur.Et primò in tempore legalium quando.s.seruari debuerunt.Nam Hieronymus duo tempora distinguit,vnum ante passionem Christi,aliud post passionem.Vult ergo Hieronymus q legalia ante passionem Christi,viua erant.i.habentia virtutem suam,inquantum.s.per circuncisionem tollebatur peccatum originale,per sacrificia & hostias placabatur deus.Sed post passionem non solùm dicit ea non fuisse viua nec mortua,sed quod plus est ea fuisse mortifera,& q quicunque post passionem Christi ea seruauit,peccauit mortaliter.Aug.verò distinguit tria tempora.Vnum tempus ante passionem Christi,& concordans cũ Hieronymo dicit isto tempore legalia viua fuisse.Aliud tempus est post passionem Christi immediatè ante gratiam diuulgatam (sicut tempus Apostolorum in principio)in quo tempore dicit Augu.legalia mortua fuisse,sed tamen non mortifera Iudæis conuersis,dummodo ipsa seruantes spem in eis non ponerẽt,ita q etiam ipsi Iudæi ea seruantes tunc non peccarent.Si verò in eis spem posuissent,quicunque conuersi ea seruantes,peccassent mortaliter,quia si posuissent in eis spem,quasi essent necessaria ad salutem quãtum in eis erat,euacuassent gratiam Christi.Aliud tempus dicit esse post veritatem & gratiam Christi diuulgatã & in isto tempore dicit ea mortua & mortifera omnibus ea seruantibus.Ratio autem dictorum est,quia si Iudæi statim post conuersionem fuissent prohibiti ab obseruantiis legalium,visum fuisset eos pari passu ambulare cũ idolatris qui statim ab idolorum cultura prohibebantur,& legalia non fuisse bona sicut nec idolatriam.Et ideò instinctu spirituſsancti permissum est,vt legalia modico tempore seruarentur ea intentione quæ dicta est,vt per hoc ostenderetur legalia tunc bona fuisse.Vnde dicit Augu. q per hoc ostendebatur q mater Synagoga cum honore deducenda ad tumulum erat,dum non statim post passionem Christi legalia prohibita sunt.Quicunque verò non eo modo ipsa seruaret,non honoraret matrem Synagogã, sed eã extumularet. ¶ Secundò discordãt prædicti Hieronymus & Augustinus de obseruatione legalium quantum ad ipsos Apostolos.Hieronymus enim dicit quòd apostoli nunquam seruabant legalia, sed simulauerunt se seruare,vt vitarent scandalum fidelium qui fuerant ex circuncisione.Et hoc quidem modo dicit simulasse Paulum,quando persoluit votum in templo Hierosolymitano,vt habetur Act.21.Et quando circuncidit Timotheum,vt habetur Act.16,Et quando à Iacobo monitus quædã legalia suscepit,vt habetur Actu.15.Et hoc quidem facientes non deludebant alios,quia faciebant hoc non intendentes legalia seruare,sed propter aliquas causas,sicut q quiescebant in sabbato non propter obseruantiam legis , sed propter quietem.Item abstinebant ab immundis secundum legem non propter obseruantiam legis , sed propter alias causas,vtpotè propter abominationẽ & aliquid huiusmodi.Augustinus verò dicit q apostoli seruabãt ipsa legalia,& hoc intendentes,sed tamen nõ ponentes in eis spẽ quasi essent necessaria ad salutẽ. Et hoc quidem licebat eis,quia fuerunt ex Iudæis,Ita tamen q hæc seruarent ante gratiã diuulgatã,vnde sicut eo tempore alii Iudæi conuersi sine periculo seruare poterant, absque q in eis spem ponerẽt,ita & ipsi.

Digladiatio inter Hiero. & Augustinum de legalibus seruandis.

Ante christi passionẽ legalia erãt viua.

Obseruatio legaliũ ante sufficientem prouulgationem euangelii etiam post mortẽ Christi non fuit mortifera Iudæis non ponentibus in illis spẽ salutis.

An verè an simulatè seruauerint legalia Apostoli post mortẽ Christi.

An Petrus peccauit in obseruatione legalium cũ Paulus eũ reprehẽdit.

¶ Tertiò discordãt de peccato Petri. Nã Hieronymus dicit in simulatione prædicta Petrũ nõ peccasse, qa hoc ex charitate fecit, & non ex aliquo timore mũdano, vt dictum est. Augustinus verò dicit eũ peccasse venialiter tamen & hoc propter indiscretionẽ quã habuit nimis inhærendo huic parti (.s. Iudæorum) ad vitandũ eorũ scãdalũ. Et validius argumẽtũ Augustini cõtra Hieronymũ est, quia Hieronymus adducit pro se septem doctores, quorũ quatuor. s. Laudicensem, Alexandrum, Origenem & Didimum excludit Augustinus, vtpotè de hæresi infames. Aliis verò tribus opponit tres quos pro se & pro sua opinione habet. s. Ambrosium, Cyprianũ & ipsum Paulũ qui manifestè dicit ꝙ reprehensibilis erat Petrus. Si ergo nephas est dicere in scriptura sacra aliquod falsum cõtineri. nõ erit fas dicere Petrũ reprehensibilẽ nõ fuisse. Et propter hoc verior est opinio & sentẽtia Augustini, quia cum dictis Apostoli magis concordat. Quartò discordant in reprehẽsione Pauli. Nã Hieronymus dicit ꝙ Paulus verè nõ reprehendit Petrum, sed simulatoriè, sicut & Petrus simulatoriè legalia seruabat. vt. s. sicut Petrus nolẽs scãdalizare Iudæos simulabat se legalia seruare, ita Paulus vt nõ scãdalizaret Gentes ostẽdit sibi displicere quod Petrus faciebat, & simulatoriè eũ reprehendit, faciebántque hoc quasi ex condicto, vt vtrisq; fidelibus sibi subditis prouiderent. Aug. verò dicit sicut Petrũ verè seruasse legalia, ita Paulum eũ verè reprehendisse & nõ simulatoriè. Sed & Petrus quidẽ seruando peccauit, quia inde erat scãdalũ apud Gentiles à quibus se subtrahebat. Paulus verò nõ peccauit reprehendẽdo, quia ex eius reprehensione nullum scandalum sequebatur. Lectio 4.

Approbatur sententia Augustini & præfertur sententiæ Hieronymi.

Apostolorũ cõditio,

Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

¶ Suprà ostendit veritatem doctrinæ Apostolicæ prædicatæ per eũ ex authoritate aliorum apostolorum, hìc ostendit idẽ ex eorũ cõuersatione & exẽplo. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit propositũ per Apostolorum conuersationẽ. Secundò aduersantiũ obiectionẽ, ibi [Quòd si quærẽtes iustificare, &c.] Circa primũ tria facit. Primò præmittit apostolorũ conditionem. Secundò insinuat eorum cõuersationem, ibi [Sciẽtes autem ꝙ non iustificatur, &c.] Tertiò infert intentam conditionem, ibi [Propter quod ex operibus legis, &c.] Conditio autem Apostolorũ & etiã ipsius Pauli hæc est, ꝙ secũdũ naturalẽ originẽ ex Iudæis processerũt. Et hoc est quod dicit, Nos. s. ego & apostoli alii sumus natura. i. naturali origine Iudæi nõ proseliti. 2. Corin. 11, Hebræi sunt & ego, &c. Et hæc est magna laus, quia vt dicitur Io. 4, Salus ex Iudæis est. Et nõ ex Gentibus peccatores. i. non sumus peccatores, vt Gentes ydolatræ & immundæ. ¶ Sed cõtra est quod dicitur 1. Io. 1, Si dixerimus quoniã peccatũ non habemus. &c. ergo Iudæi sunt peccatores. Respondeo, dicendũ est ꝙ aliud est peccantẽ esse, aliud peccatorẽ. Nã primũ denominat actũ: secundũ verò promptitudinem siue habitũ ad peccãdum. Vnde scriptura iniquos & grauibus peccatorũ sarcinis oneratos peccatores appellare cõsueuit. Iudæi ergo propter legẽ superbientes, quasi per eã coerciti à peccatis, Gentes quæ sine freno legis erant, & ad peccãdum pronæ, peccatores vocabãt. Eph. 4, Non circũferamur omni vẽto doctrinæ, &c. Cũ ergo dicat Apostolus, nõ ex Gentibus peccatores exponitur. i. non sumus de numero peccatorum qui sunt inter Gentiles, &c. ¶ Consequenter cũ dicit [Sciẽtes aũt ꝙ nõ iustificatur homo, &c.] Ponit apostolorũ cõuersationem, quæ quidẽ nõ est in legalibus, sed in fide Christi. Et circa hoc duo facit. Primò exprimit rationẽ Apostolicę conuersationis. Secũdò ponit ipsam Apostolicã conuersationẽ, ibi [Et nos in Christo, &c.] Erat ergo Apostolica conuersatio in fide, & non in legalibus. Cuius ratio est, quia licet fuerimus Iudæi natura & in legalibus nutriti, tamen scientes pro certo ꝙ non iustificatur homo ex operibus legis. i. per opera legalia, nisi per fidem Iesu Christi, ideo deserentes illa conuersamur in præceptis fidei, Ro. 3, Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Actuũ 4, Non est aliud nomen, &c. ¶ Sed contrà, Rom. enim 2. dicitur, Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, &c. Videtur ergo ꝙ ex operibus legis iustificetur homo. Respondeo, dicendum est ꝙ iustificari, potest dupliciter accipi, scilicet iustitiam exequi, & iustum fieri. Primo autem modo homo iustificatur qui opera iustitiæ facit. Non autem iustus fit aliquis nisi à deo, per gratiam. Sciendum est ergo ꝙ opera legis quædam erant moralia, quædam verò cerimonialia. Moralia autem licet continerentur in lege, non tamen poterant propriè dici opera legis, cùm ex naturali instinctu, & ex lege naturali homo inducatur ad illa. Sed cerimonialia dieuntur propriè opera legis. Quantumcunque ergo homo quoad executionẽ iustitiæ ex moralibus iustificetur, & etiam ex cerimonialibus inquantum seruare ea est opus obedientiæ, vt ad sacramenta pertineant, & sic accipitur secũdum dictum Apostoli ad Ro. 2. Quantum tamen ad iustum fieri, ex operibus legis non iustificari homo per hæc videtur, quia sacramenta veteris legis non conferebant gratiã. infrà 4, Conuersi estis ad egèna elementa, ideſt gratiam non conferentia, neque gratiam in se continentia. Sacramenta verò nouæ legis licèt sint elementa materialia: nõ tamen sunt elementa ægena, quia in se gratiam continent, vnde & iustificare possunt. Si qui autem in veteri lege iusti erant, non erant iusti ex operibus legis, sed solùm ex fide Christi, quem deus proposuit propitiatorem per fidem, vt dicitur Roma. 3, Vnde & ipsa sacramenta veteris legis non fuerunt nisi quædam protestationes fidei Christi, sicut & nostra sacramenta, sed differenter: quia illa sacramenta gratiam Christi configurabant quasi futuram: nostra autem sacramenta protestantur quasi continentia gratiam præsentem. Et ideò signanter dicit ꝙ ex operibus legis non iustificatur homo nisi per fidem Iesu Christi: quia & si olim aliqui seruantes opera legis iustificarentur, non tamen hoc erat nisi per fidem Iesu Christi. Ex hac autem scientia apostolorum quam habebant, ꝙ iustificatio non est per operationem legis, sed per fidem Christi, concludit conuersationem apostolorum eligentium fidem Christi & dimittentium opera legis. Vnde sequitur, Et nos in Christo Iesu credimus: quia vt dicitur Actuum 4, Non est aliud nomen datum, &c. Vnde sequitur, Vt iustificemur ex fide Christi. Roma. quinto, Iustificati ergo ex fide, &c. Et ne aliquis credat quòd simul cum lege Christi opera legis iustificent, subiungit, Et non ex operibus legis. Roma. tertio, Arbitramur enim iustificari hominem per fidem, & cætera. Ex hoc concludit principale intentum, dicens quòd si apostoli qui sunt naturaliter Iudæi non quærunt iustificari per opera legis, sed per fidem, quòd non iustificatur omnis caro ex

Qui fuerũt iustificati in lege hoc fuit solùm per fidem Christi.

operibus legis, nec homo quicunque potest iustificari per opera legis. Sumitur enim hìc caro, pro homine scilicet pars pro toto. sicut Esa. 40, Videbit omnis caro salutare dei nostri. Dicens autẽ, Propter quod, &c. Concludit quasi à maiori. Magis enim videtur naturale vel rationabile de Iudæis ꝙ per opera legis nõ per fidem iustificarentur quàm alii, sed hoc non est. Quare &c.

Lectio 5.

Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi iterum reædifico, prævaricatorem me constituo.

Quæstio ex dictis.

¶ Postquam Apostolus ostendit per conuersationem apostolorum legalia non esse obseruanda, quod ipse dicebat, hìc mouet quæstionẽ in contrarium. Et circa hoc tria facit. Primò mouet quæstionẽ. Secundò soluit eam, ibi [Absit, &c.] Tertiò solutionem eius manifestat, ibi [Ego enim per legem, &c.] ¶ Primum dupliciter potest exponi secundum Glosam. ¶ Primò sic. Posset enim aliquis dicere ꝙ apostoli deferentes legẽ veniendo ad fidem Christi peccassent. Sed ex hoc Apostolus introducit quasi quoddã inconueniens, scilicet Christum esse authorem peccati, eo quòd homines ad suam fidem vocat. Et hoc est quod dicit, Quòd, ideſt, sed si nos Apostoli quærentes iustificari in ipso, id est per ipsum, scilicet Christum inuenti sumus, ideſt manifestè comprobamur, & ipsi apostoli peccatores propter legis dimissionem, nunquid Christus est minister peccati, id est inducens nos ad peccandum qui nos à statu legis ad suam fidem vocauit, infra 4, Factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. s. ab onere legis. Respondet Apostolus, Absit. quia magis est minister iustitiæ. Roma. 5, Per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. 1. Pet. 2, Qui peccatum non fecit, &c. Et ꝙ Christus non sit minister peccati abstrahens à lege veteri, patet, quia si ego ipse quę destruxi, scilicet, superbiam gloriantem de lege, iterum reædifico volens redire ad gloriandum de lege, præuaricatorem meipsum constituo, resumens quæ destruxi. 2. Pet. 2, Canis reuersus ad vomitum, &c. Iosue. 2, Maledictus homo qui reædificauerit Hierico. Dicit autem quæ destruxi non ipsam legem, vt Manichei volunt, quia lex sancta est. Roma. 7. sed superbiam de lege, de qua dicitur Roma. 10, Quærentes suam iustitiã statuere, &c. Si quis obiiciat ꝙ cùm ipse olim destruxerit fidem Christi, prævaricatorem se faciebat eam ædificans, patet responsio, quia fidem Christi conatus fuit quidem destruere. sed non prævaluit propter veritatem. Actuum 9, Quid me persequeris, durum est tibi, &c. Sed superbia legis vana erat, & ideo destrui poterat, & reædificanda non erat. Secundo modo potest exponi vt quod dicit, Inuenti sumus & ipsi peccatores, vt referatur non ad dimissionem legis, sicut nũc expositum est, sed magis ad ipsam legis obseruantiam. Manifestum enim est quòd quicunque quærit iustificari, profitetur se non esse iustum, sed peccatorem. Est ergo sensus. Si nos quærentes iustificari in Christo, ex hoc ipso quòd quærimus nos iustificari inuenti sumus, ideſt ratione comprobamur & ipsi peccatores fuisse propter hoc quòd legem obseruabamus, nũquid Iesus Christus minister peccati est, vt scilicet mandauerit homines post suam passionem legalia obseruare, quod sine peccato fieri non potest. Et attendendum est quòd hæc expositio procedit secundum opinionem Hieronymi, qui ponebat statim post passionem Christi legalia fuisse mortifera. Tertio modo potest exponi vt quod dicit, Inuenti sumus & ipsi peccatores, pertineat quidem ad statum quo lex obseruabatur: non tamen quòd ipsi offenderent propter legis obseruantiam, sed propter legis defectum, quæ peccatum auferre non poterat, vt sit sensus. Si quærentes iustificari in ipso inuenti sumus & ipsi peccatores, ideſt peccatum habentes, lege peccatum non auferẽte secũdũ illud Ro. 3, Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, nunquid Iesus Christus peccati minister est vt reducat nos ad obseruantiam legis in qua sub peccato eramus? Et hæc expositio procedit secundum expositionem Augusti. Et respondet secundum vtranque expositionem, Absit: quia ego destruxi legem carnaliter intellectam spiritualiter iudicando & docendo. Vnde si iterum vellem ædificare carnalis legis obseruantias, essem prævaricator legis spiritualis. Potest & quarto modo sic exponi. Dixeram hominem non iustificari ex operibus legis. Posset aliquis dicere ꝙ nec etiam per fidem Christi, quia multi post fidem Christi acceptam, peccant. Et hoc est quod dicit, Si quærentes iustificari in Christo, ideſt per fidem Christi, inuenti sumus post fidem Christi susceptam etiam ipsi nos fideles peccatores, ideſt in peccatis viuentes, nunquid Iesus Christus minister peccati est & damnationis: sicut minister veteris legis est minister peccati & damnationis? nõ ꝙ lex induceret ad peccatum, sed occasionaliter: quia prohibebat peccatum & non conferebat gratiam adiuuantem ad resistendum peccato. Vnde dicitur Roma. 7, Occasione accepta, peccatum per mandatum, &c. Sed Christus dat gratiam adiuuantem. Ioan. 1, Gratia & veritas pe Iesum Christum facta est. Vnde nullo modo est minister peccati, nec directè nec occasionaliter.

Solutio. q.

Lectio 6.

Ego enim per legem, legi mortuus sum ut deo uiuã: Christo confixus sum cruci. Viuo autem, iam non ego: uiuit uerò in me Christus. Quòd autẽ nunc uiuo in carne: in fide uiuo filii dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non abiicio gratiam dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

Manifestatur solutio quæstionis statim prius mota

¶ Hìc Apostolus solutionem superius assignatam manifestat. Et primò ponit solutionis manifestationẽ. Secundò concludit principale intentum, ibi [Non abiicio gratiam dei, &c.] Sed attendendum est ꝙ Apostolus inquirendo procedens, nullum dubium indiscussum relinquit. Et ideò verba eius, licet videantur intricata, tamen si diligenter aduertantur, nihil sine causa dicit, & hoc apparet in verbis propositis. Vbi tria facit. Primò manifestat solutionem. Secundò explicat solutionis manifestationem, ibi [Christo confixus sum cruci, &c.] Tertiò remouet dubitationem, ibi [Quòd autem viuo, &c.] Quia ergo Apostolus dixerat, Si enim quæ destruxi, &c. quod intelligitur de veteri lege, posset enim ab aliquo reputari legis destructor, & per consequens iniquus secundum illud Psalm. Dissipauerunt iniqui legem tuam. Ideo Apostolus vult ostendere quomodo legem destruat, & tamen non est iniquus dicens, Ego enim per legem, & cætera. Vbi sciendum est quòd quando aliquis dissipat legem per ipsam legem, talis est prævaricator legis, non iniquus. Dissipatur autem lex per legem quando in lege datur aliquod præceptum locale seu temporale, vt scilicet lex illa tali tempore seu tali loco seruetur, & non alio, & hoc ipsum exprimatur in lege.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si quis tũc illo alio tempore seu alio loco lege non vtitur,destruit legẽ per ipsam legem,& hoc modo Apostolus destruxit legem. ¶ Vnde destruxi,inquit,quodammodo legem,tamen per legem:quia ego mortuus sum legi per legem.i.per authoritatẽ legis ipsam dimisi,quasi legi mortuus.Authoritas enim legis,per quã mortuus est legi,in multis sacrę scripturæ locis habetur.Hiere.31.tamen sub aliis verbis,Confirmabo testamentũ nouum super domũ Israel,&c.Deut.18,Prophetam suscitabit dominus de fratribus vestris,&c. Et multis aliis locis,non est ergo transgressor Apostolus legem destruendo.Vel aliter.Ego per legẽ.s.spiritualem mortuus sum legi carnali.Tunc enim moritur legi,quando abiicit legem solutus à lege.Iuxta illud Ro.7,Mortuo viro soluta est mulier à lege viri.Inquantum verò Apostolus subiectus erat legi spirituali dicit se mortuum legi.i.solutũ à legis obseruatione.Ro.8,Lex spiritus vitæ,&c.Alius modus dimittendi legẽ sine prævaricatione esse potest:quia videlicet lex aliqua quãdo est scripta in carta,tũc dicitur lex mortua, & quãdo est in mente legislatoris,tũc dicitur lex viua.Cõstat autẽ ꝙ si aliquis secundũ verbũ legislatoris operaretur cõtra legẽ scriptã,& solueret legẽ,& solueretur à lege mortua,sed seruaret legẽ viuã secũdũ imperiũ legislatoris.Dicit ergo secundum hoc, Mortuus sum legi scriptæ & mortuæ.i.solutus sum ab ea vt deo viuam.i.motus meos secundũ dicta ipsius dirigã & ad honorẽ eius ordiner.Lex enim statuta in scriptis aliquid tradit propter extraneos & eos qui ab eo verbotenus audire non possunt,sed his qui coram eo sunt, nõ dicit eam scriptis,sed verbo tantùm.A principio enim homines infirmi erant,ad deũ accedere nõ valẽtes.Et ideò necesse fuit eis præcepta legis in scriptis dare,vt per legem quasi per pædagogum manuducerẽtur ad hoc ꝙ ab eo præcepta eius audirent,secundum quod dicitur infrà 3,Lex pædagogus noster fuit in Christo,&c.Sed postquã habemus accessum ad patrem per Christum,vt dicitur Ro.5,Nõ instruimur per legem de mandatis dei,sed ab ipso deo.Et ideo dicit,Per legem manuducentem,mortuus sum legi scriptæ, vt viuam deo,scilicet ipsi factori legis.i.vt ab ipso instruar & dirigar. ¶ Consequenter cùm dicit [Christo confixus sum,&c.]Explicat quæ dixit.Dixerat aũt ꝙ est mortuus legi,& ꝙ viuit deo. Et ista duo manifestat.Primò ꝙ sit mortuus legi,per hoc quod dicit, Christo confixus sum cruci.Secũdò ꝙ viuit deo,cùm dicit,Viuo ego,iam non ego,&c.Et primum quidem potest exponi dupliciter.Vno modo sicut in Glosa sic. Quilibet homo secundum carnalem originẽ nascitur filius iræ.Ephe.2. Eramus enim natura filii iræ,&c. Nascitur etiam in vetustate peccati.Baruch 3,Inueterasti in terra aliena,&c. Quæ quidẽ vetustas peccati tollitur per crucem Christi & confertur nouitas vitæ spiritualis. Dicit ergo Apostolus,Christo confixus sum cruci.i.concupiscentia seu fomes peccati & omne huiusmodi,mortuum est in me per crucem Christi, Ro.6,Vetus homo noster simul crucifixus est,&c.Item ex quo cum Christo confixus sum cruci & mortuus sum peccato,& Christus resurrexit,cum resurgente etiam resurrexi.Ro.4,Traditus est,&c. Sic ergo Christus in nobis renouat vitam nouã destructa vetustate peccati.Et ideò dicit,Viuo aũt.i.quia Christo cõfixus sum cruci,vigorem bene operãdi habeo,iam non ego secundũ carnem,quia iam nõ habeo vetustatẽ quam prius habui,sed viuit in me Christus.i.nouitas quæ per Christum nobis data est. Vel aliter . Homo quantum ad illud dicitur viuere in quo principaliter firmat suum affectum,& in quo maximè delectatur. Vnde & homines qui in studio seu in venationibus maximè delectantur,dicunt hoc eorũ vitam esse:quilibet autem homo habet quendam priuatum affectũ,quo quærit quod suũ est,dũ ergo aliquis viuit quærẽs tantũ quod suũ est,soli sibi viuit:cũ verò quærit bona aliorũ,dicitur etiã illis viuere. Quia ergo Apostolus propriũ affectũ deposuerat per crucẽ Christi,dicebat se mortuũ proprio affectu,dicens, Christo confixus sum cruci.i.per crucem Christi remotus est à me proprius affectus siue priuatus . Vnde dicebat infrà vlti. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri,&c.2.Co.5,Si vnus ꝓ omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sum.Et pro omnibus mortuus est Christus,vt & qui viuunt iam nõ sibi viuãt,sed ei,&c.Viuo autem.i. iam nõ viuo ego quasi in affectu habens proprium bonũ,sed viuit in me Christus.i.tantũ Christũ habeo in affectu,& ipse Christus est vita mea.Phil.1,Mihi viuere Christus est,& mori lucrũ. ¶ Consequẽter aũt cùm dicit[Quòd autem nũc viuo,&c.]Respondet dubitationi quæ poterat esse duplex ex præmisso verbo.Vna est quomodo ipse viuit & nõ est ille.s.qui viuit.Secunda quomodo confixus est cruci.Et ideò hæc duo aperit.Et primò primũ,quomodo.s.viuit & non ipse viuit,dicens, Quòd autẽ nunc viuo in carne,&c. Vbi notandum est ꝙ illa propriè dicũtur viuere quæ mouentur à principio intrinseco . Anima autẽ Pauli cõstituta erat inter deũ & corpus,& corpus quidẽ viuificabatur & mouebatur ab anima Pauli, sed anima eius à Christo.Quantũ ergo ad vitam carnis viuebat ipse Paulus.Et hoc est quod dicit, Quòd autem nũc viuo in carne.i.in vita carnis,sed quantum ad relationẽ ad deũ,Christus viuebat in Paulo.Et ideò dicit, In fide viuo filii dei,per quam habitat in me & mouet me. Abachuc 2, Iustus aũt meus ex fide viuit. Et nota quod dicit,In carne,nõ ex carne,quia hoc malum est.Secũdò ostẽdit ꝙ confixus est cruci,dicẽs.Quia amor Christi quẽ ostendit mihi in cruce moriens pro me,facit vt semper ei configar.Et hoc est quod dicit, Qui dilexit me.1.Ioan.4,Ipse prior dilexit nos.Et in tantum dilexit me ꝙ tradidit semetipsum pro me , & non aliud sacrificiũ.Apoc.1,Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.Ephe.5,Sicut Christus dilexit ecclesiã,& semetipsum tradidit pro ea,&c.Sed attendendũ est ꝙ ipse filius tradidit se,& pater tradidit filiũ.Ro.8,Qui proprio filio nõ pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illum,& Iudas tradidit eũ , vt dicitur Mat.26.Et totum vna res est,sed non vna intẽtio,quia pater ex charitate,filius ex obedietia simul & cum charitate,Iudas verò ex cupiditate & proditorie. ¶ Consequenter cùm dicit.[Non abiicio gratiam dei,&c.]Infert cõclusionẽ principalem.Et primò inducit conclusionẽ.Secũdò manifestat modum.Dicit ergo,Ex quo tantam gratiam recepi à deo ꝙ tradidit se,& ego viuo in fide filii dei,non abiicio gratiam filii dei.i.non repudio nec ingratum me exhibeo.1.Cor.15,Gratia dei in me vacua non fuit,&c.Vnde & alia litera habet,Non sum ingratus gratiæ dei.Hebr.12,Contemplantes ne quis desit gratiæ dei.s.per ingratitudinem se indignum fatendo.Modus autem abiiciendi & ingratitudinis est,si dicerem ꝙ lex esset necessaria ad iustificandum.Et ideò dicit,Si enim per legẽ iustitia,ergo Christus gratis est mortuus.i. si sufficiens sit lex.i.opera legis sufficiunt ad iustificandum hominem,Christus sine causa mortuus est & frustrà, quia ad hoc mortuus est vt nos iustificaret.primæ Petri tertio, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,

Manifestat Paulus se mortuũ legi, & viuere deo.

Quomodo Paulus sit confixus cruci.

&c.Quòd si hoc per legem fieri posset,superflua fuisset Christi mors.Sed non gratis mortuus,necin vacuũ laborauit,vt dicitur Esa.49,Quia per ipsum solùm gratia iustificans & veritas facta est:vt dicitur Ioan. 1, Si qui ante passionem Christi iusti fuerũt ,hoc etiam fuit per fidem Christi venturi in quem credebant,& in cuius fide saluabantur.

Caput 3.

O Insensati Galatæ quis uos fascinauit non obedire ueritati,ante quorũ oculos Iesus Christus proscriptus est, & in uobis crucifixus?

Obiurgãtur Galatæ ob eorũ facilitatẽ & ratio obiurgationis subditur.

¶ Suprà confutauit Apostolus vanitatem & mutabilitatem Galatarum per authoritatem euã gelicæ doctrinæ ostendens suam doctrinam authenticam fuisse ab aliis Apostolis:hîc verò per rationem & authoritatem ostendit hoc idem,s.quòd legalia non sunt seruãda.Et hoc dupliciter.Primò ex insufficientia legis.Secundò ex dignitate eorum qui ad Christũ conuersi sunt,& hoc quarto cap. ibi[Dico autem quanto tempore &c.]Circa primum duo facit.Primò præmittit obiurgationem.Secundò prosequitur suam probationem,ibi[Hoc solũ à vobis volo,&c.]Circa primum duo facit.primò obiurgat eos attẽdens eorum fatuitatem.Secundò rationem obiurgationis assignat ibi[Ante quorum oculos &c.]Primò ergo eos de fatuitate obiurgat vocans eos insensatos.Vnde dicit,ô insensati,&c.Insensatus autem propriè dicitur qui sensu caret.Sensus autem spiritualis,est cognitio veritatis,qui ergo veritate caret,propriè insensatus dicitur.Mat.15,Et vos sine intellectu estis.Sapien.5,Nos insensati vitam illorũ,&c. ¶ Sed contrà Mat. 5,dicitur,Qui dixerit fratri suo fatue, &c.sed fatuus idem est quòd insensatus,ergo Apostolus reus est gehennæ ignis.Sed dicendum est vt Aug.dicit quòd intelligendum est si dixerit sine causa & animo vituperandi,sed Apostolus ex causa dixit & animo corrigendi.Vnde dicitur in Glo.Hoc dolendo dicit.Secundò cùm dicit[Quis vos fascinauit,&c.]Ostendit modum quo insensati erant effecti.Vbi primò notandũ est ꝙ insensatus fit aliquis multis modis.Vel quia nõ proponitur sibi aliqua veritas quam cognoscere possit, vel quia & si proponatur sibi,tamen nunquam eam acceptat.Vel quia veritatem propositam,& acceptã deserit à via veritatis recedens,& tales erant isti Galatæ:qui veritatem fidei quam acceperant deserentes, veritatem propositam renuerunt.Suprà 1,Miror quòd tam cito,&c.Et ideò istum gradum insensationis in eis reprehendit,dicens,Quis vos fascinauit,&c. ¶ Ad sciendum autem quid sit fascinatio,sciendum est ꝙ secundum Glo.fascinatio propriè dicitur ludificatio sensus,quæ per artes magicas fieri consueuit:puta,cũ hominem facit aspectibus aliorum apparere leonem vel cornutum, & huiusmodi. Et hoc etiam per dæmones potest fieri,qui habẽt potestatem mouendi fantasmata & reducendi ad principia sensuum,ipsos sensus immutando.Et secundum hanc acceptionem satis propriè dicit Apostolus , Quis vos fascinauit.q.d. Vos estis sicut homo ludificatus,qui res manifestas aliter accipit quàm sit in rei veritate:quia , scilicet vos estis ludificati per deceptiones & sophismata veritati non obedire,idest veritatem manifestam, & à vobis receptam non videtis,nec obediendo recipitis.Sapien.4,Fascinatio nugacitatis obscurat bona.Esa.5 , Væ qui dicunt bonum malum,&c.Alio modo accipitur fascinatio secundum quod aliquis ex aspectu maliuolo læditur,& hoc maximè in vetulis quæ visu vrenti & aspectu inuido fascinant pueros, qui ex hoc infirmantur & vomunt cibum.Huius causam volens assignare Auicenna in libro suo de anima,dicit quòd materia corporalis obedit substantiæ intellectuali magis quàm qualitatibus actiuis & passiuis in natura. Et ideò ponit quòd ad deprehensionem substantiarum intellectualium(quas vocas animas seu motores orbium)multa fiunt præter ordinem motus cæli & omnium corporalium agẽtium.Eodem modo dicit quòd quando anima sancta depurata est ab affectibus terrenorum & à carnalibus vitiis, accedit ad similitudinẽ substantiarum dictarum & obedit ei natura.Et hinc est quòd aliqui sancti viri operantur quædam mira præter naturæ cursum,& similiter quia anima alicuius fœdata passionibus carnalibus,habet fortem apprehensionẽ in malitia obedit ei natura ad transmutationem materiæ,in illis maximè in quibus materia habilis est:sicut in pueris teneris contingit.Et sic contingit secundum eum quòd ex forti apprehensione vetularũ, in malitiam immutatur puer & fascinatur.Hæc autem positio satis videtur vera secundum opinionẽ Auicennæ.Nam ipse posuit formas omnes corporales in istis inferioribus influi à substantiis incorporalibus separatis,& quòd agentia naturalia non habent se ad hoc nisi vt disponentia tantùm.Sed hoc quidem improbatur à Philosopho.Agens enim oportet esse simile subiecto.Non fit autem forma tantùm,nec materia,sed compositum ex materia & forma.Id ergo quod agit ad esse corporalium oportet quòd habeat materiam & formam.Vnde dicit quòd transmutare materiam & formam non potest,nisi id quod habet materiam & formam,& hoc quidem vel virtute sicut deus qui actor est formæ & materiæ:vel actu,sicut agẽs corporeum.Et ideò materia corporalis quãtum ad huiusmodi formas, nec angelis nec alicui puræ creaturæ obedit ad nutũ sed soli deo,vt Augustinus dicit.Vnde non est verum quod Auicenna dicit de huiusmodi fascinatione.Et ideò dicendum quòd ad imaginationem seu apprehensionem hominis quando fortis est,immutatur sensus seu appetitus sensitiuus:quæ quidem immutatio non est sine alteratione corporis & spirituum corporis :sicut nos videmus quòd ad apprehensionem delectabilis mouetur appetitus sensitiuus ad concupiscentiam,& exinde corpus calefit.Similiter ex apprehensione timendi,frigescit.Immutatio autem spirituum maximè inficit oculos,qui infecti rem per aspectũ inficiunt,sicut patet in speculo mundo quod ex aspectu menstruatæ inficitur.Sic ergo quia vetulæ obstinatæ in malitia & duræ sunt,ex forti apprehensione immutatur appetitus sensitiuus,& ex hoc sicut dictum est infectio maximè fit à venis ad oculos,& ex oculis ad rem perspectam.Vnde quia caro pueri mollis est,ad earum inuidum aspectum inficitur & fascinatur.Et quandoque quidem ad hunc effectũ dæmones operantur.Dicit ergo,Quis vos fascinauit veritati non obedire?q.d.Vos aliquãdo obedistis veritati fidei,sed modò non:ergo estis sicut pueri q ex aliquo inuido aspectu infecti qui cibum vomitis. ¶ Rationem autem obiurgationis assignat dicẽs[Ante quorum oculos,&c.]Quod potest tripliciter legi.Vno modo secundum Hieronymumvt respondeat primę acceptioni fascinationis.q.d.Dico vos fascinatos.quia ante quorum oculos &c.i.proscriptio Christi qui dãratus est in mortem adeo vobis manifesta fuit,ac si ante oculos vestros fuisset:& in vobis crucifixus, idest

Opinio Auicennæ de fascinatione vetularum.

Reiicitur Auicenna

Universidad de Deusto
Biblioteca

in intellectibus vestris erat crucifixio Iesu Christi ita vt sciretis qualiter facta esset,vnde si eam non videtis modò,nec obeditis,hoccontingit,quia estis ludificati & fascinati.Contra quod dicitur Can.vlt. Pone me vt si gnaculum super cor tuum,&c.Alio modo secundum Augustinum.q.d.Rectè fascinati estis,quia veritatem quam recepistis.s.Christum per fidem in cordibus vestris euomitis sicut pueri.Et hoc quia ante oculos vestros.i.in vestra prȩsentia Iesus Christus proscript⁹ est.i.expellitur & eiicitur de hæreditate sua,quod molestum deberet esse vobis,quia quẽ nõ deberetis pati quòd ab aliis proscriberetur.& expelleretur in vobis proscriptus est.i.hæreditatem suam amisit in vobis.i.vosipsos.Et tunc hoc quod sequitur.s.crucifixus, legi debet cum pondere & ostensione doloris,quia hoc addidit vt considerarent quo pretio Christus emerit possessionem,quam in eis amittebat,& ex hoc mouerentur magis.q.d.Christus proscriptus est in vobis.s.qui crucifixus.i.qui cruce sua & sanguine proprio acquisiuit hanc hæreditatem.2.Cor.6, Empti em̃ esti s pretio magno,&c.1.Pet.1,Non corruptibilibus auro vel argento,&c.Tertio modo secundũ Ambrosium.q.d.Verè fascinati estis ante quorum oculos.i.in quorum reputatione.s.secundum iudicium vestrum Iesus Christus proscriptus est.i.dãnatus non alios saluans,& in vobis.i.secundum quòd vos intelligitis crucifixus est,i.mortuus tantùm,nõ autem alios iustificans,cùm tamen de eo dicatur.2.Cor.vlt. Quòd si mortuus est ex infirmitate nostra,viuit tamen ex virtute dei.Potest & quarto modo exponi secundum Glosam vt per hoc designet Apostolus grauitatem culpæ eorum,quia in hoc quòd Christum deserunt legem obseruantes,æqualiter quodam modo peccabant Pilato qui Christum proscripsit.i.damnauit,cùm insufficientem Christum credunt ad saluandum similes in peccando crucifixoribus Christi,qui ipsum in ligno suspenderunt morte turpissima condemnantes & afficientes.Aequalitas tamen est accipienda ex parte eius in quem peccatur, quia in Christum Galatæ peccabant,sicut Pilatus & crucifixores Christi.

Lectio 2.

Ostenditur Galatis insufficientia legis per ea quæ ipsi sũt experti ex seipsis primò,& secũdò ex eo q̃ sunt experti ex parte Pauli, & simul ostenditur virtus fidei.

Hoc solùm à uobis uolo discere, ex operibus legis spiritum accepistis,an ex auditu fidei? Sic stulti estis,ut cùm spiritu cœperitis,nunc carne consummemini? Tanta passi estis sine causa,si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritum,& operatur uirtutes in uobis:ex operibus legis,an ex auditu fidei?

¶Posita obiurgatione,consequenter Apostolus procedit ad insufficientiam legis,& virtutem fidei ostẽdẽdam.Et primò ostendit insufficientiam legis.Secundò mouet quæstionem & soluit, ibi [Quid igitur lex, &c.]Et circa primum duo facit.Primò probat defectum legis & insufficientiã per ea quæ ipsi experti sunt. Secundò per authoritates & rationes,ibi[Sicut scriptum est.]Circa primum duo facit,quia primò probat propositum experimento sumpto ex parte ipsorum.Secundò probat idem experimento sumpto ex parte ipsiũs Apostoli,ibi[Qui ergo tribuit vobis,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ostendit donum quod receperunt.Secundò defectum in quem inciderunt,ibi[Sic stulti estis,&c.]Donum autẽ quod receperunt ostẽdit quærendo ab eis vnde illud receperunt.Vnde susceptum donum supponens,interrogans,quærit ab eis, dicens,Quanuis fascinati & stulti sitis,tamen non tantum estis ludificati quin vnum quod valde manifestum est me docere possitis,Et ideò solùm hoc volo à vobis discere,quia hoc solùm sufficit ad probandum quod intendo:hoc,inquam, est, quia constat quòd spiritum sanctum accepistis:quæro ergo an accepistis illum ex operibus legis,an ex auditu fidei?Ad quod sciendum est quòd in primitiua ecclesia ex diuina dispositione vt fides Christi promoueretur & cresceret,statim post prædicationẽ fidei ab Apostolis manifesta signa spiritussancti fiebant super audientes.Vnde de Petro dicitur Act.10,Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit spiritussanctus &c. Ipsi etiam Galatæ ad prædicationem Pauli manifestè spiritum sanctum acceperant.Quærit ergo Apostolus ab eis,vnde habuerunt spiritum sanctum.Constat autem quòd non per opera legis,quia cùm essent gentiles ante receptionem spiritussancti legem non habebant,ergo habuerũt spiritum sanctum.i.dona spiritussancti ex auditu fidei.Rom.8,Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,qui.s.dabatur in lege(vnde & cum tremore lex data est)sed accepistis spiritum filiorum, qui datur per fidẽ quæ est ex auditu,vt dicitur Ro.10,Si ergo hoc potuit fidei virtus,frustra quæritur aliud per quod saluemur,quia multò difficilius est de iniusto facere iustum,quàm iustũ in iustitia conseruare.Si ergo fides de iniustis Galatis,sine lege iustos fecerat,non est dubium q̃ sine lege poterat eos in iustitia cõseruare.Magnum ergo erat donum quod per fidem acceperant. ¶Consequenter cùm dicit[Sic stulti estis,&c,]Ostendit defectum in quem prolapsi sunt. Et exaggerat duplicem defectum in eis Apostolus, scilicet quantũ ad dona quæ à Christo acceperant,& quãtum ad mala quæ pro ipso pertulerunt,ibi[Tanta passi estis, &c.] Circa primum sciendũ est quòd isti Galatæ deserentes quod magnũ erat.s.spiritum sanctum adhæserunt minori.s.carnali obseruantiæ legis,& hoc stultum est.Et ideò dicit,Sic stulti estis,adeo vt cùm cœperitis instinctũ sancti spiritus.i.initium perfectionis vestræ habueritis à spiritu sancto,nunc dũ perfectiores estis cõsummamini carne.i.quæratis conseruari per carnales obseruantias legis, à qua nec initium iustitiæ potest haberi.Io.6,Caro non prodest quicquam,&c.Et sic ordinem peruertitis,quia via perfectionis est ab imperfecto tendere ad perfectum.Vos autem quia econuerso facitis,stulti estis.Eccle.27, Homo sanctus permanet in sapientia sicut sol,stultus vt luna mutatur.Similes isti sunt his qui incipiunt seruire deo cum feruore spiritus,postmodum deficiunt.etiam assimilantur statuæ Nabuchodonosor,cuius caput aureum, & pedes lutei.Dan.2.Et ideò dicitur Ro.8,Qui in carne sunt,deo placere non possunt.Et infrà 6,Qui seminat in carne,de carne metet corruptionem. ¶Consequenter cùm dicit[Tanta passi estis,&c.]Exaggerat eorum defectum quantum ad mala quæ pro Christo pertulerunt,qui enim aliquid sine labore recipiũt illa minus clarè custodiunt,sed illud quod cum labore acquiritur v.lipende e & non custodi e stultum est. Isti autem cum labore & tribulatione magna quam passi sunt à contribulibus suis,propter fidem receperunt spiritum sanctum.Et ideò dicit[Tanta passi estis sine causa.] q.d.Non contẽnatis tantum donum quod cum labore accepistis,aliàs illa sine causa.i.sine vtilitate passi estis,quia hæc sustinuistis vt peruenire-tis ad vitam ęternam.Ro.5,Tribulatio patientiam operatur,patientia autem probationem,probatio verò spem, &c.vnde si præcluditis vobis aditum vitæ æternæ deserentes fidem, quærentes conseruari carnalibus obseruantiis, sine causa, idest inutiliter passi estis. Et hoc dico,si tamen sine causa. Quod

Exaggeratur stultitia Galatarum.

ideò dicit,quia in eorum potestate erat pœnitere si vellent,quandiu viuerent. Ex hoc autem habetur quòd opera mortificata reuiuiscunt.Sapien.3,Labores eorum sine fructu,&c. Ga.4,Timeo autem ne sine causa laborauerim,&c.Si verò accipiatur de malis qui non pœnitent,potest dici quòd patiuntur sine causa cõferente. s.vitam æternam. ¶Consequenter cùm dicit [Qui ergo tribuit vobis, &c.] probat propositum experimento sumpto ex parte Apostoli :possent enim dicere quòd verum est nos recepisse spiritum sanctũ ex auditu fidei,tamen propter deuotionem quam ad legem habuimus,accepimus fidem quam prędicabas. Et ideò dicit, Non curo quicquid sit ex parte vestra,tamen illud quod ego feci tribuens vobis ministerio meo spiritum sanctum qui operatur in vobis virtutes.i.inter vos miracula,nunquid facio hoc sic ex operibus legis an ex operibus fidei?Non vtiq; ex operibus legis,sed ex fide. ¶Sed nunquid aliquis potest dare spiritum sanctum.Aug.enim 15.de trini.dicit,quòd nullus homo purus spiritum sanctum dare potest, nec ipsi Apostoli dabant,sed imponebant manus super homines,& accipiebant spiritum sanctum. Quid ergo est quod hîc dicit Apostolus de se loquens , qui tribuit vobis spiritum sanctum? Respondeo dicendum est quòd in datione spiritussancti tria per ordinem se habentia occurrunt. s.spiritus sanctus inhabitans, donũ gratiæ & charitatis cum cæteris habitibus,& sacramentum nouæ legis cuius ministerio datur.Et sic potest ab aliquibus tripliciter dari. Ab aliquo enim datur sicut authoritatem habente quantum ad tria prædicta. s.respectu spiritussancti inhabitantis,respectu doni,& respectu sacramenti:& hoc modo spiritussanctus datur à solo patre & filio,secundum quod eius authoritatem habent,non quidem dominii, sed originis, quia ab vtroque procedit.Sed quantum ad gratiam seu donum , & quantum ad sacramenta spiritussancti, dat etiam se,secundum quod datio importat causalitatem spiritussancti respectu donorum ipsius, quia vt dicit Apostolus.1.Corin.12,ipse diuidit singulis prout vult. Secundum autem quòd in datione importatur authoritas,non potest propriè dici spiritum sanctum seipsum dare. Quantum verò ad sacramẽtum quod ministerio ministrorum ecclesiæ datur , potest dici quòd sancti per ministerium sacramentorum dant spiritũ sanctum. Et hoc modo hîc loquitur Apostolus secundum quod tangitur in Glo.tamen huiusmodi modus non est consuetus neque extendendus.Dicit etiam Glo.quòd facere miracula attribuitur fidei, quia ex hoc quòd credit quæ supra naturam sunt,supra naturam operatur.& quia apostoli prædicabant fidẽ quæ quædam rationem excedentia continebat , ideò oportebat ad eorum credulitatem aliqua testimonia adducere quòd missi essent à deo : quod rationem excedit. Vnde Christus dedit eis signum suum ad hoc ostendendum.Est autem duplex signum Christi. Vnum est quòd est dominus omniũ. Vnde dicitur in Psal. Regnũ tuum,regnum omnium seculorum, &c. Aliud est quòd est iustificator & saluator , secundum illud Act. 4, Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus,&c. Dedit ergo eis duo signa. Vnum est quòd facerent miracula,per quod ostenderent quòd missi sunt à deo domino creaturæ omnis.Luc. 10, dedit eis potestatem & virtutem super omnia dæmonia,&c. Aliud quòd darent spiritum sanctum, ministerio per quod ostenderent quòd missi sunt ab omnium saluatore.Act. 8,Tunc imponebant manus super eos, &c. Et tunc cùm imposuisset illis manus Paulus, spiritussanctus venit super illos , &c. Et de his duobus modis dicitur Hebr. 2, Contestante deo signis, & portentis & variis virtutibus & spiritussancti distributionibus secundum suam voluntatem.

An homo possit dare spiritũ sanctum.

In datione spiritussancti tria occurrunt.

Lectio 3.

Fidei virtus ostenditur per authoritatem scripturæ.

Sicut scriptum est credidit Abraham deo , & reputatum est ei ad iustitiam , cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ, Prouidens autem scriptura,quia ex fide iustificat Gentes deus, pronuntiauit Abrahæ quia benedicentur in te omnes gentes.Igitur qui ex fide sunt,benedicentur cum fideli Abraham.

¶Suprà probauit Apostolus experimento virtutem fidei & insufficientiam legis : hîc verò probat idem per authoritates & rationes.Et primò probat virtutem fidei in iustificando. Secundò in hoc ostendit legis defectum,ibi [Quicunque enim ex operibus legis,&c.] Primum autem probat vtens quodam sillogismo. Vnde circa hoc tria facit.Primò ostendit minorem.Secundò maiorem,ibi[Prouidens autẽ scriptura,&c.] Tertiò infert conclusionem, ibi [Igitur qui ex fide, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit quandam authoritatem ex qua elicit minorẽ.Secundò cõcludit eam,ibi[Cognoscite ergo,&c.] Dicit ergo verè iustitia spiritussancti est ex fide,sicut scriptum est Gene.15,Et introducitur Rom.4, Quòd credidit Abraham deo,&c. Vbi notandum est quòd iustitia consistit in redditione debiti, homo autẽ debet aliquid deo, & aliquid sibi, & aliquid proximo.Sed quòd aliquid debeat sibi & proximo,hoc est propter deum. Ergo summa iustitia est reddere deo quod suum est. Nam si reddas tibi vel proximo quod debes, & hoc non facis propter deum, magis es peruersus quàm iustus,cùm ponas finem in homine. Dei autẽ est quicquid est in homine & intellectus & voluntas & ipsum corpus:sed tamen quodam ordine,quia inferiora ordinantur ad superiora,& exteriora ad interiora. s.ad bonum animæ:supremum autem in homine est mens. Et ideò primum in iustitia hominis est quòd mens hominis deo subdatur,& hoc fit per fidem 2.Corinth.10,In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.Sic ergo dicendum est in omnibus,quòd deus est primum principium in iustitia:& qui deo dat.s.summum quod in se est,mentem ei subdendo,perfectè est iustus.Rom.8,Qui spiritu dei aguntur,hi filii sunt dei. Et ideò dicit [Credidit Abraham deo,],i. mentem suam deo per fidem subdidit.Eccle.2,Crede deo & recuperabit te, &c.Et infrà, Qui timetis dominum credite illi, &c.Et reputatum est ei ad iustitiam. i. ipsum credere & ipsa fides fuit ei & est omnibus aliis sufficiens causa iustitiæ , & quòd ad iustitiam reputetur ei exterius ab hominibus, sed interius datur à deo, qui eos qui habent fidem, per charitatem operantem iustificat eis peccata remittendo. Ex hac autem authoritate concludit minorem propositionem, dicens [Cognoscite ergo, &c.] q.d.ex hoc aliquis dicitur filius alicuius quòd imitatur opera eius:si ergo vos filii estis Abrahæ,opera Abrahæ facite.Ioan. 8,Abrahã autem non quæsiuit iustificari per circuncisionem,sed per fidem: ergo & illi qui quærunt iustificari per fidem,sunt filii Abrahæ.Et hoc est quòd dicit. Quia Abraham iustus est ex fide, per hoc quòd deo credidit, & reputatum est ei ad iustitiam:ergo cognoscite quòd illi qui ex fide sunt. i.qui ex fide credunt se iustifica i & saluari,hi sunt filii Abrahæ.s.imitatione & instructione,Rom.9, Qui filii sunt promissionis æstimantur in semine,&c.Luc.19,dicitur Zacheo,Hodie huic domui salus à deo facta est, eo q̃ & ipse sit filius Abra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæ,&c.Et Mat.3,Potens est deus de lapidibus istis.i.de Gentibus,suscitare filios Abrahæ,inquantum. s.facit eos credentes. ¶Consequenter cùm dicit [Prouidens autem scriptura,&c.] Ponit maiorem, quæ.s. est quòd Abrahæ prænuntiatũ est quòd in semine suo benedicentur omnes gentes.Et hoc est quòd dicit [Prouidens autẽ scriptura.] Inducens deum loquentẽ Abrahæ dicit Gen. 12, Quòd deus prænũtiauit Abrahæ quòd in te. i. in his qui ad similitudinem tuam filii tui erunt imitatione fidei benedicentur omnes gentes Matt.8,Multi venient ab oriente & occidente,&c. ¶Consequenter cùm dicit [Ergo qui ex fide,&c.] Infert conclusionem ex præmissis.Vnde sic potest formari argumẽtum. Deus pater nuntiauit Abrahæ quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes,sed illi qui quærunt iustificari per fidem sunt filii Abrahæ, ergo qui ex fide sunt,id est qui quærunt iustificari per fidem benedicentur cum fideli, id est credẽte Abrahã.

Per authoritatẽ scripturæ legis insufficientia ostenditur ex dãno consecuto ex lege, & ex insufficientia lgis ad dãni remouendum. Ostenditur dãnũ consecutũex lege vt ostẽdatur leguinsufficiẽtia.

Lectio 4.

QVicunque enim ex operibus legis sunt,sub maledicto sunt.Scriptum est enim,Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis,vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum,manifestum est:quia iustus ex fide uiuit.Lex autem non est ex fide,sed qui fecerit ea,uiuet in illis.

¶Suprà ostendit Apostolus virtutem fidei:hîc consequenter ostendit defectum legis. Et primò per authoritatem legis.Secundò per humanam consuetudinem, ibi [Fratres secundum hominem dico, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit damnum occasionaliter ex lege conseeutum. Secundò legis insufficientiam ad ipsum damnum remouendum,ibi[Quoniam autem in lege,&c.]Tertiò Christi sufficientiam qua ipsum damnum est remotum,ibi [Christus autem nos redemit,&c.] Circa primum duo facit. Primò proponit intentum.Secundò probat propositum,ibi,Scriptum est enim [Maledictus, &c.]Dicit ergo [Quicunq; enim,&c.] Nam quia dixerat quòd qui ex fide sunt benedicentur cùm sint filii Abrahæ, posset quis dicere quòd propter opera legis & propter fidem benedicuntur,& ideò hoc excludens,dicit, Quicunq; ex operibas legis sunt,sub maledicto sunt. ¶Sed contrà. Antiqui patres fuerunt in operibus legis, ergo sunt maledicti,& per consequens damnati,quod est error Manichæi.Ideò hoc est sanè intelligendum.Et attendendum est quòd Apostolus non dicit,quicunque seruant opera legis sub maledicto sunt, quia hoc est falsum pro tempore legis,sed dicit [Quicunque ex operibus legis,&c.]. i.quicunque in operibus legis confidunt & putant se iustificari per ea,sub maledicto sunt.Aliud enim est esse in operibus legis,& aliud est seruare legem,nam hoc est legem implere,& qui eam implet,non est sub maledicto.Esse verò in operibus legis,est in eis confidere & spem ponere. Et qui in eis hoc modo sunt,sub maledicto sunt. s. transgressionis: quod quidem non facit lex, quia concupiscentia non venit ex lege,sed cognitio peccati ad quod pronisumus per concupiscentiam per legem prohibitã.Inquantum ergo lex agnitionem peccati facit & non præbet auxilium contra peccatũ,dicuntur esse sub maledicto,cùm nequeant illud per ipsa opera euadere.Sunt autem quædam opera legis cærimonialia,quæ in obseruationibus fiebant. Alia sunt opera quæ pertinent ad mores,de quibus sunt mandata moralia.Vndè secundum Glo.hoc quod hîc dicitur,Quicunque ex operibus legis sunt,&c.Intelligendum est de operibus cærimonialibus,& non de moralibus. Vel dicendum ꝙ loquitur hîc Apostolus de omnibus operibus tam cæremonialibus quàm moralibus. Opera enim nõ sunt causa quòd aliquis sit iustus apud deum,sed potius sunt executiones & manifestationes iustitiæ.Nam nullus per opera iustificatur apud deum,sed per habitum fidei, non quidem acquisitum,sed infusum. Et ideò quicunque ex operibus iustificari quærunt,sub maledicto sunt, quia per ea peccata, non remouentur,nec aliquis quoad deum iustificatur,sed per habitum fidei charitate informatum. Hebr.11,Hi omnes testimonio fidei,&c. ¶Consequenter cùm dicit[Scriptum est enim,&c.] Probat propositum, & hoc primò quidem secundum Glosam ostenditur per hoc quòd nullus potest legem seruare hoc modo quo lex præcipit Deut.28, Quòd omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. i. qui non impleuerit totam legem,sit maledictus.Sed implere totam legem est impossibile,vt dicitur Act.15,Vt quid tentatis imponere iugum,quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Ergo nullus est ex operibus legis,quin sit maledictus.Potest etiam accipi hoc quod dicitur [Scriptum est enim, &c.] Non vt probatio propositi,sed vt ostendatur eius expositio.q.d. Dico quòd sunt sub maledicto, sub illo. s. de quo dicit lex,Scriptum est enim,Maledictus est omnis,&c. Vt intelligatur de maledicto.i.de peccato. Nam lex imperat bona facienda seu mala vitanda, & imperando obligat, sed non dat virtutem obediendi. Et ideò dicit,Maledictus quasi malo adiectus,omnis,nullum excipiendo,quia vt dicitur Act.10,Non est personarũ acceptio apud deum.Qui non permanserit vsque in finem.Mat.24, Qui perseueraverit vsque in finẽ. In omnibus, non in quibusdam tantùm, quia vt dicitur Iac. 2, Quicunque totam legem seruauerit,offendat autem in vno,factus est omnium reus. Quæ scripta sunt in libro legis vt faciat ea, non solùm vt credat seu velit tantùm, sed vt opere impleat.Psal. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Sancti autem patres, & si in operibus legis erant,saluabantur tamen in fide venturi, confidentes in eius gratia,& saltem spiritualiter legem implentes. Moyses enim vt in Glo. dicitur,multa quidem præcepit quæ nullus implere potuit ad domandam Iudæorum superbiam : dicentium,Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. ¶Sed hîc est quæstio de hoc quòd dicitur,Maledictus omnis,&c.Dicitur enim Rom. 12, Benedicite, & nolite male dicere.Respondeo,dicendum est quòd maledicere nihil aliud est quàm malum dicere,possum ergo dicere bonum esse malum,& malum esse bonum:& rursum bonum esse bonum,& malum esse malum.Et primũ quidem prohibet Apostolus,dicens [Nolite maledicere].i.nolite dicere bonum esse malum & ecõtra,sed secundum licet,& ideò cùm vituperamus peccatum maledicimus quidem, sed non dicendo bonum malũ, sed dicimus malum esse malum.Et ideò licet peccatorem maledicere. i. dicere eum esse malo adiectum vel esse malum. ¶Consequenter cùm dicit[Quoniam autem in lege,&c.]Ostendit insufficientiam legis non valentis ab illo maledicto eripere ex hoc quod iustificare non poterat. Ad quod ostendendum vtitur quodam syllogismo in secunda figura, & est talis. Iustitia est ex fide, sed lex ex fide non est, ergo lex iustificare non potest.Circa hoc ergo primò ponit conclusionem cùm dicit [Quoniam autem in lege nemo iustificatur.]Secundò autem maiorem cùm dicit[Quia iustus ex fide viuit.] Tertiò minorem cùm dicit[Lex autẽ

Opera non sunt causa ꝙ quis sit iustus apud deũ,sed sunt executiones & manifestationes iustitiæ, ipsa autem fide perdilectionẽ operãte iustificamur. Probatur ꝙ sumus cõsecuti dãnũ maledictionis ex lege.

An liceat alicui male dicere.

Legis insufficientia ex eo ꝙ iustificare nõ poterat.

non est ex fide.] Dicit ergo, Dico quòd per legem maledictio inducta est, nec tamen ab illa maledictione lex eripit,quia manifestum est quòd nemo in lege iustificatur apud deum.i.per opera legis.Circa quod intelligendum quòd illi qui negauerunt vetus testamentum, ex hoc verbo occasionem sumpserunt. Et ideò dicendum est quòd nemo iustificatur in lege.i.per legem. Nam per eam cognitio quidem peccati habebatur,vt dicitur Ro.5,Sed non habebatur per eam iustificatio.Rom.3,Ex operibus legis nullus iustificabitur. ¶Sed contrà Iac.2,dicitur, Nonne Abraham ex operibus iustificatus est?Respondeo,dicendum est ꝙ iustificare potest accipi dupliciter.vel quãtum ad executionem iustitiæ & manifestationem, & hoc modo iustificatur homo.i.iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantum ad habitum iustitiæ infusum,& hoc modo iustificatur quis ex operibus, cùm habitus iustitiæ qua homo iustificatur apud deum,non sit acquisitus,sed per gratiã fidei infusus. Et ideò signãter Apostolus dicit [Apud deum,] quia iustitia quæ est apud deum in interiori corde est,iustitia autem quæ est ex operibus.i.quæ manifestat iustum, est apud homines, & hoc modo Apostolus accipit apud deum.Rom.2,Non enim auditores,sed factores,&c. Rom. 4, Si ex operibus Abraham iustificatus est,habet gloriam,sed non apud deum, &c. Sic ergo patet conclusio rationis.s.quòd lex iustificare non potest. ¶Consequenter cùm dicit[Quia iustus,&c.]Ponit maiorem,quæ est ex authoritate scripturæ.Abacuh 2,Et introducitur etiam Rom.1,& ad Heb.10, Circa quod notandũ est, quòd in homine est duplex vita.s.vita naturæ & vita iustitiæ. Vita quidem naturæ est per animam. Vnde anima à corpore recedente,corpus remanet mortuũ. Vita verò iustitiæ est per deum habitantem in nobis per fidem.Et ideò primum quo deus est in anima hominis,est fides:ad Heb.11,Accedẽtem ad deum oportet credere. Eph. 3, Habitare Christum per fidem, &c. Et sic dicimus quòd in anima prima iudicia vitæ apparent in operibus animæ vegetabilis:quia anima vegetabilis est, quæ primò aduenit animali generato, vt Philosophus dicit:ita quia primum principium quo deus est in nobis,est fides, ideo fides dicitur principium viuendi.Et hoc est quod hîc dicitur, Iustus meus ex fide viuit. Et intelligendum est,de fide per dilectionem operante.Minor autẽ ponitur,ibi[Lex autem non est,&c.] Et primò ponitur ipsa minor. Secundò probatur,ibi[Sed qui fecerit,&c.]Dicit ergo lex non est ex fide. ¶Sed cõtrà, lex mandat credere quòd sit vnus deus,& hoc pertinet ad fidem,ergo lex habebat fidem.Quòd autem sit vnus deus,mandatur Deu. 6,Audi Israel,dominus deus tuus,&c.Respõdeo,dicendum est quòd hîc loquitur de obseruationibus mãdatorum legis,secundum quòd lex consistit in mandatis & præceptis cærimonialibus, & dicit quòd talis lex non est ex fide.Fides enim vt dicitur Hebr.11,est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium.Et ideò propriè implet mandatũ de fide qui non sperat ex hoc aliqua præsentia & visibilia consequi,sed bona inuisibilia & æterna.Lex ergo quia promittebat terrena & præsentia, vt dicitur Esa.1,Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis,ideò non est ex fide,sed ex cupiditate potius,vel ex timore, secundum illos præcipuè qui carnaliter legem seruabant. Aliqui tamen spiritualiter viuebant in lege, sed hoc non erat ex ea,sed ex fide mediatoris.Et quòd lex non sit ex fide,probat cùm dicit [Sed qui fecerit ea] id est opera legis,viuet in illis, scilicet vita præsenti. i. immunis erit à morte temporali & conseruabitur in vita præsenti.Vel aliter.Dico quòd lex non est ex fide,& hoc patet,quia qui fecerit, &c.q.d.Præcepta legis non sunt de credendis,sed de faciendis,licet aliquid credendum annuntiet. Et ideò virtus eius nõ est ex fide,sed ex operibus:& hoc probat,quia dominus quando voluit eam confirmare, non dixit,qui crediderit, sed qui fecerit ea,viuet in illis.Sed noua lex ex fide est.Matt.vltim. Qui crediderit & baptizatus fuerit,&c. Lex tamen est quoddam effigiatum & effectum ex fide,& ideo comparatur lex vetus ad legem nouã,sicut opera naturæ ad opera intellectus.Nam in ipsis operibus naturæ apparent quædam opera intellectus,non quòd res naturales intelligant, sed quia aguntur & ordinantur ab intellectu vt finem consequantur. Sic & in veteri lege aliqua continentur quæ fidei sunt:non quòd Iudæi ea prout erant fidei haberent, sed habebant ea in figura tantùm fidei Christi,& protestatione,ex cuius fidei virtute saluabantur iusti.

Hæc secũda pro cõcordia Pauli, & Iacobi & diuersorũ passuũ Pauli.

Lectio 5.

CHristus autem nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

¶Posito damno à lege illato,& defectu legis ab illo eripere non valentis:hîc consequenter ostendit virtutem Christi ab ipso damno liberantis. Et primò ostendit quomodo per Christum ab ipso damno liberamur.Secundò quomodo etiam super hoc auxilium à Christo acquirimus, ibi [Vt in gentibus, &c.] Circa primum tria facit.Primò enim ponit liberationis authoritatem.Secundò liberationis modum, ibi [Factus pro nobis,&c.]Tertiò testimonium propheticum,ibi[Quia scriptũ est,&c.]Dicit ergo primò, Quicunq; seruabant opera legis erant sub maledicto (sicut dictum est) nec per legem liberari poterant. Ideò necesse fuit aliquem habere qui nos liberaret, & iste fuit Christus. Et ideò dicit Christus redemit nos de maledicto legis.Rom.8,Quod impossibile erat legi,&c.Deus mittens filium suũ.s. Christũ,&c, Redemit, inquã, nos.s.Iudæos,pretioso sanguine suo.Apoc.5,Redemisti nos in sanguine,&c.Esa. 43,Noli timere,quia redemi te,&c.De maledicto legis,id est,de culpa & pœna.infrà 4,Vt eos qui sub lege erant redimeret.Osee. 13,De morte redimam eos.Modum liberationis ponit cùm dicit[Factus pro nobis maledictum.]Vbi notandum ꝙ maledictum est quod dicitur malum.Et secundum duplex malum potest dici duplex maledictũ s.maledictũ culpæ & maledictũ pœnæ.Et vtroq; modo potest hoc legi dupliciter[Factum pro nobis maledictum.]Et primò quidem de malo culpæ.Nam Christus redemit nos de malo culpæ.Vnde sicut redemit nos de morte mortuus, ita redemit nos de maledicto culpæ factus maledictum. s.culpæ, non quidem quòd in eo peccatum esset aliquod, qui peccatum non fecit nec dolus,&c.vt dicitur 1.Pet.2, sed secũdum opinionem hominum,& præcipuè Iudæorum,qui reputabant eum peccatorem.Ioan.18,Si non esset hic malefactor,non tibi tradidissemus eum.Et ideò de hoc dicitur 2.Corinth.5,Eum qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum.Dicit autem maledictum,non maledictus, vt ostendat quòd Iudæi eum scleratissimum reputabant:Vnde dicitur Ioan.9, Non est hic homo à deo,&c.Et Ioan. 10, De bono opere non

Ostenditur liberatio à maledicto per Christũ, & modus liberationis,et quomodo ex hoc data est nobis spes et benedictio Abrahæ. Liberatio de maledicto per Christũ. Modus liberationis.

Secunda quomodo fides iustificet & quæ sit fides iustificans. Quomodo sit verũ ꝙ lex non ex fide.

lapidamus te,ſed de peccato & de blaſphemia. Et ideo dicit [Factus eſt pro nobis maledictū in abſtracto] q.d. Factus eſt ipſa maledictio. Secundò exponitur de malo pœnæ. Nam Chriſtus liberauit nos à pœna ſuſtinendo pœnam & mortem noſtram: quæ quidem in nos prouenit ex ipſa maledictione peccati. Inquantū ergo hanc maledictionem peccati ſuſcepit, pro nobis moriendo, dicitur eſſe factus pro nobis maledictum. Et eſt ſimile ei quod dicitur Rom. 8, Miſit deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. i. mortalis. 2. Corint. 5, Eum qui non nouerat peccatum. ſ. Chriſtum, qui peccatum non fecit, deus ſcilicet pater, pro nobis fecit peccatum. i. fecit pati peccati pœnam, quando. ſ. oblatus eſt propter peccata noſtra. ¶ Conſequenter ponit ſcripturæ teſtimonium cùm dicit [Quia ſcriptum eſt, Maledictus omnis, &c.] Et hoc Deuter. 27, Vbi ſciendum ſecundum Glo. quòd in Deut. vnde accipitur hoc verbum tam in noſtris, quàm in Hebræis codicibus habetur, Maledictus à deo omnis, &c. Quod quidem. ſ. à deo in antiquis Hebræorum voluminibus non habetur, vnde creditur quòd à Iudæis poſt paſſionem domini appoſitum ſit ad infamiam Chriſti. Poteſt autem exponi authoritas de malo pœnæ & de malo culpæ. De malo quidem culpæ ſic, Maledictus omnis qui pẽdet in ligno, non propter hoc quod pendet in ligno, ſed pro culpa pro qua pendet. Et hoc modo Chriſtus æſtimatus maledictus in cruce pendens propter hoc quod maximè tali pœna punitus fuit, Et ſecundum hoc continuatur ad præcedentia. Dominus enim præcepit in Deut. vt qui ſuſpenſus fuerit in ve ſpera de ponatur. & ratio huius eſt, quia hæc pœna erat cæteris abiectior & ignominioſior. Dicit ergo, Factus eſt pro nobis maledictum: quia ipſa mors crucis quam ſuſtinuit, ſufficit ad maledictionem, hoc modo exponẽdo de malo culpæ, ſed ſolùm æſtimatione Iudęorum quia ſcriptū eſt, Maledictus omnis, &c. De malo verò pœnæ, ſic exponitur. Maledictus omnis qui, &c. quia ipſa pœna eſt maledictio. ſ. quòd ſic mortuus eſt. Et eſt hoc modo exponendo verè maledictus à deo, quia deus ordinauit quòd hanc pœnam ſuſtineret vt nos liberaret. ¶ Conſequenter cùm dicit [Vt in gentibus benedictio, &c.] Ponit ſpem quam per Chriſtum, per hoc quod per eum liberamur de maledicto, acquirimus, vt dicitur Ro. 5, Non ſicut delictū, ita & donum, immo multò maius. ſ. quia liberat à peccato, & confert gratiam. Primò ergo ponit fructum, & quibus datur, dicens [Vt in gentibus benedictio Abrahæ, &c.] q.d. Factus eſt pro nobis maledictum, non ſolùm vt maledictionem remoueret, ſed vt in Gentibus quæ non ſub maledictione legis erant, fieret benedictio Abrahæ promiſſa. Gen. 22, In ſemine, tuo benedicentur omnes gentes, &c. Et hæc quidem benedictio facta eſt nobis. i. impleta eſt per Chriſtum qui eſt de ſemine Abrahæ, cui dictæ ſunt promiſſiones & ſemini tuo qui eſt Chriſtus, vt dicitur infrà eod. c. Quæ quidem benedictio & fructus eſt vt pollicitationem ſpiritus accipiamus. i. promiſſiones quas ſpiritus ſanctus facit in nobis. ſ. de beatitudine æterna, qui quaſi arra & pignus nobis traditus ipſam nobis promittit, vt habetur Ephe. 1, & 2. Cor. 2, Et quidem in pignore datur ad certitudinem. Nam pignus eſt quædam certa promiſſio de re accipienda. Rom. 5, Non enim acce piſtis ſpiritum ſeruitutis, &c. & infrà, ſi filii & hæredes. Vel pollicitationem ſpiritus accipimus. i. ſpiritū ſan ctum. q.d. Accipiamus pollicitationem de ſpiritu ſancto factam ſemini Abrahæ. Ioel. 2, Effundam de ſpiritu meo, &c. Quia per ſpiritum ſanctum coniungimur Chriſto, & efficimur ſemen Abrahæ, & digni benedictione. Secundò oſtendit per quid proueniat nobis iſte fructus, dicens, Per fidem, per quam quidem & hęreditatem æternam acquirimus. Ad Hebr. 11, Accedentem ad deum oportet credere quia eſt, & inquirẽtibus ſe remunerator ſit. Per fidem etiam acquirimus ſpiritum ſanctum, quia vt dicitur Actuum. 5, Dominus dat ſpiritum ſanctum obedientibus ſibi, ſcilicet per fidem.

Lectio 6.

Oſtenditur q̃ lex nõ iuſtificat, nec eſt neceſſaria ad iuſtificationem corã deo p rationes humanas: & ponitur hîc conſuetudo teſtamentorũ applicãdo ad promiſſiones Abrahæ.

Patet q̃ ad cõferẽdũ de his quæ ſũt fidei poſſum⁹ vti qualibet ſcientia.

Fratres (ſecundum hominem dico) tamen hominis confirmatum teſtamentũ nemo ſpernit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones: & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à deo: quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex non irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus.

¶ Poſtquam Apoſtolus probauit per authoritates quòd lex non iuſtificat, nec ad iuſtificationem quæ eſt per fidem eſt neceſſaria: hîc conſequenter oſtendit idem per rationes humanas. Et circa hoc quatuor facit. Primò humanam conſuetudinem ponit. Secundò aſſumit promiſſionem diuinam, ibi [Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, &c.] Tertiò infert concluſionem, ibi [Hoc autem dico, &c.] Quartò oſtendit concluſionem ſequi ex præmiſſis ibi [Nam ſi ex lege, &c.] Dicit ergo, Apertè quidem prius locutus ſum ſecundum authoritatem ſcripturæ non allatæ voluntate humana, ſed ſpiritu ſancto, vt dicitur 2. Pet. 1, Sed nunc ſecundum hominem dico, & ſecundum ea quæ humana ratio & conſuetudo habet. Ex quo quidem habemus argumentum quòd ad conferendum de his quæ ſunt fidei, poſſumus vti quacunque veritate cuiuſcunque ſcientiæ. Deut. 21, Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram & adamaueris eam, volueriſq; habere in vxorem, introduces eam in domum tuam. i. ſi ſapientia & ſciẽtia ſecularis placuerit tibi introduces eam infra terminos tuos, quæ radet Cæſariem, &c. i. reſecabit omnes ſenſus erroneos. Et inde eſt quòd Apoſtolus in multis locis in epiſtolis ſuis vtitur authoritatibus Gentilium, ſicut illud 1. Corinth. 15, Corrumpunt bonos mores, &c. Et illud Titum 1, Cretenſes malæ beſtiæ, &c. Vel quãuis huiuſmodi rationes vanæ ſint & infirmæ, quia vt dicitur in Pſal. Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt: tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit aut ſuperordinat, quia nihil humanum tantam firmitatẽ habet ſicut vltima voluntas hominis: ſperneret autem illud aliquis ſi diceret quòd teſtamentum hominis cõfirmatum morte teſtatoris & teſtibus non valeret. Si ergo teſtamentũ huiuſmodi nemo ſpernit, dicens non eſſe ſeruandum, aut ſpernit aliquid mutando, multò magis teſtamentum dei nullus ſpernere debet aut ſuperordinare, infringendo illud vel addendo vel diminuendo. Apoc. vlt. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in illo libro: & ſi quis diminuerit de verbis prophetiæ huius, auferet deus partem eius, &c. Deut. 4, Non addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ex eo, &c. ¶ Cõſequenter cùm dicit [Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, &c.] Aſſumit promiſſionẽ diuinam Abrahæ factam quæ eſt quaſi quoddam teſtamẽtum dei. Et primò exponit hanc promiſſionem ſeu teſtamẽtum. Secundò

verò aperit veritatem teſtamenti, ibi [Non dicit in ſeminibus, &c.] Dicit ergo primò Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones. q.d. Sicut teſtamentum hominis eſt firmum: ita promiſſiones diuinæ firmæ ſunt. Sed nunquid deus aliquas promiſſiones fecit ante legem? Vtique, quia Abrahæ qui fuit ante legem. ſ. quòd non falleret deus, dictæ. i. factæ ſunt promiſſiones & ſemini eius à deo. Sed Abrahæ factę ſunt vt cui erant implendæ: ſemini verò vt per quod impleretur. Dicit autem promiſſiones pluraliter, quia promiſsio de benedicendo ſemine multa continebat. Vel, quia frequenter idem. i. æterna beatitudo ſibi promiſſa eſt, ſicut Gen. 12, In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Item. 15, ſuſpice cælum & numera ſtellas, &c. Item eodem, Semini tuo dabo terram hanc, &c. Item 22, Benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli. Iſte ergo promiſſiones ſunt quaſi teſtamentum dei, quia eſt quædam ordinatio de hæreditate danda Abrahæ & ſemini ſuo. Veritatem autem teſtamenti aperit cùm dicit [Non dicit in ſeminibus, &c.] Quam quidem aperit eodem ſpiritu quo teſtamentum conditum eſt. Et hoc patet ex verbis teſtamenti, Non (inquit) dicit in ſeminibus quaſi in multis. i. ſicut faceret ſi de multis illud valeret, ſed in vno quod eſt Chriſtus, quia ipſe ſolus eſt per quem & in quo omnes poterunt benedici. Nam ipſe ſolus & ſingularis eſt qui non ſubiacet maledictioni culpæ, & ſi maledictio pro nobis dignatus ſit fieri. Vnde dicitur in Pſal. Singulariter ſum ego, &c. Item non eſt qui faciat bonum, &c. Eccl. 7, Virum de mille vnum reperi. ſ. Chriſtum, qui eſſet ſine omni peccato: mulierem autem ex omnibus non inueni quæ à peccato omnino immunis eſſet ad minus originali vel veniali. Concluſionem autem infert conſequenter, cùm dicit [Hoc autem dico teſtamentum, &c.] Vbi videmus per ordinẽ quid ſit quod dicit. Dicit ergo quòd hoc promiſit deus Abrahæ ſed hoc eſt teſtamentum. ſ. iſta promiſsio de hæreditate adipiſcenda. Hiere. 31, Feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, &c. Confirmatum: Quod ideò ponit vt concordet cum præmiſsis. Nam ſuprà dixerat, Teſtamentum hominis confirmatum, &c. A deo. ſ. qui promiſit. Et confirmatum dico iureiurando, Gen. 21, Per memetipſum iuraui, &c. Heb. 6, Vt per duas res immobiles quibus impoſsibile eſt mentiri deum, &c. Hoc, inquam, teſtamentum lex non facit irritum, quæ quidem lex facta eſt, & data à deo per Moyſen. Ioã. 1, Lex per Moyſen data eſt, &c. Poſt quadrigentos & triginta, &c. Et quaſi exponens quod dixerat, ſubiungit, non irritum facit ad euacuandam promiſsionem. Sic enim irritum fieret prædictum teſtamẽtum, ſi promiſsio facta Abrahæ euacueretur. i. in vacuum facta eſſet, quaſi non ſufficeret ſemen Abrahæ repromiſſum ad gentium benedictionem. Per Chriſtum autem non ſunt euacuatæ promiſsiones patribus factæ, ſed confirmatæ. Rom. 15, Dico Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circuncisionis, ad confirmandas promiſsiones patrũ. Et 2. Corin. 1, Quotquot enim promiſsiones dei ſunt, in illo eſt, &c. Hoc autem quod dicitur, Poſt quadrigentos & triginta annos, cõcordat ei quod habetur Exo. 12, Habitatio filiorum qua manſerat in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Et Act. 7, Locutus eſt dominus. ſ. Abrahæ, quia erit ſemen eius accola in terra aliena & ſeruituti eos ſubiicient annis quadringentis triginta. Sed contrà eſt quod dicitur Gene. 15, Scito prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum, & ſeruitute eos ſubiicient, & affligent eos annis quadringentis. Reſpondeo, dicendum quòd ſi fiat computatio annorũ à prima promiſsione facta Abrahæ quæ legitur Gene. 12, vſq; ad exitum filiorum Iſrael de Aegipto quando data eſt lex, ſic ſunt anni quadringenti triginta, ſicut hîc ſcribitur, & Exo. 12, & Act. 7, Vſque ad exitum filiorum Iſrael de Aegypto quando data eſt lex. Si autem incipiat cõputatio à natiuitate Iſaac (de qua legitur Gen. 21,) ſic ſunt tantùm quadringenti & quinque anni. Nam viginti quinq; anni fuerunt à promiſsione facta Abrahæ vſq; ad natiuitatem Iſaac. Abraham enim erat ſeptuaginta quinque annorum quando exiuit de terra ſua & facta eſt ei prima promiſsio, vt habetur Gene. 12, Centenarius autem fuit, quando natus eſt Iſaac, vt habetur ibidem 21. Quòd autem à natiuitate Iſaac vſq; ad exitum filiorum Iſrael de Aegypto fuerint quadringenti quinq; anni, probatur per hoc quod Iſaac fuit ſexaginta annorũ quando genuit Iacob, vt habetur Gen. 25, Iacob autem erat 130. annorum quando intrauit Aegyptum vt habetur Gene. 47, Et ſic à natiuitate Iſaac vſq; ad introitum Iacob in Aegyptum fuerunt 190. anni Ioſeph autem fuit triginta annorum, quando ſterit coram Pharaone, vt habetur Gen. 41, Et poſtea tranſierunt ſeptem anni fertilitatis & duo ſterilitatis, vſq; ad ingreſſum Iacob in Aegyptum. vt habetur 45. Vixit autem Ioſeph 110. annis vt habetur Gene. vlti. A quibus ſi ſubtrahantur triginta nouem anni remanent ſeptuaginta & vnus annus. Fuerunt ergo a natiuitate Iſaac vſq; ad mortem Ioſeph ducenti & ſexaginta vnus annus. Fuerunt autem in Aegypto filii Iſrael poſt mortẽ Ioſeph 144, annis vt Rabanus dicit in Glo. Actu. 7. Fuerunt ergo à natiuitate Iſaac vſq; ad exitum filiorum Iſrael de Aegypto & legem datam 450. anni, ſcriptura autem Gene. 17, non curauit de minutis. Vel poteſt dici quòd quinto anno Iſaac expulſus fuit Iſmael, & remanſit ſolus Iſaac hæres Abrahæ, à quo tempore fuerunt quadringenti anni. ¶ Deinde cùm dicit [Nam ſi ex lege, &c.] Oſtendit quomodo ſequatur ex præmiſsis quòd lex euacuaret promiſsiones, ſi lex neceſſaria eſſet ad iuſtificationẽ ſiue benedictionem gentium. Dicit ergo verè promiſsio euacuaretur ſi lex neceſſaria eſſet. Nam ſi hæreditas. ſ. benedictionis Abrahæ eſſet ex lege, iam non eſſet ex repromiſsione. i. ex ſemine repromiſſo Abrahæ. Si enim ſemen promiſſum eſſet ſufficiens ad hæreditatem benedictionis conſequendam, non fieret iuſtificatio per legem. Deſtruit autem conſequens, cùm dicit [Abrahæ autem donauit deus, &c.] i. promiſit ſe daturum, quod ita certum erat acſi ſtatim daret per repromiſsionem. i. per ſemen repromiſſum. Non ergo eſt ex lege hęreditas. i. benedictio, de qua dicitur 1. Pet. 3, In hoc vocati eſtis vt benedictionem hæreditate poſsideatis.

Docetur q̃ promiſsio facta Abrahæ vana eſſet, & iam euacuata ſi per legẽ eſſet benedictio.

Lectio 7.

Quid igitur lex? Propter tranſgreſsionem poſita eſt, donec ueniret ſemẽ cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius, non eſt, deus autem unus eſt.

Quæſtio mouetur ex dictis et ſoluitur.

¶ Poſtq̃ oſtendit Apoſtolus & authoritate ſcripturę & conſuetudine humana q̃ lex iuſtificare nõ potuit, hîc mouet duas dubitatiões & ſoluit. Secũda dubitatio incipit, ibi [Lex ergo aduerſus promiſſa dei, &c.] Circa primum tria facit. Primò mouet dubitationem. Secundò ſoluit, ibi [Propter trãſgreſsiones, &c.] Tertiò quoddã in ſolutione poſitum manifeſtat, ibi [Mediator autẽ, &c.] Poteſt autẽ eſſe dubiũ ex præmiſsis tale, Si lex iuſtificare non poterat, an eſſet omnino inutilis. Et hanc dubitationẽ mouet, dicẽs [Quid igitur lex,

&c.]sit.i.ad quid lex vtilis fuit.Et hanc punctuationem magis approbat Aug.vt habetur in Glo.quam aliã quæ sibi primitus melior videbatur, vt distinguatur sic. Quid igitur? & postea dicatur.Lex propter transgressiones,&c.Similis dubitatio proponitur.Roma.3.vbi sic dicitur, Quid igitur amplius Iudæo,&c.

¶Deinde cùm dicit[Propter trãsgressiones.] Soluit dubitationem motam,vbi quatuor facit.Primò proponit legis vtilitatem. Secundò legis fructum, ibi [Donec veniret semen, &c.] Tertiò legis ministros,ibi [Ordinata per angelos.] Quartò legis dominiũ,ibi[In manu mediatoris.] Circa primum notãdum est q̃ lex vetus data est propter quatuor secundũ quatuor ex peccato consecuta quæ enumerat Beda. s. propter malitiam,infirmitatẽ,concupiscentiam & ignorantiã.Et est ergò lex primò data ad reprimẽdam malitiam dum.s.prohibendo peccatũ & puniendo retrahebantur homines à peccato,& hoc tangit, dicens [Propter transgressiones posita est lex].i.ad transgressiones cohibendas:& de hoc habetur 1.Tim.1, Iusto lex nõ est posita,sed iniustis.Cuius ratio potest sumi à Philosopho in 4.Ethic. Homines enim bene dispositi ex seipsis mouẽtur ad bene agendũ & sufficiũt eis paterna monita,vnde non indigẽt lege:sed sicut Ro. 2. dicitur, Ipsi sibi sunt lex,habẽtes opus legis scriptũ in cordibus suis.Sed homines malè dispositi,indigent retrahi à peccatis per pœnas. Et ideo quantũ ad istos fuit necessaria legis positio,quæ habet coartatiuam virtutẽ. Secundò lex data est ad infirmitatẽ manifestandam.Homines enim de duobus præsumebant.Primò quidẽ de scientia,secundò de potẽtia.Et ideo deus reliquit homines absq; doctrina legis,tẽpore legis naturæ. In quo dum in errores inciderunt,cõuicta est eorũ superbia de fructu scientiæ.Sed adhuc restabat præsumptio de potẽtia.Dicebãt enim nõ deest qui impleat,sed deest qui iubeat,vt dicitur in Glo.sup illud Exo.24,Quicquid præceperit dominus,faciemus & erimus obedientes.Et ideo data est lex quæ cognitionẽ peccati faceret.Per legẽ enim cognitio peccati.Ro.3.quæ tamen auxiliũ gratiæ non dabat ad vitandũ peccata,vt sic homo sub lege cõstitutus & vires suas experiretur & infirmitatem suã recognosceret inueniens se sine gratia peccatum vitare nõ posse,& sic auidius quæreret gratiã:hæc etiam causa potest ex his verbis accipi, vt dicatur q̃ lex posita est propter transgressiones adimplendas, quasi illo modo loquendo quo Apostolus dicit Ro.5,Lex subintrauit vt abũdaret delictũ, qđ non est intelligendũ causaliter,sed cõsecutiuè:quia lege subintrante abundauit delictũ & transgressiones sunt multiplicatæ,dum cõcupiscentia nõdum per gratiã sanata in id quod prohibebatur,magis exarsit,& factũ est peccatũ grauius addita præuaricatiõe legis scriptę.Et hoc deus permittebat vt homines imperfectionẽ suam cognoscentes quærerent mediatoris gratiã.Vnde singnanter dicit,Posita est quasi debito ordine collocata inter legẽ naturæ & legem gratiæ.Tertiò data est lex ad domandã concupiscentiam populi lasciuiẽtis, vt diuersis cerimoniis fatigati neq; ad idolatriã,neq; ad lasciuias declinarent.Vnde dicit Petrus,Act.15,Hoc est onus quod neq; nos,&c.Quartò ad instruendũ ignorantiam data est lex in figurã futuræ gratiæ,secundũ,illud Heb.10,Vmbram habet lex,&c. ¶Deinde cùm dicit[Donec veniret semen,&c.]Id est Christus de quo promiserat deus,per eũ benedicendas omnes gentes.Mat.11,Lex & prophetæ vsq; ad Ioannẽ,&c.Gene.12,In semine tuo,&c. Ministri autẽ legis ponũtur, cùm dicit[Ordinata].i.ordinanter data per angelos.i.per nuntios dei.s.Moysen & Aaron.Malach.2,Legẽ requirent ex ore eius,&c.Angelus enim domini,&c.Vel per angelos.i.ministros angelorũ.Act.6, Accepistis legem in dispositionẽ angelorum, &c.Est data per angelos,quia lex non debebat dari per filiũ qui maior est.Heb.2,Si enim qui per angelos factus est sermo,&c.Dicit autem, Ordinata,quia ordinabiliter data est.s.inter tẽpus legis naturalis,qua homines conuicti sunt q̃ se iuuare non poterant,& tẽpus gratiæ. Nam anteq̃ gratiam acciperent,cõuincendi erãt de lege.Dominus autẽ legis dicitur Christus.Et ideo dicit in manu mediatoris.i.in potestate Christi.Deut.33,In dextera eius ignea lex.1.Timo.2,Mediator dei & hominũ &c.Iste mediator significatus est per Moysen,in cuius manu est lex data. Deut.5,Ego sequester & medius fui inter deum & vos,&c. ¶Deinde cùm dicit[Mediator autẽ,&c.]Exponit quod dixit. In manu mediatoris,quod potest tripliciter exponi.Vno modo quia mediator non est vnius tantùm, sed duorum.Vnde cùm iste sit mediator dei & hominis,oportet q̃ sit deus & homo.Si enim esset purus homo vel deus tãtùm, nõ esset verus mediator. Si ergo est verus deus,cùm nullus est mediator suipsius,posset videri alicui q̃ prẽter ipsum sunt alii dii quorũ est mediator:& hoc remouet dicens,q̃ mediator iste & si nõ est vnius tantũ, non propter hoc sunt alii dii,sed deus vnus est,quia licet ipse alius sit in persona à deo patre, nõ est tamen aliud in natura.Deut.6,Audi Israel dominus deus tuus, &c.Ephe.4,Vnus deus,&c.Secundo modo,quia posset credi q̃ iste esset mediator Iudæorũ tantùm:ideo dicit,Dico q̃ Christus est mediator,sed nõ vnius.s.Iudęorum,sed vnus est omniũ.i.sufficiens ad omnes reconciliandos deo,quia ipse deus est.Rom.3,Vnus est deus qui iustificauit circuncisionẽ ex fide & præputium per fidẽ,&c.2.Corin.5, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi,&c.Tertio modo,quia non est mediator vnius populi tantũ.s.Iudæorum,sed etiam Gentilium.Ephe.2,Ipse est pax nostra,qui fecit vtraq; vnum.Et hoc ex parte Gentiũ auferendo idololatriã, & ex parte Iudæorũ ex obseruantia legis.Specialiter autem mediator est filius non pater,non spiritussanctus, nihilominus tamen vnus est deus.

Lectio 8.

Quæstio est an lex noceat gratiæ, dicitur q̃ nõ: & ostẽditur q̃ lex nõ sit cõtra promissa dei immo inobsequiũ q̃d in Iudæis, manifestatum est.

Lex ergo aduersus promissa dei? Absit.Si enim data esset lex quæ posset uiuificare,uerè ex lege esset iustitia. sed concluſit scriptura omnia sub peccato ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.Prius autem quàm ueniret fides,sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat.Itaque lex,pædagogus noster fuit in Christo:ut ex fide iustificemur.At ubi uenit fides,iam non sumus sub pædagogo.

¶Hic mouet Apostolus aliam dubitationẽ,vtrũ.s.lex noceat gratiæ.Et primò mouet dubitationẽ,dicẽs, [Lex ergo,&c.]Quasi.d.si lex posita est propter transgressiones,nunquid lex facit aduersus promissa dei.s. vt id quod deus promisit se facturũ per semen repromissum,per aliũ faciat?[Absit] .q.d.Non. Namsuprà eodem,Lex non irritũ facit testamentum ad euacuandũ promissionem,&c.Ro.7, Lex sancta & mãdatum sanctum.Secundò cùm dicit[Si enim lex esset data,&c.]Soluit dubitationẽ.Et primò ostendit q̃ lex nõ est cõtra promissa dei.Secundò q̃ est in obsequiũ promissorũ,ibi[Sed cõcluſit,&c.] Dicit ergo q̃ licet lex sit posita propter transgressiones,non tamen cõtrariatur promissioni dei,quia trãsgressiones ipsas remouere non potest.Si enim eas remoueret,tũc manifestè esset contra promissa dei,quia iustitia esset per alium mo

dum quàm deus promisit,quia esset per legem & nõ per fidem,cùm tamen dicatur Abacuh.2,Iustus meus ex fide viuit.Rom.3, Iustitia dei est per fidẽ Iesu Christi.Et ideo dicit q̃ si lex esset data talis quæ posset vificare.i.tantæ virtutis esset q̃ posset vitam gratiæ,& æternam beatitudinem conferre,tunc verè & nõ apparenter iustitia esset ex lege,si lex faceret quod fides facere dicitur,& sic fruſtrà esset fides.Sed lex non iustificat,quia litera.s.legis,occidit,vt dicitur 2.Cor.3.& Rom.8, Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, &c. ¶Deinde cùm dicit[Sed scriptura concluſit,&c.]ostẽdit q̃ lex non solùm non contrariatur gratię,sed est ei etiam in obsequium. Et primò ostendit quòd lex obsequitur promissis dei. Secundò quomodo hoc obsequium manifestatum est in Iudæis,ibi [Prius autem quàm veniret fides,&c.] Tertiò quomodo Gentiles etiam sine lege consecuti sunt promissa dei,ibi[Omnes enim filii dei estis,&c.] Circa primum sciẽdum est quòd lex obsequitur promissis dei in generali quantum ad duo.Primò quia manifestat peccata. Ro. 3, Per legem cognitio peccati.Deinde quia manifestat infirmitatem humanam,inquantum homo non potest vitare peccatum,nisi per gratiam,quæ per legem nõ dabatur . Et sicut ista duo.s.cognitio morbi & impotentia infirmi, multum inducunt ad quærendum medicum:ita cognitio peccati & propriæ impotentiæ inducunt ad quærendum Christum. Sic ergo lex obsecuta est gratiæ,inquantum præbuit cognitionem peccati & experientiam propriæ impotentiæ.Et ideò dicit [Scriptura,] id est lex scripta (concluſit,) .i. tenuit inclusos Iudæos [sub peccato,] id est ostendit eis peccata quę faciebant. Ro. 7, Concupiscentiam nesciebã, &c.Item concluſit,quia veniente lege sumpserunt occasionem peccati. Rom. 11,Concluſit deus omnia in incredulitate,&c.Et hoc ideo,vt homo quæreret gratiam.Et ideo dicit, Vt promissio.i.gratia, repromissa daretur non solùm Iudæis,sed omnibus credentibus,quia illa gratia poterat liberare à peccatis, & hæc gratia est ex fide Iesu Christi. ¶Deinde cùm dicit[Prius autem quàm veniret,&c.]Ponit experimentum huius obsequii manifestatum in Iudæis.Et primò ponit obsequium Iudæorum. Secundò concludit quoddã correlarium,ibi[Itaq; lex pædagogus,&c.]Dicit ergo si scriptura.i.lex scripta,detinuit omnia sub peccato quas vtilitates habebant Iudæi ex lege anteq̃ veniret fides ex gratia.Respondet & dicit,Nos Iudęi ante aduentum fidei custodiebamur sub lege,inquãtum faciebat nos vitare idololatriam & multa alia mala,custodiebamur,inquam,non sicut liberi,sed quasi serui sub timore,& hoc sub lege.i.sub onere legis & dominio. Ro.7,Lex in homine dominatur quanto tẽpore viuit,&c.Et custodiebamur conclusi.i.seruati ne defluere mus ad vitia,sed præpararemur in eã.i.tam bonã fidẽ quæ reuelanda erat ,Esa.56,Iuxta est salus mea vt veniat,& iustitia mea vt reueletur.Et dicit reuelanda,quia cùm fides excedat omne humanũ ingenium,nõ potest per propriũ sensum haberi,sed ex reuelatiõe & dono dei. Esa.40, Reuelabitur gloria domini,&c. Vel in eam fidẽ quæ reuelanda erat tẽpore gratiæ,in antiquis temporibus multis signis latens. Vnde & tẽpore Christi velum tẽpli scissum est.Mat.27. ¶Cõsequenter cùm dicit[Lex pædagogus,&c.]Concludit quoddam correlariũ.Et primò ostendit legis officium.Secundò officii testationẽ,ibi[At vbi venit plenitudo tẽporis,&c.]Officium autẽ legis fuit officium pædagogi.Et ideo dicit[Lex pædagogus noster,&c.]Quãdiu enim hæres nõ potest consequi beneficium hæreditatis,vel propter defectũ ætatis seu alicuius debitæ perfectionis,cõseruatur & custoditur ab aliquo instructore,qui quidẽ instructor pædagogus dicitur , à pædos quod est puer,& goge quod est ductio. Iudæis autẽ promissa erat benedictio futuri seminis de hæreditate obtinenda,sed nondũ aduenerat tempus ipsius hæreditatis cõsequendæ.Et ideo necessarium erat q̃ cõseruarentur vs; ad tẽpus futuri seminis & cohiberentur ab illicitis,quod factũ est per legem.Et ideo dicit [Itaque,&c.]q.d.Ex quo sub lege custodiebamur,lex fuit noster pædagogus.i.dirigens & cõseruans in Christo i.in viam Christi.Et hoc ideo vt ex fide Christi iustificaremur.Osee 11,Puer Israel & dilexi eum.Hiere. 31, Castigasti me domine,& eruditus sum,&c.Ro.3,Arbitramur enim hominem iustificari per fidem.&c.Et quãuis lex pædagogus noster esset,nõ tamen ad perfectam hæreditatẽ ducebat,quia vt dicitur Heb.7,Neminem ad perfectũ adduxit lex,&c.Sed hoc officium cessauit postquam venit fides. Et hoc est quod dicit, [At vbi venit fides] .s.Christi iam non sumus sub pædagogo.i.sub coactione, quæ non est necessaria liberis.1.Cor.13, Cùm essem paruulus,&c.cum autem factus sum vir,&c.2.Cor.5, Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt,&c.

Lectio 9.

Ostẽditur q̃ nullus sit sub lege,sed filij dei per fidẽ omnes.

Omnes enim filij dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu.Quicunq; enim in Christo baptizati estis:Christum induistis.Non est Iudæus neque Græcus,non est seruus neque liber,non est masculus neque fœmina,Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu.Si autem uos Christi:ergo semen Abrahæ estis,secundum promissionem hæredes.

¶Hic ostendit Apostolus q̃ ad fructum gratiæ Gentiles sine obsequio legis peruenerũt, ad quẽ tamen Iudęi perducti sunt per legis custodiã & obsequium.Et circa hoc tria facit.Primò proponit intentũ.Secundò manifestat propositũ,ibi[Quicunq; enim in Christo,&c.] Tertiò ex hoc argumentatur,ibi [Si autem vos Christi,&c.] Dicit ergo verè non sumus sub lege.i.sub pædagogo & coactione,quia sumus filii dei. Similiter & vos neq; sub lege,neq; sub pædagogo estis,quia.s.ad gratiã peruenistis. Ideo omnes estis filii dei per fidem,nõ per legem.Ro.8,Non enim accepistis spiritum seruitutis.s.timoris qui dabatur in lege veteri,sed accepistis spiritũ filiorũ.s.charitatis& amoris qui datur in noua lege per fidẽ.Ioan.1,Dedit eis potestatẽ filios dei fieri,&c.Si ergo filii dei estis per fidẽ,quare vultis esse serui p legis obseruãtias? Nã sola fides homines facit filios dei adoptiuos.Nullus siquidẽ est filius adoptiuus,nisi vniatur & adhæreat filio naturali.Ro. 8,Quos præsciuit cõformes fieri imaginis filii eius,&c.Fides em̃ facit nos in Christo Iesu filios.Eph.3, Habitare Christum per fidẽ in cordibus vestris.Et hoc in Christo Iesu.i. filii dei estis per Iesum Christum.

Quomodo Christiani sint in Christo ostenditur.

¶Consequenter cùm dicit[Quicunq; enim in Christo,&c.]Manifestat propositũ.Et circa hoc tria facit. Primò proponit propositi manifestationẽ.Secundò manifestationis expositionẽ,ibi[Non est Iudęus,&c.] Tertiò assignat manifestationis rationẽ,ibi[Omnes enim vnũ sumus,&c.] Manifestat autẽ circa primum quomodo sumus in Christo Iesu filii dei.Et hoc est quod dicit[Quicũq; enim in Christo Iesu,&c.]Quod potest quadrupliciter exponi,vno modo vt dicatur, Quicunq; in Christo Iesu baptizati estis.i.institutione Christi ad baptismũ instructi estis.Mar.vlt.Euntes in mundũ vniuersum, prædicate euãgelium omni creaturæ,&c.Qui crediderit & baptizatus fuerit,&c.Alio modo quicunq; in Christo Iesu baptizati estis.s. per

similitudinem,& per configuratione mortis Christi.Ro.6,Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu,in morte ipsius baptizati sumus.Vel in Christo Iesu.i.in fide Iesu Christi. Nam baptismus nō fit, nisi in fide, sine qua effectū baptismi nullum cōsequimur.Mar.vlti.Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit,&c. Vel in Christo Iesu.i.in virtute & operatione eius.Io.1,Super quē videris spiritum descendentē hic est qui baptizat.Quicunq; ergo istis quatuor modis baptizati estis Christum induistis. Vbi dicendū est q̄ qui induitur aliqua veste,protegitur ac cōtegitur ea,& apparet sub colore vestis colore proprio occultato. Eodē modo & qui induit Christū,protegitur & cōtegitur à Christo Iesu contra impugnationes & æstus,& in eo nihil aliud apparet nisi qui Christi sunt.Ro.13,Induite dominū Iesum Christum. Et sicut lignū accensum induitur igne,& participat eius virtutē,ita & qui Christi virtutes accipit,induitur Christo.Luc.vlti.Sedete in ciuitate donec induamini virtutē,&c.Quod in illis locū habent qui interius Christi virtute informātur. Ephe.4,Induite nouū hominem qui secundū,&c.Et nota q̄ Christū aliqui induunt exterius per bonā conuersationē,& interius per spiritus renouationē,& secundū vtrunq; per sanctitatis configurationē vt tangitur in glosa. ¶ Expositionē autem manifestationis ponit,cùm dicit [Non est Iudæus,&c.] q.d.verè dixi q̄ quicunq; in Christo Iesu,&c.Quia nihil potest esse in hominibus qđ faciat exceptionē à sacramento fidei Christi & baptismi.Et ponit tres differentias hominū,ostendens q̄ per eas nullus excipitur à fide Christi. Prima differentia est quantū ad ritum,cùm dicit[Non est Iudæus neq; Græcus].q.d.Ex quo in Christo Iesu baptizatus est,nō est differentia,q̄ propter hoc sit indignior in fide ex quocunq; ritu ad eam venerit,siue ex ritu Iudaico siue Græco.Ro.3,An Iudeorū deus tantùm?Nonne & Gentiū?Immo & Gentiū,quoniā quidem vnus deus qui iustificauit circuncisionē ex fide,& præputium per fidē.Et Ro. 10,Non est distinctio Iudæi & Græci,&c. ¶ Sed cōtrà est qđ dicitur Ro.3,Quid ergo amplius est Iudæo?Multū quidem per omnem modū.Respondeo,dicendum est q̄ Iudæi & Græci possunt cōsiderari dupliciter. Vno modo secūdum statum in quo erant ante fidē,& sic amplius fuit Iudæo,propter beneficiū legis. Alio modo quantum ad statū gratiæ,& sic nō est amplius Iudæo:& de hoc intelligitur hîc.Secunda differentia est quantū ad statum & conditionē,cùm dicit[Non est seruus neq; liber].i.neq; seruitus,neq; libertas,neq; nobilitas, neq; ignobilitas differentiā facit ad recipiendum effectū baptismi.Iob 3,Paruus & magnus ibi sunt,& seruus liber à domino suo.Ro.2,Non est personarū acceptio apud deū.Tertia differētia est quantum ad naturam, cùm dicit [Nō est masculus neq; fœmina]quia sexus nullā differentiam facit quantū ad participandum baptismi effectū.Gal.3,Nō est masculus aut fœmina,&c.Expositionis verò rationē ponit,cùm dicit [Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu].q.d.verè nihil horū est per qđ differentia fit in Christo, quia vos omnes.s.fideles vnum estis in Christo Iesu qui in baptismo omnes estis effecti mēbra Christi & vnum corpus & si inter vos sitis diuersi.Ro.12,Omnes vnū corpus sumus in Christo,&c.Ephe.4,Vnū corpus vnus spiritus,&c.Vbi autē est vnitas differentia non habet locū.Pro hac vnitate orat Christus.Ioan.17,Volo pater vt sint vnum,&c. ¶ Consequenter cùm dicit[Si autē vos estis,&c.]Arguit ad principale propositum hoc modo.Dixi q̄ Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius,sed vos estis Abrahæ, ergo ad vos pertinet promissio Abrahæ de hæreditate cōsequenda.Minorē sic probat,Vos estis filii dei adoptiui,quia estis vnitī per fidem Christo qui est filius dei naturalis,sed Christus est filius Abrahæ,vt suprà eodem,quasi in vno,& semini tuo qui est Christus,ergo si vos estis Christi,id est,in Christo, estis semen Abrahæ, id est filii, cùm Christus filius eius sit.Et si filii estis & hæredes.i.ad vos pertinet hereditas secundum promissionem Abrahæ factam.Ro.9,Non qui filii sunt carnis,hi filii dei,sed qui sunt filii promissionis,æstimantur in semine.

Caput 4.

Similitudo ponitur ad ostēdēdam dignitatem gratiæ supra statum legis & apparatur similitudo ad ꝓpositū & ostendi tur per hoc beneficium gratiæ Iudæis etiam exhiberi ex fine promissionis sibi.

Dico autem quanto tēpore hæres paruulus est,nihil differt à seruo,cùm sit dominus omniū,sed sub tutoribus & actoribus est usque ad præfinitum tempus à patre:Ita & nos cùm essemus paruuli, sub elementis mūdi eramus seruientes.

¶ Postq̄ ostendit Apostolus legis defectum:hîc cōsequenter ostendit gratiæ dignitatē. Et primò per exemplū humanum.Secundò per exēplum scripturæ,ibi[Dicite mihi qui sub lege vultis esse, &c.] Circa primū duo facit.Primò ostendit dignitatē gratiæ supra primitiuū statum veteris legis, per similitudinem à lege humana sumptā.Secundò ostēdit q̄ ipsi facti sunt principes huius dignitatis per fidē,ibi[Quoniam autē estis filii dei,&c.]Tertiò arguit ipsos,eo q̄ hanc dignitatē contēnebāt,ibi[Sed tunc quidē ignorantes deū,&c.]Circa primum duo facit.Primò ponit similitudinē.Secundò adaptat eam ad propositum, ibi[Ita & nos cū essemus,&c.]Notandū est q̄ in proposita similitudine quatuor tangit Apostolus. Primò quidem dignitatē,quia nō est seruus,sed hæres.Vnde dicit[Quanto tēpore hęres,&c.]Quod aptatur & refertur ad populum Iudæorum,qui fuit hæres promissionis Abrahæ.Psal.Elegit nos in hereditatē sibi,& ad Christum qui est hæres omniū.Heb.1,Quem constituit hæredē vniuersorum.Secundò eius paruitatē,Vnde dicit[Paruulus est.]quia & Iudæi paruuli erant secundū statū legis.Amos 7, Quis suscitabit Iacob,quia paruulus est?Similiter & Christus paruulus factus est per incarnationē.Esa.9,Paruulus natꝰ est nobis, &c. Sed nota q̄ Apostolus aliquādo assimilat paruulo statū legis,sicut hîc.Aliquādo statū prēsentis vitę.1.Cor. 13,Cùm essem paruulus,&c.Cuius ratio est,quia status veteris legis est sicut paruulus propter imperfectionem cognitionis in ipsa cōparatione ad statum gratiæ & veritatis:quæ per Christum facta est.Sic & status præsentis vitæ in qua videmus per speculū in enigmate,est sicut paruulus, cōparatus statui futuræ vitæ,in qua est perfecta dei cognitio,quia videtur sicuti est. ¶ Tertiò eius subiectionē,cùm dicit[Nihil differt à seruo,cùm sit dominus omniū,sed sub tutoribus,&c.]Proprium enim serui est q̄ sit subiectus alicui domino. Puer autē quandiu paruulus est,quia non habet cognitionē perfectam,& vsum liberæ voluntatis, propter defectum ætatis,cōmittitur custodiæ aliorum qui & bona sua defendant,& hi dicuntur tutores, & negotia agant,& hi actores nominātur.Et ideo licet sit dominus omniū rerum suarum,tamē inquantū subiicitur aliis,nihil differt à seruo.Esa.44,Et nunc seruus meus Iacob,&c.Sed notandū ēst q̄ in populo Iudaico ali qui erāt simpliciter serui,illi.s.qui propter timorē pœnæ & cupiditatem tēporalium quæ lex promittebat, legem seruabāt.Aliqui verò erant qui non erant serui simpliciter,sed quasi serui existētes erant verè filii& hæredes

In populo Iudæorum quidā erāt serui simpli citer, alij et si essēt qua si serui vtpotè sub elemētis seruientes, erāt tamen verè filij et hæredes,quia accipiebāt legalia vt figuras, et in illis mediatorē intuebātur et spiritualia expectabant.

hæredes:qui licet attenderent exterius ad tēporalia & vitarent pœnas,nihilominus tamen in eis finem non ponebant:sed accipiebant ea vt figurā spiritualium bonorum. Vnde licet viderentur nihil exterius differre à seruis,inquantum cerimonias & alia legis mandata seruabant:tamen erant domini,quia non ea intentione eis vtebantur vt serui,quia illis vtebantur amore spiritualium bonorū,quæ prefigurabāt:serui verò principaliter timore pœnæ & cupiditate terrenæ cōmoditatis.Christus erat etiā quasi seruus, quia licet sit dominus omnium,secundū illudPsal.Dixit dominus domino meo,&c.tamen nihil videbatur differre à seruo in exterioribus,inquantū homo.Philip.2,Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens,& habitu inuentus vt homo.Sub tutoribus autem & actoribus erat,quia sub lege factus erat:vt dicitur infrà eodē, Factus sub lege.Et hominibus subditus,vt dicitur Luc.2,Erat subditus illis. ¶ Quartò ponit tēporis congruitatē, cùm dicit[Vsq; ad præfinitum tempus à patre.]quia sicut hæres secundum determinationē patris præfinito tempore sub tutoribus est,ita & lex determinatum tēpus habuit à deo quandiu deberet durare:& quandiu hæres.s.populus Iudæorum esset sub ea.Similiter & præfinitum tempus fuit à patre quo Christus non erat facturus miracula & ostensurus dominium potestatis diuinæ.Ioan.2,Nondū venit hora mea.Hanc similitudinem adaptat,cùm dicit consequenter[Ita & nos,&c.]Et primò adaptat eam quantum ad Iudæos. Secundò quantū ad Christum,ibi[At vbi venit plenitudo temporis.]Dicit ergo,Dico q̄ quanto tempore hæres paruulus, &c. Et ita nos Iudæi cùm essemus paruuli in statu legis veteris,sub elementis mundi eramus seruientes.i.sub lege quæ tēporalia promittebat.Esa.1,Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis,& cōminabatur pœnas temporales.Vel lex vetus dicitur elementū,quia sicut pueris qui sunt instituendi ad scientiā,primò proponuntur elementa illius scientiæ per quæ manuducuntur ad illam scientiā: ita lex vetus proposita est Iudæis,per quam manuducerentur ad fidem & iustitiā.suprà 3,Lex pædagogus noster fuit in Christo.Vel sub elementis. i. corporalibus rerum ritibus quos seruabāt, sicut lunares dies, neomenias,& sabbatum.Nec tamen instandum est q̄ propter hoc non differrent à Paganis qui elementis seruiebant huius mundi,cùm eis non seruirent Iudei seu cultū impenderent,sed sub eis deo seruiebant,& eum colebant,Gentiles verò elementis seruientes,eis diuinum cultū impendebant.Roma.1,Serui erunt creaturæ potius quām creatori,&c. Fuit autem necessarium quòd Iudæi sub elementis huius mundi deseruirent deo,quia iste ordo est congruus naturæ humanæ,vt à sensibilibus ad intellectualia perducantur.

Lectio 2.

Similitudo ꝓposita ad aptatur ad Christum, & finis in quo adaptatur & ponitur.

At vbi venit plenitudo temporis,misit deus filium suum factum ex muliere,factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret,ut adoptionem filiorum reciperemus.

¶ Hîc adaptat Apostolus similitudinē propositam ad Christum.Et primò ponitur adaptatio. Secundò finis rei in qua similitudo adaptatur,ibi[Vt eos qui sub lege erāt,&c.]Sciendū est autem q̄ suprà in similitudine proposita quatuor ostendit per ordinē,sicut dictum est.Hîc autem illa quatuor adaptans ad Christū, incipit ab vltimo.s.à determinatione tēporis cuius ratio est:quia idem tempus fuit in quo Christus fuit humiliatus,& in quo fideles fuerunt exaltati.Et ideo dicit [At vbi venit plenitudo tēporis] .i.postq̄ tempus quod fuerat præfinitū à deo patre de mittendo filio suo,erat cōpletum,& hoc modo accipitur. Luc.2,Impleti sunt dies,&c.Dicitur autē plenum tempus illud propter plenitudinē gratiarum quæ in eo dantur,secundum Psal.Flumen dei repletū est aquis,&c.Item propter impletionē figurarū veteris legis.Mat.5,Non veni soluere legem,&c.Item, propter impletionem promissorū. Dan.9, Confirmabit autē pactum multis hebdomada vna.Hoc autē quod dicit [At vbi venit plenitudo tēporis,&c.] Similiter,& in aliis scripturæ locis vbi tēpus circa Christum impleri dicitur,non est referendum ad fatalem necessitatē,sed ad diuinā ordinationem,de qua dicitur in Psal.Ordinatione tua perseuerant dies,&c.Assignatur autē duplex ratio quare illud tēpus præordinatum est ad aduētum Christi.Vna sumitur ex magnitudine. Quia enim magnus est qui venturus erat,oportebat & multis indiciis & multis præparationibus homines ad aduētum eius disponi.Heb.1,Multifariè multisq; modis,&c.Alia ex conditione venientis. Quia enim medicus erat venturus, oportebat q̄ ante aduentum suum conuincerentur homines de morbo,& quantū ad defectum scientiæ in lege naturæ,& quantum ad defectum virtutis in lege scripta. Et ideo oportuit vtrunque, scilicet, & legem naturæ & legem scripturæ aduentum Christi præcedere. Secundò adaptat quantum ad hæreditariam dignitatem,cùm dicit[Misit deus filium suum]scilicet,proprium & naturalem.Et si filius ergo & hæres.Dicit autem filium suum,id est,proprium naturalem & vnigenitum non adoptiuum.Ioan.3, Sic deus dilexit mundum,vt &c.Misit,inquam,eum non à se separatum,quia missus est per hoc quod assumpsit humanam naturam,& tamen erat in sinu patris.Ioan.1,Vnigenitus qui est in sinu patris æternaliter.Ioan.3,Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo : qui licet descenderit per assumptionem carnis, tamen est in cælo . Item misit eum vt non esset vbi prius non erat: quia licet in propria venerit per præsentiam carnis,in mundo tamen erat per præsentiam deitatis, vt dicitur in euang. Ioannis primo:similiter non misit eum quasi ministrum,quia sua missio fuit assumptio carnis , non depositio maiestatis.Misit ergo deus filium suum ad sanandum,inquam, deuiationem concupiscibilis , & ad illuminandum ignorantiam rationalis. Psalmista , Misit verbum suum , &c. Misit etiam ad liberandum à potestate dæmonis contra infirmitatem irascibilis. Esaiæ 19, Mittet eis saluatorem qui liberet eos . Item ad remedium ab obligatione æternę mortis.Osee 13.De manu mortis liberabo eos,de morte redimā eos.Itē ad saluandum ab eorū peccatis.Io.3,Non misit deus filium suum in mundū vt iudicet mundum , sed vt saluetur mundus per ipsum,&c. ¶ Tertiò adaptat similitudinē quantum ad paruitatē,cùm dicit[Factum ex muliere.]Esa.9,Paruulus natus est nobis,&c.Phil.2,Exinaniuit semetipsum,&c. Paruū se fecit nō dimittēdo magnitudinem,sed assumendo paruitatē.In hoc autem quod dicit , Factū ex muliere, cauēdi sunt duo errores s.Fotini qui dixit Christum purum hominē esse,& ex virgine principium essendi sumpsisse , & ideo ita dicit ipsum factū ex muliere,quasi totaliter initiū ex ea sumpserit.Sed hoc est falsum,quia est cōtra illud quod dicitur Ro.1,Qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem nō dicit secundū personā, quæ est ab æterno.s.ipsa hypostasis filii dei. Vnde sicut cùm scutum sit album de nouo,non oportet dicere quòd ipsa sub-

Tēpus aduentus Christi cur dicitur plenum tempus.

stantia secuti de nouo fiat,sed quòd ei de nouo albedo accesserit, ita ex hoc quòd filius dei de nouo carnem assumpsit,nõ oportet dicere ꝙ persona Christi de nouo sit facta:sed ꝙ natura humana ei de nouo aduenit, sicut corpori cũ absq; sui mutatione quędã accidunt. Aliqua enim adueniũt alicui& immutant ipsum,sicut formæ & qualitates absolutæ:quædã verò absq; mutatione adueniũt,& huiusmodi est assumptio carnis secundũ ꝙ dicit relationem. Vnde per hoc,persona verbi in nullo mutatur. Et inde est ꝙ in diuinis vtimur his quæ relationẽ significant etiam ex tempore. Vnde dicimus,Domine refugiũ factus es nobis: & ꝙ deus factus est homo. Non autẽ vtimur formis & qualitatibus absolutis,vt deus factus est bonus,sapiens, & huiusmodi. Item vitandus est error,Hebeonis,qui dicit Christũ ex Ioseph semine esse natũ motus ad hoc ponendũ per hoc quod dicit,ex muliere. Nam secundũ eum mulier tantũ importat corruptionẽ. Sed hoc est falsum,quia hoc nomen mulier in sacra scriptura designat etiã sexum naturalem,secundũ illud Genẽ.3,Mulier quã dedisti mihi,&c.vocat enim eam mulierem,quæ tamen adhuc erat virgo. Per hoc etiam quod dicitur,ex muliere factus,destruuntur duo errores.s.Valentini dicentis Christũ non sumpsisse corpus de virgine,sed attulisse illud de cælo,& per beatã virginem sicut per fistulam seu cannale transiuisse. Sed hoc est falsum,quia si verũ esset quod dicit,non fuisset factus ex muliere,vt Apostolus dicit. Hęc enim præpositio,ex, causam materialẽ designat. Item error Nestorii dicentis beatam virginẽ non esse matrem filii dei, sed filii hominis,quod falsum esse ostẽditur per hoc quod dicit Apostolus hîc. Quòd misit deus filiũ suum factum ex muliere. Qui enim fit ex muliere,est filius eius. Si ergo filius dei est factus ex muliere.s. ex beata virgine, manifestum est quòd beata virgo est mater filii dei. Licet autẽ posset dici natus ex muliere, signãter tamen dicit factum,& nõ natum. Nasci enim aliquid est ipsum produci solùm ex principio coniuncto,sed fieri est produci ex principio separato. Arca enim fit ab artifice,sed fructus nascitur ex arbore. Principiũ autem humanæ generationis est duplex.s.materiale,& quantum ad hoc Christus processit ex principio coniuncto, quia materiã sui corporis sumpsit ex virgine. Vnde secundum hoc dicitur nasci de ea.Mat.1,De qua natus est Iesus,&c. Aliud est principiũ actiuum quod quidem in Christo quantũ ad id quod principiũ habuit.i. quantum ad formationẽ corporis non fuit coniunctum,sed separatũ, quia virtus spiritussancti formauit illud. Et quantũ ad hoc non dicitur natus ex muliere,sed factus quasi ex principio exteriori. Ex quo patet ꝙ hoc quod dicit ex muliere,nõ dicit corruptionem,quia dixisset natũ & non factum. ¶ Quarto adaptat similitudinẽ quantum ad subiectionem cùm dicit[Factũ sub lege.]Sed contra est quod dicitur.infrà 5,Si spiritu ducimini non estis sub lege. Si ergo Christus nõ solùm est spiritualis,sed etiam dator spiritus,inconuenienter videtur dici ꝙ sit factus sub lege. Respondeo. Dicendum est ꝙ esse sub lege dicitur dupliciter. Vno modo vt ly,sub,denotet solã obseruantiam legis,& sic Christus fuit factus sub lege,quia circunciſus fuit,& in tẽplo præsentatus.Mat.5,Non veni legẽ soluere,&c.Alio modo,vt ly, sub,denotet oppressionẽ. Et hoc modo ille dicitur esse sub lege,qui timore legis opprimitur & hoc modo nec Christus,nec viri spirituales dicuntur esse sub lege. ¶ Consequenter cùm dicit[Vt eos qui sub lege,&c.] Ponit fructũ rei in qua similitudo adaptatur.s.ꝙ ideo voluit isto tẽpore fieri subiectus,vt hæredes fierent magni & liberi. Et hæc duo ponit,& primò fructum liberationis contra subiectionẽ. Et ideo dicit,Vt eos qui sub lege erant.i.sub maledicto & onere legis liberaret.suprà 3.Christus nos redemit de maledicto legis,&c. Secũdò fructum exaltationis,inquantũ adoptamur in filios dei per hoc ꝙ accipimus spiritum Christi & conformamur ei.Rom.8,Si quis spiritum Christi non habet,&c. Et hæc adoptio specialiter cõpetit Christo,quia non possumus fieri filii adoptiui,nisi conformemur filio naturali.Rom.8, Quos præsciuit cõformes fieri imaginis filii eius, &c. Et quantum ad hoc dicit,Vt adoptionem filiorũ reciperemus.i.vt per filium dei naturalem efficeremur filii adoptiui.

Ostenditur beneficium adoptionis filiorũ etiã ptinere ad Gentiles.

Lectio 3.

QVoniam autem estis filij dei:misit deus spiritum filij sui in corda uestra,clamantem,abba pater. Itaque iam nõ est seruus,sed filius:quòd si filius,& hæres per deum.

¶ Suprà Apostolus ostẽdit beneficium Iudæis exhibitũ:hîc ostendit hoc beneficium etiã ad Gentiles pertinere. Et primò proponit ipsum beneficiũ. Secundò modum adipiscendi,ibi[Misit deus spiritũ,&c.]Tertiò manifestat eius fructum,ibi[Itaq; iam non est,&c.] Dicit ergo. Quòd beneficium adoptionis filiorum dei nõ solùm pertinet ad eos qui sub lege erant,sed etiã ad Gentiles. Et ideo dicit, Quoniam estis filii dei.i. ꝙ estis filii dei ista de causa factum est,quia non solùm Iudæi,sed etiã omnes alii qui in filium dei credunt, adoptantur in filios,&c.Io.1,Dedit eis potestatẽ filios dei fieri,&c. Modus autem adipiscẽdi illud donum, est per missionẽ spiritus filii dei in corda vestra. Aug. autem dicit quòd Christus in carne existens prędicauit Iudæis principaliter:Gentibus autẽ perfunctoriè. Ro.15, Dico Christum Iesum ministrũ fuisse circunciſionis,&c. Et ideo quicquid pertinet ad statum Iudæorũ conuenienter attribuitur Christo. Et quia possent dicere isti,Galatas nõ esse adoptatos in filios dei,cùm Christus ex eis carnẽ non sumpserit, nec eis prædicauerit,vnde non videbantur in aliquo Christo coniungi. Ideo Apostolus modum huius adoptionis demõstrans,dicit,quòd & si non fuerunt coniuncti Christo secundum carnem,scilicet, quantum ad Gẽtem, neque secundum prædicationem: tamen fuerunt coniuncti per spiritũ,& ex hoc adoptati sunt in filios dei. Vnde conuersio Gentilium specialiter attribuitur spiritui sancto. Et ideo Petrus quando fuit reprehensus à Iudæis quòd iuisset prædicare Gentibus excusauit se per spiritum sanctum,dicens,Actuum 11, Non posse resistere spiritui sancto,cuius instinctu, hoc fecerat. Et ideo quia misit deus per spiritum filii sui in corda nostra(Iudæorum,scilicet,& Gentium)coniungimur Christo, & per hoc adoptamur in filios dei.

¶ Sed sciendum est quòd si alicubi in scriptura inuenitur spiritussanctus mitti à patre.Ioã. 14,Paracletus autem spiritussanctus,quem mittet pater,&c.aliquando verò à filio.Ioã.15, Cùm venerit paracletus quem ego mittam vobis,&c.nihilominus tamen spiritussanctus communis est patri & filio,& ab vtroque procedit,& ab vtroque datur. Et ideo est quòd vbicunque inuenitur quòd pater mittat spiritum sanctum, fit mentio de filio:sicut in præmissa authoritate dicitur,quem mittet pater in nomine meo. Et similiter vbi dicitur,mitti à filio, fit mentio de patre. Vnde dicit, Quem mittam vobis à patre. Et etiam hîc cùm dicit, Misit deus pater spiritum sanctum, statim fit mentio de filio, cùm dicit, Filii sui. Nec refert si alicubi dicatur spiritussanctus solùm à patre procedere,quia ex quo filius mittit eum,manifestum est ꝙ ab ipso procedit,vnde spiritussanctꝰ dicitur spiritus filii sicut mittẽtis,& sicut à quo procedit,& sicut à quo habet spiritussanctus quicquid habet sicut & à patre.Io.15,Ille me clarificabit,quia de meo accipiet,&c.Dicit autem in corda, quia duplex est generatio. Vna carnalis quę fit per semẽ carnale missum in loco generationis: quod quidẽ semen licet sit quantitate paruum,tamen virtute continet totũ. Alia est spiritualis, quæ fit per semen spirituale transmissum in locũ spiritualis generationis: qui quidem locus est mens seu cor hominis, quia in filios dei generamur per mentis renouationẽ. Semen autem spirituale,est gratia spiritussancti.1.Io. vlti. Qui natus est ex deo,non peccat:quoniã generatio dei conseruat eum,&c. Et hoc semen est virtute cõtinens totam perfectionẽ beatitudinis. Vnde dicitur pignus & arra beatitudinis.Ephe.1.Ezech. 39, Dabo spiritum nouum,&c. ¶ Clamantem.i.clamare facientem,Abba pater,non magnitudine vocis, sed magnitudine,& feruore affectus. Tunc enim clamamus,Abba pater,quando per affectũ accendimur calore spiritussancti ad desideriũ dei.Ro.8, Non accepistis spiritũ seruitutis,&c. ¶ Abba pater,&c. Item autẽ est in significatione,abba,quod est Hebræũ,& pater,quod est Latinum,& patir,quod est Græcũ. Et vtriusq; ponit,vt ostendat quòd gratia spiritussancti cõmuniter se habet, quantum ad vtrunq; populum quantũ est ex se. ¶ Consequenter cùm dicit [Itaq; iam non est seruus,&c.] Ponit fructum huius beneficii. Et primò quantũ ad remotionem omnis mali,à quo liberamur per adoptionẽ spiritussancti,& hæc est liberatio à seruitute. Et quantũ ad hoc dicit,Itaq;.s.quia spiritus clamat in nobis pater,iam à tempore gratiæ non est aliquis nostrũ,qui in Christum credimus,seruus in timore.s.seruiens.Ioan.15,Iam non dicam vos seruos, sed amicos,&c.Roma.8,Non accepistis spiritũ seruitutis,&c.sed est filius.Ro. 8,Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro ꝙ sumus filii dei. Licet enim conditione serui simus,quia dicitur Luc. 17, Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite serui inutiles sumus:tamen nõ sumus serui maluoli,ex timore.s.seruientes,quia tali seruo debentur tortura & cõpedes:sed sumus serui boni & fideles,& amore seruientes, & ideo libertatem per filium consequimur,Ioan.8,Si filius vos liberauerit,verè liberi eratis. ¶ Secundò ponit fructũ quantum ad consecutionem omnis boni,& quantũ ad hoc dicit,Quòd si filius,& hęres per deũ. Roma.8,Si filii & hæredes,hæredes quidẽ dei,&c.Hæc autẽ hæreditas est plenitudo omnis boni, cùm nihil aliud sit quã ipse deus,secundum illud Psal.Dominus pars hæreditatis męe,&c.Genẽ.15,Dixit ad Abraham,Ego merces tua magna nimis, &c. ¶ Dicit per deũ,quia sicut Iudæi hæreditatem adepti sunt per dei repromissionẽ & iustitiam,ita & Gentiles per deum.i.per dei misericordiã. Rom.15, Gentes autem super omnia honorare deum,&c. Vel per deum,id est per dei operationem.Esa.26,Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.

Lectio 3.

SEd tunc quidẽ ignorantes deũ,his qui natura nõ sunt dij,seruiebatis. Nunc autẽ cùm cognoueritis deũ, immò cogniti sitis à deo:quomodo cõuertimini iterũ ad infirma & egena elemẽta,quib⁹ denuo seruire uultis? Dies obseruatis, & mẽses,& tẽpora,et annos. Timeo uos ne fortè sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut ego,qa et ego sicut uos.

Arguitur Galatæ ingratitudinis statũ primũ rememorãdo,beneficiũ susceptũ extollẽdo,& peccatũ cõmissum exaggerando.

¶ Posita dignitate beneficii gratiæ,& ostensa per exẽplum humanũ:hîc Apostolus arguit Galatas qui hãc gratiã contemnebant,vtpote ingrati tanto beneficio. Et primò arguit eos de ingratitudine. Secundò excusat se ꝙ hoc nõ facit ex odio & liuore,ibi [Fratres obsecro vos,non me lęsistis,&c.]Circa primũ tria facit. Primò cõmemorat statum pristinum. Secũdò extollit,& cõmendat beneficium susceptũ, ibi [Nunc autem cùm cognoueritis,&c.]Tertiò exaggerat peccatũ cõmissum,ibi[Quomodo cõuertimini,&c.] Dicit ergo, Sed tunc,&c.q.d. Nunc estis filii & hæredes per deum:sed tunc quidẽ,cùm Gẽtes essetis. Ephe.5,Eratis aliquando tenebræ,&c. Ignorantes deum,per infidelitatẽ seruiebatis cultu latriæ,his qui non sunt natura dii, sed opinione hominũ.1.Corint.12,Cùm Gentes essetis ad simulachra muta prout ducebamini eũtes, &c. Rom.1,Seruierunt creaturæ potius quã creatori,&c. Hoc autem quod dicit, Qui natura nõ sunt dii,est ad confutationẽ Arrianorum dicentium Christũ dei filium non esse deũ per naturam. Quòd si verũ esset,nõ esset ei exhibendus cultus latriæ,& quicunq; exhiberet ei esset idolatra. Sed potest obiici, quia nos adoramus carnẽ &humanitatem Christi,ergo sumus idolatræ. Sed dicendũ est ꝙ licet adoremus carnem seu humanitatem Christi,adoramus tamen eam vt vnitã personæ diuini verbi, quod quidem verbum est suppositum diuinũ. Vnde cùm adoratio debeatur suppposito diuinæ naturæ, quicquid in Christo adoratur, absq; errore fit. ¶ Consequenter cùm dicit [Nunc autẽ cùm cognoueritis,&c.] Cõmemorat acceptum beneficium.q.d. Si ignorantes eratis & peccabatis,tolerari poterat:nam cæteris paribus grauius est peccatum in Christiano q̃ in Gentili. Sed nunc cùm cognoueritis deum.i.sitis conducti ad dei cognitionẽ, grauius peccatis q̃ olim,seruiendo & ponendo spem in his in quibus non debetis. Hier.31, Omnes cognoscẽt me,&c. Sed hoc quòd dicit,immo cogniti sitis à deo,videtur contrarietatem habere, cùm deus ab æterno omnia cognouerit. Eccle.23,Domino enim deo antequam crearentur omnia agnita,&c. Sed dicendum hoc causaliter esse dictũ,vt sit sensus,immo cogniti sitis à deo.i.deus fecit ꝙ vos cognoscereris eum. Sic enim deus dicitur cognoscere,inquantũ est causa cognitionis nostræ. Et ideo,quia suprà dixit,Cùm cognoueritis deũ, quæ fuit vera locutio,statim corrigit & explicat eã prefiguratã innuendo quòd nõ possumus deũ cognoscere ex nobis,nisi per ipsum. Io.1,Deum nemo vidit vnquã,sed vnigenitus qui est in sinu patris,&c. ¶ Cõsequenter exprobrat peccatum cõmissum,dicens [Quomodo cõuertimini,&c.] Et primò exaggerat eorũ peccatum. Secundò ostendit imminens periculum,ibi[Timeo vos ne fortè,&c.]Tertiò reducit eos ad salutis statum,ibi [Estote sicut ego,&c.]Circa primum duo facit. Primò proponit peccatum cõmissum. Secundò de peccato cõmisso eos conuincit,ibi[Dies obseruatis,&c.] Sciẽdum est autem ꝙ hæc litera dupliciter legitur. Vno modo quia isti Galatæ à fide conuertebantur ad idololatriam,& ideo dicit, Quomodo cõuertimini à fide iterum.i.denuo. 2.Pet.2,Melius erat eis non cognoscere viam iustitiæ,q̃ post,&c. Psal. Conuersi sunt retrorsum,&c. Ad elemẽta.s.mundi quæ sunt infirma,per se subsistere nõ valentia,quia in nihilũ decidereẽt,nisi ea manus cuncta regẽtis teneret:secundũ illud Heb.1,Portãs omnia verbo virtutis suę,&c. Et egena,quia egẽt deo & seipsis ad inuicẽ,ad cõplementũ vniuersi,quibus.s.elemẽtis denuo.i.iterũ seruirevultis seruitute.s.latrię. Probatio huius manifestè apparet quia obseruatis dies.s.fausstos & ĩfaustos,& mẽses,&

Duplex est generatio.

tempora,& annos.i.conſtellationes & curſum corporũ cæleſtium,quæ omnia ortum habent ab idolatria. Contra quod dicit.Hier.10,A ſignis cæli nolite metuere quæ gẽtes,&c.Et q̃ obſeruationes huiuſmodi ma læ ſint,& cõtra cultum Chriſtianæ religionis,patet:quia diſtinctio dierũ,menſium,annorũ,& tẽporum at-tenditur ſecundũ curſum ſolis & lunæ.Et ideo tales tẽporum diſtinctiones obſeruãtes venerantur corpora cæleſtia,& diſponunt actus ſuos ſecundũ iudicium aſtrorum, quæ nullã directam impreſſionem habent in voluntate hominis & in his quæ depẽdent à libero arbitrio.Et ex hoc imminet graue periculũ.Vnde dicit, Timeo ne fortè ſine cauſa.i.inutiliter laborauerim in vobis. Et ideo cauendũ eſt fidelibus talia obſeruare, ſed nulla debet eſſe eis ſuſpitio harum rerum,quia proſperè poteſt cedere quicquid ſub dei deuotione ſim-pliciter agitur.Sed nũquid licet in aliquo curſum ſtellarũ ſeruare?Dicendum eſt q̃ corpora cæleſtia quorũ dam quidẽ effectuum cauſa ſunt.ſ.corporalium,&in iſtis licet ipſorũ curſum attendere:quorundam autem non ſunt cauſa.ſ.eorũ quæ dependent à libero arbitrio,ſeu à fortuna,vel infortunio, & in iſtis ſeruare cur-ſum aſtrorũ pertinet ad idolatriam.Sed licet hæc lectura ſuſtineri poſsit,nõ tamen eſt ſecũdum intentionẽ Apoſtoli.Cùm enim ipſe in tota prẽcedẽti ſerie huius epiſtolæ,& in ſequenti arguat Galatas de hoc quòd à fide tranſtulerũt ſe ad obſeruantiã legis,ideo magis ad propoſitum exponitur de hoc q̃ ad legales obſer uantias cõuertuntur.Vnde dicit,Cùm cognoueritis deum per fidẽ,quomodo conuertimini à fide ad elemẽ ta.i.ad literalẽ legis obſeruãtiam? quæ dicitur elemẽta,quia fuit prima inſtitutio diuini cultus,elemẽta dico infirma,quia nõ perficit iuſtificando.Heb.7,Neminẽ ad perfectum adduxit lex egena, quia nõ confert vir tutes & gratiã adiuuando per ſe.Sed quid eſt quod dicit,Conuertimini. Et Videtur hoc incõuenienter di-ctum.Similiter & hoc quod dicit,denuo.Nam iſti nec Iudæi fuerãt,nec aliàs legalia ſeruauerant, Ad quod dicendũ eſt q̃ cultus Iudæorum medius eſt inter cultũ Chriſtianorum & Gentiliũ.Nam Gẽtiles colebant elementa ipſa tanq̃ viua quædam:Iudæi verò elementis quidẽ non ſeruiebant,ſed deo ſub ipſis elemẽtis in quantum obſeruationibus corporaliũ elementorum deo cultũ exhibebant.ſuprà eodem,Sub elementis hu ius mundi eramus ſeruientes.Chriſtiani verò ſeruiunt deo ſub Chriſto.i.in fide Chriſti.Quando autẽ ali-quis peruenit ad terminũ tranſacto medio,ſi iterum redire velit ad mediũ,idem videtur ac ſi velit redire ad principium.Et ideo Apoſtolus,quia iſti iam peruenerant ad terminũ.ſ.ad fidem Chriſti,& nunc redierunt ad mediũ.ſ.ad cultum Iudæorum,inde eſt q̃ propter quandã conformitatẽ medii ad principium dicit eos conuerti ad elementa,& denuo eis ſeruire.Et q̃ ita ſit probat,cùm dicit,Dies obſeruatis Iudaico ritu.ſ.ſab-bata,& decimum primi menſis,& huiuſmodi quæ dicuntur in glo.Menſes.i.neomenias,vt primum & ſep-timum mẽſem,vt habetur Leui.23,Tẽpora.ſ.egreſsionis de AEgypto, & q̃ Hieroſolymam tribus vicibus veniebant per ſingulos annos.Item annos Iubilei,& ſeptimũ annũ remiſsionis.Et ex hoc ſequitur pericu-lum,quia ex hoc nihil prodeſt fides Chriſti. Vnde dicit, Timeo vos ne fortè ſine cauſa.i.inutiliter in vobis laborauerim.infrà 5,Si circũcidimini,Chriſtus vobis nihil proderit.Conſequenter cùm dicit[Eſtote ſicut ego,&c.]reducit eos ad ſtatũ ſalutis.q.d. Ita timeo vos ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis, ſed ne ita ſit,eſtote ſicut ego.Hoc in gloſa tripliciter legitur.Primo modo ſic,Eſtote ſicut ego. ſ.legẽ deſerentes ſicut ego dimiſi.Secundo modo ſic,Eſtote ſicut ego,errorẽ.ſ.priſtinum corrigentes,ſicut ego errorem meũ cor-rexi.Et hoc poteſtis,quia ego ſupple, ſum ſicut vos,& tamen de errore meo correctus ſum . Tertio modo ſic,Eſtote ſicut ego.ſ.ſine lege viuentes,quia ego(ſupple qui legẽ habui,& in lege natus ſum)modò ſum ſi cut vos,ſupple fuiſtis.ſ.ſine lege.

In quib⁹ li ceat attẽde re & ſerua re curſum ſtellarum.

Oſtendit Apoſtolus ſe non odio reprehẽdiſ-ſe Galatas, oſtẽdẽdo ſe nõ habuiſſe odij cauſam in eos, nec veram nec præſumptã immo po-tius cauſam amoris.

Oſtendit Paul. q̃ ha bet cauſam amoris ad Galatas.

Lectio 4.

FRatres,obſecro uos.Nihil me læſiſtis.Scitis autem,quia per infirmitatẽ carnis euangelizaui uobis iampridẽ:& ten-tationem ueſtrã in carne mea,non ſpreuiſtis, neq; reſpuiſtis,ſed ſicut angelũ dei excepiſtis me,ſicut Chriſtũ Ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo ueſtra? Teſtimonium enim perhibeo uobis,quia ſi fieri poſſet,oculos ueſtros eruiſſetis,& dediſ-ſetis mihi.Ergo inimicus uobis factus ſum uerum dicens uobis ? AEmulantur uos nõ bene:ſed excludere uos uolunt: ut illos æmulemini.Bonum autem æmulamini in bono ſemper:& non tantùm cùm præſens ſum apud uos.

¶Poſtq̃ reprehendit Apoſtolus Galatas,hìc oſtendit ſe hoc non ex odio feciſſe.Et primò oſtendit ſe non habere veram cauſam odii ad eos vllam.Secundò q̃ nec habet cauſam æſtimatã,ibi [Ergo inimicus factus ſum vobis,&c.]Tertiò aſsignat cauſam præmiſſe reprehenſionis,ibi [Filioli mei,&c.]Circa primũ duo fa cit.Primò oſtendit q̃ non habet cauſam odii ad eos.Secundò quòd magis habet cauſam amoris,ibi [Scitis autem quòd per infirmitatẽ,&c.]Circa primum notandũ eſt q̃ conſuetudo eſt boni paſtoris in correctio-ne ſubditorum aſperis dulcia miſcere:ne.ſ.ex nimia ſeueritate frangantur. Luc.10. legitur de Samaritano, quòd in curatione ſauciati infudit vinũ & oleum.Et contrà de malis paſtoribus dicitur Eze.34, Cùm au-ſteritate imperabatis eis.Et ideo Apoſtolus ſicut bonus prælatus oſtẽdit q̃ non ex odio increpat eos,blan dè loquẽdo eis quantũ ad tria, primò quantum ad charitatis nomen.Vnde dicit,Fratres.Pſal.Ecce q̃ bonũ & quàm iucundum habitare fratres in vnum.Secundò quantũ ad modeſtiæ verbum.Vnde dicit,Obſeero vos.Prouer.19,Cum obſecrationibus loquitur pauper.Tertiò quantum ad excuſationem.Vnde dicit,Ni-hil me læſiſtis & ego non ſum talis q̃ habeam odio illos qui me nõ offendunt. Secundò oſtendit ſe ad eos habere cauſam amoris cùm dicit[Scitis autem q̃ per infirmitatẽ,&c.]Vbi tria ponit ex quibus homines ſe diligere conſueuerunt:primũ eſt mutuum ſocietatis auxiliũ,& ex hoc etiam amor in hominibus confirma-tur:ſecundum illud Luc.22,Vos eſtis qui permanſiſtis mecũ,&c. Et quantum ad hoc dicit, Scitis autẽ, &c. Vbi primò cõmemorat tribulationem quã paſſus eſt apud eos . Secundò oſtendit quomodo ei aſtiterunt, ibi [Et tentationẽ noſtram,&c.] Dicit ergo quantũ ad primum,Dico q̃ nihil me læſiſtis,immo ſeruiuiſtis mihi.Scitis enim.i.recordari poteritis q̃ euangelizaui vobis iam pridẽ.i.tranſacto tempore, per infirmita tem carnis.i.cum infirmitate & afflictione carnis meæ,vel cum multis tribulationibus quas patiebar à Iu-dæis(qui ſunt de carne mea)me perſequẽtibus.1.Corin.2,Cum timore & tremore multo fui apud vos. 2, Cor.12,Virtus in infirmitate perficitur.Et licet hæc infirmitas fuerit cauſa ſpernendi me,& tentationis ve-ſtræ,ſecundum illud Zacha.13,Percute paſtorem,& diſpergentur oues,&c. vos tamen tentationem veſtrã quæ erat in carne mea,id eſt,tribulationem meam,quæ erat vobis cauſa tentationis,non ſpreuiſtis.Eccl.11, Nõ ſpernas hominem in viſu ſuo.Quia vt dicit dominus,Luc.10,Qui vos ſpernit,me ſpernit,&c. Neq; re

ſpuiſtis doctrinam meam & me,quin velletis eſſe ſocii tribulationum.Eſa.33,Væ qui ſpernis,nonne & ipſe ſperneris,&c.Secundũ autem quod cõfirmat inter homines dilectionẽ,eſt mutuus amor & mutua dilectio adinuicẽ: ſecundum illud Prou.8,Ego diligẽtes me diligo,&c.Et quantũ ad hoc dicit, Sed ſicut angelũ dei excepiſtis me.i.ita honorificè ſicut nuntiũ verba dei nuntiãtem.1.Theſ.2, Cùm accepiſſetis à nobis verbũ auditus dei,&c.Et inde eſt q̃ prædicatores dicuntur angeli,Malac.2,Legẽ requirẽt ex ore eius,&c. Et nõ ſolùm ſicut angelũ recepiſtis,ſed ſicut Ieſum Chriſtũ.i.acſi Chriſtus ipſe veniſſet,Qui Chriſtus profecto in ipſo ad eos venerat,& in eo loquebatur ſecundũ illud 2.Cor.vlt.An experimentũ quæritis eius qui in me lo quitur Chriſtus.Mat.10,Qui vos recipit,me recipit,&c. ¶Deinde increpat eos q̃ ſic deteriorati erãt. Vn dedicit,Vbi eſt ergo beatitudo veſtra?q.d.Nonne ex hoc homines beatificabant vos q̃ me honoraſtis, & prædicationẽ meam recepiſtis?Iob 4,Vbi eſt timor tuus,& fortitudo tua,patiẽtia tua, & perfectio viarum tuarum? ¶Tertium quod amorẽ confirmat,eſt mutua beneficentia.Et quantũ ad hoc dicit,Teſtimonium perhibeo q̃ ſi fieri poſſet.i.iuſtè fieri potuiſſet.Illud enim fieri poteſt quod iuſtè fit, vt ad vtilitatẽ eccleſiæ fuiſſet,oculos eruiſſetis & dediſſetis mihi.q.d. Ita me diligebatis q̃ non ſolùm mihi veſtra exteriora,ſed e-tiam oculos veſtros dediſſetis mihi. ¶Cõſequenter cùm dicit[Ergo inimicus factus ſum vobis,&c.]Ponit cauſam æſtimati odii:& primò vnã ex parte Apoſtoli.Secundò aliã ex parte Pſeudo,ibi[AEmulantur vos, &c.]Dicit ergo,Ex quo mihi tot bona feciſtis,eſt ne credendũ q̃ factus ſim inimicus vobis,verũ dicens vo bis?Verbũ autẽ hoc quod dicit,inimicus,dupliciter poteſt intelligi.Vno.ſ.modo q̃ ipſe habeat eos odio,& iſto modo legitur ſic tunc,Factus ſum inimicus.i.habeo vos odio.Et ſic hoc quod ſequitur,verum dicẽs vo bis,poteſt æſtimari vt ſignũ odii,quod tamen eſt ſignũ dilectionis.ſ.dicere verũ , ſuo tamen loco & tẽpore. Alio modo poteſt intelligi,inimicus paſsiuæ.ſ.q̃ ipſe habeatur odio ab eis.Et tũc ſic legitur, Ego factꝰ ſum inimicus vobis.i.habetis me odio,& hoc ideo:quia dico vobis verũ,vt ſic dicẽs verum vobis ponatur, vt ſit cauſa odii.Nam homines veritatẽ dicentes,à malis odio habentur.Veritas enim odiũ parit. Amos 5, Odio habuerunt in porta corripienrẽ,&c. ¶Sed contrà eſt quod dicitur Proueb.28, Qui corripit hominẽ, gra-tiam poſt ea inueniet apud eum,magis q̃ qui per linguæ blandimenta decipit. ¶Sed dicendũ eſt q̃ ſolutio hæc poteſt haberi ex hoc quod dicitur Prouerb.9,Noli arguere deriſorem ne oderit te,argue ſapientem & diliget te.Bonitatis enim ſignũ eſt,ſi iſte qui corripitur corripientẽ diligit.Et ecõuerſo ſi eum oderit, ſignũ eſt malitiæ.Cùm enim homo naturaliter odiat illud quod cõtrariatur ei quod diligit,ſi tu odis eum qui cor rigit te de malo,manifeſtum eſt q̃ malum diligis.Si verò diligis eum,oſtendis te odire peccata. Quia enim homines à principio cùm corripiuntur,per amorẽ ad peccata afficiuntur:inde eſt q̃ in principio peccator corripientẽ odit:ſed poſtq̃ iam correctus eſt& affectũ peccati depoſuit,corripiẽtem diligit.Et ideo ſignãter in propoſita authoritate dicitur:q̃ poſtea inueniet gratiam apud eũ. ¶Conſequenter cùm dicit [AEmu-lantur vos,&c.]Ponit aliam cauſam æſtimatam ex parte.ſ.pſeudo.Et primò ponit eam. Secundò excludit eam,ibi[Bonum autẽ æmulamini,&c.]Quantum autem ad primum,ſciendũ eſt q̃ ſicut dictum eſt ſuprà, quidam Pſeudo ex Iudæis conuerſi , circuneuntes eccleſias Gentium, prædicabant ſeruari legalia. Et quia Paulus contrarium dicebat,ideo iſti detrahebant ei.Et hoc magis faciebãt vt excluderent Paulum,q̃ pro ſa lute eorum.Et ideo dicit AEmulantur vos.i.non patiuntur in vobis(quos diligunt potius amore cõcupiſ-centiæ quam amicitiæ)conſortium noſtrũ.AEmulatio enim eſt zelus ex amore quocunq; proueniens,non patiens conſortium in amato.Sed quia amor eorum ad iſtos non erat bonus,tum quia nõ amabãt eos pro-pter vtilitatem ipſorum,ſed propter cõmodum proprium:& hoc patet,quia volebant excludere Apoſtolũ ab eis, vtpotè propriæ vtilitati contrariũ : tum quia hoc cedebat in damnum Galatarum ,quia quærebant in eis lucrum per quod ipſi dãnificabantur:ideo dicit,AEmulantur vos,ſed non bene,quia non amant bo num veſtrũ.Et hoc apparet,quia volunt vos excludere vt æmulamini illos.i. vt nullum recipiatis niſi eos. Prouerb.3,Ne æmuleris hominẽ iniuſtum,&c.Et Prouer.31,Non æmuletur cor tuum peccatores.Hoc au-tem excludit cõſequenter,cùm dicit[Bonum autẽ æmulamini,&c.]q.d.Nõ debetis eos æmulari in doctri-na eorum,ſed æmulamini bonũ doctorem,me.ſ.& huiuſmodi.1.Petr.3, Quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis ? Sed quia aliquis poteſt eſſe bonus doctor,in quo poteſt eſſe aliquid mali, ideo addit, AEmulamini bonum doctorẽ,ſed,dico,tamen in bono.i.in eo quod bonum eſt.1.Cor.14,Sectamini cha-ritatem,æmulamini ſpiritualia.Licet autẽ Apoſtolus de ſe loquatur,ſecundum Glo.cùm dicit, AEmulami ni bonum,addit tamen in bono,quia ſicut ipſe dicit 1.Cor.4,Nihil mihi conſcius ſum , ſed non in hoc iu-ſtificatus ſum.Sed quia aliqui æmulantur doctorẽ bonum in ſua præſentia ſolùm,ideo addit,ſemper,& nõ tantùm cùm præſens ſum apud vos:quia æmulatio in bonum eſt ſignum quòd ex amore & timore dei, qui omnia videt,procedat: ſi etiam in abſentia doctoris perſeuerat.Colloſſ.3, Serui obedite per omnia domi-nis veſtris,&c.

Lectio 5.

FIlioli mei,quos iterum parturio,donec formetur Chriſtus in uobis.Vellem autem eſſe apud uos modò , & mutare uocem meam,quoniam confundor in uobis.

Oſtenditur vera cauſa correctiõis Galatarũ et eſt dolor impfectio-nis eorũ , et ipſe dolor exprimitur cum deſide rio ipſum manifeſtan di et eius cauſa.

¶Suprà Apoſtolus remouit falſam cauſam correctionis Galatarũ:hìc conſequenter Apoſtolus dictæ cor-rectionis aſsignat cauſam verã,quæ eſt dolor de eorum imperfectione.Et ideo primò dolorẽ cordis ex quo loquebatur,exprimit.Secũdò ponit deſideriũ de manifeſtatione huius doloris,ibi [Vellẽ autẽ,&c.] Tertiò ponit cauſam doloris,ibi[Quoniã confundor,&c.]Dolor autẽ iſte ex charitate procedebat,quia dolebat de peccatis eorũ.Pſal.Vidi prævaricantes & tabeſcebã,&c.Et ideo verbũ charitatis proponit,dicens [Filioli mei.]Signanter autẽ non eos filios vocat,ſed filiolos,vt deſignet eorũ imperfectionẽ,qua diminuti ſunt.1. Cor.3,Tãq̃ paruulis in Chriſto,&c. ¶Sed notandũ eſt q̃ puer dũ eſt in parturitione dicitur filiolꝰ. Et iſti tales erant,quia indigebãt iterata parturitione,cùm tamen parentes carnales ſemel tantũ parturiant filios. Et ideo dicit eis,Quos iterũ parturio.Nam ſemel eos parturierat in prima cõuerſione,ſed quia iam auerſi erant ab eo qui eos vocauit in aliud euangeliũ , indigebant q̃ iteratò parturiret eos. Ideo dicit parturio. i. cum labore & dolore ad lucẽ fidei reduco.In quo apparet dolor Apoſtoli. Vnde cõuerſio hominis,partus dicitur.Iob 39, Incuruãtur ad fœtũ & pariunt.Apoc.12,Clamabat parturiẽs,& cruciatur vt pariat.Et in-

de est q̃ Apostolus ex dolore durè eos corrigit, sicut mulier ex dolore partus durè clamat. Esa. 42, Quasi parturiens loquar, &c. Et ratio iteratæ parturitionis est, quia non estis perfectè formati. Vnde dicit, Donec Christus formetur in vobis. i. recipiatis similitudinẽ eius quam vestro vitio perdidistis. Et non dicit, formemini in Christo, sed formetur Christus in vobis, vt hoc terribilius insonet auribus eorũ. Nam Christus per fidem formatã formatur in corde. Ephe. 3, Habitare Christum per fidẽ, &c. Sed quando quis non habet fidem formatã, iam in eo moritur Christus. 2. Pet. 1, Donec dies illucescat, &c. Et sic secundũ hominis profectum in fide, Christus in homine proficit, & econuerso secundũ defectum deficit. Quãdo ergo fides in homine efficitur informis per peccatum, Christus non est in eo formatus. Et ideo quia in istis non erat fides formata, indigebant iterũ parturiri, donec Christus in eis formaretur per fidẽ formatam. s. quæ per dilectionem operatur. Vel donec Christ⁹ formetur in vobis. i. formosus aliis per vos appareat. Posset autẽ aliquis dicere, Absens tu dicis talia, sed si esses apud nos hæc nõ diceres, secundũ illud. 2. Cor. 10. Præsentia quidem corporis infirma, & sermo cõtẽptibilis, &c. Et ideo ponit desideriũ manifestandi dolorem suũ, asperius, dicens, Vellem autẽ esse apud vos modò & mutare vocem meã. q. d. Modò blãdis verbis vtor vocans vos fratres, & filios in absentia, sed si essem præsens asperius corriperẽ. Nam si quæ per literas scribo, nunc præsens & ore proferrẽ, durior esset correctio: vtpotè quia magis possem vocẽ obiurgantis exprimere & irascentis resonare clamorẽ & dolorem pectoris, magis quã per literas explicare, & magis cor vestrũ viua vox ad confusionem de errore vestro & mea turbatione moueret. Et causa huius doloris est, quia cõfundor in vobis. i. erubesco apud alios pro vobis. Nam sicut Eccl. 22. dicitur, Confusio est patris de filio indisciplinato. Nam cùm filius sit res patris, & discipulus inquantum huiusmodi res magistri, magister gaudet de bono quod videt in eo relucere, quasi de bono proprio, & gloriatur, & econuerso de malo dolet & confunditur. Vnde quia isti mutati erant de bono in malum, Apostolus confundebatur inde.

Similitudo ex scriptura de legaliũ cessatione, & gratiæ dignitate.

Lectio 6.

DIcite mihi qui sub lege uultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta.

¶ Suprà Apostolus probauit dignitatem gratiæ per consuetudinem humanam: hîc autem probat eam authoritate scripturæ. Et primò proponit factum. Secundò exponit mysteriũ, ibi [Quæ sunt per allegoriã dicta, &c.] Tertiò concludit propositũ, ibi [Itaq; fratres mei non sumus, &c.] Circa primum duo facit. Primò excitat ad attentionẽ. Secundò proponit suam intentionẽ, ibi [Scriptum est enim, &c.] Dicit ergo [Dicite mihi, &c.] q. d. Si vos estis sapientes attẽdite ad ea quæ obiicio, & si nõ potestis contradicere: cedatis. Iob 6. Respondete obsecro absq; contentione, &c. Facio vobis autem hanc obiectionem, Aut legistis legẽ: aut nõ legistis. Sed si legistis scire debetis ea quæ in ea scripta sunt: sed ipsa probat se dimittendã, si autem non legistis, nõ debetis recipere quod nescitis. Prouer. 4, Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. ¶ Dicit autẽ sub lege. i. sub onere legis. Nam subire aliquod leue non est vis, sed subire graue onus sicut est onus legis, magnæ stultitiæ signũ esse vide tur. Act. 15, Hoc est onus quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus, &c. Quod est intelligendu m de illis qui volunt carnaliter esse sub lege. ¶ Consequenter cùm dicit [Scriptum est enim, &c.] proponit suã intẽtionem dicens, Ideo quæro an legistis legẽ: quia in ipsa cõtinentur quędam quæ manifestè dicunt legẽ non esse tenendam. Et specialiter Apostolus facit mentionẽ de duobus filiis Abrahæ. Et primò ponit vnũ in quo conueniunt. Secundò duo in quibus differunt. Conueniũt quidẽ in vno patre. Vnde dicit, Scriptũ est, quoniam Abraham duos filios habuit. Habuit etiam alios q̃ istos duos filios: quia post mortẽ Saræ alios genuit de Cęthura, vt dicitur Gen. 25. de quibus mẽtionẽ non fecit Apostolus, quia non pertinent ad hanc significationẽ. Possunt tamen per istos duos. s. filium ancillæ & filiũ liberæ duo populi. s. Iudęorũ & Gentium designari: per alios verò filios Cæthuræ, scismatici & hæretici. Qui quidem duo populi cõueniunt in vno patre: quia Iudęi sunt filii Abrahã secundum carnem: Gentiles verò secundũ imitationẽ fidei. Vel sunt filii Abrahæ. i. dei qui est pater omnium, Malac. 2, Nonne deus pater omniũ, &c. Roma. 3, An Iudæorum tantũ. Differunt autem in duobus. s. in conditione matris: quia vnus est de ancilla vt dicitur Gene. 21. Nec tamen peccauit Abrahã ad eam accedens: quia accesit ad eam coniugis affectu & ordinatione diuina. Alius autem est de libera. s. Isaac quẽ genuit ei Sara vxor sua. Gen. 18, Veniã ad te tempore isto vita comite & Sara vxor tua, &c. Item differũt in modo generationis, quia qui de ancilla. s. Ismael, secundũ carnem natus est: qui autẽ de libera. s. Isaac, per repromissionẽ. Sed vitãdus est hîc duplex falsus in tellectus. Vnus, ne intelligatur per hoc quod dicit, secũdum carnẽ natus est, vt accipiatur hîc, caro, pro actu peccati secundũ illud Ro. 8, Si secundum carnem vixeritis, moriemini, &c. 2. Cor. 10. In carne ambulantes non secundũ carnem militamus quasi Abrahã peccante natus sit Ismael. Alius intellectus, vt per hoc quod dicitur, Per repromissionẽ, credatur Isaac non secundũ carnem natus. i. secundũ carnalem cõmixtionem: sed per spiritũ sanctum. Est ergo dicendum q̃ secundũ carnem. i. secundum naturã carnis natus est Ismael. Nã naturale est in hominibus q̃ ex muliere iuuencula fœcũda, sicut erat Agar, & sene, nascatur filius. Et quòd per repromissionẽ. i. supra naturam carnis natus est Isaac. Non enim ad hoc se extẽdit natura carnis vt ex viro sene & vetula sterili sicut fuit Sara, filius nascatur. Per Ismael significatur populus Iudæorũ qui secundũ carnẽ natus est. Per Isaac verò intelligitur populus Gentiũ qui natus secundũ repromissionẽ, qua promissum est Abrahæ q̃ esset futurus pater multarũ gentium. Gen. 22, in semine tuo benedicẽtur, &c. Mysteriũ autẽ exponit, cùm dicit, Quæ sunt per allegoriã dicta. Et primò ponit modum mysterii. Secundò exemplificat, ibi [Hæc enim duo sunt testamẽta, &c.] Dicit ergo, Hæc quæ sunt scripta de duobus filiis, &c. sunt per allegoriam dicta, id est, per alium intellectum. Allegoria enim est tropus seu modus loquendi quo aliquid dicitur & aliud intelligitur. Vnde allegoria dicitur ab allos, quod est, alienum, & goge ductio, quasi in alienum intellectum ducens. Sed attendendum est quòd allegoria sumitur aliquando pro quolibet mystico intellectu, aliquando pro vno tantùm ex quatuor qui sunt, hystoricus, allegoricus, mysticus, & anagogicus, qui sunt quatuor sensus sacræ scripturæ: & tamen differunt quantum ad significationem. Est enim duplex significatio. Vna est per voces. Alia est per res quas voces significant. Et hoc specialiter est

Quid allegoria, & vnde.

in sacra scriptura & nõ in aliis. Cùm enim eius actor sit deus in cuius potestate est q̃ nõ solùm voces ad de signandum accõmodet (quod etiam homo facere potest) sed etiã res ipsas. Et ideo in aliis scientiis ab hominibus traditis quæ non possunt accõmodari ad significandum nisi tantũ verba, & voces solùm significant. Sed hoc est propriũ in ista scientia, vt voces & ipsę res significatæ per eas aliquid significẽt: & ideo hęc scięntia potest habere plures sensus. Nam illa significatio qua voces significãt aliquid, pertinet ad sensum literalẽ seu hystoricũ. Illa verò significatio qua res significatæ p voces iterũ res alias significant, pertinet ad sensum mysticum. Per literalem autẽ sensum potest aliquid significari dupliciter. s. secundum proprietatẽ locutionis: sicut cùm dico, homo ridet: vel secundũ similitudinem seu metaphorã, sicut cùm dico, pratum ridet. Et vtroq; modo vtimur in sacra scriptura, sicut eũ dicimus quantũ ad primum q̃ Iesus ascendit: & cùm dicimus q̃ sedet à dextris dei, quantũ ad secundũ. Et ideo sub sensu literali includitur parabolicus seu metaphoricus. Mysticus autẽ sensus seu spiritualis diuiditur in tres. Primò nanq; sicut dicit Apostolus, lex vetus est figura nouæ legis. Et ideo secundũ ea quæ sunt veteris legis, significãt ea quæ sunt nouæ, est sensus allegoricus. Item secundũ Dionysium in libro de cælesti Hierarchia, Noua lex est figura futuræ. Et ideo secũdum q̃ ea quæ sunt in noua lege & in Christo, significãt ea quæ sunt in patria, est sensus anagogicus. Item in noua lege ea quæ in capite sunt gesta, sunt exẽpla eorum quę nos facere debemus: quia quæcunq; scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt, & ideo secundum ea quæ in noua lege facta sunt in Christo, & in his quæ Christum significant, sunt signa eorũ quæ nos facere debemus, est sensus moralis. Et omniũ horum patet exẽplum. Per hoc enim quod dico, fiat lux, ad literam de luce corporali pertinet ad sensum literalem. Si intelligatur, fiat lux. i. nascatur Christus in ecclesia, pertinet ad sensum allegoricũ. Si verò dicatur, fiat lux. i. vt per Christum introducamur ad gloriã, pertinet ad sensum anagogicum. Si autẽ dicatur, fiat lux. i. per Christum illuminemur in intellectu & inflamemur in affectu, pertinet ad sensum moralem.

Lectio 7.

Declaratur allegoria et eius significatio quãtũ ad matres.

HAEc enim sunt duo testamenta, Vnum quidẽ in monte Syna, in seruitutẽ generans: quæ est Agar (Syna enim mons est in Arabia: qui conjunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem & seruit cum filiis suis.) Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater nostra. Scriptum est enim, Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum.

¶ Superius posuit Apostolus intellectũ mysticum: hîc aperit mysterium. Et primò quantũ ad matres. Secundò quantũ ad filios, ibi [Nos autẽ fratres, &c.] Per duas autẽ matres, intelligit duo testamenta. Et ideo primò ponit significatũ. Secundò exponit, ibi [Vnum quidẽ in monte, &c.] Dicit ergo, Hæ. s. duæ vxores, ancilla, & libera, sunt duo testamenta, vetus & nouũ. Hier. 31, Feriam domui Israel fœdus nouũ. Ecce nouũ testamentum, non secundũ pactum, &c. Ecce testamentũ vetus. Libera enim significat testamentũ nouum, ancilla verò vetus. Ad sciendũ autem quid sit testamẽtum, attendi debet q̃ testamentum idẽ est q̃ pactum seu fœdus eorum quę testibus confirmantur. Vnde in scriptura multotiens loco testamenti ponitur fœdus vel pactum. Vbicunq; autẽ interuenit fœdus vel pactum fit aliqua promissio. Et ideo secundũ diuersitatem promissionum, est diuersitas testamentorũ. Duo autẽ sunt nobis promissa. s. tẽporalia in veteri lege: & æterna, in noua. Mat. 5, Gaudete & exultate, &c. Hæ ergo duæ promissiones sunt duo testamẽta. Vnde Apostolus cõsequenter cùm dicit [Vnum quidẽ, &c.] exponit ipsa. Et primò quantũ ad vetus. Secundò quãtum ad nouum, ibi [Illa autẽ quæ sursum, &c.] Ad euidentiam autẽ literæ sciendum est circa primũ q̃ quilibet ciuis alicuius ciuitatis dicitur esse filius illius, & ipsa ciuitas est sicut mater eius. Luc. 23, Filiæ Hierusalẽ nolite flere, &c. Treñ. vlti. Filii Syon incliti, &c. Per hoc igitur q̃ aliqui fiunt alicuius ciuitatis ciues, efficiũtur filii eius. Duplex autẽ est ciuitas dei. Vna terrena. s. Hierusalem terrestris. Alia spiritualis. s. Hierusalem cælestis. Per vetus autẽ testamẽtum homines efficiebãtur ciues ciuitatis terrestris, per autẽ nouum, cælestis. Et ideo circa hoc duo facit. Primò proponit mysteriũ expositum. Secũdò expositionis mysticę rationẽ assignat, ibi [Syna enim, &c.] Dicit ergo primò, dico q̃ significat duo testamenta. s. vetus & nouum. Et quantũ ad hoc dicit, Primum quidẽ in monte Syna, &c. Vbi primò ponitur locus in quo datũ fuit, quia ad literam in mõte Syna, vt dicitur Exo. 20, Cuius secundũ Glo. mystica ratio est, quia Syna interpretatur mandatũ. Vnde & ab Apostolo vetus lex, vocatur lex mandatorũ. Ephe. 2, Mons autẽ significat superbiã. Hier. 13, Antequam offendãt pedes vestri ad montes caliginosos, &c. Vnde per montẽ istum in quo data est lex, significatur superbia Iudæorũ duplex, Vna qua superbiebant contra deũ. Deut. 31, Ego scio contentionẽ tuam, &c. Alia qua superbiebãt contra alias nationes abutentes illius quod dicitur in Psal. Non fecit taliter omni nationi, &c. Secundò verò proponit ad quid sit datũ, quia non ad faciendũ liberos, sed filios matris ancillæ generãs in seruitutẽ quæ est Agar. i. significatur per Agar, quæ quidẽ in seruitutem generat. s. vetus testamentum. Et hoc tripliciter. s. quantũ ad affectum, quantum ad intellectũ & fructum. Quantũ ad intellectum quidem secundum cognitionẽ, quia in homine est duplex cognitio. Vna libera, quando. s. rerũ veritatem secundũ seipsam cognoscit. Alia verò ancilla. i. subiecta velaminibus figurarũ. Et talis fuit cognitio veteris testamenti. Quantũ ad affectum verò, quia noua lex generat affectũ amoris, qui pertinet ad libertatẽ. Nã qui amat ex se mouetur. Vetus autẽ generat affectũ timoris, in quo est seruitus. Qui eñ timet non ex se, sed ex alio mouetur. Ro. 8, Non accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, &c. sed quãtum ad fructũ, quia lex noua generat filios quib⁹ debetur hæreditas, sed illis quos vetus generat, debẽtur munuscula, sicut seruis. Io. 8, Seruus non manet in domo in æternũ, filius manet in domo in æternũ. Rationem mysterii assignat cùm dicit. Syna eñ mons est in Arabia, &c. Vbi primò oritur dubitatio, quia cũ Syna distet à Hierusalẽ per 20. ferè diętas, videtur falsum q̃ Syna iunctus sit Hierusalem, vt hîc Apostolus dicit. Sed ad hoc mysticè respõdetur in Glo. sic vt Syna sit Arabia. Arabia enim humilitas vel afflictio interpretatur, in qua datũ est vetus testamẽtum, quia homines quasi serui & alieni sub ea affligebãtur carnalib⁹ obseruãtiis. Act. 15, Hoc est onus quod neq; patres nostri neq; nos, &c. Qui mõs coniunctus est nõ per spatii cõtinuitatẽ, sed p similitudinẽ ei quę nunc est Hierusalẽ. i. Iudaico populo: quia sicut ipsi terrena diligũt, & pro tẽporalibus seruiũt sub peccato, ita & mons ille in seruitutẽ generabat. Sed hæc nõ videtur intentio Apostoli. Nam ipse vult q̃ vetus testa-

Quid sit testamentum

mentum,quod in monte Syna datũ est,ex ipso loco seruituti in seruitutẽ generet: quia illud dabatur in Syna,non tamen ibi remanentibus filiis Israel,sed proficiscentibus ad terrã promissionis.Hierusalem enim etiam generat filios seruitutis,ideo quantum ad hoc coniungitur mons Syna cum illa.Et hoc est quod dicit, Qui coniunctus est ei.s.per continuationẽ itineris euntium in Hierusalem.Quæ seruit cum filiis suis,seruitute.s.legalium obseruantiarũ(à qua redemit nos Christus)& seruitute diuersorum peccatorũ. Io. 8, Qui facit peccatũ seruus est peccati &(ad literã)seruitute Romanorũ qui eis dominabantur. ¶Deinde cùm dicit[Illa autẽ quæ sursum est Hierusalem,&c.]Hîc consequẽter aperit mysterium de libera.Et primò expo nit mysteriũ.Secundò inducit prophetiam,ibi[Scriptũ enim,&c.]Primum quidẽ potest dupliciter intelligi:secũdum ꝙ hanc matrẽ possumus intelligere.Vel illam per quã generamur,quę est ecclesia militans.Vel illam matrẽ in cuius filios generamur,quæ est ecclesia triũphans.1. Pet.1, Regenerauit nos in spem viuam, &c.Sic ergo generamur in præsenti ecclesia militante vt perueniamus ad triũphantem.Hoc ergo modo illud exponẽtes à quatuor describitur,mater nostra.s.à sublimitate cùm dicit[Sursum] Secũdò à nomine cũ dicit[Hierusalẽ] Tertiò à libertate cùm dicit[Libera est]Quartò à fœcunditate cũ dicit[Mater nostra]Est ergo sublimis per apertã dei visionem,& per perfectam dei fruitionẽ,& hoc quantum ad ecclesiã triũphantem.Esa.6,Videbis & affluues,&c.Col.3,Quæ sursum sunt sapite,&c.Itẽ sublimis per fidem & spẽ quãtum ad ecclesiam militantẽ.Phil.3,Nostra conuersatio in cælis,&c.Can.3,& 8,Quę est ista quæ ascẽdit,&c.Sed est etiã pacifica,quia Hierusalem.i.visio pacis.Quod quidẽ competit ecclesiæ triũphanti vt habenti pacem perfectam.Psal.Qui posuit fines tuos pacẽ,&c.Esa.32,Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.Item cõpetit ecclesiæ militanti,quæ in Christo pacẽ habens quiescit.Io.16,In me pacẽ habebitis.Est etiã libera. Ro.8,Ipsa creatura liberabitur,&c.Et hoc quantũ ad triumphantẽ & etiam quantũ ad militantẽ,vt Apoc. 21,Vidi ciuitatẽ sanctam Hierusalẽ,&c.Sed fœcũda est:quia mater nostra.Militans quidẽ vt generans, triũphans vt in cuius filios generamur.Psal.Nunquid Syon dicet homo,&c.Esa. 60, Filii tui de lõge venient. &c.Scriptũ est enim.s.Esa.54,Secundum enim septuaginta hîc ponitur prophætia,per quã primò probatur libertas matris prædictæ.Secundò eius fœcunditas,ibi[Quia multi filii,&c.] ¶Sciẽdum est autẽ circa primum ꝙ in muliere fœcunda:Primò quidẽ est tristitia in pariendo.Secundò subsequitur gaudiũ in susceptа prole,secundũ illud Io.16,Mulier cùm parit,&c.Sed mulier sterilis nec patitur in partu,nec gaudet in prole.Differunt autẽ parere & parturire:quia parturire dicit conatũ ad partum:parere verò dicit eductionem fœtus iam facti.In parturitione ergo dolorẽ experitur fœcunda,& in partu gaudiũ. Sterilis autem dolore parturitiõis & gaudio partus priuatur.Sed hæc duo prophæta indicit sterili,dicens,Lætare sterilis,&c. Vbi loquitur de Hierusalẽ quam dicit liberam,significatã per Saram sterilẽ. Nam ecclesia sterilis erat.s.ecclesia militans gentiũ ante conuersionẽ quæ nõ offerebat filiũ deo:sed diabolo. Vnde ad Babilonẽ dicitur Esa.47,Sterilitas & viduitas venerũt tibi,&c.Et ecclesia triũphans ante passionẽ Christi sterilis erat: quia non generabãtur aliqui in filios eius per introitũ gloriæ nisi in spe.Posita enim erat rõphea ante ianuã paradisi vt nullus intrare posset.Huic ergo sterili dicitur,Lętare quæ nõ paris,&c.q.d. Steriles,vt dictum est, non dolent de partu:sed de eo ꝙ nõ pariunt.1.Re.1,Cùm esset Anna amaro animo,&c.Sed tu lætaberis in multitudine filiorũ.Esa.60,Tunc dilatabitur & mirabitur cor tuũ.s.lętitiam mentis extrà ostendens.Duo enim sunt in partu.s.dolor ex eruptione reticulorũ quibus continetur fœtus in matrice , & clamor ex ipso dolore.Et ideo dicit,Tu quę nõ parturis.s.ecclesia militans:quę nõ conaris ad partum per desideriũ:& triumphans quæ nõ parturis dolendo:vel quia nondũ venit tempus recipiendi filios:erũpe.i.lætitiam quã interius habes manifesta exterius,& clama voce laudis.Esa.57,Clama ne cesses,&c.Et hæc duo ad libertatẽ pertinẽt.s.clamare& erũpere: sic ergo apparet libertas matris. ¶Sequitur fœcũditas[Quia multi filii,&c.] Sed cùm suprà dictũ sit ecclesiam liberã significari per Saram,videtur esse dubiũ an Sara fuerit deserta.Ad quod sciendũ est ꝙ deserta fuit ab Abraham vt hîc dicitur,nõ per diuortiũ,sed quantum ad opus carnale. Nam Abrahã vacabat quidem operi carnali,non propter concupiscentiã,sed propter prolẽ suscipiendam. Cùm ergo innotuit ei Sarã sterilem esse deseruit eã,non frangens coniugalẽ thorum:sed quia nõ vtebatur ea ab illo præcisẽ tẽpore quo Sara introduxit ei ancillã.Per quod datur intelligi ꝙ ecclesia Gentiũ deserta erat à Christo,quia nondũ venerat Christus:& ꝙ ecclesia triũphans deserta erat ab hominibus, quibus ad eã nondũ patebat accessus.Huius ergo desertæ.s.ecclesiæ Gentiũ sunt multi filii.i. plures magis quã eius.s. Synagogę quæ habet virũ.s.Moysen.1.Re.2,Sterilis peperit plurimos,& quæ multos filios habebat, &c. Et hoc veniente sponso.s.Christo à quo deserta erat non dilectione,sed partu postposito. Lectio 8.

Applicatur figuræ significatio ad Christi.a nos,& ad propositũ.

Et cõparãtur filij ecclesiæ & synagogæ, quãtum ad originẽ affectuũ, & ius hæreditatis,& tãdẽ cõclusio intenta infertur.

NOs autem fratres secundum Isaac,promissionis filij sumus.Sed quomodo tunc is qui secũdum carnem natus fuerat, persequebatur eũ qui secundũ spiritũ:ita & nunc.Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillã & filiũ eius. Nõ enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ.Itaq; fratres,nõ sumus ancillæ filij,sed liberæ:qua libertate nos Christ⁹ liberauit. ¶Expositо mysterio quantũ ad matres:hîc exponit illud quantũ ad filios.Et primò ponit filiorum distinctionem.Secundò principalẽ conclusionẽ,ibi[Itaq; fratres mei,&c.]Distinctionẽ autem filiorũ ponit quãtum ad tria.Primò quantũ ad modum originis.Secundò quantũ ad affectũ dilectionis, ibi [Sed quomodo tunc,&c.]Tertiò quantũ ad ius hæreditatis,ibi[Sed quid dicit scriptura, &c] Modus autẽ originis quo aliqui nascũtur filii Abrahæ est duplex:quidã origine carnali,sicut Ismael de ancilla:quidã autem non carnali origine,sicut Isaac de libera:nõ quòd naturali opere natus nõ fuerit,sed quia(sicut dictũ est)supra naturalẽ virtutẽ carnis fuit vt de vetula sterili filius nasceretur.Per hos autẽ filios intelligitur duplex populus. Nam per Ismaelẽ intelligitur populus Iudæorũ qui carnali ꝓpagatione est ab Abrahã deriuat⁹.Per Isaac autẽ,populus Gentiũ,qui per imitationem fidei ab Abrahã descendit.Et ideo dicit[Nos autẽ fratres].s.fideles,tam Iudæi quàm Gentiles secundum Isaac.i. in similitudine Isaac promissionis filii sumus facti Abrahæ.Gene. 12.Rom.9,Qui sunt filii promissionis æstimantur in semine.Sed nota ꝙ filii carnis Abrahæ ad literã sunt Iudæi,mysticè autem qui propter carnalia & temporalia bona ad fidem veniunt.Secundũ affectum autem distinguntur,quia qui natus erat secundum carnem,persequebatur illum qui natus erat secundũ spiritum. ¶Sed hîc est quæstio.Primò quia non legitur ꝙ Ismael persecutionem aliquam fecerit contra Isaac,sed ꝙ

tantùm luserit cum eo,Gene.21.Cùm vidisset Sara filium ancillę Agar ludentem,&c.Responsio,dicẽdum est ꝙ Apostolus illum ludum dicit persecutionem,quia ludus magni ad paruum est quædã illusio,cùm maior cum paruo ludens intendit eum decipere.Vel etiam vt dicunt quidã Ismael cogebat Isaac adorare imagines luteas quas faciebat.Per hoc autem docebat eum auerti à cultu vnius dei,quod est magna persecutio cum maius malum sit inferre mortem spiritualem quàm corporalem.Quod tamen ideo in Gene.apellatur ludus,quia sub specie ludi hoc faciebat. ¶Est etiam quæstio quomodo filii secundum carnẽ persecuti fuerint & persequantur filios secundũ spiritum.Sed ad hoc est responsio,quia à principio primitiuæ ecclesiæ Iudæi persecuti sunt Christianos, vt patet in actibus Apostolorũ,& facerent etiã nunc si possent. Nũc etiã carnales persequũtur in ecclesia spirituales viros etiam corporaliter,illi.s.qui quærunt gloriam & temporalia lucra in ecclesia.Vnde dicitur in Glo,Omnes qui in ecclesia terrenam facultatem quęrunt à domino,ad hunc Ismaelem pertinent.Ipsi sunt qui contradicunt spiritualibus proficientibus,& detrahunt illis, & habent labia iniqua,& linguas dolosas & subdolosas.Spiritualiter autem persequũtur spirituales filios superbi & hypocritæ.Nam aliquando aliqui manifestè carnales & mali culpam suam recognoscentes , bonis se humiliant,fatui verò bonitatem quam ipsi non habent,persequuntur in aliis. ¶Est etiam quæstio,quia Hęretici quos nos persequimur,dicunt se natos secundum spiritum,nos verò secũdum carnem. Sed dicẽdum est ꝙ duplex est persecutio.Vna bona qua aliquis persequitur alium vt reducat eum ad bonum,& hanc viri iusti faciunt malis,& spirituales carnalibus,vel vt eos corrigant,si conuerti volũt,vel si obstinati sunt in malo,destruant ne gregem domini inficiant. Alia persecutio est mala,qua quis persequitur alium, vt peruertat ad malum,& hanc qui secundum carnem nati sunt,faciunt his qui nati sunt secundum spiritum. Quantum verò ad ius hæreditatis,distinguntur per authoritatem scripturæ.Gen.21,Eiice ancillam & filium eius. In quo datur intelligi quòd Iudæi & persecutores fidei Christianæ,& etiam carnales & mali Christiani eiicientur à regno cælesti.Mat.8,Multi venient ab oriente,&c.Apoc.22,Foris canes & venefici,&c. Ancilla etiam.i.malitia & ipsum peccatum eiicietur.Eccles.18,Omne opus corruptibile in fine deficiet. Et ratio horum subditur,quia non erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ.In mundo enim isto boni sunt malis permixti,& mali bonis.Can.2,Sicut lilium inter spinas,&c.Sed in æterna patria non erant nisi boni. Iudic.11, Dicitur ad Iepte,Hæres in domo patris nostri esse non poteris,quia de adultera natus es. Quã quidẽ libertatem habemus à Christo.Vnde dicit, Qua libertate,&c.Io.8,Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis.

Caput 5.

Monentur Galatæ ne iterũ se subdant seruituti,ostendẽdo iugũ seruitutis esse valde nociuũ, & valde onerosum.

STate ergo:& nolite iterum iugo seruitutis contineri.Ecce ego Paulus dico uobis,quoniam si circuncidami ni,Christus uobis nihil proderit.Testificor autem rursus omni homini circumcidẽti se,quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ.Euacuati estis à Christo,qui in lege iustificamini,à gratia excidistis.

¶Suprà ostendit Apostolus ꝙ per legem non est iustitia:hîc verò reducit eos ab errore ad statum rectitudinis.Et primò quantum ad diuina.Secundò quantũ ad humana.6.ca.ibi[Et si præoccupatus fuerit homo,&c.]Circa primum duo facit,primò proponit ammonitionem.Secundò eius rationẽ assignat ibi.Ecce ego Paulus,&c.Et in ammonitione etiam duo ponit.Quorum vnum est inductiuũ ad bonum.Secundũ est prohibitiuũ à malo.Inducit quidem ad bonũ,cùm dicit,State ergo.q.d.Ex quo per Christum liberati estis à seruitute legis,state firma fide,& fixo pede permanentes in libertate.Sic ergo cùm dicit state, inducit ad rectitudinẽ.Qui enim stat,rectus est.1.Cor.10,Qui se existimat stare,&c.Inducit etiã ad firmitatem.1.Cor.15,Stabiles estote & immobiles,&c.Ephe.vlti.State succincti lũbos vestros,&c.Prohibet verò & retrahit à malo,cùm subdit,Nolite iterum iugo seruitutis contineri,i.non subiiciamini legi quæ in seruitutẽ generat.De quo iugo dicitur Act.15,Hoc est onus quod neq; patres nostri neque nos,&c.à quo tamen per Christum liberati estis.Esa.9,Virgam humeri eius,&c.Ideo aũt addit,Iterum,non quia prius sub lege fuerint,sed quia vt Hieronymus dicit post euangelium seruare legalia,adeo peccatum est,sicut seruire idolatriæ.Vnde isti quia idolatræ fuerant,si subiiciant se iugo circũcisionis & aliarũ legaliũ obseruationũ, quasi ad eadem reuertuntur quibus antea in idololatria seruierant:secundũ Aug.verò vt suprà dictum est, circa legalium obseruantias triplex tempus distinguitur.s.tempus ante passionẽ,ante gratiã diuulgatam, & post gratiam diuulgatam.Post ergo gratiã diuulgatam seruare legalia est peccatum mortale etiam ipsis Iudæis.Sed in tempore medio.s.ante gratiã diuulgatam poterant quidem absque peccato etiam illi qui ex Iudæis conuersi fuerant,legalia seruare, dum tamen in eis spem non ponerent,conuersis verò ex Gentibus, non licebat ea seruare.Quia ergo Galatæ ex Iudæis non erant,& tamen legalia seruare volebant & ponebant in eis spem:ideo reuertebãtur in iugum seruitutis.Nam huiusmodi obseruatio erat eis sicut idolatria, inquantum non rectè sentiebant de Christo,credentes ab ipso sine legalibus salutem consequi non posse. ¶Deinde cũ dicit[Ecce ego, &c.]Exponit prædicta duo.Et primò secundũ,secundò primum, ibi [Nos autem spiritu,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ostendit quid sit iugum seruitutis quod non debent subire.Secundò,probat,ibi[Euacuati estis,&c.]Circa primũ duo facit.Primò ostendit iugum illud esse valde nociuum.Secundò valde onerosum,ibi[Testificor autem,&c.]Nociuum est quidem iugũ legis,quia aufert dominicæ passionis effectum.Et ideò dicit,Nolite contineri iugo seruitutis,quia ecce ego Paulus qui,supple voce authoritatis dico & bene,Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit,ideſt fides Christi, Sed contra Act.16,dicitur,ꝙ Paulus circũcidit Timotheũ,ergo fecit ꝙ Christus ei nihil prodesset,ergo decepit eum.Respondeo,dicendũ est secundũ Hieronymũ ꝙ Paulus non circuncidit Timotheum quasi legẽ seruare intenderit,sed simulauit se circuncidere faciendo opus circuncisionis.Nam secundũ ipsum Apostoli simulatoriè seruabant legalia ad vitandũ scandalũ fidelium ex Iudæis.Faciebãt aũt actus legalium,non tamen cum intentione seruandi legalia,& sic non exibant à fide.Vnde non decepit Timotheum. Secundum verò Aug.dicendũ est ꝙ Apostoli secundũ veritatem seruabant legalia & cum intentione ea seruandi: quia secundum Apostolorũ sententiam licebat fidelibus ex Iudæis illo tempore.s.ante gratiam diuulgatam ipsa seruare.Et ideò quia Timotheus fuit ex matre Iudæa,circuncidit eum Apostolus cum intentione seruandi legalia.Quia verò Galatæ ponebant spem in legalibus post gratiam diuulgatam, quasi sine eis gratia non

sufficeret ad salutem,& ideò ea seruare volebãt,ideò dicit eis Apostolus,Si circũcidimini,&c. Sequebatur enim ex hoc ꝙ non reputarent Christum,in cuius signum data fuit circuncisio.Geñ.17,Vt sit in signũ fœderis inter me & vos,&c. Qui ergo circuncidebantur,credebant adhuc signum durare,& tunc signatũ nõdum venisse,& sic excidebant à Christo.Sic ergo patet onus legis esse nociuum. ¶ Est etiam valde onerosum,quia obligat ad impossibile,& hoc est quod dicit[Testificor autẽ,&c.]q. d. Dico ꝙ si circuncidimini Christus vobis nihil proderit.Sed adhuc testificor omni homini.s.Iudæo & Gẽtili,&c.Nam quicunq; profitetur in aliqua religione facit se debitorem omnium,quæ ad obseruantiam illius religionis pertinent. Et sicut dicit Augustinus,Nunquam fuit aliqua religio sine aliquo visibili signo,ad quod obligarentur qui in ipsa religione viuunt, sicut in religione Christiani,signum visibile est baptisma,ad quod omnes Christiani tenentur quoad cultũ.Obligantur etiam ad omnia quæ ad cultum Christianæ religionis pertinẽt.Signũ autem legis Mosaycæ fuit circuncisio.Quicunque ergo circuncidebat se,obligabatur ad omnia legalia seruanda ac implenda,& hoc est quod dicit,debitor est vniuersæ legis faciendæ.Iac.2,Qui offendit in vno factus est omnium reus,Quã tamen nullus seruare poterat secũdum illud Act.15,Hoc est onus quod neque patres nostri neque nos portare potuimus,&c.Sed dato ꝙ aliquis circuncideretur,ergo secundum prædicta obligat se ad seruandum legãlia,sed hoc est peccatũ mortale,ergo tenetur peccare mortaliter & sic videtur esse perplexus.Respondeo,dicendũ est quòd eadẽ conscientia durante tenetur seruare legalia,putà si aliquis haberet conscientiam ꝙ nisi circuncideretur peccaret mortaliter,& circuncisus ipsa conscientia durante peccaret mortaliter si non obseruaret legalia:cuius ratio est,quia habere conscientiam de re aliqua facienda,nihil aliud est quàm æstimare ꝙ faciat,contra deum nisi illud faciat.Facere aũt contra deum est peccatum.Sic ergo dico ꝙ nisi faceret hoc ad quod inducit conscientia,peccaret:non quidem ex genere operis,sed ex intentione operantis.Et similiter si facit,peccat:quia huiusmodi ignorantia non excusat cùm sit ignorantia iuris.Nec tamen est perplexus simpliciter,sed secundum quid,quia potest deponere erroneã eõ scientiam.Et hoc modo hîc Apostolus testificatur omni circuncidenti se,ꝙ tenetur ad seruandum legem. ¶ Consequenter cùm dicit[Euacuati estis,&c.]probat quæ dixit,scilicet quòd non debent accipere legis obseruantiam ratione damni iam præsentis,quod est duplex.Vnum est amissio Christi.Secũdum est amissio gratiæ Christi.Primũ est causa secũdi,ibi[Qui in lege,&c.]Dicit ergo Euacuati,&c.q.d.Verè Christus vobis nihil proderit,quia euacuati estis à Christo.i.habitatione Christi.Secundum damnũ est amissio gratiæ,Ideò dicit,A gratia excidistis,qui.s.prius eratis pleni gratia Christi,quia de plenitudine eius accepimus omnes.Ioan.1,De plenitudine Christi nos oẽs accepimus,&c.& Eccl.21,Cor fatui quasi vas confractũ & omnẽ sapientiam non tenebit.Vos dico qui in lege iustificamini.i.creditis iustificari,à gratia.s.habendę futuræ beatitudinis,vel etiã à iam habita excidistis.Apo.2,Memor esto vnde excideris & age pœnitentiam.

Lectio 2.

Docentur Galatæ stare in gratia euangelii & fidei & non se subdere seruituti legis Mosaycæ nec credere talẽ subiectionẽ suadentibus.

NOs autem spiritu ex fide,spem iustitiæ expectamus.Nam in Christo Iesu,neque circuncisio aliquid ualet , neque præputium,sed fides quæ per charitatem operatur.Currebatis benè,quis uos impediuit ueritati non obedire?Nemini consenseritis.Persuasio hæc non est ex eo qui uocat uos.Modicum fermentum totam massam corrumpit.Ego confido in uobis in domino,quòd nihil aliud sapietis.Qui autem conturbat uos,portabit iudicium,quicunque est ille. Ego autem fratres,si circuncisionem adhuc prædico,quid adhuc persecutionem patior?Ergo euacuatum est scandalum crucis.Vtinam abscindantur qui uos conturbant.

¶ Explicauit Apostolus secundũ documentũ.s.ꝙ non esset subeundũ iugum seruitutis legis:hîc aũt redit ad primum ostendens ꝙ stare debent.Et primò proponit standi exemplũ.Secundò remouet stationis impedimentum,ibi[Currebatis,&c.]Tertiò assignat standi causam ibi[Vos autem in libertatem, &c.] Circa primum duo facit.Primò proponit standi exemplum.Secundò causam eius assignat,ibi [Nam in Christo Iesu,&c.]Dicit ergo,Qui in lege volunt iustificari,Christus eis nihil prodest,quia excidũt à gratia.Sed nos.s.Apostoli stamus per spem,quia.s.expectamus spem iustitiæ.i.iustitiam & spem.s.æternam beatitudinem.1.Pet.1,Regenerauit nos in spem viuam,&c.Vel spem iustitiæ.i.Christum per quem est nobis spes iustitiæ,quia per eum iustificamur.Philip.3,Saluatorem expectamus,&c.1.Cor.1,Qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redẽptio,&c.Vel spem iustitiæ,i.spem quæ est de iustitia,vt iustificẽtur non per legem,sed per fidem.Ro.3,Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis.Vel spem iustitiæ.i.rem speratam in quã tendit iustitia.s.vitam æternã.2.Ti.vlt.In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,&c.Et hoc ex fide,quia iustitia dei est per fidem Iesu Christi,vt dicitur Ro.3,Quæ quidẽ fides nõ est ab homine,sed à spiritu sancto qui eam inspirat,Ro.8,Accepistis spiritum filiorum in quo clamamus,abba pater,&c.Sicut ergo fides est ex spiritu,ita ex fide est spes,ex fide iustitia,per quam peruenimus ad vitam æternam.Hæc autem spes non venit ex circũcisione,neque ex gentilitate,quia nihil faciũt ad hoc. Et ideò dicit[Nam in Christo Iesu].i.in his qui sunt in fide Christi,neque circuncisio,neque præputium, &c.i.indifferentia sunt,sed fides non informis, sed ea quæ per dilectionẽ operatur.Iac.2,Fides sine operibus mortua est,&c.Nam fides est cognitio verbi dei.Ephe.3,Habitare Christum per fidẽ,&c.Et hoc verbum nec perfectè habetur nec perfectè cognoscitur nisi etiã habeatur amor quẽ spirat.Hîc sunt duo dubia circa glosam.Primũ est quòd dicit præputium & circuncisionem esse indifferentia, cũ suprà dixerit, Si circuncidimini,Christus vobis nihil proderit,Sed dicendum est ꝙ ex genere operis sunt indifferentia.s.illis, qui non ponunt spem in eis,sed ex intentione operantis non sunt indifferentia. Nam ponentibus in eis spem,mortifera sunt. Secundũ dubiũ est de hoc ꝙ dicit ꝙ illi qui non credunt,peiores sunt quàm dæmones, cũ dæmones credant & contremiscãt.Respondeo,dicendum est ꝙ peiores quidem sunt ex specie operis,sed non quantum ad affectum.Nam dæmonibus displicet hoc ꝙ credunt,nec etiam est tanta nequitia voluntatis in homine qui non credit,quanta in dæmone qui odit quod credit. ¶ Consequenter cùm dicit [Currebatis bene,&c.]Agitur de impedimento stationis.Et primò ponit impedimentum.Secundò docet eius remotionem,ibi[Nemini cõsenseritis.&c.]Impedimentum stationis eorum magnum erat & nociuum:nam tantò aliquid est magis nociuum,quanto maius bonum priuat. Quando ergo aliquis multis bonis spiritualibus

priuatur,signum est habuisse magnum impedimentum.Et ideò vt ostendat eos Apostolus magnum impedimentum habuisse,commemorat eis bona spiritualia quæ amiserũt cũ dicit.[Currebatis bene,&c.]s. per opera fidei formatæ per charitatem,quæ instigat ad currendum.Psal,Viam mandatorũ tuorũ cucurri cùm dilatasti cor meũ.Et hoc quidem fuit olim in vobis,sed dũ sic currebatis,estis impediti,& ideò subdit,Quis vos fascinauit,de quo dictũ est suprâ.3.capᵇ.& ideo supersedeo ad præsens.Quis ergo vos fascinauit.i. impediuit veritati,scilicet euangelicæ,non obedire.Et hoc congruè dicit.Nam obedire est voluntatis applicandæ ad consensum pręcipientis.Et ideò fides est voluntatis & intellectus.Oportet ergo voluntati fidei obedire:hoc autem est volendo credere ꝙ gratia fidei Christi sufficiat ad salutem sine legalibus obseruantiis. ¶ Excludit autẽ impedimentum,cùm dicit[Nemini,&c.]Et hoc ex triplici parte.Primò ex parte eorum. Secundò ex parte dei,ibi[Ego cõfido,&c.]Tertiò ex parte Apostoli,ibi[Ego autem fratres si,&c.]Ex parte eorum,cũ dicit[Nemini,&c.]Vbi primò ostendit quid requiratur ex parte eorum vt vitent hoc impedimentum,scilicet ꝙ nemini Pseudo deinceps consentiant.1,The.5,Non sumus noctis neq; tenebrarũ,&c. Ephe.5,Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum,&c.Et.2.Ti.2.Et sermo eorum vt cãcer serpit,&c.ex quo datur intelligi quòd nondum erant corrupti,sed solicitabantur de hoc. Secundò assignat rationem huius cùm dicit[Persuasio enim,&c.]Et hæc est duplex.Prima quia homo cùm dat se alicui, nihil debet facere nisi quod vtile dixerit sibi.Sed vos traditi estis Christo,ergo non debetis audire vel cõsentire, nisi his quæ sunt ab ipso,ergo hæc persuasio qua vos volunt mittere sub iugo legis,quia nõ ex eo,scilicet ex deo qui vos vocauit ad vitam,sed ex diabolo,inquantum,scilicet deficiens est.Et ideò non consenseritis eis.Vel non ex eo,id est contra ipsum.Secunda ratio est,quia posset dici ꝙ non est magnum si paucis consentiatur,cùm ex hoc nõ sit periculum,& ideò dicit ꝙ non est eis consentiendum,nec eorũ insidiæ sunt cotemnendæ,sed debent principiis obstare,quia modicum fermentum,&c.ideſt illi pauci qui vobis persuadent.Vel hæc persuasio parua in principio totam massam corrumpit,ideſt congregationem fideliũ.Leuit. 2,Ne quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. ¶ Consequenter cũ dicit[Ego confido in vobis,&c.Remouet impedimentum ex parte dei qui auxilium ad hoc præbet,& ponit duplex auxilium.Vnum quantum ad seducentes.Aliud quãtum ad conturbantes,ibi[Qui autem conturbant,&c.] Dicit ergo,ego confido,&c,quasi dicat.Dixi quòd non consentiretis pseudo,& confido in vobis.1. Corin.7, Gaudeo ꝙ in omnibus confido in vobis.Heb.6,Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti.Cõfido,inquam,in hoc.s.quòd nihil aliud sapietis quàm quod vos docui.suprâ.1,Licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus,anathema sit,Phi.2 , implete gaudium meum,vt idem sapitatis , &c. Et hoc ex auxilio diuino . & ideò dicit[In domino deo.]s. operante. 2.Cor.3.Fiduciam talem habemus per Christum ad deũ,&c.quia dominus dabit vobis sapere secundum sobrietatem catholicæ veritatis.ps.Bonum est confidere in domino,&c. ¶ Quantum autem ad conturbãtes dicit,Qui aũt conturbat,&c.i.qui remouet vos à debito ordine,vt.s.à spiritualibus cõuertamini ad corporalia,cũ debeat esse cõtrarium.1.Co.15,Non prius quod spirituale est,sed quod animale est,deinde quod &c.Et cũ talis ordo sit peruersus,vt dicitur suprà 3,Sic stulti facti estis, vt cũ spiritu cœperitis,&c.ideò portabit iudicium.i.condemnationem sustinebit.Sicut enim qui inducit aliquem ad bonũ,remuneratur.Dañ. 12,Qui ad iustitiam erudiunt plurimos,quasi stellæ in perpetuas æternitates,&c.ita qui inducit aliquem ad malum,condemnatur.Iosue 7,Qui turbasti nos,exturbet te dominus in hac die.Deut.27,Maledictus qui errare facit cæcum in itinere.Et hoc quicunque est ille.i.quãtæcunque sit authoritatis,non parcetur ei.Sed Porphyrius & Iulianus in hoc reprehendunt Paulum de præsumptione dicentes,ꝙ hoc dicit lacerans Petrum(cùm suprà in faciem se restitisse scripserit) vt sit sensus,quicunque sit ille.i.etiam si Petrus esset,puniretur.Sed vt Aug.dicit non est credendum ꝙ Paulus cum maledicto de ecclesiæ principe loqueretur , cũ scriptum sit.Exo.22.Principem populi tui non maledices.Nec etiam ꝙ Petrus sic offenderit quod esset dignus condemnatione.Dicit ergo Apostolus de quodam alio qui de Iudæa veniens,dicebat se fuisse discipulum magnorum Apostolorum,& sub ista authoritate corrumpebat Galatas ipse cum aliis falsis prædicatoribus.suprà.2,Propter subintroductos falsos fratres,&c. ¶ Consequenter cùm dicit[Ego autẽ fratres,&c.] Remouet impedimentum ex parte sua.Et primò ponit sui excusationem.Secundò eorum qui eum infamabant obiurgationem,ibi[Vtinam abscindantur,&c.]Excludit autẽ falsum quod ei imponebatur.Et primò aliquid pertinens ad ipsum tantùm.Secundò aliquid pertinens ad omnes,ibi[Ergo euacuatum est, &c.] Sciendum est circa primum quòd Pseudo Galatis excusantibus se de eo ꝙ non seruabant legalia , quia ita edocti erant ab Apostolo,& dicebant ꝙ Apostolus deceperat eos,& confirmabant,dicentes Paulum prędicasse in Iudæa,& docuisse legalia debere seruari.Et ideò excusat se de hoc Apostolus,dicens [Ego autẽ fratres,si circuncisionem adhuc prædico,sicut imponunt mihi Pseudo,]quid adhuc persecutionem patior, scilicet à Iudæis.1.Corinth.4,Persecutionem patimur,&c.Nam Iudæi specialiter propter hoc persequebãtur Paulum,ꝙ prædicabat legalia non debere seruari.Act.21.dicit Iacobus Paulo, Audierunt de te quia discessionem doceas à Moysę eorum qui per Gentes sunt Iudæorum,dicens eos non debere circuncidere filios,&c.Patet ergo quod nõ est verũ ꝙ mihi imponunt,alioqn persecutiones adhuc non paterer: Falsum est etiam id quod mihi imponunt per id quod communiter est apud alios, quia circuncisionẽ prædico euacuatum est scandalum crucis.Nam non solùm ego,sed etiam omnes Apostoli prædicamus Christum crucifixum.Iudæis quidẽ scandalum,&c.vt dicitur.1.Cor.1,Et de hoc maximè scandalizantur,quia prædicamus ꝙ per crucem Christi legalia euacuantur.Si ergo prædico circuncisionem,euacuatũ est scandalum.i. non erit scandalũ apud Iudæos vltra de cruce.Nam patienter sustinerent immo libenter vellent ꝙ prædicaremus crucem & legalia simul debere seruari.Vel secundum Augu.euacuatum est scandalum crucis, id est euacuata est crux quæ est scandalum,quasi dicat.Crux perdidit effectum suum & virtutẽ.suprà 2, Si enim ex lege esset iustitia,ergo Christus gratis mortuus est.Dicit autem Apostolus specialiter euacuatũ est, &c. vt det intelligere,quòd propter hoc Iudæi occiderunt Christum,quia legalia nõ seruabat,& ea non esse seruanda docebat.Ioan.9,Non est hic homo à deo qui sabbatum non custodit. ¶ Consequenter obiurgat

Pseudo qui eum infamauerant dicens. Vtinã abscindãtur,&c. Quasi dicat. Ipsi conturbant vos in hoc quòd volunt vos circuncidi,sed vtinam non solùm circuncidantur,sed totaliter castrentur. Sed contrà. Rom.12, Benedicite & nolite maledicere,&c. Ad hoc est duplex responsio. Prima est quòd non maledixit Apostolus eis,sed potius benedixit,quia optauit eis vt spiritualiter castrentur vt seruarent spiritualem castitatẽ cassando cerimonialia,secundum illud Mat.19,Sunt quidam eunuchi qui se castrauerũt propter regnum cælorum. Secundò q optat eis sterilitatem prolis quam habent Eunuchi,vt scilicet nõ generent. Vnde ait,Vtinam & abscindãtur,&c. idest vim generandi perdant in vobis vel aliis. Et hoc meritò, quia generant filios in errorem,& redigunt eos in seruitutem legis. Osee.9,Da eis vuluam sine liberis,& vbera arentia.

Lectio 3.

Docetur status fidei conditio, dissuadetur eius abusus & suadetur bonus vsus, monẽdo ad sectãdam charitatẽ ex impletionis eius vtilitate & ex dãno quod incurrimus ex eius defectu.

VOs enim in libertatem uocati estis fratres, tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum, Quòd si inuicem mordetis & comeditis: uidete ne ab inuicem consumamini.

¶ Proposito exemplo standi,& remoto eius impedimento: hîc innuit modum ipsius. Et primò ponit modum standi. Secundò exponit,ibi[Omnis enim lex,&c.]Circa primum tria facit. Primò ponit conditionem status. Secundò remouet abusum standi. Tertiò innuit standi modum. Conditio quidem standi est libertas. Omnis enim status conditio pertinet ad seruitutem vel ad libertatem, sed status fidei Christi ad quem inducit Apostolus ad libertatem pertinet,& est ipsa libertas. Et ideò dicit,Vos enim, &c. Quasi dicat,Rectè conturbant vos quia abducunt à meliore in peius,quia vos vocati estis,scilicet à deo in libertatẽ gratiæ. Roma.8,Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,&c. suprà.4,Non sumus ancillę filii,sed liberæ,&c. Vos,inquã qui liberi estis per Christum, volunt ducere in seruitutem. Abusus autem status est si in deterius prolabatur,& libertas spiritus peruertatur in seruitutem carnis. Galatæ autem iam liberi erant à lege. Sed ne credant eis licere peccata committere quæ lex prohibebat,ideò Apostolus subdit abusum libertatis,dicens,Tantùm ne,&c. quasi dicat,Liberi estis,ita tamen q non abutamini libertate vestra,impunè vobis peccandum esse arbitrantes. 1.Corinth. 8. Videte ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Modus autem standi est per charitatem. Vnde dicit, Sed per charitatem spiritus,&c. Status autem totus est in charitate,sine qua homo nihil est. 1.Corin. 13,Et secundũ diuersos gradus charitatis distinguntur diuersi status. Sic ergo status gratiæ est non per affectum carnis,sed per charitatem spiritus. i. quæ procedit à spiritu sancto,per quem debemus inuicem esse subiecti & seruire. infrà 6. Alter alterius onera portate,&c. Ro.12,Honore inuicem præuenientes,&c. Sed cũ superius,dicat q sint vocati in libertatem,quid est quodmodò dicit, seruite inuicem. Ad quod dicendum est q hoc exigit charitas vt inuicem seruiamus & tamen libera est. Sciendum est tamen quòd sicut Philosophus dicit,liber est qui est causa sui: seruus aũt est causa alterius,vel vt mouẽtis vel vt finis: quia seruus nec à se mouetur ad opus,sed à domino,& propter vtilitatem domini sui. Charitas ergo quantum ad causam mouentem libertatem habet,quia à se operatur. 2.Corin.5,Charitas Christi vrget nos spontaneè,scilicet ad operandum: seruus autem est cùm postpositis propriis vtilitatibus accommodat se vtilitatibus proximorum. ¶ Consequenter cũ dicit[Omnis lex,&c.]Exponit quæ dicit,& primò de dilectione. Secundò de libertate non danda in occasionem carnis,ibi[Spiritu ambulate,&c.]Circa primum monet ad charitatem sectãdam,Primò propter vtilitatem quam consequimur in impletione. Secundò propter dãnũ charitatis neglectæ quod incurrimus,ibi[Quod si inuicem,&c.]Vtilitas autem quã consequimur ex impletione charitatis maxima est,quia in ea implemus totam legẽ. Et ideo dicit[Omnis enim,&c.]q.d. Ideo charitas est habẽda, quia omnis lex in vno sermone impletur. s. in vno præcepto charitatis. Ro.13,Qui diligit proximũ legẽ impleuit. Et in eodẽ ca. dicitur,plenitudo legis est dilectio. Et ideò dicit. 1.Ti.1,Finis præcepti est charitas. Sed contrà,quia dicitur Mat.12,In his duobus mandatis. s. de dilectione dei & proximi,tota lex pendet & prophetæ,non ergo in vno præcepto tantùm impletur. Respondeo,dicendũ est q in dilectione dei includitur dilectio proximi. 1.Io.4,Hoc mandatũ habemus à deo vt qui diligit deum,diligat & fratrem suum. Et econuerso proximũ diligimus propter deum,impletur ergo tota lex in vno præcepto charitatis. Præcepta enim legis reducuntur ad illud præceptum. Nam omnia præcepta vel sunt moralia,vel sunt cerimonialia, vel iudicialia. Moralia quidem sunt præcepta decalogi,quorum tria pertinent ad dilectionem dei,alia septem ad dilectionem proximi. Iudicialia autem sunt vt quicunque furatur aliquid reddat quadruplum,& his similia quæ similiter ad dilectionem proximi pertinent. Cerimonialia verò sunt sacrificia & huiusmodi quæ reducuntur ad dilectionẽ dei. Et sic patet q omnia in vno præcepto charitatis implentur, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum,& est scriptum Leui.19. Dicit autẽ sicut teipsum,non quantũ teipsum,quia homo secundum ordinem charitatis magis debet se diligere quàm alium. Exponitur autem tripliciter. Vno modo vt referatur ad veritatem dilectionis. Amare enim,est velle bonum alicui. Et ideò dicimur amare aliquẽ cui volumꝰ bonum,& etiã bonũ illud amamus quod ei volumus,sed diuersimodè. quia cũ volo bonum mihi me diligo simpliciter propter me: bonũ autem illud quod mihi volo,diligo non propter se,sed propter me. Tunc ergo diligo proximũ sicut meipsum. i. eodẽ modo quo meipsum quando volo ei bonũ propter se,nõ quia est mihi vtilis vel delectabilis. Secundo modo vt referatur ad iustitiã dilectionis. Vnaquæq; enim res est inclinata velle sibi illud quod potissimũ est in ea,potissimum autẽ in homine est intellectus,& ratio,ille ergo diligit se qui vult sibi bonum intellectus & rationis. Tunc ergo diligis proximũ sicut teipsum,quando vis ei bonum intellectus & rationis. Tertio modo vt referatur ad ordinem,scilicet vt sicut te diligis propter deũ, ita & proximum propter ipsum diligas,scilicet vt ad deum perueniat. ¶ Consequenter cùm dicit [Quòd si inuicem,&c.]Inducit ad charitatẽ sectandã,ex damno quod incurrimus si eam negligamus. Vbi loquitur Galatis adhuc quasi spiritualibus abstinens à commemoratione maiorum vitiorum & eorum quæ minora videntur mentionem facit,scilicet de vitiis linguæ,Et ideo dicit, Quòd si inuicem,&c. quasi dicat. In dilectione omnis lex impletur,q si vos inuicem mordetis,idest,in parte famam proximo detrahẽdo, aufertis: qui enim mordet,non totum accipit,sed partem,Et comeditis. i. totã famam aufertis,& totaliter detrahendo confunditis. Nam qui comedit,totũ absorbet. Iac.4,Nolite detrahere alterutrũ fratres mei, &c. Si ita,inquam,charitatem negligitis, videte damnũ quod imminet vobis,scilicet q adinuicem consumamini. Philip.3,Videte canes videte malos operarios,&c. Esa.49,Et vanè fortitudinẽ meã consumpsi, &c. Nã sicut Augu. dicit,Vitio contentionis & inuidiæ pernicioſa iurgia inter homines nutriuntur, quibus consumitur societas & vita.

Lectio 4.

Ponitur beneficiũ vnũ spiritus sancti & eius necessitas ostẽditur.

DIco autem in Christo: Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunque uultis, illa faciatis.

¶ Postquam Apostolus manifestauit in quo cõsistit status spiritualis,quia. s. in charitate: consequenter hîc agit de causa status. s. de spiritu sancto,quem dicit esse sequendum. Vbi ponit triplex beneficium spiritussancti. Quorum primum est liberatio à seruitute carnis. Secũdũ est liberatio à seruitute legis. Et tertiũ est collatio vitæ seu securitas à damnatione mortis. Secundũ,ibi[Quòd si ducimini,&c.]Tertium, ibi[Si spiritu viuimus,&c.]Circa primũ duo facit. Primò ponit primum beneficiũ spiritus. Secundò beneficii necessitatem ostẽdit,ibi[Caro enim,&c.]Dicit ergo,Dicit q debetis per charitatẽ spiritus inuicẽ seruire,quia nihil prodest sine charitate. Sed hoc dico in Christo. i. per fidẽ Christi,Spiritu ambulate. i. mẽte & ratione. Quãdoque enim mens nostra spiritus dicitur,secundum illud Ephe.4,Renouamini spiritu mentis vestræ &. 1. Cor.4,Psallã spiritu,psallã & mente. Vel spiritu ambulate. i. spiritu sancto proficite bene operando. Nã spiritussanctus mouet & instigat corda ad bene operandũ. Roma.8,Qui spiritu dei aguntur,&c. Ambulandum est ergo spiritu,id est,mente vt ipsa ratio siue mens legi dei concordet,vt dicitur Roma.7,Nam spiritus humanus per se vanus est & nisi regatur aliundè fluctuat hac atque illac,vt dicitur,Eccles.34,Et sicut parturientis cor tuum fantasias patitur nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio,&c. Vnde de quibusdam dicitur Ephe.4,Ambulant in vanitate sensus sui,&c. Non ergo perfectè stare potest ratio humana,nisi secundum q est recta à spiritu diuino. Et ideo dicit Apostolus,Spiritu ambulate. i. per spiritũ sanctum regẽtẽ & ducentem,Quem sequi debemus sicut demonstrãtem viam. Nam cognitio supernaturalis finis non est nobis nisi à spiritu sancto. 1.Cor.2,Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoîs ascendit,&c. & sequitur,Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Item sicut inclinãtem. Nam spiritussanctus instigat, & inclinat affectum ad bene volendum. Romano.8,Qui spiritu dei agũtur,&c. Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. ¶ Ideò aũt spiritu ambulandum est,qui liberat à corruptione carnis. Vnde sequitur,Et desideria carnis non perficietis,id est delectationes carnis quas caro suggerit. Hoc desiderabat Apostolus dicens Rom.7,Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei,&c. Et postea concludit in octauo capite. Nihil ergo damnationis est his qui sunt in Christo Iesu,qui nõ secundũ carnem ambulãt. Huius rationem ibidem subiungit dicens[Quia lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege, &c.]Et hoc est speciale desiderium sanctorũ,vt nõ perficiant desideria ad quæ caro instigat, ita tamen quòd in hoc non includantur desideria quæ sunt ad necessitatem carnis,sed quæ sunt ad superfluitatem. Consequenter cùm dicit[Caro enim cõcupiscit,&c.]Ponit necessitatem huius beneficii quæ est ex impugnatione carnis & spiritus. Et primò ponit ipsam impugnationem. Secundò manifestat eã per eui dens signum,ibi[Hæc enim inuicem aduersantur,&c.]Dicit ergo,Necessarium est q per spiritum, carnis desideria superetis. Nam caro cõcupiscit aduersus spiritũ. Sed hîc videtur esse dubium,quia cùm cõcupiscere sit actus animæ tantùm,non videtur quòd competat carni. Ad hoc dicendum est secundum Augusti. quòd caro dicitur concupiscere inquantum anima secundum ipsam carnem concupiscit,sicut oculus dicitur videre cùm potius anima per oculum videat. Sic ergo anima per carnem concupiscit, quando ea quæ delectabilia sunt secundum carnem appetit. Per se verò anima concupiscit, quando delectatur in his quæ sunt secundum spiritum, sicut sunt opera virtutum,& contemplatio diuinorum & meditatio sapientiæ. Sapien.6,Concupiscentia itaque sapientię deducet ad regnum perpetuum,&c. Sed si caro concupiscit per spiritum quomodo concupiscit aduersus eum? In hoc, scilicet quòd concupiscentia carnis impedit concupiscentiam spiritus. Cùm enim delectabilia carnis sunt bona quæ sunt infra nos: delectabilia verò spiritus bona quæ sunt supra nos,contingit q cùm anima circa inferiora quæ sunt carnis occupatur,retrahitur à superioribus quæ sunt spiritus. Sed videtur etiam dubium de hoc quòd dicit. s. quòd spiritus concupiscit aduersus carnem. Si enim accipiamus hîc spiritum pro spiritu sancto: concupiscentia autem spiritussancti sit contra mala,consequens videtur q caro aduersus quam concupiscit spiritus sit mala. & sic sequitur error Manichei. Respondeo,dicendũ est q spiritus nõ concupiscit aduersus naturã carnis,sed aduersus eius desideria,quæ. s. sunt ad superfluitatem. Vnde & suprà dictum est,Desideria carnis. s. superflua non perficietis. In necessariis enim spiritus non contradicit carni,quia vt dicitur Eph.5,Nemo carnem suam odio habuit. ¶ Consequenter cùm dicit [Hæc enim,&c.]Ponit signum cõpugnationis. q.d. Experimento patet q contra se inuicem pugnant & aduersantur,in tantum vt non quæcunque vultis bona. s. vel mala,illa faciatis. i. facere permittamini. Ro.7,Non quod volo bonum,hoc ago,sed quod,&c. Non tamen tollitur libertas arbitrii. Cũ enim liberum arbitrium sit ex hoc quòd habet electionem,in illis est libertas arbitrii,quæ electioni subsunt. Non autẽ omnia quæ in nobis sunt simpliciter subsunt nostræ electioni,sed secundum quid. In speciali enim possum vitare hunc vel illum motum concupiscentiæ seu irę,sed in generali omnes motus irę vel concupiscentiæ vitare non possumus,& hoc propter corruptionem fomitis ex primo peccato introductam. Sed notandum est q quatuor sunt genera hominum circa concupiscentias,quorũ nullum facit quæcunque vult. Nam intemperati qui ex proposito sequuntur carnales passiones,secundum illud Prouerb.2, Lætantur cùm malefecerint,faciunt quidem quod volunt inquantum ipsas passiones sequuntur,sed inquãtum ipsa eorum ratio remurmurat & ei displicet,faciunt quæ non volunt. Incontinentes autem qui habent propositum abstinendi & tamen à passionibus vincuntur,faciunt quidem quod non volunt inquãtũ ipsas passiones contra eorum propositum sequuntur,& sic intemperati faciunt plus de eo quod volunt. Continentes autem qui vellent omnino non concupiscere,faciunt quod volunt dum non concupiscunt: sed quia omnino non cocupiscere non possunt,faciunt quod nolunt. Temperati verò quod volunt quidem faciunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquantũ in carne domata non concupiscunt,sed quia non ex toto domari potest quin in aliquo repugnet spiritui,sicut nec malitia intantum crescere potest,quin ratio remurmuret,ideò cùm aliquando concupiscunt,faciunt quod nolunt,plus tamen de eo quod volunt. Lectio 5.

Docetur libertas à lege esse per spiritũ & manifestatur ab effectu ostẽdendo opera carnis cõtraria spiritui sancto prohibita per legem.

Quòd si spiritu ducimini,non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia,luxuria,idolorum seruitus,ueneficia,inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ, rixæ, dissensiones,sectæ,inuidiæ,homicidia, ebrietates,comessationes,& his similia,quæ prædico uobis,sicut prædixi, quoniam qui talia agunt,regnum dei non consequentur.

¶ Postquam ostendit Apostolus,q̃ per spiritum liberamur à desideriis carnis:hîc consequenter ostẽdit q̃ per ipsum liberamur à seruitute legis. Et primò proponit beneficiũ spiritus. Secundò manifestat per effectum,ibi[Manifesta sunt opera carnis,&c.]Dicit ergo,Dico quòd si spiritu ambuletis nõ solùm desideria carnis non perficietis,sed quod plus est,si spiritu ducimini(quod fit quando facitis quod spiritus suggerit vt director & gubernator,nõ autem id ad quod sensus & affectus proprius instigat)non estis sub lege. Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam. Non quidem vt coactor,sed vt gubernator. Ex his autem verbis vult Hieronymus q̃ post aduentum Christi nullus habens spiritum sanctum tenetur seruare legem. ¶ Sed sciendum est q̃ hoc quòd dicit[Si spiritu ducimini iam non estis sub lege.]potest referri ad præcepta legis vel cerimonialia vel moralia. Siquidem referatur ad cerimonialia,sciendum est quòd aliud est seruare legem,aliud est esse sub lege. Seruare legem est facere opera legis nõ habendo spem in eis,sed esse sub lege est ponere spem in operibus legis. In primitiua autem ecclesia erant aliqui iusti seruantes legem sed nõ sub lege,inquantum seruabant opera legis,sed nõ erant sub lege quasi in eis spem ponentes. Sic etiã Christus sub lege fuit.suprà 4,Factum sub lege,&c. Et sic excluditur opinio Hieronymi. Si aũt referatur ad moralia,sic esse sub lege potest intelligi dupliciter,vel quantum ad obligationem,& sic omnes fideles sunt sub lege,quia omnibus data est. Vnde dicitur Mat.5,Non veni soluere legẽ,&c. Vel quantum ad coactionem, & sic iusti non sunt sub lege,quia motus & instinctus spiritussancti qui est in eis,est proprius eorũ instinct⁹. Nã charitas inclinat ad illud idẽ quod lex præcipit. Quia ergo iusti habent legem interiorẽ,sponte faciunt quod lex mandat ab ipsa non coacti. Qui verò voluntatẽ malè faciendi habent,cõprimuntur tamen pudore vel timore legis,isti coguntur. Et sic iusti sunt sub lege obligante tantùm,non cogente,sub qua sunt solũ iniusti. 2. Corin. 3,Vbi spiritus domini,ibi libertas. 1. Ti. 1,Iusto non est lex posita.s.cogens. ¶ Consequenter cùm dicit[Manifesta sunt aũt opera,&c.]probat quæ dixit per effectum. Et primò ponit opera carnis quæ contrariantur spiritui sancto. Secundò ostendit quomodo opera spiritus nõ prohibẽtur à lege,ibi[Aduersus huiusmodi,&c.]Circa primum duo facit. Primò ponit opera carnis quæ prohibentur à lege. Secundò ponit opera spiritus quæ ab ea nõ prohibentur,ibi[Fructus autẽ,&c.]Circa primũ duo facit. Primò ponit opera carnis. Secũdò subdit nocumentum quod ex his sequitur,ibi[Quæ prædico,&c.] Dubitatur aũt circa primũ. Primo quidem de hoc quod Apostolus hîc quædam ponit quæ non pertinent ad carnem, quæ tamẽ dicit esse opera carnis,sicut idolorũ seruitus,sectæ,æmulationes,& huiusmodi. Respondeo,dicendum est secundũ Aug. lib. 4. de ciui. dei,cap. 2,Quòd secundũ carnẽ viuit quicunque viuit secũdũ seipsum. Vnde caro hîc accipitur pro toto homine. Quicquid ergo ꝓuenit ex inordinato amore sui dicitur opuscarnis. Vel dicendum est,q̃ aliquod peccatũ potest dici carnale dupliciter.s.quantum ad consummationẽ, & sic dicũtur carnalia illa tantùm quæ consummãtur in delectatione carnis.s.luxuria & gula, & quantum ad radicẽ,& sic omnia peccata dicuntur carnalia,inquantũ ex corruptione carnis anima aggrauatur,vt dicitur Sap. 9. Ex quo intellectus debilitatus facilius decipi potest,& impeditur à sua perfecta operatione. Vnde& ex hoc sequuntur vitia.s.hæreses,sectæ & alia huiusmodi. Et hoc modo dicitur quòd fomes est principium omniũ peccatorũ. Secũdò dubitatur,quia cùm Apostolus dicat,qui talia agunt regnũ dei nõ consequentur & nullus excludatur à regno dei,nisi pro peccato mortali,sequitur ergo q̃ omnia quæ enumerat sint peccata mortalia. Cuius contrarium videtur,quia inter ista enumerat multa quæ nõ sunt peccata mortalia, sicut est contentio.æmulatio,& huiusmodi. Respondeo,dicendũ est q̃ omnia hîc enumerata sunt aliquo modo mortalia,sed quædam quidẽ secundum genus suum,sicut homicidiũ,fornicatio,Idolorũ seruitus & huiusmodi,quædam verò secundũ suã consummationẽ,sicut ira cuius consummatio est in nocumentũ proximi. Vnde si accedit consensus de ipso nocumento,est peccatũ mortale. Et similiter comestio ordinatur ad delectationem cibi,sed si in huiusmodi delectationibus ponat quis finẽ suum,peccat mortaliter,& ideo nõ dicit comestiones,sed comessationes,& similiter intelligendum est de aliis similibus. ¶ Tertiò dubitatur de ordine & numeratione eorum. Circa quod dicendũ est q̃ cùm Apostolus in diuersis locis,diuersa vitia, & diuersimodè enumerat,nõ intendit enumerare omnia vitia ordinatè secundum artẽ,sed illa tantùm in quibus abundant & in quibus excedunt illi ad quos scribit. Et ideo in eis nõ est quærenda sufficientia,sed causa diuersitatis. ¶ His ergo habitis sciendum est quòd Apostolus enumerat quædam vitia carnis quæ cõtingunt circa ea quæ non sunt necessaria vitæ:quædã verò circa ea quæ sunt necessaria vitę. Circa primum ponit quædam vitia quæ sunt hominis ad seipsum,quædã cõtra deum,quędã cõtra proximum. Cõtra seipsum sunt quttuor,quæ ideo primò ponit,quia manifestè ex carne ꝓcedunt,quorum duo pertinẽt ad actum carnalem luxuriæ.s.fornicatio quæ est quãdo.s.accedit solutus ad solutam,vel quantum ad naturalem vsum luxuriæ. Aliud est immunditia quantum ad vsum contra naturã. Ephe. 5,Omnis fornicator aut immundus, &c. 2. Cor. 13,Qui non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia, &c. Alia duo ordinantur ad ipsos actus. Vnum.s.exterius sicut tactus,aspectus,oscula & huiusmodi. Et quantum ad hoc-dicit,Impudicitia. Ephe. 4,Qui desperantes,semetipsos tradiderunt impudicitiæ,&c. Aliud interius.s. in cogitationibus immundis. Et quantum ad hoc dicit Luxuria. 1. Timo. 5,Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere volunt,&c. ¶ Cõtra deum ponit duo,quorum vnum est per quod impeditur ab hostibus dei cultus diuinus. Et quantum ad hoc dicit[Idolorum seruitus.]1. Cor. 10,Neq; Idolatræ efficiamini, &c. Sapiẽ. 14,Infandorum enim Idolorum cultura omnis mali causa est & initium & finis. Aliud est per quod initur pactum cum dæmonibus. Et quantum ad hoc dicit[Veneficia] quæ fiunt per magicas artes. & di-

Peccatum potest dici carnale dupliciter.

euntur veneficia à veneno,quia fiunt in nocumentum hominũ. 1. Corin. 10,Nolo vos fieri socios dęmoniorum. Apoc. vlti. Foris canes & venefici,&c. ¶ Contra proximum autem ponit nouem, quorum primũ est inimicitia,vltimum verò homicidiũ,quia ab hoc deuenitur ad illud. Primũ ergo est inimicitia in corde,quę est odium erga proximum. Mat. 10,Inimici hominis domestici eius. Et ideò dicit[Inimicitiæ.]Ex hac autẽ oritur dissensio in verbis. Et ideò dicit[Contentiones]quæ est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Prouer. 20,Honor est homini qui se separat à contentionibus. Secundũ est æmulatio quæ consistit in hoc quod ad idem obtinendũ cũ alio contendit. Vnde dicit,Aemulationes quæ ex contentione oriũtur, Tertiũ est cũ vnus impeditur per alium ad rem eandem tendentem,& ex hoc irascitur contra eum.& ideò dicit(Iræ)Iaco. 1,Ira enim viri.&c. Ephe. 4, Sol non occidat super iracundiam vestram. Quartũ cùm ex ira animi peruenitur ad percussiones. Et quantum ad hoc dicit[Rixæ.]Prouer. 4,Odium suscitat rixas. Quintum ex his.s.dissensiones,& siquidẽ in rebus humanis sint,dicuntur dissensiones,quãdo.s.partialitates fiũt in ecclesia. Rom. 16,Obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt,& declinate ab illis. Si in rebus diuinis,sic dicuntur sectæ.i.hæreses. 2. Pet. 2,Introducent sectas perditionis,&c. Et ibidem,Sectas non metuunt introducere blasphemantes. Ex his autẽ sequitur inuidia,quãdo illi quos æmulantur,prosperantur. Iob 5,Paruulum occidit inuidia,&c. Ex his autẽ sequuntur homicidia cordis & operis. 1. Io. 4,Qui odit fratrem suum homicida est. Quantum verò ad vitia quæ pertinẽt ad ordinationem circa vitæ necessaria ponit duo,vnum quantum ad potum. Vnde dicit,Ebrietates.s.assiduæ. Luc. 21. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate,&c. Aliud verò quantum ad cibũ, & quãtum ad hoc dicit[Comessationes.]Rom. 13,Non in comessationibus & ebrietatibus. Lectio 6.

Numerantur opera spiritus aduersus quæ non est lex.

Fructus autem spiritus est,charitas,gaudium,pax,patientia,benignitas,bonitas,longanimitas,mãsuetudo,fides, modestia,continentia,castitas.

¶ Positis operibus carnis:hîc consequenter Apostolus manifestat opera spiritus. Et primò manifestat ea. Secundò ostẽdit quomodo lex se habet ad opera spiritus & ad opera carnis,ibi[Aduersus huiusmodi,&c.] Circa primum enumerat bona spiritualia quæ nominat,fructus. Ex quo incidit quæstio,quia illud dicitur fructus,quo fruimur,sed actibus nostris non debemus frui,sed deo solo,ergo huiusmodi actus quos enumerat hîc Apostolus nõ debent dici fructus. Item Glo. dicit quòd huiusmodi opera spiritus sunt propter se appetenda:quod autem propter se appetitur non refertur ad aliud,ergo virtutes & earum opera non sunt referenda ad beatitudinem. Respondeo,dicendũ est q̃ fructus dicitur dupliciter.s.vt acquisitus,puta ex labore vel studio. Sap. 3,Bonorũ laborum gloriosus est fructus. Et vt productus sicut fructus producitur ex arbore. Mat. 7,Non potest arbor bona fructus malos facere. Opera autẽ spiritus dicuntur fructus nõ vt adepti siue acquisiti,sed vt producti. Fructus autẽ qui est adeptus habet rationẽ vltimi finis,nõ aũt fructus ꝓductus. Nihilominus tamen fructus sic acceptus,duo importat.s.q̃ sit vltimum producentis,sicut vltimum quod producitur ab arbore,est fructus eius,& quod sit suaue siue delectabile. Canti. 2, Fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera virtutũ & spiritus sunt quid vltimũ in nobis. Nã spiritus sanct⁹ est in nobis per gratiam,per quam acquirimus habitum virtutũ,& ex hoc potentes sumus operari secundũ virtutem. Sunt etiã delectabilia. Et sunt etiam fructuosa. Ro. 6,Habetis fructũ vestrũ in sanctificatione.i.in operibus sanctificatis,& ideo dicũtur fructus. Dicuntur etiã flores respectu futuræ beatitudinis,quia sicut ex floribus accipitur spes fructus,ita ex operibus virtutum habetur spes vitę æternæ & beatitudinis. Et sicut in flore est quædã inchoatio fructus,ita in operibus virtutũ est quædã inchoatio beatitudinis,quæ tunc erit quando cognitio & charitas perficientur. Et per hoc patet responsio ad illud quod secũdò obiicitur. Nam aliquid potest dici propter se appetendũ dupliciter, quia ly,propter,potest designare causam formalem,vel finalem. Opera virtutum propter se sunt appetenda formaliter,sed non finaliter quia habent in seipsis delectationem. Nam medicina dulcis appetitur propter se formaliter,quia habet in se vnde sit appetibilis.s.dulcedinẽ quæ tamen appetitur propter finem.s.propter sanitatem. Sed medicina amara non est appetenda propter se formaliter,quia non delectat ratione suæ formæ,sed tamen propter aliud appetitur finaliter .s. propter sanitatem quæ est finis eius. ¶ Ex his apparet ratio quare Apostolus effectus carnis vocat opera , fructus aũt spiritus,vocat fructus. Dictũ est enim q̃ fructus dicitur aliquod finale & suaue ex re productum. Quod autem producitur ex aliquo præter naturam eius,non habet rationem fructus,sed quasi alterius germinis. Opera autem carnis & peccata sunt præter naturam eorũ quæ deus naturæ nostræ inseruit. Deus enim humanæ naturæ quædam semina inseruit.s.naturalem appetitum boni & cognitionem.& addidit etiam dona gratiæ. Et ideò quia opera virtutum ex his naturaliter producuntur,fructus dicuntur,non aũt opera carnis. Et propter hoc Apostolus dicit. Ro. 6,Quẽ ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Patet ergo ex dictis q̃ fructus spiritus dicuntur opera virtutum,& quia habẽt in se suauitatem & dulcedinem,& quia sunt quoddam vltimum productum secũdum conuenientiam donorum. ¶ Accipitur autem differentia donorum,beatitudinũ,virtutum & fructũ ad inuicẽ hoc modo. In virtute enim est considerare habitũ & actũ. Habitus autẽ virtutis perficit ad bene agendũ. Et siquidẽ perficiat ad bene operandũ humano modo,dicitur virtus. Si verò perficiat ad bene operãdum supra modum humanum,dicitur donũ. Vnde Philosophus supra cõmunes virtutes,ponit virtutes quasdam hæroicas,puta, cognoscere inuisibilia dei sub enigmate est per modũ humanum. Et hæc cognitio pertinet ad virtutem fidei. Sed cognoscere ea perspicuè & supra humanum modum,pertinet ad donum intellectus. Actus autem virtutis,vel est perficiẽs & sic est beatitudo,vel est delectans,& sic est fructus. Et de istis fructibus dicitur Apoc. 22,Ex vtraque parte lignum vitæ afferens fructus. 12,&c. Dicit ergo fructus spiritus,qui.s.consurgit in anima ex seminatione spiritualis gratiæ,est charitas,&c. Quiquidem sic distinguntur,quia fructus aut perficiunt interius,aut exterius. Primò ergo ponit illos qui perficiunt interius. Secundò illos qui perficiunt exterius,ibi[Bonitas.&c.] Interius autem homo perficitur & dirigitur,& circa bona,& circa mala. 2. Cor. 6,Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Circa bona aũt perficiunt:primò quidem in corde per amorẽ. Nã sicut inter motus naturales primus est inclinatio appetitus naturæ ad finem suum,ita primus motuum interiorũ est inclinatio ad

bonum quæ dicitur amor,& ideò primus fructus est charitas.Ro.5,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris,&c.Et ex charitate perficiuntur aliæ,& ideò dicit Apostolus.Col.3,Super omnia charitatẽ habentes, &c.Vltimus autẽ finis quo homo perficitur interius,est gaudiũ quod procedit ex præsentia rei amatæ.Qui autem habet charitatem,iam habet quod amat.1.Io.4,Qui manet in charitate,in deo manet,& deus in eo. Et ex hoc consurgit gaudiũ.Phil.4,Gaudete in domino semper,&c.Gaudium autẽ istud debet esse perfectum.Et ad hoc duo requiruntur.Primò vt res amata sufficiens sit amanti propter suã perfectionẽ.Et quãtum ad hoc dicit,Pax.Tunc enim amans pacem habet,quando rem amatam sufficienter possidet.Cant.vl. Ex quo facta sum corã eo quasi pacem reperiens,&c.Secundò verò vt absit perfecta fruitio rei amatæ,quod similiter per pacem habetur:quia quicquid superueniat si perfectè aliquis fruatur re amata,puta deo,nõ potest impediri ab eius fruitione.Psal.Pax multa diligentibus legem tuam,& nõ est illis scandalum. Sic ergo gaudium dicit charitatis fruitionem,sed pax charitatis perfectionem.Et per hæc homo interius perficitur quantum ad bona.Circa mala etiam perficit spiritussanctus & ordinat,& primò cõtra malum quod pertur bat pacẽ,quæ perturbatur per aduersa,sed ad hoc perficit spiritussanctus per patientiã quæ facit aduersa patienter tolerare.Et ideò dicit[Patientia]Luc.21,In patientia vestra possidebitis animas vestras.Iac.1,Patiẽtia opus perfectum habet.Secundò contra malum impediens gaudium,est dilatio rei amatæ,ad quod spiritus opponit longanimitatem,quæ expectatione non frangitur.Et quantum ad hoc dicit [Longanimitas.] Abach.2,Si moram fecerit,expecta eũ,quia,&c.2.Cor.6,In longanimitate,&c.Et ideò dicit dominus Mat. 10,Qui perseuerauerit vsque in finem,&c. ¶ Cõsequenter cùm dicit[Bonitas,&c.]Ponit fructus spiritus, qui perficiunt quantum ad exteriora.Hominis autẽ exteriora sunt vel id quod est iuxta ipsum, vel id quod est supra ipsum,vel id quod est infra ipsum.Iuxta ipsum est proximus,supra ipsum deus,infra ipsum natura sensitiua & corpus.Sic ergo quantum ad proximum perficit primò quidem in corde per rectam & bonam voluntatem.Et quantum ad hoc dicit[Bonitas].i.rectitudo & dulcedo animi.Si enim homo omnes alias potentias bonas habeat,non potest dici bonus homo,nisi habeat bonam voluntatẽ,secundũ quã omnibus aliis bene vtitur.Cuius ratio est,quia bonũ dicit aliquod perfectum.Est autẽ duplex perfectio.Prima.s.quę est ipsum esse rei.Secunda verò est eius operatio,& hæc est maior quàm prima.Illud ergo dicitur simpliciter perfectum,quod pertingit ad perfectam sui operationẽ,quæ est secunda eius perfectio . Cùm ergo homo per voluntatem exeat in actum cuiuslibet potentiæ,voluntas recta facit bonum vsum omnium potentiarum,& per consequens ipsum hominẽ bonũ.Et de hoc fructu dicitur.Ephe.5,Fructus enim lucis est in omni bonitate,&c.Secundò verò in opere,vt.s.sua cõmunicet proximo,& quãtũ ad hoc dicit[Benignitas] i.largitas rerũ.2.Cor.9,Hylarem enim datorẽ,&c.Benignitas enim dicitur quasi bona igneitas , quæ facit hominem fluere ad subueniendũ necessitatibus aliorũ.Sap.1,Benignus est enim spiritus sapientiæ,&c. Colo.3,Induitevos ergo sicut electi dei,sancti,& dilecti,viscera misericordiæ,benignitatem,&c.Item perficiũt etiam quãtum ad mala ab aliis illata,vt mansuetè ferat,ac sustineat proximi molestias,& quantũ ad hoc dicit[Mansuetudo.]Mat.11,Discite à me quia,&c.Prouer.3,Mansuetis dabit gratiã.Ad id verò quod est supra nos.s.deus ordinat spiritus per fidẽ,vnde dicit(Fides)quæ est cognitio quædã inuisibilium cũ certitudine.Gen.15,Credidit Abraham deo,& reputatũ est ei ad iustitiam.Heb.11, Accedentem ad deũ oportet credere,&c.Et ideò Eccl.1,Beneplacitum est deo fides & mansuetudo,&c.Ad id quod est infra nos .s. corpus dirigit spiritus,& primò quantum ad actus exteriores corporis:quod fit per modestiam,quæ ipsis actibus seu dictis modum imponit.Et quantum ad hoc dicit[Modestia.]Phil.4,Modestia vestra,&c.Secundò verò quantum ad appetitum sensitiuum interiorem,& quantum ad hoc dicit[Continentia]quæ etiam à licitis abstinet[& castitas]quæ licitis rectè vtitur,secundum Glo.Vel aliter,cõtinentia dicitur ex eo quod licet homo impugnetur à prauis concupiscentiis,tamen per rationis vigorem se tenet,ne abducatur,& ideo cõtinentiæ nomen sumptũ est ab eo quod aliquis in impugnatione tenet se.Castitas verò dicitur ex eo quod quis nec impugnatur,nec abducitur,& dicitur à castigando.Nam illum dicimus bene castigatũ,qui in omnibus ordinatè se habet. ¶ Circa hoc dubitantur duo.Primò quia cũ fructus spiritus aduersentur operibꝰ carnis,videtur ꝙ Apostolus debuerit ponere tot fructus spiritus quot posuit opera carnis,quod non fecit. Ad quod dicendum est ꝙ ideo non fecit,quia plura sunt vitia quàm virtutes. ¶ Secundò dubitatur , quia fructus spiritus hîc positi non respondent operibus carnis.Ad hoc dicendum est ꝙ Apostolus non intendit hîc tradere artem virtutum & vitiorum,& ideo non ponit vnum contra aliud,sed aliqua enumerat de istis,& aliqua de illis,secundum quod expediens videtur præsenti intentioni,nihilominus tamen si diligenter consideretur,aliqualiter sibi contrà respondent.Nam fornicationi quæ est amor illicitus,contrà respõdet charitas:immunditiæ verò impudicitiæ & luxuriæ,quæ sunt carnales illecebræ,& ex fornicatione proueniunt contrà ponitur gaudium,quod est spiritualis delectatio consequens ex charitate,vt dictũ est. Ei verò quod est idolorum seruitus,contrà ponitur pax.Ei verò quod dicit veneficia,&c. vsque ad dissensiones, patientia,longanimitas & bonitas.Ei verò quod dicitur sectæ,cõtrà ponitur fides,Ei verò quod dicitur inuidiæ,benignitas.Ei autem quod dicitur homicidia,mansuetudo.Ei quod dicitur ebrietas, comessationes, & his similia,contrà ponitur modestia,continentia & castitas.

Concluditur ex fructibus carnis & spiritus ꝙ qui spiritũ habent & sequũtur nõ sũt sub lege & hoc.1. ostenditur ex parte operũ spiritus &.2. ex parte operũ carnis quæ mortificata sũt in eo qui spiritum habet.

Lectio 7.

ADuersus huiusmodi non est lex.Qui autẽ sunt Christi,carnẽ suã crucifixerũt cũ uitiis & cõcupiscẽtiis. Si spiritu uiuimus,spiritu & ambulemus.Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi,inuicem prouocantes,inuicem inuidentes.

¶ Enumeratis operibus carnis & spiritus,hîc consequenter ex vtrisque cõcludit ꝙ q spiritũ sequũtur, non sunt sub lege.Et vtitur tali probatione.Ille est sub lege qui est obnoxius legi.i.qui facit cõtraria legi,sed illi qui agũtur spiritu,nõ faciũt opera cõtraria legi,ergo nõ sunt sub lege.Primò ergo ostẽdit propositũ ex parte operũ spiritus.Secũdò ex parte operũ carnis,ibi[Qui aũt sunt,&c.]Dicit ergo.Dico ꝙ qui aguntur spiritu,non faciũt opera cõtraria legi,quia faciũt opera spiritus,& aduersus huiusmodi nõ est lex.i.cõtra opera spiritus,sed spiritꝰ docet ea.Nã sicut lex exteriꝰ docet opera virtutũ,ita & spũs interiꝰ mouet ad illa.Ro. 7,Cõdelector enim legi dei secũdũ interiorẽ hoĩem,&c.Aut faciũt opera carnis,& hæc in his q spũ dei agũtur,non

tur,non sunt contraria legi.Vnde dicit,Qui Christi sunt.i.qui spiritum dei habent.Ro.8,Qui spiritum dei nõ habet,hic non est eius.Illi ergo qui spiritu dei agũtur,sunt Christi.Isti,inquã,carnem suã crucifixerunt, &c.Nõ autẽ dicit,vitia & cõcupiscentias vitãt:quia bonus medicus tunc bene curat,quando adhibet remedia cõtra causam morbi.Caro autẽ est radix vitiorũ.Si ergo volumus vitare vitia,oportet domare carnẽ.1. Cor.9,Castigo corpus meũ,&c.Quia verò caro domatur per vigilias,ieiunia & labores.Eccl.33,Seruo maliuolo tortura & cõpedes,&c. Ad hæc autẽ opera mouẽtur ex deuotione quam habent ad Christũ crucifixum:ideo signãter dicit[Crucifixerũt].i.Christo crucifixo,se cõformauerunt affligendo carnem suam,&c. Ro.6,Vetus homo noster simul crucifixꝰ est,&c.suprà 2,Vt deo viuã Christo cõfixus sum cruci,&c. Quia verò nõ crucifigunt carnẽ,destruẽdo naturã:quia nemo carnem suã odio habuit,vt dicitur Ephe.5. Sed q̃tum ad ea quæ cõtrariantur legi,ideo dicit,Cum vitiis.i.cum peccatis & cõcupiscẽtiis.i. passionibꝰ quibus anima inclinatur ad peccãdum.Nõ enim bene crucifigit carnem,qui etiã passionibus locũ non aufert. Aliter cùm ratio nõ semper inuigilet ad peccata vitãdum,vt oportet,posset quãdoq; cadere.Eccl.18, Post cõcupiscẽtias tuas nõ eas,&c.Ro.13,Carnis curã ne feceritis,&c. ¶ Cõsequẽter cũ dicit [Si spiritu viuimus, &c.]Ponit tertium beneficiũ spiritussancti,quod cõfert vitam.Et primò ponit beneficium spiritus dei.Secundò excludit vitia spiritus mũdi,ibi[Nõ efficiamur,&c.]Dicit ergo cõnumerans se eis quibus scribit.Di co ꝙ debemus ambulare per spiritum,quia & per ipsum viuimus,& nõ per carnẽ.Ro.8, Debitores sumus nõ carni,&c.Si ergo spiritu viuimus,debemus in omnibus ab ipso agi. Sicut enim in vita corporali corpus nõ mouetur nisi per animã per quam viuit,ita in vita spirituali, omnis motus noster debet esse à spiritu sancto.Io.6,Spiritus est qui viuificat.Act.17,In ipso viuimus,mouemur & sumus. Et ne ea quæ dicta sunt de spiritu intelligãtur de spiritu mundi,de quo dicitur 1.Cor.2,Nos autẽ nõ spiritum huius mũdi accepimus. Ideo hoc consequenter remouet Apost.dicens[Non efficiamur,&c.]Vbi tria excludit propria spiritus mũdi.s.inanem gloriã,iracũdiam,& inuidiam,quibus tribus cõuenienter aptari potest nomen spiritus.Significat enim spiritus quãdam inflationem,Vnde secũdum hoc illi dicũtur vani spiritus,qui sunt inflati per inanem gloriam.Esa.25,Spiritus robustorũ quasi turbo impellens parietem,&c.Et quãtum ad hoc,dicit [Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi].i.gloriæ secularis.Cùm enim vanum sit quod nec solidè firmatur,nec veritate fulcitur,nec vtilitate amatur.Ideo gloria huius mũdi vana est,quia caduca & non solida.Esa.40, Omnis caro fœnum,&c.Et quia falsa est.1.Machab.2, Gloria hominis peccatoris,stercus & vermis, sed vera gloria est in propriis bonis hominis,quæ sunt bona spiritualia,& hanc habent sancti.2.Cor.1, Gloria nostra hæc est testimonium conscientię nostrę,&c. Et quia inutilis & infructuosa.Nam quantũcunq; gloriam habeat quis ex testimonio secularium,non potest propter hoc consequi finem suum,quem consequitur testimonio dei.1.Cor.2,Qui gloriatur,in domino glorietur.Non autem dicit, Nõ habeatis inanem gloriam, sed non efficiamini cupidi,quia gloria sequitur aliquãdo fugientes eam,& si eam oportet recipi,non tamen ametur.Item significat quãdam inpetuositatem.Prou.27,Impetum concitati spiritus ferre quis poterit:Et significat iracundiam.Et quantum ad hoc,dicit[Inuicem prouocãtes].s.ad contentionem,vel litem,vel alia illicita.Rom.13,Non in contentione & æmulatione,&c.Item est spiritus tristitiæ,de quo dicitur Prou. 17,Spiritus tristis exsiccat ossa.Et quantum ad hoc,dicit [Inuicem inuidentes.]Prou.14, Putredo ossium, inuidia,&c.Cuius ratio est,quia ipsa sola crescit ex bono.

Caput 6.

Docentur Galatæ & in ipsis oẽs Christiani quomodo se habeãt ad rectos vtpote quomodo superiores ad inferiores,æquales ad coæquales.

FRatres,& si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto , uos qui spirituales estis , huiusmodi instruite in spiritu lenitatis,considerans teipsum ne & tu tenteris.Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi.Nã si quis existimat se aliquid esse,cùm nihil sit,ipse se seducit. Opus autẽ suũ probet unusquisq; & sic in semetipso tantum gloriam habebit,& non in altero.Vnusquisq; enim onus suum portabit.

¶ Postquam Apost.reduxit Galatas ad statũ veritatis,quãtum ad res diuinas:hîc consequenter reducit eos, q̃tum ad res humanas,instituẽs eos qualiter se habeant ad homines. Et primò qualiter se habeãt ad rectos. Secũdò quomodo ad peruersos,ibi[Videte qualibus literis,&c.]Circa primum tria facit.Primò docet qualiter superiores se habeant ad inferiores.Secũdò qualiter æquales ad coæquales,ibi[Alter alterius,&c.]Tertiò qualiter inferiores ad superiores,ibi[Cõmunicet autem is,&c.]Circa primũ duo facit. Primò ponit admonitionem.Secundò assignat ammonitionis rationem,ibi[Considerãs teipsum,&c.]Quia ergo de peccatis multa dixerat,ne aliquis à peccato immunis in peccatores deseuiret,ideo ammonitionem de mãsuetudine,& misericordia eis proponit,dicens[Fratres,& si præoccupatus fuerit homo,&c.]Vbi tria ponit quę faciunt ammonitionẽ.Primũ est surreptio. Nam quãdo aliqui ex malitia peccãt,minus digni sunt venia. Iob 34,Qui quasi de industria recesserunt,&c.Sed quando aliquis præoccupatur tẽtationibus,& inducitur ad peccãdum,facilius debet ei venia concedi:& ideo dicit,Et si præoccupatus fuerit,&c.i. improuidẽter & ex surreptione lapsus,vt nequeat vitare.Secundũ est peccatorum paucitas.Nã aliqui ex consuetudine peccãt. Osee 4,Maledictum,& mẽdacium,& homicidiũ,& furtum,& adulterium inũdauerunt, & sanguis sanguinem tetigit,&c.Et cõtra tales seuerius est agẽdum.Et hoc excluditur,cùm dicit in aliquo,quasi nõ vsu quotidiano peccãs.Tertiũ est peccatorum qualitas.Nam quædam peccata consistũt in transgressione,quędam verò in omissione.Grauiora autem sunt prima secundis:quia illa opponuntur præceptis negatiuis,quę obligant semper & ad semper:hæc verò opponũtur præceptis affirmatiuis,quæ cùm nõ obligẽt ad semper, nõ potest sciri determinatè quãdo obligant.Vnde dicitur in Psal.Delicta quis intelligit,&c.Et quãtum ad hoc dicit,Delicto.Vel secũdum glo.Delictum est peccatum ex ignorãtia.His ergo præmissis,ad misericordiam eos qui corrigunt,monet,& hi sunt spirituales,ad quos pertinet correctio.Vnde dicit,Vos qui spirituales estis,huiusmodi instruite.1.Cor.2,Spiritualis iudicat omnia,& ipse à nemine iudicatur,&c.Et huiꝰ ratio est, quia rectũ iudiciũ habet de omnibus,qui circa vnũquodq; rectè disposítus est:sicut qui sanum gustũ habet, rectè iudicat de sapore:solus autem spiritualis bene dispositus est circa agenda:& ideo ipse solus de eis bene iudicat.Sed quia nomen spiritus rigorem quẽdam & impulsum designat,secũdum illud Esa.25,Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem,&c.Non tamen credendum ꝙ viri spirituales sunt nimis rigidi

Universidad de Deusto
Biblioteca

in corrigẽdo.Nam hoc ſpiritus huius mũdi facit,ſed ſpirituſſanctus ſuauitatem quãdam & dulcorem efficit in homine.Sap.12,O q̃ bonus & ſuauis eſt ſpiritus tuus domine,&c.Et ideo dicit[In ſpiritu lenitatis.]Pſa. Corripiet me iuſtus in miſericordia,&c.Contra quod dicitur de quibuſdã Ezec.34,Cum auſteritate imperabatis eis,&c.Dicit autẽ inſtruite,& nõ corrigite,quia loquitur de prẽoccupatis delinquentibus,qui indigent inſtructione.Vel quia omnis peccans,eſt ignorãs.Prou.14,Errant qui operãtur malũ.Rationem autẽ ammonitionis ſubdit,dicẽs,Cõſiderans teipſum,&c.q.d.Ita fiat vt dixi,quia & tu fragilis es. Nam q̃diu in hac vita mortali ſumus, proni ſumus ad peccãdum.Nihil autem ita frãgit hominis ſeueritatem in corrigendo,q̃ timor proprii caſus.Eccl.31,Intellige quę ſunt proximi tui ex teipſo. ¶ Qualiter autem ſe habeãt ad æquales oſtendit,dicens[Alter alterius,&c.]Et primò proponit ammonitionem. Secundò aſsignat eius rationem,ibi[Et ſic adimplebitis,&c.]Tertiò excludit ammonitionis implẽdę impedimẽtum,ibi[Nã ſi quis exiſtimat,&c.]Ammonet autem ad mutuã ſupportationem,dicẽs,Alter alterius onera portate.Et hoc tripliciter.Vno modo defectũ alterius corporalem,ſeu ſpirituale patiẽter tollerãdo.Ro.15,Debemus autem nos firmiores,&c.Alio modo neceſsitati mutuæ ſubueniendo,&c.Ro.12,Neceſsitatibus ſanctorum cõmunicãtes,&c.Tertio modo pro pœna ſibi debita ſatisfaciendo orationibus& bonis operibus.Prou.18,Frater qui iuuatur à fratre,&c.Ratio autem ammonitionis eſt adimpletio legis Chriſti, quæ ſimiliter eſt charitas.Ro.13,Plenitudo legis,eſt dilectio.Vnde dicit,Et ſic adimplebitis legẽ Chriſti.i.charitatem. ¶ Dicitur autẽ charitas ſpecialiter lex Chriſti triplici ratione.Primò quia per hoc diſtinguitur lex noua à lege veteri. Nam illa eſt timoris,hæc verò amoris.Vnde Aug.dicit, Parua differentia eſt veteris legis & nouæ timor & amor.Secundò quia per charitatem ſpecialiter Chriſtus legem ſuã promulgauit.Io.13, In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli,ſi dilectionem,&c.Et iterũ,Mãdatum nouũ do vobis,vt diligatis inuicẽ,&c. Tertiò quia ipſam impleuit Chriſtus,& exẽplum eam implẽdi nobis reliquit.Nam ipſe ex charitate peccata noſtra tulit.Eſa.53,Verè lãgores noſtros ipſe tulit.1.Pet.2,Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ,&c.Eſa.40,Fetas ipſe portabit.Sic ergo debemus alter alterius onera portare ex charitate,vt ſic impleamus legem Chriſti.Impedimẽtum autem implendæ ammonitionis prædictæ eſt ſuperbia.Ideo hoc excludens,dicit,Nam ſi quis exiſtimat,&c.Et primò vituperat ipſam ſuperbiam. Secundò oſtẽdit modũ vitãdi eam,ibi[Opus autẽ ſuum,&c.]Tertiò vitãdi rationem aſsignat,ibi[Vnuſquiſq; enim,&c.]Dicit ergo, Facite vt dixi.Sed cõtingit aliquẽ onus alterius non portare,quia præfert ſe aliis.Vnde dicebat ille Luc.18, Nõ ſum ſicut cæteri hominũ,&c.Et ideo dicit,Nã ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe.i.in mẽte ſua ſuperbè iudicat ſe magnũ eſſe in cõparatione peccãtis,cùm nihil ſit ex ſe,quia quicquid ſumus hoc eſt ex gratia dei,ſecũdum illud Apoſt.1.Co.15,Gratia dei ſum id quod ſum. Qui,inquã,tale aliquid facit,ipſe ſe ſeducit.i.à veritate ſe diuidit.Eſa.40,Omnes gentes quaſi nõ ſint,&c.Luc.17,Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis,dicite,ſerui inutiles ſumus,&c.Remediũ autem vitãdi,eſt propriorũ defectuum cõſideratio.Nam ex hoc quidã aliquis alienos & non ſuos defectus cõſideret, videtur ſibi aliquid eſſe in cõparatione ad alios in quibus defectus intuetur,& ſuos nõ cõſiderãs ſuperbit.Et ideo dicit,Opus autẽ ſ.interius & exterius,ſuũ.i. propriũ,probet.i.diligẽter examinet vnuſquiſq;.1.Co.11,Probet ſeipſum homo,&c.Et ſic in ſeipſo.i.in ꝓpria cõſcientia gloriã habebit.i.gloriabitur & gaudebit.2.Co.1,Gloria noſtra hęc eſt teſtimoniũ cõſciẽtię noſtrę.Et nõ in altero.i.nõ in laude alteri⁹,vel ſic in ſemetipſo.i.per ea quæ ſuiipſius ſunt,gloriã habebit.i. gloriabitur in cõſideratione ſui,& nõ in altero.i.non cõſideratione alterius.2.Cor.12,Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis,&c.Vel in ſemetipſo.i.in deo qui in eo habitat,gloriabitur.i.eius erit gloria,& nõ in altero q̃ in deo.2.Cor.10,Qui gloriatur,in domino glorietur. Ratio vitãdi ſuperbiam eſt præmiũ vel pœna vnicuiq; pro merito vel demerito reddẽda.Vnde dicit,Vnuſquiſq; enim onus ſuũ portabit. Quod videtur cõtrarium ei quod dixerat,Alter alterius onera portate.Sed ſciẽdum eſt ꝙ ibi loquitur de onere ſuſtinẽdæ infirmitatis,quod debemus mutuò portare:hìc loquitur de onere reddẽdæ rationis,quod quilibet ꝓ ſe portabit,ſiue ſit onus præmii,ſiue pœnæ.Nam onus aliquãdo quidẽ põdus pœnæ,aliquando præmii ſignificat. 2.Cor.4,Aeternũ gloriæ põdus operatur,&c.Eſa.3,Dicite iuſto quoniã bene, quoniam fructũ adinuẽtionum ſuarũ comedet,veh impio in malum,&c.Si autem dicãtur aliqui rationẽ reddere pro aliis,putà prælati pro ſubditis,ſecũdum illud Ezec.3,Sanguinẽ eius de manu tua requirã,&c.Et Heb.vlt. Obedite præpoſitis veſtris,ipſi enim peruigilãt quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris,nõ eſt cõtrarium dicto Apoſtoli:quia nõ puniũtur ꝓ peccatis ſubditorũ,ſed pro propriis quæ in cuſtodia ſubditorum cõmiſerunt. Eſt ergo vitãda ſuperbia & peccatum,quia vnuſquiſq; onus ſuũ.i. mẽſurã gratiæ ſuæ offeret deo in die iudicii, tanq̃ manipulos bonorum operũ.Pſal.Venientes autẽ veniẽt cum exultatione:Et hoc q̃tum ad bonos:vel onus ſuum portabit.i.pœnam pro proprio peccato.

Triplicitèr portamus alter alterius onera.

Charitas eſt lex Chriſti.

Lectio 2.

Docẽtur inferiores obſequi ſuperioribus,miniſtrando prõptè pſeueratèr,& cõmuniter.

Communicet autem is qui catechizatur uerbo,ei qui ſe catechizat in omnibus bonis.Nolite errare:deus non irridetur.Quæ enim ſeminauerit homo,hæc & metet.Quoniã qui ſeminat in carne ſua,de carne & metet corruptionem.Qui autẽ ſeminat in ſpiritu,de ſpiritu metet uitam æternam.Bonum autem faciẽtes,nõ deficiamus:tempore enim ſuo metemus nõ deficientes.Ergo dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes,maximè autẽ ad domeſticos fidei.

¶ Poſtquam Apoſt.oſtendit qualiter ſuperiores ſe habeant ad inferiores & æquales æqualibus: hìc conſequenter oſtendit qualiter inferiores ſe habeant ad ſuperiores, dicens inferiores debere ſuperioribus miniſtrare & obſequi.Et circa hoc tria facit.Primò monet vt miniſtrent prõptè.Secundò vt miniſtrent perſeueranter,ibi[Bonum autem facientes,non deficiamus,&c.]Tertiò vt miniſtrent communiter,ibi[Ergo dum tempus habemus,&c.]Circa primum duo facit.Primò ponit monitionem miniſterii.Secundò excuſationẽ excludit,ibi[Nolite errare,&c.]Dicit ergo,Dictũ eſt ſuprà quomodo ſuperiores ſe debeant habere ad inferiores.ſ.leniter corripiẽdo & inſtruẽdo:nunc autem reſtat videre qualiter inferior ſuperiori obſequatur: & ideo dicit[Cõmunicet autẽ qui catechizatur.i.docetur verbo dei,ei qui ſe catechizat.i.qui eum docet.Cõmunicet, inq̃,in omnibus bonis. Sed notãdum eſt ꝙ diſcipulus poteſt dupliciter cõmunicare ſe docẽti.Primò vt accipiat bona doctoris,& ſic dicitur,Cõmunicet is qui catechizatur.i.commune ſibi faciat quod eſt docẽtis,eum imitãdo.1.Cor.11,Imitatores mei eſtote,&c.Sed quia cõtingit doctores aliquãdo minus bona

facere,ideo nõ ſunt in hoc imitãdi.Et ideo ſubdit[In omnib⁹ bonis.]Mat.23,Quæcũq; dixerint vobis ſeruate & facite,ſecũdum opera eorum nolite facere.Secũdò vt cõmunicet bona ſua docenti.Hoc enim à domino præcipitur 1.Cor.9.vbi dicitur,Qui euãgelio ſeruiunt,de euãgelio viuant.Vnde Mat.10,Dignus eſt operarius cibo ſuo.Et Luc.10,Dignus eſt operarius mercede ſua.& Apoſt.dicit 1.Cor.9,Si vobis ſpiritualia ſeminamus,&c.Et ideo hìc dicit,Cõmunicet autem his,&c.i.doctus doctori in omnibus bonis quæ habet:nam etiã temporalia bona quædã dicuntur. Eſa.1,Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis. Mat.7,Si vos cùm ſitis mali,noſtis bona data,&c.Dicit autem,In omnibns, quia nõ ſolùm cõmunicare debet indigenti,ſed & ſciẽtiam & cõſilium:potẽtiam,& quicquid agat,generaliter debet proximo cõmunicare,1.Pet.4,Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã in alterutrũ illam adminiſtrãtes,&c.De iſta cõmunicatione dicitur Ro.12,Neceſsitatibus ſanctorũ cõmunicantes.Eccle.14,In diuiſione ſortis da & accipe. ¶ Cõſequẽter cùm dicit[Nolite errare,&c.]Excuſationem excludit:& primò excludit eam.Secũdò rationem excluſionis aſsignat,ibi[Quæ enim ſeminauerit,&c.]Dicit ergo,Nolite errare,deus nõ irridetur.Quod quidem dupliciter intelligi poteſt ſecũdum duas præmiſſas expoſitiones.Secũdum primã quidẽ ſic,Tu dicis ꝙ debemus imitari doctores etiam in bonis,ſed nõ poſſum eos imitari,niſi in his quæ faciunt: nihil autem video in ipſis,niſi malum:ergo debeo eos imitari in malo.Sed hoc excludit,dicẽs,Nolite errare,deus nõ irridetur.q.d. Error eſt hoc dicere.Nam mala prælatorum nõ excuſant nos.Nõ enim ſunt ſubditis in exẽplum,niſi in his quibus imitãtur Chriſtum,qui eſt paſtor abſq; peccato:vnde & ſignãter dicit Ioan.10,Ego ſum paſtor bonus,&c.Et Apoſt.1.Co.4.& 11.dicit, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.q.d. In his me imitamini in quibus ego imitor Chriſtum.Et ſi per mala prælatorum excuſatis vos apud homines,tamen deus nõ irridetur.i.non poteſt falli.Iob 13,Aut decipietur vt homo fraudulentiis veſtris?Vnde dicitur prou.3,Deluſores ipſe deludet.Secũdum autẽ ſecundam expoſitionem ſic introducitur,Poſſent autem dicere,Pauperes ſumus,nihil habemus quod cõmunicare poſsimus. Sed hoc excludit,dicẽs, Nolite errare.i. nemo excuſatũ vanè ſe exiſtimet paupertatem prætendẽdo, deus nõ irridetur.i.non poteſt falli.Scit enim corda noſtra,& nõ ignorat facultates. Excuſatio veriſimilis hominem poteſt fallere & placare,deum nõ poteſt fallere.Rationẽ autem huius aſsignat,dicẽs,Quę enim ſeminauerit homo,&c.Et primò in generali.Secũdò in ſpecali,ibi[Quoniã qui ſeminat,&c.]Dicit ergo ſecũdum priſtinã expoſitionem,Verè erratis,hoc credẽtes,quia deus reddet ſingulis,pro meritis propriis. Nam quæ ſeminauerit homo,hæc & metet.i.ſecũdum opera ſua bona vel mala,parua vel magna præmiabitur vel punietur.Secũdum autem ſecundã expoſitionem,Quæ ſeminauerit homo.i.ſecũdum beneficia ſua parua vel magna:& q̃tum ad qualitatem operũ,& q̃tum ad quãtitatem beneficiorum præmiabitur.2.Cor.9,Qui parcè ſeminat,parcè & metet,&c.Rationem autem ſpecialiter aſsignat,dicens[Quoniam qui ſeminat in carne ſua,&c.]Quę quidẽ ratio habet duas partes ſecundum duas ſeminationes carnis & ſpiritus. Primò ergo agit de ſeminatione carnis.Vbi dicẽdum eſt,quid ſit ſeminare in carne.Secundò quid eſt de carne metere corruptionem.Seminare quidem in carne,eſt operari pro corpore vel pro carne:ſicut ſi dicam, Ego multum expendi in iſto homine.i.multa feci pro eo.Ille ergo in carne ſeminat,qui ea quæ facit,etiam ſi quæ bona videãtur,facit in fomẽtum & vtilitatem carnis.De carne autem metere corruptionem,dicit & infert, quia ſemen fructificat vt plurimũ ſecũdum cõditionem terræ.Vnde videmus ꝙ in aliquibus terris ſemen frumenti degenerat in ſiliginem,vel in aliquod aliud.Cõditio autem carnis eſt,vt ſit corruptibilis,& ideo qui in carne ſeminat.i.ſtudiũ ſuum ponit & opera, oportet ꝙ ipſa opera corrumpãtur & pereant.Eccle.14,Omne opus corruptibile,in fine perdetur.Ro.8,Si ſecũdum carnẽ vixeritis,mori emini.Secũdò agit de ſeminatione ſpiritus,dicẽs,Qui autẽ ſeminauerit in ſpiritu.i.ordinat ſtudiũ ſuum ad ſeruitutem ſpiritus,ex fide & charitate ſeruiendo iuſtitiæ,metet quidẽ de ſpiritu ſecũdum cõditionem eius. Cõditio autem ſpiritus eſt ꝙ ſit actor vitæ. Ioan.6,Spiritus eſt qui viuificat. Nõ autem cuiuſcũq; vitæ,ſed vitæ æternæ,cùm ſpiritus ſit immortalis,& ideo metet de ſpiritu vitam æternam.Pro.11,Seminãti iuſtitiã mercesfidelis,quia nunq̃ deficeatur.Sed nota ꝙ cùm agit de ſeminatione carnis,dicit,In carne ſua,quia caro eſt nobis de natura noſtra: ſed cũ loquitur de ſemine ſpiritus, nõ dicit,ſuo, quia ſpiritus nõ eſt nobis à nobis,ſed à deo. ¶ Deinde cùm dicit[Bonũ autem faciẽtes,&c.]monet ad miniſterii perſeuerãtiam,quia nõ ad horam tãtùm ſed ſemper debemus benefacere:quod quidẽ poteſt referri ad ea quæ dicta ſunt.ſ.ad ſuperiores, & ad æquales,& ad inferiores.q.d. Quicunq; ſumus ſiue prælati erga ſubditos,ſiue æquales erga æquales,ſiue ſubditi erga prelatos,bonum faciẽtes nõ deficiamus.ſ.in bene operãdo,quia nõ deficiemus in metẽdo.Eccl.9,Quodcũq; facere poteſt manus tua,inſtãter operare.1.Co.15, Stabiles eſtote & immobiles.Et meritò nõ eſt deficiẽdum,quia expectamus remunerationẽ æternã & indeficiẽtem.Vnde ſubdit,Tẽpore enim ſuo metemus nõ deficientes.Vnde dicit Aug.Si homo nõ impoſuerit finẽ operi,nec deus imponet remunerationi.Mat.25,Ibũt hi in vitam æternã.Sed nota quòd dicit,Tẽpore ſuo:quia ſicut agricola nõ ſtatim de illo quod ſeminat,fructũ colligit:ſed tẽpore congruo.Iac.vlt.Agricola expectat glorioſum fructũ terræ,patiẽter ferens,donec accipiat téporaneum & ſerotinũ,&c.De iſta meſsione dicitur 2.Cor.9,Qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet vitã æternam. ¶ Deinde cũ dicit[Ergo dum tẽpus habemus,&c.]monet ad miniſtrãdum cõmuniter,dicens,Quia metemus non deficientes.Ergo dum tẽpus habemus.i.in hac vita,quæ eſt tẽpus ſeminãdi.Io.9,Me oportet operari opera eius qui miſit me,donec dies eſt:venit nox,&c.Eccl.9,Quodcũq; poteſt facere manus tua,inſtãter operare.quia nec opus,nec ratio,nec ſciẽtia,nec ſapientia erũt apud inferos quò tu properas.Dum,inquã,illud habemus,operemur bonũ,& hoc ad omnes.ſ.homines qui iuncti ſunt nobis in diuina ſimilitudine,inquantum omnes ad imaginẽ dei facti ſumus.Sed cõtrà,Eccle.12.dicitur,Da iuſto,& ne recipias peccatorem.Nõ ergo debemus operari bonum ad omnes. Reſpõdeo,Dicẽdum eſt ꝙ in peccatore duo ſunt,natura.ſ.& culpa.Natura quidẽ eſt in eo amãda & ſuſtẽtanda,etiã inimici.Mat.5,Diligite inimicos veſtros,&c.Culpa verò in eo eſt expellẽda.Sic ergo dictũ eſt,Da iuſto,&c.vt.ſ.peccatori nõ ideo benefacias,ꝙa peccator eſt, ſed quia homo.Vnde Aug.Nõ ſis ad iudicãdum remiſſus,nec ad ſubueniendum inhumanus. Perſequamur ergo in malis propriã iniquitatem,miſereamur in eiſdem cõmunem conditionem. ¶ Sed quia nõ poſſumus

An ſit benefaciẽdũ peccatori.

omnibus benefacere,ordinem benefaciendi ſubdit, Maximè autem ad domeſticos fidei , qui.ſ.nõ ſolũ natura nobis ſunt ſimiles,ſed etiã ſunt vniti fide & gratia.Ephe.2,Nõ eſtis hoſpites & aduenę,ſed eſtis ciues &c. Ergo omnibus impendẽda eſt miſericordia,ſed pręponẽdi ſunt iuſti,qui ſunt ex fide:quia 1.Tim.5.dicitur, Qui ſuorũ maximè domeſticorum curã non habet,fidẽ negauit: & eſt infideli deterior. Sed dubitatur hic vtrũ liceat plus vnũ diligere,q̃ aliũ.Ad quod ſciẽdum ꝙ amor poteſt dici maior vel minor dupliciter.Vno modo ex obiecto.Alio modo ex intẽtione actus.Amare enim aliquem,eſt velle ei bonũ.Poteſt ergo aliquis aliũ magis alio diligere,aut quia vult ei maius bonũ quod eſt obiectũ dilectionis,aut quia magis vult ei bonum.i.ex intẽſiori dilectione. Quãtum ergo ad primũ omnes ęqualiter debemus diligere,quia omnibus debemus velle bonũ vitæ æternæ.Sed q̃tum ad ſecũdum nõ oportet ꝙ omnes æqualiter diligamus:quia cùm intentio actus ſequatur principium actionis, dilectionis autem principiũ ſit vnio & ſimilitudo, illos intenſius & magis debemus diligere qui ſunt nobis magis ſimiles & vniti. Lectio 3.

Docentur Galatæquo modo ſe habeant ad pſeudo apoſtolos & p̃ monentur ad cognoſcẽdas literas Pauli.

VIdete qualibus literis ſcripſi uobis mea manu. Quicunque enim uolunt placere in carne:hi cogunt uos circuncidi, tantùm ut crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.Neque enim qui circunciduntur,legem cuſtodiunt,ſed uolunt uos circuncidi,ut in carne ueſtra glorientur.

¶Poſtq̃ Apoſt.monuit Galatas qualiter ſe habeant ad homines rectos & iuſtos:hic docet quomodo ſe habeant ad hæreticos & peruerſos.Et primò inſinuat modũ ſcribendi monitionem.Secundò ipſam monitionem ſubiũgit,ibi[Quicunq; enim,&c.] Circa primum ſciẽdum ꝙ conſuetudo erat apud hæreticos deprauãdi & falſificandi ſcripturas canonicas,necnon & permiſcendi aliqua eorum quæ hęreſim ſapiãt,propter hoc conſuetudo fuit ab Apoſtolo ſeruata, ꝙ quando aliqua contra eos ſcribebat,in fine literæ aliqua ſcriberet,vt deprauari nõ poſſet,& ita innoteſceret eis de eius conſcientia proceſsiſſe:ſicut 1.Cor.vlt.dicit,Salutatio mea manu Pauli.Totam enim epiſtolã per alium eo dictãte ſcribi faciebat:& poſtea in fine aliquid propria manu addebat. Et ſecũdum hunc modum ea quæ ſequũtur ab iſto loco ſcripſit Paulus manu propria.Vnde dicit,Videte qualibus literis ſcripſi vobis manu propria,vt.ſ.prædicta firmius teneatis, vt sciẽtes à me hanc epiſtolã miſſam magis obediatis.Sic ergo prælati debent propria manu ſcribere, vt quod docẽt verbo & ſcripto,oſtendãt exẽplo.Ideo dicitur Eſa.49,In manibus.i.in operibus meis deſcripſi te,&c.Exo. 32,dicitur de Moyſe,ꝙ deſcendit portans duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei. ¶Monitionem autem ſubiungit,dicens [Quicũq; enim placere volunt,&c.]Et primò aperit ſeducentium intẽtionem. Secundò oſtendit ſuam intẽtionem eis eſſe cõtrariam,ibi[Mihi autem abſit gloriari,&c.]Tertiò ſubdit ſuã ammonitionem ad ſubditos, ibi[Quicunq; hanc regulam,&c.]Circa primum duo facit. Primò aperit ſeducẽtium malam intentionem.Secũdò probat quod dicit,ibi[Neque enim circunciſionem,&c.] Circa primũ ponit vnum factũ & duas intẽtiones adinuicem ordinatas. Factum autẽ erat iſtorũ qui circũciſionem inducebãt, & ex hoc duo intendebãt.Vnũ propter aliud.ſ.vt placerẽt inde Iudæis,& ex hoc ꝙ carnales obſeruãtias legis introducebãt in eccleſia Gẽtium,& hoc eſt quod dicit[Quicũq; volũt placere].ſ.Iudæis infidelibus,in carne.i.carnalibus obſeruãtiis,hi cogũt vos circũcidi nõ coactione abſoluta,ſed quaſi ex cõditione dicẽtes, Quai niſi circũcidamini, nõ poteritis ſalui fieri, vt habetur Act.15, Intẽdebãt autẽ ex hoc vlterius quãdam ſecuritatem habere.Iudæi enim perſequebãtur diſcipulos Chriſti propter prædicationem crucis.1.Cor.1, Nos autem prædicamus Chriſtũ crucifixum,&c.Et hoc quia per prædicationem crucis euacuabãtur legalia.Nam ſi apoſtoli ſimul cum cruce Chriſti prædicaſſent debere ſeruari legalia,nullã perſecutionem Iudęi apoſtolis intuliſſent. Vnde dicebat ſuprà 5,Ego autẽ fratres ſi adhuc circuncriſionem prædico, quid adhuc perſecutionem patior,&c.Vt ergo nõ haberet perſecutionẽ à Iudæis,inducebãt circũciſionem.Et ideo dicit,Et etiã hoc ꝓpter hoc tãtùm faciũt, vt crucis Chriſti perſecutionem nõ patiãtur.quæ.ſ.pro cruce Chriſti infertur. Vel hoc etiam faciebãt ad vitãdam perſecutionẽ, nõ ſolùm Iudæorum, ſed etiam Gentiliũ infidelium.Nam Romani imperatores,Gaius Ceſar,& Octauius Auguſtus promulgauerũt leges,vt Iudæi vbi cunq; eſſent proprio ritu & propriis cerimoniis deſeruirent.Et ideo quicũq; in Chriſtũ credebat & circũciſus nõ erat,perſecutionibus tam Gẽtilium q̃ Iudęorũ fiebat obnoxius.Vt ergo nõ inquietarentur de fide Chriſti,& in quiete viuerent,cogebãt eos circũcidi ſecũdũ quod habetur in glo. ¶Sed quia poſſent dicere pſeudo, ꝙ nõ propter hoc circũciſionem inducũt,ſed zelo legis ſolũ,ideo hoc excludẽs,probat quod dixit, cùm dicit ſic[Neque enim qui circuncidũtur,&c.]Conſtat enim quòd ſi propter legis zelum aliquos ad legis obſeruãtias inducerent,mandarent etiam legem in aliis impleri.Sed neque illi qui circuncidũtur,neque pſeudo in aliis.ſ. in moralibus quæ potiora ſunt in lege & in aliis obſeruãtiis cuſtodiunt.Ioan.7, Nemo ex vobis facit legem.non ergo ex zelo legis circũciſionem inducunt.Rom.2,Circũciſio quidem prodeſt,ſi legem obſerues. Sed ideo volunt vos circũcidi, vt in carne veſtra.i.in carnali veſtra circunciſione glorientur apud Iudæos,eo quòd tam multos proſelytos faciant.Mat.23,Væ vobis ſcribę & phariſæi,qui circuitis mare & aridam,vt faciatis vnum proſelytum,&c. Lectio 4.

Ponit ſuã verã gloriationẽ cõtra falſam gloriationem pſeudo apoſtolorum.

MIhi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti : per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid ualet,neque præputium,ſed noua creatura.

¶Poſtq̃ Apoſtolus expoſuit prauã ſeducẽtium intẽtionem:hic inſinuat ſuam. Et primò ponit ſuam intentionem.Secundò oſtẽdit intentionis huius ſignũ, ibi[Per quem mundus,&c.]Tertiò rationem intentionis aſsignat,ibi[In Chriſto Ieſu,&c.]Dicit ergo,Intentio ſeducentium apparet,quia illi gloriãtur in carne, ſed ego aliam gloriã quæro.ſ.in cruce.Et hoc eſt quod dicit [Mihi abſit gloriari,&c.]Vide quòd vbi mũdi philoſophus erubuit,ibi Apoſtolus theſaurum reperit. Quod illi viſum eſt ſtultitia,Apoſtolo factũ eſt ſapientia & gloria,vt dicit Aug.Vnuſquiſq; enim in ea re gloriatur,per quã reputatur magnus. Sic qui reputat ſe magnum in diuitiis,gloriatur in eis,& ſic de aliis.Qui enim in nullo alio ſe magnũ reputat,niſi in Chriſto, gloriatur in ſolo Chriſto.Talis autem erat Apoſtolus.Vnde dicebat ſuprà 2,Viuo ego,iam nõ ego,viuit verò in me Chriſtus.Et ideo nõ gloriatur niſi in Chriſto,præcipuè autem in cruce Chriſti,& hoc quia in ipſa inueniuntur omnia de quibus homines gloriari ſolent . Nam gloriãtur aliqui de magnorũ (putà regum aut principum) amicitia : & hoc maximè Apoſtolus inuenit in cruce , quia ibi oſtenditur euidens ſignum

diuinę amicitię.Ro.5,Cõmendat autem ſuã charitatẽ deus in nobis,&c.Nihil enim ſic charitatẽ ſuã ad nos oſtẽdit ſicut mors Chriſti.Vnde Gre.O ineſtimabilis dilectio charitatis,vt ſeruũ redimeres,filiũ tradidiſti. Item gloriãtur aliqui de ſciẽtia.Et hãc Apoſt.excellẽtiorem inuenit in cruce.1.Cor.2, Non enim æſtimaui me aliquid ſcire inter vos,niſi Ieſum Chriſtũ,&c.Nam in cruce eſt perfectio totius legis & tota ars bene viuẽdi.Item gloriãtur aliqui de potentia,& hãc Apoſt.maximã habuit per crucẽ.1.Cor.1,Verbũ crucis pereũtibus ſtultitia eſt,his autẽ qui ſalui fiũt.i.nobis,virtus dei eſt. Itẽ gloriãtur aliqui de libertate adepta, & hãc Apoſt.cõſecutus eſt per crucem.Ro.6,Vetus noſter homo crucifixus eſt,vt vltrà nõ ſeruiamus peccato.Itẽ aliqui gloriãtur in aſſumptione ad aliquod magnũ collegium. Sed per crucẽ Chriſti aſſumũtur ad collegiũ cæleſte.Col.1,Pacificãs per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in cælis,ſiue quæ in terris ſunt.Itẽ quædã gloriãtur in triũphali ſigno victoriæ,Sed crux triũphale ſignũ eſt victoriæ Chriſti cõtra dæmones.Col.2, Expoliãs principatus & poteſtates traduxit cõfidenter,palã triumphãs illos,&c.Sap.14, Benedictũ lignum per quod fit iuſtitia. ¶Signũ autem ſuæ intẽtionis ſubdit,dicẽs,Per quẽ mihi mũdus,&c. Quia autẽ hoc quod dicit,Mihi abſit gloriari,niſi in cruce,&c.eſt,ppoſitio exceptiua includẽs vnam affirmatiuã,& aliam negatiuã: ideo duplex ſignum ponit,probãs vtrãq; propoſitionem. Et primò quidem probat negatiuam.ſ. ꝙ nõ gloriatur niſi in cruce:& hoc,cùm dicit [Per quem mihi mũdus crucifixus eſt,&c.] Illud enim in quo quis gloriatur,nõ eſt mortuũ in corde eius,ſed magis illud quod cõtemnit.Pſal.Obliuioni datus ſum tanq̃ mortuus à corde.Manifeſtum eſt autem ꝙ mundus & omnia quę in mundo ſunt,mortua erant in corde Pauli. Phil.3,Omnia arbitratus ſum vt ſtercora,vt Chriſtũ lucrifacerem.Ergo nõ gloriatur in mundo,neq; in his quæ in mũdo ſunt,& hoc eſt quod dicit,Verè in nullo alio glorior, niſi in cruce Chriſti,per quẽ.ſ.Chriſtũ crucifixũ mihi mũdus crucifixus eſt.i.mortuus eſt in corde meo,vt nihil in eo cupiam. ¶Secundò probat affirmatiuam.ſ.quòd in cruce Chriſti gloriatur,dicẽs ſe crucifixum mundo. Qui enim gloriatur in aliquo, illud in ſe prætendit,& manifeſtare deſiderat:ſed Apoſt. nihil in ſe prætẽdit,nec manifeſtare deſiderat, niſi quod pertinet ad crucẽ Chriſti,& ideo tantùm in ea gloriatur: & hoc eſt quod dicit, Et ego mundo.ſ. ſum crucifixus.q.d.Porto inſignia crucis,& ſum reputatus vt mortuus. Et ideò ſicut mundus horret crucem Chriſti,ita horret me.Col.3,mortui enim eſtis,& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo &c. ¶Rationem autem quare non in alio gloriatur,oſtendit ſubdens,In Chriſto enim Ieſu &c.In illo ſiquidem maximè gloriatur,quod valet & adiuuat ad coniungendum Chriſto,hoc enim Apoſtolus deſiderat.ſ.cũ Chriſto eſſe.Et quia non valet ad hoc ritus Iudaicus,nec Gentiliũ obſeruantia,ſed crux Chriſti ſolùm, ideo ſolũ in ea gloriatur,& hoc eſt quod dicit,In Chriſto neq; circunciſio aliquid valet.i.ritus Iudaicus,neq; præputium.i.gentilitatis obſeruantia.i.ad iuſtificandum,& adiungendum Chriſto,ſed ad hoc valet noua creatura.Quod quidem patet ex his quæ dicta ſunt ſuprà 5. (quaſi eiſdem verbis,)In Chriſto enim Ieſu , neq; circunciſio aliquid valet,neq; præputium,ſed fides quæ per dilectionem operatur. Fides ergo charitate formata eſt noua creatura.Creati nanque & producti ſumus in eſſe naturæ per Adam:ſed illa quidem creatura vetuſta iam erat & inueterata,& ideo dominus producens nos & cõſtituens in eſſe gratiæ,fecit quãdam nouam creaturã.Iac.1,Vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.Et dicitur,Noua, quia per eam renouamur in vitam nouã,& per ſpiritum ſanctũ.Pſa.Emitte ſpiritũ tuum & creabũtur,& renouabis faciẽ terrę.Et per crucẽ Chriſti.2.Cor.5,Siqua eſt in Chriſto noua creatura,&c.Sic ergo per nouã creaturã.ſ.per fidẽ Chriſti & charitatem dei quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris,renouamur,& Chriſto coniũgimur. Lectio 5.

Monet ad gloriãdũ ẽ cruce declarando fructũ inde ſecuturũ, & monet ne vltra moleſtetur,rationẽ ſubiũgẽdo, & ſalutationẽ ponit

ET quicũque hanc regulã ſecuti fuerint,pax ſuper illos, & miſericordia,& ſuper Iſrael dei.De cætero nemo mihi moleſtus ſit.Ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto,Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres.Amen.

¶Aperta intentione ſeducẽtium & inſinuata ſua,hìc conſequenter Apoſtolus monet eos : & primò ad ſui imitationem.Secũdò vt deſiſtãt ab eius moleſtatione,ibi[De cętero nemo,&c.]Tertiò implorat eis gratię auxilium ad prædictorũ impletionem.Dicit ergò primò,Intentio mea eſt,vt non niſi in cruce Chriſti glorier,quod & vos debetis facere,quia quicũq; hanc regulã quam ego.ſ.teneo,ſecuti fuerint.ſ.hãc rectitudinẽ gloriãdi.2.Cor.10,Nõ in immẽſum gloriamur,ſed ſecũdum menſuram regulæ,&c.Pax ſuper illos.ſ.gloriãtes:quia non niſi in Chriſto gloriãtur,pax,inquam,qua quietẽtur & perficiãtur in bono.Pax enim eſt tranquillitas mentis.Cant.8,Ex quo facta ſum coram illo quaſi pacem reperiens.Col.3, Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris,in qua,&c.Et miſericordia per quam liberentur à peccatis.Treñ.3, Miſericordiæ domini, quia non ſumus conſumpti.Sap.4, Gratia dei & miſericordia in ſanctos eius,& reſpectus in electos illius. Qui.ſ.ſunt Iſrael.Ro.2,Non enim qui in manifeſto Iudęus eſt. Ille ergo eſt Iſrael dei , qui eſt ſpiritualiter Iſrael coram deo.Ioan.1,Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt.Rom.9,Non enim omnes qui ſunt ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ,&c. ſed qui filii ſunt promiſsionis,exiſtimantur in ſemine. Vnde & ipſi Gentiles facti ſunt Iſrael dei per mentis rectitudinem.Iſrael rectiſsimus interpretatur.Gen.32,Iſrael erit nomen tuũ,&c. ¶Cõſequẽter cũ dicit[De cætero nemo,&c.]monet,vt deſiſtãt à ſui moleſtatione.Et primò ponit ãmonitionẽ.Secũdò rationẽ eius aſsignat,ibi[Ego enim ſtigmata.]Dicit ergo[De cętero,&c.]quod poteſt dupliciter exponi.Vno modo,vt de cętero accipiatur in vi vniꝰ dilectionis,vt ſit ſenſus,De cętero.i.ammodo.Alio modo vt accipiatur in vi duarũ dictionũ,vt ſit ſenſus,De reſiduo nemo,&c.q.d. Ego gloriabor tãtũ in cruce,de oĩbus aliis nemo mihi moleſtꝰ ſit:qa ego de nullo curo.Sed prima melior eſt. Quod autẽ dicit,Nemo mihi moleſtus ſit,poteſt referri ad pſeudo,q̃ moleſti erãt Apoſtolo, mouẽdo quæſtiones,& murmurãdo de obſeruãtiis legalibus.Pſa.Ego dũ mihi moleſti,&c.Vel poteſt referri ad auditores nõ rectè ſentiẽtes,vt dicatur,Nemo mihi moleſtus ſit.i.nullus auditor exhibeat ſe talẽ,vt rurſum in eo neceſsitatẽ habeã laborãdi.ſ. aliter ſentiẽdo q̃ doceam. ¶Rationẽ autem horũ aſsignat,dicẽs[Ego enim ſtigmata,&c.]Stigmata enim ꝓpriè ſunt quædã notæ ĩpreſſæ alicui cũ ferro cãdẽti,ſicut cũ ſeruus ab aliquo dño ſignatur in facie, vt nullꝰ eũ ſibi vendicet,ſed quiete dimittat dño ſuo,cuius ſtigmata portat.Hoc etiã modo Apoſt.dicit ſe ſtigmata domini portare quaſi inſignitus ſit vt ſeruus Chriſti.Et hoc qa portabat inſignia paſsionis Chriſti,patiens pro eo multas tribulationes in corpore ſuo,ſecũdũ illud.1.Pet.2,Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relin-

quiens exẽplum,&c.2.Cor.4,Sẽper mortificationẽ domini Iesu in corpore nostro circũferentes,&c.Et secundum hoc dupliciter potest continuari ad præmissa.Vno modo vt dictum est,Nemo mihi molestus sit, nam ego porto insignia domini nostri Iesu Christi in corpore meo,& sic nullus super ius habet nisi Christus.Alio modo,Nemo mihi,&c.quia ego habeo multos alios cõflictus& stigmata quæ in persecutionibus quas patior me molestãt,& graue est addere afflictionẽ afflicto.Vnde cõqueritur Iob16,Cõscidit me vulnere sup vulnꝰ.Sed prima melior est. ¶Implorat autẽ auxiliũ gratię dei,dicẽs,Gratia dñi nostri Iesu Christi,&c.Per quã prædicta implere posităis,sit cum spiritu vestro.i.cum ratione vestra,vt veritatẽ intelligatis. Vel cum spiritu vestro,quo.s.debetis legem obseruare,& non carnaliter.Ro.8,Non enim accepistis, &c.

¶Explicit aurea expositio doctoris angelici sancti Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum in epistolam sanctissimi Pauli ad Galatas.

Incipit solennis explanatio eiusdem, in epistolam ad Ephesios.

EGo confirmaui columnas eius.Psal.Sicut dicit sapiens, Non minor est virtus quàm quærere parta tueri.Ideo non immerito cõmendatur Apostolus,quia & si Ephesios in fide nõ fundauit,tamen fundatos in fide cõfirmauit,vt ipse loquens de ecclesia Ephesiorũ verè possit dicere. Ego confirmaui colũnas eius: ego videlicet Israelita natione,Christianus religione,Apostolus dignitate.Israelita dico natione.Nam& ego Israelita sum,ex semine Abrahæ de tribu Beniamin.2. Cor.11. Item Christianus religione.Gala.2,Ego enim per legẽ mortuus sum legi,vt deo viuã, Christo confixus sum cruci,viuo ego,iam non ego, viuit verò in me Christus. Quòd autẽ nunc viuo in carne,in fide viuo filii dei.Item apostolus dignitate.1.Cor.15,Ego sum minimus apostolorũ. De his tribus.2.Cor.11,Israelitæ sunt & ego,semen Abrahæ sunt & ego,ministri Christi sunt & ego,vt minus sapiens dico,plus ego. Talis debet esse prædicator sapientiæ salutaris.s.Israelita quo ad contẽplationẽ dei:Christianus quo ad religionẽ fidei:Apostolus quo ad authoritatem officii.Ego ergo Iudæus per originem: quæ rens deum per fidẽ:Apostolus dei per imitationẽ,confirmaui,&c.Confirmaui ne à fide vacillarent,sicut artifex confirmat ædificiũ ne cadat.Vnde dictum est Petro.Luc.22,Et tu aliquãdo conuersus cõfirma fratres tuos.Quod fecit Paulus.Vnde ei cõpetit illud Iob 4,Vacillantes confirmauerunt sermones tui,confirmauit itẽ ne pseudo timerent,sicut Episcopus confirmat puerũ ad robur contra pusillanimitatẽ.Vnde dictum est de Dauid in Psal.[Inueni Dauid seruũ meum,oleo sancto meo unxi eum,manus enim mea auxiliabitur ei,& brachiũ meum cõfortabit eum,nihil ꝓficiet inimicus in eo,&c.Psal.Verbo domini,per Paulũ scripto, cæli.i.Ephesii firmati sunt,&c.s.ne præmiũ gloriæ amitterẽt,sicut prælatus vel princeps cõfirmat donũ ne postea auferatur.Psal, Me autẽ propter innocẽtiam suscepisti,& cõfirmasti me in cõspectu tuo inꝛternum. Has cõfirmationes petebat Psa.dicens, Cõfirma hoc deus quod operatus es in nobis,&c.Has promittebat Apost.2.Thes.vlt.Fidelis autẽ deus qui cõfirmabit vos,& custodiet à malo.Ego ergo cõfirmaui columnas eius.s.fideles ecclesiæ Ephes. ¶Fideles enim ecclesię dicuntur colũnæ,quia debẽt esse recti,erecti,& fortes. Recti per fidẽ:erecti per spẽ:fortes per charitatẽ.Recti per fidẽ,fides enim ostẽdit rectã viam veniẽdi ad patriã.Vnde significatur per colũnam nubis:de qua Exod.13,Dñs autem pręcedebat eos,ad ostendẽdam viã per diem in colũna nubis. Fides enim ad modum nubis habet obscuritatẽ, quia cũ enigmate: dissolutionẽ, quia euacuatur:humiditatẽ,quia excitat ad deuotionem.Erecti per spem,spes enim dirigit ad superna.Vnde significatur ꝑ colũnam fumi,de qua dicitur Iudic.20,Viderũt quasi colũnam fumi de ciuitate ascendentem.Spes enim ad modũ fumi ex igne.i.ex charitate prouenit,in altũ ascẽdit,in fine deficit.i.in gloria.Fortes per charitatẽ,fortis enim est vt mors,dilectio:vt dicitur Can.8,Vnde significatur per colũnam ignis qui omnia cõsumit:de quo Sap.18,Ignis ardẽtem colũnam ducem habuerũt ignotę viæ.Sicut enim ignis illuminat diaphana,examinat metalla,exterminat cremabilia,sic charitas illuminat opera, examinat intentionem,& omnia vitia exterminat.Iam apparet quæ sit causa eius epistolæ efficiẽs:quia Paulus,quod notatur ibi[Ego.]Finalis,quia cõfirmatio,quod notatur,ibi[Confirmaui.]Quæ materialis,quia Ephesii, quod notatur,ibi[Colũnas eius.]Formalis patet in diuisione epistolæ,& modo agẽdi.Huic epistolæ præmittit glosator prologũ siue argumentum,vbi principaliter duo facit.Primò describit eos.Secundò rationẽ & modũ scribẽdi subdit,ibi[Hos collaudat Apostolus,&c.]Ephesinos verò quibus scribit,describit à tribus.Primò à regione,quia Ephesii sunt Asiani ab Asia minore.Secũdò à religione,quia hi acceperũt verbum veritatis Christianæ.Tertiò à stabilitate,quia perstiterũt in fide.Primum respicit patriã.Secundum gratiam.Tertiũ perseuerantiã.Hos collaudat Apostolus,&c.Hìc subdit etiam rationem & modum scribendi, vbi impliçat quatuor.Primò scripturæ rationem.Secundò actorẽ qui est,Apostolus scribens.Tertiò locũ à quo scribit, quia à Roma de carcere.Quartò nuntium per quem scribit,quia per Tichicum diaconũ, litera satis patet.

Ephesii sunt Asiani.Asiæ minoris.

Hæc epistola est scripta Romæ à Paulo i carcere.

Caput I.

Salutatio.

PAulus Apostolus Iesu Christi ꝑ uoluntatẽ dei:omnibus sanctis qui sunt Ephesi,& fidelibꝰ in Christo Iesu, Gratia uobis et pax à deo patre nostro,et domino Iesu Christo.Benedictꝰ deus et pater domini nostri Iesu Christi,q benedixit nos in omni benedictiõe spirituali,in cælestibꝰ,in Christo:sicut elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ:ut essemus sancti et immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem

Narratio in qua confirmat in bonis hab

filiorum per Iesum Christum,in ipsum:secundum propositum uoluntatis suæ,in laudem gloriæ gratiæ suæ,

¶Hãc epistolam scribit Apost.ad Ephesios.Ephesii sunt Asiani, ab Asia minore,quæ est pars Græciæ: hi nõ fuerunt per apostolũ Paulum in fide fundati,sed cõfirmati.Iam enim,anteq̃ veniret ad eos,erãt cõuersi vt haberi potest Act.16,Factum est cùm Apollo esset Corinthi,&c.Post conuersionem verò suã,&c. Apostoli cõfirmationem,in fide perstiterũt,nec pseudo receperũt.Non ergo reprehẽsione, sed consolatione digni erãt.Ideo Paulus eis non increpatoriã,sed cõsolatoriam scribit epistolã.Scribit autẽ ab vrbe Roma per Tichicũ.Intẽtio verò eius est eos in bonis habitis cõfirmare,&ad altiora prouocare.Modus autẽ agẽdi patet in diuisione epistolę.Primò ergo ponit salutationem,in qua suum affectum ad eos demõstrat.Secundò narrationẽ,in qua eos in bonis habitis cõfirmat,ibi[Benedictus deus,&c.]vsq; ad 4.cap. Tertiò exhortationem,in qua eos ad vlteriora bona prouocat,à cap.4.vsq; ad locum illũ cap.6,De cætero fratres confortamini in domino &c.Quartò epistolę cõclusionem,in qua eos ad certamen spirituale cõfortat à loco isto, De cætero,vsq; in finem.In salutatione primò ponitur persona salutãs.Secundò personæ salutatæ,ibi[Sanctis omnibus,&c.]Tertiò forma salutationis,ibi[Gratia vobis,&c.]In prima,primò nominat personã, ibi [Paulus.]Secũdò personæ authoritatẽ,ibi[Apostolus Christi.]Tertiò authoritatis datorem,ibi[Per volũtatem dei.]Dicit ergo[Paulus apostol.]Paulus nomen est humilitatis:Apostolus verò nomen est dignitatis:quia qui se humiliat,exaltabitur.Lu.14.& 18,Apostolus,inquã,Iesu,nõ sathanæ:sicut pseudo.2.Cor.11, Nõ est ergo magnũ si ministri eius.s.sathanæ trãsfigurentur velut ministri iustitiæ,&c.Apostolus,inquã,& hoc nõ meis meritis,sed ꝑ volũtatem dei.Ecõtra est in multis.Osee 8,Ipsi regnauerũt & nõ ex me,&c.Sanctis omnibus.s.qui sunt Ephesi,& fidelibus supple,scribit.Vel ego Paulus scribo sanctis:exercitio virtutum quo ad mores:fidelibus,rectitudine cognitionis quo ad fidẽ:vel sanctis.i.maioribus & perfectis:fidelibus.i. minoribꝰ & fidelibꝰ imꝑfectis,inquã,in Christo,nõ in sectis suis. ¶Gratia vobis & pax,&c.Hìc subditur salutationis forma,in qua implicãtur tria donũ quodlibet gratificantia.s. doni sufficiẽtia,ibi [Gratia vobis & pax.]Datoris potentia,ibi[A deo patre.]Mediatoris excellentia,ibi[Et domino Iesu Christo.]Tunc enim gratũ est donũ quãdo sufficiens est quod datur, quando à potẽte datur:vt quãdo à rege vel principe datur, quãdo per solẽnem nuntiũ datur,vt per filiũ.Dicit ergo,Gratia.s.iustificationis à culpa:& pax.i.trãquillitas mentis vel recõciliatio ad deum,quo ad liberationem à debita pœna pro offensa,vobis supple sit,ex hoc.s. à deo patre nostro,à quo bona cũcta procedũt.Iac.1,Omne datum optimũ,&c.Et domino Iesu Christo,sine quo nulla bona dãtur.Ideo ferè omnes orationes finiuntur per dominũ nostrum Iesum Christũ.Spiritũ sanctũ non nominat,quia cũ sit nexus patris & filii,intelligitur in extremis, vel intelligitur in donis sibi appropriatis,quæ sunt gratia & pax. ¶Deinde cùm dicit[Benedictus deus,&c.] Hìc gratias agẽdo,eos in bono cõfirmat,& hoc tribus modis.Primò ratione sumpta ex parteChristi,à quo multa bona adepti sunt,capite isto.Secũdò ratione sumpta ex parte ipsorũ qui de præterito statu malo,ad bonũ translati sunt,cap.2. ibi[Et vos cùm essetis mortui,&c.]Tertiò ratione sumpta ex parte Apostoli,cuius ministerio & diligentia in bono statu positi,cõfirmati sunt,cap.3.ibi[Huius rei gratia,&c.]Iterum prima in tres diuiditur:quia primò gratias agẽdo,tãgit beneficia generaliter.Secũdò beneficia exhibita ipsis apostolis specialiter,ibi[Quę superabũdauit in vobis&c].Tertiò beneficia exhibita ipsis Ephesiis specialiter,ibi[In quo &vos cũ audisse tis,&c.Beneficia verò exhibita generaliter humano generi tãgit sex.Primũ benedictiõis in certitudine futuræ beatitudinis,ibi [Benedictus,&c.]Secundũ electionis in præordinata separatiõe à massa perditionis,ibi [Sicut elegit nos in ipso,&c.]Tertium predestinationis in prẽordinata associatione cum bonis.s.cum filiis adoptionis,ibi[Qui prædestinauit nos,&c.]Quartũ gratificationis in collatiõe gratiæ,ibi [In quo gratificauit nos,&c.] Quintũ redẽptionis,in liberatione à pœna.i. à diaboli seruitute,ibi [In quo habemus redẽptionem,&c.]Sextum remissionis,in deletione eulpę,ibi[Remissionem peccatorum,&c.]Circa beneficiũ benedictionis,tãgit duo.Primò pręconiũ quod debet impendi,ibi[Benedictus deus,&c.]Secũdò beneficiũ ꝓpter quod debet impẽdi,ibi [Qui benedixit nos,&c.] Dicit ergo,Benedictus.s.à me,à vobis & ab aliis.s. corde & ore & opere.i.laudatus deus & pater.i.ille qui est deus per essentiam diuinitatis , & pater propter proprietatẽ generationis.Incidit autẽ copulatio nõ ratione ſuppositionis,quia idem est ſuppositum:sed ratione significationis essentialiter & relatiuè.Pater,inquã,domini nostri Iesu Christi.i. filii, qui est dominus noster secũdum diuinitatem:Iesus Christus secũdum humanitatem.Qui.s.deus benedixit nos in spe in prę senti:sed in futuro benedicet in re.Ponit autẽ præteritũ pro futuro propter certitudinem.Benedixit,inquã, nos,licet nostris meritis maledictos. In omni benedictione spirituali.s.q̃tum ad animã & q̃tum ad corpus. Tunc enim erit corpus spirituale.1.Cor.15,Seminatur corpus animale,resurget corpus spirituale.Benedictione,inquã,habita in cælestibus.i.in cælo.Et hoc in Christo.i.per Christũ,vel in Christo operãte,Ipse enim est qui cõformabit corpus humilitatis nostræ,&c.Phil.3.Valde appetẽda est benedictio hæc.Et ratione efficiẽtis:quia deus est benedictio hæc.Et ratione materiæ:quia nos benedicit.Et ratione formæ:quia in omni benedictione spirituali benedicit.Psal.Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. ¶Deinde cũ dicit[Sicut elegit nos,&c.] tangitur beneficiũ electionis,vbi cõmendatur electio ista,quia libera,ibi[Sicut elegit nos in ipso]quia æterna,ibi[Ante mũdi cõstitutionem]quia fructuosa,ibi[Vt essemus,&c.]quia gratuita,ibi[In charitate.]Dicit ergo,Ita benedicet nos,nõ nostris meritis,sed ex gratia Christi,sicut elegit nos & gratis à massa perditionis separãdos prærordinauit nos in ipso.i.per Christum.Ioã.15,Nõ vos me elegistis,sed ego elegi vos,&c.Et hoc ante mũdi cõstitutionem.i.ab æterno anteq̃ fieremus.Ro.9,Cùm nondũ nati fuissent,&c.Elegit,inquã,nõ quia sancti essemus(quia nec eramus)sed ad hoc elegit nos vt essemus sancti virtutibus & immaculati à vitiis.Vtrũq; enim facit electio secũdum duas partes iustitiæ.Psal. Declina à malo,& fac bonũ.Sãcti,inq̃,in conspectu eius.i.interius in corde,vbi ipse solus cõspicit.1.Re.16,Deus autẽ intuetur cor.Vel in conspectu eius,id est, vt eum inspiciamus, quia visio est tota merces secundum Augustinum. Et hoc fecit non nostris meritis,sed in charitate sua, vel nostra, quæ nos formaliter sanctificat.

tis ratione sumpta ex ꝑte Christi cui gratias agẽdo tangit beneficia generaliter sex enumerãdo cõmunia toti generi humano. Et hìc ꝑdẽ tria ponũtur.s. benedictio nis,electiõis & ꝑdestinationis.

Hæc epistola solũ est cõsolatoria & nõincre patoria,et cõfirmat in bonis habitis & ꝓuocat ad altiora.

Secũdum beneficiũ.s. electionis.

¶Deinde cùm dicit[Qui prædestinauit,&c.] subdit tertiũ beneficium.s.prædestinationis in præordinata associatione cum bonis.Vbi circa prædestinationẽ implicat sex.Primò actũ æternum,ibi[Prædestinauit.]

Tertium beneficiũ.s. prædestinationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò tẽporale obiectũ,ibi[Nos.]Tertiò præsens cõmodum,ibi[In adoptionem,&c.Quartò fructũ futurum,ibi[In idipsum.]Quintò modũ gratuitum,ibi[Secũdum propositum.]Sextò effectũ debitum, ibi [In laudẽ gloriæ,&c.]Dicit ergo,Qui.s.deus prędestinauit nos.i.sola gratia prælegit in adoptionem filiorum.i.vt associaremur cum aliis filiis adoptionis in bonis quę habituri sunt:ideo dicit,In adoptionem filiorum.Ro.8,Non enim accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.Et infrà,Adoptionem filiorũ expectantes.Quia verò illud quod fit ignitũ,per ignẽ hoc oportet fieri, quia nihil cõsequitur participationem alicuius,nisi per id quod est per naturã suam tale. Ideo adoptionem filiorum oportet fieri per filiũ naturalem,Et ideo dicit Apost.Per Iesum Christum. Et hoc est tertiũ quod tãgitur in isto beneficio.s.mediator alliciens.Gal.4,Misit deus filiũ suum factũ ex muliere,factum sub lege vt eos qui sub lege erant,redimeret,vt adoptionem filiorum reciperemus.Et hoc in idipsum.i.inquãtum ei cõformamur,& in spiritu seruimus.1.Ioan.3,Videte qualem charitatẽ dedit nobis deus,vt filii dei nominemur,& simus.Et sequitur ibidem,Et scimus quoniã cùm apparuerit,similes ei erimus. Vbi notãdum est ꝙ duplex est similitudo prædestinatorũ ad filiũ dei,quædã imperfecta quæ est per gratiam,& dicitur imperfecta.Primò quidem quia solùm est secũdum reformationem animæ,de qua Col.3,Reformamini spiritu mẽtis vestræ & induite nouũ hominem,&c.Secundò quia etiam secũdum animã habet quãdam imperfectionẽ.Ex parte enim cognoscimus,vt dicitur 1.Cor.13,Alia verò similitudo erit perfecta,quæ erit in gloria,& quantum ad corpus.Phil.3, Reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum,&c. & secũdum animam, quia cùm venerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est.1.Cor.13.Quod ergo dicit Apostolus ꝙ prædestinauit nos in adoptionem filiorum,potest referri ad imperfectã assimilationem filii dei quę habetur in hac vita per gratiam,sed melius est ꝙ referatur ad perfectã filii dei assimilationem quæ erit in patria, de qua adoptione dicitur Ro.8, Ingemiscimus adoptionem filiorũ dei expectãtes. Causa prædestinationis diuinæ,nõ est necessitas ex parte dei,nec debitum ex parte prædestinatorum,sed magis est secũdum propositum volũtatis suæ.In quo quartò cõmendatur beneficium,quia ex amore puro proueniens,quia prædestinatio secũdum rationem præsupponit electionẽ,& electio dilectionem. Duplex tamen hîc causa huius beneficii immensi assignatur. Vna est efficiens,quæ est simplex dei voluntas, ibi [Secundum propositum voluntatis suæ.] Rom.9,Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.Iac.1, Voluntariè enim nos genuit verbo veritatis suæ. Alia verò causa est finalis quæ est vt laudemus & cognoscamus bonitatem dei quæ notatur,ibi[In laudem gloriæ gratiæ suæ.] Et hoc iterum est à quo commendatur istud excellens beneficium.s. seruitium sibi conueniens. Causa enim diuinę prędestinationis,est voluntas mera dei, finis verò, cognitio eius bonitatis.Vnde notandum est ꝙ dei volũtas nullo modo habet causam,sed est prima causa omniũ.Nihilominus tamen potest ei aliqua ratio assignari dupliciter.s. vel ex parte volentis, & sic quę dã ratio diuinæ volũtatis,est eius bonitas quæ est obiectũ voluntatis diuinæ,& mouet eã.Vnde ratio omnium eorũ quę deus vult, est diuina bonitas. Pro.16, Vniuersa propter semetipsum operatus est deus. Ex parte autẽ voliti ratio diuinæ voluntatis,potest esse aliquod esse creatũ,sicut dũ vult coronare Petrum, quia legitimè certauit,sed hoc non est causa volendi,sed est causa quòd ita fiat. ¶ Sciẽdum tamẽ est ꝙ effectus,sunt ratio volũtatis diuinæ ex parte voliti, ita.s.ꝙ effectus prior sit ratio vlterioris, sed tamẽ cùm vnitur ad primũ effectũ, non potest vltra assignari aliqua ratio illius effectus nisi volũtas diuina,puta,deus vult hominẽ habere manum, vt seruiat rationi,& hominem habere rationem,quia voluit eum esse hominem, & hominem esse voluit propter perfectionem vniuersi.Et quia hîc est primus effectus in creatura, nõ potest assignari aliqua ratio vniuersi ex parte creaturæ,sed ex parte creatoris,quæ est diuina volũtas .Ergo secũdum hunc modum, nec prædestinationis potest ex parte creaturæ ratio aliqua assignari , sed solùm ex parte dei. Nam effectus prędestinationis sunt duo.s.gratia & gloria. Effectuum autem qui ad gloriam ordinãtur,potest quidem ex parte voliti assignari ratio.s.gratia:putà,Petrum coronauit,quia legitimè certauit,& hoc quia fuit ordinatus in gratia: sed gratiæ quæ est primus effectus non potest aliqua ratio assignari ex parte hominis, ꝙ sit ratio prædestinationis:quia hoc esset ponere quòd principium boni operis sit in homine ex seipso & nõ per gratiã,quod est hæresis Pelagiana, quæ dicit principiũ boni operis esse ex parte nostra. Sic ergo patet ꝙ ratio prædestinationis est simplex dei volũtas:propter quod dicit Apostolus, secũdum propositũ volũtatis suæ. ¶ Qualiter autẽ intelligatur ꝙ deus omnia facit & vult propter suam bonitatem,sciẽdum est ꝙ aliqua operari propter finem potest intelligi dupliciter.Vel propter finem adipiscẽdum,sicut infirmus accipit medicinam propter sanitatem,vel propter amorẽ finis diffundẽdi,sicut medicus operatur ꝓpter sanitatẽ alteri cõmunicãdam.Deus autẽ nullo exteriori à se bono indiget,secũdum illud Psa. Bonorũ meorũ non eges. Et ideo cùm dicitur ꝙ deus vult & facit omnia propter bonitatẽ suam,nõ intelligitur ꝙ faciat aliquid propter bonitatem sibi cõmunicãdam,sed propter bonitatem in alios diffundẽdam.Cõmunicatur autẽ diuina bonitas creaturæ rationali ꝓpriè vt ipsa rationalis creatura eã cognoscat. Et sic omnia quæ deus in creaturis rationalibus facit, creat ad laudẽ & gloriã suam,secũdum illud Esa.43, Omnẽ qui inuocat nomen meũ in gloriã meam creaui eũ, vt.s.cognoscat bonitatẽ,& cognoscẽdo,laudet eã.Et ideo subdit Apost. In laudẽ gloriæ gratiæ suæ.i.vt cognoscat cõtum deus sit laudãdus & glorificãdus.Non dicit autem,In laudẽ iustitiæ. Nam iustitia ibi locũ habet vbi inuenitur debitũ vel etiã redditur,quod autẽ prędestinatur ad vitã æternam nõ est debitũ,vt dictũ est:sed gratia purè gratis data.Nec solùm dicit,gloriæ,sed addit gratiæ,quasi gloriosæ gratiæ,quæ est gratia in qua ostẽditur magnitudo gratiæ,quæ cõsistit etiã in magnitudine gloriæ,& modo dãdi:quia nullis meritis præcedẽtibus:sed adhuc immeritis existẽtibus eam dat.Vnde Ro.5, Cõmendat autẽ deus suã charitatẽ in nobis,quoniã si eũ adhuc peccatores essemus secũdum tẽpus Christus pro nobis mortuus est,&c. Et parũ pòst,Cùm inimici essemus,reconciliati sumus deo. Patet ergo ꝙ prædestinationis diuinæ nulla alia causa est,nec esse potest,q̃ simplex dei volũtas.Vnde patet etiã ꝙ diuinæ volũtatis prædestinãtis nõ est alia ratio q̃ diuina bonitas filiis cõmunicãda. Lectio 2.

Duplex est similitudo prædestinatorũ ad filiũ dei.

Diuina voluntas nullã habet causam.

Ratio potest assignari diuinæ voluntati Hæc nota pro prædestinatione.

IN qua gratificauit nos in dilecto filio suo;in quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius.

¶ Hîc apponit Apostolus quartũ beneficium.s.gratificationis in collatione gratiæ. Circa quod duo facit. Primò tãgit huius beneficii collationem.Secũdò ostẽdit conferẽdi modum & cõditionem,ibi[In quo habemus redẽptionem,&c.] Dicit ergo primò,Ego dico ꝙ prædestinati sumus in adoptionem filiorũ in laudem glorię gratię suæ,& dico gratiã in qua gratificauit nos,&c. Circa quod sciẽdum est ꝙ idem est aliquid esse gratũ alicui & esse dilectũ ei.Ille enim est mihi gratus quẽ diligo.Cùm ergo deus dilexerit nos ab æterno:nam elegit nos ante mũdi cõstitutionem in charitate,sicut dictũ est:quomodo ergo in tẽpore gratificauit?Et dicẽdum est ꝙ illos quos ab æterno in seipso dilexit,in tẽpore prout sunt in naturis propriis gratificat:& illud quidẽ quod ab æterno est,factũ non est,quod verò in tẽpore est,fieri dicitur.Vnde hic Apost. dicit,Gratificauit.i.gratos fecit ꝙ simus digni dilectione sua.1.Io.3,Videte qualem charitatem dederit nobis deus pater,vt filii dei nominemur,& simus. Cõsueuit autẽ distingui duplex gratia.s.gratis data,quę sine meritis datur.Ro.11,Si autẽ gratia,iam nõ ex operibus,aliquin gratia,iam nõ est gratia:& gratia gratũ faciẽs, quæ nos facit deo gratos & acceptos de qua dicitur hîc.Notãdum est autẽ ꝙ aliqui diliguntur propter aliũ, & aliqui propter seipsos.Cùm enim aliquem multũ diligo,diligo illũ,& quicquid ad illũ pertinet: nos autẽ â deo diligimur,sed nõ propter nosipsos,sed in eo qui per seipsum dilectus est patri.Et ideo Apost.addit,In dilecto filio,pro quo.s.nos diligit inquãtum sumus ei similes. Dilectio eñ fundatur sup similitudine.Vnde dicitur Eccl.13,Omne animal diligit sibi simile.Filius autẽ est per naturã suam similis patri.Et ideo principaliter & per se dilectus est,& ideo naturaliter & excellẽtissimo modo est patri dilectus.Nos autẽ sumus filii per adoptionem,inquãtum.s.sumus cõformes filio eius,& ideo quãdam participationẽ diuini amoris habemus.Ioan.3,Pater diligit filiũ,& omnia dedit in manu eius,qui credit in filiũ habet vitam æternã. Col.1, Trãstulit nos in regnũ filii dilectionis suæ. ¶ Deinde cùm dicit[In quo habemus redẽptionem,&c.]Ponit modũ ipsius.Circa hoc autem duo facit. Quia primò proponit modum ex parte Christi. Secũdò ex parte dei,ibi[Secũdum diuitias gratiæ eius,&c.]Ex parte Christi ponit duplicẽ modũ:nam Christus per duo nos gratificauit.Sunt enim duo in nobis qui repugnãt gratificationi diuinę.s.peccati macula & pœnę noxa.Et sicut mors repugnat vitæ,ita peccatum repugnat iustitiæ,ita vt per hoc elõgati à dei similitudine,deo grati nõ essemus.Sed per Christũ nos gratificauit.Primò quidẽ ablata pœna,& q̃tum ad hoc, dicit ꝙ in Christo habemus redẽptionem.s.à seruitute peccati.1.Pet.1,Nõ corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis,sed prętioso sanguine,&c. Apoc.5,Redemisti nos deo in sanguine tuo.Secũdò dicimur redẽpti,quia à seruitute qua ꝓpter peccatũ detinebamur, nec per nos plenè satisfacere poteramus,per Christũ liberati sumus:quia moriẽdo pro nobis satisfecit deo patri.&tic abolita est noxa culpæ.Vnde dicit,In remissionem peccatorũ.Io.1,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mũdi. Luc.vlt. Oportebat Christũ pati & resurgere à mortuis die tertia,& prædicari in nomine eius pœnitẽtiam & remissionem peccatorũ. ¶ Modus autẽ ex parte dei ponitur,cùm dicit [Secũdum diuitias,&c.]q.d. ꝙ deus gratificãs nos,nõ solùm culpã remisit nobis,sed filiũ suum dedit,qui pro nobis satisfecit:fuit ex superabundãti gratia qua voluit per hoc honorem humanæ naturæ cõseruare, dum quasi per iustitiã homines à seruitute peccati & mortis voluit liberare per mortẽ filii sui.Et ideo dicit, Secũdum diuitias gratiæ eius.q.d. Hoc quòd redẽpti sumus & gratificati sumus per satisfactionem filii eius,fuit ex abundãti gratia & misericordia, prout immeritis tribuitur misericordia & miseratio.Hæc autem quæ dicta sunt, professi sumus secũdum expositionem glosę:quę quidẽ expositio videtur extorta,quia idem cõtinetur in vno quod in alio.Nã idem est dictũ,elegit nos & prædestinauit nos.Et idem dicitur per hoc quod dicit,vt essemus sancti & immaculati,& per hoc quod dicit, in adoptionem filiorũ.Propter quod sciẽdum est ꝙ est cõsuetudo Apostoli, vt cũ loquitur in aliqua difficili materia,q̃ immediatè sequũtur, sunt præmissorũ expositio, nec est ibi inculcatio verborũ,sed expositio & hũc modum seruat hîc Apost. Vnde seruato eodem verborũ põdere aliter à principio dividamus,& dicamus ꝙ pars ista,Benedictus deus,&c. diuiditur primò in tres partes: quia Apostolus primò reddit gratiarũ actionem,ibi[Benedictus deus,&c.] Secũdò recitat omniũ beneficiorũ simul largitionem,ibi [Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali,&c.]Tertiò ponit diuinorũ beneficiorũ in speciali apertã expressionem,ibi[Sicut elegit,&c.]Et hæc diuiditur in duas partes:quia primò beneficia distinctè exprimit.Secũdò ea exponit,bi[Qui prædestinauit nos, & c.]Explicat autem beneficia.Primò q̃tum ad electionem.Secundò q̃tum ad ea quæ sequũtur,ibi[Vt essemus sancti,&c.] Exponit autẽ primò de electione.Est enim duplex electio.s.prędestinationis æternæ:de prima,Io.6,Nõne duodecim vos elegi,& vnus ex vobis diabolus est?Et de hac Apost.nõ intendit hîc, quia ista nõ fuit ante mũdi cõstitutionem,& ideo statim manifestat de qua intelligit:quia de secũda.s.de ęterna prędestinatione ꝓpter quod dicit[Prædestinauit nos,&c.]Et quia dicit,In Christo.s.vt Christo essemus similes & cõformes,secũdum quod adoptamur in filios:ideo subdit,In adoptionem filiorũ per Iesum Christum.Hoc verò quod dixit,In charitate,exponit,cũ dicit, In quo habemus redẽptionem per sanguinẽ eius.q.d. Nos habemus,&c. Quod verò dicit,Et immaculati,exponit,cũ dicit,In remissionem peccatorũ.Hoc verò quod dicit, In conspectu eius,exponit,dicẽs,in laudem gloriæ gratiæ suæ. Lectio 3.

Quartũ beneficiũ commune.s.gratificationis ponitur. s. s.redẽptionis. & 6.s. peccatorũ remissiõis.

Melior expositio est bonũ notabile.

Ponũtur apostolorum singularia beneficia q̃tũ ad sapiẽtiæ excellentiã et sacramẽti absconditi reuelationẽ,exponẽdo qd sit illud sacramẽtũ absconditum à seculis.

QVæ superabũdauit in nobis in omni sapientia & prudentia,ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suæ, secũdum beneplacitum eius quod proposuit in eo,in dispensatione plenitudinis temporum,instaurare omnia in Christo,quæ in cælis & quæ in terra sunt,in ipso.

¶ Positis beneficiis cõmuniter omnibus collatis:hîc Apost.ponit beneficia specialiter apostolis collata.Diuiditur autẽ hæc pars in duas,quia primò proponit beneficia singulariter apostolis collata. Secũdò ostẽdit causam eorũ,ibi[In quo & nos sorte vocati,&c.] Circa primũ tria facit:quia primò proponit singularia apostolorũ beneficia q̃tum ad excellẽtiam sapientiæ.Secũdò q̃tum ad specialem reuelationẽ sacramẽti absconditi,ibi[Vt notũ faceret,&c.]Tertiò exponit quod sit illud sacratissimũ,ibi[Secũdum beneplacitũ,& c.] Dicit ergo primò, Dico ꝙ secũdum diuitias gratiæ eius omnes fideles cõmuniter tam vos q̃ nos habemus redẽptionẽ & remissionem peccatorũ per sanguinem Christi, quæ quidẽ gratia superabũdauit in nobis.i. abũdantius fuit q̃ in aliis.Ex quo apparet temeritas illorũ (vt nõ dicã error)qui aliquos sanctos præsumũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõparare apostolis in gratia & gloria. Manifestè enim patet ex verbis istis q̃ apostoli habẽt gratiã maiorẽ q̃ aliqui alii sancti post Christũ & virginẽ matrẽ. Si verò dicatur alios sanctos tãtum mereri posse q̃tum & apostoli meruerũt,& per cõsequens tãtam gratiã habere. Dicẽdum est q̃ bene argueretur si gratia pro meritis daretur,quòd si ita esset,iam non esset gratia:vt dicitur Ro.11,Et ideo sicut deus præordinauit aliquos sanctos ad maiorẽ dignitatem,ita & abundãtiorem gratiã eis infudit,sicut Christo homini quem ad vnitatem personæ assumpsit,cõtulit gratiã singularem. Et gloriosam virginem Mariã,quam in matrem elegit,& q̃tum ad animã,& q̃tum ad corpus gratia impleuit,& sic apostolos,sicut ad singularem dignitatẽ vocauit, ita & singularis gratiæ priuilegio dotauit:propter quod dicit Apost. Ro.8,Nosipsi primitias spiritus habẽtes. Glo. tẽpore prius,& cæteris abundãtius. Temerariũ est ergo aliquem sanctũ apostolis cõparare. Superabũdauit ergo gratia dei in apostolis in omni sapiẽtia. Nã apostoli ppositi sunt ecclesiæ sicut pastores. Hie. 3, Dabo vobis pastores secũdũ cor meũ,& pascẽt vos sciẽtia & doctrina. Duo autẽ spectãt ad pastores. s. vt sint sublimes ĩ cognitione diuinorũ,& industrii in actione religionis. Nã subditi instruẽdi sunt in fide & ad hoc necessaria est sapiẽtia,q̃ est cognitio diuinorũ,& q̃tum ad hoc,dicit,In omni sapiẽtia. Lu.21,Ego dabo vobis os & sapiẽtiam cui nõ poterũt resistere nec eõtradicere omnes aduersarii vestri. Item gubernãdi sunt subditi in exteriorib⁹,& ad hoc necessaria est prudẽtia. Mat.10,Estote ergo prudẽtes,&c. Sic ergo apparet beneficiũ apostolorũ q̃tum ad excellẽtiam sapiẽtiæ. ¶ Sequitur eorũ beneficiũ q̃tum ad excellẽtiam reuelationis,ibi[Vt notũ faceret sacramẽtum,&c.]q.d. Sapiẽtia nostra nõ est,vt sciamus naturas rerũ,& syderũ cursus,& huiusmodi,sed in solo Christo. 1.Cor.2,Nõ enim iudicaui me scire aliquid inter vos,nisi Christũ Iesum,&c. Vnde hic dicit,Vt notũ faceret sacramẽtum. i. sacrum secretũ. s. mysteriũ incarnationis,quod fuit ab initio abscõditũ. Causam autem huius sacramẽti abscõditi subdit,dicens,Volũtatis. Nam effectus futuri nõ cognoscũtur,nisi cognitis causis suis,sicut eclipsim futurã nõ cognoscimus,nisi cognoscẽdo causam eius. Cùm ergo causa mysterii incarnationis sit volũtas dei:quia ꝓpter nimiã charitatem quã deus habuit ad homines,voluit incarnari. Io.3,Sic enim deus dilexit mũdum,vt filiũ suũ vnigenitũ daret. Volũtas autẽ dei occultissima est. 1.Cor.2,Quę dei sunt,nemo nouit,nisi spiritus dei. Causa ergo incarnatiõis occulta fuit,nisi quibus deus reuelauit per spiritum sanctũ:sicut Apost. dicit 1.Cor.2. Dicit ergo,Vt notũ faceret sacramentũ. i. sacrum secretum,quod ideo est secretum,quia voluntatis suæ. Mat.11, Confiteor tibi domine pater cæli & terræ,quia abscõdisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus,& reuelasti ea paruulis. Item Col.1, Mysterium quod abscõditum fuit à seculis & generationibus:nũc autẽ manifestatũ est sanctis eius,quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramẽti huius. Quid autẽ sit hoc sacramentũ exponit,dicẽs,Secũdum beneplacitũ, &c. Quæ quidẽ sentẽtia intricata est,& debet sic cõstrui,Vt notũ faceret,&c. Quod quidẽ sacramẽtum est instaurare omnia in Christo. i. per Christũ. Omnia dico quę in cęlis & in terra sunt. Instaurare,inquã,in eo s. Christo,cum dispẽsatione plenitudinis tẽporũ,& hoc secũdum beneplacitũ eius. Vbi tria tãgit. s. sacramẽti causam,tẽporis cõgruitatem,& sacramẽti vtilitatem. Causam quodãmodo tãgit,cùm dicit,Secũdum beneplacitum. Licet autẽ quicquid deo placet,bonum sit:hoc tamen beneplacitum dei anthonomazicè bonũ dicitur,quia per ipsum ad perfectã fruitionem bonitatis perducimur. Psal. Beneplacitũ est domino super timẽtes eum. Ro.12,Vt probetis quæ sit volũtas dei bona & beneplacens & perfecta. Cõgruitas tẽporis fuit in dispẽsatione plenitudinis,de qua dicitur Gal.4, Vbi venit plenitudo tẽporis misit deus filiũ suum factũ ex muliere. Vnde Apost. hìc excludit quęstionem friuolã,quam Gẽtiles quęrere cõsueuerũt:vt enim dicitur Iob 24,Ab omnipotẽte nõ sunt abscõdita tẽpora. Vnde sicut omnia ordinat & dispensat,ita & tẽpora dispensando & accõmodãdo ea effectibus quos producit secũdum cõgruentiam eorum. Sicut autem aliis affectibus ab eo productis tempora ordinata sunt:ita & certum tẽpus pręordinauit ab æterno mysterio incarnationis:quod quidem tẽpus secũdum glo. existens fuit postq̃ homo cõuictus fuit de sua insipientia ante legem scriptã,dum. s. creaturas collebat,vt creatorem:vt dicitur Rom.1,Dicentes se esse sapientes,stulti facti sunt:& de impotentia per legem scriptã,quam implere nõ poterat: vt sic homines aduentũ Christi de suæ sapientia & virtute nõ præsumentes,nõ contẽrent:sed quasi infirmi & quodãmodo ignari,Christum auidius affectarent. ¶ Et effectus huius sacramenti est instaurare omnia. Nã inquantum facta sunt propter hominem omnia instaurari dicuntur. Amos 9,Suscitabo tabernaculũ Dauid quod cecidit,& reędificabo aperturas murorũ eius,& ea quæ corruerũt,instaurabo. Omnia,inquã,quæ in cælis. i. angelos:non q̃ pro angelis mortuus sit Christus,sed quia redimendo hominem,reintegratur ruina angelorũ. Psal. Impleuit ruinas, &c. Vbi cauendus est error Origenis, ne per hoc credamus angelos dãnatos redimendos esse per Christũ, vt ipse finxit. Et quæ in terris,inquantum cælestia terrenis pacificat. Col.1,Pacificans per sanguinem crucis eius,siue quæ in terris,siue quæ in cælis sunt:quod est intelligendum quãtum ad sufficientiam,& sic omnia nõ restaurẽtur quãtum ad efficaciam.

Lectio 4.

Ostendit Apostolus nõ ex meritis,sed gratia dei accepisse excellentiã beneficiorũ,proponendo gratuitã vocationẽ volũtariã p̃destinationẽ & viri usque finẽ. Quid sit sors.

IN quo etiam nos sorte uocati sumus prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum cõsilium uoluntatis suæ:ut simus in laudem gloriæ eius,nos qui antè sperauimus in Christo.

¶ Suprà posuit Apost. abundãtiam gratiæ,quam ipse & alii apostoli à Christo receperunt:ne autem crederet aliquis eos propriis meritis eam recepisse:ideo cõsequenter ostendit q̃ gratis eam receperunt, vocati à deo nõ propriis meritis. Diuiditur autẽ pars ista in tres:quia primò proponit gratuitã vocationem. Secũdò volũtariam dei prędestinationem,ibi[Prędestinati secũdum propositũ eius,&c.]Tertiò vtriusq; finem,ibi [Vt simus in laudẽ gloriæ eius,&c.]Dicit ergo,Dixi q̃ huiusmodi gratia superabundauit in nobis, & q̃ in Christo omnia restaurata sunt. In quo etiã. i. per quem Christũ nos sorte sumus vocati. i. nõ nostris meritis, sed diuina electione. Col.1,Gratias agẽtes deo & patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum,in lumine,&c. Psal. In manibus tuis sortes meæ. ¶ Ad huius autẽ intellectũ sciẽdum est q̃ multa fiũt inter homines,quæ fortuita vidẽtur & cõtingentia:quæ tamen sunt secũdum diuinã prouidẽtiam ordinata. Sors nihil aliud est,q̃ exquisitio prouidẽtiæ diuinæ de aliquo cõtingenti & humano. Vnde Aug. super illud Psal. In manibus tuis sortes meæ. Dicit q̃ sors nõ est aliquod malum,sed in rebus dubiis diuinam exquirẽs voluntatem. Est autẽ in sortibus triplex peccatũ vitãdum. Primò quidem superstitionis: nam omnis vana & illicita

religio superstitio est. Tunc ergo in sortibus incurritur peccatũ illicitę superstitionis, quando in eis initur aliquod pactum cum dæmonibus. Vnde dicitur Eze.21, Stetit rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum diuinationem quærens,cõmiscens sagittas. Interrogauit,idola,exta consuluit. Cõmiscere enĩ sagittas ad sortilegiũ pertinet & interrogare idola ad superstitionem. Et ibi sortilegiũ dãnatur inter peccata ad superstitionẽ pertinentia. Secũdò vitandum est peccatũ tentationis dei,nã quãdiu per se homo aliquid potest facere & scire quid debeat facere,si tunc à deo sorte vel aliquo alio loco tali explorat quid facere debeat,deũ tentat. Quando autẽ necessitas imminet neque ipse per seipsũ iuuari potest,tunc licitè à deo inquirit quid facere debeat. 2.Paralip.20,Cũ ignoremus quid agere debeamus, hoc solũ habemus residuũ vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertiò vitandũ est peccatũ vanitatis:quod fit si de inutilibus & impertinentibus ad nos inquiramus,vt puta,de futuris cõtingentibus. Vnde dicitur Act.1,Non est vestrũ nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate. Potest ergo secundũ hoc triplex sors accipi. s. quædã diuisoria,quædã consultoria,& quædã diuinatoria. Diuisoria est cum aliqui diuidentes hæreditatẽ & concordare non valentes mittunt sortes,puta,anulũ,vel cartam:vel aliquid tale ostendendo dicentes,ille cuicunq; euenerit,habebit partem istã in hæreditate. Et huiusmodi sortes possunt mitti licitè,Prouer.18, Contradictiones cõprimit sors: & inter potẽtes quoq; diiudicat. i. inter volentes diuidere. Consultoria autẽ fit quando quis dubitãs quid facere debeat consulit deũ mittens sortes. Ionæ 1.dicitur, Quòd quãdo superuenit tẽpestas illa in mari consuluerunt deũ sortem mittentes,vt scirent cuius peccato tẽpestas illa veniisset. Et hìc modus licitus est,maximè in necessitatibus,& in electionibus potestatũ secularium. Vnde faciunt rotulos de cera in quorum quibusdã ponunt aliquas cartas & in quibusdã non,quos bussulos vocant,vt illi quibus veniunt bussuli cum cartis habeant voces in electione. Sed hoc ante aduentũ spiritussancti,apostoli fecerũt etiam in electione spirituali. Act.1.quãdo sors cecidit super Mathiã:sed hoc post aduentũ spiritussancti,amplius non licet in prædictis electionibus,quia hoc faciendo iniuriaretur spiritui sancto. Credendũ est enim q̃ spiritussanctus prouidet ecclesiæ suæ de bonis pastoribus. Vnde post aduentũ spiritussancti quãdo apostoli elegerunt sępè dyaconos non miserunt sortes,& ideo in nulla electione ecclesiastica hoc modo licet. Diuinatoria autẽ sors est inquisitio de futuris soli diuinæ cognitioni reseruatis. Et hæc semper habet vanitatem admixtã,nec potest sine vitio curiositatis fieri. Quia ergo sors nihil aliud est quã inquisitio rerũ quæ ex diuina voluntate fiunt:gratia autem eius ex sola diuina voluntate dependet. Inde est q̃ gratia diuinę electionis dicitur sors,quia deus per modũ sortis secundum occultam prouidentiã,non ex alicuius meritis,per gratiam internã vocat. ¶ Deinde cùm dicit [Prædestinati,&c.] ponit voluntariã dei prædestinationem de qua dicitur Ro.8,Quos prædestinauit hos & vocauit. Cuius quidẽ prædestinationis ratio non sunt merita nostra,sed mera dei voluntas,propter quod subdit,Secundũ propositum eius. Ro.8, Scimus quoniã diligentibus deum omnia cooperãtur in bonum,his qui secundũ propositum vocati sunt sancti. Quòd autem secundũ propositum prædestinauerit,probat:quia nõ solùm hoc,sed etiã omnia alia quæ deus facit operatur secundũ consilium voluntatis suæ. Psal. Omnia quæcũq; voluit dominus fecit. Esa.46,Consiliũ meum stabit & omnis voluntas mea fiet. Non autẽ dicit secundum voluntatem,ne credas q̃ sit irrationabilis, sed secundum consiliũ voluntatis suæ. i. secundum voluntatẽ suam quæ est ex ratione, non secundum q̃ ratio importat discursum,sed secũdum q̃ designat certã & deliberatã volũtatem. ¶ Vltimo autem tãgit finem vtriusq;. s. prædestinationis & vocationis. s. laudem dei. Vnde dicit,Vt simus in laudẽ gloriæ eius nos qui antè sperauimus in Christo,& per nos qui credimus in Christo laudetur gloria dei. Esa.55, Montes & colles cantabunt corã vobis laudem. Laus autem gloriæ dei(vt dicit Ambrosius) est cùm multi acquiruntur ad fidem,sicut gloria medici est cùm multos acquirit & curat. Eccle.2,Qui timetis dominũ sperate in illum,& in oblectatione veniet vobis misericordia.

In sortibus triplex peccatum.

Lectio 5.

IN quo & uos,cùm audiuissetis uerbũ ueritatis(euangelium salutis uestræ)in quo & credẽtes signati estis spiritu promissionis sancto,qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis,in laudem gloriæ ipsius.

Tria beneficia Ephesiis exhibita numerãtur .s. prædicationis,cõuersionis,& iustificationis

¶ Postq̃ enarrauit Apostolus beneficia collata cõmuniter omnibus fidelibus exhibita specialiter Apostolis: hìc autem enumerat beneficia ipsis Ephesiis collata. Diuiditur autẽ pars ista in duas,quia primò proponit beneficia eis exhibita. Secũdò insinuat affectũ suum & ipsis beneficiis excitatum,ibi [Propterea & ego audiens,&c.]Prima iterũ in tres diuiditur secũdum tria beneficia eis exhibita:quia primò proponit beneficium prędicationis. Secundò beneficium cõuersionis ad fidem,ibi[In quo & credẽtes signati estis.]Tertiò beneficium iustificationis,ibi[Signati estis,&c.]Dicit ergo q̃tum ad primũ,In quo. s. Christo & vos cũ audiuisletis. i. cuius beneficio & virtute audiuistis verbũ veritatis. i. verbũ prædicationis,inquãtum ipse Christus ad vos prædicatores misit. Ro.10,Quomodo audient sine prædicãte? quomodo verò prędicabunt,nisi mittãtur. Item eodẽ infrà,Ergo fides ex auditu,auditus autẽ per verbũ dei. Eius ergo beneficio audiunt qui prædicatores eis mittit. Luc.11,Beati qui audiunt verbũ dei & custodiunt illud. ¶ Hoc verbum prædicationis tripliciter cõmendat Apost. Primò à veritate,cùm dicit,Verbũ veritatis,Quippe quia accipit originem à Christo:de quo dicitur Ioã.17, Sermo tuus veritas est. Iac.1,Volũtariè genuit nos verbo veritatis suæ. Secundò quia est annũtiatio bona. Vnde dicit,Euãgeliũ,quod quidem annuntiat summũ bonum & vitã æternam:& anthonomazicè verbum fidei,euãgelium dicitur,quia annuntiatio summi boni. Esa.52,Quàm pulchri pedes annũtiantis & prædicãtis pacẽ,annuntiãtis bonum,prædicãtis salutem. Eodem 41,Super mõtem excelsum ascẽde tu qui euãgelizas Syon. Et hoc est q̃tum ad futura bona. Tertiò describitur & cõmendatur q̃tum ad bona præsentia,quia saluat. Vnde dicit[Salutis vestræ].i. quod creditum dat salutem. Ro.1, Nõ enim erubesco euãgelium:virtus enim dei est in salutẽ omni credẽti. 1.Co.15,Notũ autẽ vobis facio fratres euãgelium quod prędicaui vobis,quod & accepistis,in quo & statis,per quod & saluamini. ¶ Quantũ autẽ ad beneficiũ cõuersionis ad fidem,dicit,In quo. s. Christo. i. in cuius operatione vos credẽtes signati estis. Quod quidẽ beneficiũ ideo apponitur fidei,quia fides necessaria est audiẽtibus. Frustrà enim quis audiret verbũ veritatis,si nõ crederet,& ipsum credere est ꝓ Christũ:infrà 2, Gratia enim estis saluati per fidẽ. Et hoc nõ ex vobis,donũ enim dei est. ¶ Quãtum verò ad beneficiũ iustificationis,dicit[Signati estis.]Et

hoc per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt vobis,de quo dixit tria.ſ. quòd eſt ſignũ,& quòd eſt ſpiritus promiſſionis,& quòd eſt pignus hęreditatis.Signũ quidẽ eſt inquãtũ per eũ infunditur charitas in cordib⁹ noſtris qua diſtinguimur ab his qui non ſunt filii dei,& quãtũ ad hoc dicit,Signati eſtis.i.diuiſi à grege diaboli. Infrà 4,Nolite contriſtare ſpiritũ ſanctũ dei in quo ſignati eſtis ,&c. Sicut enĩ homines gregibus ſuis apponunt ſigna vt ab aliis diſtingãtur,ita dominus gregem ſuũ.i.populũ ſuum ſpirituali ſigno voluit ſignari: dominus autẽ populũ peculiarẽ habuit, in veteri quidem teſtamento Iudæos.Ezech.34,Vos autẽ greges mei greges paſcuæ meæ homines eſtis.Vnde Pſa.Nos autẽ populus eius,& oues paſcuæ eius.Sed quia hĩc grex in paſcuis corporalib⁹ paſcebatur.ſ.in doctrina corporali & in bonis tẽporalibus.Eſa.1,Si voluerítis & audieritis me,bona terræ comedetis:ideo eum dominus corporali ſigno.ſ.circũciſionis ab aliis ſeparauit &diſtinxit.Gen.17,Eritq; pactũ meum in carne veſtra.Prius autẽ dicitur,Circũcidetis carnem præputii veſtri, vt ſit ſignũ fœderis inter me & vos.In nouo autẽ teſtamẽto gregẽ habuit populũ Chriſtianum.1.Pe.2,Cõuerſi eſtis nũc ad paſtorem & epiſcopũ animarum veſtrarũ.Io.10,Oues meæ vocem meã audient,&c.Sed grex iſte paſcitur in paſcuis doctrinæ ſpiritualis & ſpiritualib⁹ bonis:ideo cũ ſigno ſpirituali ab aliis dñs diſtinxit: hoc autem eſt ſpirituſſanctus,per quem illi qui Chriſti ſunt,diſtinguntur ab aliis qui non ſunt eius: quia autẽ ſpirituſſanctus amor eſt, ergo tũc ſpirituſſanctus datur alicui quãdo efficitur amator dei & proximi.Ro.5,Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ,&c.Signũ ergo diſtinctionis eſt charitas,quæ eſt à ſpiritu ſancto.Io.13,In hoc cognoſcent omnes,quia mei diſcipuli eſtis ſi dilectionem habueritis adinuicẽ.Spiritus ergo ſanctus eſt quo ſignamur. ¶ Spiritus verò promiſſionis dicitur triplici ratione. Primò quia promiſſus eſt fidelibus.Ezec.36,Spiritũ nouum ponã in medio veſtri.Et Eze.37, Dabo vobis ſpiritũ nouum.Secũdò quia datur cũ quadã promiſſione,ex hoc enim ipſo quod datur nobis,efficimur filii dei. Nã per ſpiritũ ſanctũ efficimur vnũ cũ Chriſto.Ro.8,Si quis autẽ ſpiritũ dei nõ habet,hĩc nõ eſt eius, & per cõſequens efficimur filii dei adoptiui,ex quo habemus promiſſionẽ hęreditatis æternę:quia ſi filii,& hæredes.Ro.8,Tertiò dicitur pignus,inquãtum facit certitudinem de promiſſa hæreditate.Nã ſpirituſſanctus inquãtum adoptat in filios dei,eſt ſpiritus promiſſionis,& ipſemet eſt ſignũ promiſſionis adipiſcẽdæ. Sed vt dicitur in glo.alia litera habet,Qui eſt arra hęreditatis:& fortè melius,quia pignus eſt aliud à re pro qua datur,& redditur poſtq̃ ille qui pign⁹ recipit,rẽ ſibi debitã recipit. Arra autẽ non eſt aliud à re pro qua datur,nec redditur:quia datur de ipſo pretio,quod nõ eſt auferẽdũ,ſed cõplẽdũ.Deus autẽ dedit nobis charitatem tanq̃ pignus,per ſpiritum ſanctũ,qui eſt ſpiritus veritatis & dilectionis. Et ideo huiuſmodi non eſt aliud q̃ quædã particularis & imperfecta participatio diuinæ charitatis & dilectionis, quæ quidem non eſt auferẽda ſed pficiẽda ideo magis propriè dicitur arra q̃ pignus. Tamen poteſt nichilominus & pignus dici. Nã per ſpiritũ ſanctũ deus nobis diuerſa dona largitur,quorũ quædã manẽt in patria,vt charitas quæ nunq̃ excidit.1. Cor.13.quædã verò propter ſui imperfectionẽ non manent,ſicut fides & ſpes,quæ euacuabuntur vt ibidẽ dicitur.Sic ergo ſpirituſſanctus dicitur,arra per reſpectũ ad ea quæ manẽt:pignus verò per reſpectũ ad ea quæ euacuabuntur.Ad quid autẽ ſignati ſumus ſubdit,dicens,In redemptionẽ.Nam ſi aliquis de nouo aliqua animalia acquireret & adderet gregi ſuo imponeret eis ſigna acquiſitionis illius. Chriſt⁹ autẽ acquiſiuit populũ ex Gẽtibus.Io.10,Alias oues habeo quæ nõ ſunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere,&c.Et ideo impreſsit eis ſignũ acquiſitionis.1.Pe.2,Gens ſancta,populus acquiſitionis.Act.20, Quã acquiſiuit ſanguine ſuo.Sed qa Chriſtus acquiſiuit populũ iſtum,nõ ſic q̃ nunq̃ fuerit ſuus,ſed quia aliquãdo fuerat ſuus,ſed opprimebatur à ſeruitute diaboli,in quã peccãdo ſe redegit,ideo nõ dicit ſimpliciter,acquiſiuit,ſed addit,In redẽptionem.q.d. Nõ ſimpliciter de nouo acquiſiti,ſed quaſi à ſeruitute diaboli p ſanguinem eius redẽpti.1.Pe.1,Nõ corruptibilibus auro & argẽto redẽpti eſtis,&c.Acquiſiuit ergo Chriſtus nos redimẽdo,nõ q̃ accreſcat inde aliquid deo:quia bonorũ noſtrorum nõ indiget.Iob 35, Si iuſtè egeris,quid donabis ei?aut quid de manu tua recipiet?Ad quid autẽ acquiſiuerit nos Chriſtus,ſubdit,In laudẽ glorię ipſius.i.vt ipſe deus laudetur.Eſa.43,Qui inuocat nomẽ meum in gloriã meam creaui eum. Lectio 6.

Oſtenditur affect⁹ Pauli ad Epheſios augmẽtatus præmittẽdo bona quæ de ipſis audiuit & agendo gratias de perceptis beneficiis,ſimul orando p aliis beneficiis recipiendis.

PRoptereà & ego audiens fidem veſtrã quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos, nõ ceſſo gratias agẽs pro vobis,memoriã veſtri faciẽs in orationibus meis,ut deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ, det vobis ſpiritũ ſapiẽtiæ & reuelationis,in agnitionẽ eius,illuminatos oculos cordis veſtri,ut ſciatis quæ ſit ſpes uocationis eius & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & q̃ ſit ſupereminẽs magnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus.

¶ Poſtquam enumerauerit Apoſtolus beneficia Epheſiis collata per Chriſtum:hĩc oſtendit quomodo affectus ſuus creuit ad eos.Diuiditur autẽ hæc pars in tres partes,quia primò præmittitur bonorum quæ audiuit de eis cõmemoratio.Secũdò de perceptis beneficiis gratiarũ debita actio,ibi[Non ceſſo gratias agens &c.]Tertiò ſubditur pro futuris beneficiis eius oratio,ibi[Memoriam veſtri faciens &c.]Bona autem quę de eis audiuit,ſunt duo,vnum quo ordinantur ad deum,& hoc eſt fides.Et quantum ad hoc dicit[Propter ea & ego audiẽs fidẽ veſtram que eſt in Chriſto Ieſu:]quę quidem facit habitare deum in homine.infrà 3, Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.Item corda purificat.Act.15,Fide purificans corda eorũ. Item ſine lege iuſtificat.Rom.3,Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.Secundum quod ordinãtur ad proximũ,& hoc eſt dilectio.& quãtum ad hoc dicit,Et dilectionem.i.opera charitatis, quæ quidem dilectio eſt ſpirituale ſignum quod homo ſit diſcipulus Chriſti. Io.13,In hoc cognoſcent omnes,quia mei eſtis diſcipuli,ſi dilectionẽ &c.Et ibidem,Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicẽ &c. dilectionẽ,dico,in omnes ſanctos.Nam omnes quos ex charitate diligimus debemus eos diligere vel ideo quia ſancti ſunt:vel vt ſancti ſint.Gal.vl.Dum tẽpus habemus operemur bonum ad omnes maximè aũt ad domeſticos fidei &c. ¶ Deinde cùm dicit [Non ceſſo &c.]agit Apoſtolus gratias de bonis & beneficiis huiuſmodi auditis dicens,Non ceſſo gratias agens &c. Contrà,quia non ſemper poterat continuè pro eis gratias agere.Reſpondeo,Apoſt.dicit,non ceſſo.i.horis debitis,vel nõ ceſſo,quia affect⁹ gratias agendi pro vobis ſine ceſſatiõe habitualiter eſt in me.Col.1,Non ceſſamus pro vobis orãtes & poſtulãtes &c.Rom.1. Sine intermiſſione memoriã veſtri facio ſemper in orationibus meis. ¶ Conſequenter orat Apoſtolus pro beneficiis eis in futurum concedendis.& quantũ ad hoc dicit,Memoriã veſtri &c.Et hęc diuiditur in tres:

quia primò proponit quædam quæ eis petit.Secundò exponit ea,ibi[In agnitionem eius,&c.] Tertiò oſtẽdit exemplar & formam illorum,ibi[Secundum operationem potẽtiæ,&c.] Dicit ergo quantũ ad primũ, Non ſolũ gratias ago quãtum ad beneficia præterita quæ recepiſtis & quantũ ad bona audita de vobis,ſed etiã oro vt omnino in futurũ accreſcãt.Memoriã veſtri faciens in orationibus meis pro his.ſ.vt deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater glorię,&c. ¶ Vbi ſciendũ q̃ dominus noſter Ieſus Chriſtus& deus & homo eſt. Et inquãtũ homo eſt,deũ habet cũ ſit cõpoſitus ex anima & corpore quorũ vtriq;,cũ ſint creaturæ,cõpetit deũ habere:ſecundũ autẽ q̃ deus eſt,patrẽ habet.Io.20,Aſcendo ad patrẽ meũ & patrẽ veſtrũ:deũ meũ & deũ veſtrũ.Similiter etiam ſecundũ quòd eſt deus:eſt gloria patris.Hebręorũ 1.Qui cũ ſit ſplendor glorię &c.Eſt etiã gloria noſtra:quia ipſe eſt vita æterna.1.Io.vlt.Simus in verò filio eius,hĩc eſt verus deus:& vita æterna.Sic ergo dicit,vt deus domini noſtri Ieſu Chriſti,ſecundũ q̃ eſt homo:& pater eiuſdẽ ſecundũ q̃ eſt deus,pater,inquã,glorię.ſ.Chriſti q̃ eſt gloria eius.Pro.23,Gloria patris filį⁹ ſapiẽs, &c.& glorię noſtrę, inquãtũ dat oĩbus gloriã. ¶ Deinde cũ dicit[Det vobis,&c.]ponit ea quę petit que ſunt duo. Vbi ſciendũ eſt quòd quędã ſunt dona cõmunia omnib⁹ ſãctis.ſilla quę ſũt neceſſaria ad ſalutẽ,vt fides,ſpes,charitas, & hęc habebãt:vt iã patet.Alia autẽ ſunt dona ſpecialia,& quantũ ad hoc pro eis orat:primò quidẽ pro dono ſapientiæ:& quantũ ad hoc dicit[Vt det vobis ſpiritũ ſapientiæ]quẽ null⁹ poteſt dare niſi deus.Sap.9,Senſũ autẽ tuũ quis ſciet,niſi tu dederis ſapientiã,& miſeris ſpiritũ ſanctũ tuũ de altiſſimis.Secũdò orat pro dono intellectus,& hoc cõſiſtit in reuelatione ſpiritualiũ ſecretorũ,propter quod dicit. Et reuelationis : quæ etiã à ſolo deo eſt.Dan.2,Eſt deus in cęlis reuelans miſteria. ¶ Exponit autẽ quę ſint iſta quę petit,& primò quod pertinet ad donum ſapiẽtiæ,ſecũdò quod pertinet ad donũ intellectus,ibi [Vt ſciatis quę ſit ſpes, &c.]Ad donum autem ſapientię pertinet cognitio diuinorum.Vnde petere donum ſapientiæ eſt & petere quòd habeant cognitionem dei.Et hoc petit,ibi [In agnitionẽ dei,&c.].q.d. Hoc peto vt per ſpiritum ſapiẽtiæ habeatis illuminatos oculos cordis veſtri in agnitionem.ſ.clariorem eius.ſ.dei.Pſalm.Illumina oculos meos,&c.Hoc eſt cõtra eos qui habent oculos illuminatos tantùm ad tẽporalia cognoſcenda:cùm magis tamen ſit neceſſariũ & etiã glorioſum cognoſcere deũ.Hiere.9, Nõ glorietur ſapiens in ſapiẽtia ſua , & nõ glorietur diues in diuitiis ſuis:ſed in hoc glorietur,qui gloriatur ſcire & noſſe me.Ad donũ autẽ intellectus tria pertinentia ponit.Vnum q̃tum ad ſtatũ præſentem:& duo q̃tum ad futurum.Ad ſtatum verò prę ſentem pertinet ſpes,quæ eſt neceſſaria ad ſalutem.Ro.8,Spe enim ſalui facti ſumus,&c.& q̃tum ad hoc dicit,Vt ſciatis quæ.i.quãta ſit ſpes vocationis eius.i.virtus ſpei,& de quanta re ſit. Quę quidẽ & maxima eſt, quia de maximis.1.Pet.1,Regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis,&c. Et fortiſsima virtutum.Heb.6,Fortiſsimum ſolatium habeamus,qui confugimus ad tenẽdam propoſitam ſpem:quam ſicut ancoram habemus animę,&c.Sed quia ea quę ſperamus,ſunt de futura vita:ideo alia duo pertinent ad vitam futuram:vnum quidẽ pertinet ad omnes iuſtos cõmuniter,quod eſt præmium eſſentiale.Et q̃tum ad hoc,dicit[Et quæ diuitię gloriæ,&c.]Vbi ponit quatuor ad illa dona pertinentia. Primùm eſt q̃ ſunt copioſiſsima:& quãtum ad hoc,dicit[Diuitiæ.]Prou.1,Abundãtia perfruetur, terrore malorum ſublato.Pſal.Gloria & diuitiæ in domo eius,&c.Pro.8,Mecum ſunt diuitiæ & gloria,&c.Secundò q̃ ſunt clariſsima.Et q̃tum ad hoc,dicit[Gloria.]Ro.2,Gloria autem & honor & pax omni operãti bonum, &c. Tertiò q̃ ſunt ſtabiliſsima:& q̃tum ad hoc,dicit[Hęreditatis.]Ea enim quæ hæreditaria ſunt,ſtabiliter poſſidentur.Eccle.31,Stabilita ſunt bona illius in domino.Pſal,Dominus pars hęreditatis meæ & calicis,&c. Quartò q̃ erunt intima.Et q̃tum ad hoc,dicit[In ſanctis.]Rom.8,Non ſunt cõdignæ paſsiones huius tẽporis,&c.2.Cor.4,Supra modũ in ſublimitate gloriæ pondus operatur in nobis. Aliud quod ponit pertinens ad futurã gloriam,eſt quod ſpecialiter pertinet ad Apoſtolos.Vnde dicit,Et quæ ſit(ſupple ſciatis)ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos.ſ.apoſtolos.q.d.Licet omnibus ſanctis abundãter diuitias gloriæ tribuat,ſupereminentius tamen tribuet apoſtolis.Magnitudo enim virtutis oſtenditur in effectu.Vnde quantò magis effectus virtutis diuinæ in aliquo inuenitur,tantò ibi virtus diuina maior oſtenditur,licet in ſeipſa ſit vna & indiuiſa.Et ideo quia maior effectus virtutis diuinæ eſt in apoſtolis:ideo magnitudo virtutis erit in eis.Et q̃ maior ſit in eis effectus,oſtendit,dicens,Qui credimus.i.qui ſumus primitiæ credentiũ. 2.Cor.4,Nos credimus,propter quod & loquimur,ſciẽtes q̃ ille qui ſuſcitauit Ieſum,& nos cũ Ieſu ſuſcitabit.Propter quod dicebat 2.Tim.1,Scio cui credidi,&c.Ideo illi inter vos p quos alii inſtructi ſunt & vocati ad fidẽ,ſicut doctores præeminẽtius præmiabũtur:qa vt dicitur in glo.quoddã incremẽtum gloriæ habebũt ſummi doctores vltra illud quod cõmuniter omnes habebũt:propter quod Dan.12,Docti aſsimilãtur ſplẽdori firmamẽti,ſed doctores aſsimilãtur ſtellis.Qui autẽ docti fuerint,fulgebũt quaſi ſplẽdor firmamẽti,& quid ad iuſtitiã erudiunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Lectio 7.

Ponitur exẽplar exaltationis beneficiorum Epheſis conferendorũ,et nobis omnib⁹, eſt q̃ Chriſtus de cui⁹ exaltatiõe in reſurrectiõe, & gloria hĩc agitur.

SEcundum operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & cõſtituẽs ad dexteram ſuam in cæleſtibus, ſupra omnem principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo,ſed etiam in futuro.

¶ Enumeratis beneficiis quę Apoſt.cõferenda optat Epheſiis in futurum:hĩc cõſequenter ponit formã & exẽplar.Sicut autẽ vita Chriſti eſt forma & exẽplar iuſtitiæ noſtræ,ita & gloria & exaltatio Chriſti,eſt forma & exẽplar gloriæ & exaltationis noſtræ.Ideo hĩc Apoſt.duo facit:quia primò proponit formã exaltationis beneficii & donorũ in generali.Secũdò manifeſtat eam in ſpeciali,ibi[Suſcitãs illum à mortuis,&c.] Forma autem & exẽplar operationis diuinæ in nos eſt operatio diuina in Chriſto.Et quãtum ad hoc,dicit [Secundum operationem].i.ad ſimilitudinem operationis potentiæ virtutis eius.i.virtuoſæ potentiæ dei, quam operatus eſt in Chriſto,exaltãs,caput illud ſupple,ita virtuoſẽ operabitur in nobis.Phil.3, Saluatorẽ expectamus dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ,qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,&c.Nos autem exaltari ad ſimilitudinem exaltationis Chriſti frequenter legimus in ſcriptura.Ro.8,Si cõpatimur vt & glorificemur.Item Apoc.3, Qui vicerit,dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego vici & ſedi cum patre meo in throno eius. ¶ Cõſequenter explicat formam & exẽplar in ſpeciali, manifeſtãs ea quæ pertinẽt ad exaltationem Chriſti,loquendo de Chriſto inquãtum eſt homo,dicẽs[Suſcitãs illum,&c.]Circa quod tria

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficia ponit exaltationis Christi.Primum est transitus de morte ad vitã.Et quãtum ad hoc,dicit, Suscitans illum à mortuis.Secundum est exaltatio ad gloriam altissimam,& quantum ad hoc dicit[Constituens illum ad dexteram suam.]Tertium est sublimatio ad potentiã maximam,& quantum ad hoc dicit [Et omnia subiecit sub pedibus eius.]Dicit ergo quantũ ad primum,dico ꝙ hoc erit secundum operationem qua operatus est in Christo.ſ.deus pater eadẽ virtute quam habet cum Christo.Vnde & ipse Christus seipsum resuscitauit,& deus pater eum resuscitauit.Roma.8,Si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis,qui suscitauit Iesum à mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra. Quantũ verò ad secundũ dicit[Constituens illum,&c.]Quæquidem celsitudo gloriæ potest tripliciter cõsiderari.ſ.per cõparationem ad deum,per cõparationem ad corporales creaturas,& per comparationem ad creaturas spirituales. Si ergo consideretur per cõparationem ad deum,sic constitutus est ad dexteram suam,quæ quidem dextera nõ est intelligenda pars corporalis,quia vt dicitur Io.4,Spiritus est deus,sed metaphoricè dicitur,vt sicut per dexteram intelligitur nobilior & virtuosior pars hominis, ita cùm dicimus Christum Iesum constitutũ ad dexteram dei, intelligatur secundũ humanitatẽ constitutus in potioribus bonis patris,& secundum diuinitatem intelligatur æqualis patri.Vnde Psal.Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis,&c.Item Mar. vlti.Et dominus quidẽ Iesus postq̃ locutus est eis,assumptus est in cælum,& sedet ad dexteram dei. In cõparatione verò ad corporales creaturas dicit,in cælestibus . Nam corpora cælestia tenent supremũ locum in cõparatione ad alia corpora.infrà 4,Qui descendit,ipse est,& qui ascendit super omnes cælos. In cõparatione verò ad spirituales creaturas.Primò dicit Christum exaltatũ super aliquas specialiter.Secũdò super omnes generaliter,ibi[Et sup omne nomen,&c.] ¶ Ad horũ autẽ intelligentiam sciẽdum est ꝙ nouẽ sunt ordines angelorum : quorũ quatuor Apostolus tangit hîc,qui quidem sunt medii.Nam suprà eos sunt tres superiores.ſ.throni,cherubin & seraphin.Sub eis autẽ sunt duo inferiores.ſ.archangeli,& angeli.Qui quidem nouem ordines distinguntur in tres hierarchias.i.sacros principatus.In quarũ qualibet assignãtur tres ordines,sed in assignatione ordinũ hierarchiæ primæ conueniunt omnes doctores in hoc.ſ.ꝙ supremus ordo ipsius sit seraphin,secundus cherubin,tertius throni. In assignatione verò ordinũ aliarum duarum hierarchiarum.ſ.mediç & infimæ discordãt Dionysius & Gregorius.Nam Dionysius in supremo ordine mediæ hierarchiæ ponit dominationes , in secũdo virtutes, in tertio potestates descendẽdo. In supremo verò ordine infimæ hierarchiæ posuit principatus,in secundo archãgelos,in tertio angelos.Et hæc assignatio ordinum concordat literæ præsenti.Nam Apostolus ascẽdendo incipit à supremo infimæ hierarchiæ,qui est septimus.Gregorius autem aliter ordinat:quia ponit principatus in medio dominationum, & potestatum quod pertinet ad secundũ ordinem mediæ hierarchiæ:virtutes verò ponit in medio potestatum, & archangelorum,quod pertinet ad supremũ ordinem infimæ hierarchiç.Et hæc assignatio etiã fulsimentũ habet ex verbis Apostoli.Col.3,Vbi dicit,Siue throni,siue dominationes,siue principatus,siue potestates , vbi illos ordines enumerat descendendo.Sed reseruata ordinatione Gregorii(vsquequo legamus epistolã ad Col.) ad præsens viam Dionysii cõpetentem præsenti literæ prosequemur. ¶ Ad cuius intellectum sciẽdum est ꝙ potest considerari tripliciter ordo rerum. Primò quidẽ secũdum ꝙ sunt in prima omniũ causa.ſ.in deo. Secundò verò secũdum ꝙ sunt in causis vniuersalibus.Tertiò secundũ determinationem ad speciales effectus.Et quia omnia quæ fiunt in creaturis ministrantur per angelos,ideo secundũ triplicem acceptionem ordinis rerum distingũtur tres angelicæ hierarchiæ,ad quarũ vnam pertinet accipere rationes rerum in ipso rerum vertice.ſ.deo:ad aliam verò pertinet accipere rationes rerũ in causis vniuersalibus: ad aliam verò in propriis effectibus.Nam quãtò mentes angelicæ sunt superiores,tantò diuinã illuminationem in maiori vniuersalitate recipiunt.Et ideo ad supremã hierachiam pertinet administratio rerum in comparatione ad deum.Propter quod ordines hierarchiæ istius denominantur per cõparationem ad deum,quia seraphin dicuntur ardentes & vniti deo per amorẽ.Cherubin verò quasi lucentes inquantũ supereminenter diuina secreta cognoscunt.Throni verò dicuntur sic,inquantũ in eis deus sua iudicia exercet. De istis tribus ordinibus nullam facit hîc Apostolus mẽtionem.Ad mediam hierarchiã pertinet rerum administratio per cõparationem ad causas vniuersales.Vnde denominãtur ordines hierarchiæ illius nominibus ad potestatẽ pertinentibus,cũ causę vniuersales sint virtute & potestate in inferioribus & particularibus.Ad potestates autẽ quæ habent vniuersale regimen tria pertinent.Primò ꝙ sit aliquis per imperium dirigens. Secundò ꝙ sint aliqui qui impedimenta executionis repellant. Tertiò ꝙ sint aliqui qui ordinent qualiter alii imperium exequantur.Horum autẽ primum pertinet ad dominationes,quæ vt dicit Dionysius sunt liberæ ab omni subiectione nec ad exteriora mittuntur,sed eis qui mittuntur imperant.Secundũ verò pertinet ad virtutes quę præbent facilitatẽ ad imperium implendum. Tertiũ verò pertinet ad potestates imperium exequẽtes. Ad infimam autẽ hierarchiam pertinet administratio rerum in cõparatione ad speciales effectus,vnde nominibus ad eos pertinentibus nuncupantur. Vnde angeli dicuntur illi qui exequuntur ea quæ pertinent ad salutem singulorũ.Archangeli verò qui exequuntur ea quæ pertinent ad salutẽ & vtilitatem magnorum.Principatus verò dicuntur illi qui præsunt singulis prouinciis. ¶ His ergo expositis Christus super omnes est. De his verò quatuor Apostolus specialẽ mentionem facit. Cuius ratio est,quia horũ quatuor ordinum nomina à dignitate imponũtur:& quia agit de dignitate Christi,ideo hîc specialiter eos nominat vt ostendat. Christum omnem dignitatẽ creatam excedere. ¶ Consequẽter cùm dicit [Et omne nomen quod nominatur,&c.]ostendit Christum exaltatũ esse cõmuniter supra omnem creaturam specialẽ: dixerat enim suprà Christum esse exaltatũ super omnes creaturas spirituales,quæ à potestate denominantur. Sed quia præter illos angelorum ordines,in sacra scriptura quidã alii ordines cælestiũ spirituum inueniũtur.ſ.seraphin,Esa. 6.Et cherubin,Ezech.10.& 11.& 41.Et throni,in Psalm.Et de istis non fecerat mentionem: ideo ostendit Christum secundũ quòd homo supra omnes huiusmodi ordines esse exaltatum:propter quod subiũgit,dicens[Et super omne nomen,&c.]id est,non solùm super principatus,sed super omne nominabile. ¶ Sciendum est enim quòd nomen imponitur ad cognoscẽdum rem,vnde & significat rei substãtiam,cùm significatum nominis sit diffinitiua ratio rei.Cùm ergo dicit,Et omne nomen quod nominatur,dat intelligere ꝙ

Nouẽ sunt ordines angelorum.

Triplex ordo rerum.

exaltatus est supra omnem substantiam de qua potest haberi notitia & quæ possit nomine comprehendi. Quod dico,vt excludatur substãtia diuinitatis,quæ incõprehensibilis est.Vnde Glo.dicit [Supra omne nomen.]i.nominabile.Et ne intelligatur ꝙ sit supra nomen dei,ideo subdit[Quod nominatur.]Nam maiestas diuina nullo nomine concludi vel nominari potest.Addit autẽ non solùm in hoc seculo,sed etiã in futuro:quia multa fiunt in hoc seculo quæ notitia cõprehendimus & nominamus:quædã tamen sunt in futuro seculo,quæ hîc cõprehendi non possunt nec etiam nominari:quia vt dicitur 1.Cor.13,Ex parte cognoscimus,& ex parte prophetamus.Nominantur tamẽ hæc à beatis qui sunt in futuro seculo. Huiusmodi autem sunt de quibus dicit Apostolus 2.Cor.12.quòd audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et tamen super hæc omnia exaltatus est Christus.Philip.2,Dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Lectio 8.

Agitur de Christi exaltatiõe q̃ũ ad potestatẽ,declarãdo eum esse supra omnẽ creaturã,et supra eccle siam.

ET *omnia subiecit sub pedibus eius:& ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam,quæ est corpus ipsius,& plenitudo eius,qui omnia in omnibus adimpletur.*

¶ Suprà egit Apostolus de exaltatione Christi,& quantũ ad eius transitum de morte ad vitam in illa particula[Suscitans illum,&c.] & de eius exaltatione ad gloriã altissimam,in illa particula [Et constituens ad dexterã,&c.]Hîc agit de eius exaltatione quantũ ad potestatem maximã. Circa quod duo facit,quia primò agit de Christi potestate respectu totius creaturæ.Secũdò de eius potestate respectu ecclesiæ,ibi[Et ipsum dedit,&c.]Dicit ergo ꝙ respectu totius creaturæ habet vniuersalem potestatẽ,quia omnia subiecit. ſ.deus pater sub pedibus eius. ¶ Vbi sciendũ est ꝙ hoc quod dixit[Sub pedib⁹] potest accipi dupliciter.Vno modo vt sit locutio figuratiua & similitudinaria,vt.ſ.per hoc detur intelligi ꝙ omnis creatura totaliter est subiecta potestati Christi.Illud enim est à nobis omnino subiectum quod pedibus cõculcamus. Et de ista potestate dicitur Matt.vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hebr.2, In eo enim ꝙ ei omnia subiiciuntur,nihil dimisit non subiectũ ei.Alio modo vt sit locutio metaphorica.Nam per pedes intelligitur infima pars corporis,per caput verò suprema. Licet autẽ in Christo diuinitas & humanitas nõ habeant rationẽ partis,tamen diuinitas quæ est supremum in Christo intelligitur per caput.1. Cor.11, Caput verò Christi deus,humanitas verò quæ infima est,intelligitur per pedes. Psal.Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.Est ergo sensus ꝙ omnia creata nõ solùm subiecit pater Christo inquantũ est deus qui ab æterno omnia sunt subiecta,sed etiã humanitati eius. Aduertẽdum est autem hîc ꝙ Christo subiiciũtur aliqua dupliciter quia quædã voluntariè,& quædam inuoluntariè.Hoc autẽ Origenes non intelligens,sumpsit ex hoc verbo Apostoli occasionẽ erroris,dicens. Quòd omnia quę subiiciuntur Christo participant salutem, quia ipse est vera salus.Et ideo dixit ꝙ omnes dæmones & dãnati aliquando saluabuntur,vt subiiciant sub pedibus Christi,hoc autẽ est contra sententiam domini.Mat.25,Discedite à me maledicti in ignem ęternũ qui paratus est diabolo & angelis eius:& concludit in fine capituli,Ibunt hi in supplicium æternum. Dicẽdum est ergo ꝙ omnia subiecit sub pedibus eius,sed quędam voluntariè tanq̃ saluatori,puta,iustos qui in vita præsenti implent voluntatem dei,& isti subiiciuntur ei,vt impleat eorũ desiderium & voluntatem,expectantes illud quod dicitur de bonis Prouer.10,Desideriũ suum iustis dabitur. Quædã verò subiiciuntur ei inuitè tanq̃ Iudęi,vt Christus de his suam voluntatem faciat.Et isti sunt mali de quibus potest intelligi illud Luc.19,Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se:adducite huc & interficite coram me. ¶ Deinde cùm dicit[Et ipsum dedit caput,&c.] Agit de potestate Christi respectu ecclesiæ. Circa quod tria facit,quia primò ponit habitudinem Christi ad ecclesiã.Secundò habitudinem ecclesiæ ad Christum.Tertiò exponit illam habitudinẽ.Quantum ad primum dicit [Et ipsum dedit deus pater caput super omnem ecclesiam].ſ.tam militãtem,quæ est hominum in præsenti viuentium,q̃ triumphãtem, quæ est ex hominibus & angelis in patria . Christus enim secũdum quasdam cõmunes rationes caput est etiam angelorum.Col.2,Qui est caput omnis principatus & potestatis,sed secũdum speciales rationes est Christus caput hominum spiritualiter.Nam caput triplicem habitudinem habet ad membra.Primò quidẽ quo ad præeminẽtiam in situ.Secundò quo ad diffusionem virtutum,quia ab eo omnes sensus deriuãtur in mẽbra.Item quo ad conformitatem in natura.Sic ergo quãtum ad præeminẽtiam,& quãtum ad diffusionem Christus est caput angelorum.Nam Christus præest angelis,etiam secundum humanitatem.Hebr.1,Tãtò melior angelis effectus,quãtò præ illis differentius nomen hæreditauit.Item Christus etiã secundum quòd homo angelos illuminat & in eis influit,vt Diony.probat ex verbis Esa.63.ſ. Quis est iste qui venit de Edon,&c.dicens hæc verba esse supremorũ angelorum.Quod autem sequitur,Ego qui loquor iustitiam,dicit esse verba Christi eis immediatè respõdentis.Ex quo datur intelligi ꝙ non solùm inferiores, sed etiã superiores angelos Christus illuminat.Quãtum autem ad naturæ conformitatem,Christus nõ est caput angelorum,quia non angelos apprehendit,sed semen Abrahæ,vt dicitur Heb.1. Sed est caput hominum tantùm.Cant.4,Vulnerasti cor meum soror mea.ſ.per naturam:& sponsa per gratiam. Quantum ad habitudinem ecclesiæ ad Christum,dicit[Quæ est corpus eius].ſ.inquãtum est ei subiecta,& recipit ab eo influẽtiam:& habet naturam conformem cum Christo.1.Corint.12,Sicut enim corpus vnum est & habet multa membra,omnia autem mẽbra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt,ita & Christus: vt enim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. ¶ Exponit autem quod dixit,Quæ est corpus ipsius,subdens[Et plenitudo eius,&c.]Quærenti enim cur in corpore naturali sint tot mẽbra.ſ.manus, pedes,os,& huiusmodi,respõdetur hoc esse ideo,vt deseruiãt diuersis operibus animæ,quarũ ipsa potest esse causa,principium,& quæ sunt virtute in ipsa.Nã corpus est factũ propter animam,& nõ ecõuerso.Vnde secũdum hoc corpus naturale est quædã plenitudo animæ. Nisi enim essent mẽbra cum corpore cõpleta,nõ posset anima suas operationes plenè exercere.Similiter itaq; est hoc de Christo & de ecclesia . Et quia ecclesia est instituta propter Christum,dicitur ꝙ ecclesia est plenitudo eius.ſ.Christi.i. vt omnia quæ virtute sunt in Christo, quasi quodãmodo in mẽbris ipsius ecclesiæ impleãtur,dũ.ſ.omnes sensus spirituales & dona & quicquid potest esse in ecclesia,quæ omnia superabundãter sunt in Christo,ab ipso deriuẽtur in mẽbra ecclesiæ & perficiantur in eis. Vnde subdit [Qui omnia in omnibus adimpletur].ſ.dum hunc quidem

qui est membrum ecclesiæ facit sapientem secundum perfectam sapientiam, quæ est in ipso: illum verò iustum secundum perfectam iustitiam,& sic de aliis.

Caput 2.

Hîc ponitur beneficium vniuersalis vocationis, et fiat culpæ quoad Gentiles, & secundò quoad Iudæos.

ET uos cõuiuificauit cùm essetis mortui delictis & peccatis uestris: in quibus aliquãdo ambulastis secũdum seculum mũdi huius: secũdum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nũc operatur in filios diffidentiæ. in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus, in desideriis carnis nostræ, facientes uoluntatem carnis cogitationum, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri.

¶ Supra enumerauit Apost. beneficia humano generi p Christũ cõmuniter exhibita: hîc Apost. cõmemorat eadẽ per cõparationem ad eorũ statum prẽteritũ. Status autẽ eorum prẽteritus dupliciter cõsiderari potest. Primò quidem q̃tum ad statũ culpæ. Secũdò q̃tum ad statũ Gẽtilitatis eorum. Apost. ergo duo facit: qa primò cõmemorat beneficia q̃tum ad primũ statum eis exhibita. Secundò cõmemorat ea per cõparationẽ ad statum secũdum, ibi [Propter quod memores estote, &c.] Prima iterũ in duas: quia primò recitat Apost. statũ culpæ ipsorum. Secũdò beneficiũ gratię iustificationis, ibi [Deus autem qui diues est, &c.] Prima iterũ in duas: quia primò cõmemorat statum culpę q̃tum ad Gentiles. Secũdò quãtum ad Iudæos, ibi [In quibus & nos, &c. Prima iterũ in duas: quia primò præmittit beneficii generalitatem. Secũdò subdit huius necessitatẽ, ibi [Cùm essemus mortui, &c.] Dicit ergo, Dico q̃ deus magnificè operatur in fidelibus secũdum operationem potẽtiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, & hoc quia suscitauit illũ à mortuis, secũdum hanc ergo operationẽ ad huius operationis exẽplum cõuiuificauit nos, vita. s. gratię de morte peccati. Olee 6, Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, &c. Col. 3, Si cõsurrexistis cum Christo, quę sursum sunt, &c. Necessitatẽ verò huius beneficii ostẽdit, cùm dicit [Cũ essetis mortui, &c.] Vbi optimè describit eorum culpã. Primò q̃tum ad multitudinẽ: quia cùm essetis mortui. s. morte spirituali, quæ pessima est. Psal. Mors peccatorũ pessima. Peccatum enim mors dicitur: quia per ipsum homo à domino, qui est vita separatur. Ioã. 14, Ego sum via, veritas, & vita. Mortui, inquã, in delictis & peccatis vestris, ecce multitudo. In delictis quidẽ q̃tum ad omissa. Psa. Delicta quis intelligit, &c. & peccatis q̃tum ad cõmissa, in quibus aliquãdo ambulastis. Quod ideo dicit, vt multitudinem peccatorũ exaggeret. Nam aliqui si ad horã mortui sunt in peccatis & in delictis, cessant tamen aliquando, & peccare desistũt, sed ibi de malo in peius procedẽtes & ambulãtes, proficiebãt. Simile habetur Phil. 3, Multi enim ambulant, quos sæpe dicebã vobis, nũc autem & flens dico, &c. Hie. 2, Ambulauerunt post vanitatem suam, & vani facti sunt. Secundò describit eorum culpam quãtum ad causam, quæ ponitur duplex. Vna ex parte huius mũdi: quia alliciebãtur à rebus mundi: & quãtum ad hoc, dicit [Secũdum seculum mundi huius]. i. secũdum secularem vitã rerum mũdanarum, quæ vos alliciunt. 1. Io. 2, Siquis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo. Propter quod prẽmittit, Nolite diligere mundum. Alia causa est ex parte dæmonũ quibus seruiebãt: de quibus dicitur Sap. 14. Infandorũ idolorum cultura omnis mali causa est & initium. Et quãtum ad hoc dicit [Et secũdum principem potestatis.] Quam quidẽ causam describit tripliciter. Primò quidem q̃tum ad potestatẽ, dicens [Secũdum principem potestatis] i. potestatẽ exercẽtem, nõ q̃ habeat eam naturaliter, cùm nec dominus, nec creator sit ex natura, sed inquãtum dominatur hominibus qui se ei peccãdo subiicũt. Io. 12, Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. Et 14, Venit princeps huius mundi, & in me nõ habet quicquam. Secundò quãtum ad habitationem, quia aeris huius. i. qui habet potestatem in hoc aere caliginoso. ¶ Vbi sciẽdum est q̃ de istis dæmonibus duplex est opinio apud doctores. Quidã enim dixerunt dæmones qui cęciderunt, non fuisse de supremis ordinibus, sed de inferioribus qui præsunt corporibus inferioribus. Cõstat autem totam creaturã corporalem administrari à deo ministerio angelorum. Et hæc est opinio Ioannis Damasceni. s. q̃ primus eorũ qui cęciderunt, præerat ordini terrestrium, quod fortè sumptum est ex dicto Platonis, qui ponebat quasdã substãtias cælestes seu mundanas. Et secundum hoc exponetur hoc quod dicit, aeris huius. i. ad hoc creati, vt præsiderent aeri huic. ¶ Alii verò volunt & melius, q̃ fuerint de supremis ordinibus, ita q̃ hoc quod dicit, aeris huius, sit ad ostendẽdum ipsum aerem esse habitationem ipsorum in pœnã eorum. Vnde Iudas in sua canonica dicit, Angelos verò qui nõ seruauerũt suum principatũ, sed dereliquerunt suũ domicilium, in iudicium dei magni, vinculis æternis, sub caligine reseruauit. Ratio autem quare nõ statim post eorum casum retrusi sunt in infernũ, sed dimittũtur in aere, est quia deus noluit q̃ ipsis peccãtibus eorũ creatio totaliter frustraretur, & ideo dedit eos hominibus in exercitiũ quo bonis præparatent coronã, malis autem æternã mortem. Et quia vsq; ad diẽ iudicii est tẽpus belli & merẽdi, ideo vsq; tũc in aere permanebũt: post diẽ verò iudicii retrudẽtur in infernum. ¶ Aduertẽdum etiam q̃ vna litera habet spiritus, & sic est genitiui casus, & ponitur singulare pro plurali. q. d. spirituũ. Alia litera habet spiritũ, & tunc est accusatiui casus, vt dicatur se cũdum principem spiritum. i. qui princeps est spiritus. Tertiò q̃tum ad operationẽ, ibi cùm dicit [Qui nũc operatur in filios diffidẽtiæ]. i. in illos qui à se repellunt fructum passionis Christi, qui erãt filii diffidentiæ. Vel quia de æternis nõ habent fidẽ, nec spem salutis per Christũ. Et in talibus princeps potestatis aeris huius liberè operatur, ducens eos quò vult: de quibus infrà 4. dicitur, Qui desperãtes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ immunditiæ. Vel diffidentiæ. i. de quibus eis est diffidẽdum. i. qui ex malitia peccãt, in quibus princeps huius mundi etiã operatur ad nutũ. De his enim qui ex ignorãtia, & infirmitate peccãt, nõ est diffidẽdum, nec in eis princeps iste operatur ad nutum. Sed cõtrà, de nemine est desperãdum q̃diu viuit. Respõdeo dicẽdum est q̃ de aliquo potest esse duplex spes. Vna ex parte hominis, alia ex parte diuinę gratię, & sic de aliquo potest desperari ex parte sua, de quo tamen desperãdum nõ est ex parte deisicut desperãdum erat de Lazaro iacẽte in sepulchro, quòd resurgeret ex parte sua, de quo tamẽ desperãdum nõ erat ex parte dei, à quo resuscitatus est. De illis ergo qui ex malitia sunt multũ in peccatis demersi, si attẽdatur eorum virtus desperari potest. Psal. Infixus sum in limo profundi, & non est substãtia. Non tamen si attendatur virtus diuina. De istis autem filiis diffidentiæ dicitur infrà 5, Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc enim venit ira dei in filios diffidẽtiæ. ¶ Deinde cũ dicit [In quibus & nos omnes, &c.] cõmemorat Apostolus statum culpæ quãtum ad Iudæos, ostendens eos omnes in peccato fuisse, secundum illud

Rom.

Roma. 3, Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Attendenda est tamen differentia circa hoc, quia Apostolus agẽs de culpa gentilium assignauit duas causas culpæ fuisse. Vnam scilicet ex parte mũdi, aliam ex parte dæmonũ quos colebant. Quia ergo Iudæi erant similes Gentilibus in statu culpæ quantum ad primã causam, non autem quantũ ad secundã, ideo Apostolus non facit mentionem de culpa eorũ: nisi quantũ ad causam quæ est ex parte mũdi. Circa quod tria facit. Primò commemorat eorum culpã quãtum ad peccatum cordis. Secundò quantum ad peccatum operis. Tertiò quantum ad peccatum originis. Peccatum verò cordis insinuat per desideria carnis, & quantum ad hoc dicit, In quibus. s. peccatis & delictis nos omnes, scilicet Iudæi, aliquando conuersati sumus agentes vitã nostrã in desideriis carnis nostræ. i. carnalibus. Tit. 3, Eramus enim aliquando & nos insipientes & incredduli, errantes & seruientes desideriis & voluptatibus variis, &c. Rom. 13, Carnis curam ne feceritis in desideriis. Peccatum verò operis insinuat cũ dicit [Facientes voluntates, &c.] Peccatũ enim operis nihil aliud est, quã expressio interioris concupiscẽtię. Est autem quædam concupiscentia carnis, sicut sunt concupiscentiæ naturales, puta cibi, per quã cõseruatur indiuiduum, & venereorũ, per quã conseruatur species, & quantum ad hoc dicit [Facientes voluntates carnis.] id est ea in quibus caro delectatur. Romano. 8, Qui autem in carne sunt deo placere non possunt. Quædam verò est concupiscentia cogitationis eorũ. i. quæ non veniunt ex desideriis carnis, sed ex ipso appetitu animæ, vt honoris ambitio & propriæ excellẽtiæ & huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit [Et cogitationum.] i. exequentes illas concupiscentias quæ causantur ex instinctu cogitationum nostrarum. Peccatũ verò originis insinuat dicens [Et eramus natura filii iræ.] Quod quidem peccatum ex primo parente non solùm in Gentiles, sed etiam in Iudæos transfunditur. Rom. 5, Sicut per vnũ hominẽ in hunc mundũ peccatum intrauit, & per peccatũ mors, ita & in omnes homines mors pertransiuit in quo omnes peccauerunt. Et sicut homines per baptismũ mũdantur à peccato originali solùm quantũ ad personas proprias, vnde generant filios baptizandos, ita circũcisio mũdabat ab originali personas solùm, sed generabant adhuc circuncidendos. Et hoc est quod dicit [Eramus natura.] i. per originem naturæ, nõ quidem naturæ vt natura est, quia sic bona est & à deo, sed naturæ vt vitiata est. [filii iræ,] id est vindictæ pœnæ & gehennę, & hoc sicut & cæteri, id est Gentiles.

Lectio 2.

Hîc cõmendatur beneficium gratiæ viuificãtis, & describitur quantũ ad causam efficientem quæ est charitas dei, exẽplarem quæ est viuificatio in Christo, & finalem quæ est ostẽsio diuitiarum suæ gratiæ & bonitatis.

DEus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu.

¶ Postquam exaggerauit Apostolus statũ culpæ inficientis, hîc cõmendat beneficiũ gratiæ iustificãtis. Circa quã duo facit. Primò ipsum beneficiũ ponit. Secũdò seipsum exponit, ibi [Gratia enim estis, &c.] Beneficium aũt illud describit quantũ ad tres causas. Primò quãtũ ad causam efficiẽtẽ. Secũdò quãtum ad causam formalẽ seu exemplarẽ. Tertiò quantum ad causam finalẽ. Efficiens aũt causa beneficii diuini iustificãtis, est charitas dei. Et quãtum ad hoc dicit [Deus autẽ qui diues est in misericordia propter nimiã charitatẽ.] Dicit aũt propter nimiã charitatẽ, quia dilectionis diuinæ possumus considerare quadrupliciter bonitatẽ & efficientiam. Primò quia nos in esse produxit. Sapien. 11, Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ quę fecisti, &c. Secũdò quia ad imaginẽ suã nos fecit & capaces beatitudinis suæ. Deu. 33, Cũ eo sanctorũ milia in dextera illius ignea lex, dilexit populos, omnes sanctι in manu illius sunt. Tertiò quia homines per peccatũ corruptos reparauit. Hie. 31, In charitate perpetua dilexi te, ideo, &c. Quartò quia pro salute nostra filium propriũ dedit. Io. 3, Sic deus dilexit mundũ vt filium suum vnigenitum daret. Vnde Grego. O inestimabilis dilectio charitatis vt seruum redimeres filium tradidisti. Dixit aũt, Qui diues est in misericordia, qa cũ amor hominis causetur ex bonitate eius qui diligitur, tunc homo ille qui diligit, diligit ex iustitia, inquãtum iustum est q̃ talẽ amet. Quãdo verò amor causat bonitatẽ in dilecto, tunc est amor procedens ex misericordia. Amor aũt quo deus amat nos causat in nobis bonitatẽ: & ideo misericordia ponitur hîc quasi radix amoris diuini. Esa. 63, Largitus est in eis secundũ indulgentiã suã & secundũ multitudinem misericordiarũ suarũ. Ibidẽ, Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarũ super me. Dicitur aũt deus diues in misericordia, quia habet ea infinitã & indeficientem, quod non habet homo. In tribus enim homo miseretur cũ termino & limitatione. Primò quidẽ largiẽdo beneficia temporalia, & hæc misericordia est finita, nõ excedẽs limites propriæ facultatis. Tob. 4, Quomodo potueris, ita esto misericors, sed deus diues est etiam in omnes qui inuocãt illum, vt dicitur Ro. 10. Secundò est finita misericordia hominis, quia non remittit nisi offensam propriã, & in hoc etiã modus esse debet, vt. s. nõ sic paśim remittat, vt ille cui remittit, efficiatur procacior, pronior, & facilior ad iterũ offendendũ. Eccle. 8, Etenim quia non profertur cito contra malos sentẽtia, absque timore vllo filii hominũ perpetrãt mala. Deo autem nihil nocere potest, & ideo potest omnẽ offensam remittere. Iob 35, Si peccaueris quid ei nocebis? Et parũ post, porro si iustè egeris, quid donabis ei? Tertiò homo miseretur pœnã remittẽdo, & in hoc etiã est modus seruãdus. s. vt nõ facias cõtra legis superioris iustitiã: deus aũt pœnã omniũ remittere potest, cũ nõ obstringatur aliqua superioris lege. Iob 34, Quẽ cõstituit aliũ super terrã & quẽ posuit super orbem quẽ fabricatus est? Sic ergo misericordia dei est infinita, quia nõ coartatur angustiis diuitiarũ, neque timore nocumẽti restringitur, & neq; lege superioris. ¶ Causa verò exemplaris beneficii est quia in Christo collata est. Et q̃tũ ad hoc dicit [Cũ essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos in Christo, &c.] Vbi tãgit triplex beneficiũ. i. iustificationis, resurrectionis à mortuis & ascẽsionis in cælũ, per quę tria Christo assimilamur. Dicit ergo q̃tum ad primum vt legatur litera suspensiuè, Deus aũt qui diues est, &c. Cùm essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo. i. simul viuere fecit cũ Christo. Osee 6, Viuificauit nos post duos dies, &c. Conuiuificauit, inquam hic scilicet per vitã iustitiæ. Psal. Qui posuit animã meã ad vitã, & hoc in Christo, id est per gratiã Christi, cuius scilicet Christi gratia estis saluati. Roma. 8, Spe enim salui sumus. Quãtum verò ad secundum dicit [Et conresuscitauit nos cum Christo.] quantum ad animam in re, & spe quantum ad corpus. Romano. 8, Qui suscitauit ipsum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. ¶ Quantum verò ad tertiũ dicit [Et cõ-

sedere fecit in cælestibus in Christo Iesu.]scilicet nunc per spem,& tandem in futuro in re: quia vt dicitur Io.12,Vbi ego sum,illic & minister meus erit,&c.Item Apoc.3,Qui vicerit dabo ei sedere mecũ in throno meo,sicut & ego vici,& sedi cum patre meo in throno eius.Vtitur autem in his Apostolus præterito pro futuro,enuntians tanquam iam factum quod futurum est,pro certitudine spei.Sic ergo cõuiuificauit quãtum ad animam,tandem resuscitabit,quantum ad corpus,consedere fecit quantum ad vtrunque. ¶ Consequenter cùm dicit[Vt ostenderet,&c.] Ostendit causam finalem collati beneficii. Quod quidem potest dupliciter legi,quia secula superuenientia vel possunt accipi in vita ista vel in vita futura. Si enim accipiantur in vita ista tunc seculum est quędam mensura temporis,& periodus vnius generationis, vt dicatur sic,Dico ꝙ nos qui sumus primitiæ dormientium conuiuificauit in Christo,& hoc vt ostenderet in seculis superuenientibus.i.in his qui futuri sunt post nos,abundantes diuitias gratiæ suæ, & hoc non meritis nostris,sed bonitate sua,quę est.s.super nos in Christo Iesu.i.per Christum Iesum.1.Ti.1,Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere,quorum primus ego sum.Sed ideo misericordiã cõsecutus sum, vt in me ostenderet Christus omnem patientiam ad informationem illorum qui crediturí sunt illi in vitam æternam.Sic ergo deus largitus est sanctis primitiuis abundantia dona gratiæ,vt posteri facilius conuertãtur ad Christum.Vel potest aliter accipi seculum.s.in alia vita de quibus dicitur Eccle.24,Et vsque ad futurum seculũ non desinam.Sed licet ibi sit vnum seculum:quia ibi est æternitas,dicit tamen in seculis superuenientibus propter multitudinem sanctorum participantium æternitatẽ:vt dicãtur ibi tot secula quot sunt ęternitates participatę.De his seculis dicitur in Psal.Regnum tuũ regnum omniũ seculorũ.Dicit ergo secundũ hũc sensum,Dico quòd viuificauit nos in spe.s.per Christum vel in gratia:vt ostenderet in seculis superuenientibus.i.in alia vita cõpleret abundantes diuitias gratiæ suæ.i.abundantẽ gratiã,quã etiã in hoc mundo dum multa dimittit peccata,& maxima dona concedit,dicit:quæ quidẽ superabũdat in vita alia,qa ibi indeficienter habetur Io.10,Ego veni vt vitã.s.gratiæ,habeant in hoc mundo,& abundantius habeant s.glorię in patria.Et hoc in bonitate sua.Psal.Quã bonus Israel deus.Treñ.3,Bonus est dominus sperãtib⁹ in eũ,animæ quærenti illũ.Et hoc supra nos.i.supra nostrũ desideriũ,supra nostrum intellectũ,& supra capacitatẽ nostrã.Esa.64,Oculus nõ vidit deus,absque te quæ prępara sti expectantibus te,& hoc in Christo Iesu.i.per Christũ Iesum:quia sicut gratia nobis confertur per Christũ,ita & gloria,quæ est gratia consummata.Psal.Gratiã & gloriã dabit dominus.Per ipsum enim beatificamur per quẽ iustificamur.Dicit autẽ, Vt ostenderet,quia thesaurus gratię in nobis est occultus,quia habemus ipsum in vasis fictilibus,vt dicitur 2.Cor.4.&.1.Io.3,Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pater:vt filii dei nominemur & simus. Et parũ pòst, Nunc filii dei sumus,& nondũ apparuit,&c.Sed ille thesaurus occultus quia nondũ apparuit,in seculis superuenientibus ostenditur,quia in patria omnia erunt nobis aperta quæ ad manifestã sanctorum gloriam pertinent.Ro.8,Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis.

Lectio 3.

Docet nos saluos sola gratia dei per fidem, & hoc probat dicẽdo gratiam esse à deo.

Gratia enim estis saluati per fidem,(& hoc non ex uobis,dei enim donum est) non ex operibus,ut ne quis glorietur.Ipsius enim sumus factura,creati in Christo Iesu in operibus bonis,quæ præparauit deus,ut in illis ambulemus.

¶ Suprà cõmemorans Apostolus beneficiũ dei quo liberati sumus à peccato,interposuerat ꝙ gratia Christi eramus saluati,nunc autẽ illud probare intendit.Circa quod duo facit.Primò enim proponit intentionẽ suam.Secundò manifestat propositum,ibi[Et hoc nõ ex vobis,&c.]Dicit ergo primò,Bene dixi cuius gratia estis saluati.Et certè adhuc dico securè.Enim,pro quia,estis saluati gratia.1.Corin.15,Gratia dei sum id quod sum.Ro.3,Iustificati per gratiam ipsius.Idem enim est saluari & iustificari.Salus enim importat liberationem à periculis.Vnde perfecta salus hominis erit in vita æterna,quando ab omnibus periculis immunis erit:sic nauis dicitur esse saluata,quando venit ad portũ.Esa.60,Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.Huius autẽ salutis spẽ suscipiunt homines,dum in præsenti iustificantur à peccato, & secundum hoc dicuntur saluati esse,secundũ illud Ro.8,Spe enim saluati sumus.Hæc autẽ saluatio gratiæ est per fidẽ Christi.Concurrit enim ad iustificationẽ impii simul cum infusione gratiæ motus fidei in deũ in adultis.Luc.8,Vade in pace,fides tua te saluũ fecit.Ro.6,Iustificati enim ex fide pacem habeamus. ¶ Deinde cùm dicit[Et non ex vobis,&c.]Manifestat quod dixerat,& primò quantum ad fidem quæ est fundamentum totius spiritualis ædificii.Secundò quantũ ad gratiã,ibi[Ipsius enim sumus factura,&c.] Circa primũ excludit duos errores,quorũ primus est,quia dixerat ꝙ per fidem sumus saluati,posset quis credere ꝙ ipsa fides esset à nobis,& ꝙ credere in nostro arbitrio constitutum est.Et ideo hoc excludens,dicit[Et hoc non ex vobis.]Non enim sufficit ad credendum liberum arbitrium,eo ꝙ ea quæ sunt fidei, sunt supra rationẽ. Eccl.3,Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi.1.Co.2,Quæ dei sunt,nemo nouit nisi spiritus dei, &c.Et ideo ꝙ homo credit,hoc non potest ex se habere nisi deus det:secundum illud Sapientiæ 9,Sensum autem tuum quis sciet,nisi tu dederis sapientiam,& miseris spiritum sanctum tuum de altissimis. Propter quod subdit,Dei enim donum est,scilicet ipsa fides,Phil.1,Vobis autem donatum est pro Christo non solùm vt in eum credatis,sed etiam pro eo patiamini,& 1.Corin. 12, Alii enim datur fides in eodem spiritu. Secundò excludit alium errorem.Posset enim aliquis credere ꝙ fides daretur nobis à deo merito operum præcedentium,& ad hoc excludendum,subdit[Non ex operibus]scilicet præcedentibus hoc donum meruimus aliquando quòd saluati sumus,quoniam hoc ex gratia vt suprà dictum est,secundum illud Ro.11, Si autem gratia iam non ex operibus,alioquin gratia iam non est gratia. ¶ Subdit autem rationem quare deus saluat homines per fidem absque meritis præcedentibus.Vt ne quis glorietur in seipso,sed tota gloria in deum referatur.Psalm.Non nobis domine non nobis,& cætera.1.Corinthiorum 1,Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius,ex ipso autẽ vos estis in Christo Iesu. ¶ Deinde cùm dicit[Ipsius enim factura sumus,& cætera.]Manifestat quod dixerat quantum ad gratiam.Circa quod duo facit. Primò manifestat gratiæ infusionem.Secundò declarat gratiæ prædestinationem,ibi[Quæ præparauit deus,& cætera.] Duo autem ad rationem gratiæ pertinent quæ etiam iam dicta sunt, quorum primum est, vt id quod est per gratiam, non insit homini per seipsum, vel à seipso, sed ex dono dei. Et quantum

ad hoc dicit [Ipsius enim factura sumus]quia.s.quicquid boni nos habemus nõ est ex nobisipsis,sed ex deo faciente.Psal.Ipse fecit nos,& nõ ipsi nos.Deut.32,Nónne ipse est pater tuus qui possedit, fecit & creauit te? Et continuatur immediatè cum præcedenti,vt dicatur, Ne quis glorietur, quia.s.ipsius factura sumus. Vel potest continuari cum eo quod suprà dixerat.Gratia enim saluati sumus. ¶ Secundò pertinet ad rationem gratiæ vt non sit ex operib⁹ præcedentibus,& hoc exprimitur in hoc quod subdit [Creatura.]Est enim creare aliquid ex nihilo facere.Vnde quando aliquis iustificatur sine meritis præcedẽtibus,dici potest creatus quasi ex nihilo factus.Hæc autẽ actio.s.creatio iustitiæ, fit virtute Christi spiritussanctũ dantis. Propter quod subdit[In Christo Iesu].i.per Christum Iesum.Gal.vl. In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid valet,neq; pręputium,sed noua creatura.Psal.Emitte spiritũ tuum & creabuntur.Vlterius nõ solùm datur nobis habitus virtutis & gratiæ:sed interius per spiritum renouamur ad bene operandum.Vnde subdit[In operibus bonis]quia.s.ipsa bona opera sunt nobis à deo.Esa.36, Omnia enim opera nostra operatus es in nobis.Et quia quos prædestinauit,hos & vocauit.s.per gratiam:vt dicitur Ro.8.Ideo subdit dẽ prædestinatione,dicẽs[Quæ].s.bona opera præparauit deus.Nihil enim aliud est prędestinatio,q̃ præparatio beneficiorum dei,inter quæ beneficia cõputantur & ipsa bona opera nostra.Dicitur autem deus nobis præparare inquãtum disposuit se nobis daturum.Psal.Parasti cibũ illorum,&c. ¶ Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis præparata à deo,vt nihil ad illa per liberũ arbitriũ cooperaremur,ideo subdit[Vt in illis ambulemus.]Quasi dicat,Sic nobis ea præparauit vt ea nosipsi nobis per liberum arbitriũ impleremus. Dei enim adiutores sumus,vt dicitur 1.Cor.3.Propter quod dicebat de seipso Apostolus 1.Cor.15,Gratia eius in me vacua non fuit,sed abundãtius omnibus laboraui,non ego autem,sed gratia dei mecum. Signãter autem dicit[Ambulemus]vt designet boni operis profectum,secũdum illud Ioan.12,Ambulate dum lucem habetis.infrà 5,Vt filii lucis ambulate.

Lectio 4.

Reducitur Ephesius in memoriam status gẽtilitatis eorũ, et illius conditio,& ponitur beneficiũ, in eorũ cõuersione eis collatũ vt aduertant omnia esse ex gratia dei.

Propter quod memores estote quòd aliquãdo uos qui Gentes eratis in carne,qui dicebamini,præputium,ab ea quæ dicitur,circuncisio in carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamẽtorum,promissionis spem non habentes & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longè,facti estis propè in sanguine Christi.

¶ Prosecuto beneficio dei Gentilibus exhibito quantũ ad liberationem à peccato,hîc recitat Apost.beneficium eis exhibitum in liberatione à statu Gẽtilitatis. Circa quod duo facit. Primò cõmemorat cõditionẽ status pręteriti.Secũdò recitat beneficia eis exhibita in statu præsenti,ibi[Nũc autem in Christo Iesu,&c.] Circa primum duo facit. Primò cõmemorationis status præteriti ponit exhortationem. Secundò ipsemet status præteriti declarat conditionẽ,ibi[Quia aliquando,&c.]Dicit ergo.Propter quod,vt.s.aduertere possitis ꝙ omnia sint nobis data ex dei gratia,memores estote. Deut.9,Memento & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuum,&c. Deut.16, Memineris diei egressionis tuæ de AEgypto omnibus diebus vitæ tuæ.Secundò cùm dicit [Qui aliquando,]Cõmemorat præteriti status conditionem,& primò quantũ ad mala quæ habebant.Secundò quantũ ad bona quibus priuabantur, ibi [Qui eratis illo in tẽpore,&c.]Circa primũ ponit tria mala.Primò gẽtilitatis crimen quo idolis seruiebant,cũ dicit.[Quia aliquãdo vos gentes eratis.]1.Co.12,Scitis quoniã cùm gẽtes essetis ad simulacra muta prout ducebamini euntes.Quidã verò libri habent,Vos qui gentes eratis,& tunc pendet constructio vsq; ibi[Nũc autem in Christo Iesu,&c.]Secũdò recitat eorũ carnalem conuersationem cùm dicit [In carne] .i.carnaliter viuentes.Ro.8,Qui autẽ in carne sunt,deo placere non possunt.Tertiò recitat contẽptus eorum vilipẽsionem,qua à Iudæis vilipẽdebantur.Vnde dicit [Qui dicebamini præputiũ].i.incircũcisio,ab ea.s.circũcisione quæ dicitur circũcisio manufacta in carne.i.à Iudæis tali circumcisione circumcisis.Et dicit manufacta ad differentiã circumcisionis spiritualis,de qua dicitur Col.2,In quo circuncisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis,sed in circũcisione Christi cõsepulti ei in baptismo. Et sequitur parum pòst,Vos cùm mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo condonans vobis omnia,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Qui eratis illo in tẽpore,&c.]Cõmemorat bona quibus priuabantur:& primò participatione sacramentorũ.Secundò dei cognitione,ibi [Et sine deo in hoc mundo.]Circa primũ ponit tria sacramenta quorũ participatione priuabantur.Primò Christi dignitate.Vnde dicit[Qui eratis illo tẽpore sine Christo.i.sine ꝓmissione Christi,quæ facta est Iudæis.Hier.23,Suscitabo Dauid germen iustũ,&c.Zach.9,Exulta satis filia Siõ:iubila filia Hierusalẽ, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Secũdò tangit societatẽ sanctorũ,qua priuabãtur q̃diu in gentilitate permanebant,cùm dicit,Alienati à cõuersatione Israel, quia.s.Iudæis cũ Gẽtibus non erat licitũ conuersari.Deut.7,Non inibis cũ eis fœdus,nõ misereberis eorũ,neq; sociabis cum eis cõiugia,&c.Io.4, Non enim coutũtur Iudæis Samaritanis. Et quãtum ad illos qui in Iudaismo recipiebantur contẽptibiliter cum fiebãt proseliti.Vnde subditur,Et hospites testamentorũ,q.d.Huiusmodi proseliti quãdo conuertebantur ad Iudæos:& fiebant proseliti,non sicut ciues,sed sicut hospites recipiebantur ad percipiendũ testamenta dei.Dicit autem testamentorũ:quia Iudæis vetus testamentũ erat exhibitum & nouũ erat promissum:quia vt dicitur Eccl.44, Testamentũ suum confirmauit sup caput Iacob.Quod potest intelligi de veteri testamẽto.Promiserat enim deus dare aliud testamentũ.Baruch 2,Statuã illis testamẽtum alterũ sempiternum.Hoc autẽ reddidit illis,quorũ adoptio est filiorum dei,& gloria & testamentũ,vt dicitur Ro.9. ¶ Ponit etiã aliud beneficium quo priuabãtur.s.spem futurorũ bonorũ,cùm dicit[Promissionis spẽ non habentes.]quia vt dicitur Gal.3,Abrahę dictæ sunt promissiones,& semini eius. ¶ Vlterius ponit summam damnificationẽ qua dãnificabantur.s.ob dei ignorantiam,ibi[Et sine deo in hoc mũdo.]i.sine cognitione dei.Psal. Notus in Iudæa deus,nõ autem gentibus,vt dicitur 1.Thes.4,Non in passione desiderii,sicut & gentes quæ ignorant deum:quod tamen intelligitur de cognitione quæ est per fidem.Nam de cognitione naturali dicitur Ro.1, Qui cum cognouissent deum,nõ sicut deum glorificauerunt,&c. ¶ Consequenter cùm dicit[Nunc autẽ in Christo,&c.] Cõmemorat beneficia eis exhibita in statu conuersionis per Christum. Circa quod duo facit,quia primò ostẽdit quomodo facti sunt participes bonorum quibus antè priuabantur. Secundò ostendit quòd ad illa bona non sicut

hoſpites,ſed ſicut ciues recipiuntur,ibi[Ergo non eſtis hoſpites,&c.]Prima iterum in duas,quia primò cõmemorat huiuſmodi beneficia in generali.Secundò in ſpeciali,ibi[Ipſe enim eſt pax noſtra,&c.] Dicit ergo primò,Dixi ꝙ in illo tempore eratis ſine Chriſto,alienati à cõuerſatione Iſrael.Nũc autẽ.i. poſtquã cõuerſi eſtis ad Chriſtum vos qui eſtis in Chriſto.i.qui ei adhęretis per fidẽ & charitatem.1.Io.4,Qui manet in charitate in deo manet,& deus in eo.Gal.vlt.In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neq; præputium,ſed noua creatura.Vos,inquam,qui aliquando eratis longè,id eſt elõgati à deo:nõ loco,ſed merito.Pſal.Lõgè à peccatoribus ſalus,& à conuerſatione ſanctorũ & participatione teſtamentorum,vt dictũ eſt,Iam facti eſtis propè,deo ſcilicet & ſanctis eius,& teſtamentis.Eſa.6,Filii tui de longe venient,&c.Mar. 8,Quidam enim ex eis,ſcilicet gentibus,de longe venerunt,ſcilicet de regione diſſimilitudinis & ſtau gentilitatis,vos autem modò facti eſtis propè,ſcilicet in ſanguine Chriſti,id eſt per ſanguinẽ eius,quo vos Chriſtus attraxit.Ioan.12,Ego ſi exaltatus fuero a terra,omnia traham ad meipſum.Et hoc propter nimiã charitatem,quæ potiſsimè in morte crucis manifeſtatur.Hiere.31,In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miſerans.

Lectio 5.

Ponũtur in ſpeciali beneficia exhibita Epheſiis vtpotè approximatio ad Iudæos, ponẽdo cauſam approximationis modũ & finem.

IPſe enim eſt pax noſtra,qui fecit utraque unum,& medium parietem maceriæ ſoluens,inimicitias in carne ſua legẽ mandatorum decretis euacuans,ut duos condat in ſemetipſo in uno nouo homine,faciens pacem,ut reconciliet ambos in uno corpore,deo per crucem,interficiens inimicitias in ſemetipſo.Et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui lõgè fuiſtis,& pacem his,qui propè:quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad patrem.

¶ Cõmemoratis beneficiis collatis ipſis Epheſiis in generali per Chriſtum,hic ea cõmemorat in ſpeciali. Circa quod duo facit. Primò oſtẽdit quomodo appropinquauerunt populo Iudaico.Secũdò qualiter propinquiores facti ſunt deo,ibi[Vt reconciliet ambos,&c.]Prima iterũ in tres,quia primò oſtẽdit cauſam appropinquationis.Secundò modum.Tertiò finẽ.Secunda,ibi [Et medium parietem,&c.] Tertia,ibi[Vt duos,&c.]Cauſa autẽ appropinquationis eſt Chriſtus,propter quod dicit [Ipſe enim eſt pax noſtra,&c.]Et eſt emphatica locutio ad maiorẽ rei expreſsionem. Quaſi dicat,Benedico ꝙ facti eſtis propè, ſed hoc factũ eſt per Chriſtum,quia ipſe eſt pax noſtra.i.cauſa pacis noſtræ.Vnde dicebat Ioã.14,Pacem meã do vobis. Hic autẽ modus loquendi fieri cõſueuit,quãdo totũ quod eſt in effectũ dependet ex cauſa: ſicut eũ dicimus de deo ꝙ ipſe eſt ſalus noſtra,quia quicquid ſalutis eſt in nobis cauſatur à deo. Quia ergo quicquid pacis eſt in nobis cauſatur à Chriſto,& per cõſequens quicquid appropinquationis,quia homo quando pacificatus eſt cum alio,ſecurè poteſt ambulare ſeu appropinquare ad ipſum: ideo dicit ꝙ eſt pax noſtra.Nam in eius natiuitate angeli annuntiauerunt pacẽ.Luc.2,Gloria in altiſsimis deo,& in terra pax,&c.Ipſo etiam Chriſto in corpore exiſtẽte,mundus maximã pacem habuit qualem antè non habuerat. Pſal. Orietur in diebus eius iuſtitia,&c.Ipſe etiã reſurgens pacem annuntiauit.Luc.vlt.dixit eis,Pax vobis. ¶ Sequitur, Qui fecit vtraq; vnũ,quia.ſ.Chriſtus vtrunq; populum,videlicet Iudæorũ colentium deũ verum: & Gentiliũ ab huiuſmodi dei cultura alienatorũ,coniunxit in vnũ.Io.10,Alias oues habeo quę nõ ſunt ex hoc ouili,&c.vſq; ibi,Et fiet vnũ ouile & vnus paſtor.Ezech.37,Rex vnus erit omnibus imperans,&c.Modus autẽ appropinquationis oſtenditur,cùm ſubdit[Mediũ parietẽ,&c.] Hic autẽ modus eſt per remotionẽ eius quod diuidebat.Debemus autẽ ad intellectũ literę imaginari vnũ magnũ campũ,& multos homines ibi congregatos in quo quidẽ per medium protẽdatur & eleuetur vnus paries diuidens eos:ita ꝙ non videatur populus vnus, ſed duo. Quicũq; ergo remoueret parietẽ,coniungeret illorum hominũ congregationem in turbã vnam& efficeretur populus vnus.Sic intelligendũ eſt quod hîc dicitur,Mundus enim iſte eſt ſicut ager.Mat.13, Ager eſt mundus,hic autẽ ager.ſ.mundus plenus eſt hominibus.Geñ.8,Creſcite & multiplicamini & replete terram.In iſto autẽ agro eſt paries,quia quidam ſunt ex vna parte,quidã ex alia:hîc autẽ paries poteſt dici lex vetus ſecundũ carnales obſeruantias,in qua Iudæi cõcluſi cuſtodiebantur,vt dicitur Gal.3, Sub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidẽ quæ reuelanda erat.Can.2,Ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrũ, quia videlicet Chriſtus per veterẽ legem figurabatur.Chriſtus autẽ hunc parietẽ remouet,& ita cũ nullũ remaneret interſticium factus populus vnus Iudæorũ & Gẽtium.Et hoc eſt quod dicit[Dico quòd fecit vtraq;vnum.]hoc modo.ſ.ſoluens mediũ parietem.Parietẽ dico maceriæ non muri.Tunc enim eſt paries maceriæ,quãdo lapides in eo nõ conglutinantur cemento,nec ad hoc erigitur vt duret in perpetuũ,ſed vſq; ad tempus præfinitum.Vetus ergo lex eſt paries maceriæ propter duo.Primò quia non conglutinabatur charitate, quæ eſt quaſi cementũ conglutinans ſingulos ſibiinuicẽ,& omnes ſimul Chriſto.infrà 4,Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis . Vetus enim lex,eſt lex timoris inducens homines per pœnas & cõminationes ad obſeruantias mandatorum.Et ſi qui illo tẽpore legis eam ex charitate obſeruabant,iam pertinebant ad nouum teſtamentum,vt dicit Aug.ꝙ eſt lex amoris.Roma. 8,Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, &c. Secundò vetus lex eſt paries maceriæ,quia non fuit data vt perpetuò duraret , ſed vſque ad tempus præfinitum.Gala.4,Quanto tempore hæres paruulus eſt,nihil differt à ſeruo,cùm ſit dominus omnium,ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre,ita & nos cùm eſſemus,&c. Sed hîc incidit quæſtio,quia dicit,parietem maceriæ ſoluens,contrarium dicitur Matt.5, Non veni ſoluere legem,ſed adimplere. Reſpondeo, Dicendum eſt ꝙ in veteri lege erant præcepta moralia & cerimonialia. Moralia quidem præcepta Chriſtus non ſoluit,ſed adimpleuit,ſuperaddendo conſilia, & exponẽdo ea quę Scribæ & Phariſæi malè intelligebant.Vnde dicebat Mat.5,Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarum,&c.Et iterum,Dictum eſt antiquis,Diliges proximũ tuum.& odio habebis inimicũ tuum.Ego autem dico vobis,Diligite inimicos veſtros,&c.Cerimonialia verò prȩcepta ſoluit quidẽ quantum ad eorum ſubſtantiam,ſed adimpleuit quantum ad illud quod figurabant,adhibens figuratum figuræ. Eſt ergo intelligendum quòd hîc dicit ſoluens,ſcilicet,quantum ad obſeruãtiam legis carnalis.Et ſoluere hoc,ſcilicet,parietem maceriæ,eſt ſoluere inimicitias quę erant inter Iudæos & Gentiles:quia iſti volebant legem ſeruare, illi verò minimè:ex quo oriebatur inter eos ira & inuidia.Sed certè has inimicitias Chriſtus ſoluit in carne ſua aſſumpta.Nam in eius natiuitate ſtatim pax hominꝫ annũtiata eſt.Luc.2,Vel in carne ſua,ſcilicet,immolata,quia vt dicitur infrà 5,Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiam. In quo quidem ſacrificio impleta ſunt omnia illa ſacrificia & ceſſauerũt.Heb.10,Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. ¶ Quid autem ſit iſte paries inſinuat,dicens[Quòd eſt lex mandatorũ] quaſi dicat, Soluens parietem,hoc eſt legem mandatorũ,&c.Dicitur autẽ lex vetus lex mandatorum,non quia aliæ leges mandatis careant.Noua enim lex mandata habet.Io.14,Mãdatum nouum do vobis.Sed propter duo. Primò quidem propter magnum numerum mandatorũ legaliũ,intãtum quòd ab omnibus ſeruari nõ poſſunt,ſecundum illud,Act.15,Hoc onus quod neque nos,neque patres noſtri portare potuimus.Iob 11. ꝙ multiplex ſit lex eius,&c.Vel dicitur,Mandatorũ.i.factorũ.Ro.3,Vbi eſt ergo gloriatio tua?Excluſa eſt.Per quam legem?Factorũ?Non,ſed per legem fidei.Vnde ſicut Baptiſmus Ioãnis dicitur baptiſmus aquæ,quia tantùm exterius mundabat,interius autem non ſanctificabat,ita & lex vetus dicitur lex factorũ,quia præcipiebat tantùm quid facere deberent,ſed non conferebat gratiam,per quã ad legem implendam iuuaretur. Lex verò noua dirigit in agendis præcipiendo,& iuuat ad implendum,gratiam conferendo.Euacuans dico ſicut imperfectum euacuatur per perfectũ,& vmbra per veritatem.1.Corint.13,Cùm autem venerit quod perfectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt.ſ.imperfectio & vmbra veteris legis,de qua Heb.10, Vmbrã enim habens lex futurorum bonorum,&c.Et hoc decretis.i.præceptis noui teſtamenti per quæ excluditur lex.Leui.26,Comedetis vetuſtiſsima veterum.i.præcepta legis naturæ ſimul cùm noua lege, & præceptis eius ſuſceptis,vetera proiicietis.i.cerimonialia præcepta veteris legis quantum ad eorum ſubſtãtiam,vt dictum eſt. ¶ Finem verò appropinquationis oſtendit dicens[Vt duos cõdat in ſe,&c.]Qui quidẽ finis eſt, vt duo populi efficiantur,vnus populus.Quæ autẽ vniuntur oportet vniri in aliquo vno,& quia lex diuidebat nõ poterant in lege vniri,Chriſtus autẽ in lege ſuccedens & fides eius(ſicut veritas figurę)eos in ſemet ipſo condidit.Ioan.17,Vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus.Mat.18,Vbi enim ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo,ibi ego ſum in medio eorum.Et hoc in vno nouo homine faciens pacem.i.in ſemetipſo Chriſto,qui dicitur nouus homo propter nouum modum ſuę cõceptiõis.Hie.13,Creauit dominus nouum ſuper terram,fœmina circundabit virum.Item propter nouitatem gratiæ,quam contulit.Gal.vlt. In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet,neque præputiũ,ſed noua creatura.infrà 4,Renouamini ſpiritu mentis veſtræ,& induite nouum hominem qui,&c.Item propter noua mandata quæ attulit.Io.13,Mãdatum nouum do vobis vt diligatis inuicem,&c.Et licet iſta videatur eſſe intentio Apoſtoli,tamen in gloſa partis duplicatur:quia ex parte Iudæorum ponitur lex quaſi obſtaculum,ex parte verò Gentium eſt idolatria. ¶ Conſequenter cùm dicit[Vt reconciliet ambos,&c.]Oſtendit qualiter deo appropinquauerũt. Circa quod duo facit.Primò manifeſtat eorum reconciliationem ad deum.Secundò ponit manifeſtationẽ reconciliationis,ibi[Et veniens euangelizauit,&c.]Sciendum eſt ꝙ dilectio proximi eſt via ad pacem dei, quia vt dicitur 1.Io.4,Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt,deum quem nõ videt quomodo poteſt diligere?Et Aug.dicit ꝙ nullus putet habere pacem cum Chriſto ſi diſcors fuerit cùm Chriſtiano.Primò ergo ponit pacem hominum inuicem factam per Chriſtum,& exinde pacem hominum ad deum propter quod dicit[Vt reconciliet ambos]iam vnitos in vno corpore eccleſiæ,ſcilicet in Chriſto.Ro.12,Multi vnum corpus ſumus in Chriſto.Reconciliet,inquam,deo,per fidem & charitatem .2.Corin.5, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.Et hoc fecit,per crucem,interficiens inimicitias in ſemetipſo,quia Iudæorum & Gentilium quæ erant per legem inimicitias,interfecit,implens figuras veteris teſtamẽti,ſed inimicitias quæ erant inter deum & homines per peccatum interfecit in ſemetipſo,quando per mortem crucis deleuit peccatum.Gal.1,Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.Heb.10,Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.Dicit ergo interficiens inimicitias.i.peccata in ſemetipſo in immolatione corporis ſui.Col.1,Pacificans per ſanguinem crucis eius,ſiue quæ in cælis,ſiue quæ in terris ſunt.Roma. 5,Cùm inimici eſſemus reconciliati ſumus deo per mortem filii eius.Item Col.1 , In Chriſto complacuit omnem plenitudinem habitare,& per eum reconciliare omnia in ipſo.Quia ergo Chriſtus ſatisfecit ſufficienter pro peccatis noſtris, conſequens fuit vt ſoluto pretio fieret reconciliatio. Manifeſtationem verò huius reconciliationis ponit,dicens[Et veniens euangelizauit,&c.]Ponit autem primò pacis ſeu reconciliationis annuntiationem.Secundò pacis cauſam & rationem,ibi[Quoniã per ipſum habemus acceſſum, &c.]Eſt ergo manifeſta dei reconciliatio ad hominem per Chriſtum,quia ipſe Chriſtus non ſolùm reconciliauit nos deo.& interfecit inimicitias,ſed etiam veniens.ſ.in carne euangelizauit.i.annũtiauit pacẽ . Vel veniens poſt reſurrectionem,quando ſtetit in medio diſcipulorum & dixit eis,Pax vobis.Luc.vlt. & Ioan. 20.Eſa.61,Ad annuntiandum mãſuetis miſit me,&c.Et.52,Quàm pulchri pedes ſupra montes annuntiãtis & prædicantis pacẽ,annuntiantis bonũ,prędicãtis ſalutẽ,&c.Euangelizauit,inquã,nõ vni populo tantùm,ſed vobis gentibus qui lõgè fuiſtis,quibus & ſi nõ in perſona propria,tamen per Apoſtolos ſuos annũtiauit pacẽ.Mat.vlt.Euntes ergo docete omnes Gentes baptizantes,&c.Eſa.33,Audite qui lõgè eſtis quæ fecerim,& cognoſcite,&c.Et pacem his qui propè,ſupple annuntiauit Chriſtus in perſona propria.Ro.15, Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter veritatem dei ad confirmandas promiſsiones patrum.Eſa.54,Ecce,accola veniet qui non erat mecum,aduena quondã ruus adiungetur tibi. ¶ Cauſam aũt pacis & formã oſtendit,dicens[Quoniã per ipſum habemus acceſſũ ambo].i.duo populi in vno ſpiritu.i.vniti vnione ſpirituſſancti.infrà 4,Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus,&c.1.Co.12,Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus. Sic autem habemus acceſſum ad patrem,per Chriſtũ,quoniam chriſtus operatur per ſpiritũ ſanctũ.Ro.8,Si quis aũt ſpiritũ Chriſti nõ habet,hic nõ eſt eius,& ideò quicquid fit per ſpiritũ ſanctũ,etiã fit per Chriſtum.Per hoc etiã quod dicit,ad patrẽ,intelligendum eſt ꝙ etiam pertinet ad totam trinitatem,qui propter eſſentiæ vnitatem in patre eſt filius & ſpirituſſanctus , & in ſpirituſſancto pater & filius.Ideò cũ dicit ad patrem ſpecialiter oſtendit ꝙ quicquid filius habet,à patre habet,& ab eo etiam ſe habere recognoſcit.

Oſtenditur Gẽtiles non eſſe minoris dignitatis in ſuſceptione beneficiorum ſpiritualium q̃ fuerint Iudæi.

Lectio 6.

ERgo iam non eſtis hoſpites & aduenæ,ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei,ſuperædificati ſuper fundamẽtum Apoſtolorum & Prophetarum,ipſe ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu,in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in domino.In quo & uos coædificamini,in habitaculum dei in ſpiritu ſancto.

¶Ostenso suprà q̃ ad spiritualia beneficia,simul admissi sunt Gẽtiles cũ Iudæis:hic ostendit q̃ in illis beneficiis Gentiles non sunt minoris dignitatis quãsunt ipsi Iudæi,sed ęquè plenariò ad Christi beneficia sint admissi.Circa quod duo facit,quia primò proponit intentum.Secũdò manifestat propositũ per exemplũ, ibi[Superædificati,&c.]Circa primũ duo facit.Primò excludit id quod erat in statu præterito à statu præsenti.Secũdò concludit id quod competit præsenti statui,ibi[Sed estis ciues,&c.]quia ergo Apostolus concludendo inducit hoc quod dicit,Ergo iam,&c.Cõsiderandũ est q̃ similitudo sequitur ex prẽmissis.Primò quidẽ ex hoc q̃ ambo coniuncti,sunt deo reconciliati.Secũdò q̃ ambo habent accessum in vno spiritu ad patrem.Quia ergo simul sunt configurati toti trinitati,patrĩ ad quem habent accessum,filio per quem, spiritui sancto in quo vno accedũt.In nullo ergo deficiũt à spiritualium bonorũ participatione.¶Ad intelle ctum autem literæ sciendum est q̃ collegiũ fideliũ quandoque in scripturis vocatur domus: secundũ illud. 1.Tim.3,Vt scias quomodo in domo dei oporteat te conuersari,quæ est dei ecclesia.Quandoque aũt vocatur ciuitas,secundum illud Psal.Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas.Ciuitas enim habet collegiũ politicum:domus autẽ Iconomicum,inter quæ quidem duplex differentia inuenitur.Nam qui sunt de collegio domus,cõmunicant sibi in actibus priuatis,qui verò sunt de collegio ciuitatis,cõmunicãt sibi in actibus publicis,Item qui sunt in collegio domus,reguntur ab vno qui vocatur paterfamilias,sed qui sunt in collegio ciuitatis reguntur à rege.Ita enim est paterfamilias in domo,sicut rex in regno.Sic igitur collegium fideliũ aliquid habet de ciuitate,& aliquid de domo.Sed si consideretur rector collegii,pater est.Mat.6,Pater noster qui es in cælis,&c.Hier.3,Patrem vocabis me,& post me ingredi nõ cessabis,& sic collegiũ est domus: si verò ipsos subditos cõsideres,sic ciuitas est,quia communicãt sibi in actibus præcipuis.s.fidei,spei,& charitatis.Et hoc modo si fideles considerentur in se,est collegium ciuitatis:si verò rector collegii attendatur, est collegiũ domus.Et ideò Apostolus duo verba ponit hic.s.hospites & aduenæ.Hoc enim sunt hospites ad domum,quod aduenæ ad ciuitatem.Hospes enim dicitur quasi extraneus à domo.Eccl.29,Vita nequã, hospitandi de domo in domum.Aduena verò est qui extraneus venit ad ciuitatem. Ac si dicat Apostolus, Olim eratis extranei à collegio fidelium sicut hospites à domo,& aduenæ ad ciuitatem,quẽadmodũ & proseliti ad legem veterem,sed nunc non estis ita,quia iam nõ estis hospites,&c.Esa.54,Ecce acolla veniet qui non erat mecum,aduena quondam tuus adiungetur tibi.¶Consequenter cũ dicit[Sed estis ciues sanctorum,&c.]Concludit quod conuenit statui præsenti,dicens.Sed estis ciues sanctorum,&c.q.d. Quia collegium fidelium dicitur ciuitas in cõparatione ad subditos,& domus in cõparatione ad rectorem, collegium ad quod vocati estis est ciuitas sanctorũ,& domus dei,Psal.Gloriosa dicta sunt de te,ciuitas dei.Vnde Aug. Duas ciuitates faciunt duo amores.Nam amor dei vsque ad contemptum sui.s.hominis amantis,facit ciuitatem Hierusalem cælestem:amor verò sui vsque ad contemptum dei,facit ciuitatem Babylonis. Quilibet ergo vel est ciuis sanctorum,si diligit deũ vsque contemptum sui.Prouer.vlti.Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus:si verò diligit se vsque ad contemptum dei,est ciuis Babylonis.¶Consequenter cùm dicit [Superædificati,&c.]manifestat propositũ.Consuetũ est in scripturis q̃ in figura quæ methonomia dicitur,continens ponatur pro contento,sicut quandoque domus pro his qui sunt in domo,secundũ hunc ergo modum loquitur Apostolus de his qui sunt in domo dei.s.de fidelibus,sicut de vna domo,& comparat eos ædificio.Et circa hoc duo facit,quia primò proponit intentũ.Secundò ostendit quòd huius ædificii participes facti sunt ipsi Ephesii,ibi[In quo,& vos coædificamini,&c.]Circa primum duo facit.Primò proponit huius ædificii fundamentum.Secundò ipsius cõstructionem seu cõplementum,ibi[In quo omnis ędificatio constructa,&c.]Fundamentum autẽ ponit duplex.Vnũ secundariũ,& aliud principale . Secundariũ quidem fundamentum sunt Apostoli & Prophetæ.Et quantum ad hoc dicit eos non esse hospites, sed ciues:quia iam pertinet ad ædificiũ spirituale,vtpote superædificati supra fundamentum Apostolorũ & prophetarum.i.qui sunt Apostoli & prophetæ.i.super doctrinã eorum.Vel aliter supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.i.supra Christum qui est fundamentum apostolorum & prophetarum.q.d. In eodem fundamento superædificati estis in quo apostoli & prophetæ sunt ædificati,qui ex Iudæis fuerũt. Hæ autem expositiones duæ,tantùm quoad verba differunt:sed prima conuenientior est:quia si alia cõuenientior esset,tunc pro nihilo adiungeret,Ipso summo angulari lapide Christo Iesu,cùm ipse Iesus sit summum fundamentum.Secundum ergo primum modum magis consonat, ita tamen q̃ præcipuus lapis & summũ fundamentum sit Christus.Quantum verò ad sententiam nihil differunt,quia idem est dicere Christum esse fundamentum,& doctrinam apostolorum & prophetarum,cũ Christum tantũ,non seipsos,prædicauerint,vnde accipere eorum doctrinam est accipere Christum crucifixum.1.Co.1, Nos autem prædicamus Christum crucifixum.1.Pe.1, Quibus reuelatum est quia non sibiipsis,&c.Item.1.Co.2. Nos autem sensum Christi habemus.¶Notandum est q̃ apostoli dicũtur fundamenta.Psal.Fundamenta eius in mõtibus sanctis.Esa.54,Fundabo te in saphyris.i.in cælestibus viris.Expresè autem dicuntur fundamẽta.Apo. 21, Murus ciuitatis habens fundamenta.12.& in ipsis nomina 12.apostolorum.Qui tantum dicuntur fundamenta in quantum eorum doctrina Christum annuntiant.Mat,16,Super hanc petram ędificabo ecclesiam meam.Dicit autem apostolorum & prophetarum,vt designet quòd vtraque doctrina est necessaria ad salutem.Mat.13,Scriba doctus in regno cælorũ similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua,& vetera.Item vt ostendat concordiam inter vtranque alterius ad alterum,dum idem est vtriusque fundam entum.Nam quod prophetæ prædixerunt futurum,apostoli prædicauerunt factum.Ro.1, Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus,segregatus in euangelium dei,quod ante promiserat per prophetas suos.¶Principale verò fundamentum,tantùm est Christus Iesus,& quantum ad hoc dicit , Ipso summo, &c.Vbi tria dicit de eo.s.q̃ sit lapis,quòd angularis,& quòd summus.Lapis quidem est propter fundamẽti firmitatem.Vnde dicitur Mat.7,Quòd domus quæ fundata erat supra petram, firmiter ædificata erat, intantum quod nec pluuia,nec flumina,nec venti potuerunt eã destruere.Non sic autem de domo fundata super arenam.Dan.2,Lapis absciſſus de monte sine manibus.Angularis autem dicitur propter vtriusq; cõiunctionem.Nã in angulo duo parietes vniũtur.Sic in Christo populus Iudæorũ & Gẽtiũ vniti sunt.Psal.

Apostoli fundamẽta sunt ecclesiæ.

Solus Christus est principale fundamentum ecclesiæ.

Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli.Act.4,Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus,qui factus est in caput anguli,& non est in aliquo alio salus.Et hoc idem de se introducit.Mat.21,Nunquã legistis in scripturis, Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificantes,hic factus est in caput anguli,&c.Summus aũt dicitur propter dignitatis celsitudinẽ.Esa.28,Ecce ego mittã in fundamentis Sion lapidem angularẽ,probatũ, pretiosum in fundamẽto fundatũ:sed non est idẽ de fundamento in ædificio spirituali,& in ædificio materiali.Materiale nãq; ædificiũ fundamẽtũ habet in terra, & ideo oportet vt principalius fundamentũ sit magis infimum.Spirituale verò ædificiũ fundamentum habet in cælo , & ideo oportet q̃ fundamentũ quantò est principalius,tãtò sit sublimius:vt sic imaginemur ciuitatẽ quandã descẽdentẽ de cælo,cuius fundamentũ in cælo existens,& ædificiũ demissum ad nos,videatur inferius:secundum illud Apo.21,Vidi ciuitatẽ Hierusalẽ descendentẽ de cælo,&c.¶Consequẽter cũ dicit[In quo omnis ędificatio,&c.]agit de cõstructione ædificii.In qualibet autẽ ædificii cõstructione quatuor requiruntur.Primò ædificii fundatio.Secũdò cõstructio.Tertiò augmẽtatio. Quartò cõsummatio. Quæ quidẽ breuiter tangit primũ cùm dicit,In quo.s.fundamento,qui Christus est,principaliter:& doctrina Apostolorum & prophetarũ secũdariò,quia vt dicitur 1.Cor.3,Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id,&c.Secũdò verò tangit secundũ,cũ dicit[Omnis ædificatio cõstructa.]Et quidẽ si intelligatur allegoricè,designat ipsam ecclesiã,quæ tunc cõstruitur quãdo homines ad fidẽ cõuertuntur.Si aũt moraliter intelligatur,significat animam sanctã,& tunc eiusmodi ædificatio cõstruitur quãdo bona opera superędificãtur super Christũ.Prouer.14,Sapiens mulier ædificat domũ suam.1.Cor.3,Vnusquisque videat quomodo superædificet. In hoc ergo fundamento.s.Christo omnis ædificatio spiritualis construitur,Iudæorum,vel Gentilium,à deo per authoritatẽ.Psal.Nisi dominus ædificauerit domũ,&c.Heb.3,Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo, q̃ autem omnia creauit,deus est,sed instrumentaliter cõstruitur ædificiũ,vel ab homine qui seipsum ędificat, vel à prælatis.Tertiũ,tangit,cũ dicit[Crescit in templũ,&c.]quod quidẽ fit quando multiplicantur qui salui fiunt.Act.6,Verbũ domini crescebat & multiplicabatur numerus discipulorũ in Hierusalẽ valde.Crescit etiam quando homo crescit in bonis operibus:& in gratia crescit quantũ ad hoc q̃ fit templum sanctũ.Tẽplum enim à deo inhabitatur,& ideò oportet q̃ sit sanctũ.Psal.Sãctificauit tabernaculum suum altissimus, Et quia nos debemus inhabitari à deo,vt deus in nobis habitet,ad hoc nos parare debemus,vt sancti simꝰ. 1.Cor.3,Nescitis quia templum dei estis,& spiritus dei habitat in vobis?Apoc.12,Ecce tabernaculum dei cum hominibus,& habitabit cum eis.Sed nunquid statim à principio,cùm charitatem habemus,templum dei sumus?Respondeo,Dicendũ est quòd sic.Et quantò magis proficimus,tantò magis deus habitat in nobis.Et ideo ad hoc ædificium quartò requiritur perfectio & consummatio,quod ostendit,cùm dicit, In domino.¶Consequenter cùm dicit[In quo & vos,&c.]Ostendit quomodo Gẽtiles facti sunt participes huius ædificii dicens,In quo.s.ædificio,non solùm superædificantur Iudæi,sed etiã vos Ephesii coædificamini.i.ad similitudinem aliorum ædificamini.1.Pet.2,Ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ,ab hominibus quidẽ reprobatũ,à deo autẽ electũ & honorificatum,& ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales.Et ideò subdit,In habitaculũ dei,vt.s.deus in vobis inhabitet per fidem.infrà 3,Habitare Christum per fidẽ in cordibus vestris.Hoc aũt non potest fieri sine charitate,quia qui manet in charitate,in deo manet, &c.1.Io.4,Charitas autẽ datur nobis per spiritũ sanctũ.Ro.5,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis,ideo subdit,In spiritu sancto.

Caput 3.

Hic ponitur cõditio Pauli quãtum ad tribulationes, & patientiã, & quãtũ ad dona specialia quæ deus ei contulit, ponendo q̃ ei est data cognitio mysterij Christi, certaplena, & excellens, & tandem exponit quid sit istud mysteriũ tam longo tempore abscõditum, esse vocationẽ Gẽtium ad fidem, & gratiam Christi, dicendo.

Vius rei gratia ego Paulus uinctus Christi Iesu,pro uobis Gentibus:si tamen audistis dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi in uobis,quoniam secundum reuelationem notũ mihi factum est sacramentũ,sicut suprà scripsi in breui,prout potestis legentes intelligere prudẽtiam meã in mysterio Christi , quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominũ,sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius,& prophetis in spiritu,esse Gentes cohæredes,& concorporales,& comparticipes promissionis in Christo Iesu per euangelium.

¶Suprà cõmemorauit Apostolus multa dei beneficia humano generi,& ipsis apostolis collata, hic cõmemorat specialia beneficia sibi tradita.Primò ergo proponit intentionẽ suã in generali.Secũdò exponit per partes in speciali,ibi[Quoniam secundũ reuelationem,&c.]Circa primum duo facit.Primò ponit suã conditionem quantum ad patientiã & tribulationes quas pertulit.Secundò quantũ ad dona gratiæ quæ deus sibi contulit,ibi[Si tamen audistis,&c.]Dicit ergo.Dixi in quo & vos coædificamini,&c.Huius rei gratia. i.vt ædificemini & conuertamini ad Christum,ego Paulus qui tantus sum,quia Apostolus Iesu Christi, & magister Gentium in fide & veritate,nunc vinctus Romæ.Nã hanc epistolam de vrbe scripsit vbi in vinculis tenebatur.2.Timo.2,Laboro vsque ad vincula quasi malè operans.infrà 4,Obsecro vos itaq; ego Paulus vinctus in domino.Ex quo apparet eius tribulatio & passio in scalore carceris . Sed quia pœna nõ facit martyrem,sed causa:ideo addit suarum tribulationum causam.Duplex autem causa pro qua quis martyrii causam prosequitur.Vna si patiatur pro fide Christi,vel pro quacunque alia virtute.1.Pet.4,Nemo vestrũ patiatur quasi homicida,aut fur,aut maledicus,aut alienorum appetitor,si autem vt Christianus,nõ erubescat.Et quantum ad hoc dicit,Vinctus Christi Iesu.Alia si patiatur pro ecclesiæ vtilitate.Et quantũ ad hoc ait Pro vobis Gentibus.i,tantum intendo conuersionem vestram,& verbum salutis vobis prædico,q̃ traditus sum carceri.2.Cor.1,Tribulamur pro vestra exhortatione & salute.Col.1,Nunc gaudeo in passionibus pro vobis.¶Consequenter cùm dicit[Si tamen audistis,&c.]ponit donum gratiæ sibi commissum. q.d.Dico q̃ sum pro vobis Gentibus vinctus.Si tamen audistis.i.intellexistis dispensationem gratiæ quæ data est mihi pro vobis.Quod potest intelligi dupliciter.Vno modo vt dispensatio accipiatur passiuè , & sit sensus,si tamen audistis dispensationem gratiæ,&c.ideſt si intellexistis quòd mihi hoc donum.s.Apostolatus in Gentibus,est dispensatum.Nam vt dicitur infrà 4,Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi.Et infrà,Ipse dedit quosdam quidem Apostolos,quosdam autem prophetas,&c. Vnde mihi dispensatum est à domino Christo,ideſt venit in sortem gratia dei hæc vt in vobis fructum faciam. Colo.1,Factus sum ego minister,& cætera.Dico dispensationem dei quæ data est mihi in vobis,ideſt eorum dispensatio tradita est mihi . Alio modo vt dispensatio accipiatur actiuè , vt sit sensus . Si tamen

audistis dispensationẽ,&c.i.si intellexistis ꝙ mihi datum sit vt dona gratiæ dispensem per cõmunicationẽ sacramentorũ,& hoc in vobis.1.Cor.4,Sic nos existimet homo vt ministros Christi. ¶ Consequenter cũ dicit[Quoniã secundũ reuelationẽ,&c.]Manifestat cõditionẽ suã per partes & in speciali.Circa quod duo facit,quia primò ponit,quod pertinet ad dignitatẽ officii.s.dispẽsationẽ gratiæ.Secundò illud quod pertinet ad experientiã patiẽtiæ.s.tribulationes,ibi[Quapropter peto ne deficiatis,&c.]Prima iterũ in duas.Primò ostẽdit gratiæ dispẽsationẽ quãtũ ad diuersorũ mysteriorũ cognitionẽ.Secũdò quãtũ ad ipsorũ executionẽ,ibi[Cuius factus minister,&c.]Prima iterũ in duas Primò ponit mysteriorũ Christi sibi datam cognitionem.Secundò exponit quod sit istud mysteriũ,ibi[Esse Gentes cohæredes,&c.]Circa cognitionem suã tria facit.Primò ꝙ sit certa.Secundò quod sit plena.Tertiò quod sit excellens.Certa quidẽ est,quia nõ est per humanã industriam,nec per humanam intentionem, quæ falli potest.Sap.9,Cogitatiões enim mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ,sed per legem diuinam quæ certissima est.Et ideò dicit.Quoniam secundum reuelationẽ,&c.Gal.1,Neque enim ego ab homine accepi illud,neque didici,sed per reuelationem Iesu Christi.2.Corin.3,Nos verò reuelata facie gloriam domini speculantes,&c. ¶ Itẽ plena est, quia perfectè reuelatũ est mihi,& cõmitto vestro iudicio,quia ego in verbis paucis hoc expressi, in quibus cognoscere potestis ꝙ perfectam cognitionem habeã de mysteriis fidei.Et quãtum ad hoc dicit, Sicut scripsi in breui.i.in paucis verbis,ita apertè ꝙ eo modo hoc potestis legentes intelligere.Cant.4, Fauus distillans labia tua,&c,Labium quidem breue quid est.Et sic labia doctoris sunt fauus distillans,quando breuibus & paucis verbis multa & magna insinuat.Sed attẽde,vt dicit Aug.ꝙ debet intẽdere hoc doctor,quòd. s.intelligatur.Et quãdiu ad hoc laborat verba sua non sunt superflua,sed si postquam intelligitur eis immoratur,superflua sunt eius verba.Dicit autẽ prudentiã meam,secundũ illud Prouer.9,Scientia sanctorũ prudentia.Quæ quidẽ nõ est mundana,sed diuina & cælestis,propter quod dicit,In mysterio Christi.Est etiã excellens,quia solis apostolis est reuelata,vnde subdit,Quod aliis generationibus nõ est agnitũ.Licet enim mysterium Christi prophetis & patriarchis fuerint reuelata,non tamẽ ita clarè sicut Apostolis. Nam prophetis & patriarchis fuerunt reuelata in quadã generalitate,sed apostolis manifestata sunt quantũ ad singulares & determinatas circunstantias.Hoc autẽ quod dicit ꝙ aliis generationibus,&c.Potest dupliciter exponi.Vno modo vt per generationes tẽpora generationum accipiantur.iuxta illud Psal. Dominatio tua in omni generatione & generationem.Et tunc est sensus ꝙ aliis generationibus.i.remporibus nõ est agnitũ filiis hominũ.i.rationalibus creaturis.s.neç hominibus,nec angelis.Mat.11,Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis.Sicut nunc reuelatũ est sanctis apostolis eius & ꝓphetis in spiritu, ipsis.s.in eo spiritu noui testamenti interpretantibus scripturas,& explanantibus legem.Luc.8,Vobis datum est nosse mysterium regni dei,cæteris aũt,&c.Luc.10,Beati oculi qui vident quæ vos videtis.Et infrã, Dico aũt vobis quòd multi reges & prophetæ voluerũt videre quæ vos videtis,& nõ viderũt,&c.Alio modo potest exponi vt per generationes accipiãtur homines generati,secũdũ illud Mat.23,Veniẽt hęc omnia super generationẽ istã,&c.Et tunc est sensus,ꝙ aliis generationibus.i.hominibus in præcedentibus generationibus generatis,non est cognitum,&c.sicut prius.Vnde Esa.53,Quis credidit auditui nostro,& brachium domini cui reuelatũ est?Sed hoc quidẽ sacramẽtum fidei reuelatum est aliquibus patribus veteris testamẽti.secundũ illud Io.8,Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meũ,vidit,& gauisus est . Et etiam prophetis,secundũ illud Ioel.2,Post hęc effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ,& prophetabũt filii vestri,& filiæ vestræ.Sed eis quidem reuelatũ est in quadã generalitate,Apostolis verò clarè & perfectè. Et hoc propter tria.Primò quia ipsi apostoli habuerunt reuelationem immediatè à filio dei,secundũ illud Io. 1,Vnigenitus filius qui est in sinu patris,ipse enarrauit.Prophetæ verò & patres veteris testamenti ipsi edocti sunt per angelos,vel per aliquas similitudines.Vnde dicitur Esa.6,Volauit ad me vnus de seraphin,& in manu eius calculus quẽ,&c.Et ideò ipsi Apostoli clarius acceperunt.Secũdò quia nõ in figuris & in enigmatibus sicut Prophetæ viderunt,sed reuelata facie gloriã domini speculantes.Luc.10,Beati oculi qui vident quæ vos videtis.Tertiò quia apostoli cõstituti fuerunt executores & dispensatores huius sacramenti, & ideo oportebat ꝙ melius ipsi essent instructi quam alii.Io.4,Alii laborauerunt,& vos in labores eorum introistis. ¶ Consequenter cùm dicit[Esse gentes,&c.]manifestat quid sit illud sacramẽtũ.Circa quod sciẽdum est ꝙ Iudæi triplicem prærogatiuam habebãt respectu Gẽtilium. s.promissionis hæreditatis.Rom.4, Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius vt hæres esset mundi,sed per iustitiam fidei. Psal. Dominus pars hæreditatis meæ,&c.Itẽ per specialẽ à Gẽtibus aliis distinctionem & electionẽ.Deut.7, Te elegit dominus deus tuus,vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram.Vnde Psalm. Nos aũt populus eius & oues pascuæ eius.Cant.6,Vna est columba mea,perfecta mea,&c.Itẽ per Christi promissionem.Gene.12,In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ.Hæc autẽ tria gentes nõ habebãt suprà 2,Qui eratis tempore sine Christo alienati à conuersatione Israel,sed ad hæc tria recepti sunt per fidem.Primò quidem quantum ad participationem hæreditatis,& quantum ad hoc dicit,Cohæredes.s.ipsis Iudæis in hæreditate cælesti.Mat.8,Multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac,& Iacob in regno cælorũ,&c.Secũdò ad speciale collegiũ fidelium.Et quãtũ ad hoc dicit,Concorporales.i.in vnũ corpus.Io.10,Alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili.i.Gentes,& illas oportet me adducere,& vocem meam audient,& fiet vnũ ouile & vnus pastor.Tertiò ad participationem gratiæ repromissæ.Et quantũ ad hoc dicit,& cõparticipes.s.promissionũ quæ factæ sunt Abrahæ.Ro.15,Dico aũt Christum fuisse ministrum circuncisionis propter veritatem dei ad confirmãdas promissiones patrum, Gentes aũt super misericordia honorare deum.Et hæc omnia cõsecutæ sunt Gentes non per Moysen,sed in Christo.Io.1,Lex per Moysen data est,gratia & veritas per Iesum Christum facta est.2.Pet.1,Per quem maxima & pretiosa nobis promissa,&c.Itẽ nec per impletionẽ legis,quia hoc est iugum quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus,vt dicitur Act.15,sed per euangelium per quod omnes saluantur.Ro.1.Non enim erubesco euangelium:virtus enim dei est in salutem omni credenti.1.Corin.15,Notum vobis facio euangelium quod prædicaui vobis,quod & accepistis,in quo & statis,per quod & saluamini.

Lectio 2.

Docet Paulus sibi esse datã gratiã ad executionem diuinorum mysteriorũ ponẽdo primò ministeriorũ executionẽ & auxiliũ datũ ad exequẽdũ, & tandem ipsum officiũ sibi cõmissum qđ cõmẽdat ex suæ personæ conditione ex cõmissorum; magnitudine.

Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei,quæ data est mihi secundum operationem uirtutis eius. Mihi enim omnium sanctorũ minimo,data est gratia hæc,in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi,& illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo,qui omnia creauit.

¶ Postq̃ ostendit Apostolus esse sibi gratiam dispensatã quantum ad mysteriorum diuersorũ cognitionẽ: hîc ostendit hoc idem quantũ ad ipsorum mysteriorum executionem.Et circa hoc duo facit. Primò cõmorat auxiliũ gratiæ præstitum sibi ad exequendũ.Secundò ostendit sibi cõmissum officium ministerii,ibi [Mihi omniũ sanctorum minimo,&c.] Prima in duas.Primò tãgit ministeriorum diuinorũ executionem. Secundò ostendit auxiliũ sibi datum ad exequendum,ibi [Secundum donum gratiæ,&c.] Executio diuinorum sibi cõmissa est per modũ ministerii,& quantum ad hoc dicit,Dico ꝙ hoc ministerium est mihi commissum.s.Gentes esse cohæredes per euangeliũ,per quod Gentes participes fiunt promissionis dei in Christo Iesu,cuius ego Paulus factus sum minister,&c.q.d.Nõ ego impleo vel exequor vt à mevel vt meũ,sed sicut ministeriũ quod dei est.Act.9,Vas electionis est mihi iste,&c.Vnde Apostolus 1.Cor.4,Sic nos existimet homo vt ministros Christi,& dispensatores ministeriorũ dei. ¶ Deinde cùm dicit [Secundum donũ gratiæ,&c.] tangit auxiliũ sibi præstitum ad ministeriorum executionẽ. Huiusmodi autem auxiliũ duplex fuit.Vnum quidẽ ipsa facultas exequẽdi,aliud ipsa operatio,siue actualitas.Facultatẽ autem dat deus infundendo virtutem & gratiã per quas efficitur homo potens & aptus ad operandũ,sed ipsam operationem cõfert inquantũ operatur in nobis interius mouendo,& instigando ad bonum.Et ideo hoc accipiens Apostolus à deo,dicit quantũ ad primum,Dico ꝙ factus sum minister,sed certè non meis meritis,nec virtute propria:sed secundũ donum gratiæ dei quæ data est mihi,quia.s.idoneus efficior ad executionem diuinorũ ministeriorum qui fui prius persecutor.1.Cor.15,Plus omnibus laboraui,non ego sed gratia dei mecũ.Quantum ad secundũ dicit,Secundum operationẽ quam deus efficit inquantum virtus eius operatur in nobis& velle & perficere pro bona voluntate.Potest autẽ hoc aliter exponi secundum Glo. vt quod dictũ est, modò referatur ad præcedẽtia.s.dicatur ꝙ esse gẽtes cohæredes,& cõcorporales, & cõparticipes promissionis eius.s.dei patris,hoc quidẽ donum dedit deus Gentibus in Christo.i.per Christum & hoc secundũ operationem virtutis eius.i.per hoc quod potẽter operatus est suscitando Christũ à morte. ¶ Consequenter cũ dicit[Mihi sanctorũ minimo,&c.]ostendit officium cõmissum,cuius quidem cõmissionis gratia commendatur ex tribus.Primò quidẽ ex personæ suæ conditione.Secundò ex cõmissorum magnitudine,ibi [Euangelizare inuestigabiles,&c.] Tertiò ex fructus vtilitate, ibi [Vt innotescat,&c.] Cõmendatur igitur officiũ sibi cõmissum ex personæ conditione.Si enim rex aliquis aliquod quidẽ magnum officium alicui magno principi & excellenti cõmitteret,non multum ei magnã gratiam faceret,quantum ad hunc magnũ si poneret in magno officio:sed si magnũ & arduissimum officium alicui paruo cõmittat, multum eũ magnificat, & magnã gratiam facit ei:& tantò magis quãtò officii excellentia excedit ipsum . Secundũ ergo hunc modum Paulus gratiã sibi commissi officii cõmendat,dicens,Mihi omnium sanctorũ minimo data est gratia hæc.Et vocat se minimũ,non ex potestate sibi cõmissa,sed ex cõsideratione status præteriti.1. Cor.15,Ego sum minimus apostolorũ,qui non sum dignus vocari apostolus,quoniã persecutus sum ecclesiam dei. Esa. 60,Minimus erit in mille,& paruulus in gentẽ fortissimam.Et hoc in Gentibus (.i.inter Gentes.) Gal.2, Qui enim operatus est Petro in apostolatũ circuncisionis,operatus est & mihi inter Gẽtes.Et cùm cognouissent gratiã dei quæ data est mihi inter Gentes, &c. Secundò cõmendatur huiusmodi cõmissionis gratia ex officii magnitudine,quod est reuelare & manifestare secreta dei,quæ sunt magna & occulta,puta,de magnitudine Christi,& de salute fidelium facta per eum.De his autem duobus est totũ euangelium. Quantũ ad primũ dicit,Euangelizare,&c.q.d.Hęc gratia data est mihi vt annuntiẽ bonũ.1.Cor.1,Non misit me Christus baptizare,sed euangelizare.Et ibidẽ 9,Væ enim mihi si non euangelizauero:& bonũ hoc.s. (inuestigabiles Christi diuitias)quæ sunt veræ diuitiæ.suprà 2,Deus autẽ qui diues est in misericordia.&c.Ro.2, An diuitias bonitatis eius,& patientiæ,& lõganimitatis contẽnis,&c.Ro.10, Diues in omnes qui inuocant illum.q.d.Diuitiæ istæ veræ inuestigabiles sunt,quia tanta est misericordia eius quòd intelligi vel inuestigari nõ possit.Esa.33,Diuitiæ salutis sapientia & scientia,timor domini ipse thesaurus eius.s. Christi,quia in Christo abundantissimè fuit timor domini.Esa.11,Replebit eum spiritus timoris domini.In Christo enim sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ absconditi.Col.2,& hæ sunt inuestigabiles,quia perfectè sapientia & scientia Christi inuestigari nõ possunt.Iob 11,Reperies forsan vestigia dei,& vsq; ad perfectè omnipotentem,q.d.Non.Nam per creaturas in quibus relucet vestigiũ creatoris peruenire non potest ad perfectã eius cognitionẽ.Huiusmodi autem diuitias stupens admiratur Apostolus dicens,Ro.11,O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei quã,&c.Eccle.1,Sapiẽtiam dei præcedentẽ omnia quis inuestigabit? ¶ Quãtum ad secundũ.i.ad manifestandum salutem fidelibus ex Christo prouenientẽ dicit [Illuminare omnes.] non solùm Iudæos,sed etiã Gentiles per prædicationẽ & miracula.Eccle.24,Illuminabo omnes sperantes in domino.Act.9,Vas electionis est,&c.Matt.5,Vos estis lux mundi.Illuminare,inquã, quantum in me est omnes.s.credere volentes.2,Tim.2,Qui omnes homines vult saluos fieri,& ad agnitionẽ veritatis venire. Ad hoc.s.vt intelligant(quæ sit dispensatio sacramẽti)quia nihil valent ista nisi dispensentur,q.d. de hoc illuminabo.s.quã mirabilis,& ex quanta dilectione sit facta adimpletio arcanæ redẽptionis.Huiusmodi autẽ diuitiæ inuestigabiles,per Christũ vobis dispensatæ sunt. Sed quia dici posset, istud quod dicis & si sit magnum,omnes tamẽ hoc sciunt,ideo ad hoc respõdet Apostolus dicens ꝙ non, quia absẽdita à seculis. Vbi sciendum est ꝙ omnia quæ sunt in effectu,latent virtute in suis causis,sicut in virtute solis,continẽtur omnia quæ sunt in generabilibus & corruptibilibus.Sed tamen ibi quædã sunt abscondita , quædã manifesta. Nam calor est manifestè in igne, aliquorũ verò ratio quæ occulto modo producit , latet in eo. Deus autẽ est omniũ rerum causa efficiens:sed producit quædã quorum ratio potest esse manifesta,illa.s. quæ mediantibus causis secundis producit.Aliqua verò sunt in eo abscondita,illa.s.quæ immediatè per seipsum producit..Et quia sacramentũ humanæ redemptionis per seipsum operatus est deus,ideo in eo solo hoc sacramẽ-

Totũ euangeliũ est de magnitudine Christi, et de salute fidelium facta ꝙ Christum.

tum est absconditum. Et hoc est quod dicit, Absc̃dita à seculis in deo. i. in sola notitia dei. Inuestigare autẽ secreta primæ causę maximũ est. 1. Cor. 2, Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiã verò non huius seculi, neq; principum huius seculi qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiã in mysterio quæ absc̃dita est, quam prædestinauit deus ante secula, qui, in q̃, omnia creauit. Lectio 3.

Cõmendatur dignitas ministerij ex vtilitate effectũ, quæ est reuelatio rerũ magnarum p̃sonis magnis.

Vt innotescat principatibus & potestatibus, in cælestibus, per ecclesiam, multiformis sapientia dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidẽtia, per fidem eius.

¶ Posita dignitate officii ex magnitudine cõmissorum, hìc cõmendat Apostolus officii dignitatẽ ex vtilitate effectus, quæ quidẽ est reuelatio magnarum rerum magnis personis. Sunt autẽ circa hoc tria cõsideranda. Primò quidẽ quibus sit reuelatum, & quantũ ad hoc dicit, Vt innotescat principibus, &c. Secundò per quẽ reueletur, quia per ecclesiã. Tertiò quid reueletur, quia multiformis sapiẽtia dei. Ad cuius quidẽ sapientiæ descriptionẽ quatuor tangit Apostolus. Primò eius multiplicitatẽ, ibi [Multiformis sapientia dei.] Secũdo modũ multiplicitatis, ibi [præfinitionẽ seculorũ.] Tertiò multiplicitatis authoritatẽ. Vnde subdit [Quã fecit dominus in Christo Iesu domino nostro.] Quartò authoritatis effectũ ibi [In quo habemus fiduciã & accessum.] Est ergo sapiẽtia quæ reuelatur multiformis, & hæc quidẽ multiformitas tangitur Iob 11, Vtinã deus loqueretur tecũ, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & q̃ multiplex sit lex eius, &c. Sap. 7, Est enim in illa. s. sapiẽtia diuina spiritus intelligentiæ sanctus vnicus, & multiplex, &c. Multiplex. s. in effectibus, vnicus. s. in essentia. ¶ Modus autẽ multiplicitatis reuelatæ sciẽtiæ est secundũ præfinitionem seculorum. i. distinctionẽ & determinationem diuersorum tẽporum. Deus enim ordinat alia esse in vno tẽpore, alia in alio & secundũ hoc huiusmodi multiformis dicit sapiẽtia secundũ præfinitionẽ seculorũ: q̃a diuersa tẽpora diuersis ornat effectib⁹. ¶ Author autẽ huius multiplicitatis est Christ⁹: Vnde dicit [Quã fecit deus in Christo Iesu dño nostro]. i. per Christũ. Ipse enim mutat tẽpora & statum eorum. Heb. 1, Multiphariè multisq; modis, &c, per quem fecit & secula. Potest autẽ hoc quod dicit, quem fecit, &c. referri vel ad æternam prædestinationẽ: nam ipsam fecit pater in filio suo. suprà 1, Elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti. Ipse enim filius est sapientia patris: nihil autẽ diffinit vel pręordinat aliquid nisi per sapientiã. Vel potest referri ad prædestinationis æternæ completionẽ, quam deus pater per filiũ consummauit. 1. Cor. 10, In quos fines seculorũ deuenerunt, supple sumus. ¶ Effectus autẽ authoris est magnitudo fructꝰ qui nobis à Christo prouenit, quod ponitur, cùm dicit, In quo habemus fiduciã, &c. Circa quod duo facit. Primò ponit quæ recipimus. Secundò appropriatũ per quod recepimus, ibi [Per fidem eius.] Bona autẽ quæ recipimus, sunt duo. Vnum quod pertinet ad spẽ obtinendi & quãtum ad hoc dicit [In quo]. s. Christo habemus fiduciã. s. veniendi ad cælum & æternam hæreditatẽ. Io. 16, Confidite, ego vici mũdum. 2. Cor. 3, fiduciam talẽ habemus per Christum ad deum. Aliud bonum pertinet ad obtinendi facultatẽ, & quantum ad hoc dicit [Et accessum in confidẽtia]. s. habemus. Heb. 4, Adeamus cum fiducia ad thronũ gloriæ eius. Hiere. 3, Patrẽ vocabis me, & post me, ingredi non cessabis. Ro. 5, Per quẽ accessum habemus per fidem in gratia ista in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei. Per quid autẽ hęc dentur nobis, subdit, dicens, Per fidẽ eius. s. Christi. Ro. 5, Iustificati ex fide pacẽ habeamus ad deum per dominum nostrũ Iesum Christum. Vt ergo breuiter cõprehendamus: dico q̃ reuelata est sapientia dei multiformis varietatis, secundum distinctionẽ & præfinitionem seculorum, quæ dedit nobis fiduciã & accessum ad patrem per fidem eius. Quibus autẽ reuelata sit ista multiformis sapiẽtia dei ostendit, & tunc sumitur litera superius dimissa. Vt innotescat principibus & potestatibus, ex qua apparet magnitudo. Et quia etiã in terris sunt principes & potestates, addit, In cælestibus. i. in cælo vbi nos erimus. ¶ Notandum est autẽ hìc q̃ principatus & potestates sunt duo ordines qui ex ipsorum nomine præeminentiã in operãdo designãt. Potestatis ordo ordinatur ad reprimendũ impedimẽta salutis, sed ordo principatuũ præest & iniungit ad bene exequendũ. Quòd autẽ ad ordinẽ principatus pertineat regulare, patet per illud Psal. Pręuenerunt principes coniuncti psallẽtibus, &c. Itẽ principes Iuda duces eorũ, &c. Quòd autẽ ad potestates pertineat reprimere, patet Ro. 13, Vis autẽ non timere potestatem, bonum fac & habebis laudẽ ex illa, dei enim minister est tibi in bonũ: si autem malefeceris, time. Non enim sine causa gladiũ portat, &c. Magni ergo sunt quibus innotescit: quia sanctis angelis per quos diriguntur & defenduntur sancti. Per quid autẽ eis innotescat multiformis sapiẽtia dei subdit dicẽs, Per ecclesiã, quod quidem habet magnã difficultatem. Nam Glo. habet. i. per apostolos in ecclesia prædicantes. Vnus quidẽ intellectus esse potest, q̃. s. angeli didicerunt ab apostolis, & hoc videtur quandã rationem habere. Videmus enim q̃ in cælo inter angelos superiores, qui immediatè à deo illuminãtur: illuminant & docent inferiores angelos qui nõ immediatè illuminantur à deo. Non videtur ergo irrationabile dici q̃ doceant angelos apostoli, qui immediatè à deo sunt edocti, secundũ illud Io. 1, Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Sed hoc quidẽ satis sufficienter dici posset, nisi aliud occurreret. Cùm enim in Christo sint duæ naturæ, diuina. s. & humana: edocti quidẽ sunt apostoli à Christo immediatè quantũ ad humanam naturam. Angeli autẽ immediatè naturam diuinã vidẽt, etiam inferiores: aliàs non essent beati, cùm in sola visione diuinæ essentiæ rationalis creaturæ beatitudo cõsistat. Non est ergo cõueniens nec ratio aliqua, vt dicamus sanctos qui sunt in patria doceri à quantũcunq; perfectis viatoribus. Nã licet inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne baptista, tamen qui est in regno cælorum, maior est illo, vt dicitur Mat. 11, Dicere autem q̃ dęmones doceãtur ab hominibus, hoc absq; pręiudicio credibile est. Sed q̃ beati immediatè verbum conspiciunt, quod est speculum sine macula, in quo relucent omnia, à viatoribus doceãtur, dici non debet nec cõueniens videtur. Dicendum est ergo q̃ innotuit angelis per ecclesiam. i. per apostolos prædicantes, vt dicit Glo. Non q̃ angeli hoc didicerunt ab eis, sed in eis. Nam sicut dicit Aug. super Gen. ad literam, Deus antẽq̃ creaturas crearet, antè dico ordine naturæ, non ordine tẽporis: cùm secundum tẽpus simul omnia creata sint, rationes rerũ naturalium indidit mentibus angelorũ, quorũ fit vt angeli dupliciter res naturales cognoscunt, quia cognouerũt eas in verbo, & hæc cognitio dicitur matutina. Item cognouerunt eas in naturis propriis, & hæc dicitur cognitio vespertina. ¶ Vlterius notãdum

An angeli didicerunt aliquid ab apostolis.

est q̃ sunt quædam rationes mysteriorũ gratiæ totam creaturã excedentes, & huiusmodi rationes non sunt inditæ mẽtibus angelorũ, sed in solo deo sunt occultæ. Et ideo angeli nõ cognoscunt eas in seipsis, nec etiã in deo, sed cognoscunt eas secundum q̃ in effectibus explicantur. Cùm igitur rationes pertinentes ad multiformem sapientiã dei sint huiusmodi. s. in solo deo absconditæ, & postmodum in istis forinsecis effectibus explicatæ, manifestum est q̃ angeli eas nec in seipsis, nec in ipso verbo, nec etiam ab apostolis, nec à viatoribus aliis cognouerunt, sed in ipsis apostolis explicatas, prius in mente diuina latẽtes cognouerunt, sicut domus quæ est in mente artificis vel conceptu de domo facienda, nullus scire potest q̃ diu latet in mente, nisi solùm ille qui solus illabitur animabus. s. deus, sed postq̃ cõceptus est, iam in effectu extrinseco explicatus: quia domus iam facta est, sic aliquis de domo iam facta quæ prius latebat in mente artificis edocetur, nõ autem edocetur per domum, sed in domo. Vnde iam restat vt aliter exponatur hoc quod dicit, Vt innotescat principatibus, &c. vt illa coniunctio, vt, accipiatur non causaliter, sed quoddãmodo consecutiuè, & legatur sic, Illuminare quę sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo qui omnia creauit, ita tamen absc̃diti vt innotescat principibus, &c. i. istud sacramentum ita fuit absconditũ in deo q̃ inde innotuit principatibus & potestatibus non ab æterno, sed à seculo: quia omnis creatura principiũ habet. Et hoc nõ per ecclesiam terrenã, sed cælestem: quia ibi est vera ecclesia, quę est mater nostra, & ad quã tendimus & à qua nostra ecclesia militans est exẽplata. Et sic ly, per, designat ordinem naturę tantùm, vt dicatur per ecclesiã cælestem. i. de vno in aliud: sicut dicitur illud factũ est notum per totum regnũ vel ciuitatẽ, quia noua currunt ab vno in alium, secundũ q̃ verba currunt sicut dicitur Act. 9, de suscitatione Thabitæ benignæ sancti Petri. Notum autẽ factum est per vniuersam Ioppen & crediderunt multi, &c. Magister tamen aliter recitat lectura Augustini hoc modo. Illuminare quæ sit dispensatio, &c. & hoc per ecclesiam. i. omnes qui sunt in ecclesia terrena, sed hoc non est secundũ intentionem Augustini. ¶ Hìc posset quæri vtrũ angeli à principio mundi cognouerint mysteriũ incarnationis. Respõdet Magister q̃ angelis maioribus notũ fuit, sed nõ minoribus. Vnde ipsi. s. angeli interrogant. Esa. 63, Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestib⁹ de Bosra. Sed opinio hæc est contra beatũ Dionysiũ. Dionysius enim duas interrogationes angelorũ de Christo factas ex sacra scriptura accipit. Vnam ex Psal. Quis est iste rex gloriæ? Itẽ accipit aliã ex Esa. 63 Quis est iste qui venit de Edon, &c. Primo autẽ interrogatio secũdum eum est inferiorum angelorũ: secunda supremorũ, quod patet, quia primæ non deus respõdet, sed alius. Vnde dicit dominus virtutũ ipse est rex gloriæ: seeũ dæ verò respõdet ipse deus immediatè. Vnde dicit, Ego qui loquor iustitiã & ꝓpugnator sum ad saluãdum. Vult ergo Dionysius q̃ vtriq; aliquid ignorauerunt, & aliquid sciuerunt: quia à principio omnes sciuerunt mysterium incarnationis in generali, sed rationes in speciali didicerunt tempore procedente seu processu tẽporis, secundum q̃ in effectibus extrinsecis explicabantur. Lectio 4.

An angeli cognouerit mysterium incarnationis à principio mundi.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati & fundati.

Exhortantur Ephesii ne propter Pauli tribulationes deficiãt à fide, & vt eis ꝓ sit exhortatio, pro eis orat Apostolus.

¶ Postq̃ egit Apostolus de dignitate officii, quod pertinet ad suam conditionem: hìc consequẽter agit de his quæ pertinent ad suam afflictionẽ. s. de passionibus suis. Circa quod duo facit. Primò exhortatur eos ne pro suis tribulationibus cõturbentur, sed habeant patientiã. Secundò quia ad hoc q̃ homo non conturbetur necessarium est diuinũ auxilium, præmittit orationẽ vt impleant hoc per diuinã gratiam, ibi [Huius rei gratia, &c.] Dicit ergo primò, Ex magnitudine officii mei & firmitate eius, quã habeo per fidem Christi, accidit q̃ tribulationes patior, nec me conturbant nec à Christo auellere possunt. Ro. 8, Quis nos separabit à Charitate Christi, tribulatio, &c. q. d. Nihil. Propter quod induco vos & peto, ne deficiatis in tribulationibus meis, ne. s. occasione tribulationũ mearũ deficiatis omnino à fide & ab operib⁹ bonis. Heb. 12, Non fatigemini animis vestris deficientes. Dico autẽ q̃ vos non debetis deficere, quia sunt [pro vobis]. i. pro vtilitate vestra. 2. Cor. 1, Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione & salute, quæ operatur tolerantiã passionum earũdem quas & nos patimur, vt spes nostra firma sit ꝓ vobis: scientes quoniã sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationũ. Vel dicit pro vobis. i. pro vestra probatione. Sap. 3, Tanq̃ aurum in fornace ꝓbauit electos dominus, &c. [Quæ est gloria vestra]. s. si nõ deficiatis, sed estis fortes in tribulationibus. Nam qui pseuerauerit vsq; in finẽ, &c. Alio modo quæ est gloria vestra. i. tolerantia passionũ nostrarum est pro vobis ad gloriam, in hoc q̃ deus exposuit apostolos suos & prophetas tribulatiõibus & passionibus ꝓpter salutẽ vestrã. Osee 6, Propterea dolaui in prophetis & occidi eos, &c. 2. Cor. 1, Gloria vestra sumus, sicut vos nostra, &c. ¶ Consequẽter cùm dicit [Huius rei gratia, &c.] implorat eis auxiliũ per orationem, & per exhortationem suã proficiant. Et primò orationẽ præmittit. Secũdò quasi securus de exauditione gratias agit, ibi [Ei autẽ qui potens est, &c.] Itẽ prima in tres, quia primò proponit orationis obiectũ. Secundò orationis intentum, ibi [Vt det vobis secundum diuitias, &c.] Tertiò orationis fructũ, ibi [Vt positis cõprehendere, &c.] Oratio autẽ redditur exaudibilis per humilitatem. Psal. Respexit in orationẽ humilium, &c. Eccle. 35, Oratio humiliantis se nubes penetrabit, &c. Et ideo statim orationẽ suam ab humilitate incipit, dicẽs [Huius rei gratia] .s. ne deficiatis à fide [flecto genua mea ad patrem, &c.] Quod est signũ humilitatis ꝓpter duo. Primò quia q̃ genua flectit quoddãmodo paruificat se & subiicit se ei cui genua flectit. Vnde per huiusmodi ostenditur recognitio proprię fragilitatis & paruitatis. Secundò quia in genu est fortitudo corporis. Quando ergo quis genua flectit, ꝓtestatur debilitatẽ suę virtutis. Et inde est quòd exteriora signa corporalia exhibentur deo ad conuersionẽ & exercitium spiritualis animę interioris. 2. Para. vlt. in oratione Manasses, Flecto genua cordis mei, &c. Esa. 45, Mihi curuabitur omne genu, &c. ¶ Deinde describit orationis obiectũ quod est deus, & describit eum ex duobus. Primò ex affinitate. Secundò ex authoritate. Ex affinitate enim erigimur ad orandũ cum fiducia. Et quantum ad hoc dicit [Ad patrẽ domini nostri Iesu Christi]. s. cuius nos filii sumus. Iac. 1, Omne datũ optimum, &c. Esa. 63, Tu enim domine pater noster, &c. Ex authoritate autẽ confirmatur obtinendi quod petimus fiducia, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

An in angelis sit paternitas.

ipse est ex quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur. ¶ Hìc posset quæri vtrum in cælo sit paternitas. Posset dici breuiter ꝙ in cælo. i. in deo vel in diuinis est paternitas, quæ est principiũ omnis paternitatis. Sed de hac nõ quæritur ad præsens, quia cuilibet fideli nota est. Sed quęritur vtrũ in cælis. i. vtrum in angelis sit aliqua paternitas. Ad hoc dico ꝙ paternitas est tantũ in viuentibus & cognoscentibus. Est autẽ duplex vita. Vna secundũ actum, alia secundum potentiã. Vita quidem secundũ potentiã est habere opera vitæ in potentia. Vnde dormiens quãtũ ad actus exteriores, dicitur viuere in potentia. Viuere autem secundum actum est quãdo exercet quis opera vitæ in actu. Sic autẽ non solùm qui dat potentiam vitę pater est eius cui dat, sed qui dat actum vitæ, illæ etiã pater dici potest. Quicunque ergo inducit aliquẽ ad aliquẽ actum vitæ, puta, ad bene operandum, intelligendũ, volendum, amandũ, pater eius dici potest. 1. Cor. 4, Nã si decem milia pædagogorũ habeatis in Christo, sed nõ multos patres, &c. Cùm ergo inter angelos vnus alterum illuminet, perficiat & purget, & isti sint actus Hierarchici, manifestũ est ꝙ vnus angelus est pater alterius, sicut magister est pater discipuli. ¶ Vtrum autẽ paternitas quæ est in cælis & in terra deriuetur à paternitate quę est in diuinis, dubitatur: & videtur ꝙ nõ, quia nomina sic imponimus secundũ quod res nominatas cognoscimus quicquid autẽ cognoscimus est per creaturas, ergo nomina imposita à nobis reb⁹ ipsis, plus & prius cõueniunt creaturis quã ipsi deo. Respondeo & dico ꝙ nomen alicuius rei nominatę à nobis dupliciter potest accipi: quia vel est expressiuũ aut significatiuũ cõcept⁹ intellect⁹: quia voces sunt notæ vel signa passionũ vel conceptuũ qui sunt in anima, & sic nomẽ prius est in creaturis, quã in deo. Aut inquantũ est manifestatiuũ quiditatis rei nominatæ exterius, & sic est prius in deo. Vnde hoc nomen paternitas secũdũ quod significat conceptionẽ intellectus nominantis rem, sic per prius inuenitur in creaturis quã in deo, quia ꝑ prius creatura innotescit nobis q̃ deus: secundũ autẽ ꝙ significat ipsam rem nominatã, sic ꝑ prius est in deo q̃ in nobis, qa certè omnis virtus generatiua in nobis, est à deo. Et ideo dicit, Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. q.d. Paternitas quæ est in ipsis creaturis: est quasi nominalis seu vocalis, sed illa paternitas diuina qua pater dat totam naturam filio absq; omni imperfectione est vera paternitas. ¶ Consequenter cùm dicit [Vt det vobis, &c.] ostendit orationis intentũ. Et primò facit hoc. Secũdò ostẽdit per quid posset impetrare suum propositũ, ibi [Per spiritum eius, &c.] Dicit ergo, Dico ꝙ peto ne deficiatis, sed stetis viriliter. Scio tamẽ ꝙ hoc ex vobis facere nõ potestis sine dono dei, ideo peto [vt det vobis] Iaco. 1, Omne datũ optimum, &c. [Et hoc quidẽ secundum diuitias gloriæ suæ]. i. secundum copiã maiestatis eius & magnificentiæ. Psal. Gloria & diuitiæ in domo eius. Prou. 8, Mecum sunt diuitiæ & gloria. Diuitiæ, inq̃ quæ faciunt virtutem corroborari. Esa. 40, Qui dat lasso virtutẽ, & his qui non sunt fortitudinem & robur ❧ multiplicat. Et hoc ī interiori homine, quia nisi in interiorib⁹ fortificetur homo, faciliter ab hoste superatur. Esa. 9, Confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia antè, modò & vsq; in sempiternum. ¶ Tunc resumat illa particula interposita. s. [per spiritũ.] in qua ostẽdit per quid obtinere potest quod petit. Ipse enim spiritus qui roborat, est spiritus fortitudinis, & est causa non deficiẽdi in tribulationibus, quẽ obtinemus ꝑ fidem quæ est fortissima: quia fides est substantia rerum sperãdarum. i. facit in nobis subsistere res sperãdas. Vnde 1. Pet. 4, Cui resistite fortes in fide. Et ideo subiungit [Habitare Christum per fidẽ.] Et hoc in cordibus vestris. 1. Pet. 3, Dominũ autẽ Christũ sanctificate in cordibus vestris. Per quod? Dico ꝙ non solùm per fidẽ quæ, vt suprà declaratum est, proximè est fortissima, sed etiã per charitatem quæ est in sanctis. Et ideo subdit [In charitate radicati & fundati]. i. Co. 13, Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia substinet, charitas nunq̃ excidit. Cant. vlti. Fortis est vt mors dilectio. Vnde sicut arbor sine radice, & domus sine fundamento de facili ruit: ita spirituale ædificium nisi sit in charitate fundatum & radicatum durare non potest.

Lectio 5.

Poniturfructus corroborationis Eph. in fide

VT posĩtis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundũ. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

¶ Suprà ostendit Apostolus petitionis suæ pro Ephesiis & orationis intentũ. s. corroborationẽ spiritus in fide & charitate: hìc consequenter ostẽdit eius quã petiit corroborationis per fidem & charitatẽ fructum qui est quædã cognitio. Ideo primò proponit ipsam notitiã. Secundò ipsius notitiæ seu cognitionis efficaciã, ibi [Vt impleamini in omni plenitudine dei.] Dicit ergo [Ita sitis charissimi in charitate radicati & fundati vt posĩtis cõprehendere, &c.] Quod quidẽ dupliciter legi potest, primò vt magis sequatur intentionẽ Apostoli. ¶ Sciendum est ergo ꝙ tam in futuro quã in præsenti cognitio dei est nobis necessaria: nam in futuro gaudebimus & de cognitione dei & de cognitione assumptæ humanitatis. Io. 17, Hæc est vita æterna vt cognoscãt, &c. Io. 10I, ngreditur. s. in contẽplationem diuinitatis, & egredietur. s. in contẽplationem humanitatis, & pascua inueniet. Et quia fides est inchoatio illius futuræ cognitionis, quia est substantia rerum sperandarũ, &c. vt dicitur Heb. 11. Quasi iam in nobis res sperandas per modum cuiusdã inchoationis facit subsistere. Inde est ꝙ fides nostra in his duobus cõsistit. s. in diuinitate & humanitate Christi. 1. Cor. 2, Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, &c. Secundũ hoc ergo primò præmittit eis cognitionẽ diuinitatis. Secundò cognitionẽ mysteriorum humanitatis, ibi [Scire etiã supereminentẽ scientiæ, &c.] Cognitionẽ autem diuinitatis manifestat eis sub his verbis [Vt posĩtis, &c.] q.d. Corroborami per fidẽ & charitatẽ, quia si sic estis, peruenietis ad vitam æternã, vbi habebitis deum præsentẽ & perfectè eum cognoscetis. Quòd autẽ deus manifestetur amanti patet. Io. 14, Qui diligit me diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum. ꝙ verò manifestetur credenti, patet prout dicitur Esa. 7. secundũ aliam literam, Nisi credideritis, nõ intelligetis. Oportet enim secundũ fidem & charitatẽ vt corroboremini vt posĩtis cõprehendere. Vbi sciendum est ꝙ comprehendere quandoque ponitur pro includere, tunc oportet quòd comprehendens contineat in se totaliter comprehensum. Quandoq; autem ponitur pro apprehendere, & tunc dicit remotionẽ distantiæ, & insinuat propinquitatem. Primò autẽ modo à nullo intellectu creato deus cõprehendi potest. Iob 11, Forsitan vestigia dei cõprehẽdes & vsq; ad perfectũ omnipotentẽ reperies q.d. Non. Quia sic posset eũ pfectè cognoscere quãtum cognoscibilis est. Et de hac cognitione nõ intelligitur quod dicitur, Vt posĩtis cõprehẽdere, sed secũdo modo. Et est vna de tribus dotib⁹, & de hac loquitur Apost. cũ dicit, Vt posĩtis cõprehendere. i. deũ habere præsentẽ & præsentialiter cognoscere. Phil. 3, Sequor autẽ si quomodo cõprehendã, in quo, &c. Et hæc cõprehẽsio est cõmunis oĩbus sanctis eius. Ideo subdit [Cũ omnib⁹ sanctis.] Psal. Gloria hæc est omnib⁹ sanctis eius. Talibus autẽ dicitur illud 1. Co. 9, Sic currite vt cõprehẽdatis, &c. [Quę sit latitudo, &c.] ¶ Notandũ ꝙ verba ista videntur ortũ habere ex verbis Iob 11, Forsan (inquit) vestigia dei cõprehẽdes, q.d. incõprehensibilis est: huius autẽ incõprehensibilitatis causam assignat, dicẽs, Excelsior cælo est, & quid facies? Profundior interno est, & vnde cognosces? Longior terra mẽsura eius, & latior mari. Ex quo videtur ꝙ Iob ostẽdat eũ esse cõprehensibilẽ, attribuens ei quadruplicẽ differentiã dimensionũ. His enim verbis alludens Apostolus dicit, Vt posĩtis cõprehendere quæ sit latitudo, &c. q.d. Habeatis tãtam fidem & charitatẽ vt posĩtis tandem cõprehendere quod cõprehensibile est. Et hoc modo exponit Dionysius. Non est tamen aliquo modo intelligẽdum has dimensiones corporaliter esse in deo, quia spiritus est deus: vt dicitur Io. 4, Sunt tamen in deo metaphoricè. Vnde per latitudinẽ designatur dimensio seu extensio virtutis & sapientiæ diuinæ super omnia. Eccle. 1, Effudit illam. s. sapientiã super omnia opera sua. Per longitudinẽ designatur æterna eius duratio. Psal. Tu autẽ domine in æternum permanes, & Psal. Domũ tuam domine decet sanctitudo in longitudinem dierũ. Per sublimitatẽ vel celsitudinem verò perfectio & nobilitas naturæ eius, quæ in infinitũ excedit creaturã. Psal. Excelsus super omnes gentes dominus. Et profundũ. i. incõprehensibilitas sapientię eius. Eccle. 7, Alta profunditas. s. sapiẽtiæ diuinæ, quis inueniet eam? Sic ergo patet ꝙ finis fidei & charitatis nostræ est, vt perueniamus ad perfectam dei cognitionẽ, qua cognoscamus infinitã suæ virtutis extensionẽ, æternam & infinitam eius durationẽ, suæ perfectissimæ naturæ celsitudinem, suæ sapientiæ profunditatẽ & incõprehensibilitatem eo modo sicut est attingendũ. ¶ Consequẽter quia adhuc alia cognitio est necessaria. s. cognitio mysteriorũ humanitatis, ideo subdit [Scire etiã supereminentem scientiæ, &c.] Vbi sciendũ est ꝙ quicquid est in mysterio redẽptionis humanę & incarnationis Christi, totũ est opus charitatis. Nam ꝙ incarnatum est, ex charitate processit. suprà. 2, Propter nimiam charitatẽ suam qua dilexit nos, &c. Quia verò mortuus fuit ex charitate processit. Io. 15, Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, &c. infrà 5, Christ⁹ dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam deo: propter hoc dicit Greg. O inestimabilis dilectio charitatis, vt seruũ redimeres, filium tradidisti. Et ideo scire charitatẽ Christi, est scire omnia mysteria incarnationis Christi & redẽptionis nostræ, quæ ex immẽsa charitate dei processerunt, quæ quidẽ charitas excedit omnem intellectũ creatum & omnium scientiã, cùm sit incõprehẽsibilis cogitatu. Et ideo dicit [Supereminentem scientiæ]. s. naturali, & omnem intellectũ creatum excedentẽ. Phil. 4, Et pax dei quæ exuperat omnem sensum [Charitatẽ Christi]. i. quam deus pater fecit per Christũ. 2. Cor. 5, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Alio modo potest legi vt referatur ad perfectionẽ charitatis nostræ. q.d. Corroborami in charitate radicati & fundati, & hoc vt posĩtis comprehendere, non solùm cognoscere, cum omnibus sanctis, quia hoc donũ. s. charitatis cõmune est omnibus, cùm nullus possit esse sanctus sine charitate, vt dicitur Ephe. 3, Posĩtis, inq̃, comprehendere, quæ sit latitudo. s. charitatis quæ se extendit vsq; ad inimicos. Psal, Latum mandatũ tuum nimis. Lata est enim charitas ad suã diffusionem. Psal. Eduxit me in latitudinem dominus. Longitudo autẽ eius attenditur quantum ad sui perseuerãtiam, quia nunq̃ deficit, sed hìc incipit & perficitur in gloria. 1. Cor. 13, Charitas nunq̃ excidit. Cant. vlti. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Sublimitas autẽ eius attenditur quantum ad intentionẽ cælestium, vt. s. deus non diligatur propter tẽporalia, quia huiusmodi charitas esset infirma, sed vt diligatur propter se tantùm. Iob 40. In sublime erigere, & esto glorioſus. Profundũ verò attenditur quantum ad originẽ ipsius charitatis. Nam hoc ꝙ deũ diligimus non est ex nobis, sed à spiritu sancto: quia vt dicitur Ro. 5, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, &c. Hoc ergo ꝙ vnus habet charitatem longã, latam, sublimem, & profundã, & alius non venit ex profundo diuinæ prædestinationis. Eccle. 1, Profundum abyssi quis dimensus est? Ergo vt posĩtis cõprehendere. i. perfectè consequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo vt extendatur charitas vestra vsq; ad inimicos, quæ sit longitudo, vt. s. nunq̃ deficiat, quæ sit sublimitas, vt. s. propter seipsum deus diligatur, & quid sit profundũ. s. prędestinationis, &c. ¶ Sciendũ autẽ hìc ꝙ Christus in cuius potestate fuit eligere genus mortis quod vellet, quia ex charitate mortẽ subiit, elegit mortem crucis, in qua prædictæ quatuor dimensiones sunt. Ibi est latitudo. s. in ligno transuerso, cui affixæ sunt manus, quia opera nostra debẽt per charitatem dilatari vsq; ad inimicos. Psal. Eduxit me in latitudinẽ dominus. Ibi est longitudo in ligno erecto, cui innititur totũ corpus, quia charitas debet esse perseueratiua, quæ sustinet & saluat hominẽ. Mat. 10, Qui autẽ perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Ibi est sublimitas in ligno superiori, cui caput inhęret: quia spes nostra debet eleuari ad æterna & diuina. 1. Cor. 11, Caput viri Christus est. Ibi etiã est profundum in ligno quod latet sub terra & sustinet crucẽ, & tamen non videtur: quia profundũ amoris diuini sustinet nos, nec tamen videtur, quia ratio prædestinationis (vt dictũ est) excedit intellectum nostrũ. Sic ergo debemus cõprehendere virtutem charitatis nostræ, & Christi, & adhuc scire charitatẽ Christi supereminẽtem, scientiæ. s. humanæ, quia nullus potest scire quantũ Christus dilexit nos, vel scire etiam charitatẽ scientiæ Christi, quæ habetur cum scientia Christi. Charitatẽ dico supereminentem. s. alii charitati quæ est sine scientia. Sed nunquid est verum ꝙ charitas quæ est cum scientia, superemineat charitati quæ est sine scientia? & videtur ꝙ non: quia sic malus theologus esset supereminentioris charitatis q̃ sancta vetula. Respondeo, dico ꝙ hoc intelligitur de scientia afficiẽte. Nam ex vi cognitionis inducitur ad magis diligendũ, quia quantò deus magis cognoscitur, tantò & magis diligitur. Propter quod petebat Augu. Nouerim te, nouerim me. Vel hoc dicitur propter quosdã qui habent zelum dei, sed non secundũ sciẽtiam. Talium enim charitati supereminet charitas, cùm habetur prædicta scientia Christi. ¶ Consequenter cùm dicit [Vt impleamini, &c.] Ponit cognitionis diuinæ efficaciã, dicens [Vt impleamini in omnem plenitudinem dei]. i. vt habeatis perfectã participationem omnium donorũ dei, vt. s. hìc habeatis plenitudinem virtutũ & postea bea

Quid in deo, latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum.

Crux Christi describitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

titudinis,quæ quidem efficit charitas.Eccle.24,Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me,&c. ¶Consequenter sequitur illa pars [Ei autẽ qui potens,&c.] In qua Apostolus agit deo gratias de suæ petitionis exauditione.Circa quod tria facit,quia primò ponit potestatẽ dei,qua postulata concedit. Secũdò potestatis exemplũ,ibi[Secundum virtutem quæ operatur in nobis,&c.]Tertiò materiã gratiarum actionis,ibi[Ipsi gloria,&c.]Potestatem autẽ dei describit infinitam,dicens [Ei autẽ].s.deo Christo & deo patri,qui potens est omnia facere,&c.]Exod.15,Omnipotens nomen eius. Ro. vlti. Ei autẽ qui potens est vos confirmare iuxta euangeliũ,&c.Et hoc superabundãter facere in nobis omnia q̃ sciamus petere per affectum,aut intelligere per intellectũ:& hoc est quod dicit,q̃ petimus aut intelligimus. ¶Exemplum autẽ huiusmodi abundantiæ in nobis exhibitæ ostẽdit dicens[Secundum virtutẽ quam operatur in nobis].q.d.Apparet si attẽdamus ea quæ operatus est in nobis.s.hominibus.Nam nec affectus nec intellectus humanus potuissent cõsiderare vel intelligere vel petere à deo ꝙ fieret homo,& ꝙ homo efficeretur deus & consors naturæ diuinæ:quæ tamen secundũ virtutẽ operatur in nobis,&hoc in incarnatione filii sui.1.Pet.1,Vt per hoc efficiamini diuinæ cõsortes naturæ.Vnde de his dicitur Eccle.18,Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia illius,virtutẽ autem magnitudinis quis annuntiabit? Vel operatus est in nobis.s.apostolis,quibus dedit gratiã euangelizandi inuestigabiles diuitias Christi,& illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo.vt suprà eod.ca.& ibi dictum est. ¶Materia autẽ gratiarum actionis dicitur esse duplex beneficiũ quod nobis cõtulit deus.Primũ est ecclesiæ institutio. Secundũ est filii incarnatio.Dicit ergo,Ipsi.s.deo patri gloria,sit supple,in ecclesia.i.ꝑ his quę fecit in ecclesia,quã instituit quoad primum in Christo.i.per Christũ,vel pro Christo,quem nobis dedit.Ipsi,inquã,sit gloria, vt gloriosus appareat non solùm in præsenti,sed in omnes generationes seculi seculorum.i. seculi omnia continentis.1. Timo.1,Regi autẽ seculorum immortali,inuisibili,soli deo honor & gloria in secula seculorũ.Amen.

Caput 4.

Hîc monẽtur Ephesii, ad seruãdã vnitatẽ ecclesiasticã, & ambulare vt vocati sunt.



Bsecro itaq; uos ego uinctus in domino,ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis,cũ omni humilitate & mansuetudine,cũ patientia supportãtes inuicem in charitate,solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus,sicut uocati estis in una ſpe uocationis uestræ.

¶Suprà cõmemorauit Apostolus diuina beneficia,per quæ vnitas ecclesiæ cõstituitur & cõseruatur:hic monet eos Apost. ad pmanendũ in ecclesiæ vnitate.Circa quod duo facit,quia primò monet eos vt in ipsa vnitate pleuerent.Secũdò instruit eos quomodo in ea pmaneant,ibi [Hoc ergo dico & testificor in domino,&c.]Itẽ prima in duas,quia primò monet eos ad seruandã ecclesiasticam vnitatẽ.Secundò proponit ipsius ecclesiasticæ vnitatis formã,ibi[Vnus dominus,vna fides,&c.]Prima iterum in tres.Primò prę mittit quædã inductiua ad seruandam ecclesiasticam vnitatẽ.Secundò ponit monitionem,ibi [Cum omni humilitate,&c.]Tertiò ostendit monitionis finẽ,ibi[Solliciti seruare,&c.]Inducit autẽ ex tribus ad seruandam ecclesiasticam vnitatẽ.Primò ex charitatis affectu. Secundò ex cõmemoratione suorum vinculorum. Tertiò ex consideratione diuinorũ.Charitatis autem affectum insinuat per obsecrationẽ. Vnde dicit,Itaq; ex quo tot beneficia à domino recepistis,obsecro vos,cùm tamen imperare possem,sed propter humilitatẽ non impero,magis autẽ obsecro.Prouer.18.dicitur, Cum obsecrationibus loquitur pauper. Item propter charitatem,quæ magis mouet ad opus q̃ timor. Phile.1, Fiduciam habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet,propter charitatẽ magis obsecro,&c. Ex cõmemoratione verò suorum vinculorũ inducit eos dicens.Ego vinctus in domino,Ex quibus inducit eos ad seruandã sic vnitatẽ,propter tria.Primò quia amicus magis cõpatitur amico afflicto,& nititur in pluribus facere voluntatẽ suam,vt vel sic eum consoletur.Eccle.12,Non agnoscetur in bonis amicus,& non abscondetur à malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia,& in malitia illius,amicus agnitus est.Secundò quia Apostolus ipse vincula patiebatur pro ipsorum vtilitate.& ideo inducit eis ad memoriã quasi volens eos obligare.2. Cor.1, Siue autẽ tribulamur pro vestra exhortatione & salute,siue consolamur pro vestra cõsolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute:quæ operatur tolerantiã earundem passionum quas & nos patimur.Tertiò quia vt suprà dictũ est cap.3.in illa parte. Quæ est gloria vestra,huiusmodi erãt eis ad magnã gloriam,dum deus pro eis amicos & electos suos exposuit tribulationibus pro ipsorum salute.Et ideo addit,In domino,id est propter dominum.Vel ideo dicit hoc,quia erat ad gloriã Apostoli ꝙ non vt fur aut homicida, sed vt Christianus,& propter dominũ nostrum Iesum Christum vinculatus erat iuxta illud Eze.3,Ecce data sunt super te vincula & ligabunt te in eis,&c. ¶Ex consideratione verò diuinorũ beneficiorum inducit eos,dicẽs, Vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis.i.attendentes dignitatẽ ad quam vocati estis , ambuletis secundũ quod ei conuenit.Si enim quis vocatus esset ad nobile regnũ,indignum esset ꝙ faceret opera rusticana.Sic monet Ephe.Apostolus.q.d.Vocati estis vt sitis ciues sanctorũ & domestici dei,vt dictũ est suprà cap.2.nõ est ergo dignũ vt faciatis opera terrena,nec vt de mundanis curetis.Ideo dicit, Dignè,&c.Col.1.Ambuletis dignè,deo per omnia placentes.Philip.1,Dignè euangelio Christi conuersamini.& quare?quia vocauit vos de tenebris in admirabile lumen suum.1.Pet.2. ¶Consequẽter cùm dicit[Cum omni humilitate,&c.] Ponit modum suæ monitionis, docens quomodo dignè poterunt ambulare. Ponit ergo quatuor virtutes. & excludit quatuor vitia eis apposita.Primum autẽ vitium quod excludit est superbia: dum enim vnus superbiens vult aliis præesse,& alius similiter superbus non vult subesse,causatur dissensio in societate,& tollitur pax.vnde Prouer.13,Inter superbos semper iurgia sunt.Ad quod excludendũ,dicit,Cum omni humilitate.s.interiori & exteriori.Eccle.3,Quantò magnus es humilia te in omnibus, &c. Phil.2, In humilitate superiores inuicem arbitrantes.Iac.4, Deus superbis resistit,humilibus autẽ dat gratiam. Secundũ est ira. Iracundi enim sunt propinqui ad iniuriam inferendã verbis,ex quo turbationes oriuntur.Prouerb.15. Vir iracundus prouocat rixas,qui patiens est mitigat suscitatas.Ad hoc excludendum dicit,Mansuetudine,quæ mitigat rixas & pacem conseruat.Prou.3,Mansuetis dabit gratiã.Psal, Mansueti autẽ hæreditabũt terram. Eccle.3,Fili in mansuetudine opera tua perfice,& super gloriã hominum diligeris. Tertium est impatientia. Quandoq; enim aliquis humilis est & mansuetus in se,abstinens à molestiis inferendis,non tamen patiente sustinet molestias sibi illatas vel acceptas.Ideo subdit,Cum patientia.s.aduersorum.Iac.1,Patientia autem opus perfectum habet.Ecce.2,In humilitate tua patientiã habe.Heb.10,Patientia vobis necessaria est vt voluntatem dei faciẽtes,&c.Quartũ inordinatus zelus. Cùm enim inordinatè zelãtes omnia quæ vident iudicant nec tẽpus nec locum seruantes,cõcitatur turbatio in societate.Gal.5,Si mordetis inuicem & comeditis,videte ne ab inuicẽ consumamini.Et ideo dicit, Supportantes inuicem in charitate.s.mutuo sustinentes defectus aliorũ,& hoc ex charitate:quia quando deficit aliquis,non debet statim corrigi nisi adsit locus & tẽpus,sed misericorditer expectari,quia charitas omnia sustinet.1.Cor.13,Non autẽ debent huiusmodi defectus supportari ex negligentia vel ex consensu & familiaritate,vel carnali amicitia,sed ex charitate.Gala.6,Altera alterius onera portate,&c.Rom.15,Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere. ¶Consequẽter cùm dicit[Solliciti seruare,&c.] Ostendit monitionis finẽ,qui quidem est vt seruetur vnitas inter fideles.Circa quod tria facit.Primò ponit ipsam vnitatẽ quæ est finis.Secũdò describit modum vnitatis,ibi[In vinculo pacis.]Tertiò ponit rationẽ seruandæ vnitatis,ibi[Sicut vocati estis,&c.]Dicit ergo primò,Dico ꝙ dignè ambuletis,&c.[Et hoc faciatis solliciti seruare vnitatẽ spiritus,] Est autẽ duplex vnitas.Vna ad malefaciendũ,quæ est mala,& potest dici vnitas carnis.Eccele.11, Ascintilla vna augetur ignis,& ab vno doloso augetur sanguis. Alia est vnitas spiritus quæ est bona ad faciendũ bonum. Psal. Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum,&c.Ioan.17,Vt sint vnum sicut & nos vnũ sumus . Modus autem seruandæ vnitatis est in vinculo pacis.Charitas enim est coniunctio animorum.Nulla autẽ rerum materialiũ coniunctio stare potest,nisi ligetur aliquo vinculo. Eodem modo nec cõiunctio animorũ per charitatem stare potest,nisi ligetur:huiusmodi autẽ verum ligamen est pax,quę est secundũ Aug.tranquillitas modi,speciei, & ordinis,quãdo.s.vnusquisq; habet quod suum est.Propter quod dicit,In vinculo pacis.Psal. Qui posuit fines tuos pacem,&c.Quæ quidẽ pax seruatur per iustitiam. Esa.32,Opus iustitiæ pax.Eccle.6, Ne accideris vinculis eius.Et quare?quia certè vt dicitur ibidẽ, Vincula illius alligatura salutis.Nunc autẽ,quia in homine est duplex vnitas.Vna.s.membrorum adinuicẽ simul ordinatorum,alia corporis & animæ tertiũ constituentium.Apostolus autẽ loquitur hic de vnitate ecclesiæ ad modũ vnitatis quæ est in homine,ideo subiungit[Vnum corpus.]q.d.Ligemini vinculo pacis vt sitis vnũ corpus quantum ad primã vnitatem,vt.s.omnes fideles sint ordinati adinuicem sicut mẽbra vnum corpus cõstituentia.Ro.12,Multi vnum corpus sumus in Christo,&c.[Et vnus spiritus.]quantũ ad secundum,vt videlicet vnũ habeatis spiritualem consensum per vnitatẽ fidei & charitatis.Vel vnum corpus quo ad proximũ,& vnus spiritus quo ad deũ, quia qui adhæret deo vnus spiritus est.1.Cor.6. ¶Deinde cùm dicit[Sicut vocati estis,&c.]Subdit rationem huius vnitatis:quia sicut videmus ꝙ quando aliqui sunt vocati simul ad aliquid pariter habendũ & mutuò percipiendum,solent simul etiã manere & simul ire,ita spiritualiter dicit,Quia vos estis vocati ad vnum.s.finale præmium,ideo debetis simul cum vnitate spiritus ambulare in vnã spem vocationis. Heb.3, Fratres sancti vocationis cælestis participes.1.Cor.1,Videte vocationẽ vestram,&c.Sed posset aliquis dicere,Quis vocabit nos,& ad quid.Respondetur 1.Pet.5,Deus autẽ omnis gratiæ,qui vocauit nos in æternã gloriam suam, &c.vbi est beatitudo vestra. Apoc.19,Beati qui ad cœnã nuptiarum agni vocati sunt. Lectio 2.

Ostenditur forma vnitatis ecclesiæ, ostẽdendo quidem hic id quod est cõmune ecclesiæ, & hîc ostenditur vnitas spiritus.

Vnus dominus,una fides,unum baptisma. Vnus deus & pater omnium,qui est ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

¶Posita eorum exhortatione pro seruanda ecclesiastica vnitate,in hac parte Apostolus formã dictę vnitatis ipsis Ephesiis insinuat.Vbi sciendũ est cùm ecclesia dei sit sicut ciuitas,est aliquod vnum distinctũ,cùm non sit vnũ sicut simplex,sed sicut cõpositum ex diuersis partibus.Et ideo Apostolus duo facit.Primò ostendit id quod est cõmune ecclesiæ,Secundò ostendit id quod est distinctũ in ipsa,ibi[Vnicuiq; autẽ nostrum data est gratia,&c.]In qualibet autẽ ciuitate ad hoc vt sit vna,quatuor debent esse cõmunia. s.vnus gubernator,vna lex,eadẽ insignia,& idem finis: hæc autem quatuor dicit Apostolus esse in ecclesia. Dicit ergo, Dico ꝙ debetis habere vnum corpus & vnũ spiritum:quia estis in vnitate ecclesię quę est vna.Primò quia habet ducem vnum.s.Christum.Et quantũ ad hoc dicit,Vnus dominus,non plures,pro quorũ diuersis voluntatibus oporteat vos discordare.Dicitur enim Heb.3,Christus est tanq̃ filius in domo sua.Act.2, Certissimè ergo sciat omnis domus Israel , quia in dominũ eum & Christum deus fecit hunc Iesum quem vos crucifixistis.1.Cor.8,Vnus dominus noster Iesus Christus. Zacha.14, In illa die erit dominus vnus & nomen eius vnum.Secundò quia lex eius est vna.Lex enim ecclesiæ est lex fidei.Rom.3,Vbi est ergo nunc gloriatio tua?Exclusa est.Per quã legem?Factorum? Non,sed per legem fidei.Sed fides quandoq; sumitur pro ipsa re credita,secundũ illud,Hæc est fides catholica,&c.i.ista debẽt credi. Quandoq; verò sumitur pro habitu fidei,quo creditur in corde.Et de vtroq; hoc potest dici.De primo vt sit sensus,vna est fides.i.idem iubemini credere & eodẽ modo operari:quia vnũ & idem est quod creditur à cunctis fidelibus.Vnde vniuersalis seu catholica dicitur.vnde 1.Corin.1,Idipsum dicatis.i.sentiatis omnes,&c. Alio modo vna est fides.i. vnus habitus fidei quo creditur,vna,inq̃,non numero,sed specie, quia idẽ debet esse in corde omnium , & hoc modo idem volentiũ dicitur,vna voluntas. Tertiò eadem sunt insignia ecclesiæ.s. sacramenta Christi, inter quæ primum baptisma,quod est ianua omniũ aliorum.Et ideo dicit,Vnum baptisma. Dicitur autem vnum triplici ratione.Primò quia baptismata non differunt secundũ baptizantes:quia à quocunq; conferatur,vniformem virtutẽ habet:quia qui baptizat interius vnus est.s.Christus.Ioã.1,Super quem videris spiritum descendentẽ & manentem super eum,hic est qui baptizat in spiritu sancto.Secundò dicitur vnum, quia datur in nomine vnius.s.trinitatis.Mat. vlti.Baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti. Tertiò quia iterari non potest.Pœnitentia autẽ,matrimonium,eucharistia, & extrema vnctio, iterari possunt,non autẽ baptismus.Heb.6,Impossibile est eos qui semel sunt illuminati(.s.per baptismum)gustauerunt autem donum cæleste & participes facti sunt spirituſsancti,gustauerunt nihilominus bonum dei verbum virtutęsq; seculi venturi & prolapsi sunt(.s.per peccatum) renouari rursus ad pœnitentiam.Non iteratur autẽ vel propter caracterem,vel quia causa eius non iteratur.Roma.6, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem,&c.Nunc autẽ Christus semel pro peccatis mortuus est, vt dicitur 1. Pet.3,

Lex ecclesiæ est ex fide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quartò in ecclesia est idem finis qui est deus. Filius enim ducit nos ad patrem. 1. Cor. 15, Cùm tradiderit regnum deo & patri, cùm euacuauerit omnem principatum & potestatē & virtutem, oportet autem illū regnare, &c. Et quantum ad hoc subiungit, dicens [Vnus deus, &c.] Vbi primò ponit Apostolus eius vnitatē. Secundò eius dignitatem, ibi [Qui est super omnes, &c.] Circa primum duo dicit. Primum pertinet ad naturam diuinam. Vnde dicit, Vnus deus. Deut. 6, Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Aliud pertinet ad eius beniuolentiā ad nos & ad pietatem. Vnde dicit, Et pater omnium. Esa. 63, Tu domine pater noster, & redemptor noster. Mala. 2, Nunquid non pater vnus omnium nostrū? nunquid non deus creauit nos? Dignitatem autem eius cōmendat ex tribus. Ex altitudine diuinitatis cùm dicit, Qui est super omnes. Psal. Super omnes gentes dominus, &c. Ex amplitudine eius potestatis cùm dicit, Per omnia. Hier. 23, Cælum & terrā ego impleo, &c. Psal. Omnia subiecisti sub pedib⁹, &c. Luc. 10. & Mat. 11, Omnia mihi quippe tradita sunt. quippe, quia omnia per ipsum facta sunt. Io. 1. Sed modo quo dicitur Sap. 11, Omnia in numero & pōdere & mensura disposuisti. Ex largitate gratiæ cùm dicit, In omnibus vobis. s. per gratiam. Hier. 14, Tu autē in nobis es domine, &c. Sed primū appropriatur patri qui est fontale principium diuinitatis & omnes creaturas excellit. Secūdum filio qui est sapientia attingens à fine vsq; ad finem fortiter. Sap. 8, Tertium verò spiritui sancto qui replet orbem terrarum. Sap. 1.

Lectio 3.

Ostenditur forma vnitatis ecclesiæ quantū ad id quod singulis mēbris est proprium, ponendo distinctionē cum authoritate ad hoc, et eius expositione, & in hoc ostenditur vnitas corporis ostendēdo diuersitatem mēbrorū, & vnitatē capitis.

VNicuiq; autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quòd autem ascendit quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos ut adimpleret omnia.

¶ Suprà ostendit Apostolus ecclesiasticā vnitatem quantū ad id quod in ecclesia est cōmune: hīc idē ostēdit quantū ad hoc quod singulis fidelibus membris ecclesiæ est proprium & speciale. Circa quod tria facit, quia primò proponit distinctionē. Secundò inducit ad hoc authoritatē, ibi [Propter quod dicit, &c. Tertiò ponit authoritatis, expositionē, ibi [Quòd autem ascendit, &c.] Dicit ergo habemus in ecclesia vnū deum, vnam fidem, &c. sed tamen diuersas gratias diuersis particulariter collatas habemus, quia vnicuiq; nostrū data est gratia. q.d. Nullus nostrū est qui non sit particeps diuinæ gratiæ & cōmunionis. Ioā. 1, De plenitudine eius omnes accepimus gratiā pro gratia. Sed certè ista gratia nō est data omnibus vniformiter seu æqualiter, sed secundū mēsuram donationis Christi. i. secundū quòd Christus est dator, & eam singulis mensuravit. Rom. 12, Habentes donationes secundū gratiam quę data est nobis differentes. Hæc differentia, nō est ex fato, nec à casu, nec ex merito: sed ex donatione Christi. i. secundū quòd Christus nobis commensuravit. Ipse enim solus recepit spiritū non ad mensuram. Io. 1, Cæteri autem sancti ad mensurā recipiunt. Rom. 12, Vnicuiq; sicut deus diuisit mēsuram fidei. 1. Cor. 3, Vnusquisq; propriam mercedem accipiet, &c. Mat. 25, Vnicuiq; secundum propriam virtutem, &c. Quia sicut in potestate Christi est dare vel non dare, ita dare tantum vel minus. ¶ Sequitur [propter quod dicit, &c.] Hīc ponit quandam authoritatem assumptam de Psal. & refertur ad hoc quod dixit. Secundū mensuram donationis Christi. vbi tria facit. Primò cōmemorat Christi ascensionē. Secundò humani generis liberationem. Tertiò ponit donorū spiritualium collationem. Partes consequentur se. Ostendit ergo primum, dicens sic, propter quod. s. significandū dicit. s. prophetā Dauid in Psal. Ascendens Christus in altū, &c. Micheæ 2, Ascendit ante eos pandens iter, &c. Iob 39, In altum alas erigit, &c. Ascendens, inq̄, sed non solus, quia captiuam duxit captiuitatē, eos. s. quos diabolus captiuauerat: humanum enim genus captiuatum erat, & sancti in charitate descedentes qui meruerant gloriā, in captiuitate diaboli detinebantur quasi captiui in lymbo. Esa. 5, Ductus est captiuus populus meus, &c. Hanc ergo captiuitatē Christus liberauit, & secū duxit in cælum. Esa. 49, Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captū fuerit à robusto saluabitur ac saluum poterit esse? quia hæc dicit dominus, Equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatū fuerit à robusto saluabitur. Sed certè hoc nō verificatur solùm quātum ad iam mortuos, sed etiā quantum ad viuentes, qui captiui tenebātur sub peccato, quos à peccato liberans, seruos fecit iustitiæ, vt dicitur Roma. 6. & sic quodāmodò eos in captiuitatem duxit, non ad perniciē, sed ad salutem. Luc. 5, Ex hoc iam homines eris capiens. Non solùm autē homines à diaboli captiuitate eripuit, & suæ seruituti subiecit, sed etiā eos spiritualibus bonis dotauit. Vnde subditur, Dedit dona hominibus. s. gratiæ & gloriæ. Psal. Gratiā & gloriā dabit dominus. 2. Pet. 1, Per quē & pretiosa nobis, promissa donauit, &c. Nec est contrariū quod in litera præcedenti dicitur. Accepit dona in hominibus, quia certè ipse dedit vt deus, & accepit vt homo in fidelibus, sicut in mēbris suis. Dedit in cælo sicut deus, & accepit in terra secundū modum loquendi quo dicitur Mat. 25, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. ¶ Deinde cùm dicit [Quòd autē ascendit, &c.] Exponit propositam authoritatē, & primò quantum ad ascensionem. Secundò quantū ad materiam donationis, ibi [Et ipse dedit, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quomodo descendit, ibi [Qui descendit.] Secundò quomodo ascendit, ibi [Qui ascendit, &c.] ¶ Circa primum considerandū q̄ Christus verè sit deus, inconueniens videbatur quòd sibi conueniret descēdere, quia nihil est deo sublimius. Et ideo ad hanc dubitationē excludendam subdit Apostolus, Quòd autē ascendit quid est, nisi quia & descendit primū, &c. Ac si diceret, Ideo postea dixi q̄ ascendit, quia ipse primò descenderat, vt ascenderet: aliter enim ascendere nō potuisset. Quomodo autē descendit subdit, dicens, quia in inferiores partes terræ. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo vt per inferiores partes terræ intelligantur istæ partes terræ in quibus nos habitamus, quæ dicuntur inferiores eo q̄ sunt infra cælum & aerem. In has autem partes terræ dicitur descendisse filius dei non motu locali, sed assumptione inferioris & terrenæ naturæ: secundū illud Philip. 2, Exinaniuit semetipsum, &c. Alio modo potest intelligi de inferno qui etiam infra nos est. Illuc enim descendit dominus secundū animam vt inde sanctos liberaret. Et sic videtur hoc eis conuenire quòd dixerat, Captiuā duxit captiuitatem. Zach. 9, Tu quoq; in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Apoc. 10, Vidi alium angelū fortem descendentem de cælo, &c. Exod. 3, Vidi afflictionē populi mei qui est in AEgypto, &c. Et sequitur, Et descendi liberare eum. ¶ Deinde cùm dicit [Qui descendit, &c.] Manifestat eius ascensionem quantū ad tria. Primò quantum ad personā ascendentis cùm dicit [Qui descendit ipse est qui ascendit, &c.] In quo designatur vnitas personæ dei & hominis.

minis. Descendit enim, sicut dictum est, filius assumendo humanam naturam, ascendit autem filius hominis secundum humanā naturam ad vitæ immortalis sublimitatem. Et sic est idem filius dei qui descendit, & filius hominis qui ascendit. Ioan. 3, Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo, vbi notatur q̄ humiles qui voluntariè descendunt spiritualiter deo sublimante ascendunt: quia qui se humiliat exaltabitur. Lucæ 14. & 18. Secundò ostendit terminum ascensionis cùm dicit [Super omnes cęlos.] Psal. Qui ascendit super omnes cælos ad orientem. Nec solùm intelligendū est quòd ascenderit super omnes cælos corporales, sed etiam super omnem spiritualem creaturam. suprà cap. 1, Constituens illum ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum, & potestatē, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, &c. ¶ Tertiò ponit ascensionis fructū cùm dicit [Vt adimpleret omnia] .i. omne genus hominū spiritualibus donis repleret. Psal. Replebimur in bonis domus tuæ. Eccle. 24, A generationibus meis adimplemini. Vel adimpleret, id est, vt ad effectum perduceret omnia quæ de ipso erāt scripta Lucæ vlti. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me.

Lectio 4.

Ostēdit singulorum membrorū ecclesiæ, singulares esse gratias, & gratiarum fructus & vtilitas.

ET ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autē pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

¶ Hīc exponit Apostolus quod suprà dixerat de donatione donorum. Circa quod duo facit. Primò ostendit quòd dominus singulis fidelibus dedit donorum diuersitatem. Secundò ostendit illorum donorum fructum & vtilitatem, ibi [Ad consummationē sanctorum, &c.] Et quia per dona Christi diuersi status & munera in ecclesia designantur, considerandum est quòd inter dona Christi primò ponit apostolos. Vnde dicit, Et ipse dedit quosdam quidem apostolos. Lucæ 6, Elegit ex ipsis quos & apostolos nominauit. 1. Cor. 12, Quosdam quidem posuit in ecclesia. Primùm apostolos. Secundò prophetas. Tertiò doctores. Quartò virtutes. Apostoli primo loco ponuntur, quia ipsi priuilegiati fuerunt in omnibus donis Christi. Habuerunt enim plenitudinē gratiæ & sapientiæ, quidam quātum ad reuelationem diuinorum mysteriorū. Luc. vltimo, Aperuit eis sensum vt intelligerent, &c. Marc. 4. & Lucæ 8, Vobis datum est nosse mysterium regni dei, &c. Ioan. 15, Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Habuerunt etiam copiā eloquentiæ ad annuntiandum euangelium. Lucæ 21, Dabo vobis os & sapientiā cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. Mat. vlti. Euntes in mundum vniuersum prædicate, &c. Habuerunt etiā prærogatiuam authoritatis & potentiæ quantū ad curam dominici gregis. Ioan. vlti. Pasce oues meas. 1. Corinth. 10, De potestate nostra quā dedit nobis deus in ædificationem, non in destructionem vestram, &c. Ideo Apostolus subiungit hīc tres gradus ecclesiasticos secundum participationem singulorum præmissorum. Nam quantū ad reuelationem diuinorum mysteriorum subdit, Quosdam autem prophetas, qui prænuntiatores fuerunt incarnationis Christi, de quibus dicitur 1. Pet. 1, Prophetæ qui de futura in vobis gloria prophetauerunt. Mat. 11, Omnes enim prophetæ & lex vsq; ad Ioannem prophetauerunt. Sed apostoli prophetantes fuerunt post aduentū Christi gaudia vitæ futuræ. Apoc. 1, Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius, &c. Item fuerunt exponentes antiquorum prophetarum prophetias. 1. Corint. 14, AEmulamini spiritualia: magis autē vt prophetetis. Mat. 25, Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes, &c. ¶ Quantum verò ad annuntiandum euangelium, subdit, Alios verò euangelistas, qui, scilicet habent officium prædicandi euangelium, vel etiam conscribendi, quanuis non essent de principalibus apostolis. Roma. 10, Quàm speciosi pedes euangelizantiū pacem, &c. Esaię 41, Dabo Hierusalem euangelistam. ¶ Quantum verò ad curam ecclesiæ subdit, Alios autem pastores, curam, scilicet, dominici gregis habentes. Et sub eodem addit. Et doctores ad ostendendum quòd proprium officium pastorum ecclesiæ est docere, ea quæ pertinent ad fidem & bonos mores. Dispensare autem temporalia non pertinet ad episcopos qui sunt Apostolorū successores, sed magis ad diaconos. Act. 6, Non est æquum nos derelinquere verbum dei, & ministrare mensis. Titum primo, Amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelē sermonem. Dicitur de episcopis. Hieremiæ tertio, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. ¶ Deinde cùm dicit [Ad consummationem sanctorum, &c.] Ostēdit fructum prædictorum donorum seu officiorū. Et circa hoc duo facit, quia primò assignat fructum. Secūdò ostendit qualiter fideles ad hunc fructū possent aduenire, ibi [Vt iam non simus paruuli, &c.] Prima iterū in duas. Primò proponit effectum proximum. Secundò ostendit fructum vltimum, ibi [Donec occurramus omnes, &c.] Effectus autē proximus prædictorū donorum seu officiorum potest attendi quantum ad tria. Vno modo quantū ad ipsos qui sunt in officiis constituti, quibus ad hoc sunt collata dona spiritualia vt ministrarent deo & proximis. Et quantum ad hoc dicit, In opus ministerii per quod. s. procuratur honor dei, & salus proximorum. 1. Corin. 4, Sic nos existimet homo vt ministros Christi, &c. Esaiæ 61, Ministri dei dicetur vobis. Alio modo quantū ad perfectionē iam credentium cùm dicit, Ad consummationem. i. perfectionem sanctorum. i. eorū qui iam sunt sanctificati per fidem Christi. Et enim specialiter debent intendere prælati ad subditos suos, vt eos ad statum perfectionis perducant, vnde & ipsi perfectiores sunt, vt dicit Dionysius in ecclesiastica hierarchia. Hebre. 6, Ad perfectionem feramur, &c. Esaię 10, Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreuiationem dominus deus exercituum faciet, &c. Tertiò quantū ad conuersionem infidelium, & quantum ad hoc dicit, In ædificationem corporis Christi. i. vt conuertantur infideles ex quibus ædificatur ecclesia Christi quæ est corpus eius. 1. Cor. 14, Ad ędificationem & exhortationē, & consolationem. Et sequitur ibidē, Nam maior est qui prophetat quā qui linguis loquitur, nisi fortè interpretetur vt ecclesia ædificationem accipiat: & ibidē, Omnia ad ædificationem fiant. ¶ Deinde cùm dicit [Donec occurramus, &c.] Assignat fructū vltimum. Et potest intelligi dupliciter. Vno modo de fructu simpliciter vltimo, qui erit in resurrectione sanctorū. Et secundum hoc duo declarātur. Primò quidē congregatio resurgentiū & corporalis & spiritualis. Corporalis quidē erit congregatio in hoc quòd omnes sancti congregabuntur ad Christū. Mat. 24, Vbicunq; fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ. Et quantū ad hoc dicit [Donec occurramus

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes,&c.]Quasi dicat.vsq; ad hoc extenditur prædictum ministerium & consummatio sanctorũ & ædificatio ecclesiæ,donec in resurrectione occurramus Christo. Matt.25,Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Amos 4,Prępara te in occursum dei tui Israel,&c. Et etiam occurramus nobis inuicem.1.Thess.4, Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera.Phili.3,Si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.Spiritualis autem congregatio attenditur quantum ad meritũ quod est secundum eandem fidem,& quantum ad hoc dicit in vnitatem fidei.suprà eodem,Vnus dominus vna fides.Item suprà in eodem. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus,&c.& quantum ad præmium quod est secundum dei perfectam visionem & cognitionem,de qua 1.Corint.13,Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et quantũ ad hoc dicit,Et agnitionis filii dei.Hiere.31,Omnes enim cognoscent me. Secundò declaratur prædictum fructum quantum ad perfectionẽ resurgẽtium.Et primò ponit ipsam perfectionem cùm dicit, In virum perfectum. Vbi non est intelligendum sicut quidam intellexerunt,qꝫ,scilicet,fœminæ mutentur in sexum virilem in resurrectione,quia vterq; sexus permanebit non quidem ad commixtionem sexuum,quę tunc de cætero non erit,secundum illud Matth.22,In resurrectione enim non nubẽt neq; nubẽtur,sed sunt sicut angeli.Sed ad perfectionem naturæ & gloriæ dei qui talem naturam condidit. Dicit ergo virum perfectum ad designandum omnimodam perfectionẽ illius status.1.Corint.13, Cùm venerit quod perfectũ est euacuabitur quod ex parte est.Et propter hoc vir magis sumitur secundum quod diuiditur contra puerum, quàm secundum quod diuiditur contra fœminam.Secundò ostendit exẽplar huius perfectionis cùm dicit, In mensurã ætatis plenitudinis Christi.Vbi considerandum est qꝫ corpus Christi verum est exẽplar corporis mystici,vtrũ que enim constat ex pluribus membris in vnũ collectis.Corpus autem Christi fuit perductum ad plenam ætatem virilem,scilicet,triginta trium annorũ,in qua mortuus fuit.Huiusmodi ergo ętatis plenitudini conformabitur ætas sanctorum resurgentium,in quibus nulla erit imperfectio, nec defectus senectutis. Philip. 3,Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ. ¶Alio modo potest intelligi de fructu vltimo præsentis vitæ,in qua quidẽ sibi occurrent omnes fideles ad vnam fidem & agnitionẽ veritatis.Ioan.10,Alias oues habeo quæ non sunt de hoc ouili,&c.in qua perficitur etiã corpus Christi mysticum spirituali perfectione ad similitudinem corporis Christi veri.Et secundũ hoc totum corpus ecclesię dicitur corpus virile secundum illam similitudinẽ qua vtitur Apostolus Gal.4,Quanto tẽpore hæres paruulus est nihil differt à seruo,&c.

Lectio 5.

Remouentur duo q̃ impediunt ne ad fructũ donorũ ꝑueniam⁹, & modus ad ipsum fructũ ꝑueniẽdi docẽdo i quo et ꝙ quẽ debemus crescere. s. Christum.

VT iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum,in astutia ad circunuentionem erroris.Veritatem autem facientes in charitate,crescamus in illo per omnia qui est caput,Christus:ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctũram subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri,augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

¶Posita donorum spiritualiũ diuersitate & fructu eorum:hîc ostendit Apostolus quomodo ad fructum illum perueniamus.Circa quod duo facit.Primò duo impedimenta remouet.Secundò modũ veniẽdi docet, ibi[Veritatem facientes,&c.]Dicit ergo,Bene dictum est quòd hic est fructus vltimus istorũ donorum qꝫ.s. occurramus domino in virum perfectum,&c.Ergo oportet nos videre vt iam non simus paruuli, sed certè viri perfecti,quia quandiu aliquis est puer non est perfectus vir.Oportet ergo qꝫ deferat pueritiam qui domino debet occurrere.Sic faciebat Apostolus 1.Corint.13,Quãdo factus sum vir,euacuaui quæ erant paruuli.Conditio autem pueri est qꝫ nõ est fixus vel determinatus in aliquo,sed credit omni verbo. Si ergo volumus exhibere nos vt viros perfectos,oportet qꝫ deseramus cogitationem fluctuantẽ.i.instabilem.Et hoc est quod dicit,Fluctuantes.1.Corint.14,Nolite paruuli effici sensibus,sed malitia paruuli estote. Dicuntur autem fluctuantes à fluctu,quia tales admodum fluctus non sunt firmi in fide.Iaco.1, Qui enim hæsitat,similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circunfertur . Nunc autẽ necesse est nos stabiles esse & non fluctuare.Et quia vẽtus est praua doctrina,de qua meritò dicitur Proue.25,Vẽtus Aquilo disipat pluuias. Mat.7,Descẽdit pluuia,venerunt flumina,flauerũt venti & irruerunt in domũ illam & cecidit,& fuit ruina eius magna:ideo dicit,Et non circunferamini omni vento doctrinæ,&c.q.d. Nulla doctrina peruersa perflante ad cõmotionem cordis & ruinam spiritualis ædificii debemus moueri, quia non est bona doctrina, quod patet ex tribus.Primò ex eius principio quod est nequitia hominũ,ideo nõ est bona doctrina,sed falsa & neq̃,quam dogmatizat aliquis ad perditionem animarum,vt obtineat principatum,sicut doctrina Arii nequissimi, qui crepuit medius,vt de ipso possit exponi illud Eccl.31,Testimoniũ nequitiæ eius verum est.Item talis doctrina peruersa est quod patet.Secũdò ex eius processu qui est astutia,quia cum dolo.i.vnũ intendit & aliud simulat,propter quod Apostolus dicit 2.Corin.11, Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua:ita corrũpantur sensus vestri & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu.Tertiò patet hoc idem ex effectu:quia effectus talis doctrinę est ad circunuentionem erroris,non ad denarios vel alia tẽporalia acquirenda,sed ad seminandos errores seducunt & circunueniunt tales doctores:de quibus dicitur 2. Timo.3,Mali homines & seductores proficient in peius errantes,& in errorem mittentes. ¶Deinde cùm dicit[Veritatem autem facientes,&c.] Ostensis impedimentis per quæ à fructu donorum spiritualium impeditur quis:hîc ostendit qualiter ad fructum debitum peruenitur.Et arguit sic,Statim dictum est quòd si volumus ad spiritualium donorum fructum peruenire,oportet vt iam non simus paruuli, &c. Sed tandiu sumus paruuli quandiu virilem statũ non attingimus nec crescimus : ergo nobis necessariũ est vt crescamus. Et hoc est quod dicit[Veritatẽ autẽ facientes,&c.]Duo ergo facit.Primò ostendit in quo debemus crescere.Secundò per quẽ,ibi[In illo per omnia,&c.]Dicit ergo quantũ ad primũ,veritatẽ faciẽtes crescamus,& hoc in duobus.s.in bono opere,& forma boni operis,quæ duo sunt,veritas,& charitas.Veritas aũt quãdoq; dicitur omne opus bonũ,vt Thob.1,In captiuitate tamen positus viã veritatis nõ deseruit. Faciamus ergo veritatẽ.s.omne opus bonũ,vel veritatẽ doctrinę:quia nõ sufficere nobis debet audire vel docere veritatẽ,sed oportet facere, ꝓpter hoc dicebat Apost.1.Tim.4,Hoc eñ faciẽs,& teipsum saluũ facies & eos qui te audiũt.Estote ergo fact.&c.vt dicitur Iac.1,Quia factores iustificabũtur,vt habetur Ro.2, Et hoc si fiat in charitate quæ est forma boni operis. 1.Cor.16,Viriliter agite & confortetur corvestrum,& omnia opera vestra in charitate fiant.Quia certè aliter nihil valerent.1.Corint.13,Si tradidero corpus meum ita vt ardeam,charitatem autem non habuero,nihil mihi prodest.Sed quia in via dei non progredi est regredi,ideo subdit Apostolus,Vt crescamus in illo,&c.vbi tria facit.Primò ostendit authorem nostri augmenti.Secundò eius veritatem.Tertiò modum augmenti.Secunda,ibi [Ex quo totum corpus.] Tertia,ibi [Secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri.] Dicit ergo,Crescamus in illo. s.in Christo,de quo. 1. Petri 2,In eo crescatis in salutem.In illo,inquam,qui est caput nostrum Christus, & in ecclesia quæ est corpus ipsius,vt dicitur Colos.1,Crescamus,inquam, non in possessionibus, sicut dicitur Iob 1, Possessio eius creuit in terra , sed in spiritualibus . Nec in vno tantùm , sed per omnia .i .in omni bono , fructificantes & crescentes.1.Cor.10,Omnia in gloriam dei facite,&c.Et ibi sequitur,sicut & ego per omnia omnibus placeo.De hoc cõmendat Corinthios Apostolus,dicens 1.Corinth.11,Laudo vos fratres quòd per omnia mei memores estis & sicut tradidi vobis,omnia præcepta mea tenetis. ¶Consequenter cùm dicit [Ex quo totum corpus, &c.] ostendit veritatem Christi per quem crescere debeamus. ¶Vbi sciendum est qꝫ corpus naturale tria habet.s.compactionem membrorum adinuicem,ligationem per neruos & mutuam subministrationem.1.Corint.12,Si dixerit pes quoniam non sum manus,non sum de corpore: non ideo non est de corpore ? Et si dixerit auris quoniam non sum oculus,non sum de corpore,&c.Si totum corpus est odoratus,vbi auditus ? Spiritualiter ergo sicut vnum corpus effiecitur ex multis his tribus modis. s. per compactionem seu adunationem,per ligationem,& per mutuam operationem & subuẽtionem:ita & omnia quæ sunt à capite corporali.s.cõpactio,neruorũ ligatio,ad opus motio,fluũt à capite nostro Christo in corpore ecclesiæ.Et primò cõpactio per fidẽ.Vnde dicit,Ex quo.s. Christo qui est caput nostrũ(vt modò dictũ est) totum corpus compactum est.i.coadunatum.Psal.Dispersiones Israel congregabit. Abach. 2, Congregabit ad se omnes gentes & coaceruabit ad se omnes populos.De hoc dicitur Col.2,Caput ex quo totũ corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum dei . Secundò fluit à Christo capite in corpus ecclesiæ suæ mysticum cõnexio & colligatio,quia oportet adunata aliquo nexu vel vinculo necti vel colligari. Et propter hoc dicit, Et connexum per omnem iunctũram subministrationis.i.per fidem & charitatem quæ connectunt , & coniungunt membra corporis mystici ad mutuam subministrationem.Eccles.39,Omnia opera domini bona,& omne opus hora sua subministrabit. Vnde ipse Apostolus confidens de ista mutua subministratione quæ est inter membra ecclesiæ per diuinam coniunctionem,dicebat Philip.1,Scio enim quia hoc proueniet in salutem per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi.Tertiò à capite Christo in membris vt augmententur,influitur virtus actualiter operandi.Vnde dicit,Secundum mensuram vniuscuiusq; membri augmentum corporis facit, quasi dicat,Non solùm à capite nostro Christo est membrorum ecclesiæ cõpactio per fidem,nec sola connexio vel colligatio per mutuam subministrationem charitatis:sed certè ab ipso est actualis membrorum operatio,siue ad opus motio secundum mensuram & cõpetentiam cuiuslibet membri.Vnde dicit qꝫ facit augmentum corporis secundum operationem & mẽsuram vniuscuiusq; membri debitè mensurati, quia non solùm per fidem corpus mysticum cõpaginatur,nec solùm per charitatis subministrationem connectentem augetur corpus,sed per actualem motionem ad operationem,quam deus facit in nobis.vnde Esa.26,Omnia opera nostra operatus es in nobis.Idem verò deus qui operatur omnia in omnibus,vt dicitur 1.Corin.12.Et hæc expositio concordat glosatori.Sed ad quid augmentat deus vnumquodq; membrum ? vt corpus ædificet. suprà.2,In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos ædificamini,&c.Vnde 1.Cor.3,Dei ædificatio estis.Et hæc omnia fiunt in charitate,quia vt dicitur 1.Cor.8,Charitas ædificat.Vel in charitate facit deus hæc omnia.i.ex mera dilectione.Hier.31,In charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te miserans.Rursúsque,AEdificabo,&ædificaberis.Hoc est ergo quod dicit,In ædificationem sui in charitate.

Lectio 6.

Docetur via ꝑmanẽdi i ecclesia sticavnitate ponẽdo hîc ꝑcepta ad omnes hortãdos declinare à conuersatione gẽtilũ quã describit.

HOc ergo dico & testificor in domino:ut iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant,in uanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum,alienati à uita dei per ignorantiam quæ est in illis,propter cæcitatẽ cordis ipsorum:qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ,in operationem immunditiæ omnis in auaritiam,

¶Supra monuit Apostolus Ephesios vt manerent in ecclesiastica vnitate describendo modum eius & formam:in hac parte docet eos viam per quam possint manere in ecclesiastica vnitate.Et primò facit hoc. Secundò ostendit potestatem hanc ad implenda præcepta in fine epistolæ,ibi [De cætero fratres confortamini,&c.]Prima in duas.Primò proponit præcepta ad omnes.Secundò pertinentia ad singulos gradus ecclesiæ,ibi[Mulieres viris suis subditæ sint,&c.]Prima in duas.Primò ponit quædã præcepta generalia ad quæ reducuntur omnia alia.Secundò ponit specialia,ibi [Propter quod deponẽtes mendacium,&c.] Prima iterum in duas,quia cùm intentio Apostoli sit eos reuocare à veteri consuetudine ad nouam Christi doctrinã. Primò ostendit doctrinam Christi esse contrariam antiquę peruersitati gentilitatis.Secundò inducit eos vt eam deponant,& eam quę Christi est assumãt,ibi[Deponite vos secundum pristinam,&c.]Prima in duas, quia primò describit conuersationem gentilium. Secundò ostendit qꝫ ei contrariatur doctrina Christi, ibi [Vos autem nõ ita,&c.] Prima in tres.Primò hortatur eos vt declinent conuersationem gentilium.Secundò describit eam quantum ad interiorem animum,ibi[Tenebris obscuratum,&c.]Tertiò quantum ad exteriorem modum,ibi[Qui desperantes,&c.]Dicit ergo ad hoc quòd posítis implere ea quæ dicta sunt,dico,id est,non obsecro vt prius,sed dico & testificor hoc quod dixi Gala. 5, Testificor autem omni homini rursum circuncidenti se,quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.2.Timo.4, Testificor coram deo & Christo Iesu,&c.Et quid ? Vt iam,scilicet,tempore fidei & conuersationis ad Christum,quia iam vos mũdi estis.Ioan.15,Non ambuletis,id est,viuatis.Gal.5, Si spiritu viuimus spiritu & ambulemus,&c.Et hoc sicut gentiles ambulant.1. Cor .12,Scitis quoniam cùm gentes essetis ad simulacra muta prout ducebamini euntes,&c.Non sic igitur ambuletis.Pro.1, Fili mi ne ambules cũ eis, prohibe pedem tuum a semitis eorũ, &c. ¶Consequẽter cùm dicit[In vanitate sensus sui.]reddit causam huius prohibitionis.Vbi notandũ est qꝫ cùm ambulare spiritualiter,sit proficere,secũdũ illud Esa.26,Rectus callis iusti ad ambulandũ,&c. Gen.

Cõditiones doctrinæ hæreticorũ.

17,Ambula coram me,& esto perfectus, dicitur Abrahæ. Ad hoc ergo vt homo iustè ambulet.i. spiritualiter proficiat,oportet tria quæ in ipso sunt regulari & ordinari. In homine enim est ratio iudicans de particularibus agendis. Item intellectus vniuersalium principiorum qui est synderesis. tertiò lex diuina seu deus. Quandocunq; ergo aliquis secundum ista tria sibi inuicem ordinata dirigitur,ita ꝙ actio ordinetur secundum iudicium rationis,& hæc.s.ratio iudicet secundum intellectum rectum vel synderesim:& hæc.s. synderesis ordinetur secundū legem diuinam,tunc actio est bona & meritoria. Sed vita gētilium non est talis, immo deficit in prædictis tribus, quia primò deficit à ratione iudicante,quia ambulant in vanitate sensus sui. Sensus autem est vis apprehensiua, per quam iudicamus singularia. Vnde aliquis homo rectus dicitur,quādo bene iudicat de agendis. Sed sensus iste quandoque est rectus,quandoq; est vanus. Rectus dicitur,quādo debita regula regitur qua venit ad debitum finem. Vanus autē quando indebita regula ductus nō venit ad debitum finem. Sap.13,Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei,&c. Ro.1, Euanuerunt in cogitationibus suis,&c. Hier.2,Ambulauerūt post vanitates suas,&vani facti sunt. Quare? quia certè ratio istorum in agendis non dirigebatur ab intellectu illuminato, sed erroneo, Et hoc est quod ait, Tenebris obscuratum habentes intellectum. Ro.1,Obscuratum est insipiens cor eorum. Psal. Nescierūt neq; intellexerunt in tenebris ambulant. Et ratio est,quia tales non sunt participes diuini luminis,seu legis diuinæ illuminantis & regulantis:propter quod subdit,Alienati à vita dei.i.à deo qui est vita animæ. Ioan. 14, Ego sum via,veritas,& vita. Vel à vita dei. i. à charitate & gratia spirituali qua anima viuit formaliter. Ro. 6,Gratia autem dei vita æterna. Isti autē erant sine spe vitæ æternæ,quia ponebant mortalitatē animæ, cōtra fidem & spem. Sap.2,Nescierunt sacramenta dei,neq; sperauerunt mercedē iustitiæ, neq; iudicauerunt honorē in animarū sanctarum,&c. Vel à vita dei.i.à vita sanctè viuendi quę est per fidem. Gala.2,Viuo ego iam non ego,&c. Iustus autem ex fide viuit,vt dicitur Ro.1. Vel quæ est per charitatem. 1.Io.3,Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam,quoniā diligimus fratres,&c. Non sic autem isti,sed magis alienati. ¶ Modum autem huius alienationis tangit.s.ignorantiā non stellarum vel cursus syderum, sed naturæ diuinæ. 1.Cor.15,Ignorantiam quidē dei quidam habēt,quia certè tunc solùm in Iudæa notus erat deus, sed modò vt dicitur Act.17,Tempora huius ignorantiæ despiciens deus,nunc annuntiat hominibus vt omnes vbiq; pœnitentiam agant,&c. Huius autem ignorantiæ deus non erat causa quantum de se erat,vt dicitur Ro.1,Deus illis reuelauit,sed certè causa erat illis propter cæcitatem cordis ipsorum. Et verè dicit cæcitatem,ꝙ ex creaturis non poterant venire in notitiam creatoris,quia vt dicitur Sap.2,Excæcauit eos malitia eorum,& sequitur,Et nescierunt sacramenta dei,neq; mercedem sperauerunt iustitiæ. Et hoc est quod sequitur,Qui desperātes, &c. Vbi ostendit Apostolus quales erāt in exteriori conuersatione quoniā sine spe, & hoc quia alienati à vita. Iob 7,Desperaui,nequaq̄ vltra iam viuam,&c. Hie.18, Desperauimus,post cogitationes em̄ nostras ibimus,& vnusquisq; prauitatē cordis sui malefaciemus. Et hoc est quod sequitur. Tradiderūt semetipsos impudicitiæ,&c. Et hoc legi potest dupliciter,vel separatim,vt dicatur in auaritia,quia auari erant. Ro.1,Repletos omni iniquitate & malitia,fornicatione,auaritia,&c. Heb.13,Sint mores sine auaritia,&c. quia vt dicitur Eccle.10,Auaro nihil est sceleſtius. Propter quod Abac.2, Veh qui congregat auaritiam malam domui suæ,&c. Potest etiam legi coniunctim cum præcedentibus,vt dicatur in auaritia.i. auarè,ita vt sit modificans præcedentia. Et secundum hoc aggrauat eorum vitā tripliciter: quia primò peccauerūt non ex passione,sed potius ex electione. Vnde dicit, Tradiderunt semetipsos impudicitiæ. q. d. Non passionibus vel infirmitate peccauerunt, sed semetipsos tradiderunt, &c. Iudith 7, Sponte tradamus nos omnes populo Olofernis,&c. 2.Cor.12,Non egerūt pœnitentiā super immunditia quā gesserunt,&c. secundò ex actuali effrenatione. 1.Pet.2,Post carnem in concupiscentiā immunditię ambulant,&c. Et ideo dicit,In operationem omnis immunditiæ. Ezec.14,Isti posuerūt immunditias suas in cordibus suis,&c. tertiò aggrauatur eorū peccatum ex continuatione,quia incessanter peccabant. Osee 4,Fornicati sunt,&non cessauerunt,quoniam dominū reliquerunt,vnde dicit,In auaritiā.i.ardenter & insatiabiliter. 2.Pet.2, Oculos habentes plenos adulterii & inceſlabilis delicti,pellicientes animas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes,maledictionis filii,&c.

Lectio 7.

Ostenditur doctrina Christi esse cōtraria statui, & vitæ gentilitatis ostendendo simul cōditiones debitas doctrinæ Christi.

VOs autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis, & ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem qui corrumpitur secūdum desideria erroris. Renouamini autē spiritu mentis vestræ, & induite nouū hominē qui secundū deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis,

¶ Ostensa peruersitate gentilis conuersationis: hīc ostendit Apostolus quòd doctrina Christi totaliter cōtraria est isti cōuersationi & statui. Et quia peruertentes quidā doctrinā Christi dixerunt non esse aliam vitam post istam,sed animam mori cum corpore vt animal: ideo Apostolus ostendit. Primò doctrinam Christi contrariam esse vitæ & statui præcedenti. Secundò ostendit conditiones debitas doctrinæ Christi, ibi, [Deponite vos,&c.] Dicit ergo. Ita dictum est quòd illi desperantes,&c. vos autem non ita audiuistis Christum,scilicet,esse imitandum. Quomodo ergo. Ipsi enim vos à deo didicistis vt diligatis inuicem. 2.Thes.2, Itaque fratres state & tenete traditiones quas credidistis. Et 2.Thessa.2,Quomodo tenebimus? Et primæ Thessa.2,Quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus dei,accepistis illud non vt verbum hominū, sed sicut est verè verbū dei,&c. Col.2,Radicati & superędificati in ipso, & cōfirmati in fide,sicut didicistis abundantes in illo in gratiarū actione. Et hoc certè si tamen illū audistis,quia auditus deseruit disciplinę. Si, pro quia. Quia hæc est annuntiatio quā audistis,vt dicitur 1.Io.1,Et hoc quātum ad prædicationem fidei. Eccle.24,Qui audit me,non confundetur. Prouerb.15,Auris quæ audit increpationes vitæ,in medio sapientium commorabitur,&c. ¶ Et in illo edocti estis,scilicet,quomodo pertinentia ad fidem, sunt custodienda & adimplenda. Mar.vlti,Fecerunt sicut erant edocti,&c. Et hoc sicut est veritas in Iesu. q.d. Si audiuistis fidem Christi prædicari,& quomodo prædicata debeant adimpleri,estis edocti, sicut Iesus de quo prædicatur vobis qui est veritas,ambulate. ¶ Vos autem non ita,scilicet, oportet ambulare sicut aliqui desperantes. Sed quomodo? Subdit [Deponite vos,&c.] Quæ quidē litera potest legi dupliciter. Vno modo vt dicatur deponere,& tūc construitur cū præcedētibus sic,ita est veritas in qua edocti estis in Iesu deponere vos,

&c. Si autem dicatur deponite,quæ litera cōmunius habetur,dicemus quòd quia contraria est & vita & doctrina Gētilium,vitæ & doctrinæ Iesu,in qua edocti estis,restat vt deponatis,&c. Duo ergo facit, quia cùm primò extirpanda sint vitia,q̄ inserantur virtutes. Primò docet eos statum pristinæ ac veteris conuersationis deponere. Secundò nouum statū Iesu assumere,ibi [Renouamini autē spiritu,&c.] Dicit ergo, Deponite,&c. vbi tria sunt consideranda. Primò quid intelligitur per veterē hominem. Dicunt aliqui ꝙ hic homo vetus exterior,nouus verò dicitur interior. Sed dicendum est ꝙ homo vetus dicitur tam interior quā exterior qui subiicitur vetustati quantū ad animam per peccatum,& quantū ad corpus: quia membra corporis sunt arma peccati. Et sic subiectus homo peccato secundū animam & corpus,dicitur vetus homo,secūdum ꝙ illa vetusta sunt quæ sunt in via corruptionis,vel in ipso corrūpi, quia quod antiquatur & senescit prope interitum est,vt dicitur Heb.8,Et sic homo subiectus peccato dicitur vetus,quia est in via corruptionis,propter quod subdit,Qui corrūpitur secūdum desideria erroris. Nam vnūquodq; corrumpitur,cùm recedit ab origine naturæ suæ. Natura autē hominis est vt desiderium eius tendat ad id quod est secundū rationem. Perfectio autē & bonum rationis est veritas. Quando ergo ratio tendit ad errorē & desiderium ex hoc errore corrūpitur,tunc vetus homo dicitur. Dicit autē secundum desideria.s.mala. Rom.13, Carnis curā ne feceritis in desideriis. 1.Tim.6,Desideria multa & nociua & inutilia quæ mergunt hominē in interitum & perditionem,&c. Quia autē hæc desideria in quibusdā trahuntur ex infirmitate: in quibusdam verò ex malitia,sicut in illis qui dicunt deum prouidentiā non habere,ideo dicit,Erroris: quia in talibus errantibus corrūpitur intellectus & affectus. Vel secundum desideria erroris.i.quæ homines faciunt errare, secūdum illud Sap.2,Hæc cogitauerunt & errauerunt,&c. Proue.14,Et prudentia stultorum errans. Sed quòmodo deponendus sit, docet Apostolus,dicens Col.3, Expoliantes vos veterē hominem cum actibus suis, &c. Non ergo substantialiter debet deponi vel expoliari, sed solùm quo ad opera mala vel conuersationē. 1.Pet.2,Conuersationem vestrā inter gentes habentes bonam. 1.Tim.4, Exemplum esto fidelium in verbo & conuersatione. ¶ Deinde cùm dicit [Renouamini,&c.] Ostendit ꝙ debemus nouum statum inducere. Circa quod tria facit. Primò ostendit per quid consequi possumus hanc nouitatem. Secundò in quo hęc nouitas consistat. Tertiò quæ sit. Quantū ad primum dicit, Renouamini spiritu,&c. Vbi notandum est ꝙ licet spiritus multipliciter dicatur in homine,tamen triplex spiritus inuenitur.s.spiritus sanctus. 1.Corint.3, Nescitis ꝙ templum dei estis,& spiritus dei habitat in vobis. Item spiritus rationalis. Gal.5,Caro concupiscit aduersus spiritū. Item spiritus fantasticus. Osee 14,Scitote Israel stultum prophetā insanum virum spiritualem.i.fantasticum. Hoc ergo quod dicit,Spiritu mentis,sumitur pro spiritu sancto. Dicit autē causam renouationis esse spiritum sanctū,qui habitat in mente nostra. Gala.4,Misit deus spiritum filii sui in corda, &c. Psal. Emitte spiritū tuum,& creabuntur,&c. Vel potest accipi spiritus pro spiritu rationali,& tunc spiritus idem est ꝙ mens nostra,& est simile huic quod dicitur Col.2,In expoliatione corporis carnis.i.corpus quæ caro,ita hīc spiritu mētis.i.spiritu qui est mens: hoc autē dicit,quia in nobis est alius spiritus qui non est mens,qui.s.est cōmunis nobis & brutis. Dicit autem,Renouamini spiritu mētis: quia illud quod nō est corruptum, est nouum,nec renouatione indiget. Nam si Adam corruptus nō fuisset, renouatione non indiguisset,nec nos etiā. Sed quia corruptus fuit,renouatione indiguit & eius posteriores. Et ideo oportet renouari nos in præsenti secundū animam,& in futuro,secundum corpus,quando corruptibile hoc induet incorruptionē,& mortale immortalitatem,vt dicitur 1.Cor.15. Dicit ergo, Renouamini spiritu,hīc.s. quia nisi in præsenti spiritus renouetur,nunq̄ corpus eius innouabitur. Vel potest exponi spiritu mentis.i.mente vestra spirituali facta,& in idē redit. In quo autem hæc renouatio consistat quantū ad secundum subdit, cùm dicit [Induite nouum hominē,&c.] Hīc aduertendum est ꝙ sicut vniuscuiusq; rei primum vetustatis principium fuit Adam per quē peccatum in omnes intrauit,ita principiū primum nouitatis & renouationis Christus est: quia sicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnde Gal. vlti. In Christo Iesu neq; circuncisio,neq; præputium aliquid valet,sed noua creatura. Induimini ergo dominum nostrū Iesum Christum. Rom.13, Quę autem sit renouatio ostendit,cùm dicit, Qui secundū deum creatus est,&c. Hoc autem potest intelligi tripliciter. Vno modo sic vt ly,qui,referatur ad spiritū. i. spiritus qui est mens nostra,& creatus est à deo.s.in originali iustitia.s.in sui nouitate. Vel recreatus noua creatione vt esset iustus. suprà 2,Creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vel ly,qui,potest referri ad nouum hominem.s.Christum. Et tunc construetur sic. Qui creatus est.i.formatus in vtero virginis secundum deum.i. non semine humano,sed spiritu sancto. Vel creatus est secundū esse gratiæ & perditionis,& hoc in iustitia quo ad homines,in sanctitate quo ad deum,& hoc veritatis,nō falsitatis. Luc.2,In sanctitate & iustitia. Vel vt sanctitas sit in corde,veritas in ore,iustitia in opere.

Lectio 8.

Pro nouitate spiritus peccata interiora inhibentur q̄ corrumpūt spiritū: primò quidem peccatū corrūpens ptē rationalē: & secundò irascibilē.

PRopter quod deponētes mendaciū,loquimini veritatē unusquisq; cū proximo suo: quoniā sumus inuicē mēbra. Irascimini, & nolite peccare: Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare diabolo.

¶ Suprà posita generali monitione vt nouitatem induerent: hīc Apostolus ponit præcepta specialia. Circa quod duo facit. Primò inhibet eis peccata interiora corrumpentia spiritū. Secundò peccata exteriora quæ corrumpunt carnē, ibi [Fornicatio autem,&c.] Prima in duas. Primò prohibet peccata quæ in deordinatione propria consistunt. Secundò peccata quæ consistunt in deordinatione alterius, ibi [Omnis sermo malus, &c.] Prima iterum in tres,quia primò prohibet peccatum corrūpens rationalem. Secundò peccatum deordinans irascibilē, ibi [Irascimini & nolite peccare,&c.] Tertiò peccatum pertinens ad concupiscibilem, ibi, Qui furabatur, &c. Circa primum tria facit. Primò quia vnum istorū prohibet. Secundò inducit ad aliud. Tertiò rationē assignat. Prohibet ergo illud primò quod ad veterem hominem pertinet, ita vt ista litera,sit expositiua huius quod prædixerat. Induite nouum hominem,ad quem inducendum primò prohibet mendacium: quia per hoc peccatum oris, corrumpitur veritas rationis. Vnde dicit, Propter quod, scilicet, nouum hominem induendum, sitis supple, deponentes mendacium, quia vt dicitur in Psalmista, Perdes omnes qui loquuntur mendacium, scilicet, pernicioſum. ¶ Et postea inducit ad nouitatem, dicens Zacha. quarto, Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Et quare? Quoniam sumus inuicem

membra. Membra enim seinuicem diligunt,& se iuuant mutuò in veritate. Ro. 12, Vnum corpus sumus in Christo,singuli autē alter alterius mēbra. ¶ Sequitur[Irascimini,&c.] Vbi prohibet peccatum,corrūpens irascibilem. Circa quod tria facit. Primò ponit mouitionem. Secūdò eam exponit,ibi [Sol nō occidat,&c.] Tertiò rationem reddit,ibi[Nolite locum,&c.] Monitionem autē ponit,cùm dicit[Irascimini,&c.] Quod potest exponi dupliciter,quia duplex est speciesīræ,quædā bona,quædam mala. Mala quidem quando inordinatē tendit in vindictam. s. contra iustitiam: bona verò quando in vindictam debitā,quando. s. quis irascitur quando oportet,cum quibus,& quantū oportet. Et de vtraq; potest exponi. Si de mala,sic est sensus. Non p̄cipit,sed permittit. q.d. Si sicest q̄ motus iræ insurgat,quod humanum est, nolite peccare. i. nolite perducere ad effectum per consensum. 1. Cor. 10, Tentatiovos nō apprehendat nisi humana: quia certè qui aliter irascitur fratri suo,reus erit iudicio,vt dicitur Mat. 5. De hac ira monebat Ioseph fratres suos. Gene. 45, Ne irascimini in via. Si autē exponatur de bona,sic tenetur nō solùm permissiuè vt primò,sed imperatiuè,irascimini. s. cōtra peccata vestra: quoniam duplex est vindicta quā homo appetit. Vna de seipso peccā te & sic pœnitentia est quędā vindicta quam homo facit,& capit de seipso. Et hæc est bona ira. & de hac dicitur imperatiuè,Irascimini. s. cōtra peccata vestra,& nolite peccare. s. de cætero,nec talia cōmittere contra quæ iterum oporteat irasci. Modò credunt aliqui q̄ homo securè posit sibiipsi irasci propter peccata sua, sed non proximo suo propter sua, sed non est ita: sicut enim contra seipsum quis irascitur propter peccata propria,ita proximo suo propter sua,ergo irascimini cōtra vitia aliena,& hoc cum zelo. Num. 25, Phinees auertit iram meā à filiis Israel,quia zelo meo cōmotus est cōtra eos. Sic Helyas 3. Reg. 19, Zelo zelatus sum p̄ domino deo exercituū,quia dereliquerunt pactū domini filii Israel,&c. Et nolite peccare præueniēdo rationem,sed potius sequendo. Iac. 1, Sit autē omnis homo velox ad audiendum, tardus autē ad loquendum, & tardus ad iram,&c. ¶ Sequitur[Sol non occidat,&c.] Vbi exponit quod dixerat,& secundum tres prædictas expositiones potest tripliciter exponi,quia si de mala ira tunc sic, Sol,&c. i. non persistatis in ira concepta,sed ante solis occasum deponatis,quia licet permittatur motus,propter fragilitatē, non permittitur mora. Si de bona,& hoc contra peccata propria,tunc sic,Sol. 1. Christus. Mala. 4, Orietur vobis timētibus nomen meum sol iustitiæ,&c. Non occidat super iracundiā vestram. i. super peccata vestra,pro quibus iterum oporteat vos irasci & vosmetipsos punire. Si contra peccata aliena sic accipitur sol. s. rationis. Eccl. 12, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ,anteq̄ veniat tēpus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas,non mihi placent,anteq̄ tenebrescat sol,&c. Sol non occidat super iracundiā vestram. i. non obtenebretur dictamen rationis. Iob 5, Virum stultū interficit iracundia. ¶ Sequitur[Nolite locū dare diabolo]vbi assignat rationē monitionis. Diabolus enim habet locum in nobis per peccatum,vel per consensum. Io. 13, Cùm diabolus iam misisset in cor,vt traderet eum Iudas,&c. Et sequitur ibidē quòd post buccellam introiuit in eum sathanas. Nunc autē huiusmodi passiones multum inclinat ad consensum, & maximè quando peruertunt iudicium rationis,& hoc specialiter facit ira quæ consistit in ascensione sanguinis, quæ quidē ratione velocitatis sui motus præcedit iudiciū rationis. Et quia sic nobis perturbatis diabolus incipit locum habere in nobis,ideo dicit,Nolite locū dare diabolo. q.d. Non perseueretis in ira,quia per hoc datis locum diabolo,quia totus diabolus iracundus est. Psal. Liberator meus de inimicis meis iracūdis. Intrat autem hominē cum furore & ira. Apoc. 12, Descendit diabolus ad vos habens iram magnā. Hoc autē non potest facere saltē in anima,quandiu homo iustus est. Hæc autē iustitia per iram amittitur,quia ira viri iustitiā dei non operatur,vt dicitur Iac. 1, Si ergo non vultis locū dare diabolo,saltem in anima,sol non occidat su per iracundiam vestram. Eccle. 11, Aufer iram à corde tuo.

Ira quædā bona quædam mala.

Lectio 9.

Pro renouatione spiritꝰ p̄hibetur vetustas peccati q̄tū ad cōcupiscibilē,monēdo ad nouitatē,et tā dē ptinentia ad veterē hominē deordinantia p respectū ad p̄ximum.

QVi furabatur iā nō furetur: magis aūt laboret, operādo manibꝰ suis, qđ bonū est, ut habeat unde tribuat necessitatē patiēti. Omnis sermo malꝰ ex ore uestro nō p̄cedat: sed si qs bonꝰ ad ædificationē fidei, ut det gratiā audiētibꝰ

¶ Exclusa suprà vetustate hominis quantum ad vim rationalem & irascibilem: hîc prohibet eam quātum ad concupiscibilem prouenientē ex rerum inordinata concupiscentia. Circa quod duo facit. Primò prohibet concupiscibilis vetustatē. Secundò hortatur ad eius nouitatem,ibi[Magis autem laboret,&c.] Ad vetustatem autē concupiscibilis pertinet furtum,quod prouenit ex corrupto & inordinato appetitu rei tēporalis. Ideo dicit[Qui furabatur,iam non furetur,&c.] q.d. Qui habebat concupiscibilem corruptam & vetustam ex corrupto appetitu rerum tēporalium,iam non furetur. f. si vult concupiscibilem renouare, quia vt dicitur Eccle. 5, Super furē confusio,propter hoc dicitur Exod. 20, Non furtum facies. Et quia aliquis posset se excusare præ paupertate,ideo dicit[Magis laboret,&c.] sicut ipse fecit Apostolus,vt dicitur Act. 20, Argentū & aurū nullius concupiui aut vestē,vosipsi scitis,quoniam ad ea quę mihi opus erāt & his qui mecum sunt,ministrauerūt manus iste. Item 2. The. 3, Ipsi enim scitis quēadmodum oporteat vos imitari nos, quoniā non inquieti fuimus inter vos neq; gratis panem māducauimus ab aliquo,sed in labore & fatigatione nocte ac die laborātes,ne quē vestrum grauaremus,&c. Vnde notandū est q̄ opus manuale ad tria inducitur. Primò ad necessitatem victus acquirendā. Gene. 3, In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Et ideo qui non habet vnde licitè viuat,tenetur manibus laborare. 2. Thes. 3, Si quis nō vult operari,non māducet,q.d. Sicut qui non comedit in necessitate peccat,ita& si non laborat. Et sic ponitur hîc ad excludendum furtū. Quandoq; verò inducitur contra otium,quia multa mala docuit otiositas. Eccl. 33, Et ideo qui habent vitam otiosam tenentur manibus laborare. 2. Thessa. 3, Audiuimus quosdam inter vos ambulare in quiete nihil operantes,sed curiosē agentes. His autem qui huiusmodi sunt denuntiamus,obsecramus in domino Iesu Christo,vt cum silentio operantes suum panem manducent. Quandoque enim inducitur ad carnis macerationem & domationem. Vnde ponitur inter alia opera continentiæ. 2. Corin. 11, In laboribus,in vigiliis, in ieiuniis, &c. Triplex ergo est ratio iniungendi laborem corporalem, sed prima omnibus necessaria est, & hoc de necessitate præcepti,quia aliis modis potest excludi otium, similiter & lasciuia carnis potest alio modo domari & refrenari, & sufficit quomodocunque fiat. ¶ Sequitur [Quod bonum est]quod dupliciter potest intelligi. Vel in vi accusatiui,& sic construetur: Magis autem laboret operando manibus & qui dem non illicita,sed quod bonum est. Galatas vltimo, Bonum autem facientes non deficiamus. Esa. primo,

Quiescite agere peruersè,discite bene facere. Vel potest intelligi in vi nominatiui,laboret, &c. quod bonū est,quasi hæc sit ratio quare laborandū est,q.d. Non solùm est necessarium laborare,immo etiam bonū est laborare,vt laborans possit viuere,& vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Eccle. 29, Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Omnis sermo malus,&c.] Ponit pertinentia ad veterem hominem in deordinatione ad alium,& facit duo: quia primò prohibet vetustatē, & inducit nouitatem. Secundò inducit exēplum,in principio quinti capitis,ibi[Estote ergo,&c.] Ad proximum autē potest quis malè se habere dupliciter. Vno modo ledendo eum verbis malis. Alio modo malis exēplis. Primò prohibet primum. Secundò secundū,ibi[Et nolite contristare,&c.] Primò iterum in duas. Primò prohibet vetustatem. Secundò inducit ad nouitatē,ibi[Sed si quis,&c.] Dicit ergo[Omnis sermo malus,&c.] Sermo oris prætendit & annuntiat quæ sunt in anima, quia voces sunt earū quæ sunt in anima passionum notæ. Ille est bonus sermo qui indicat bonā dispositionem interiorem,malus verò qui malā. Tripliciter autem homo ordinatur interius. s. ad se,vt. s. omnia sint rationi subiecta ad deum,vt ratio sit ei subdita,ad proximum quando diligit eū vt seipsum. Est ergo quandoq; sermo malus,quādo indicat hominem inordinatū in se,& hic est sermo falsus eius qui aliud loquitur,aliud intēdit: & similiter sermo inutilis & vanus. Item est sermo malus qui indicat hominē inordinatum contra deum: sicut periuria,blasphemiæ,& huiusmodi. Item etiam est sermo malus,quādo est contra proximū suum: sicut iniuriæ,doli,& fallaciæ. Et ideo dicit, Omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat. Omnis non verò æquipollet huic signo,nullus. Sap. 1, Custodite ergo vos à murmuratione quę nihil prodest,& à detractione parcite linguæ,quia sermo obscurus in vacuum non ibit: quia certè deū non præterit omnis cogitatus & nō abscondit se ab eo vllus sermo,vt dicitur Eccl. 42, Nunc autē deponite & vos omnia,iram,indignationē,malitiam,blasphemiam,turpem sermonē de ore vestro. Col. 3. ¶ Sequitur[Sed si quis bonus est,&c.] Inducit ad nouitatem,quia sermo bonus benedicēdus est pro loco & tēpore. Prouer. 15, Sermo oportunus est optimus. Si quis ergo loquitur quasi sermones dei. 1. Pet. 4, Et ad quid subdit? Ad ædificationem fidei. i. vt corroboretur fides in cordibus infirmorum. 1. Cor. 14, Omnia ad ædificationem fiant,& hoc vt det gratiā audientibus. s. si talis bonus sermo sit probatus,vel talis sermo est conferens: quia frequenter homo ex bono sermone & per virtutem boni sermonis auditi cōpunctus disponitur ad gratiam. Act. 10, Adhuc loquente Petro verba hæc,cecidit spiritussanctus super omnes qui audiebant verbum. Sic loquebatur dominus de quo dicitur Lucæ 4, Mirabantur ex verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius. Eccle. 10, Verba oris sapientis gratia.

Lectio 10.

Docentur Ephesii nō expellere spiritū sanctum per quodcūque peccatum.

ET nolite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & deus in Christo donauit uobis.

¶ Suprà monuit Apostolus abstinere à verbis malis & nociuis: hîc monet abstinere à verbis & factis turbatiuis seu contristatiuis proximorū. Circa quod duo facit. Primò prohibet quod pertinet ad vetustatem. Secundò persuadet quod pertinet ad nouitatē,ibi[Estote autem inuicem benigni,&c.] Prima iterum in duas: quia primò prohibet quod ad vetustatem pertinet in generali. Secundò in speciali,ibi [Omnis amaritudo,&c.] Dicit ergo[Nolite cōtristare spiritū,&c.] Cōtrà. Spiritussanctus est deus,in quo nō cadit passio aliqua nec tristitia. Respondeo. Spiritussanctus dicitur contristari quando contristatur ille in quo est spiritussanctus. Luc. 10, Qui vos spernit,me spernit. Esa. 63, Ipsi autem ad iracundiā prouocauerunt eum,& afflixerūt spiritum sanctum eius: & conuersus est eis in inimicum. Vel dicēdum est, q̄ est metaphorica locutio. Sicut enim deus dicitur irasci propter similitudinē effectus: ita etiam dicitur contristari: quia sicut quando aliquis contristatur, recedit à cōtristante, ita spiritussanctus à peccante. Et sic est sensus, Nolite contristare spiritum sanctum dei. i. nolite eum fugare vel expellere per peccatū. Sap. 1, Spiritussanctus enim disciplinę effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Igitur non est contristandus spiritussanctus, & hoc propter beneficiū signi salutaris. Ideo subiūgit [In quo signati estis]. i. reformati estis, & ab aliis distincti. Qui autem habebit hoc signū secū, habebit vitam æternā. Ideo ergo est custodiendus, & nullo modo contristandus, quia sine eo non est vita æterna. 2. Cor. 1, Qui signauit nos deus, & dedit nobis pignus spiritus. Et quando? [In die redemptionis]id est baptismi. Io. 3, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. &c. Act. 1, Vos baptizabimini spiritusanctō non post multos hos dies. Dicit autem redemptionis, quia in baptismo fit homo particeps redemptionis factæ per Christū. ¶ Sequitur[Omnis amaritudo,&c.] Vbi ostendit in speciali quæ pertinent ad vetustatem. Quādoq; enim homo contristat amicū suum ex ira, aliquando ex industria. Sed in ira est triplex gradus, quia aliquando retinetur & manet solùm in corde, sicut qui tantùm interius irascitur. Aliquando verò exprimitur in voce sine tamen contumeliæ prolatione: sicut qui dicit, Racha. Aliquando fit etiam addita cōtumeliæ prolatione, sicut qui dicit, fatue. Primò ergo ponit quod pertinet ad iram cordis. Secundò quod pertinet ad inordinatā prolationem. Tertiò quod pertinet ad contumeliam. In ira autem cordis ista se consequuntur. Primò q̄ ira est effectus tristitiæ, & hæc in sacra scriptura dicitur amaritudo. 1. Regū 1, Cùm esset Anna amaro animo, & oraret deū flens, &c. Et ideo dicit[Omnis amaritudo,&c.] quæ est per memoriā iniuriæ præteritæ. Eccl. 21, Non est sensus vbi abūdat amaritudo. Secundò q̄ statim appetit vindictā, ideo dicit [Et ira.] quæ est appetitus vindictæ. Iaco. 1, Ira enim viri dei iustitiā non operatur. Tertiò q̄ iratus indignum reputat q̄ ei pareat, & indignum esse q̄ sine punitione transeat, ideo sequitur[& indignatio] Sed quantum ad inordinatam prolationē sic est clamor. Esa. 5, Expectaui vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas: & iustitiā, & ecce clamor. Ideo dicit[Et clamor.] Similiter & blasphemia est vel contra deum, vel contra sanctos. Leuit. 24, Quicunq; blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Ideo dicit [Et blasphemia.] Et addit [Tollatur à vobis cū omni malitia]. s. operis. 1. Pet. 2, Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationē. ¶ Deinde cùm dicit[Estote autē, &c.] Ponit pertinentia ad nouiratem contrariam passionibus præmissis, cōtra amaritudinem, benignitatem. Vnde dicit[Estote autem inuicem benigni.] quia benignus est spiritus sapientię,

&c.Contra irã,misericordiã.Vnde dicit[Misericordes.] Luc.6,Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est.Contra indignationẽ,condonationem.Vnde dicit[Donantes inuicẽ,&c.]Col.3,Donãtes vosmetipsis si quis aduersus aliquẽ habet quærelam sicut & dominus donauit nobis,ita & vos.Rom.8, Qui etiã proprio filio suo non pepercit.Et paulò pòst sequitur:Quomodo non etiã cum illo nobis omnia donauit?

Caput 5.

Proponitur hîc Christus imitãdus vt exẽplar, et docetur in quo sit imitandus.

Estote ergo imitatores dei,sicut filij charissimi:& ambulate in dilectione,sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.

¶Posita exhortatione ab benignitatẽ & misericordiam quæ sunt effectus charitatis:hîc ostẽdit eis exẽplum.Circa quod duo facit.Primò inducit eos ad imitationem exemplaris.s.dei. Secũdò ostendit in quo debent ipsum imitari,ibi[Et ambulate,&c.]Dicit ergo,Dixi quòd debetis donare inuicẽ, sicut & deus in Christo donauit vobis.ergo estote imitatores dei,quia hoc necessariũ est, licet difficile sit. Eccl.2,Quid est,inq̃, homo vt possit sequi regem factorẽ suum? Nunq̃ tamen perficietur natura humana, nisi in coniunctione ad deũ.Vnde Iob 23,Vestigia eius secutus est pes meus. Ergo imitãdus est taliter quo modo habemus possibilitatẽ,quia ad filium pertinet patrẽ imitari.Et ideo subdit[Sicut filii patrem.].s.per creationem.Deute.32,Nónne ipse est pater tuus qui possedit,& fecit,& creauit te? Et addit[Charissimi.] quos.s.elegit ad participationẽ suiipsius. ¶Sequitur[Et ambulate,&c.]Vbi primò ponit imitãdi modum, quia in charitate.Secundò ostendit immensæ charitatis signum,ibi[Et tradidit,&c.]Quòd ergo simus filii charissimi,hoc facit charitas dei.Rom.8,Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore,sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum in quo clamamus,abba pater.Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro,q̃ sumus filii dei.Debemus ergo ipsum in dilectione imitari.Et dicit[Ambulate].i.semper proficite.Gen.15, Ambula corã me,& esto perfectus.Et hoc[in dilectione] quia dilectio est tale bonum in quo debet homo proficere,&tale debitũ quod debet homo semper soluere.Roma.13,Nemini quicquã debeatis,nisi vt inuicem diligatis.Vel in dilectione quæ est via sequendi deum magis de propinquo.1.Corint.13, Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.Si linguis hominũ loquar & angelorum, &c. Col.3, Super omnia hęc charitatẽ habentes,&c.Et hoc exemplo Christi.Vnde subdit[Sicut & Christus dilexit nos.]Io. 13,Cùm dilexisset suos qui erant in mundo,in finẽ dilexit eos. ¶Et quia secundum Grego.probatio dilectionis,exhibitio est operis:ideo subdit[Et tradidit semetipsum pro nobis.]Apo.1,Dilexit nos,& lauit nos à peccatis nostris.Gala.2,In fide viuo filii dei qui dilexit me, & tradidit in mortẽ seipsum pro me. Esa. 55, Tradidit in mortem animã suam,&c. ¶Hæc autem mors fuit nobis vtilis & necessaria,ideo subdit[Oblationem & hostiam,&c.]Loquitur autẽ hîc Apostolus more veteris legis,in qua,vt dicitur Leuit.4,Quando quis peccauerat,offerri debebat pro eo hostia & oblatio quæ dicitur pro peccato.Item quando quis agebat gratias deo,vel aliquid consequi volebat,oportebat offerri hostiã pacificam,vt dicitur Leuit.3.Quæ quidem erat in oblationem suauissimi odoris domino,vt dicitur ibidẽ,Hęc autem facta sunt per Christum, quia vt à peccatis mũdaremur,& gloriã consequeremur tradidit semetipsum pro nobis in oblationem, per ea quæ in vita gessit.Esa.53,Oblatus est,quia ipse voluit,&c.[Et hostiam deo pro peccato.]& hoc in odorem suauitatis.Alludit autẽ huic quod dicitur Leuit.3.Sed certè ille odor non erat tunc ideo acceptus secũdum se,sed secundum suam significationem,inquantũ significabat oblationem odoriferam corporis Christi filii dei.Gen.2,Ecce odor filii mei,sicut odor agri pleni.Cant.1, Trahe me pòst te,curremus in odorem vnguẽtorum tuorum.Sic autem debemus nos sacrificare deo spiritualiter.Psal.Sacrificiũ deo spiritus, &c.

Lectio 2.

Excluditur vetustas peccati quãtũ ad vitia carnalia.

Fornicatio autem & omnis immunditia,aut auaritia,nec nominetur in vobis sicut decet sanctos:aut turpitudo,aut stultiloquium,aut scurrilitas,quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

¶Suprà posita monitione Apost.docuit,vt deposita vetustate Ephesii nouitatẽ assumerẽt prohibendo vitia spiritualia:hîc prohibet eisdẽ vitia etiam carnalia.Diuiditur autẽ in duas.Primò enim prohibet vetustatem vitiorũ carnalium.Secũdò inducit ad nouitatẽ,ibi[Videte itaq; fratres,&c.]Prima iterum diuiditur in tres.Primò excludit vetustatẽ vitiorum.Secundò proponit pœnam eorum,ibi [Hoc autẽ scitote,&c.] Tertiò excludit fallaciã,ibi[Nemo vos seducat,&c.] Prima iterum in duas.Primò excludit quædã vitia principalia.Secundò excludit quædã adiuncta,ibi[Aut turpitudo,&c.]Excludit autem tria vitia.s.luxuriam naturalem,quæ est,cum non sua.Vnde dicit[Fornicatio.] Osee 4, Spiritus enim fornicationum decepit eos. 1. Corint.6,Fugite fornicationem.Sic faciebat Iob 31,Pepigit fœdus cum oculis meis,vt nec cogitarẽ de virgine.Dicitur autem fornicatio à fornice.i.arcu triumphali,iuxta quem erant lupanaria.Proueb.20.[Et omnis immunditia].i.omnis pollutio contra naturam,scilicet,quæ non ordinatur ad generationem.Gala.5, Manifesta sunt opera carnis,quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria,&c. Tertiò excludit auaritiam, dicendo[aut auaritia.]Sed quare hoc?Nunquid est idem cum peccatis carnalibus? Respondeo.Dicẽdum est quòd non,nec totaliter est diuisa,sed medium inter spiritualia & carnalia peccata:quod patet sic. In peccato sunt duo.s.obiectum peccati,& delectatio in obiecto. Quædam ergo sunt peccata quorũ obiectio& delectatio est spiritualis,sicut ira.Nam vindicta quæ est obiectum iræ,& delectatio eius,est quid spirituale, & similiter inanis gloria.Quędã verò sunt omnino carnalia,& obiectũ, & delectatio: sicut gula & luxuria,sed auaritia tenet medium,quia eius obiectum est carnale,scilicet,pecunia,sed delectatio est spiritualis,quia animo quiescit quis in pecunia.Et ideo cõnumeratur auaritia cum peccatis carnalibus ratione obiecti, cum spiritualibus verò ratione delectationis.Hebr.vlti.Sint mores sine auaritia. Vel dicẽdum est q̃ auaritia ponitur iustitiæ,vnde ponitur pro specie luxuriæ,quę est adulteriũ,quod est iniustus vsus mulieris alterius: sicut auaritia iniustus vsus pecuniæ.Sed suprà dixit, Qui furabatur,&c.hîc autem dicit q̃ nec nominetur, &c.quia in pugna spirituali vitia carnalia primò occurrunt vincenda: quia fruſtrà pugnat quis contra intrinseca,nisi primò vincat extrinseca,scilicet,carnalia contra quæ semper remanet bellũ.Et ideo dicit [Nec nominetur in vobis sicut decet sanctos.]s.abstinere à factis,à cogitationibus,& à dictis.Esa.41,Perdam Babylonis nomen,& reliquias,& progeniem,& germen. Eccle.41, Curam habe de bono nomine, quia hoc

Auaritia est peccatũ partim carnale partim spirituale.

decet sanctos.2.Cor.6,In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros,&c. ¶Sequitur[Aut turpitudo,&c.]Vbi ponit quædam vitia adiuncta.Circa quod duo facit.Primò adiuncta vitia excludit. Secundò ad contraria eorum inducit,ibi[Sed magis gratiarũ actio,&c.]Tria ergo vitia excludit,scilicet turpitudinem,quæ est in tactibus turpibus,& amplexibus,& osculis libidinosis.Prouer.6,Qui autem adulter est, propter cordis inopiam,perdet animam suã,& turpitudinem,& ignominiam congregat sibi.Item stultiloquium,idest,verba prouocantia ad malum.Eccle.9,Colloquiũ illius quasi ignis exardescit,scilicet malę mulieris.Et scurrilitatem,idest verbũ ioculatorium,per quod aliqui volunt inde placere aliis.Matt. 12,De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines,reddent rationẽ de eo in die iudicii.Et hæc omnia sunt mortalia inquantum ad mortalia peccata ordinantur,quia aliquid etiam si bonum sit ex genere,inquantum ad mortale ordinatur,est mortale. ¶Deinde inducit ad contraria,scilicet gratiarum actiones.Vnde dicit, Sed magis gratiarum actio.Esa.51,Gaudium,& lætitia inuenietur in ea,gratiarum actio & vox laudis.

Lectio 3.

Proponitur pœna vitiorum nosatorũ & excluditur fallacia seductorũ, monẽdo ne insequantur in malo.

Hoc enim scitote intelligentes,q̃ omnis fornicator,aut immundus,aut auarus(quod est idolorum seruitus)non habet hæreditatem in regno Christi & dei.Nemo vos seducat inanibus uerbis,propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ.Nolite ergo effici participes eorum.

¶Suprà prohibuit Apostolus peccata carnalia,hîc comminatur pœnam damnationis, quæ peccatoribus infligitur.Circa quod duo facit,Primò enim de hoc eos certificat.Secundò figillatim peccata recitat, ibi [Quòd omnis fornicator,&c.]Dicit ergo,Hoc scitote intelligentes,idest,actualiter non solùm habitualiter pro certo habete.1.Ioan.3,Hæc scripsi vobis vt sciatis,&c.Et quid?quòd omnis fornicator,aut immundus aut auarus,quod est idolorum seruitus,non habet hæreditatẽ in regno Christi & dei.Nota q̃ vocat hîc auaritiam idololatriã,quoniam idololatria est quando honor soli deo debitus,impenditur creaturæ.Nunc autem deo dupliciter honor debetur,scilicet vt in eo finem nostrum cõstituamus,& vt in eo fiduciam nostrã finaliter ponamus,ergo qui hoc in creaturis ponit reus est idololatriæ.Hoc autem facit auarus, qui finem suum in re creata ponit,& etiam totam suã fiduciam.Osee.8,Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola,vt interirent.Et hoc,quia,vt dicitur Prouer.11,Qui confidit in diuitiis suis corruet. Sed cùm in aliis peccatis ponat homo finem suum in creatura,cui amore inhæret,quare etiam in illis non dicitur peccator idolatra?Respondeo,idolatrare est aliquid exterius indebitè colere.Nunc autem in aliis peccatis ponitur finis in interioribus quasi in propria exaltatione.Sed qui ponit finem in diuitiis,ponit in eis finem vt in re exteriori,sicut idololatra.Sed nunquid auari honorem deo debitum exhibentes creaturæ,realiter sunt idolatræ,& per se?Dico q̃ non:quia in moralibus actus seu opera iudicantur ex fine.Ille ergo per se est idololatra,qui intendit per se cultum exhibere creaturæ.Hoc autem non intendit auarus per se,sed per accidẽs hoc facit,inquantum superfluè & inordinatè diligit.Et quid de tali?Non habebit hæreditatem,quippe,quia filii & hæredes,vt dicitur Rom.8,Nunc autem tales non sunt filii qui sic carnales sunt:ergo hæreditatem nõ habent,quia vt dicitur 1.Corin.15,Caro & sanguis regnum dei non possidebunt,idest, deum qui dicit Ezechie.44,Ego hæreditas eorum. ¶Sed posset quęri si hæreditas ista est ipse deus,cùm sit indiuisibilis & impartibilis,quare dicit,in regno Christi & dei diuisiuè,ac si hæreditas ista sit diuisibilis?Respondeo. Hæreditas nostra consistit in fruitione dei,nunc autem deus aliter se fruitur,& nos eo,quia deus seipso perfectè fruitur,quia seipsum perfectè cognoscit,& totaliter diligit quantum cognoscibilis & diligibilis est, non autem sic nos:quia licet ipsum perfectè cognoscamus in patria,& per consequens diligamus,quia qui aliquid simplex attingit,ipsum totũ cognoscit,& si non totaliter:sicut lux solis si esset pũctalis humanus oculus, ipsam totam apprehenderet non totaliter,oculus verò Aquilæ ipsam totaliter comprehenderet.Sic & si deũ perfectè cognoscimus in patria,& perfectè diligimus,sed ipsum totaliter non comprehendimus, ideo videtur ibi esse quædam imperfectio & particularitas.Et ideo dicit Christi & dei coniunctim, quasi partem cum parte ponendo.idest,quia per Christum,& non per alium habetur hæreditas. ¶Deinde cùm dicit[Nemo vos seducat.]Hîc excludit fallaciam seductorum.Et circa hoc duo facit.Primò enim ponit admonitionem. Secundò subiungit ipsius rationem,ibi[Eratis enim aliquando tenebrę,&c.]Prima iterũ in duas,quia primò monet eos,vt non seducantur verbis eis credendo.Secundò vt non communicent eis mala faciendo, ibi[Nolite communicare,&c.]Prima adhuc in duas,quia primò remouet seductiones,secundò ostendit seductionis signum,ibi[Propter hoc enim venit ira,&c.]Notandum est ergo quòd in vitiis carnalibus solùm docuit cauere seductionem,quia à principio vt homines possent liberè frui cõcupiscentiis,cogitauerũt inuenire rationes quòd fornicationes & huiusmodi venerea non essent peccata.Et ideo dicit inanibus verbis,quia sine ratione sunt talia verba quæ dicunt,quòd huiusmodi non sint peccata,nec excludant à regno dei & Christi.Col.2,Videte ne quis vos seducat per prophetiam & inanẽ fallaciam.Et quòd tales sint seductores & talia verba seducentia ostendit,quia nisi peccata carnalia essent peccata,non punirentur à deo, quia cùm deus sit iustus non infligit pœnam sine culpa.Nunc autem talia puniuntur à deo, ergo peccata sunt.Minorem probat,cùm dicit[Propter hęc enim venit ira dei]scilicet propter peccata carnalia[in filios diffidentiæ]vt patuit in diluuio.Gene.6.Item in sodomitis.Gene.19.Item tribus Beniamin ferè tota consumpta fuit propter hæc.Iudicum 20,Dicit autem filios diffidentiæ,quia sicut peccantes diffidunt de vita æterna:quia si sic faciens speraret vitam æternam,magis esset præsumptio quã spes,quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis,&c.Vnde suprà 4,Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis,in auaritiam.Sap.7,Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra,&c.[& sequitur in fine capitis.]Quia tales non sperauerũt mercedem iustitiæ,&c.Dicit ergo quòd in filios diffidentiæ,idest,qui non confidunt de gaudiis ęternis,venit ira dei,scilicet propter peccata:vel diffidentiæ,idest,de quibus non est confidendum,quantum est ex parte meritorum.Et ideo coucludit,Nolite effici participes eorum,communicando scilicet eis in talibus operibus.2.Co.6,Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate,aut quæ societas lucis ad tenebras,aut quæ communicatio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli.

Auaritia est idololatria.

Cur in aliis peccatis nõ dicatur q̃ idolatra si cut in auaritia.

Lubrici q̃dã quæsierũt rationes inuenire ostensiuas q̃ venerea peccata nõ essent,vt liberius illis fruerentur.

Universidad de Dan... Biblioteca...

Lectio 4.

proponitur status in quo fuerũt ante eorũ cõuersione, & ille in quo post cõuersionem, ad quę sequendũ monentur non reuertentes ad priora, sed potius redarguãt.

Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate (fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate) probãtes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

¶ Suprà prohibuit Apostolus peccata carnalia, comminando pœnam & remouẽdo fallaciam: hîc assignat rationem sumptam ex eorum conditione, & duo facit. Proponit enim primò eorum conditionem. Secundò ex eis duas conclusiones inducit, ibi [Vt filii lucis sitis, &c.] Ponit autem duas conditiones. Primò præteritam. Secundò conditionem præsentem, ibi [Nunc autem lux, &c.] Dicit ergo, Eratis aliquando tenebræ, idest excæcati ignorantia & errore. suprà 4, Tenebris obscuratum habentes intellectum. Psalm. Nescierũt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Item tenebrosi per peccatum. Prouer. 4, Via impiorũ tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Sed notandum est q̃ indeterminatè non dicit tenebrosi, sed tenebræ, quia sicut quilibet videtur esse id quod principaliter est in eo, sicut tota ciuitas videtur esse rex, & quod rex facit, ciuitas dicitur facere, ita quando peccatum regnat in homine, tunc totus homo dicitur peccatum & tenebræ. ¶ Sequitur [Nunc autem lux, &c.] Vbi ponit conditionem præsentem. q.d. Nunc autem habetis lucem fidei. Philip. 2, Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Mat. 5, Vos estis lux mũdi. Sed contrà dicitur de Ioanne Baptista, Non erat ille lux, quomodo ergo fideles alii lux dicuntur? Respondeo. Non dicuntur lux per essentiam, sed per participationem. ¶ Deinde cùm dicit [Vt filii lucis ambulate, &c.] concludit duas conclusiones. Dixerat enim q̃ tenebræ fuerunt, & quòd nunc sunt lux. Et ideo primò concludit vt se conforment ei quod nunc sunt. Secundò vt vitent ea quæ prius fuerunt, ibi [Et nolite communicare.] Prima in duas. Primò ponit ammonitionem. Secũdò eam exponit, ibi [Fructus enim lucis, &c.] Dicit ergo, quia nũc lux estis, faciatis opera lucis, ergo vt filii lucis ambulate. Ioan. 12, Ambulate dum lucem habetis, &c. ¶ Hoc autem exponit. cùm dicit [Fructus enim, &c.] Ambulat autem quis vt filius lucis dupliciter. Primò quantũ ad substantiam vel genus operis. Secundò quantum ad modum vel intentionem facientis. Primò ergo ponit opera quæ oportet facere. Secundò qua debent fieri intentione, ibi [probantes, &c.] Dicit ergo, Dixi vt ambuletis vt filii lucis: fructus autem lucis, sunt opera fructifera & clara. Eccles. 24, Flores mei fructus honoris, &c. Et hoc in omni bonitate, &c. Vbi aduertendum est q̃ omnis actus virtutis ad tria reducitur. Nã oportet quòd agens ordinetur in se, ad proximum, & ad deum. In se, vt sit bonus in seipso, & propter hoc dicit in omni bonitate. Psalm. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, &c. Item ad proximum per iustitiam. Ideo dicit, In iustitia. Psal. Feci iudicium & iustitiam, &c. Ad deum per cognitionem & confessionem veritatis. Et ideo dicit, Et veritate. Zacha. 8, Veritatem enim & pacem diligite. Vel aliter, vt bonitas referatur ad cor, iustitia ad opus, veritas ad os. Suprà 4, & Zacha. 8, Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. ¶ Deinde cùm dicit [Probantes, &c.] Ostendit qua intentione debeant operari, quia non ex abrupto, sed probantes, idest, ratione discernentes. Opus suum probet vnusquisq;, vt dicitur Gala. 6. Et hoc [quid sit beneplacitum deo] ideſt, vt intẽdatis facere quod placet deo. Rom. 15, Probetis quæ sit voluntas dei bona, & beneplacens & perfecta. ¶ Deinde cùm dicit [Et nolite communicare, &c.] Hortatur eos ne redeãt ad statum quẽ reliquerunt, quia vt dicitur Gal. 2, Si enim quæ destruxi, hęc iterum reędifico, præuaricatorem me constituo. 2. Pet. 2, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Diuiditur autem ista pars in duas. Primò ponit monitionem. Secundò assignat rationem, ibi [Quæ autem in occulto, &c.] Prima iterum in duas. Primò monet eos ne malefaciant. Secundò vt mala reprehendant, ibi [Magis autem redarguite, &c.] Dicit ergo, Probantes quid sit bene placitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, ideſt operibus carnalibus ducentibus ad tenebras perpetuas: quæ quidem sunt infructuosa, quia non habent nisi momentaneam delectationem citissimè transeũtem. Ro. 6, Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis. Iudæ 1. Arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatę, fluctus feri maris, despumãtes suas confusiones, &c. Item tenebrosa loca quærunt propter turpitudinẽ quia communicant in eis cum brutis. Iob 24, Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus, & operiet vultum suum, perfodit in tenebris domos, &c. Istis ergo nolite communicare, imitando, coadiuuando, consentiendo. Eccle. 13, Quæ communicatio homini sancto ad carnem? Sed certè hoc non sufficit nisi etiam eos reprehendatis, quia vt dicit August. aliquando deus punit communicantes insontes, quia aliqui boni non reprehendunt malos. Eccles. 7, Mandauit autem vnicuique de proximo suo. Et ideo dicit, magis autem redarguite. 2. Timo. 4, Argue, obsecra, increpa, &c. Sed nunquid semper peccamus si nõ reprehendimus? Respondet August. Quod enim non reprehendis ex timore charitatis, ne .s. peior efficiatur, & scandalizatus affligat bonos, non peccas. Si autem ex timore cupiditatis, ne .s. indignetur, & perdas beneficia tua, sic peccas,

Lectio 5.

Ponitur ratio cur non debeãt cõmunicare operibus tenebrarum gẽtilis, & ratio cur sint arguendi: & confirmatur.

Quæ autem in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur à lumine, manifestãtur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit, Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

¶ Suprà posuit Apostolus monitiones: Hîc assignat rationes earũ. Duas aũt monitiones posuit. Prima vt non cõmunicarent operibus tenebrarũ. Secũda vt redarguerẽt peccatores. Secundum hoc ergo duo facit. Primò ponit rationẽ primæ monitionis. Secũdò rationẽ secundę, ibi [Omnia enim quæ arguuntur, &c.] Dicit ergo, Bene dixi, nolite cõmunicare: immo debetis & tales increpare & redarguere. Quare? Quia quę in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere: hoc autem est de vitiis carnalibus in quibus est turpitudo magna: qa minimum est ibi de bonis ratiõis, cùm huiusmodi actus cõmunes sint nobis & brutis. ¶ Sequitur [Omnia quæ arguũtur, &c.] Hic ponit Apostolus rationẽ secũdæ monitionis, & facit duo. Primò eã ponit rationẽ. Secundo assignat confirmationẽ, ibi [Propter quod dicit, &c.] Quantum ergo ad primum, vult probare q̃ eos deceat delinquentes arguere, & hoc probat sic. Quicquid ostenditur, malũ esse redarguitur: omnis em redargutio manifestatio quædam est, sed omnis manifestatio fit per lumen. vos autem estis lux: ergo decet

vos arguere & eos manifestare. Ponit autem huius rationis maiorem, ibi [Omnia autem quæ arguuntur, &c.] Minorem autem ponit, ibi [Omne quod, &c.] Ideo decet eos arguere, quia vt dicitur. 1. Cor. 2, Spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Vnde glo. sic exponit, Omnia. s. peccata quæ arguũtur à lumine. i. à bonis & sanctis hominibus qui sunt filii lucis, manifestantur. s. per confessionem. Prouer. 28, Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam cõsequetur. Omne autem. s. malum quod manifestatur per cõfessionem, lumen est. i. in lumine vertitur. Deinde cõfirmat hoc per authoritatem, dicẽs [Propter quod dicit, Surge, &c.] Glo. sic exponit. Propter hoc quod sit lumẽ dicit. s. spiritus sanctus, O tu qui dormis surge, &c, Sed hæc non est consuetudo Pauli. Et ideo dicendum est q̃ Apostolus introducit figurã positã. Esa. 6, Surge illuminare Hierusalem, &c. dicens: Propter quod dicit. s. scriptura, Surge à negligẽtia boni operis, tu scilicet qui dormis. Prouerb. 6, Vsquequo piger dormies? Psal. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? Et exurge à mortuis. i. ab operibus mortuis, seu mortificantibus. Hebræos 9. Emundabit conscientiã nostram ab operibus mortuis, &c. Esa. 26, Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Exurge ergo, & illuminabit te Christus. Psal. Dominus illuminatio mea, &c. Idem: Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, Sed nũquid possumus per nos resurgere à peccato? quia dicit, Surge, & illuminabit te Christus. Respondeo, Dicendum est quòd ad iustificationem impii duo requirũtur. s. liberum arbitrium cooperans ad resurgendum, & ipsa gratia. Et certè hoc ipsum habet liberum arbitrium à gratia præueniente, & postea meritoriè operari à gratia subsequente. Vnde dicitur Tren. vlti. Conuerte nos deus, & cõuertemur.

Lectio 6.

Monentur Ephesij ad nouitatem oppositam fallaciæ, inducendo ad cautelã contrariam & ostendendo nouitatem cautelæ ac modũ eiusdem.

Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniã dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei.

¶ Suprà prohibuit fallaciarum carnalium vetustatem, hîc hortatur ad contrariam nouitatẽ. Et primò hortatur ad nouitatem contrariam fallaciæ. Secundò ad nouitatem contrariam luxuriæ, ibi [Et nolite inebriari, &c.] Prima in tres. Primò inducit ad cautelam contrariam fallaciæ. Secundò ostendit nouitatem cautelę, ibi [Redimentes tempus, &c.] Tertiò docet modum cautelæ, ibi [Propterea nolite fieri, &c.] Dicit ergo. Itaque. s. ex præmissis videte quomodo cautè ambuletis. Cautio est quædam conditio prudentiæ per quã aliquis vitat impedimenta agendorum, & hanc cautelam debent omnes habere. Prouer. 4, Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Hoc autem pertinet ad sapientes, & ideo dicit [Non quasi insipientes] qui. s. nesciunt vitare impedimenta. Psal. Turbati sunt omnes insipientes corde. [sed vt sapientes.] Ecclesia. 2, Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Quidã dicunt, Si non castè, tamẽ cautè. Sed sic non accipit Apostolus, sed dicit cautè, ac si diceret, cauete ab hominibus contrariis castitati. Necessitatem autem huius cautelæ ostendit, cùm dicit, Redimentes tempus, &c. quod potest exponi dupliciter. Redimit enim aliquis quandoque rem suam dando enxenia vel aliquid pro ea, sicut dicitur aliquis redimere vexationem suam dando enxenia, vel pecuniam, vel quando dimittit de iure suo. Dicit ergo, Totũ tempus, hoc est tempus calumniæ, & ideo sitis redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ex quo peccauit Adam, ex tunc semper paratæ sunt insidiæ impellentes ad peccatum. Non sic autem in statu innocentię in quo non oportebat hominem ab aliquo licito abstinere, quia in eius voluntate non erat impellens aliqd ad peccatum. Modò autem oportet nos tempus redimere, quoniam dies mali sunt. i. debemus malitiam dierum vitare, diem malum præcauere, vt dicitur Eccle. 7, & etiam à quibusdam licitis abstinere. 1. Co. 10, Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. In hunc autem modum dicitur aliquis vexationem suam redimere: quia dimittit aliquid de iure suo perire. Vel aliter, Redimentes tempus, &c. Contingit quandoque quòd aliquis per magnum tempus vitæ viuit in peccato, & hoc est tempus perditum. Sed quomodo redimet, cũ homo non sufficiat ad debita persoluenda? Respondeo. Dicendum est q̃ tantò magis debet vacare operibus bonis, quantò prius institit malis. 1. Pet. 4, Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consumendam his qui ambulauerunt in luxuriis, vinolentiis, desideriis, &c. Sed prima expositio est melior. ¶ Deinde cùm dicit [Propterea nolite fieri, &c.] docet modum cautelæ dicens, propterea. s. vt posſitis tempus redimere nolite fieri imprudentes. ¶ Nota quòd differentia est inter sapientiam & prudentiam. Prudẽtia enim est quædam sapientia, sed non vniuersalis sapientia. Prou. 10, Sapientia autem est viro prudentia. Sapiens enim simpliciter dicitur qui habet de omnibus ordinare: sapiens autem secũdũ quid dicitur qui habet ordinare de his de quibus est sapiens. 1. Corin. 3, Vt sapiens architectus fundamentum posui, quia sapientis est ordinare, vt dicitur 1. Methaphisicæ, Omnis autem ordinator respicit finem ille ergo simpliciter est sapiẽs qui cognoscit finẽ, vel qui agit propter finem vniuersalem. s. deum. Deut. 4, Hæc est enim sapientia vestra, &c. Sapientia enim est diuinarum rerum cognitio, vt dicit Aug. 4, de Trini, Prudentia verò est particularis rei prouidentia, quãdo. s. quis ordinat facta sua. Et ideo sapientia est viro prudentia. Propter hoc ergo dicit, Nolite fieri imprudentes, sed intelligẽtes, &c. sicut ratio speculatiua ordinat de agendis & iudicat: oportet autem conclusiones habere & iudicare per principia, & similiter in operabilibus. Istud autem primũ principium per quod debemus iudicare omnia & regulare, est voluntas dei, & ideo intellectus in moralibus & diuinis debet habere pro principio volũtatẽ dei, quia si hanc habeat pro principio, fit prudens intellectus. Deu. 32, Vtinã saperent & intelligerent, &c. hoc autem docuit dominus. Mat. 6, Fiat voluntas tua.

Lectio 7.

Inducũtur Ephesij ad nouitatem cõtra vitia carnalia, maximè gulæ, quod fit per opera spiritualia ad quæ iducit Apostolus.

Et nolite inebriari uino in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi.

¶ Suprà induxit ad nouitatem cõtra vetustatem fallaciæ: hîc hoc idem facit contra vetustatem vitiorũ carnalium. Vel dicamus, q̃ prius reprehenderit peccata carnalia quantum ad luxuriam, hîc autem quantum ad gulam. Duo autem facit. Primò enim prohibet vetustatem. Secundò inducit statum ad nouitatem, ibi [Sed impleamini, &c.] Dicit ergo: Dixi quod fornicatio & omnis immunditia nõ nominetur in vobis, sed ad hoc cauendũ debetis à vino superfluo abstinere, quia cibus & potus superfluus est causa luxuriæ, & præ-

cipuè vinũ, quod calefacit & mouet.Prou.20,Luxuriosa res vinum,& tumultuosa ebrietas.Hester 1,Cùm esset rex hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero,&c.Osee 4,Fornicatio,& vinum,& ebrietas auferunt cor.Vnde Hiero.Quæ Sodoma non vicit,vina vicerũt Loth.Nolite ergo, &c. sed impleamini spiritusancto.Inter omnia quæ multos spiritus generant,est vinum,vnde generat animositatem,& facit homines per talenta loqui,vt dicitur 2.Esdræ 3.Et ideo conuenienter docet eos contra hoc repleri spiritusancto,qui generat feruorem deuotionis.Ro.12,Spiritu feruẽtes. Item etiam generat gaudium & lætitiam spiritualem.Ro.14,Iustitia & pax,& gaudium in spiritusancto.Item facit audacter loqui.Act.2, Repleti sunt omnes spiritusancto,& cœperunt loqui.&c.Et ideo qui eos loquentes audiebant,credebãt eos ebrios.Sed nunquid habemus spiritum sanctum in nostra potestate?Respondeo,& dico ꝙ habere spiritum sanctũ est dupliciter,vel receptiuè,& sic non est in nostra potestate eum recipere,sed ex dono dei eum recipimus.Ro.5,Charitas diffusa est in cordibus nostris,&c.vel dispositiuè,& sic adhuc non sumus sufficientes eum recipere.i.nos disponere sine gratia dei.2.Corinth.3,Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis,sed sufficientia nostra ex deo est.Vel aliquis dicitur recipere spiritum sanctum,non tamen plenus esse spiritusancto,quando.s.habet gratiam spirituscancti quantum ad aliquam,& non quantum ad omnem hominis operationem.Tunc autem dicitur plenus spiritusancto,quando eo vtitur generaliter.Modus autẽ repletionis est in dilectione dei & proximi.Et ideo cùm dicit,Loquentes,&c.Primò tangit modum repletionis ex parte dei.Secundò ex parte proximi,ibi[Subiecti inuicem,&c.]Circa primũ tria facit.Primò ponitur spiritualis meditatio.Secundò spiritualis exultatio.ibi[Cantantes,&c.]Tertio gratiarum actio, ibi [Gratias agentes.&c.]Prima in duas,quia primò ponit modum meditationis,secundò materiam eius, ibi [In psalmis,&c.]Dicit ergo,Loquentes vobis,&c.Est autem duplex locutio.Vna exterior,hominis ad hominem:alia interior, hominis ad seipsum. Talis autem debet esse compunctiua.Iob 10,Loquar in amaritudine animæ meæ.Item debet fieri in secreto.Mat.6,Tu autem cùm oraueris,intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Et Sapien.8, Intrans in domum meam conquiescam cum illa. ¶Materiã verò meditationis tangit,cũ dicit[In psalmis,&c.]Psallere est vti psalterio.Et sic in psalmis.i. bonis operationibus.Psal.Sumite psalmum & date tympanum,psalterium iucũdum,&c.Et hymnis.i.laudibus diuinis. Psal.Hymnus omnibus sanctis eius,&c.Et canticis spiritalibus.s.de spe æternorum.Ro.12,Spe gaudentes. Psal.In decachordo psalterio cum cantico in cithara.Psal.Cantate domino canticum nouum,&c. Meditemur ergo dẽ recta operatione quid faciendum,de diuina laudatione quid imitandum,de cęlesti iucundatione quid & quomodo seruiendum.Sic ergo effectus spirituscancti primò est sacra meditatio, secundò spiritualis exultatio:quia ex frequenti meditatione ignis charitatis in corde accenditur.Psal.Concaluit cor meũ intra me,& in meditatione mea exardescet ignis,&c.Et hinc generatur lætitia spiritualis in corde.Et ideo dicit[Cantantes & psallentes.]i.vt affectus vestri afficiantur gaudio spirituali ad operãda bona.1.Cor.14, Psallam spiritu,psallam & mente.Col.3,In omni sapientia docentes & commonentes vosmetipsos in psalmis,& hymnis,& canticis spiritalibus,in gratia cantantes & psallentes in cordibus vestris domino.Ex hoc error hæreticorum confunditur dicentium,ꝙ vanum est cantare domino cantica vocalia,sed spiritualia tãtùm.Nam in laudibus ecclesiæ est aliquid per se considerandum,& hoc est quod Apostolus dicit,In cordibus.Aliquid verò propter duo.s.propter nos,vt mens nostra incitetur ad deuotionem interiorem:sed si ex hoc aliquis commoueatur ad dissolutionem,vel in gloriam inanem,hoc est contra intentionem ecclesiæ. Item propter alios,quia per hoc rudes efficiuntur deuotiores.4.Reg.3,Cũq; caneret psaltes,facta est super eum manus domini.Tertius effectus,est gratiarũ actio:quia ex hoc quod aliquis sic affectus est ad deum,recognoscit se omnia habere à deo.Quanto enim aliquis magis afficitur ad deum,& ipsum cognoscit, tanto videt eum maiorem,& se minorem:immo propè nihil,in comparatione ad deum.Iob 42,Oculus meus videt te,idcirco me reprehendo,&c.Et ideo dicit [Gratias agentes semper pro omnibus].s.donis vel prosperis,vel aduersis.Psal.Benedicam dominum in omni tempore,&c.quia hæc etiam sunt nobis dona in via.Ia.1,Omne gaudium existimate,&c.Act.5,Ibãt apostoli gaudentes,&c.Thes.2,In omnibus gratias agite. Sed hoc in nomine domini nostri Iesu Christi,quia omnia bona proueniunt per eum.Ro.5, Pacem habemus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum,per quem & accessum,&c.Sed addit [deo] inquantum actor noster est per creationem[& patri]inquantum misit nobis Christum per quem regenerauit nos .Et sic gratias deo,quantum ad bona naturæ:patri,quantum ad bona gratiæ.Sed quantum ad proximum ,ponit modum repletionis dicens[Subiecti inuicem in timore Christi.]i.nõ propter timorem humanum,sed Christi.

Lectio 8.

Monentur mulieres subiici viris quia vir caput est mulieris sicut Christus ecclesiæ, & viri vt vxores diligant exemplo Christi qui sic dilexit ecclesiã vt pro ea se tradiderit ad illã purgãdum & gloriosam faciendam.

Mvlieres uiris suis subditæ sint,sicut domino,quoniam uir caput est mulieris:sicut Christus caput est ecclesiæ,Ipse saluator corporis eius.Sed sicut ecclesia subiecta est Christo:ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri, diligite uxores uestras:sicut & Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea:ut illam sanctificaret,mundans eã lauacro aquæ in uerbo uitæ,ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam,non habentem maculam,aut rugam,aut aliquid huiusmodi,sed ut sit sancta & immaculata:Ita & uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua.

¶Suprà Apostolus posuit præcepta generalia ad omnes:hìc ponit ea quæ pertinent ad speciales quasdam personas & status.Et quia secũdũ Philosophũ in polliticis.Domus habet tres connexiones sine quibus nõ est perfecta.s.viri & mulieris,patris & filii,domini & serui.Ideo hęc tria prosequens instruit.Primò mulierẽ & virũ.Secundò patrem & filiũ.cap.6.ibi[Filii obedite,&c.]Tertiò seruos & dominos,ibi[Serui obedite, &c.]Prima in duas.Primò enim monet mulieres de subiectione.Secundò viros de dilectione,ibi[Viri diligite,&c.]Prima in duas.Primò ponit ammonitionem.Secundò eius rationem,ibi[Quoniam vir caput est, &c.]Dicit ergo[mulieres viris suis subditæ sint]quia certè mulier si primatum habeat, contraria est viro suo:vt dicitur Eccl.25,Et ideo specialiter monet eas de subiectione.Et hoc[sicut domino]quia proportio viri ad vxorem quodãmodo est sicut serui ad dominũ,quantũ debet regi mãdato domini,sed differẽtia est in hoc,ꝙ dominus vtitur seruis suis quo ad id quod est sibi vtile,sed vir vtitur vxore & liberis ad vtilitatẽ cõmunẽ.Et ideo dicit,Sicut dño.Nõ quòd verè sit dñs,sed sicut dominus,1.Pet.3,Mulieres subditæ sint viris suis,&c. ¶Deinde subdit rationem suam.Circa quod tria facit.Primò eam proponit.Secũdò exemplũ inducit,ibi,Sicut Christus,&c.Tertiò ex exemplo intentum concludit,ibi[Sed sicut,&c.]Ratio autem hęc est quoniam vir est caput mulieris,in capite autem viget sensus visus.Eccl.2,Sapientis oculi in capite eius, ideo vir debet gubernare mulierem vt caput eius.1.Cor.11,Caput quidem mulieris vir . ¶Deinde ponit exemplum cùm dicit[Sicut Christus caput est ecclesiæ.]supra 1,Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiã, quæ est corpus ipsius.Et hoc non ad vtilitatem suam,sed ecclesiæ:quia[ipse est saluator corporis eius]Act. 4,Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.Esa.12, Ecce deus saluator meus,&c. ¶Ex hoc autem cõcludit intentionem cùm dicit[Sed sicut,&c.]q.d.Non est cõueniens ꝙ membrum repugnet ipsi capiti in aliquo:nunc autem sicut Christus caput est ecclesiæ,suo modo,ita vir est caput mulieris.nõ debet ergo mulier inobediens esse viro[sed sicut ecclesia subiecta est Christo]Psal.Nõne deo subiecta erit anima mea,&c.[Ita & mulieres viris suis]Genc.3,Sub viri potestate eris. [Et hoc in omnibus].s.quæ non sunt contra deum,quia dicitur Actu.5,Obedire oportet deo magis quàm hominibus. ¶Deinde cùm dicit[Viri diligite vxores vestras,&c.]monet viros ad dilectionem vxorũ . Et primò facit hoc.Secundò assignat rationẽ huius,ibi[Sicut Christus,&c.]Dicit ergo,Viri diligite vxoresvestras,quia certè ex amore quem habet vir ad vxorem magis castè viuit,& pacificè vterque se habet.Si aũt vir aliam diligit quàm suam.se & suam discrimini exponit.Col.3,Viri diligite vxores vestras,& nolite amari esse ad illas.Tangit autem rationem huius triplicem.Primam sumit ex exemplo Christi cùm dicit[Sicut & Christus,&c.]Secundam ex parte viri ibi[Qui suam vxorem diligit,&c.]Tertiam ex parte mandati diuini,ibi[Propter hoc relinquet,&c.]Circa primum tria facit.Primò proponit exemplum dilectionis Christi.Secundò signum ibi[Et tradidit,&c.]Tertiò concludit intẽtum,ibi[Ita & viri,&c.]Dicit ergo, Sicut & Christus dilexit ecclesiam.Suprà eodem,Estote imitatores dei sicut filii charissimi,&c.Signum autem dilectionis Christi ad ecclesiam ostenditur:quia tradidit semetipsum pro ea.Gala.2,Dilexit me & tradidit semetipsum pro me,&c,Esa.53,Tradidit in mortem animã suam,&c.Sed ad quid?vt illã sanctificaret. Hebr. vlt.Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum,&c.Ioan.17,Sanctifica eos in veritate.Iste est effectus mortis Christo.Effectus autem sanctificationis est mundatio eius à maculis peccatorum . Ideo subdit dicens.Mundans eum lauacro aquæ,quod quidem lauacrum habet virtutem à passione Christi.Ro.6,Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus,consepulti enim sumus cũ illo in mortem per baptismum.Eze.39,Effundam super vos aquam mundam,&c.Zach.13,Erit fons patens domui Dauid,&c.Et hoc,in verbo vitæ,quod aduenientes aquæ dat ei virtutem abluendi.Mat.vlt.Euntes ergo docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris & filii & spirituscancti.Finis autem sanctificationis est puritas ecclesiæ.Ideo dicit[Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam]q.d.Apostolus,indecens est ꝙ immaculatus sponsus sponsam duceret maculatam.Et ideo sibi exhibet eam immaculatam:hìc per gratiam , sed in futuro per gloriam.Vnde dicit,Gloriosam.s.per claritatem animæ & corporis.Philip.3,Reformabit corpus humilitatis nostrę,&c.Et ideo addit[Non habentem maculam]Psal.Ambulans in via immaculata,&c. Psal.Beati immaculati in via,&c.[Neque rugam].i.sine defectu passibilitatis,quia vt dicitur Apoca.7, Nõ esurient neque sitient amplius[Aut aliquid huiusmodi,sed vt sit sancta]per confirmationem gratiæ[& immaculata]ab omni immunditia.Et hæc omnia intelligi possunt de exhibitione quæ erit in futuro per gloriam.Si autem de exhibitione per fidem:tunc diceretur vt exhiberet filio.s.per fidem ecclesiam gloriosam: quia gloria magna est sequi dominum,vt dicitur Eccle.23,Non habẽtem maculam.s.crimnis mortalis.Maculata es in iniquitate tua.Hiere.2,Neq; rugam.i.duplicitatẽ intentionis quam non habent qui rectè coniuncti sunt Christo & ecclesiæ.Iob 16,Rugæ meæ testimonium dicunt contra me,&c.Sed magis sanctam per intentionem,& immaculatam per omnimodam puritatem.Ex hoc tertiò concludit intentum dicens [Ita & viri debent diligere vxores suas,vt corpora sua.]

Lectio 9.

Ostenditur virialiter ratione ꝙ suas diligere debet vxores, vipotè ex eo ꝙ vir & vxor sunt aliquo modo vnũ, & inducitur exẽplo Christi.

Qvi suam uxorem diligit,seipsum diligit.Nemo enim unquam carnem suam odio habuit,sed nutrit & fouet eam sicut & Christus ecclesiam:quia membra sumus corporis eius,de carne eius, & de ossibus eius.

¶Suprà induxit viros ad dilectionem vxorum ex parte Christi vel exemplo dilectionis quã habet Christus ad ecclesiam:hìc ostendit idem ex parte ipsiusmet viri.Et facit duo.Primò ponit rationem.Secũdò cõfirmat eam per exemplum,ibi[Sicut & Christus,&c.]Ratio est talis.Vir & mulier sunt quodãmodo vnũ. vnde sicut caro subditur animæ,ita mulier viro,sed nullus vnquam habuit carnem suã odio:ergo nec vxorem.Dicit ergo[Qui suam vxorem diligit:seipsum diligit.]Mat.19,Itaque non sunt duo,sed vna caro . Et ideo sicut peccaret contra naturam qui seipsum odio haberet,ita qui vxorem.Eccle.25,In tribus beneplacitum est spiritui meo quæ sunt probata coram deo & hominibus,concordia fratrum,amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.Quòd autem sic debeant diligere,probat dicens:Quia [nemo carnem suam vnquam odio habuit]quod patet per effectum,quia probatio dilectiõis exhibitio est operis. Nã id quod pro viribus conseruantes diligimus,sed quilibet[nutrit & fouet carnem suam]propter conseruationem.1.Timo.vlti.Habentes autem alimenta,& quibus tegamur,&c.Sed contrà Luc.14,Qui non odit vxorem,&c.non potest meus esse discipulus.Respondeo,Dicendũ est ꝙ(vt Apostolus dicit)sic homo vxorem debet diligere sicut se.se autem debet homo diligere infra deum.sic ergo vxorem debet diligere , scilicet infra deum.Dicit autem qui non odit vxorem:non quia præcipiat eam odire,quod esset peccatũ mortale præcipere,sed præcepit eam ita vt se diligere,nunc autem minor dilectio est quasi quoddam odium respectu eius quod summè & plus diligitur,scilicet respectu dei,ita nemo carnem suam odit,&c . Sed contrà. Qui diligit aliquem non vult nec appetit ab eo separari,sed sancti volunt à carne separari.Ro.7, Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?Philip.1,Desideriũ habens dissolui,&c.Præterea nullus affligit quod diligit,sed sancti affligunt carnem suam in hoc mundo.1.Cor.9,Castigo corpus meũ,&c. Præterea quidam occidunt se, sicut auditum est frequenter.Item de Iuda.Respondeo.Caro potest cõsiderari in se,& sic non habetur odio,sed naturaliter quilibet appetit eã esse & fouet eã vt sit.Vel potest cõside-

rari caro inquantum est alicuius impeditiua quod volumus, & sic odio quodãmodo habetur per accidens. Nam omne quod volumus aut est bonum aut malum, si bonum, vel est vt finis vltimus, scilicet vita æterna, à qua impedimur per carnem. 2. Cor. 5, Quamdiu sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. Et quia naturaliter appetimus finem nostrum & bene esse, nec hoc possumus quãdiu in hac carne sumus, ideo vellemus eam abiicere: non sicut malum odio habitum, sed sicut bonum minus dilectum impediens maius bonum. Et sic exponendæ sunt authoritates suprà inductæ. Infœlix, &c. Item desiderium habens, &c. Et consimiles. Vel illud quod volumus est bonum non vt finis, sed disponens ad finẽ: sicut sunt habitus virtutũ: hoc autem bonũ impeditur per carnis lasciuiam. Et ideo sancti affligunt & macerant carnẽ suã vt subdatur spiritui ad repressionẽ concupiscentiarũ: quia caro cũ concupiscit impediens acquisitionem virtutum nos disponentium ad bonũ vltimũ. Et ideo qui sic affligit carnem suã vt subdatur spiritui, non odit eã sed procurat bonũ eius, quia bonũ eius est q̃ subiiciatur spiritui, sicut bonũ hominis est q̃ subiiciatur deo. Psal. Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Et sic intelligitur, Castigo corpus meum, &c. & consimiles. Vnde hoc non oportebat fieri in statu innocentiæ, quandiu homo subditus fuit deo, & caro totaliter subdita fuit spiritui in qua quidem mutua subiectione consistebat donũ originalis iustitiæ. Sed aliquando illud quod volumus est malum, & ideo sicut boni carnem affligunt vel deponere volunt inquantum impeditiua est boni quod appetunt, ita mali inquantũ caro est impeditiua mali quod appetunt, eam occidunt, & se suspendũt sicut Iudas. Deinde ostendit quòd virũ oportet vxorẽ diligere & hoc per exemplũ. Vnde dicit[Sicut & Christus ecclesiam]. s. dilexit sicut aliquid sui, quia mẽbra sumus corporis. suprà 4, Sumus enim inuicẽ mẽbra. Dicit autem de carne eius propter eandem participationem naturæ. Luc. vlt. Spiritus autẽ carnẽ & ossa non haber, &c. Vel dicit de carne mysticè, quantum ad debiles qui sunt carnei, & de ossibus eius, quantũ ad fortes qui sunt ossei.

Lectio 10.

Inducitur vir ad amorem vxoris ex dicto scripturæ & ipsam authoritatẽ mysticè exponit de vnione Christi & ecclesiæ Apostolus repetens quod dixerat de viro & vxore.

Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autẽ dico in Christo & in ecclesia, ueruntamen & uos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat uirum suum.

¶ Suprà exhortatus est Apostolus Ephesios ad amorẽ vxorũ dupliciter. s. exẽplo dilectionis Christi ad ecclesiam, item ex amore hominis ad seipsum: hîc tertiò hortatur eos per authoritatem scripturę. Et circa hoc tria facit. Primò authoritatẽ inducit. Secundò eam mysticè exponit, ibi[Sacramentũ hoc, &c.] Tertiò adaptat eam secundũ literalem sensum ad propositum suum, ibi[Veruntamen & vos, &c.] Authoritas hæc Gene. 2, dicta est ab Adam vidente vxorem. s. de costa sua formatã. Sed contrà dicitur Mat. 19, q̃ deus hoc dixit. Respondeo. Adam vt à deo inspiratus hoc dixit, deus autẽ vt Adam inspirans & docens. Nos autẽ hoc idem dicimus & multa alia quæ dixit dominus, spiritu dei docẽte: vnde dicitur Mat. 10, Non enim vos estis qui loquimini, &c. Notandũ hîc est q̃ in prædicta authoritate triplex coniunctio viri ad mulierem designatur. Prima per affectũ dilectionis, quia est tantus affectus vtriusque, vt patres relinquant. 2. Esdræ 9, Diligit homo vxorem suã magis quàm patrem, & multi demẽtes facti sunt propter vxores suas, &c. ibi multa. Hoc autẽ naturale est, quia appetitus naturalis est cõcors debitæ actioni: constat autẽ q̃ omnibus gentibus superioribus inest appetitus vt propinent & cõmunicent inferioribus, & ideo amor naturalis inest eis versus inferiora. Et quia homo respectu patris & matris est inferior non superior, ideo ad vxorẽ cuius est superior, & ad filios, naturaliter plus afficitur quàm ad parentes, & etiam quia vxor sibi coniungitur ad actũ generationis. ¶ Secunda coniunctio est per conuersationem. Vnde dicit, Et adhærebit vxori suæ, &c. Eccle. 25, In tribus beneplacitum est spiritui meo, &c. ¶ Tertia est per carnalem coniunctionẽ, ibi[Et erunt duo in carne vna]. i. in carnali opere. In qualibet enim generatiõe est virtus actiua & passiua, sed in plantis vtraque est in eodem, in perfectis autẽ animalibus distinguũtur. Et ideo in actis generationis ita se habent masculus & fœmina in animalibus, sicut in plantis solo eodem vtro corpore fit. Consequenter exponit eã mysticè & dicit[sacramentũ hoc magnũ est]. i. sacræ rei signũ. s. cõiũctionis Christi & ecclesiæ. Sap. 6, Nõ abscondã à vobis sacramentũ dei, ¶ Notandũ est hîc q̃ quatuor sacramenta dicũtur magna. s. baptismus ratione effectus: quia delet culpã, & aperit ianuã paradisi. Confirmatio ratione ministri quia solùm à põtificibus & non ab aliis cõfertur. Eucaristia ratione continentiæ, quia totũ Christum continet. Item matrimoniũ ratione significationis, quia significat coniunctionem Christi & ecclesiæ. Et ideo si mysticè exponatur, debet sic exponi litera præcedens: propter hoc relinquet homo. s. Christus patrẽ & matrem. Reliquit inquam, patrẽ inquantum est missus in mundum & incarnatus. Ioã. 16, Exiui à patre & veni in mundum, &c. & matrem, scilicet synagogam. Hiere. 12, Reliqui domũ meã & dimisi hæreditatem meã, &c. & adhærebit vxori suæ, ecclesiæ. Mat. vlt. Ecce vobiscum sum omnibus diebus, &c. ¶ Consequenter argumẽtatur secundũ sensum literalem exponẽdo prædictũ exẽplũ. Quædã enim sunt in sacra scriptura veteris testamenti, quæ tantũ dicuntur de Christo, sicut illud ps, Foderũt manus meas, &c. & illud. Es. 7, Ecce virgo concipiet, &c. Quædã verò de Christo, & alia exponi possunt, sed de Christo prĩcipaliter: de aliis verò in figura Christi, sicut prædictũ exemplum. Et ideo primò exponendũ est de Christo, & postea de aliis. Et ideo dicit[Verũtamen & vos singuli vnusquisque vxorẽ suã diligat.] q.d. De Christo dicitur, principaliter, & si non singulariter, quia exponendum, & implendũ est in aliis in figura Christi. Dicit autẽ [Sicut semetipsum] quia sicut vnusquisque se diligit in ordine ad deum, ita debet vxorem diligere, non inquantũ trahit ad peccatum. Luc. 14, Si qs venit ad me & non odit patrem & matrem & vxorem suam, &c. sequitur, non potest meus esse discipulus. Sed quid de vxore? [vxor autẽ virũ timeat], s. timore reuerentiæ & subiectionis, quia debet ei esse subiecta.

Docẽtur filii obedire parentibus & ratio subditur, docenturq; etiã patres quomodo sese habere debent ad filios.

Caput 6.

Filii obedite parentibus uestris in domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longeuus super terram. Et uos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correctione domini.

¶ Suprà monuit virũ & vxorẽ, quæ est vna connexio familiæ: hîc monet patrem & filios, quæ est secunda cõnexio domus. Et primò facit mentionẽ quomodo filii se debeãt habere ad parẽtes. Secundò

quomodo econuerso patres ad filios, ibi[Nolite, &c.] Prima in duas. Primò proponit monitionẽ. Secundò ostẽdit rationẽ, ibi[Hoc enim est iustũ, &c.] Dicit ergo[Filii obedite, &c.] Notãdũ est hîc q̃ patres debẽt naturaliter instruere filios moribus, filii autẽ instruentibus parentibus naturaliter debent eis obedire. Col. 3, Filii obedite. s. patribus per omnia, hoc est enim beneplacitũ domino, &c. Dicit autẽ [in domino] quia non est obediendũ parentibus nec alicui in his quæ sunt contra deũ. Act. 5, Obedire oportet deo magis quã hominibus. Et per hoc soluitur authoritas modo allegata. Luc. 14, Si quis venit ad me & non odit patrẽ, &c. quia hoc intelligitur inquantũ sunt cõtra deũ. Rationẽ autẽ assignat ex duobus. s. ex iustitia, & vtilitate: quòd autẽ sit iustũ patet ac probatur, quia lex diuina nihil mandat nisi iustũ. Psal. Iustitię domini, &c. Sed hoc mãdat lex diuina. Exo. 20, Deut. 5, Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã, &c. Eccl. 3, Qui timet deũ honorat patrẽ, &c. Honor autẽ importat exhibitionẽ reuerentiæ his qui supra nos sunt: sed quia parentes habemus supra nos, vtitur nomine honoris. Dicit ergo, Hoc enim iustũ est, Honora patrẽ tuum & ma. &c. Eccle. 3, Qui honorat patrẽ suũ vita viuet lõgiore, & qui obedit patri refrigerabit matrẽ. Et hoc intelligitur tripliciter q̃ filii debent parentes honorare, quia debent eis reuerentiam sicut maioribus, obedientiã sicut instructoribus, sustentamenta sicut nutrientibus cũ fortes erant. ¶ Deinde assignat dignitatẽ huius præcepti, dicẽs [Quod est mãdatũ primũ.] Cõtrà, immo mãdatũ primum est quòd est colendus vnus deus. Respondeo, Mandata continentur in duabus tabulis. Prima continent ea quæ ordinantur ad deũ. Secunda ea quæ ad proximum, & in hac secunda primũ mandatũ est de honore parentũ. Et hoc duplici de causa. Primò quia in illa secunda tabula nullum est præceptum affirmatiuũ nisi istud, quia naturale est nobis vt parentibus seruiamus, nõ autẽ sic aliis proximis, ideo nullum est aliud affirmatiuum. Sed natura dictat vt non inferat homo proximis nocumentum, & ideo prohibetur, quia ergo primũ, plus & prius habet de debito, ideo primum. Secundò quia deus honorandus est sicut principium nostri esse, & quia parentes sunt etiam principiũ nostri esse (qa vt dicitur 6. Ethi. Tria habemus à parentibus. s. esse, viuere, & disciplinã) ideo conueniens est vt post mãdata ordinata ad deum, primum esset ordinatum ad parentes. Vel primũ ad promissionẽ quia isti soli additur promissio. Et huius est duplex ratio. Vna est, quia homines in aliis quæ agunt quærunt vtilitatem propriã, & quia à parentibus, iam senibus nullam expectant vtilitatem, nisi à deo prouenientem. Secunda ratio est: ne aliquis credat quòd honoratio parentum non sit meritoria, quia naturalis est, ideo addit, vt sis lõgeuus super terram. In veteri autem testamento promittebantur promissiones temporales, quia populus ille parvulus erat, ideo gratioſe instruendus sub pędagogo sicut paruulus. Tamen in illis paruis munusculis populum illum paruum docentibus figurabantur magna bona. s. spiritualia. Et ideo potest hoc referri secundũ sensum literalẽ ad bona temporalia. Et sic dicit[in promissione vt bene sit tibi]. i. vt bonis promissis abundes. Nã qui gratus est in minoribus beneficiis, meretur maiora recipere, maxima autem beneficia habem⁹ à parentibus. s. esse, nutrimentũ, & disciplinam. Quando ergo quis gratus est his, fit dignus vt maiora recipiat. Et ideo dicit, Vt bene sit tibi, quia vt dicitur. 1. Ti. 4, Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Et ideo addit[Et sis longeuus super terram] quasi super gratiam & beneficiũ vitæ, quam habes à parentibus. Prouerb. 3, Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Sed contrà. Multi deuoti parentibus cito moriuntur. Et ideo sciendum q̃ hæc temporalia non sunt bona absolutè, nisi inquantum ordinata ad spiritualia, & ideo intantum homini bona inquantũ per ea iuuatur ad spiritualia. Vnde fortuna non est dicenda bona si est impedies à virtute. Et ideo longitudo vitę in tantum est bona, inquantum ad seruitia dei est ordinata. Et ideo quandoque subtrahitur ne impediat. Sap. 4, Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Vel potest referri ad sensum spiritualem vt sis longeuus in terra viuentiũ. Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuũ domine viuificabis me. ¶ Consequenter instructis filiis, instruuntur parentes. Circa quod duo facit. Primò ponit vnũ prohibitiuũ. Secundò aliud inductiuum, ibi[Sed educate eos, &c.] Dicit ergo[Et vos patres nolite prouocare filios vestros ad iracundiam] non q̃ in omnibus assentiendi sunt voluntati eorum. Vbi notandum est q̃ aliq⁹ est principatus patris ad filium, & domini ad seruũ, quia dominus vtitur seruo suo ad vtilitatem propriam, sed pater vtitur filio ad vtilitatem filii. Et ideo est necesse q̃ patres instruant filios propter vtilitatem suã, & sic non nimis arcendo aut subiiciendo. Et ideo dicitur Col. 3, Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt. s. non pusilo animo fiant quia talis prouocatio non animat ad bonũ. Quomodo ergo? subdit[Sed educate illos in disciplina]. s. verberum: & correctione. s. verborum. i. corripite eos, & educate vt seruiant domino. Vel in disciplina, eos ad bonum inducendo, & correctione, à malis retrahendo.

Lectio 2.

Instruũtur serui quomodo sese habere debẽt ad dominos, & dominiquomodo sese habere debent ad seruos.

Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis uestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi facientes uoluntatem dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes sicut domino & non hominibus: scientes quoniam unusquisque quodcunque fecerit bonũ, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et uos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorum & uester dominus, est in cælis, & personarum acceptio non est apud deum.

¶ Instructis duabus connexionibus. s. viri & mulieris, patris & filii: hîc instruit connexionem serui ad dñm Et circa hoc facit duo. Primò instruit seruum. Secundò dominum, ibi[Et vos domini, &c.] Iterũ prima in tres. Primò enim ponit monitionem. Secundò exponit, ibi[Non ad oculum seruientes, &c.] Tertiò ostendit retributionem, ibi[Scientes quoniam vnusquisque, &c.] Iterũ prima in tres. Quia primò monet ad obedientiam. Secũdò ad reuerentiã. Tertiò ad cordis simplicitatem, Secunda, ibi[Cum omni timore, &c.] Tertia, ibi[In simplicitate, &c.] Monet enim eos ad obedientiã ex imperio dñi. Vnde dicit[Serui obedite dñis carnalibus.] Monet eos ad reuerentiã, dicẽs[Cũ timore] interius, Malach. 1, Si ego dñs vbi est timor meus? [& tremore] exterius. Psal. Seruite dño in timore, &c. [& in simplicitate cordis.] Sap. 1, In simplicitate cordis quærite illũ. Luc. 12, Fidelis seruus, &c. Iob 1, Nũqd cõsideasti seruũ meũ Iob, &c. Et paulò pòst. Vir simplex, &c. Sic enim seruiendũ est Christo. Vnde dicit[Sicut Christo.] Sap. 1, In simplicitate cordis quærite illum. 1. Paralip. 29, Domine deus in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa. Dicit etiam, Sicut Christo

quia à domino Christo est quòd dominus aliquid posit. Roman.23,Qui potestati resistit,dei ordinationi resistit. Et ideo seruiendum est eis sicut Christo,in his quæ nõ sunt cõtra fidem,nec cõtra Christum. Exponit autem,In simplicitate,& primò remouet ꝙ simplicitati contrariatur. Secũdò docet modũ conuenientẽ ibi[Facientes voluntatem dei,&c.]Contrarium autem simplicitatis est ꝙ seruus habeat respectum ad oculum & non ad complacentiam domini. Talis enim seruus non habet simplicitatem & rectã intentionẽ. Et ideo hoc prohibet,dicens[Non ad oculũ seruientes].s.domino propter lucrum temporale tantùm [quasi hominibus placentes.]i.complacere volentes. Gal.1,Si adhuc hominibus placerem,Christi seruus non essem[sed vt serui Christi.]Col.3,Domino Christo seruite. Et quomodo? [Facietes voluntatẽ dei].s.implendo mandata eius opere. Psal. Facientes verbũ illius:sicut Christus Io.6,Descendi de cælo,non vt facerem voluntatem meam,sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est enim voluntas eius qui misit me.s.vt obediã hominibus propter deũ. Et ideo dicit[Sicut serui Christi]& sicut seruientes domino non hominibus.s. nõ propter se,sed propter dominum. Quomodo?[Ex animo]Col.3,Quodcunque facitis ex animo operamini sicut domino,& non hominibus. Item idem subiungit hîc dicens,sicut domino & nõ hominibus. [cum bona voluntate].i.recta intentione. Col.4, Stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei. ¶ Deinde subiungit remunerationem,dicens[Scientes.]1.Io.5,Scripsi vobis vt sciatis,&c.[Quoniam vnusquisque siue seruus siue liber.]sine personarum acceptione. Non enim est personarum acceptio apud deum. Gala.3, Nõ est seruus neque liber,non est masculus neque fœmina,omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Actu. 10,In veritate comperio quoniam non est personarũ acceptor deus,sed in omni gente,qui timet deum & operatur iustitiam, &c.[Quodcunque fecerit bonum]est omni faciendum. Ecclesia.9,Quodcunque potest facere manus tua,instanter operare,&c.[Recipiet à domino]pro remuneratione. Col.3, Scietes quòd à domino accipiẽt retributionem hæreditatis. ¶ Deinde cùm dicit[Et vos domini,&c.]instruit dominos, & facit duo. Primò ponit monitionem. Secundò subdit rationem,ib:[Scientes quia & illorũ,&c.]Dicit ergo[Et vos domini eadem faciatis]eadem.s.identitate proportionis, vt sicut illi ex animo & bona volũtate, ita & vos faciatis. Eccl.xxxiii. Si est tibi aliquis seruus fidelis,sit tibi sicut anima tua[Remittentes minas]nõ solùm verba vel flagella. Et quare? Rationem subdit,dicens[Scientes quia & illorum & vester dominus est in cælis.]Nam idem dominus omnium. Roma.10,Quasi dicat conserui estis,& ideo debetis vos bene habere ad eos. Mat.18,Oportuit & te misereri conserui tui[Et personarum acceptio non est apud deum]Roma.2. Idem dicitur,Luc.20,Non accipis personam hominum. Actu.10.idem.

Lectio 3.

Vt possit adimpiere preceptũ dicta docetur stare i dei auxilio & induere arma dei ad resistendu demoni

De cætero fratres,confortamini in domino,& in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei,ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates,aduersus mundi rectores tenebrarum harum,contra spiritualia nequitiæ in cælestibus,

¶ Suprà posuit Apostolus multa præcepta generalia & specialia ad destruendam vetustatem peccati & induendam nouitatem gratiæ,hîc ostendit in qua virtute debent vti ad præcepta hæc implenda, quia fiducia auxilii diuini. Circa quod duo facit. Primò ponit monitionem. Secundò in speciali explicat eam,ibi[Quoniam non est nobis colluctatio,&c.]Prima in duas,quia primò ostendit de quo debemus cõfidere,sicut de interiori. Secundò ostendit de quo debemus confidere,sicut de exteriori,ibi[Induite vos.&c.]Illud autem interius de quo debemus confidere est auxilium diuinum. Et ideo dicit[De cætero fratres confortamini.] Hiere.17,Benedictus vir qui confidit in domino,& erit dominus fiducia eius,& cætera. Duplici autem ratione confidit quis de aliquo. Vna est quia ad eum pertinet sua defensio. Alia est quia potẽs est, & paratus est eum defendere. Et hęc duo sunt in deo respectu creaturę suæ,quia cura est deo de vobis,vt dicitur 1.Pe. vltimo, Omnẽ solicitudinem vestram proijcientes in eum,quoniam ipsi cura est de vobis. Item ipse potẽs est & promptus auxiliari. Et ideo dicit[De cætero fratres,&c,]quasi dicat. Postquam vos instruxi suprà de præceptis implendis,iam confortamini non in vobis,sed in domino,qui curam habet de vobis. Psal. Mihi autem adhærere deo bonum est,&c. Esa.xxxv,Dicite pusillanimes confortamini.&c. Hiere.20, Dominus mecum est tanquam bellator fortis,idcirco qui me persequuntur,cadent,&c.[Et in potentia, &c.] Luc.1. Quis potens est. Et licet in deo virtus & potentia sint idem,tamen quia virtus est vltimum de potentia & quasi perfectio potentiæ,ideo dicit,In potentia virtutis eius.i.in potentia virtuosa. Philip.4, Omnia possũ in eo qui me confortat. Iob 17,Pone me iuxta te,& cuiusuis manus pugnet contra me. Sed posset dici, si deus potest & vult,debemus esse securi. Ideo respondens dicit quòd non,immo debet quilibet facere quod in se est quia si inermis iret ad bellum,quantuncunque rex protegeret eum,esset in periculo. Et ideo dicit [Induite vos armaturam dei].i.dona & virtutes. Roma.13,Abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis,&c. Col.3,Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem,humilitatem,modestiam,&c. quia per virtutes,homo protegitur contra vitia. Sed cõtrà. Dominus est rex,ita potens ꝙ nullus potest eum impugnare. Respondeo,verum est per violentiam,sed per insidias & fallaciam impugnat eum diabolus in membris suis,non in se quia,vt dicitur Eccles.11,Multæ sunt insidiæ dolori,&c. Et ideo subdit[Vt positis stare contra insidias diaboli.]1.Pe.5,Sobrii estote & vigilate, &c. Psal. Insidiatur in abscondito quasi leo,&c. Consequenter cùm dicit[Quia non est nobis colluctatio,&c.] explicat in speciali monitionem. Et primò de insidiis inimicorum. Secundò de armatura sumẽda,ibi[Propterea accipite,&c.]Tertiò de fiducia Christi habenda,ibi[Per omnium orationem,&c.]Describit autẽ insidias, quia quando aliquis hostis imminet, si sit debilis,stultus,& huiusmodi,non est multum cauendum nec timendum de eo. Sed quando est potens,nequam,& callidus, tunc est timendus. Hæc tria sunt in diabolo. Primò quia non est debilis. Et propter hoc dicit,quòd non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,&c. Per carnem & sanguinem intelliguntur vitia carnis.1,Corint.15,Caro & sanguis regnum dei non possidebunt & homines carnales. Galat.1,Continuò non acquieui carni & sanguini,idest hominibus carnalibus. Dicit ergo,Non est nobis colluctatio,&c. quod videtur esse falsum qualitercunque accipiatur, quia vt dicitur Galat.5,Caro concupiscit aduersus spiritum,&c. Psal. Multi qui persequuntur me. Respondeo

deo dupliciter. Primò vt dicamus,Non est nobis colluctatio aduersus,&c. supple tantùm,quinetiam aduersus diabolum. Vel aliter,quia actio quæ instrumento attribuitur,est principaliter agentis:sicut accipitur illud Ro.9,Non est volẽtis,neq; currentis,sed miserẽtis dei. q.d. Quod vultis aliquid,vel facitis,à vobis non est,sed aliũde.s.à deo:sic hîc,Nõ est nobis colluctatio,&c. exponatur.i. ꝙ nos impugnent.s.caro & sanguis, hoc nõ est eorum principaliter,sed à superiore mouente.s.à diabolo. ¶ Cõsequenter describitur à potẽtia: quia aduersus principes & potestates tenebrarũ harum. Io.14,Venit enim princeps huius mũdi,&c. Dicitur autẽ princeps mũdi,nõ creatione,sed imitatione mũdanorum. Io.1,Et mũdus eum nõ cognouit.i. princeps mũdi. Vel dicitur princeps, quasi primatum capiẽs. Vnde principes quasi primi duces ad aliquid. Psal. Principes coniũcti psallẽtibus. Gen.23,Princeps dei es apud nos. Ad potestatẽ autẽ pertinet iustitiã exercere. Inquãtum ergo aliqui dæmones inducunt aliquos ad rebellãdum deo, dicũtur principes:inquãtum verò habẽt potestatẽ puniendi illos q eis subiiciũtur,dicũtur potestates. Luc.22,Hæc est hora vestra,& potestas tenebrarũ,&c. Sed cùm ex ordinibus omnibus ceciderint aliqui,quare mẽtionẽ facit Apost. de illis duobus ordinib⁹ denominãs dęmones? Respõdeo,In nominibus ordinũ sunt tria. In quibusdã em importatur ordo ad deũ:in quibusdã verò potestas:in quibusdã verò dei ministeriũ. In nominibus em cherubin & seraphin & thronorũ,importatur cõuersio ad deum. Dæmones autem aduersi sunt deo,& ideo eis nõ cõpetunt hæc nomina. Item quædã nomina importãt ordinem ad ministeriũ dei,sicut angeli & archangeli:& ista etiã nomina non cõpetunt dæmonibus,nisi cum adiũcto.s.sathanæ. Tertiò etiã quia virtutes & dominationes important ordinem ad seruitium dei: ideo eis non cõueniunt hæc nomina, sed tantùm ista duo quæ cõmunia sunt bonis & malis.s.principatus & potestates. Sunt ergo & potentes & magni,ideo habẽt magnum exercitum:contra quem habemus pugnare aduersus mundi rectores tenebrarũ harum.s.peccatorum.suprà 5,Eratis enim aliquãdo tenebræ,&c. Quia quicquid est tenebrosum,totum est de ordine istorum, & subiectum eis. Glo. Mali homines sunt equi,diaboli equites,ergo occidamus equites,& equos possideamus. Io 1,Et tenebræ eum nõ comprehẽderunt. ¶ Sunt etiã astuti,quia contra spiritualia nequitiæ.i.contra spirituales nequitias,emphaticè loquendo,per quod intelligitur plenitudo nequitiæ. Dicit autẽ spiritualia nequitiæ,quia quantò est altior secũdum naturã,tantò,quando cõuertitur ad malum,est peior & nequior. Vnde Philosophus dicit,ꝙ homo malus,est pessimus omniũ animalium. Et ideo dicit,spiritualia nequitiæ,quia spirituales & nequissimi sunt. Et dicit,in cælestibus,duplici de causa. Vel vt ostẽdat virtutem & auãthagium in tangendo,ad superãdum nos:quia nos in terra,ipsi autẽ in alto.s.in aere caliginoso,& ideo habent partem meliorem. Luc.8,Volucres cæli comederunt illud. Vel dicit,in cælestibus,quia pro cælestibus est ista pugna:& hoc debet animare nos ad pugnam.

Lectio 4.

Propterea accipite armaturam dei,ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei,in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis assumite, & gladium spiritus,(quod est uerbum dei.)

Cõcluditur ex dictis armaturæ dei necessitas, & describitur armorũ diuersitas.

¶ Suprà expositum est quod dictũ est de insidiis diaboli:hîc monet nos de armatura sumenda. Et circa hoc facit duo. Primò cõcludit ex præmissis armaturę necessitatem. Secundò,armorum diuersitatem describit,ibi[State ergo,&c.]Dicit ergo habetis hostes malos,nequissimos & potẽtes,& pro re ardua pugnãtes,quia pro cælestibus:propterea accipite armaturam dei.i.armamini spiritualibus armis.2.Cor.10,Arma militiæ nostræ nõ sunt carnalia,sed potẽtia deo ad destructionem munitionũ.&c. Et hoc[vt positis resistere.]1.Pe.5,Cui resistite fortes in fide,&c. Ia.4, Resistite diabolo,& fugiet à vobis. Quãto magis enim ei creditur,tantò plus insequitur.[In die malo.]Et hoc propter mala quæ in die fiunt. suprà 5,Redimentes tẽpus quoniam dies mali sunt. Eccle.7,Diem malã præcaue,&c. Item accipite nõ solùm ad resistẽdum, sed etiam ad proficiẽdum.[Et in omnibus perfecti stare].i.in aduersis & prosperis immobiliter stare. Iac.1,Sitis perfecti,in nullo deficientes. De hoc 1.Pet.1,Perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiã.&c. Sed nũquid omnes debent perfecti esse? Respõdeo,Triplex est perfectio:vna sufficiẽtiæ quam habet homo,secũdum ꝙ habet quod sibi est necessariũ ad salutem:sicut illud,Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo.q.d.vt nihil sit in corde tuo quod sit cõtra deũ. Et hoc est de necessitate salutis. Ia.1,Vt sitis perfecti & integri in nullo deficiẽtes,&c. Alia est perfectio totalis abundãtiæ, quæ est perfectio patrię,quæ est cõsummata gloria,in hoc ꝙ perfectus totaliter inhæreat deo. Matt.22,In resurrectione neq; nubẽt,neq; nubentur,sed sunt sicut angeli dei in cælo. Et de hac loquebatur Apostolus Philip.3, Nõ quòd iam acceperim aut ꝙ iam perfectus sim. Et paulò pòst, Fratres,ego non arbitror me comprehendisse. Alia est media.s.consilii, qua homo nititur se abstrahere ab his & ire ad illas. ¶ Deinde eũ dicit [State ergo,&c.] Describit diuersitatem armorũ. Est autẽ triplex genus spiritualiũ armorum,ad similitudinem corporaliũ,quorum quædã sunt similia indumẽta ad tegendũ,quędã verò ad protegẽdũ,& quędã ad impugnãdum. Indumẽto autẽ tria sunt necessaria. Primò ꝙ cingatur. Et q̃tum ad hoc dicit[State ergo succincti lũbos vestros,&c.]Sed prius induit se homo quã se cingat. Apost. autem accipit hæc secũdum ordinẽ armaturæ spiritualis. In bello autẽ spirituali prius est necesse cõcupiscentias carnis restringere,sicut vicinus hostis est prius vincẽdus:hoc autem fit per restrictionẽ lumborũ in quibus viget luxuria,quod fit per temperantiã quæ gulæ & luxuriæ cõtrariatur. Lu.12, Sint lumbi vestri præcincti &c. Iob.38, Accinge sicut vir lũbos,&c. Sed [in veritate].i.in rectitudine intentionis,& nõ simulatæ. Alia litera habet in charitate. 1.Cor.vlt. Omnia vestra in charitate fiant. Secũdò monet vincere cupiditates rerũ. Duplex autem inuenitur armatura contra eas.s.iustitia,& abrenũtiatio rerum tẽporaliũ. Et ideo primò precipit vt eas nõ iniustè vsurpemus, quod facit iustitia. Et ideo dicit[Induite loricã iustitię].s.propter quã homo abstinet à rebus alienis. Dicitur autẽ iustitia,lorica,quia sicut lorica tegit mẽbra,ita iustitia virtutes omnes. Sap.5,Induet pro thorace iustitiam,& accipiet pro galea iudiciũ certum. Secundò præcipit vt rerum tẽporalium curam superfluã deponamus,quia dum his nimis intẽdimus,nõ habemus pedes paratos ad diuina negotia & mysteria annuntiãda. Et propter hoc,dicit [Calciati pedes].i. affectus dispositi,sint supple[in prępparatione euãgelii pacis.]In signũ huius misit apostolos dominus. Mat.6,

Armorũ spiritualiũ triplex genus.

calciatos sandaliis,quæ habẽt subtus soleas:per quod significatur eleuatio mẽtis à terrenis: & aperti sunt superius,per quod significatur prõptitudo ad diuinã sapiẽtiam.Dicit autẽ pacis,quia per euãgelium pax nobis annũtiatur.Mat.10,In quãcunq; domum intraueritis,dicite,pax huic domui.Item secũdò sunt arma ad protegẽdum.Duo autẽ in nobis sunt protegẽda,quæ sunt principia vitę.s.pectus in quo est cor,& caput in quo est cerebrũ.Pro pectore autẽ est scutum.Et ideo dicit[In omnibus sumẽtes scutum fidei]quia sicut scutum supponitur omnibus armis,ita fides omnib⁹ aliis virtutibus.Alia sunt enim arma virtutũ moralium.s. tẽperãtiæ.i.succinctio lũborum,& iustitię.i.induitio loricę:& hoc genus armorũ.s.scutum,est virtutis theologicæ.s.fidei:quia sicut per scutũ repellũtur tela,ita per fidem omnia contraria, & habetur victoria. Heb. 11,Sãcti per fidẽ vicerũt regna.sicut per virtutes morales vincimus potestates terrenas. Et ideo ait[In quo posśitis omnia tela ignea nequissimi extinguere].s.diaboli, cuius tela sunt quædã immissiones per angelos malos.Ignea sunt,quia adurẽtia prauis cõcupiscentiis.Psal.Supercecidit ignis,&c.Hæc autem per fidẽ extinguũtur:quæ tẽtationes præsentes & trãsitorias extinguit per bona spiritualia & æterna,quæ promittit sacra scriptura.Vnde dominus Mat.4.diabolo tentãti producebat & opponebat authoritates sacræ scripturæ.Et sic debemus facere,si tentat de gula, secũdum illud Deut.8,Non in solo pane viuit homo.Vel illud, Non est regnũ dei,esca & potus.Ro.14.Si de luxuria, Nõ mœchaberis.Si de furto, Non furtũ facies.& sic de aliis.Dicitur autem scutũ fidei,quia sicut protegit totum pectus,ita fides debet esse in pectore. Spes autem dicitur galea,quia sicut galea in capite,ita caput virtutum moraliũ est finis:& de hoc est spes.s. de fine. Et ideo dicitur,Et galeam salutis assumite. ¶Item tertiò sunt arma ad pugnãdum,quia nõ solùm sufficit se defendere,sed etiam oportetaduersariũ impugnare.Hoc autẽ sicut fit per gladiũ materialem corporaliter, ita per verbũ dei,quod est spiritussancti gladius spiritualiter.Et propter hoc,dicit, Et gladiũ spiritus, quod est verbũ dei.s.assumite.Heb. 4,Viuus est sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, ptingens vsq; ad diuisionẽ animę & spiritus.Et prędicatio dicitur gladius spiritus,quia nõ penetrat vsq; ad spiritum,nisi ducatur à spiritu sancto.Mat.10,Non enim vos estis qui loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. ¶Sic ergo habemus arma quib⁹ defendamur à carnalib⁹ hostibus.s.à gula & luxuria,quod fit per temperãriam,ibi[State ergo succincti lumbos vestros,&c.]Item quibus vincamus cupiditates terrenas.s.arma iustitiæ,quæ abstinere nos faciũt ab illicitis,ibi [Induti loricam iustitiæ.]Et puritatem affectus, seu paupertatem quæ nos retrahit etiam à licitis,ibi[Calciati pedes,&c.] Item habemus arma quibus protegamur ab erroribus.s.arma fidei,ibi[In omnibus sumẽtes scutum fidei.]Et etiam ab hostibus generis humani,ibi[Quo].s.scuto fidei posśitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Item habemus arma quibus in bonis spiritualibus cõfirmamur.s.arma spei,ibi[Et galeam salutis assumite.] Galea ponitur in capite, sic spes in fine. Nunc autem caput virtutum moraliũ est ipse finis de quo est spes.Vnde nihil est aliud, galeam salutis assumere,quàm spem de vltimo fine habere.Item habemus arma ad impugnãdum ipsos dęmones.s. gladium spiritus,quod est verbum dei:quod fit frequenter in sermonibus, in quibus verbum dei penetrans corda peccatorum expellit cõgeriem peccatorum & dæmonum.

Lectio 5.

Docentur cõfortandi in potẽtia dei p oratiõẽ ad deũ.

PEr omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecrãtione pro omnibus sanctis, & pro me,ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium euangelij,pro quo legatione fungor in catena ista,ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.Vt autem & uos sciatis quæ circa me sunt,quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino,quem misi ad uos in hocipsum,ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consolentur corda uestra,Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptionem. Amen.

¶Suprà posuit Apost. quæ dixerat de insidiis& armaturis:hìc exponit illud quod etiam dixerat de confirmatione & cõfortatione in potentia dei:& hoc fit per orationem ad deum super auxilio diuino. Facit autẽ tria.Primò monet eos ad orãdum pro seipsis. Secũdò pro aliis.Tertiò pro ipsomet Apostolo. ¶Circa primũ ponit septem conditiones orationis. Primò q̃ debet esse perfecta.Vnde dicit: Omnẽ orationem,quod fit cùm in omnibus recurrit quis ad orationẽ,vel orat pro omni bono.Secũdò quòd sit humilis,nõ prę sumptuosa.Psa.Respexit in orationẽ humilium,&c.Quod fit quãdo homo nõ putat se exaudiri propter merita sua.s.propter misericordiam diuinam.Et ideo dicit,Obsecrationem.i.per sacræ rei acceptionem.Phil.4,In omni oratione & obsecratione, cũ gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud deum.Tertiò q̃ sit continua,ibi[Omni tẽpore.]1.Thes.5,Sine intermissione orate,in omnibus gratias agite. Psal. Benedicam dominum in omni tempore.s.statuto. Quartò q̃ sit deuota,quia in spiritu.1. Cor.14, Psallam spiritu, psallam & mẽte.i.non vt vagus. Quintò q̃ sit vigilans,ibi [Vigilãtes.]1.Pet.4,Estote prudentes,& vigilate in orationibus .Sextò q̃ sit instans,ibi[In omni instantia.] Rom.12,Orationi instãtes,&c.Septimò charitatiua, vt scilicet fiat pro omnibus aliis sanctis, ibi [Et obsecratione pro omnibus sanctis].1.Tim.2,Obsecro enim primum omnium fieri obsecrationes , orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus &c. ¶Deinde vltimò pro se petit orationes fieri,ibi[Et pro me]Vbi tria petit pro se,quæ cuilibet prædicatori sunt necessaria, scilicet quòd os aperiat,& ad prædicãdum se præparet quantum in se est,vt dentur sibi modi loquendi cõgruentia. ¶Et vt hæc tria sibi dentur, petit vt oretur pro se,dicens,Vt detur mihi sermo in apertione oris mei.Non enim potero loqui, nisi quod dederit mihi dominus, dicebat ille Balaam Num.22.Vnde dominus Mat.10,Non enim vos estis qui loquimini,sed spiritus,&c.Vnde dicitur ibidem,Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.Hoc autem dictum primò ponit Apostolus, vt detur,inquit,mihi sermo in apertione oris mei.Col.vl.Orãtes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis.Et ad quid Paule?Respõdet,vt scilicet posśim cum fiducia notum facere euangelii mysterium pro quo legatione fungor in catena. Et hoc est secũdum quòd petit: quia non solùm est necessarium prædicatori,vt detur ei sermo in apertione oris,seu sciẽtia:sed vt sermonẽ sibi datũ prędicet audacter & cũ fiducia.Et hoc est quod dicit[Cum fiducia,&c.]Et sic prædicabãt apostoli:de quibus Act.4, Quòd loquebãtur cum fiducia verbum dei.Cõmendat autem Apostolus officium prædicationis ab excellentia & altitudine.Vnde dicit[Mysterium euãgelii.]Secundò ostendit q̃ pro ipso libenter sustinuit tribulationem & ignominiam.Vnde dicit [Pro quo legatione fungor in catena.]De his duobus simul.Col.vlt.Vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquẽdum mysterium Christi,propter quod & vinctus sum. Et quia dicitur Eccle.20,Ex ore fatui reprobatur parabola,non enim dicit eam tẽpore suo. Ideo Apostolus non solùm petit quòd detur sibi sermo,seu prædicãdi scientia,sed gratia loquendi cum fiducia, vt.s.non desisteret ab incepto pro catenis quibus catenatus erat,ab incepto & cõmisso sibi officio fidũcialiter & fideliter prosequẽdo.Tertiò petit vt detur sibi temporis seu modi cõgruentia,quia tempus loquendi & tempus tacendi:vt dicitur Eccle.3,Et ideo dicit,Vt in ipso audeam,prout oportet me loqui.Et certè in omnibus modus,& qualitas facit gratũ. Et hoc idem petebat Apostolus.Col.vlt.Vt manifestem illud,ita vt oportet me loqui:quia vt dicitur Pro.15,Sermo opportunus,optimus. ¶In fine autem huius epistolę,Apostolus statum suũ Ephesiis manifestat,cùm dicit [Vt autem vos sciatis,&c.] Vbi primò facit quod dictum est. Secundò eos more solito salutat,ibi [Pax fratribus,&c.]In prima parte tria facit.Primò ponitur status sui manifestatio,ibi[Vt autem vos sciatis,&c.]Secũdò discipuli nuntiãtis multiplex cõmendatio,ibi[Tychicus frater meus charissimus& fidelis,&c.]Tertiò ostẽdit finem pro quo eis manifestat statum suũ,quia.s.est ipsorũ consolatio,ibi [Et cõsoletur corda vestra.]Dicit ergo,Vt autem vos sciatis quæ circa me sunt,quid agam, omnia nota vobis faciet,&c.Quasi dicat Apostolus,Pro mysterio euãgelii pro quo catenatus sum,volo q̃ sciatis quòd catena & omnes tribulationes & omnia supplicia quæ in credito officio inferuntur, non me angunt, nec cor mutant,nec peruertunt interius,nec attingunt:sed certè sic ago de istis quòd omnia circa me sunt,nõ intrà. Et quia non possum ire ad annuntiandum vobis, vtpote catenatus, omnia nota faciet vobis Tychicus frater meus charissimus & fidelis minister in domino.Et ideo securè credatis ei de omnibus.Luc.12,Quis putas est fidelis seruus & prudẽs,&c.Et iste certè est talis,quem misi ad vos in hocipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt.Et hęc est discipuli cõmendatio.Et ad quid?vt consoletur corda vestra. ¶Deinde cùm dicit [Pax fratribus,&c.] Ponit Apost.consuetã salutationẽ. Et aduertendum est q̃ licet gratia præcedat pacem & charitatem mutuam hominum ad se inuicem,& ad deũ quo ad collationem (quia non est paxim piis,dicit dominus:)tamen quo ad executionem, & gratiæ & veritatis & charitatis conseruationem pax præcedit suo modo.Et ideo primò optat eis pacem ad se inuicem & charitatem ad deum,dicẽs[Pax fratribus & charitas cum fide.]Et quia licet pax & charitas multum faciant ad gratiæ conseruationem,tamen quia semper supponunt ipsam gratiam sine qua haberi non possunt , ideo optat eis gratiam. Vnde dicit, Gratia vobis cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum.Amen.

Explicit mirabilis lectura glorioſiſsimi doctoris sancti Thomæ de Aquino,ordinis prædicatorum,super epistolam sanctissimi apostoli Pauli ad Ephesios.

Incipit deuotissima explanatio eiusdem Angelici Doctoris Sancti Thomæ de Aquinatis,ordinis fratrum prædicatorum,super epistolam eiusdem sanctissimi apostoli Pauli ad Philippenses.

PROLOGVS.

IVstorum semita quasi lux splendens,&c. Prou.4,In hac authoritate describitur vita sanctorum ex tribus.Ex eorum altitudine,ibi [Semita] quia Mat.7,Arcta est via, &c.Iob 28,Semitam ignorauit auis,&c.Ex claritate,ibi[Lux splendens.]Ephe.5,Eratis aliquando tenebræ,&c.Iusti enim sunt lucẽtes,& ideo eorum via est lucida. Ex profectu,quia semper crescit.1.Pet.2, In eo crescatis,&c.Et hoc vsque ad perfectum diem,scilicet glorię.1.Corint.13,Cùm venerit quod perfectum est,euacuabitur,&c. Econuerso malorum via est lata,obscura,tenebrosa,& deficiens.Vnde Prou.4. subditur,Via impiorum tenebrosa,&c.& Matth.7,Lata porta & spaciosa via quę ducit ad perditionem, &c. Ex his verbis trahi potest materia huius epistolæ. Erant enim Philippenses in Christi recta semita, tribulationes multas pro Christo sustinentes.Item illuminati per fidem.infrà 2,Inter quos lucetis,&c.Item proficiebant,vt patet per totam epistolã.Item conuenienter post epistolam ad Ephesios, in qua fit instructio qualiter seruanda sit ecclesiastica vnitas: hi proponuntur in exemplum seruandæ ecclesiasticæ vnitatis,qui optimè eam seruauerunt.

Salutatio. Epistolarũ tractatº incipit: gratias agit hìc & Philipp. de bonis peritis ab eis receptis: gaudet & apponit materiam gaudij.

Caput 1.

PAulus & Timotheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis cum episcopis, & diaconibus, Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri(semper in cunctis orationibus meis,pro omnibus uobis in gaudio deprecationem faciens)super communicatione uestra in euangelio Christi à prima die usque nunc:confidens hocipsum qui cœpit in uobis opus bonum,perficiet usque in diem Christi Iesu: Sicut est mihi iustum,hoc sentire pro omnibus uobis: eo

quòd habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione, & confirmatione euangelij socios gaudij mei omnes uos esse.

¶ Diuiditur autem hæc epistola in salutationem, & epistolarem narrationem. Secunda, ibi [Gratias ago, &c.] Circa primum tria facit. Quia primò describuntur personæ salutantes. Secundò personæ salutatæ, ibi [Omnibus sanctis, &c.] Tertiò bona optata, ibi [Gratia vobis, &c.] Circa primum primò ponuntur personæ salutantes. Secundò earum conditio, ibi [Serui, &c.] Circa primum primò ponitur persona principalis, cùm dicit [Paulus.] Et interpretatur, paulus, quasi modicus. In quo notatur eius humilitas. Esa. 60, Minimus erit in mille, & paruus in gentem fortissimam. Secundò, ibi [Timotheus.] Ponitur persona adiuncta, quia fuerat eorum prædicator. infrà 2, Neminem enim habeo tam vnanimen qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. ¶ Deinde cùm dicit [Serui, &c.] ponitur conditio eorum. 2. Corinth. 4, Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum, &c. Sed contrà Ioan. 15, Iam non dicam vos seruos, &c. Respondeo duplex est seruitus secundum duplicem timorem. Timor enim pœnæ causat malam seruitutem, & de hac intelligitur dictum præmissum. Ioan. 15, Timor verò castus causat seruitutem reuerentiæ, & de hac loquitur Apostolus hîc. Personæ salutatæ sunt omnes de ecclesia Philippensi. Et primò minores. Vnde dicit [Omnibus sanctis qui sunt Philippis.] quæ est ciuitas quam Philippus condidit. & dicit sanctis: & hoc propter baptismum. Rom. 6, Quicunque baptizati sumus in Christo, in ipsius morte baptizati sumus. Maiores autē tangit, dicens [Cum episcopis & c.] ¶ Quæstio est, quare minores præponit maioribus? Quia prius est populus quā prælatus. Ezech. 34, Nonne greges pascuntur à pastoribus? Greges enim pascendi sunt à pastoribus, non econuerso. Item cur intermittit presbyteros? Respondeo, dicendum est quòd conprehendūtur cum episcopis, quia in vna ciuitate non sunt plures episcopi: vnde dicens in plurali, dat intelligere etiam presbyteros. Et tamen est alius ordo, quia ex ipso euangelio hoc legitur quòd post designationem duodecim apostolorum (quorum personas gerunt episcopi) designauit septuaginta duos discipulos, quorū locum sacerdotes tenēt. Dionysius etiam distinguit episcopos & sacerdotes. Sed in principio licet ordines fuerint distincti, non tamen nomina ordinū. vnde hîc comprehendit presbyteros cū episcopis. ¶ Deinde ponit bona optata, ibi [Gratia, &c.] Et sunt duo quæ includūt omnia. Primum est gratia dei remittens peccata. Ephes. 2, Gratia saluati estis, &c. Vltimum est pax hominis. Psal. Qui posuit fines tuos pacem, &c. & per consequens optat bona media, & hoc à deo patre. Iac. 1, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendēs à patre luminum. Item per meritum humilitatis Christi. Et ideo addit, Et domino Iesu Christo. Ioan. 1, Gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Ephe. 2, Ipse enim est pax nostra, &c. ¶ Consequenter ponit epistolarem narrationem. Et circa hoc duo facit. Quia primò agit gratias de præteritis. Secundò hortatur ad profectum in futurum, ibi [Scire autem vos volo &c.] Circa primum primò præmittit gratiarum actionem pro eis. Secundò materiam eius, ibi [Super communicatione &c.] Gratias autem agit adiuncto gaudio & deprecatione. Et ideo hæc tria tangens, dicit [Gratias deo nostro.] Gratias agere, est recognoscere gratiam sibi factam. 1. Thessal. vltimo, In omnibus gratias agite. In omni memoria vestri, quia in eis nihil occurrit Apostolo quod non esset dignum gratiarū actione. Et hoc est valde magnum. Prou. 10, Memoria iusti cum laudibus, &c. Pro omnibus. Esa. 60, Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum, &c. Agit ergo gratias pro eorū bono, orationem & deprecationem pro custodia: totum tamen pro gaudio. 1. Reg. 12, Absit autem à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. ¶ Deinde cùm dicit [Super cō municatione, &c.] Tāgit de materia trium prædictorum. Et primò ponit materiā gratiarum actionis. Secūdò gaudii de futuris, ibi [Confidens, &c.] Tertiò deprecationis, ibi [Testis, &c.] Dicit ergo, Super communicatione, scilicet qua communicastis doctrinæ euangelii, credendo & opere implendo. Hæc est enim vera communicatio. Heb. vlt. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci, &c. ¶ A prima die, &c. Eccle. 27, Homo sanctus in sapiētia manet sicut sol, &c. Et hocipsum confidens de vobis gaudeo, quia qui cœpit, &c. Hiere. 17, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suū. Benedictus vir qui cōfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et hoc in virtute dei. Et ideo dicit [Qui cœpit, &c.] Io. 15, Sine me nihil potestis facere. Quod est contra Pelagianos, qui dicunt principium boni operis esse ex nobis, sed consummationem ex deo. Sed hoc non est verum: quia principium boni operis in nobis est cogitare de bono, & hocipsum est à deo. 2. Cor. 3, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, &c. [In diem Christi Iesu] quo remunerabit singulos. 2. Timot. vlt. In reliquo repositа est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus, &c. 1. Cor. 1, Cōfirmabit vos vsq; in finem sine crimine, &c. ¶ Ratio gaudii ponitur, cùm dicit [Sicut est mihi, &c.] quia scilicet id iustum est, quia cōgaudetis mihi de bonis meis. Eo quòd habeam vos, &c. Quasi dicat, Habeo de vobis hanc conscientiā tales vos esse, vt scilicet gaudeatis de his de quibus & ego ideo gaudeo, quod gaudium est in vinculis meis: quia tunc pro Christo fuit ligatus, de quo gaudebat. Iac. 1, Omne gaudium existimate fratres mei cùm in varias tentationes incideritis, scientes, &c. Act. 5, Ibant apostoli gaudētes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, &c. Et in defensione & in confirmatione euangelii. s. audacter prædicādo contra tyrā nos & hęreticos, & confirmando euangelium in cordibus fidelium. Act. 18, Perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Vel aliter secundum glo. In corde, id est, desiderio, vt socii sitis sempiterni gaudii. Ioan. 16, Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et hoc non potest abstrahi à corde meo, quia etiam in vinculis existens & intentus cōfirmationi & defensioni euangelii solicitudo de vobis non recedit de corde meo.

Proponitur desyderiū Apostoli ad Philippēsiū bonū, oratio & materia orationis & monitio ad profectum: pro se proponit exēplum.

Lectio 1.

TEstis enim est mihi deus, quomodo cupiam omnes uos esse in uisceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem dei. Scire autem uos uolo fratres, quia quæ circa me sunt magis ad profectum uenerunt euangelij: ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, ut plures è fratribus in domino confidentes in uinculis meis, abundantius auderent sine ti-

more uerbum dei loqui, Quidam quidem & propter inuidiam & contētionem: quidam autem & propter bonam uoluntatem Christum prædicant: quidam ex charitate, scientes quoniam in defensione euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, nō syncerè: existimantes pressuram se suscitare uinculis meis.

¶ Posita materia gaudii de spe futura: hîc ostēdit super quo deprecationē pro eis facit. Et primò præmittit suum desyderiū, quod ostenditur omnino feruens. Secundò materiā deprecationis, ibi [Et hoc oro &c.] Et quia cordis desyderium soli deo est manifestū, ideo inuocat deum testē quòd pro eis deprecetur cum desyderio. Iob 12, Ecce in cælo testis meus est, scilicet deus, &c. Quomodo cupiā vos. s. ego, existēs in visceribus Iesu Christi. Vel quomodo cupiāvos esse in eis. q. d. quomodo cupiam vestrā salutem & participationē viscerosæ charitatis Christi. Luc. 1, Per viscera misericordiæ dei, &c. q. d. ad profunda & intima cordis, virtus amoris pertingit. Vel cupiam vt sitis in viscеribus Iesu Christi. i. vt ipsum intimè diligatis, vt & diligamini ab eo: in hoc enim vita hominis consistit. ¶ Deinde cùm dicit [Et hoc oro, &c.] ponit deprecationem, & tria bona optat. Primò quantum ad intererіorem charitatis augmētum. Affectus enim interior perficitur per charitatem: & ideo non habenti charitatem, optandum est vt habeat: habenti verò, vt perficiatur. Vnde dicit [Vt charitas &c.] Pro augmento autē charitatis orādus est deus, quia solus deus hoc in nobis operatur. 2. Corint. 9, Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnē sufficiētiam habentes abūdetis in omne opus bonum, &c. Et hoc necessariū vt petamus & nos, quia Matt. 5, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, nō intrabitis in regnum cęlorum. ¶ Secundò q̄tum ad intellectum. Vnde dicit [In omni scientia.] Sed nunquid ex charitate prouenit sciētia? Sic: quia dicitur. 1. Io. 2, Et vos vnctionē quā accepistis ab eo, maneat in vobis: & nō necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, &c. Itē charitas est spiritus de quo dicitur Ioan. 16, Cùm venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnē, &c. Cuius ratio est, quia qui habet habitū, si rectus est habitus, sequitur inde rectū iudicium de his quę pertinent ad illum habitum, si verò corruptus falsum. Sicut circa venerea tēperatus habet bonū iudicium, intemperatus non, sed falsum. Omnia autem quæ â nobis fiunt, sunt informāda charitate, & ideo habēs charitatem, habet rectum iudicium, & quantum ad cognoscibilia. Et sic dicit [In omni sciētia] qua scilicet agnoscat veritatem, & inhæreat circa ea quæ sunt fidei. Hæc est scientia sanctorum, de qua dicitur Sapiē. 10. & quantum ad operabilia, & sic dicit [In omni sensu.] qui est vis cognoscitiua circa exteriora obiecta. Et proprіū eius est vt statim iudicet de proprio sensibili rectè. Et ideo hoc nomen trāslatum est ad interius iudicium rationis, vt sensati dicūtur qui habent rectum iudicium circa agibilia. Sap. 1, Sentite de domino in bonitate, &c. Sap. 6, Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus, &c. Sed hîc sensus, debet esse non tantū consyderatiuus, sed etiā discretiuus inter bonū & malū, & inter bonū & melius. Vnde subdit [Vt, &c.] ¶ Nota q̄ charitas perficit sensum vt probet bona, sed perfecta charitas vt probet meliora. 1. Cor. 12, Aemulamini meliora charismata. & infrà cap. 14, Sectamini charitatem, &c. Et ideo dicit [potiora.] ¶ Tertiò quantum ad effectum. Et primò ponit immunitatem à malo. Secundò perfectionem in bono. Primum in hoc quod dicit [Vt sitis synceri.] Est enim duplex peccatū vitandum. s. interioris corruptionis qua homo corrumpitur in se, & hoc excluditur per synceritatem. 1. Cor. 5, In azimis synceritatis, &c. Aliud est in proximum. s. offensa. Et ideo dicit [Sine offensa.] 1. Cor. 4, Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & ecclesiæ dei, sicut & ego, &c. Et 2. Corint. 6, Nemini dantes vllam offensionem, &c. In diem Christi Iesu, id est, vsque in finem vitæ. Mat. 24, Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Quātum ad gratiam, dicit [Repleti fructu iustitiæ] vt opera iustitiæ quædā fructus sint. Ro. 6, Habetis fructū vestrum in sanctificatione, &c. Vel fructu iustitiæ. i. præmio iustitię. s. corona. 2. Tim. 4, In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Sap. 4, Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, &c. Et hoc habetur per Christū, quia omnia quæ facimus, sunt bona per ipsum. Io. 15, Sine me nihil potestis facere, &c. Et hæc facienda sunt hoc fine. s. in laudem dei: quia ex operibus sanctorum deus clarificatur, cùm inde alii prorūpunt in laudem dei. Psal. Laudate dominū in sanctis eius, &c. Hier. 33, Erit mihi in nomen, & in gaudium & in laudem & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Scire autē, &c.] admonet ad futura. Et primò ponit exēpla exequenda & vitāda. Secūdò concludit moralem monitionem in quarto capit. ibi [Itaq; fratres mei charissimi, &c.] Circa primū duo facit, quia primò ostendit quæ sunt imitanda: secundò quæ sunt vitanda: tertio cap. ibi [De cætero, &c.] Item prima diuiditur in duas, quia primò inducit se eis imitādum: secundò alios, secundo cap. ibi [Si qua ergo, &c.] Item prima in tres, quia primò ponit in exēplum profectū suum. Secūdò gaudium quod habet ex profectu ibi [Quid enim, &c.] Tertiò fructū ex profectu suo, ibi [Scio enim, &c.] Item prima in duas. Primò præmittit profectum: secundò modum, ibi [Ita vt vincula mea, &c.] Dicit ergo, Monui vos ad profectum, & vt formam habeatis profectum meum, scire vos volo, & quæ circa me sunt, exterius, quia tribulationes: & si exterius essent, non immutabāt interius: sed magis ad profectū venerunt, quia ex eis fides prædicata magis profecit. 2. Cor. 1, Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute: siue consolamur pro vestra consolatione, &c. Et ostendit profectū. Primò q̄tum ad se: secundò q̄tum ad alios, ibi [Vt plures, &c.] Quātum ad se quidem manifestum fuerat q̄ talia pro Christo patereturconstāter, ita vt vincularetur: vnde dicitur [Vt vincula, &c.] quod est gloriosum pro Christo. 1. Pet. 4, Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut alienorū appetitor: si autē vt Christianus, nō erubescat, &c. In omni prętorio, sicut in curia Cęsaris, &c. Ex parte verò aliorū fides crescebat in cōmuni. Vnde dicit, Vt plures, &c. 1. Mach. 4, De elephātibus. Eccle. 10, Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, &c. Pro. 18, Iustus quasi leo confidens absque terrore erit, &c. Ex parte tamen aliorum est diuersitas, quia quidam bene loquebantur, quidā malè. Et qui bene, quidam ex generali charitate, & quidam ex speciali amore ad Apostolum. Et qui malè, quidam ex generali malitia, quidam ex speciali odio ad Apostolū. Sed vt mihi videtur, Apostolus duplicem ostēdit causam propter quam quidam prædicabant. Primò propter inuidiam. Et ideo Apostolus eorum prauam intentionem ostēdit, dicens [Quidam quidem propter inuidiam, &c.] Iac. 3, Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. 1. Corinth. 3, Cùm sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis? Secundò propter amo-

rem Christi & euãgelii. Vnde dicit[Quidã propter bonam,&c.[Psal. Benignè fac in bona voluntate,&c.] Sed Apost.addit,dicens [Quidam verò ex charitate].s. quæ facit bonam volũtatem:&c. quia vt suppleret defectum mei docentis,prædicauerunt. Deinde Apost.exponit quod dixerat,dicens,ꝙ quidam non secundum sanam intẽtionem,sed ex contentione. Corrupta eorum contẽtio dupliciter patuit. Vno modo,vt publicè prædicãdo,turbationem facerẽt in populo Gentili cõtra Apostolum,supra illam quam habuit. Alio modo quia credebant ꝙ Paulus audiens eos vsurpare officium sibi cõmissum, turbaretur, & ex hoc adderetur afflictio afflicto.

Lectio 2.

Proponitur materia gaudij Apost. & ipse gaudũ, quo declarat Paulus suã charitatẽ q̃tũ ad p̃dicationes, siue recta i-tẽtione, siue mala, factas.

QVid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per ueritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per uestram orationem & subministrationẽ spiritus Iesu Christi, secũdum expectationem & spem meam: quia in nullo cõfundar, sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitã, siue per mortem. Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum: quòd si uiuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro: coarctor autem è duobus, desideriũ habens dissolui & esse cum Christo, multò magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter uos.

¶ Suprà Apost.descripsit profectum ex ipso subsecutum: hìc agit de gaudio concepto ex hoc profectu. Et ponitur primò materia gaudii: secundò ipsum gaudiũ, ibi[Et in hoc gaudeo,&c.] Contingit autẽ quãdoq; ꝙ aliquod gaudium prouenit ex bona causa,& hoc directè,& per se,& quãdoq; ex mala causa,& hoc indirectè & per accidens. Quando enim ex bona causa,gaudẽdum est de effectu & de causa,sicut de eleemosyna facta propter deum. Sed quando est ex causa mala,tunc est gaudẽdum de effectu,sed de causa non:& sic de redẽptione per Christũ,licet fuerit ex scelere Iudæ & Iudęorũ. Ita contingit in ecclesia,vbi prouenit vtilitas quãdoq; per bonos prædicatores quo ad bonam intẽtionem, quãdoque per malos quo ad malã & de vtraq; gaudẽdum est,sicut dictum est. Et ideo dicit[Quid enim,&c.]Per occasionem annũtiat Christũ,qui nõ intendit hoc principaliter,sed propter aliud,putà lucrum vel gloriam. Prou.18,Occasiones quærit, qui recedere vult ab amico. Per veritatem autem,quando ex recta intentione. Esa.36,Obsecro domine memẽto quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, &c. Sed hoc vtroq; modo fit ad vtilitatem ecclesiæ: ideo dicit[Si Christus annũtietur,&c.]quia si aliud annũtiaret q̃ Christum,tunc multũ interesset,quod fit quãdo falsa doctrina docetur. Aug. Pastor qui propter veritatẽ annũtiat,est amãdus: mercenarius qui propter lucrũ,est tolerãdus: qui falsas expellẽdus. ¶ Deinde ponit gaudium cõsequens,dicens [In hoc]scilicet ꝙ vincula mea manifesta sunt propter Christum,& ꝙ Christus annũtiatur,gaudeo in prę senti. Io.14,Si diligeretis me,gauderetis vtiq;,&c.& gaudebo in futurum. Esa.51,Gaudium & lætitiã obtinebunt,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Scio enim,&c.]ponit fructũ ex profectu suo prouenientem. Et primò ponit ipsum fructum. Secundò mouet quãdam dubitationem,ibi[Quòd si viuere,&c.]Item primò proponit fructũ. Secundò auxilium ipsum consequendi,ibi[Per vestrã orationem,&c.] Tertiò assignat materiã fructus,ibi[Sed non in omni,&c.]Dicit ergo gaudeo de his,& hoc propter fructũ prouenientẽ ex eis in salutẽ æternã. Esa.45, Saluatus est Israel in domino salute æterna,&c. Et hoc ideo,quia quando nos aliqua bona facimus cooperãdo saluti aliorum,redundat in salutem nostram. Si enim,vt dicitur Mat 18, Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis,&c.quanta gloria dignus est qui salutem multorum procurat? ¶ Auxiliũ autem est triplex.s.ex parte aliorum mutua oratio. Vnde dicit[Per vestras orationes]scilicet ex quibus spero adiuuari à deo. Iac.vlt. Orate pro inuicem vt saluemini,&c. Ex parte dei de quo habemus spem salutis. Esa.26, A facie tua domine concepimus,& quasi parturiuimus & peperimus spiritũ salutis. Et ideo dicit, Et subministrationem spiritus Iesu Christi. Rom.8, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Et loquitur similudinariè. Quando enim aliquis est debilis,indiget releuante vt sustentetur,& hoc est subministrare: & nos debiles sumus,ideo indigemus subministratione spiritus. Ioã.14,Et suggeret vobis omnia,&c.s. quasi vobis subministrãdo. Ex parte nostra est spes in deo,quia Prou.11, Qui confidit in diuitiis, corruet. Oportet ergo ꝙ spes nostra sit in deo,&c. Psal. Qui confidunt in domino sicut mons Sion,&c. Et ideo dicit, Secũdum expectationem & spem meam. Sed nonne spes est expectatio futurę beatitudinis? Dicendum est ꝙ spes est motus appetitus in bonũ arduum. Et hoc dupliciter: quia quãdo quis sperat adipisci per se, sic spes est sine expectatione: quando autem per alium,tunc est spes cum expectatione,& sic nos expectamus spem habentes aliquid consequi per alium. Psal. Expectans expectaui dominũ,&c. Rom.8, Spe salui facti sumus. Sed dicit, Scio,& postea,spero & expecto. Nũquid certa est hęc spes? Respõdet Apost.dicens, Ita,quia in nullo cõfundar. 1.Macha.2, Omnes qui sperant in illo non infirmantur. Rom.5,Spes autem non confundit. Eccle.2, Nullus sperauit in domino,& cõfusus est. Huius primò rationem assignat: secundò exponit eam. Ratio hęc sumitur ex hoc quòd ipse totaliter ordinatur ad seruitiũ Christi. Quasi dicat,Ideo hæc mihi prouenient in salutem, quia totaliter sum ad seruitium Christi. Et primò ponit fiduciam: secundò perseuerantiam: tertiò certitudinem intentionis. Dicit ergo,Sed in omni fiducia,&c. Quasi dicat, Multi persequũtur me, sed ego confido in deum. Esa.12,Fiducialiter agam & nõ timebo. Psal. Fiducialiter agam in eo. Sicut semper,id est, à principio conuersionis. Act.9,Quomodo in Damasco fiducialiter egerit,&c. Ita & nunc. Iob 27, Iustificationem meam quam cœpi tenere,non deseram. Tertiò ostendit quòd sit eius recta intentio,quia magnificabitur Christus: qui cùm sit verus deus,non potest in seipso magnificari vel minorari, sed in nobis,id est, in cognitione aliorum: tunc ergo quis magnificat Christum, quando eius cognitionem dilatat. Eccles.iast. 43, Quis magnificabit eum sicuti est à principio? Et hoc & verbo & facto,quando magnitudo diuini effectus ostendit magnitudinem eius. Et inter effectus mirabiles iustificatio est hæc, quandiu est in corde hominis latens non magnificabitur per eam Christus, nisi quantum ad cor illius, non quantum ad alios, sed quandoque prorumpit in exteriora per actus corporales apparentes: tunc verius & proprius magnificatur. Et ideo ait, In corpore meo. In corpore nostro Christus dupliciter magnificatur. Vno modo inquantum corpus nostrum deputamus ad obsequium eius, ministeria eius corporaliter exequendo. 1. Corinth. 6, Glorificate & portate deum in corpore vestro. Alio modo corpus nostrum exponendo pro Christo. 1.Corint.13, Si tradidero corpus meum,ita vt ardeam,&c. Sed primus modus sit per vitam: secundus verò

per mortem. Ideo dicit, Siue per vitam,quia viuendo operatur,siue per mortem. Ro.14, Siue viuimus,siue morimur,domini sumus,&c. Quod etiam intelligi potest de morte spirituali. Col.3, Mortificate mẽbra vestra quę sunt super terrã,&c. ¶ Deinde exponit quomodo mortificabitur per vitam & per mortem,dicens [Mihi viuere,&c.]Vita enim importat motionem quãdam. Illa enim viuere dicũtur,quę ex se mouẽtur. Et inde est ꝙ illud videtur esse radicaliter vita hominis,quod est principiũ motus in eo: hoc autẽ est illud cuius affectus vnitur,sicut fini: quia ex hoc mouetur homo ad omnia. Vnde aliqui dicunt illud ex quo mouentur ad operãdum vitã suam: vt venatores venationẽ: & amici amicũ. Sic ergo Christus est vita nostra,quoniã totum principium vitæ nostrę & operationis est Christus. Et ideo dicit Apost. Mihi viuere,&c. Quia solus Christus mouebat eum.[Et mori lucrũ.]hìc Apost.propriè loquitur. Quilibet enim sibi ad lucrũ reputat, quando vitã quam habet imperfectã potest perficere. Sic infirmus ad lucrũ reputat sanã vitam. Vita nostra Christus est. Col.3, Vita vestra obsecõdita est cum Christo in deo: sed hìc est imperfecta. 2.Co.5, Quãdiu sumus in corpore,peregrinamur à domino. & ideo quando morimur corpore,perficitur nobis vita nostra.s. Christus,cui tũc præsentes sumus. Psal. Cũ dederit dilectis suis somnũ,&c. 2.Tim.4, Ego enim iã delibor, & tẽpus meę resolutionis instat,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Quòd si viuere,&c.]ponit dubitationẽ quãdam circa ea quæ dicta sunt. Et circa hoc duo facit. Primò ponit dubitationem: secũdò soluit eam,ibi[Et hoc cõfidens,&c.]Itẽ prima in duas: quia primò ponit dubitationem: secũdò ꝓponit rationes ad vtrãq; partẽ, ibi [Coarctor autẽ,&c.]Dicit ergo, Si viuere in carne hic mihi est fructus,&c. verũ est ꝙ in corpore meo dum viuo,magnificatur Christus. Ergo viuere meũ in carne.i. vita mea in carne est huiusmodi fructus. Vnde prędicat effectum de causa.i. si vita affert mihi hunc fructũ, vt Christus magnificetur, vita in carne est bona & fructuosa. Ro,6, Habetis fructũ vestrum in sanctificationem,&c. Si ergo ita est,ignoro quid eligã, vtrũ mori vel viuere. Ro.8, Nã quid oremus sicut oportet nescimus,&c. Sap.9, Cogitationes eṁ mortaliũ sunt timidę & incertæ prouidẽtiæ nostrę. Sed quare dubitas? quia coarctor,&c. Primò ponit rationẽ ad partem vnã: secundò ad aliam. In homine enim duplex est motus, naturæ.s.& gratiæ. Naturæ ad non moriẽdum. 2.Co.5, Nolumus expoliari,sed superuestiri,&c. Ioan.vlt. Et alius ducet te quo tu nõ vis,&c. Et gratiæ, quam sugeret charitas: quæ mouet ad dilectionem dei & proximi. Hic affectus ad dilectionem dei mouet vt simus cum Christo. Et ideo dicit, Desiderium habens dissolui, non simpliciter, sed esse cum Christo. 2.Cor.5, Audemus autem & bonã volũtatem habemus magis peregrinari à corpore,& præsentes esse ad dominũ, &c. In quo notatur falsitas opinionis Græcorum, ꝙ animæ sanctorũ post mortem nõ statim sunt cũ Christo. Et hoc ideo opto: quia est multò melius esse cum Christo. Psal. Quid enim mihi est in cælo,&c. Defecit caro mea & cor meum.s. ad habẽdum bonum. Psal. Melior est dies vna in atriis tuis super milia, &c. Dilectio autem proximi mouet ad profectũ proximi: & ideo dicit [Permanere autem,&c.] i. necessaria est vita mea propter vtilitatem vestrã. 2.Cor.5, Siue mente excedimus deo,siue sobrii sumus,vobis,&c. Vel aliter coarctor,&c. i. ex duplici parte insurgit desiderium dissolui,&c. melius,&c. Sententia non mutatur. Sed hoc non videtur dubitabile,quinimmo videtur etiam Apost. in peiorem partem declinare. Primũ enim desiderium excitat in nobis dilectio dei: secundum dilectio proximi. Maius autẽ & melius est desideriũ primum, igitur, &c. Respondeo, dicẽdum est ꝙ duplex est dilectio dei.s. dilectio concupiscẽtiæ, qua vult frui deo & delectari in ipso: & hoc est bonũ bonis. Item est dilectio amicitiæ, quia homo præponit honorem dei, etiã huic delectationi, qua fruitur deo,& hæc est perfecta charitas. Vnde Ro.8, Neq; mors neq; vita: neque angeli,&c. Et subdit 9.cap. Optabam ego anathema fieri pro fratribus meis,&c. Et hoc ergo dixit, vt ostendat se esse perfectioris charitatis, quasi sit paratus propter amorem dei & gloriam carere delectatione visionis dei, & ideo hoc elegit,& bene,tanquam magis perfectum.

Lectio 3.

Promittit se nõdũ moriturũ, et ꝓmittit suũ aduentũ ad Philippenses. Apost. eos que monet, vt i Christi euãgelio dignè cõuersentur & pseuerent in amore, cõcordia & cooperatione.

ET hoc confidens scio, quia manebo & permanebo omnibus uobis, ad profectum uestrum & gaudium fidei, ut gratulatio uestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad uos. Tantùm dignè euangelio Christi conuersamini: ut siue cùm uenero & uidero uos, siue absens, audiam de uobis quia statis in uno spiritu, unanimes, collaborantes fidei euangelij, & in nullo terreamini ab aduersariis quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis. Et hoc à deo: quia uobis donatum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & uidistis in me, & nunc audistis de me.

¶ Posita dubitatione & rationibus hinc inde: hìc soluit dubitationem. Et primò quasi eligẽs vnã partẽ præmittit, post futurũ aduẽtum suũ ad eos q̃tum ad se: secũdò ostendit quid requiratur ex pte eorũ, ibi[Tãtùm dignè,&c.]Itẽ prima in tres: quia primò præmittit futurũ aduẽtum: secũdò ostẽdit fructũ: tertiò illum fructũ exponit. Dicit ergo, Posiq̃ suprà dictum est ꝙ permanere in carne necessarium est propter vos. Et hoc ꝙ mea vita est fructuosa vobis,scio: ideo. s. quia permanebo, sed hoc quasi cõfidẽs de deo. Pro.18, Iustus quasi leo cõfidens,&c. ¶ Manebo & ꝑmanebo. i. viuam & diu viuã. Sed cõtrà, statim occisus est à Nerone. Respõdeo, dicẽdum est ꝙ epistola est facta vel scripta primo anno incarnationis, quod fuit primo anno Neronis. Vnde postea vixit septẽ annis. Omnibus vobis. i. ad vtilitatẽ omniũ vestrum. 1.Cor.10, Non quęrens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Et hoc ad profectum vestrum, id est, vt per meam exhortationem proficiatis in fide,& gaudeatis de mea vita quam audistis, sed magis gauderetis si essem prẽsens. Rom. 1, Desidero videre vos,&c. ¶ Deinde exponit quod dixerat, dicens [Vt gratulatio vestra,&c.]i. si detur, vt iterum veniã ad vos, est vt gaudium abundãs sim vobis. Ephe 3, Ei autem qui potens est omnia facere superabundãter quàm petimus, aut intelligimus,&c. Et hoc in Christo Iesu, quia hoc ipsum ꝙ gaudebant de eo, erat propter Christum. Philem. Fruar te in domino,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Tantùm dignè,&c.] ostẽdit quid requiratur ex parte eorum. Et circa hoc tria facit, quia primò facit hoc: secundò manifestat vtilitatem inde consequẽtem: tertiò explicat. Dicit ergo ꝙ tantùm ex parte eorũ requiritur ꝙ in euangelio Christi dignè conuersentur. s. secundum ꝙ doctrinæ tali congruit. 1.Thessal.2, Testificati sumus, vt ambularetis dignè deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriã,&c. Col.1, Ambuletis dignè deo,&c. Vt siue cùm venero ad vos & videro vos, siue absens audiam de vobis bona. Et hoc gaudiũ est mihi. 1.Io.3, Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare,&c. ¶ Et nunc in speciali expe-

tit ab eis. Primò vnitatem: secũdò constãtiam, ibi [Et in nullo: &c.] ¶ Est autẽ sanctis necessaria vnitas triplex, s. amoris: vnde dicit [Audiam de vobis] quòd. s. statis in vno spiritu, quod est per amorem. Ephe. 4, Soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Et 1. Cor. 6, Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est. Itẽ concordiæ. Vnde dicit [Vnanimes]. i. vnam volũtatem & animũ habentes. Act. 4, Multitudinis credẽtium erat cor vnũ & anima vna. Psa. Qui inhabitare facit vnũ moris in domo, &c. Itẽ cooperationis. Vnde dicit, Collaborãtes, &c. vt. s. vnus adiuuet aliũ. Ad hoc facit quod dicitur 1. Reg. 25, Cõgregatus est Israel vniuersus, & plãxerunt eũ. s. Samuelẽ. Pro. 18, Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. ¶ Secũdò expetit constãtiam, ibi [Et in nullo, &c.] Et primò inducit ad fortitudinẽ: secũdò ponit rationẽ. Dicit ergo, Et in nullo, &c. qa nihil possunt, nisi q̃tum deus pmittit. Luc. 21, Capillꝰ de capite vestro nõ peribit. Psal. Foliũ eius nõ defluet, &c. Esa. 51, Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis q̃ quasi fœnũ ita arescet? Ratio autem est triplex. Prima sumitur à fructu tribulationis. Secũda ex dono duplici dei. Tertia ab actore. Dicit ergo [Non terreamini, quia est vobis fructus]. i. ipsa persecutio quæ in illis. s. persequẽtibus, est causa perditionis, sed vobis est causa salutis, Mat. 16, Qui voluerit animã suam saluã facere, perdet eam, &c. Io. 12, Qui amat animã suam pdet eam. Osee 12, Perditio tua ex te Israel, tantũmodo ex me auxiliũ tuũ, &c. Et hoc à deo, à quo pro munere donatũ est vobis q̃ sustineatis tribulationes patiẽter. Secũda ratio, Vt in eum credatis. Ephe. 2, Gratia eñ estis saluati per fidẽ, quod est magnũ & primum donũ, & etiã vt pro illo patiamini, quod est maius donũ, vt. s. curã Christi agatis quasi athletæ eius. Act. 5, Ibãt apostoli, &c. Sic ergo vtile est & honorificũ: ideo agatis fortiter. Tertia ratio sumitur ex exẽplo: quia ita tractat eosdẽ sicut nos q̃ sumus primitiæ fideliũ. Et ideo dicit, Idem certamen habẽtes, quale vidistis in me. s. apud vos, quãdo nudus fui verberatus Philippis, propter Phitonissam liberatam. Act. 16, Et nunc audistis de me qui sum in vinculis.

Caput 2.

Hic inducuntur Philippẽses ex deuotione ad Christũ ex charitate proximi ex speciali societate et ex miseratiõe: ad ad implẽdum gaudium Pauli, ad mutuam charitatem & humilitatem, ac mutuam solicitudinem.

Si qua ergo cõsolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes. Nihil per contẽtionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes: non quæ sua sunt, singuli cõsiderantes, sed ea quæ aliorum.

¶ Suprà præbuit se in exẽplum patientiæ & sanctitatis: hîc ad idem adducit exẽpla aliorum. Et primò ponit exẽplum Christi: secundò exempla suorũ discipulorum, quos ad eorum cõfirmationem mittere promittit, ibi [Spero autem in domino, &c.] Circa primum tria facit: quia primò præmittit exhortationem: secundò inducit exẽplum, ibi [Hoc enim sentite, &c.] Tertiò cõcludit propositum ex exemplo Christi, ibi [Itaq; charissimi mei, &c.] Circa primum primò est considerãdum mediũ quo eos inducit: secundò ad quod inducit, ibi [Implete gaudium, &c.] Vtitur autẽ circa primum quadruplici medio. Primò ex deuotione ad ipsum Christum: secundò ex charitate proximi: Tertiò ex speciali societate: quartò ex miseratione. Dicit ergo [Si qua consolatio, &c.] Hæc quatuor media quæ hîc consequenter ponuntur, omnia referuntur ad hoc quod subdit [Implete, &c.] Et est sensus. q.d. Consolari volo in vobis. [Si qua ergo consolatio.] id est, si quam cõsolationem mihi afferre vultis in Christo, implete meum gaudiũ. Esa. 61, Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, &c. 2. Co. 1, Cõsolatur nos in omni tribulatione, vt & ipsi possimus cõsolari, &c. ¶ Ex parte verò charitatis fraternæ, dicit [Si quod solatium charitatis]. s. est, implete gaudium meum. Galat. 3, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, &c. Psal. Ecce quàm bonum, &c. ¶ Item ex speciali societate, & hæc est inter homines qui cõmunicant in rebus, sicut socii in bellicis armis: ita boni spirituales, quę sibi cõmunicant in spiritualibus bonis. Et ideo dicit [Si qua societas spiritus]. s. est mihi ad vos, implete meum gaudiũ. Quasi dicat, Exhibui ego vobis multã consolationem vestram: si ergo socii mei estis, exhibete idem & vos mihi. Ephe. 4, Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, &c. Prou. 18, Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater. ¶ Item ex miseratione, cùm dicit [Si qua viscera miserationis.] Col. 3, Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, &c. Deinde ponit ea ad quę inducit. Et primò in generali, dicens [Implete, &c.] q.d. Gaudeo in vobis propter bona quæ vidi & audiui de vobis: sed quando hæc perficientur, tunc gaudiũ meum erescet & tãdem perficietur. Vnde illud implete. s. proficiẽdo in bonũ. Secũdò in speciali monet ad mutuã charitatem. Cuius vnitas in duobus cõsistit. s. interius in affectu, & exterius in effectu. 1. Ioan. 3, Nõ diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. Prima designatur in obiecto charitatis, cùm dicit [Idem sapite.] Sapiẽtia enim est cognitio altissimarũ causarum: quia eius est iudicare, quod nullus potest sine causa altissima. Et ideo sapientia est cognitio de diuinis. [Idem ergo sapite, &c.] q.d. Idem sapiatis circa ea quæ sunt fidei. Ro. 15, Deus autem patientiæ & solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secũdum Iesum Christum, vt vno ore glorificetis deum. Sed hoc fit per charitatem eãdem: ideo sequitur, Eandem charitatem habentes. Col. 3, Super omnia charitatem habẽtes, quod est vinculum perfectionis. Item quãtum ad effectum sunt duo necessaria. s. consensus duorum in idem ex parte affectus, & iudiciun rationis cõcors in eodem. Quãtum ad primũ, dicit [Vnanimes]. s. in agendis. Psal. Qui inhabitare facit vnius moris in domo. Rom. 15, Vno ore honorificetis deum. Quãtum ad secũdum, dicit [Idipsum sentiẽtes.] quod ita differt ab hoc quod dicit [Idem sapite.] sicut hoc quod dicit [Vnanimes] ab eo quod dicit [Eãdem charitatẽ habentes.] Secũdò monet ad humilitatem: circa quã primò excludit cõtraria humilitati: secundò monet ad eam. Cõtraria autem humilitati sunt quæ oriuntur ex superbia. Hæc autẽ sunt propriè exterior cõtentio, quia humiles sibi cedunt. Prou. 13, Inter superbos semper iurgia sunt, &c. Iac. 3, Vbi zelus & contentio, ibi inconstãtia & omne opus prauũ. ideo dicit [Nihil per contẽtionem.] Aliud est inanis gloria. Superbus enim inordinatè appetit suã excellẽtiam, etiam in opinione aliorum. Gal. 6, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocãtes, inuicẽ inuidentes, &c. Io. 8, Ego autem nõ quæro gloriã meam, &c. Ideo hîc dicit [Neq; per inanem gloriã.] Et sequitur monitio, sed in humilitate superiores inuicem arbitrãtes. Sicut enim pertinet ad superbiã quòd homo se extollat supra seipsum ad humilitatem quòd homo se subiiciat secũdum suã mẽsuram. Sed quomodo superior poterit hoc implere? Aut enim nõ cognoscit se esse superiorẽ & virtutem suã, & sic nõ est virtuosus, quia nõ est prudens. Aut scit, & sic nõ potest aliũ existimare

superiorem se. Respõdeo dicẽdum est q̃ nullus est sic bonus, quin in eo sit aliquis defectus, & nullus est sic malus, quin habeat aliquid boni. Vnde nõ oportet q̃ eum prẽponat sibi simpliciter: sed q̃tum ad hoc dicat in mente sua, sic, Fortè in me est aliquis defectus, qui non est in illo. Et hoc ostendit Aug. in lib. de virginitate, quomodo virgo præferat sibi cõiugatã, quia fortè feruentior. Sed detur q̃ quãtum ad omnia sit ille bonus, & ille malus, nihilominus tu & ille geritis duplicẽ personam. s. tui & Christi. Si ergo illũ non præponas ratione suæ personę, prẽponas ratione imaginis diuinæ. Rom. 12, Honore inuicẽ prævenientes. Tertiò monet ad mutuam solicitudinem, dicẽs [Non quæ sua, &c.] Cor. 12, Pro se inuicem solicita sunt membra, &c. 1. Cor. 13, Charitas nõ quærit quæ sua sunt.

Lectio 2.

Inducũtur Philippẽ. ad iam dictã exemplo Christi

Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu, qui cùm in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

¶ Postquam Apost. posuit exhortationem suam: hîc hortatur ad virtutẽ humilitatis, exẽplo Christi. Et primò inducit ad imitãdum Christi exẽplum. Secundò ponit eius exẽplum, ibi [Qui cùm in forma, &c.] Dicit ergo, Sitis humiles, vt dixi, ideo hoc sentite. i. experimẽto tenete quod fuit in Christo Iesu. ¶ Notãdum q̃ quinq; modis debemus hoc sentire. s. quinq; sensibus. Primò videre eius claritatem, vt ei conformemur illuminati. Esa. 33, Regem in decore suo videbunt, &c. 2. Cor. 3, Nos autem omnes reuelata facie gloriam dei speculãtes, &c. Secundò audire eius sapiẽtiam, vt beatificemur. 3. Reg. 10, Beati viri tui, & beati serui tui, hi qui stant corã te, & audiunt sapientiã tuam. Psal. In auditu auris obediuit mihi. Tertiò odorare gratias suæ mãsuetudinis, vt ad eum curramus. Can. 1, Trahe me post te, curremus in odore vnguẽtorum tuorũ. Quartò gustare dulcedinem eius pietatis, vt in deo semper dilecti simus. Psal. Gustate & videte quoniã suauis est dominus. Quintò tãgere eius virtutem, vt saluemur. Mat. 9, Si tetigero tantùm fimbriã vestimenti eius, saluabor. Et sic sentire quasi tãgendo per operis imitationem. Deinde cùm dicit [Qui cùm in forma dei, &c.] Proponit exẽplum Christi. Et primò præmittit Christi maiestatẽ. Secundò ponit eius humilitatem, ibi [Semetipsum, &c.] Tertiò exaltationem, ibi [Propter quod, &c.] Et primò maiestatẽ Christi præmittit, vt magis humilitas cõmendetur. Et duo proponit pertinentia ad Christi dignitatem. s. diuinæ naturæ veritatem. Secũdò æqualitatem, ibi [Non rapinam.] Dicit ergo, Qui. s. Christus, cùm in forma, &c. Vnũquodq; enim dicitur in natura generis vel speciei per suã formam. Vnde forma dicitur natura rei. Et sic esse in forma dei est esse in natura dei, per quod intelligitur q̃ sit verus deus. 1. Ioan. vlt. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Sed nõ est intelligendum q̃ aliud sit forma dei, & aliud ipse deus: quia in simplicibus & in materialibus idem est forma: & id cuius est, maximè in deo. Sed quare potius dicit in forma, q̃ in natura? Quia hoc competit nominibus propriis filii tripliciter. Dicitur enim & filius, & verbũ, & imago. Filius enim est qui generatur, & finis generationis est forma. Et ideo, vt ostendatur perfectus dei filius, dicit, in forma: quasi habens perfectè formam patris. Similiter verbum nõ est perfectũ, nisi quãdo ducit in cognitionem naturę rei, & sic verbum dei, in forma dei dicitur, quia habet totam naturã patris. Similiter nec imago dicitur perfecta, nisi habeat formã cuius est imago. Heb. 1, Cùm sit splendor gloriæ, & figura substãtiæ eius, &c. Sed nũquid habet eam perfectè? Sic: quia nõ rapinã, &c. Quod posset dupliciter intelligi. Vno modo de humanitate, & ita nõ intelligebat Paulus, quia hoc esset hæreticũ: quia hoc esset rapina, si referretur ad humanitatẽ. Ideo exponẽdum est alio modo. s. de diuinitate, secũdum quam dicitur de Christo. Repugnat etiam rationi aliter dicere: quia natura dei non est receptibilis in materia: q̃ autem aliquis existens in natura aliqua magis vel minus participet eam est ex materia, sed ibi nõ est: ergo dicẽdum est, q̃ arbitratus est nõ esse rapinam. s. se esse æqualem deo: quia est in forma dei, & cognoscit bene naturã suam. Et quia cognoscit hoc, ideo dicitur Ioã. 5, Aequalem se deo facit. sed hoc non fuit rapina: sicut quãdo diabolus & homo volebãt ei æquari. Esa. 14, Ero similis altissimo, &c. Et Gen. 3, Eritis sicut dii. Hæc autem fuit rapina: ideo pro hac Christus venit satisfacere. Psal. Quæ non rapui, tunc exoluebam. ¶ Deinde cùm dicit [Sed semetipsum, &c.] Humilitatem Christi cõmendat. Primò quantum ad mysterium incarnationis: secundò quãtum ad mysterium passionis, ibi [Humiliauit se, &c.] Circa primum ponit humilitatem: secundò eius modũ & formam. Dicit ergo [Sed semetipsum, &c.] Sed quia erat plenus diuinitate, nunquid ergo euacuauit se diuinitate? Non: quia quod erat, permãsit: & quod nõ erat, assumpsit: sed hoc est intelligẽdum secũdum assumptionem eius quod nõ habuit, sed nõ secũdum assumptionem eius quod habuit. Sicut enim descendit de cælo, nõ q̃ desineret esse in cælo: sed quia incœpit esse nouo modo in terris: sic etiam se exinaniuit, non deponẽdo diuinã naturam: sed assumẽdo naturam humanã. Pulchrè autem dicit, exinaniuit. Inane enim opponitur pleno. Natura autem diuina satis plena est, quia ibi est omnis bonitatis perfectio. Exod. 33, Ostẽdam tibi omne bonũ. Natura autem humana, & anima non est plena, sed in potẽtia ad plenitudinem: quia est facta quasi tabula rasa. Est ergo natura humana inanis. Dicit ergo, Exinaniuit, quia naturã humanã assumpsit. Tãgit ergo primò naturę humanæ assumptionẽ, dicẽs, Formã serui accipiens. Homo enim ex sua creatione est seruus dei, & natura humana est forma serui. Psal. Scitote quoniam dñs ipse est deus, &c. Esa. 42, Ecce seruus meus, &c. Psa. Tu domine susceptor meus es, &c. Cur dicitur cõuenientius formã serui, q̃ seruum? Quia seruus est nomen hypostasis, vel suppositi, quod nõ est assumptum, sed natura: quod enim suscipitur, distinguitur in suscipiente. Nõ ergo filius dei assumpsit hominẽ: quia daretur intelligi q̃ homo esset aliud à filio dei, cùm tamen filius dei factus sit homo. Accepit ergo naturam in persona sua, vt esset idẽ in persona filius dei & filius hominis. Secundò tãgit naturæ cõformitatem, dicens [In similitudine hominum factus]. s. secũdum speciem. Heb. 2, Debuit per omnia fratribus assimilari. Et si dicas, q̃ in domino Iesu Christo nõ conuenit speciem accipere, verum est, qua resultet ex diuinitate & humanitate, quasi diuinitas & humanitas cõuenissent in vnã naturam cõmunem. Vnde sequeretur q̃ diuina natura (vt ita loquar) mutaretur. Tertiò naturæ humanæ cõditiones ponit, dicens [Et habitu inuẽtus vt homo] quia defectus omnes & proprietates continẽtes speciem præter peccatum suscepit. Et ideo habitu inuentus vt homo. s. in exteriori conuersatione, quia esuriit vt homo: fatigatus fuit, & huiusmodi. Hebr. 4, Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Baruch 3.

Post hæc in terris visus est,& cum hominibus conuersatus est.Et sic habitum possumus referre ad exteriores habitudines.Vel habitu quia ipsam humanitatẽ accepit quasi habitum. Est autem habitus quadruplex. Vnus mutat habẽtem,& ipse nõ mutatur,vt stultus per sapientiam. Alius mutatur & mutat,vt cibus. Alius qui nec mutat nec mutatur,vt annullus aduenies digito. Alius qui mutatur & non mutat, vt vestimentũ. Et per hãc similitudinem natura humana in Christo dicitur habitus,qui sic aduenit diuinæ personæ quòd non mutauit ipsam:sed mutata est in melius,quia impleta est gratia & veritate.Io.1,Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre,plenum gratiæ & veritatis.Dicit ergo,In similitudine hominum factus,ita tamen quòd non mutatur: quia habitu inuentus est vt homo.Sed aduertẽdum est ꝙ ex hoc verbo habitu, &c.aliqui errauerunt.Vnde tangitur triplex opinio 6.distinct.3.sentẽtiarum Prima est ꝙ humanitas Christi aduenit ei accidentaliter,quod est falsum:quia suppositum diuinæ naturæ factum est suppositum humanę naturæ:& ideo accidentaliter nõ aduenit ei,sed substãtialiter:non ꝙ diuinitas naturaliter, sed substãtialiter ꝑ ẽdicetur de ipso.Et per hoc etiam excluditur error Fotini,qui dixit ꝙ Christus esset purus homo,nõ de virgine,quia dicitur cùm in forma dei esset.Ergo prius in forma dei erat,q̃ acciperet formã serui, ex qua est minor patre,quia nõ rapinã,&c.Vincitur ergo ꝙ per formã serui meruit.Itẽ excluditur error Arrii, qui dixit ꝙ esset minor patre,quia nõ rapinam,&c.Item Nestorii, qui dixit ꝙ vnio esset intelligenda secũdum inhabitationem,inquãtum.s.deus inhabitauit hominem: & quòd alius est filius hominis, & alius filius dei. Sed Rabanus dicit ꝙ Apost.incarnationẽ nominat exinanitionem. Cõstat autem ꝙ pater inhabitat & spiritussanctus,ergo & isti sunt exinaniti,quod est falsum.Item dicit,semetipsum exinaniuit,ergo idem est qui exinanitus est,& exinaniens.Sed huiusmodi est filius dei, quia ipse semetipsum exinaniuit, ergo est vnio in persona.Item Euthicetis,qui dixit ꝙ ex duabus naturis resultat etiam vna natura.Ergo non accepit formã serui,sed quãdam aliam,quod est cõtra hoc.Item Valentini,qui dixit ꝙ attulit corpus de cælo.Item Apollinaris,qui dixit,ꝙ non habuit animã.Sic enim non esset in similitudinem hominũ factus. ¶ Deinde cùm dicit[Humiliauit semetipsum,&c.]cõmendat humilitatem Christi quo ad mysterũ passionis eius.Et primò ostendit humilitatemChristi:secundò modum,ibi[Factus obediẽs,&c.]Est ergo homo,sed valde magnus: quia idẽ est deus & homo,& tamen humiliauit se.Eccle.3,Quantò magnus es,humilia te in omnibus.Mat. 11,Discite à me quia mitis sum & humilis corde. ¶ Modus humiliationis & signũ humilitatis est obedientia:quia proprium superborũ est sequi propriã volũtatem:quia superbus quærit altitudinem:ad rem autem altã pertinet quòd nõ reguletur alio,sed ipsa alia regulet:& ideo obedientia cõtrariatur superbiæ. Vnde volens ostendere perfectionem humilitatis & passionis Christi,dicit ꝙ factus est obediens, quia si fuisset passus nõ ex obedientia,nõ fuisset ita cõmendabilis:quia obedientia dat meritum passionibus nostris.Sed quo modo factus est obediẽs?Nõ volũtate diuina,quia ipsa est regula:sed voluntate humana,quę regulata est in omnibus secũdum volũtatem paternam.Mat.26,Verũtamen nõ sicut ego volo,sed sicut tu.& cõuenienter introducit in passione obedientiam,quia prima præuaricatio est facta per inobedientiam.Rom.5,Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi,ita & per obedientiam vnius hominis,iusti constituũtur multi.Prou.21,Vir obediens loquetur victorias.Sed quòd magna & cõmendabilis sit hæc obedientia,patet: quia tunc est obedientia magna quando sequitur imperium alterius contra motum proprium:motus autem volũtatis humanæ ad duo tendit,ad vitam & ad honorem:sed Christus non recusauit mortem.1.Pet.3,Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,&c. Item nõ fugit ignominiam.Vnde dicit,Mortem autem crucis:quæ est ignominiosissima.Sap.2,Morte turpissima condemnemus eum.Sic ergo nec refugit mortem,nec genus ignominiosæ mortis.

Lectio 3.

Propter humanitatem obediendo vsq; ad mortẽ exaltatur Christus: vnde ad obedientiã exhortatur Phil. p ẽses.

PROpter quod & deus exaltauit illum,& donauit illi nomen quod est super omne nomen,ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium,terrestrium,& infernorum:& omnis lingua confiteatur,quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.Itaque charissimi mei(sicut semper obedistis)non in præsentia mea tantùm, sed multò magis nunc in absentia mea,cum metu & tremore uestram salutẽ operamini.Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate.

¶ Suprà cõmendauit Christi humilitatem:Hìc cõmendat eius præmiũ:quod est exaltatio & gloria.Lu.14. & 18,Omnis qui se exaltat,humiliabitur:& qui se humiliat,exaltabitur.Iob 22, Qui humiliatus fuerit,erit in gloria.Nota triplicem exaltationem Christi.s.q̃tum ad gloriã resurgentis,ibi[Propter quod,&c.]Quãtum ad notificationem suæ diuinitatis,ibi[Et donauit,&c.]Et q̃tum ad reuerẽtiam totius creaturæ,ibi[Vt in nomine,&c.]Dicit ergo,Propter quod & deus exaltauit illum.s.vt de morte resurgeret.Idem de mortalitate ad immortalitatem.Ro.6,Christus resurgens ex mortuis iam non moritur,mors illi vltrà non dominabitur.Psal.Dextera domini exaltauit me,non moriar,sed viuam.Item,exaltauit eum in dexteris suis constituẽdo.Ephe.1,Cõstituens illũ ad dexterã suam in cęlestibus supra omnẽ principatum,& potestatẽ & virtutem,& dominationem & omne nomen.&c.Sed verum est ꝙ alii exaltãtur in gloria,& in immortalitate, sed ille plus,quia dedit ei nomen,&c.Nomen autẽ imponitur ad significãdam rem aliquã,& tantò nomen est altius,quãtò res significata per illud est altior,& ideo nomẽ diuinitatis est altius.Psal.Domine dominus noster,q̃ admirabile est nomen tuũ,& c.Ergo hoc nomen,vt deus diceretur, & esset,dedit isti.s.Christo patri,tanq̃ vero deo. Sed Fotinus dicit,ꝙ hoc ponitur hìc sicut præmiũ humilitatis Christi:& dicit ꝙ nõ est verus deus,sed ꝙ sit sibi data quædã eminẽtia creaturæ & similitudo diuinitatis:quod non est verũ, quia dicũm est suprà,Cũ in forma dei esset,&c.Dicẽdum ergo est ꝙ in Christo est duplex natura,& vnum suppositũ. Hæc enim persona deus est & homo: & ideo potest hoc dupliciter exponi.Vno modo vt donauerit ei hoc nomen pater,inquãtum est filius dei,& hoc ab æterno per generationem æternam: quæ donatio nihil est aliud,q̃ æterna eius generatio.Io.5,Sicut pater habet vitam in semetipso:sic dedit & filio vitam habere in semetipso,&c. Alio modo de Christo homine,& sic pater dedit illi homini nomen,vt deus esset, nõ per naturam:quia alia est natura dei,& alia hominis:sed vt esset deus per gratiam,non adoptionis, sed vnionis, qua simul esset deus & homo.Rom.1,Prædestinatus est filius dei in virtute,ille.s. qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem.Et hæc est expositio Augustini,secũdum intentionem Apostoli. Similiter habetur

Act.2,Certissimè sciat omnis domus,&c.Prima autem est Ambrosii. Sed quæris q̃tum ad vtranq; expositionem obiiciendo,cur postq̃ dixit,Humiliauit semetipsum,&c.sequitur hìc, propter quod,&c. cùm præmium non præcedat meritum. Non ergo æterna generatio nec incarnatio est præmium passionis Christi: quia præcedunt. Sed dicendum est ꝙ in sacra scriptura dicitur aliquid fieri,quando innotescit.Donauit ergo.i.fecit manifestum mundo,ꝙ hoc nomen haberet.Hoc enim manifestatum est in resurrectione,quia antè nõ erat sic nota diuinitas Christi.Et huic concordat textus sequens,quasi non donauerit quod nõ haberet:sed vt hoc omnes venerentur.Et ponitur duplex veneratio.s.in subiectione operis,& in cõfessione oris, ibi[Et omnis lingua,&c.]Dicit ergo,& dedit illi nomẽ quod est sup̃ omne nomen,etiã secũdum ꝙ homo. Ideo subdit,Vt in nomine Iesu,quod est nomen hominis,omne genu flectatur.Phil.2.& Esa.45, Mihi curabitur omne genu,&c.Sed hìc errauit Origenes:quia cùm audiuit,ꝙ omne genu flectatur,quod est reuerentiam exhibere,credidit futurum quãdoq; ꝙ omnis creatura rationalis,siue angeli,siue homines,siue dęmones subiicerentur Christo subiectione charitatis.Sed cõtra hoc est illud Mat.25, Ite maledicti in ignem æternum,&c.Sed dicendum est,ꝙ est duplex subiectio:vna voluntaria,& alia inuoluntaria.Et est futurum ꝙ omnes angeli sancti Christo subiiciantur voluntariè,& ideo dicit,omne genu flectatur,& ponitur signũ pro signato.Psal.Adorate eum omnes angeli eius.Item ꝙ homines beati & sancti ac iusti hoc modo subiicientur.Psal.Omnes gentes quascũq; fecisti,venient & adorabunt coram te domine,& glorificabũt nomẽ tuũ.Sed dęmones & dãnati non sic:sed inuolũtariè subiiciũtur.Ia.2,Dęmones credunt & cõtremiscũt,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Et omnis lingua cõfiteatur,&c.]ponitur exhibitio reuerẽtiæ in confessione oris. Omnis lingua.s.cælestium,terrestrium,& infernorum.Non de confessione laudis dicitur hoc respectu infernorum,sed de coacta,quę fit per recognitionem dei.Esa.40,Videbit omnis caro pariter ꝙ os domini locutum est,&c.Psal.Confiteãtur nomini tuo quoniam terribile & sanctum est,&c. Et hoc quia dominus Iesus Christus,&c.Iste.s.homo in gloria,&c.Non dicit,in simili,quia in eadem.Ioã.5,Omnes honorificent filiũ, sicut honorificãt patrem ¶ Et notãdum est ꝙ in principio dicit[Qui cùm in forma,&c.] Hìc dicit,in gloria:quia futurum erat quòd illud quod ab æterno habuit,omnibus innotesceret:vt Ioã.17,Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. ¶ Deinde cùm dicit[Itaq; fratres,&c.]concluditur exhortatio.Et circa hoc tria facit:quia primò hortatur ad bene agendum:secundò ostendit quomodo debent agere,ibi[Omnia autem,&c.]Tertiò quo fructu,ibi[Vt sitis,&c.] Item prima in tres.Quia primò cõmemorat præteritam obedientiam:secundò ostendit quid agere debeant,ibi[Non in præsentia,&c.]Tertiò dat fiduciam adimplendi,ibi[Deus enim,&c.]Dicit ergo,Itaq; ex quo Christus sic se humiliauit,& propter hoc est exaltatus,debetis scire ꝙ si humiliamini,exaltabimini: & hoc debetis facere:quia semper obediuistis.Et facit mẽtionem de obedientia,cõmendãdo bona eorum,& hoc ideo,quia per obedientiam intelligitur omnis virtus:quia ex hoc est homo iustus,quòd mãdata dei custodit.Ro.6,Serui estis eius cui obedistis,siue peccati ad mortem,siue obeditionis ad iustitiam,&c.Item omne bonum quantũcunq; bonum est per se,per obedientiam redditur melius.Prou.21,Vir obediens loquetur victorias.Item cum obedientia inter alias est maxima.Nam offerre de rebus exterioribus est magnum,sed maius si de corpore,maximũ autem si de anima & voluntate tua,quod fit per obedientiam.1.Reg.15, Melior est obedientia q̃ victimæ,& auscultare magis q̃ offerre adipem arietum,&c.Sed si sic fecistis,hortor vt adhuc sic faciatis de cętero. ¶ Deinde cùm dicit[Non in præsenti,&c.]ostendit quid agere debeant.Et primò monet,vt agant fideliter:quia seruus infidelis non seruit,nisi quãdo dominus videt:quia non curat,nisi placere,sed fidelis semper bene operatur:& ideo dicit,Non in præsentia mea tantùm: quia sic videretur quòd non faciatis ex instinctu bonæ voluntatis. Ephe.6,Non ad oculũ seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes volũtatem dei: ex animo cum bona voluntate seruientes sicut domino & nõ hominibus. Secũdò vt humiliter,ibi[Cum metu & tremore,&c.] Superbus enim nõ timet,sed humilis.1.Cor.10,Qui se existimat stare,videat ne cadat.Pro.28,Beatus homo qui semper est pauidus.Psal. Seruite domino in timore,& exultate ei cum tremore.Tertiò salubriter,ibi[Vestram salutem operamini.]Mat.10.& 24,Qui perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit ¶ Deinde cùm dicit[Deus enim,&c.]cõfirmat fiduciã,& excludit quatuor falsas existimationes.Vnam hominũ credentium ꝙ homo per liberum arbitrium possit saluari absq; diuino auxilio.Contra hoc dicit,Deus:&c.Io.14,Pater in me manens ipse facit opera.& 15, Sine me nihil potestis facere.Alii omnino negãt liberũ arbitrium:dicẽtes ꝙ homo necessitatur à fato vel à prouidẽtia diuina.Et hoc excludit,cùm dicit,In vobis,quia interius per instinctũ mouet voluntatem ad bene operãdum.Esa.26,Omnia enim opera nostra operatus es in nobis.Tertia Pelagianorum,sicut & primi dicentium electiones in nobis sed prosecutiones operum in deo:quia velle est à nobis,sed perficere à deo. Et hoc excludit,dicens,Et velle & perficere.Rom.9,Non est volentis.s.velle sine auxilio dei:neque currentis.s.curere,sed miserẽtis est dei.Quarta ꝙ deus facit omne bonum in nobis,& hoc per merita nostra.Hoc excludit,cùm dicit,Pro bona voluntate.s.sua,non pro meritis nostris,quia ante gratiam dei nihil boni meriti est in nobis.Psal.Benignè fac domine in bona voluntate tua,&c.

Lectio 4.

Docetur modꝰ faciẽdi opera salutis.

OMnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus:ut sitis sine querela,& simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ:inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,uerbũ uitæ continentes ad gloriam meã in diem Christi: quia nõ in uacuũ cucurri,neq; in uacuum laboraui.Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei uestræ,gaudeo & congratulor omnibus uobis:idipsum autem & uos gaudete & cõgratulamini mihi.Spero autẽ in domino Iesu,Timotheũ me citò mittere ad uos, ut ego bono animo sim, cognitis quæ circa uos sunt.Neminem enim habeo tam unanimem,qui syncera affectione pro uobis solicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt,quæ sunt,non quæ Iesu Christi.Experimentum autem eius cognoscitis, quoniam sicut patri filius,mecum seruiuit in euangelio.Hunc igitur sperо me mittere ad uos,mox ut uidero quæ circa me sunt.Confido autem in domino,quoniam & ipse ueniam ad uos citò. Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem & cõmilitonem meum, uestrum autem apostolum,& ministrum necessitatis meæ,mittere ad uos:quoniam quidem omnes uos desiderabat, & mœstus erat propterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est usq; ad mortem: sed deus misertus est

eius: non ſolùm autem eius, uerumetiam & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem. Feſtinantius ergo miſi illum, ut uiſo illo iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, & eiuſmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Chriſti uſque ad mortem acceſſit: tradens animam ſuam, ut impleretur id quod ex uobis deerat erga meum obſequium.

¶ Supra Apoſtolus induxit ad faciendũ opera ſalutis: hîc docet eos modum faciẽdi. Et primò docet ipſum modum: ſecũdò aſsignat rationẽ eius, ibi [Vt ſitis, &c.] Docet duplicem modũ faciẽdi, vt. ſ. ſine murmure & ſine dubitatione. Opera enim virtutũ ſunt difficillima, & in his habet locum murmuratio. 1. Cor. 10, Neq; murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Et ne dubitetis anfiant. Iac. 1, Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris qui à vento mouetur, & circũfertur, &c. Ponit autem huius rationem, & primò ex parte eorum: ſecundò ex parte Apoſtoli, ibi [Ad gloriam, &c.] Circa primũ po nitur triplex ratio. Prima in comparatione ad fideles, cùm dicit [Vt ſitis ſine querela.] Luc. 1, Incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela, &c. Sine peccato autem nullus eſſe poteſt, ſed bene ſine querela. Vnde ad hoc monet. Secũdò in comparatione ad deum, ibi [Simplices, &c.] Filius enim eſt ſimilis patri. Deus autem ſimplex eſt: vnde ſimplices ſimus ſicut filii dei, quod eſt, quãdo intentio eſt ad vnum. Iac. 1, Vir duplex animo incóſtans eſt in omnibus viis ſuis. Mat. 10, Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut colũbę. Tertiò in cõparatione ad infideles, ibi [Sine reprehẽſione, &c.] i. vt bene ſe habeant ad infideles, vt. ſ. ſint ſine offenſione in medio nationis prauæ, q̃tum ad mala opera: & puerſæ, q̃tum ad in fidelitatem: & hoc eſt quãdo non poſſunt infamari ab eis. 1. Tim. 5, Nullã occaſionem date aduerſario male dicti gratia. Et huius ratio ponitur, ibi [Inter quos, &c.] Quia qualitercunq; mũdus varietur, luminaria cæli clara manẽt. Mat. 5, Vos eſtis lux mundi, &c. Lucens nõ quãtum ad eſſentiam, quia ſic tantũ deus lux eſt. Io. 1, Et vita erat lux hominũ, &c. At verò ſancti nõ ſic. Io. 1, Nõ erat ille lux, &c. Sed ſunt lux inquãtum habent aliquid lucis illius qui erat lux hominum. ſ. verbi dei irradiãtis nobis. Et ideo dicit, verbum vitæ conti nentes. ſ. verbum Chriſti. Ioan. 6, Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Pſal. Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. ¶ Deinde ponit rationem ex parte Apoſtoli, ibi [Ad gloriã meam.] Secundò manifeſtat rationem, quia ſubditi debent bene agere, etiam vt cedat in gloriã prælatorum. Eorum enim eſt gloria quando ſubditi ſunt bene inſtructi. Prou. 10, Filius ſapiens lætificat patrem, &c. 1, Theſſal. 2, Vos enim eſtis gloria noſtra, &c. Et hoc in diem Chriſti, quando. ſ. adducet ſecum fideles. Et hoc propter duo eſt ad gloriã. ſ. propter laborem in prædicatione, propter paſsionem mortis quam ſuſtinuit. Et ideo dicit [Quia non in vacuum cucurri, neq; in vacuum laboraui.] Curſum dicit prædicationem propter agilitatem, quia à Hieruſalem vſq; in Hiſpaniam. Item labores, propter cõtradictiones & pœnas quas pertulit, & hoc non in vacuũ, immo in multum fructũ. 1. Cor. 15, Gratia eius in me vacua non fuit. Item propter paſsionẽ, ibi [Sed & ſi immolor.] Conuertens enim aliquos quaſi de illis quos cõuertit, offert ſacrificium deo. Sed quandoq; offerentes à tyrãnis occiſi ſunt ſupra ſacrificium, ſicut habetur Lucæ 13, Et ideo dicit, Offero deo ſacrificiũ de vobis, ſed ſi cõtingat q̃ & ego ſupra hoc immoler. i. occaſione ſacrificii cõuerſionis veſtræ occidar, gaudeo propter me. Iac. 1, Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, &c. Et cõgratulor vobis q̃ habetis fidem etiam cum periculo perſonæ meæ, cui & in hoc congratulamini. Et ideo dicit, Idipſum gaudete & cõgratulamini mihi. Ro. 12, Gaudere cum gaudẽtibus. ¶ Deinde cùm dicit [Spero autem, &c.] Proponit in exẽplum diſcipulos ſuos. Et primò Tim. 2, Epaphroditũ, ibi [Neceſſarium autem, &c.] Circa primum, primò præmittit miſsionẽ Timothei: ſecundò cõmendat eum, ibi [Neminẽ, &c.] Tertiò innuit tẽpus miſsionis, ibi [Hunc igitur, &c.] Dicit ergo [Spero, &c.] Notãdum eſt q̃ Apoſtolus ſic habuit fiduciam in deo, q̃ etiam minima attribuebat deo. 2. Co. 3, Non q̃ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Litera eſt plana. ¶ Deinde cõmendat eum, & primò ex charitate ad eos: ſecundò ex deuotione ad Apoſtolum, ibi [Experimentũ, &c.] Et ſic facit bonus mediator, quia illos diligit, hunc veneratur. Item primò ponit cõmendationem: ſecundò exponit, ibi [Omnes enim quæ, &c.] Dicit ergo [Mitto, &c.] Quia neminem, &c. ſ. in profectũ veſtrum. Pſal. Qui inhabitare facit vnius moris in domo. [Qui ſolicitus ſit.] Rom. 12, Qui præeſt in ſolicitudine. [Syncera affectione] quia ſolùm propter deũ. 2. Cor. 1, Ex ſynceritate, ſicut ex deo, corã deo, in Chriſto loquimur. Ratio autẽ quare, Neminem, &c. quia omnes quæ, &c. i. non quæ ad ſalutem proximorum ſunt, & ad honorem dei quærunt, ſed quæ ad lucrũ & gloriam, & quæ ſua ſunt. Sed nunquid Lucas & Epaphroditus, & alii qui erant cum Apoſtolo quærebãt quæ ſua ſunt? Reſpõdeo, Dicẽdum eſt q̃ in ſocietate Apoſtoli plures erant qui hoc quærebant, qui & deſeruerunt eum. 2. Tim. 4, Demas enim me reliquit, diligens ſeculum, & abiit Theſſalonicã: Creſcens in Galatiam: Titus in Dalmatiam: Lucas eſt mecum ſolus. Sed conſuetudo eſt q̃ aliquando ſcriptura loquitur de nõnullis, ſicut de omnibus. Hie. 6, A minori quippe vſq; ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum, &c. Et ideo eſt diſtributio accõmoda. Et ſi vultis ſcire, quomodo ſe habet ad me? Reſpondeo, Experimentum, &c. i. quaſi eſſet ſpecialis filius. 1. Cor. 4, Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſsimus & fidelis in domino, &c. Hunc ergo ſic ſolicitũ pro vobis, ſic mihi charum, ſpero, &c. Sed quare non ſtatim? Et ſciendum quòd aliter eſt de Chriſto, & de aliis ſanctis. In Chriſto enim eſt plenitudo gratiarũ, vnde habuit ſemper notitiã omnium: non ſic alii ſancti. Vnde Apoſtolus præuidebat aliqua de futuris circa ſe, aliqua ignorabat. Et ſic non reuelatũ erat ſibi, an deberet liberari de vinculis. Et ideo dicit [Mox, &c.] Quia ſi detur facultas, perſonaliter veniam. Et ideo cõfido, &c. Sed tamen liberatus à vinculis non fuit. Pſal. Quoniam tu illuminas lucernã meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Semper enim aliquid tenebroſum eſt in ſanctis. ¶ Deinde cùm dicit [Neceſſarium, &c.] proponit in exẽplum alium ſuũ diſcipulum. ſ. Epaphroditum. Et primò deſcribit ipſum: ſecundò oſtendit quomodo ſuſcipiatur, ibi [Excipite, &c.] Circa primũ duo facit, quia primò cõmendat eum, ſecundò oſtendit cauſam miſsionis, ibi [Quoniam quidem, &c.] Tertiò eam exponit, ibi [Nam & infirmatus eſt, &c.] Dicit ergo [Neceſſariũ, &c.] Nõminat autem eum fratrem propter fidem. Mat. 23, Omnes vos fratres eſtis, &c. Cooperatorem. ſ. in labore prædicationis. Prou. 18, Frater qui iuuatur à fratre quaſi ciuitas fir

ma. Et cõmilitonem, &c. quia ſimul paſsi tribulationem. 2. Timo. 2, Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu, &c. Apoſtolum. i. doctorem. Hic fuit epiſcopus Philippẽſium, & miſſus ab eis vt ſeruiret Apoſtolo: & ideo dicit, Miniſtrũ neceſsitatis meæ. infrà 4, Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis in odorẽ ſuauitatis hoſtiam acceptã, placentem deo. Sed quare? ad ſatisfaciendum deſiderio, quo deſiderio deſiderat videre vos. Ro. 1, Deſidero enim vos, &c. Item ad ſubueniendum ſuæ triſtitiæ, quia triſtis erat de veſtra triſtitia, quam conceperatis, quando audiſtis eum infirmari: & exponit cauſam, dicens, Nã & infirmatus eſt vſq; ad mortem. ſ. ſecundũ iudicium medicorũ, non autem ſecũdum prouidentiã diuinam, ſed ad honorem dei. Io. 11, Infirmitas hæc non eſt ad mortẽ, ſed pro gloria dei. Ideo ſequitur, Sed deus miſertus eſt eius. Pſal. Miſerere mei deus quoniã infirmus ſum, &c. Et nõ ſolùm, &c. quia triſtitiã temporalẽ & naturalem habuit de afflictionibus ſuis, ſicut & Chriſtus legitur aliquando habuiſſe. ¶ Conſequenter cõcludit miſsionem, & patet litera, & oſtendit quomodo recipiatur, & ſecũdò huius cauſam. Recipiendus eſt honorificè in domino, cuius eſt miniſter. Gal. 4, Sicut angelum dei excepiſtis me, ſicut Chriſtũ Ieſum. 1. Tim. 5, Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur: maximè qui laborant in verbo & doctrina, &c. Et hoc propter, &c. i. propter deũ & ſalutem fideliũ vſq; ad mortem acceſsit. Io. 15, Maiorẽ charitatem nemo habet, vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis, &c. [Tradens] Io. 10, Bonus paſtor animã ſuam ponit pro ouibus ſuis. Et hoc, vt impleret, &c. quod vos perſonaliter non potuiſtis circa meum obſequium.

Caput 3.

Monentur Philip. gaudere nõ in legalibus, ſed in dõmino, & ob hoc dicit Paul⁹ ſe itẽrũ ſcribere q̃ iã verbo eis dixerat.

DE cætero *fratres mei, gaudete in domino: eadẽ uobis ſcribere, mihi quidẽ non pigrũ, uobis autẽ neceſſarium: uidete canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. Nos enim ſumus circumciſio: qui ſpiritu ſeruimus deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes, quanquam & ego habeo confidentiam in carne. Si quis alius uidetur confidere in carne: ego magis, circũciſus octauo die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecũdum legem phariſæus, ſecundum æmulationem perſequens eccleſiam dei, ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt, cõuerſatus ſine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtũ, detrimenta, ueruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei, propter quẽ omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam, ut & mueniar in illo.*

¶ Propoſuit exẽpla quæ ſequi deberẽt: hîc oſtendit quorũ exẽpla debent vitare. Et circa hoc tria facit: quia primò præmittit quos vitare debẽt: ſecũdò exẽplum vitãdi per conuerſationẽ ſanctorũ, ibi [Vos enim, &c.] Tertiò inducit ad vitãdum eos quos illi reputabãt imitabiles, ibi [Imitatores, &c.] Iterũ prima pars diuiditur in tres particulas: quia primò præmittit finẽ huius doctrinę: ſecũdò ſcribẽdi neceſsitatẽ, ibi [Eadẽ vobis, &c.] Tertiò neceſsitatis rationẽ, ibi [Videte, &c.] Intentio ammonitionis eſt remouere fideles gentes à legalibus, ad quæ quidã eos inducebant. Et ideo dicit, O fratres. ſ. per fidem, de cætero. i. poſtq̃ vos monui, vt ſuprà, Gaudete in domino tantùm, nõ in legalibus obſeruãtiis. Abac. 3, Ego autẽ in domino gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo, &c. Et hoc, quia [eadẽ] quæ dixi in præſentia [nõ eſt mihi pigrũ vobis ſcribere] in abſentia. Verba enim de facili trãſeunt, ſed ſcripta manent. Eccl. 38, Sapientiã ſcribe in tẽpore vacuitatis, &c. Iudæ 1, Omnem ſolicitudinẽ faciens ſcribendi vobis, de cõmuni veſtra ſalute neceſſe habui ſcribere vobis, &c. Ro. 15, Audacius ſcripſi vobis fratres, ex parte tanq̃ in memoriã vos reducẽs, &c. Et cauſa huius neceſsitatis eſt, quia inſtãt ſeductores: & ideo oportet inſtãtius veritatem ſcribere: vnde dicit, Videte. i. obſeruate, &c. Et tria de his dicit. ſ. ſæuitiam cordis irrationabilem: vnde dicit, Canes. Gloſ. Natura canis eſt, vt ſtatim ex ira latret, non ex ratione, ſed ex conſuetudine. Sic & illi. Eſa. 56, Canes impudẽtiſsimi neſcierunt ſaturitatem, ipſi paſtores neſciuerunt intelligentiam, &c. Apoc. vlt. Foris canes, &c. Secundò peruerſæ doctrinæ ſeminationem, ibi [Malos operarios] quia nõ fideliter in vinea domini laborãt, nec bonũ ſemen in agro mittunt. Mat. 13, Inimicus homo hoc fecit, &c. 2. Tim. 2, Cura teipſum probabilẽ exhibere deo, &c. Tertiò diſſenſionis, ibi [Concisionem.] Et hoc verbo vtitur in eorũ ſuggillationem. Prædicãt enim circũciſionem quæ non poteſt ſtare cum gratia Chriſti. Gal. 5, Si circuncidamini, Chriſtus nihil vobis proderit. vnde alludens vocabulo, dicit, Concisionem: quaſi non circunciſionem, ſed cõciſionem habeãt. ¶ Deinde cùm dicit [Nos autem. &c.] oſtẽdit quomodo vitentur à ſanctis. Et primò quomodo ab omnibus. Secũdò quomodo ab ipſo, ibi [Quapropter, &c.] Dicit ergo, Ego dico q̃ illi ſunt cõciſio, ſed nos vera circũciſio. Qui ſpiritu, &c. Eſt autem duplex circunciſio. ſ. corporalis, & ſpiritualis. Ro. 2, Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq; quæ in manifeſto eſt in carne, eſt circunciſio, ſed qui in adbſcõdito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu, nõ litera, &c. Circũciſio enim carnis eſt, quæ eſt de ſuperfluo carnis: ſed circunciſio ſpiritus, per quã ſpiritus ſanctus abſcindit ſuperfluas interiores cõcupiſcẽtias. Et ideo dicit, Nos ſumus, &c. i. qui interius circuncidit nos deo. Ro. 2, Teſtis enim eſt mihi deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in euãgelio filii eius, &c. 1. Cor. 14, Pſallam ſpiritu, pſallam & mente: orabo ſpiritu, orabo & mente, &c. Data eſt autem circũciſio, vt oſtenditur Ro. 4. vt ſignũ fidei Abrahæ oſtẽderetur, vt. ſ. eius fides oſtenderetur vera, quæ fuit fides de futuro ſemine. Gal. 3, Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones, &c. Eſt ergo circunciſio, ſignũ fidei Abrahæ de Chriſto. Ille ergo circunciditur qui interius per ſpiritum ſanctũ renouatur in Chriſto, qui eſt veritas circũciſionis. Col. 2, Circunciſi eſtis circunciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circunciſione Chriſti, &c. [Et nõ habentes fiduciam in carne]. i. in carnali circũciſione: quia, vt dicitur Io. 6, Spiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam. Sumitur autem caro aliquãdo in nobis pro carnali cõcupiſcentia, quãdoq; pro carnis cura, & vtrũq; debemus circũcidere, nec in eis gloriari. ¶ Deinde cũ dicit [Quanq̃ ego, &c.] Ponit exẽplum proprium: & primò præmittit eminẽtiam ſuã quam habebat in ſtatu legali. Secũdò oſtendit quomodo eam contẽpſit, ibi [Sed quæ, &c.] Primũ proponit primò in generali. Secundò explicat per partes, ibi [Circunciſus, &c.] Circa primũ duo facit: quia primò oſtendit fiduciam quam habere potuit in legalibus, dicens, Non debemus habere fiduciam in legalibus (quãquam habeam). i. poſſem habere ſi vellem, quia in quo quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego, &c. vt dicitur 2. Cor. 11, Et hoc etiam excellentius, quia ego magis. 2. Corint. 11, Vt minus ſapiens dico plus ego, &c. Et hoc totum adducit, vt efficacius deſtruat obſeruationes legales. Multi enim contemnunt quæ neſciunt, vel nõ habent: & hoc non valet,

ſed tunc quando aliquis habet & contẽnit,& non gloriatur in eis.Sic ſi Apoſtolus non habuiſſet locũ in ſta tu legalium, poterat dici q̃ ideo ad ſtatum euãgelii vẽit. Et ideo oſtendit per hoc eminẽtiam ſuã in ſtatu il lo.Et primo q̃tum ad genus:ſecundò q̃tum ad cõuerſationem,ibi[Secũdum legẽ,&c.]Quãtum ad primũ triplicit̃er,quãtum ad generis ſacramentum,quia circũciſus octauo die. Gene.17,Vt ſit ſignum fœderis in ter me & vos,&c.Et dicit, octaua die,quia hæc erat differentia inter proſelytos, & eos qui erant de genere Abrahæ,quia illi non octaua die,ſed iam adulti quando conuertebãtur:ſed iſti ſecundum legem octauo die. Gene.17,Infans octo dierum circuncidetur ex vobis. Sic ergo non vt proſelytus, ſed vt verè Iſraelita fuit. Secũdò quãtum ad ipſum genus:& primò q̃tum ad gentem,cùm dicit,Ex genere Iſrael.Ex Abraham enim duæ gentes deſcenderunt.Vna per Iſaac:& alia per Iſmael.De primo,duæ.Vna per Eſau:& alia per Iacob. Sed duæ.ſ.quæ ex Eſau,& Iſmaelite non ſunt conſecutæ hæreditatem: ſed ſolus Iacob,qui & Iſrael. Ideo di cit,Ex genere Iſrael.2.Cor.11, Iſraelitæ ſunt,& ego.Item quãtum ad tribũ: quia in tribu Iſrael erãt quidam de ancillis.ſ.de Bala & Zelpha: quidam de liberis.ſ.Lia & Rachel.Et inter iſtos quidã ſemper erant in cul tu dei.ſ.Leui,Iuda & Beniamin. Aliæ tempore Hieroboã conuerſæ ſunt ad idola. Et ideo tribus Beniamin priuilegiata erat,quia in fide & dilectione vxoris,& in ea templum.Deut.33,Beniamin amãtiſſimus domi ni habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur,& inter humeros illius requieſcet,&c. Gene.49,Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Quo figurabatur Pau lus,qui fuit quandoque contra eccleſiam.Tertiò quãtum ad nomen & linguam,cùm dicit,Hebræus.Aliqui dicũt,quòd Hebræus dicitur ab Abraham:& hoc dicit Auguſtinus,ſed poſtea retractat.Sed dicitur ab He ber,de quo Gene.11.Quòd autem non ab Abrahã,patet.quia etiam Abrahã dicitur Hebræus. Geneſ.14, Nuntiauit Abrahæ Hebræo.Dicit glo.ſuper Gene.11,Quòd tempore Heber diuiſum eſt labium gentium omnium,& illa lingua remanſit in familia Heber, & in cultu vnius dei,& inter omnes Hebræos.Natus eſt etiam ex parentibus Hebræis:& ideo dicit,Ex Hebræis. ¶ Deinde oſtendit ſuam eminentiã quo ad cõuer ſationem.Et primò quãtum ad ſectam,cùm dicit[Secũdum legem phariſæus] Apud Iudæos ſiquidem erãt tres ſectæ.ſ.phariſæorum,ſaduccorum & heſſeorum.Sed phariſæi magis ad veritatem accedebãt,quia ſadu cæi negabant reſurrectionem,neque credebãt eſſe angelos,neque ſpiritus.Phariſæi autem vtrunq; cõfiten tur:vt dicitur Act.23,Et ideo in hoc cõmendabilior eſt ſecta phariſeorum.Quomodo autem phariſæus fue rit,dicitur Act.26,Quoniam ſecũdum certiſsimam ſectã noſtræ religionis vixi phariſæus.Secundò quantũ ad æmulationẽ quam habuerunt Iudæi,licet non ſecũdum ſcientiã,in perſequẽdo Chriſtianos: ideo dicit, Perſequens eccleſiã dei.Gal.1, Qui perſequebatur nos aliquãdo,nunc autẽ euãgelizat fidẽ quam aliquãdo expugnabat.Et Act.26,Et ego quidem exiſtimauerã me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa cõtraria agere,quod & feci Hieroſolymis,& multos ſanctorũ ego,in carceribus incluſi,&c.1.Cor.15,Nõ ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiã dei.Tertiò quãtum ad innocentiã conuerſatio nis.Ideo dicit,Secundum iuſtitiã,&c.Hęc iuſtitia cõſiſtit in exterioribus,ſed iuſtitia fidei eſt cordis.Act.15, Fide purificãs corda eorum.Nam quãtum ad iuſtitiam exteriorem Apoſtolus innocenter vixit.Et ideo di cit,Sine querela. Non autem ait, ſine peccato, quia querela eſt peccatum ſcandali proximorum in his quæ ſunt exteriora.Luc.1,Incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela,&c.Et ideo non eſt cõtrarium quod dicitur Ephe.2,In quibus & nos ambulauimus.quia veram iuſtitiã fidei,quæ facit hominem purum,tunc non habuit,ſed ſolùm legis.Deinde cùm dicit[Sed quæ mihi,&c.] oſtendit contẽ ptum ſuæ eminentiæ in legalibus.Et primò oſtendit propter quid legalia contẽpſit in generali: ſecundò in ſpeciali,ibi[Veruntamen, &c.] Dicit ergo[Hæc quæ fuerunt,&c.]i.reputabam magna.ſ.q̃ phariſæus,&c. Hæc ſum arbitratus propter Chriſtũ mihi detrimenta.i.reputo q̃ ſunt mihi in detrimẽtum.Legales enim obſeruantiæ,quæ tempore legis erant efficaces,poſt Chriſtũ factæ ſunt noxiæ.Et ideo dicit detrimenta.Et finis huius eſt Chriſtus.Et ideo dicit,Propter Chriſtum.Et exponit,quia primò propter Chriſtum cogno ſcendum: ſecundò propter Chriſtum adipiſcendum. Quãtum ad primum,dicit,Veruntamen exiſtimo om nia detrimenta eſſe : verum eſt ſi eis inniteretur . Et hoc quod aliquando feci , reputo mihi detrimentum, & hoc propter deſiderium rectæ ſciẽtiæ Chriſti domini mei.1.Corin.2, Nihil reputaui me ſcire niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum.Et hoc propter eminentem ſcientiã,&c.quia hæc ſuperat omnes alias ſcien tias.Nihil enim melius poteſt ſciri quàm verbũ dei, in quo ſunt omnes theſauri ſapientię & ſcientiæ abſcõ diti.Coloſſ.2,Quantum ad ſecundum dicit,Propter quem omnia,&c.Et primò oſtendit q̃ propter Chri ſtum adipiſcẽdum contẽpſit legalia.Secundò oſtendit q̃ poſsit Chriſtum adipiſci,ibi [Non habes,&c.]Di cit ergo,Omnia detrimentum facio, habendo me ad ea ſicut ad detrimentum,& vilia: & hoc vt Chriſtũ lu crifaciam.i.adipiſcar ipſum & adiungar ei per charitatem.

Exponit lectã q̃ Chriſto fieri per iuſtificationẽ, ſimulq; veracẽ doctrinã iuſtitiã.

Lectio 2.

NOn habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt,ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu,quæ ex deo eſt iuſtitia in fide, ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſsionis illius,configuratus morti eius,ſi quo modo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis.Non quòd iam acceperim,aut iam perfectus ſim. Sequor autem ſi quo modo cõprehendam in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.Fratres ego me non arbitror cõprehendiſſe.Vnum autem (quæ quidem retrò ſunt obliuiſcens , ad ea verò quæ ſunt priora extendens meipſum) ad deſtinatum perſequor brauium ſupernæ uocationis dei in Chriſto Ieſu.

¶ Oſtendit ſuprà, præterita lucra contemnere propter Chriſtum, & oſtendit q̃ intẽdebat Chriſtũ cogno ſcere,& Chriſtum lucrari,& hoc intẽdit hîc ſpecialiter exponere.Et primò quomodo deſiderat Chriſtũ lu crari & inueniri in eo per iuſtitiã.Secũdò per paſsionis tollerãtiam,ibi[Cõfiguratus,&c.] Circa primũ,pri mò oſtendit quæ ſit iuſtitia quam dereliquit.Secundò quæ ſit quam quærit,ibi[Sed,&c.]Sciẽdum eſt autẽ q̃ iuſtitia quãdoq; ſumitur,vt eſt ſpecialis virtus,per quam homo ponit rectitudinem in his quę ſunt ad cõ munem cõuictum,& ſecũdum quod eſt in his directiua.Nã tẽperantia eſt circa interiores paſsiones.Iuſtitia autẽ eſt ad alterum.Alio modo iuſtitia dicitur virtus generalis,ſecũdum q̃ homo ſeruat legem propter bo num cõmune:& hoc modo frequẽter in ſcriptura ſacra ponitur pro obſeruãtia diuinæ legis.Pſal. Feci iudi cium & iuſtitiã.i.legẽ,quam ſeruabat ex amore,quaſi motus ex ſe:& ſic eſt virtus.Nõ autẽ ſi alio modo.i.ex

aliqua exteriori cauſa.ſ.vel propter lucra,vel propter pœnas,& ſi obſeruatio ei diſpliceat. Et ſecũdum hoc eſt duplex modus iuſtitię:vnus eſt iuſtitiæ moralis:alius eſt iuſtitiæ legalis,per quam,legẽ non ex amore,ſed timore ſeruat.Et ideo dicit,Nõ habens meam iuſtitiã quæ ex lege eſt:quia vt dicit Aug.Breuis differẽtia le gis & euãgelii,eſt amor & timor.Ro.8,Nõ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis,&c.Sed ſi tua eſt,quomodo eſt ex lege?Reſpõdet,immo eſt mea, quia humana virtute abſq; ha bitu gratiæ interioris iuſtificãtis facio talia opera,ſed ex lege eſt,ſicut à docente.Vel mea eſt,quod præſumo per me eã ſeruare.Ro.10,Moyſes enim ſcripſit quoniã iuſtitiam quæ ex lege eſt,qui fecerit homo, viuet in ea.De hac iuſtitia quam quærit, tria dicit.ſ.modũ adipiſcẽdi,actorem,& fructũ. Modus eſt quia nõ adipiſci tur, niſi ex fide Chriſti. Ro.5, Iuſtificati igitur ex fide,pacẽ habeamus ad deũ, per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.Ro.3,Iuſtitia autẽ dei per fidẽ Ieſu Chriſti in omnes,& ſuper omnes q credũt.Actor autẽ eſt deus, & non homo. Ro.8, Deus qui iuſtificat. Ro.4,Credẽti autẽ in eum qui iuſtificat impiũ,reputatur fides e ius ad iuſtitiã,ſecundũ propoſitũ gratiæ dei. Et ideo dicit,Quę ex deo eſt,&c.Act.5,Et ſpiritusſanctus quẽ dedit deus omnibus,&c. Fructus eſt cognitio eius, & virtus reſurrectionis eius, & ſocietas ſanctorum eius. Et de huiuſmodi,ſecundũ duplicẽ cognitionem,poteſt dupliciter agi.Vno modo exponẽdo de cognitione viæ, & ſic oportet tria cognoſcere de eo.Primò eius perſonã.ſ.quòd eſt verus deus,& verus homo. Et ideo dicit ad cognoſcẽdum illum. Io. 14, Tanto tempore vobiſcũ ſum,& non cognouiſtis me,&c. Secũdò glo riã reſurrectionis eius.Vnde dicit,Et virtutẽ reſurrectionis eius.i.reſurrectionẽ virtuoſam factã propria vir tute.Tertiò qualiter eum imitentur,ibi[Et ſocietatem].ſ. vt ei ſociemur in paſsione.1.Pet.2, Chriſtus paſ ſus eſt pro nobis,vobis relinquens exẽplum vt ſequamini veſtigia eius.Secundò de cognitione experimen tali,& incipit à poſteriori,quod eſt vltimũ in executione,& primũ in intẽtione. Primum eſt agnitio dei per eſſentiã,ad quam ducit fides.Hie.31,Omnes cognoſcẽt me à minimo eorumvſq; ad maximũ,dicit dñs,&c. Et ideo dicit ad cognoſcẽdum illum. Secũdò quia nõ ſolùm anima glorificatur, ſed ex hoc etiã corpus erit glorioſum.Ideo dicit,Et virtutem reſurrectionis eius.ſ.ex qua reſurgemus.1.Cor.15,Si Chriſtus nõ reſurre xit,vana eſt fides noſtra,&c.Tertiò ſocietatẽ,quia per experiẽtiam habebimus q̃tum valeat ſocietas paſsio nis eius.1. Cor.1, Fidelis autẽ deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filii eius Ieſu Chriſti domini noſtri. ¶ Deinde cùm dicit[Cõfiguratus,&c.]oſtẽdit quomodo velit lucrari & inueniri in eo per tollerãtiam paſ ſionis,Et primò ponit tollerãtiam:ſecundò fructũ,ibi[Si quo modo,&c.]Dicit ergo,Inueniar nõ ſolùm ha bẽs iuſtitiã,ſed cõfiguratus morti eius,vt patiar ꝓpter iuſtitiã & veritatem,ſicut Paulus.Gal.vlti.Ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto.Fructus verò eſt,ſi quo modo,&c. Ex paſsionib⁹ enim hîc tol ligmata domini Ieſu in corpore meo porto.Fructus verò eſt,ſi quo modo,&c. Ex paſsionib⁹ enim hîc tol leratis homo puenit ad gloriã.Ro.6,Si enim cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius,ſimul & reſur rectionis erimus.2.Tim,2,Si cõmortui ſumus & conuiuemus:ſi ſuſtinemus & cõregnabimus.Ro.8, Si ta men cõpatimur,vt & glorificemur. ¶ Et dicit[Si quo modo]propter difficultatem,arduitatẽ & laborem. Mat.7,Arcta eſt via quæ ducit ad vitam,& pauci ſunt qui inueniunt eam,&c.Amos 4,Prepara te in occur ſum dei tui Iſrael,&c.Chriſtus enim ſurrexit per potẽtiam propriã:homo autem nõ propria poteſtate,ſed gratia dei.Ro.8,Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis,viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter in habitãtem ſpiritũ eius in vobis.Vel poteſt intelligi de occurſu ſanctorum,quãdo occurrent Chriſto deſcen denti de cælo in iudicium. ¶ Deinde cùm dicit[Non quòd iam,&c.]oſtendit quo modo differtur ſuũ de ſiderium.Et primò oſtendit quid de ſe ſentit:ſecundò hortatur alios vt idem de ſe ſentiant,ibi[Quicunque enim perfecti,&c.]Iterum prima in duas,quia primò oſtendit quomodo deficit à perfectione interna.Secũ dò hoc exponit,ibi[Fratres,ego me,&c,]Circa primum duo facit.Primò oſtẽdit ſe nõ peruenisſe ad perfe ctionem.Secundò q̃ ad eam tendit[Sequor autem,&c.]Tendens in aliud,duo intẽdit.ſ.adipiſci quæſitum, & frui illo. Fruſtrà enim quærei et,ſi non eo frueretur & inhæreret.Et ideo dicit, Non q̃ iam acceperim.ſ. gloriam quam quærò.Sap.5,Accipient regnum decoris,& diadema ſpeciei de manu dei ſui.Aut iam perfe ctus ſim.1.Cor.13,Cùm venerit quod perfectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt.Sed contrà:Eſtote per fecti.Mat.5.& Gene.17, Eſto perfectus. Reſpondeo dicendum eſt q̃ duplex eſt perfectio.ſ.patriæ & viæ. Perfectio nanque hominis conſiſtit in hoc quod adhæreat deo per charitatem : quia vnũquodq; eſt perfe ctum ſecũdum modum quo adhæret ſuæ perfectioni. Anima autem poteſt adhærere deo dupliciter perfe ctè. Vno modo,vt totam actionem referat in deum actualiter : & cognoſcat vt cognoſcibilis eſt. & hæc eſt patriæ.Sed inhæſio viæ eſt duplex.Vna de neceſsitate ſalutis,ad quam omnes tenẽtur.ſ.vt in nullo cor ſuũ applicet ad id quod eſt contra deum,ſed habitualiter referat totam vitã in eum. Et iſto modo dicit domi nus Mat.22,Diliges dominum deũ tuum,&c.Deut.6,Alia eſt ſupererogationis, quando quis vltra cõmu nem ſtatum inhæret deo, quod fit remouendo cor à temporalibus, & ſic magis appropinquat ad patriam, quia quantò deficit cupiditas,tantò plus creſcit charitas.Quod ergo hîc dicitur,intelligitur de perfectione patriæ. ¶ Deinde cùm dicit[Sequor autem,&c.]oſtendit conatum ad eam,dicens,Sequor.ſ.Chriſtum.Io. 8,Qui ſequitur me,nõ ambulat in tenebris,&c.Io.10,Oues meæ vocem meã audiunt,& ſequũtur.Et hoc Si quo modo cõprehendam.1.Cor.9, Sic currite,vt cõprehendatis. Sed contrà,quia deus eſt incõprehenſi bilis:quia Hie.31.dicitur, Si menſurari potuerint cæli deſurſum,& inueſtigari fundamenta terræ deorſum, &c.Reſpondeo,dicendum eſt q̃ comprehendere vno modo eſt includere:ſicut domus comprehendit nos. Alio modo idem eſt quod attingere & tenere. Primo ergo modo eſt incõprehenſibilis:quia non poteſt in cludi in intellectu creato,cùm ſit ſimpliciſsimus: quia non perfectè vides eum nec amas,ſicut eſt viſibilis & amabilis:ſicut qui neſcit demõſtrationem,neſcit demõſtratiuè ſed operatiuè.Deus autem perfectè ſeipſum cognoſcit,vt cognoſcibilis eſt.Cuius ratio eſt, quia res cognoſcitur ſecundum modum ſui eſſe & veritatis: deus autem lux eſt & veritas infinita,ſed noſtrum lumen eſt finitum.Et ideo dicit,Sequor ſi quo modo cõ prehendam:hoc intelligendo ſecundo modo.ſ.attingendo.Cant.vlt.Tenui eum,nec dimittã,&c. ¶ In quo & comprehenſus ſum. Quod tripliciter intelligitur. Nam tota gloria eſt in dicta dei comprehenſione,vt.ſ. deus ſit præſens animæ noſtræ.Sed non omnes habent æqualem beatitudinem: quia quidam clarius videt, ſicut etiam quidã ardentius amabunt & plus gaudebunt.Vnde quilibet habebit certam menſuram, & hoc

ex prædestinatione diuina. Et ideo dicit, In quo & cõprehensus sum. q.d. in tali mensura intendo comprehendere, secũdum qꝺ mihi dispositum est à Christo. Vel sequor vt comprehendam sicut comprehẽsus sum. Quasi dicat, Vt videam eum sicut ipse me videt. 1. Io. 3, Videbimus eum sicuti est. i. nõ per similitudinẽ, sed per essentiam. Vel comprehẽdam videndo Christũ glorioſum. In quo cõprehensus sum. i. in illa gloria qua apparuit quando conuersus sum. ¶ Deinde cùm dicit [Fratres ego, &c.] exponit quæ dixerat: & primò de defectu perfectionis: secundò de sequela, ibi [Vnum autem, &c.] Dicit ergo, Ego, &c. q.d. Non sum sic superbus quòd attribuam mihi quod non habeo, sed sequor, &c. Quod tripliciter legitur. Vno modo sic, vnũ arbitror. s. quòd quæ retrò sunt, &c. Vel non arbitror me comprehendisse, sed prosequor vnum. s. ad destinatum, &c. Vel non arbitror me comprehendisse illud supra. Psal. Vnam petii, &c. Et tunc ostẽdit quid deseruit, quia vel temporalia lucra, vel temporalia bona, vel merita præterita, quia nõ debet homo cõputare deo merita præterita. Secundò ostendit ad quid tendit. s. ad ea verò, &c. i. vel quæ pertinent ad fidem Christi, vel maiora merita vel cœlestia. Psal. Ascẽsiones in corde suo disposuit, &c. Et dicit, Extendens. Qui enim aliquid vult capere, extendit se quantum potest. Sed debet cor extendere se per desiderium. Sap. 6, Concupiscentia sapientię ducit ad regnum perpetuum, &c. Sed ad quid tendit? Ad destinatum brauium, quod est præmium solius currentis. 1. Corinth. 9, Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Dico autem ad hoc brauium destinatum mihi à deo, quod est supernæ vocationis dei. Rom. 8, Quos prædestinauit, hos & vocauit, &c. Et hoc in Christo Iesu, id est, per fidem Christi.

Lectio 3.

Monentur Philipp se existimare imperfectos vltima, & cõpleta p fectione vitæ, nec exẽplo Pauli à suscepta regula debere recedere.

Quicunque ergo perfecti sumus hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc uobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem saptamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulãt, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam uobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus: quorum deus uenter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem uirtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

¶ Suprà posuit quomodo ab vltima perfectione deficiebat: nũc hortatur alios ad idẽ sentiẽdum. Et primò ponitur exhortatio. secũdò quid ab eis necessariò exigatur, ibi [Veruntamen ad quod peruenimus, &c.] Dicit ergo, Quicunq;, &c. f. quod ego sentio. s. qꝺ nõ sum perfectus. Quomodo ergo si pfecti sumus, sentimus, quasi nõ perfecti? Respõdeo, Dicẽdum qꝺ perfecti perfectione vię, sed nõ perfecti pfectione cõprehẽsionis, quãdo. s. tota intentio fertur actu in deũ. In via verò habitualiter, quòd. s. nihil cõtra deũ faciamus. Et dicit, Quicũq;, quia quãtò qs est pfectior, tãtò imperfectũ se magis cognoscit. Iob. vl. Auditu auris audiui te, nũc autẽ oculꝰ meus videt te. Idcireo ipse me reprehẽdo, & ago pœnitẽtiam in fauilla & cinere, &c. Heb. 5, Perfectorum est solidus cibus: corũ qui pro consuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni & mali. ¶ Et si quid aliter, &c. In glo. quatuor modis dicitur: & primò ponũtur duo sensus magis literales. Vnus talis, dico qꝺ vos sentiatis quod ego. s. vos esse imperfectos: tamẽ si quid aliter. i. melius de vobis sapiatis q̃ ego de me, hoc ipsum est vobis per reuelationẽ diuinã donatũ. Et quãdo altius est vobis reuelatũ aliquid quod nõ mihi, non cõtradico, sed credo vestræ reuelationi: verũtamen nolo qꝺ propter hanc reuelationem ab vnitate ecclesiæ discedatis: sed teneamus ex vnitate illud ad quod peruenimus, vt idẽ sapiamus, &c. quæ vnitas ecclesiæ cõsistit in vnitate veritatis fidei, & rectitudinis bonæ operationis. Et vtraq; seruãda est. 2. Cor. vlt. Perfecti estote, exhortamini, idem sapite, &c. Et eadem regula bonæ vitæ & operationis. Gala. vltim. Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, &c. Vel aliter dico etiam si vos propter ignorãtiam vel infirmitatem aliter sapitis, quàm veritas habet, si humiliter confiteamini, nec proteruè defendatis. Mat. 11, Abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, &c. Vel aliter, dico, quòd idem sentiamus. s. nondum comprehendisse, sed si quid aliter nunc sapiatis, quàm sapiendum sit in futuro, quia nunc videmus in speculo, tunc autem facie ad faciem deus reuelabit in futuro. Psal. Reuelabit cõdensa, &c. Vel aliter, siue sapiatis hìc obscurè, siue in futuro manifestè, deus reuelabit, quia fides ex deo est, veruntamen, &c. non mutatur. ¶ Deinde cùm dicit [Imitatores, &c.] inducit ad sui & aliorum imitationẽ, vt caueãt malos. Et primò proponit intẽtionem: secundò rationem, ibi [Multi enim, &c.] Dicit ergo, Quia hæc reputo vt stercora, &c. In hoc imitatores, &c. Io. 10, Vocem eius audient, &c. Ego sum pastor, vos oues meæ per imitationem. 1. Cor. 4. & 11, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, &c. Et obseruate. i. diligenter considerate, qui ita ambulant, sicut ego. Et vos scire potestis ex regula & doctrina mea. 1. Tim. 4, Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. 1. Petr. 5, Forma facti gregis ex animo. ¶ Deinde cùm dicit [Multi, &c.] Ponitur ratio monitionis: & primò ex parte vitandorum: secundò ex parte imitandorum, ibi [Nostra autem cõuersatio, &c.] Ne autem hæc videãtur ex odio dicere præmittit suã affectionem. Secundò ostendit quales sunt vitãdi, ibi [Inimicos, &c.] Dicit ergo, Dico quòd imitandi indigent obseruatione: quia quidam aliter incedunt. s. de malo in peius. Psal. In tenebris ambulãt, &c. Quos, &c. vobiscũ præsens, nunc autẽ & flens, præ cõpassione. Hic. 9, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et huius rationẽ ostẽdit, dicens, Inimicos: &c. Quos describit. Primò ex opere: secũdò ex intentione, ibi [Quorũ deus, &c.] Itẽ circa primũ, primò proponit opus: secũdò euẽtum operis ostendit, ibi [Quorum finis, &c.] Opus eorũ est exercitiũ iniquitatis citię cõtra crucem Christi. s. dicẽtium qꝺ nullus potest saluari sine legalibus, in quo euacuãt virtutem crucis Christi. Gal. 2, Si enim ex lege iustitia, ergo Christus gratis. i. sine vtilitate mortuus est. 1. Corint. 1, Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem qui salui fiunt, id est, nobis virtus dei est. Et quid eueniet? Certè nobis vita per crucem Christi, illis autẽ contrarium, quia incurrent mortem. Vnde dicit [Quorum finis, interitus]. s. mortis æternæ. Iob 28, Lapidem caliginis & vmbram mortis diuidit, &c. ¶ Deinde describit eos quãtum ad intentionem. Et primò manifestat eorum intentionem, secundò ostendit intentionis euentum, ibi [Et gloria, &c.] Dicit ergo, Quorum deus, &c. quasi dicat, Ideo hoc dissemĩnãt, scilicet legalia esse obseruanda propter lucrum & gloriam propriam, vt satisfaciant ventri. Rom. vlti. Domino

mino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Eccle. 6, Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur. Et dicit deus, quia propriũ dei est vt sit principium primum & finis vltimus. Vnde qui pro fine habet aliquid illud est deus suus. Item quæ runt gloriam suam contra illud Ioan. 8, Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat & iudicet, &c. Sed euentus eorum erit in confusione. Osee 4, Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et hoc eorum qui terrena sapiunt, ideſt, quibus terrena placent & hi quærunt. Et hi confundentur, quia status eorum transit. Roma. 8, Si secundum carnem vixeritis moriemini, & cætera. Glo. Quorum deus, &c. Dei proprium est iustificare: qui ergo in cibis iustificationem ponebant, dicebant deum ventrem. Item est in confusione, quia in confusibilibus, scilicet in circuncisione pudendorum, & occisione brutorum. ¶ Consequenter ostendit quales sunt imitandi, ibi [Nostra autem conuersatio, &c.] Et primò describit in eis cælestem conuersationem. Secundò expectationem ibi [Vnde saluatorem, &c.] Tertiò vtilitatem, ibi [Qui reformabit corpus humilitatis.] Dicit ergo, Illi terrena sapiunt, sed non est sic de nobis, quia nostra conuersatio in cælis est, ideſt, perficitur per contemplationem. 2. Corinthiorum 4, Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur, &c. Item per affectionem, quia sola cælestia diligimus. Item per operationem in qua est cælestis representatio. 1. Corinthio. 15, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Sed quare est ibi conuersatio? quia inde expectamus optimum auxilium. Psalm. Leuaui oculos meos in montes, &c. Matt. 6, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vnde dicit: Vnde expectamus saluatorem nostrum. Esa. 30, Beati omnes qui expectant eum. Lucæ 12, Similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis, &c. ¶ Tria autem facit iste aduentus. Primò communem resurrectionem. Ideo dicit, Reformabit corpus humilitatis, ideſt, abiectiõis, quia est mortalitati subiectum. Iob 25, Homo putredo & filius hominis vermis. 1. Corin. 15, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute. Hoc corpus sic abiectum reformabit, id est, ad propriam formam reducet. Romanorum 8, Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, & cætera. Secundò sanctorum imitationem. Ideo dicit, Configuratum corpori claritatis suæ. Corpus siquidem Christi est glorificatum per gloriam diuinitatis suæ & hoc meruit per suam passionem. quicunque ergo participat virtutem diuinitatis per gratiam & passionem Christi imitatur, gloriabitur. Apocal. 3, Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. 1. Ioan. 3, Similes ei erimus. Mat. 13, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et hoc facit secundum operationem diuinitatis suæ: ideſt, per virtutem in ipso, per quam possit sibi subiicere omnia. Omnes enim Christo subiicientur, quidam quantum ad salutem, quidam quantum ad pœnam, in primis exercebit misericordiam, in secundis iustitiam. Psalmus, Omnia subiecisti sub pedibus eius, & cætera. primæ Corinthiorum 15, Pater subiecit omnia filio. Ioannis quinto, Quæcunque pater facit & filius similiter facit.

Caput 4.

Ostenditur affectꝰ Pauli ad Phil. & monentur ad perstendum in generali, post in speciali.

Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic state in domino charissimi. Euchodiam rogo & Syntychem deprecor, idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te Germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro uitæ. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim propè est. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarũ actione, petitiones uestræ innotescant apud deum. Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu. De cætero fratres, quæcunque sunt uera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, siqua uirtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis & accepistis, audistis & uidistis in me: hæc agite & deus pacis erit uobiscum.

¶ Suprà proposuit eis exempla sequenda, hìc per ammonitionem moralem ostendit qualiter se debeant habere. Et primò ostendit qualiter se habeant in futurum. Secundò commendat eos de præterito, ibi [Gaudius sum autem, & cætera.] Circa primum duo facit. Primò monet ad perstistendum in iam habito. Secundò ad proficiẽdum in melius, ibi [Gaudete in domino semper, &c.] Iterũ prima diuiditur in duas partes. Quia primò inducit ad perseuerandum in generali. Secundò ponit speciales modos ad singulares personas, ibi [Euchodiam rogo, &c.] Circa primum, primò commemorat ad eos suum affectum. Secundò ponit monitionem, ibi [Sic state, & cætera.] Affectum autem suum commendat quintupliciter. Primò secundum fidem ostendens eos sibi dilectos. Vnde dicit, Fratres scilicet per fidem. Matth. 23, Omnes vos fratres estis. Secundò per charitatem. Vnde dicit [Charissimi.] 1. Corinthiorum 10, Charissimi mihi, &c. Tertiò secundũ desiderium. Vnde dicit [Desideratissimi.] suprà. 1, Testis est mihi deus quomodo cupiam, & cætera. Et dico desideratissimi, quia desidero vos, vel quia me desideratis. Quartò per gaudium. Vnde dicit [Gaudiũ meũ.] Et hoc. s. quia estis boni. Prouerbiorum 10, Filius sapiens lætificat patrem, &c. Quintò per rationem gaudii. Vnde dicit [Corona mea] primæ Thessal. 2, Quæ est enim spes nostra aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Sic state, &c.] ponit monitionẽ de perseuerantia dicens [Sic state, &c.] ideſt, sicut ego perseuerate, vel sic sicut statis. Matth. 10, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. ¶ Deinde cùm dicit [Euchodiam rogo, &c.] singulares monitiones ponit. Et primò de concordia. Secundò de solicitudine adiutorii, ibi [Etiam rogo & te, &c.] Hæ duæ mulieres sanctæ ministrabant sanctis in ciuitate Philippensi: & fortè erat aliqua discordia inter eas, ideo eas ad concordiam reuocat. 2. Corint. vltimo, Idem sapite. ¶ Deinde cùm dicit [Etiam rogo te, & cætera.] quendam rogat vt adiuuaret quasdam personas. Et dicit compar, quia socius erat prædicationis eius. Prouerb. 18, Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas fortis. Adiuua illas, &c. Et ad hoc rogo omnes quorum nomina, &c. Quod ponit ne si alios põ nominaret, turbarentur, quasi dicat: Non est magnũ si nõ scribo omnium nomina, quia sunt scripta in meliori loco. Matth. 5, Gaudete & exultate, &c. Liber vitæ secundum glo. est prædestinatio sanctorum, & hoc est verum secundũ rem, sed differt ratione. Sciendũ est autẽ quòd olim erat cõsuetudo quòd qui ordinabantur ad ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod officium vel dignitatē scribebantur in matricula,sicut milites & senatores,qui palatio cōscripti erāt. Omnes autē sancti prædestinati eliguntur à deo ad magnum,scilicet ad vitam æternā. Et hæc ordinatio est prædestinatio. Conscriptio huius ordinationis dicitur liber vitæ:hæc conscriptio est in memoria diuina,qa inquantum ordinat,prædestinat. Inquantum verò immobiliter scit,dicitur esse præscriptio. Firma ergo notitia de prædestinatis dicitur liber vitæ. Sed nunquid aliqui inde delentur. Sciēdum est ꝙ aliqui sunt scripti simpliciter,aliqui secundū quid. Sunt enim aliqui prædestinati à deo vt habituri simpliciter vitam æternā, & isti sunt scripti indelebiliter. Aliqui vt habeant vitam æternam non in se,sed in sua causa inquantum ordinantur ad iustitiam præsentem,& tales dicuntur deleri de libro vitæ quando excedunt à presenti iustitia. ¶ Deinde cùm dicit[Gaudete in domino,&c.]hortatur eos ad proficiendū in melius,& primò ordinat eorum animum ad proficiendū in melius. Secundò actum eorum,ibi[De cætero,&c.]Animum autem ordinat tripliciter,& primò quantum ad spirituale gaudium,secundò quantum ad spiritualem quietem,ibi[Nihil soliciti,&c.]tertiò quantum ad pacem,ibi[Et pax,&c.]Circa primum,primò describit quale debeat esse nostrum gaudium. Secundò ostendit gaudii causam,ibi[Dominus propè,&c.]Necessarium est enim cuilibet volenti proficere ꝙ habeat spirituale gaudium. Prouerbio.17,Animus gaudens ætatem floridam facit,&c. ¶ Conditiones autem quatuor veri gaudii tangit Apostolus,& primò quòd debet esse rectū, quod est quando est de proprio bono hominis,quod non est quid creatum,sed deus. Psalm. Mihi adhærere deo bonum est,&c. Tunc autem rectum est quando in domino. Ideo dicit,In domino. Neemiæ 8,Gaudium domini est fortitudo vestra. Item continuum. Vnde dicit[Semper.]1.Thessal.vltimo,Semper gaudete, quod fit quando non interrumpitur peccato:tunc enim est continuū. Aliquando verò interrumpitur per tristitiā temporalem,quod significat imperfectionem gaudii. Cùm enim quis perfectè gaudet, non interrumpitur eius gaudium,quia parum curat de re parū durante. Et ideo dicit,semper. Item multiplicatum debet esse, si enim gaudes de deo,imminet tibi gaudere de eius incarnatione. Lucæ 1,Euangelizo vobis gaudiū magnū, quia natus est,&c. Item vt gaudeas de actione. Prouerbio.21,Gaudium est iusto facere iudicium,&c. Immi net etiam tibi gaudium de contemplatione. Sapient.8,Non habet amaritudinem conuersatio illius. Item si gaudes de bono proprio,imminet tibi gaudere similiter de bono aliorum. Item si de præsenti imminet etiā de futuro:& ideo dicit,iterum,&c. Item debet esse moderatum,ne scilicet,effluat per voluptates sicut facit gaudium mundi. Et ideo dicit[Modestia vestra,&c.]quasi dicat,Ita sit moderatum gaudium vestrum ꝙ nō vertatur in dissolutionem. Iudith vltimo,Populus erat iocundus secundum faciem sanctorum,&c. Prouer. 12,Qui suauis est,viuit in moderationibus. ¶ Et dicit:Nota sit omnibus hominibus,quasi dicat, Vita vestra sic moderata sit in exterioribus,vt nullius offendat aspectum:impediret enim conuersationem vestrā. ¶ Deinde cùm dicit[Dominus enim propè est]tangitur causa gaudii. Homo enim gaudet de propinquitate amici. Dominus quidē propè est præsentia maiestatis. Act.17,Non longè est ab vnoquoque. Item est propè per inhabitantem gratiam. Iaco. 4,Appropinquate deo & appropinquabit vobis. Item per exauditionis clementiam. Psal. Propè est dominus inuocantibus eū. Itē ad remunerandū. Esa.14,Propè est vt veniat tempus eius,& dies eius non elongabuntur,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Nihil soliciti,&c.]ostendit quòd mens nostra debet esse quieta.& primò ostendit superfluam solicitudinem. Secundò ostendit quid loco eius in mente succedat,ibi[Sed in omni oratione,&c.]Et satis conuenienter subdit, Nihil soliciti, &c. ad hoc quod dixerat. Dominus propè est,quasi dicat,ipse omnia tribuet,vnde non necesse sit quòd sitis soliciti. Mat.6,Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis,neque corpori vestro quid induamini,&c. Sed contrà,quia dicitur Romanorum 12,Qui præest in solicitudine. Respondeo dicendum est quòd solicitudo quādoque importat diligentiam quærendi quod deest,& hoc est commendabile, & opponitur negligentiæ: quandoque anxietatem animi cum defectu spei & timore de obtinendo id circa quod solicitatur, & hanc prohibet dominus. Matt.6,& hîc Apostolus,quia non debet desperare quin dominus det necessaria. Sed loco solicitudinis debemus habere recursum ad deum. 1.Petri vltimo,Omnem solicitudinem proiicientes in eum,quoniam ipsi est cura de vobis. Et hoc fit orādo. Et ideo dicit,Sed in omni,&c. Et conuenienter postquam dixit,Dominus propè est,subdit de petitione. Nouo enim domino venienti porriguntur petitiones. Et ponit quatuor quæ necessaria sunt in qualibet oratione. Oratio enim importat ascensum intellectus in deum,Et ideo dicit,In omni oratione. Ecclesiasti.35,Oratio humiliantis se nubes penetrabit,&c. Item debet esse cum fiducia impetrandi,& hoc ex dei misericordia. Dani.9,Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam,sed in miserationibus tuis multis,&c. Et ideo dicit obsecratione, quæ est sacra contestatio per dei gratiam,& eius sanctitatem,& ideo se humiliantis est. Prouerb. 18, Cum obsecratione loquitur pauper. Et hoc fit cùm dicimus,Per passionem & crucē tuam,&c. Quia verò ingratus de beneficiis acceptis,indignus est vt alia accipiat,ideo subdit,Cum gratiarum actione. 1.Thessalo.vlt. In omnibus gratias agite. Et tunc proponit petitionem. Et ideo dicit,Petitiones vestræ. Matt.7,Petite & accipietis. Et hæc quatuor si bene considerem⁹ habēt omnes orationes ecclesiæ. Primò em̄ inuocatur deus, pòst cōmemoratur diuinum beneficium. Tertiò petitur beneficium. Quartò ponitur obsecratio,Per dominum nostrum,&c. Sed notandum quòd dicit,petitiones vestrę innotescant apud deum. Nunquid dominus nescit hoc? Ideo hoc tripliciter exponitur in glo. Primò innotescant,ideſt,approbentur ante deum & appareant quasi dignæ & sanctæ. Psal. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, &c. Vel innotescant nobisipsis,quòd semper sint apud deum,quasi dicat,Non oretis propter fauorem populi. Mat. 6,Tu autem cùm oraueris intra in cubiculum tuum,& clauso ostio ora patrem tuū in abscondito,&c. Vel innotescant his qui sunt apud deum,ideſt,angelis per quorum ministerium deferuntur deo,non quasi ignoranti,sed quia intercedunt pro nobis. Apoca.8,Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Et pax,&c.]ordinat animum quantum ad pacem per illa supradicta,dispositum. Et hanc per modum orantis optat. Pax secundum Augustinum, est tranquillitas ordinis,perturbatio enim ordinis est destructio pacis. Hæc ordinis tranquillitas tripliciter consideratur. Primò prout est in principio ordinis,scilicet in deo. Romanorū 13,Quæ à deo sunt,ordinata sunt,&c. Ab isto

profundo in quo est pax deriuatur,primò & perfectius in beatos in quibus nulla perturbatio,nec culpę nec pœnæ,& consequenter deriuatur ad sanctos viros. Et quantò est magis sanctus,tantò minus patitur perturbationem mentis. Psal. Pax multa diligentibus legem tuam & non est illis scandalum,sed perfecta est in beatis. Esa. vlt. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis,&c. Quia verò cor nostrum ab omni perturbatione nō potest esse alienum nisi per deum,oportet ꝙ per ipsum fiat. Vnde dicit, dei. Et hoc secundum quod consideratur in ipso principio,exuperat omnē sensum creatum,quia vt dicitur.1.Ti.vlti. Lucem habitat inaccessibilem. Iob 36,Ecce deus magnus vincēs scientiam nostram,&c. Et secundum ꝙ est in patria superat omnem sensum angelorum,sed secundum ꝙ est in sanctis in via exuperat omnem sensum humanum non habentium gratiam. Apoca.2,Vincenti dabo manna absconditum & dabo illi calculum,&c. Hæc ergo pax custodiat corda vestra,id est,affectus vestros,vt in nullo declinetis à bono. Prouer.4, Omni custodia serua cor tuum,quia ex ipso vita procedit. Item intelligentias vestras,scilicet vt in nullo deuietis à vero. Et hoc in Christo Iesu. Per cuius scilicet charitatem conseruatur affectus à malo,& per cuius fidem intellectus perseuerat in vero. ¶ Deinde cùm dicit[De cætero,&c.]ordinat actum,& primò inducit eos ad bene agendum,vbi ponit actionis obiectum. s. bonum quod agitur,Secundò motiuū actus. Tertiò actum. Quartò fructum actus. Hæc quatuor sunt hîc. Obiectū aūt boni actus,vel est obiectum cognitionis,vel affectionis. Quantum ad intellectum est verum,quantum ad affectum est bonum. Et ideo dicit, De cætero, ideſt, ex quo sic estis firmati,cogitate quæ sunt vera per fidem. Zacha.8,Pacem & veritatem diligite,&c. Quantum autem ad affectum,sciendum est ꝙ quædam sunt de necessitate virtutis,quędā superaddita. De necessitate sunt tria. Primò vt integer sit in se,& quantum ad hoc dicit,Quæcunque pudica,ideſt, casta. Iacob.3, Quæ de sursum est sapientia,primum quidem pudica est,&c. Item quòd sit directus ad proximum. Vnde dicit,quæcunque iusta,&c. Matt.5,Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam,&c. Item ordinatus ad deum. Vnde dicit,Sancta. Luc.1,Seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris,&c. Obiecta autem necessitati superaddita sunt duo,scilicet ꝙ sit inductiuum ad amicitiam. Secūdò ꝙ cōseruatiuum bonæ famæ. Quantum ad primum dicit[Quæcunque amabilia,]ideſt,quæ inducunt ad mutuam amicitiam. Ecclesia.7,Non te pigeat visitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis. Prouer.18, Vir amicabilis ad societatē magis amicus erit quàm frater. Quantum ad secundum dicit[Quæcunq; bonæ famæ.]Multa enim possent fieri cum bona conscientia,quæ tamen propter famam sunt dimittenda. Eccle.41, Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit quàm mille thesauri magni & pretiosi. Motiuum ad operandum est duplex. Primò inclinatio interioris habitus. Secundò exterior disciplina seu instructio. Quā tum ad primum dicit[Si qua virtus]id est,habitus virtutis est in vobis scilicet inducat vos ad hoc. Ecclesi. 44,Diuites in virtute pulchritudinis studium habentes,pacificantes in domibus suis. Quantum ad secundum dicit[Si qua laus,]ideſt,laudabilis disciplina,scilicet est in vobis,facite bona. Psal. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me,&c. Et exponit qualis sit ista disciplina dicens[Hæc cogitate]scilicet quæ didicistis me docente. Matt.11,Discite à me,quia mitis sum & humilis corde,&c. &.1.Thessa.2, Cùm accepisset à nobis verbum auditus dei,accepistis illud non vt verbum hominum,sed sicut est verè verbū dei,&c. Et vidistis per exempla. Sic enim patet motiuum actus & obiectum,quia disciplina habetur per doctrinā. Et oportet quòd primò capiatur. Vnde dicit[Hæc cogitate.]Item quòd ei assentiatur. Vnde dicit[Et didicistis & accepistis.]Item habetur per auditum & visum. Vnde dicit[Quæ audistis & vidistis.] Bonus actus est duplex,scilicet vnus interior qui ponitur,ibi[Hæc cogitate.]1.Tim.4,Hæc meditare:exterior,ibi[Agite.]Esa.1,Quiescite agere peruersè,discite benefacere.& cætera. Fructus est deus,ibi[Et deus pacis, & cætera.]Quasi dicat:Si hoc feceritis,erit vobiscum deus. 2.Corinthiorum vltimo,Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum.

Lectio 2.

Commendantur Philip. de beneficio quod Paulo exhibuerūt, & beneficium exponitur.

Gauisus sum in domino uehementer,quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire,sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico:ego enim didici,in quibus sum,sufficiens esse. Scio & humiliari,scio & abundare. Vbique & in omnibus institutus sum,& satiari,& esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat, Veruntamen benefecistis,communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & uos Philippenses,quòd in principio euangelii quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti,nisi uos soli:quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis. Non quia quæro datum,sed requiro fructum abundantem in ratione uestra. Habeo autem omnia,& abundo:Repletus sum acceptis ab Epaphrodito,quæ misistis in odorem suauitatis,hostiam acceptam,placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu,Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti,maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro, Amen.

¶ Superius ostendit Apostolus qualiter fideles se debeant habere in futurum,hîc commendat eos de præterito sibi impenso beneficio. Et primò ponit commendationem,secundò terminat epistolam in oratione & salutatione,ibi[Deus autem,& cætera.]Circa primum duo facit. Primò commēdat eos de beneficio impenso:secundò beneficium diffusius exponit,ibi[Non quasi,& cætera.]Item prima pars diuiditur in tres particulas,quia primò ponit gaudium conceptum ex eorum beneficio:secundò commendat eorum beneficium,ibi[Quoniam tādem,& cætera.]Tertiò excusat tarditatem,ibi[Occupati,& cætera.]Dicit ergo: moneo vt gaudeatis,sed ego gauisus sum propter ea quæ fecistis,non in rebus,sed in domino. Abacuch 3,Ego autem in domino gaudebo, & cætera. Gauisus sum tanquam, vehementer, quia propter filios meos. ¶ Deinde ponitur materia gaudii,ibi[Quoniam tandem,&c.]Bona opera sunt opera misericordiæ,& dicuntur flores, quia sicut ex flore fructus prouenit, ita ex eis fruitio vitæ beatæ percipitur. Ecclesiastici 24,Flores mei fructus honoris & honestatis. Quando ergo opus bonum intermittitur & postea resumitur,dicitur reflorere. Isti autem aliquando prouiderant Apostolo,& iterum nunc prouiderunt,ideo dicit eos refloruisse,& hoc exponit cùm subdit[Pro me sentire,]ideſt, mihi compati, supra 1. Sicut

Universidad de Deusto Biblioteca

est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis,&c.1.Macha.10,Quæ nostra sunt sentias nobiscum,vt cõseruues amicitias ad nos,&c.sicut & olim sentiebatis,scilicet quando mihi prouidistis.Et hoc tãdem aliquãdo,quia licet tardè tamen aliquando feciſtis.Ro.1,Si quomodo tandẽ aliquãdo prosperum iter habeã, &c. ¶ Deinde cùm dicit[Occupati,&c.]excusat tarditatem:Quasi dicat,Non imputo negligentiæ vel culpæ, sed necessitati,quia eratis occupati propter tribulationes quas passi estis.Eccle.40,Occupatio magna creata est omnibus hominibus,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Non quasi propter.]Beneficiũ exponit,& primò causam gaudii,secundò beneficium quo floruerunt,ibi[Scitis autem & vos.]Tertiò commemorat beneficium præsens,ibi[Habeo aũt omnia.]Item primò excludit causam gaudii æstimatam. Secũdò declarat propriã mentis constantiam,ibi[Ego enim didi.&c.]Tertiò approbat beneficentiam,ibi[Veruntamen bene feciſtis.]Dicit ergo,Non gaudeo propter penuriam à vobis propulsam,quæ grauis erat.Esa.48,Elegi te in camino paupertatis.Sed tamen non deprimit animum,nisi eorum qui in diuitiis delectantur,aut qui gloriãtur in substantia.Et hoc ideo quia Apostolus non tristatur de paupertate,cuius ratio est constantia mentis eius quam primo ponit.Secundò causam eius,ibi[Omnia possum,&c.]Item primò ponit constantiam in speciali casu.Secundò generalitatẽ in omnibus,ibi[Vbique,&c.]Dicit ergo paupertatem non timeo, quia didici,&c.Nihil demonstrat ita mẽtem sapientis perfecti,sicut ꝙ sciat vti quolibet statu.Sicut enim est bonus dux qui in quolibet exercitu operatur secundũ exigentiã eius:& coriarius qui ex quolibet corio facit optimos sotulares,sic ille perfectus est qui scit vti quolibet statu,vt si sit in magno non eleuetur,& si in minimo non deiiciatur.Et ideo dicit,Didici,&c.Esa.50,Dominus deus aperuit mihi aurem,ego autẽ non cõtradico,retrorsum non abii, &c.Et hoc sufficit si parum habeo,si multum,scio me cõtemperare.Et ideo se exponit,dicens[Scio humiliari.]Humilitatem aũt quandoq; dicit virtutem quandã.Luc.14.&.18, Qui se humiliat exaltabitur.Quandoq; deiectionem.Psal.Humiliauerunt in compedibus pedes eius.Et sic loquitur hîc,dicens[Scio humiliari,]id est abiectionem sustinere moderatè,sicut oportet.Et quia homines exaltantur per diuitias,& deprimuntur per paupertatem,ideo exaltationem vocat abundantiam.Et in vtroque est periculum,quia ex abundantia erigitur animus contra deũ,ex paupertate deiicitur.Et ideo dicitur Prouer.30,Paupertatem & diuitias ne dederis mihi.Sed Apostolus loquitur melius,quia virtute in vtroq; scit vti,& hoc vbiq;.i.in omni loco,negotiis,statibus,& conditionibus institutus sum.2.Corin.6,In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Omnia possum,&c.]Ponit causam suæ constantiæ,dicens[Omnia possum.]Quasi dicat,Nõ possem hos insultus sustinere,nisi manu dei me confortante.Eze.3,Manus domini erat mecum.Esa.40,Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ,&c.Sed nunquid superfluit quòd misimus cùm scias egere?Non, quia licet sciam penuriam pari,quod est virtus,tamen non debet mihi subuentio subtrahi.Roma.12,Necessitatibus sanctorum communicantes.Heb.10,Nã & vinctis cõpassi estis,& sic patet causa gaudii. ¶ Secundò cõmemorat præteritum beneficium,ibi[Scitis autem.]A quibusdam enim nihil accipiebat,scilicet Corinthiis & Thessalonicensibus,& quia Corinthii erant auari & cum turbatione ministrassent,& quia Thessalonicenses erant otio dediti, laborabat dans eis exemplum laborandi.Isti verò erant boni in absentia & præsentia. Vnde dicit.2.Cor.11,Alias ecclesias expoliaui accipiens stipendium ad ministerium vestrum.In ratione dati spiritualis & accepti temporalis.1.Cor.9,Si nos vobis spiritualia seminauimus,magnum est si nos carnalia vestra metamus? ¶ Quia & Thessalonicam,&c.Et hoc est argumentum ꝙ Papa potest ab vna ecclesia accipere in subsidium aliarum,non autem sine quacunque causa. ¶ Sciẽdum est autem ꝙ cùm quis dat aliquid alicui,duo sunt consideranda.s.substantia muneris & meritum dantis.Qui gaudet de temporalibus, gaudet de substantia muneris,nec quærit nisi dantẽ,& hic est mercenarius. Qui autem quærit dãtis meritũ, quærit fructum virtutis & iustitiæ,& talis est pastor.Fructum inquam,qui abundat in ratione vestra . Ratio dicitur dupliciter,vel secundũ ꝙ est virtus animæ,& sic omnis virtus est rationis.Rom.12,Rationabile obsequium vestrũ . Quandoq; est ratiocinatio & computatio.Matt.18,Qui voluit rationem ponere cum seruis suis.Ideo dicit abundantem in ratione,quia plus dabant quàm tenerentur,quia quidam tantùm in præsentia,sed isti etiam mittebãt Romam.Habeo autem,quæ misistis.Repletus sum acceptis.s.his quæ misistis [in odorem,&c.]Leui.3.&.4,Offerte holocaustũ in odorem suauitatis domino.Est enim odor deo suauis deuotio offerentium,& inter omnes hostias multum valent eleemosynæ.Heb.13,Beneficẽtiæ autem & cõmunionis nolite obliuiſci,talibus enim hostiis promeretur deus. ¶ Deinde cùm dicit[Deus autem , &c.] Finit epistolam in oratione,& primò ponit orationem[Deus autem meus]Vnus deus est omnium per creationem & potentiã,sed meus,quia singulariter ei seruio.Ro.1,Testis enim est mihi deus cui seruio.Impleat, &c.quia implestis meum.Et hoc potest dominus,quia abundat secundum diuitias.Roma.10.Item dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum,&c.Et hoc verum in gloria.s.sua,quia ibi implebitur totũ desiderium.Psal.Satiabor cùm apparuerit gloria tua.Psal.Qui replet in bonis desiderium tuum. Et hoc in Christo,ideſt,per Christum.2.Pet.1,Per quẽ maxima nobis & pretiosa donauit.Et de omnibus his sit deo trinitati & patri nostro gloria.1.Tim.1,Soli deo honor & gloria in secula seculorum.seculum est spacium seu duratio generationis aut memoriæ hominum. ¶ Posita primò oratione,& secundò gratiarum actione, tertiò ponit salutationem dicẽs.Salutate omnem sanctũ,ideſt,fideles in Christo,quia per Christum sanctificati.Heb.13,Vt sanctificaret per suum sanguinem populum,extra portam passus est[Maximè,&c.] Et per hoc intelligitur quòd multos de familia Cæsaris conuertit.supra primò,vt vincula mea manifesta in Christo fierent in omni prætorio & cæteris hominibus,&c.Quãuis autem Matt.11.dicatur, Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt,tamen ad promouendum bonos,& impediendum malos,videtur licitum sanctis in curiis regum commorari,sed non propter delitias & concupiscentiam voluptatum.Et dicit, qui de Cæsaris domo sunt,vt eos animet ad gaudium & ad fidem. ¶ Deinde ponit suam salutationem de manu sua dicens[Gratia domini,&c.]

Explicit deuotissima expositio doctoris angelici sanctissimi Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum super epistolam glorioſi Apostoli sancti Pauli ad Philippenses.

Incipit subtilis explanatio eiusdem GLORIOSISSIMI DOCTORIS SANCTI Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum,super epistolam sanctissimi Pauli apostoli ad COLOSSENSES.

PROLOGVS.

PRotegebat castra gladio suo,&c.1.Mach.3,Hæc verba congruũt materiæ huius epistolæ ad Colossenses,quia totus status huius vitæ est in pugnatione militantiũ,quorum habitacula castra dicuntur.Iob 7,Militia est vita hominis super terrã: ideo habitacula fideliũ nomine castrorum figurãtur.Vnde ecclesia similitudinem habet castrorum.Gen.32, Castra dei sunt hæc.Hæc castra tripliciter impugnãtur.A quibusdam quasi obsidentibus,qui manifestè se erigũt cõtra ecclesiã.Apoc.20,Ascenderũt super latitudinẽ terræ,& circuierũt castra sanctorũ & ciuitatem dilectã.Ab aliis latẽter decipitur,sicut ab hæreticis.Ro.vlt.Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda hominũ,&c.2.Ti.3,Mali aũt homines & seductores proficiẽt in peius,errantes & in errorẽ mittentes,&c.A quibusdã.s.domesticis,per diuersas corruptelas peccatorũ quæ sunt ex corruptiõe carnis.Gal.5, Caro cõcupiscit aduersus spiritũ,& spiritus aduersus carnẽ.Ephe.vlt.Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ,sed aduersus principes,&c.Prælati ecclesiæ sunt duces.Psal.Principes Iuda duces eorũ. Ad quorũ officiũ pertinet contra omnia prædicta castra ecclesiæ munire.Cõtra peccata quidẽ per exhortationes.Esa.58,Annuntia populo meo scelera eorũ,& domui Iacob peccata eorũ.Cõtra hæreticos,per sanam doctrinã.1.Ti.1,Amplectentẽ eum qui secũdũ doctrinã est fidelẽ sermonẽ,&c.Cõtra persecutores, exẽplo. s.patiẽter tolerãdo.Sic Paulus protexit gladio spirituali,quia in suis epistolis corripiebat peccata,cõfutabat hæreses,animabat ad patientiã.De primo,Ephe.5,Fornicatio aũt & omnis immũditia aut auaritia,nec nominetur in vobis, &c.De secũdo , Tit.3,Hæreticũ hominẽ post primã & secundã correptionẽ deuita , &c. De tertio.2.Cor.11,per totũ patet quomodo animabat ad patientiã.Et sic tanguntur duo in verbis propositis.s.ecclesiæ status,cũ dicitur Castra,& Apostoli studiũ,ibi,Protexit.In castris aũt debet esse solicitudo ad mala vitanda.Deu.23,Vt sint castra tua sancta,& nihil in eis appareat fœditatis.Item ordo ad ducẽ & ad se. Cant.7,Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorũ?Genes.32,Castra dei sunt hæc.Item terror ad hostes.Cant.6,Terribilis vt castrorũ acies ordinata.Sed Apostolus circa protectionẽ erat solicitus tanquam pastor,cuius est dirigere oues diligenter ne errent.Io.10,Ante eas vadit,&c.Et sic Apostolus faciebat.Phil. 3,Imitatores mei estote sicut & ego Christi.Item pascere abũdanter,ne deficiant.1.Pet.5,Pascite qui in vobis est domini gregẽ,&c.Et sic Apostolus faciebat.1.Cor.3,Tanquã paruulis lac dedi vobis.Itẽ defendere potenter,ne pereant.Eccl.7,Noli velle fieri iudex,nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.1.Reg.17,Pascebat seruus tuus patris sui gregẽ,& veniebat leo vel vrsus,&c.& ideo dicit ꝙ Apostolus protegebat castra.i. ecclesiam dei gladio quod est verbum dei,vt dicitur Ephe.6.Heb.4,Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti,&c.Sic ergo materia huius epistolæ est hæc.Quia in epistola ad Ephesios ostendit modũ ecclesiasticæ vnitatis.In epistola ad Philippenses ostendit eius profectum & confederationem.In hac autem agit de eius conuersatione contra hæreticos,qui deprauauerant eos seducendo, &c.

Caput 1.

Salutatio cõtinẽs personas salutantes & salutatas, ac bona optata,gratiã scilicet & pacem.

PAulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ dei & Timotheus frater his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu,Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. ¶ Diuiditur aũt hæc epistola in salutationẽ,& tractatũ,ibi[Gratias,&c.]Itẽ primò ponuntur personæ salutãtes.Secundò personę salutatæ,ibi[His qui sunt.]Tertiò bona optata, ibi [Gratia vobis.]Circa primũ,primò ponitur principalis persona.Secundò adiũcta,ibi[Et Timotheus.]principalis primò tãgitur ex nomine Paulus.i.humilis.Tales enim percipiunt sapientiã.Mat.11,Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis.Et ideo docet eã. Secũdò ab officio.s.Apostolus.i.missus.s.ad procurandũ salutẽ fideliũ.Act.13,Segregate mihi Saulũ & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos.Io.20,Sicut misit me pater & ego mitto vos.Et apostolus,non cuiusli bet,sed Iesu Christi,cuius gloriã quærit,nõ suipsius.2.Cor.4,Non enim nosmetipsos prædicamus,sed Iesum Christum dominum nostrum,nos aũt seruos vestros per Iesum.Sed quidam aliquando perueniũt ad officium ex ira dei propter peccatũ populi.Iob 34,Qui regnare facit hominẽ hypocritã propter peccata populi.Osc.13,Dabo tibi regẽ in furore meo.Et ideo dicit[Per volũtatẽ dei.]s.eius beneplacitum.Hier.3, Dabo vobis pastores iuxta cor meũ,& pascẽt vos scientia & doctrina.Persona adiuncta est Timotheus,vt scilicet in ore duorũ vel triũ stet omne verbum,vt dicitur Deut.17.Prou.18,Frater qui iuuatur à fratre qua si ciuitas firma.Personæ salutatæ ponũtur,ibi[His,&c.]Sancti dicũtur maiores.Luc.1,Seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso.Fideles dicuntur minores,qui saltem verã fidem tenent,quia sine fide impossibile est placere deo,vt dicitur Heb.11.Vel sanctis.i.in baptismo sanctificatis,& fidelibus.i.permanẽtibus in fide accepta.Pro.28,Vir fidelis multũ laudabitur,&c. ¶ Deinde ponũtur bona optata.s.gratia quæ est principiũ omnis boni.Ro.3,Iustificati gratis per gratiã ipsius.Pax quæ est finale bonum omnium.Psal.Qui posuit fines tuos pacem.Et per consequens optat omnia bona media.Et hoc à deo.Psal.Gratiam & gloriam

dabit dominus. Patre domini nostri Iesu Christi. s. per naturã, sed nostro per gratiam. Et domino Iesu Christo & sic patre nostro. s. deo in trinitate, & domino Iesu Christo quantum ad naturam assumptam.

Lectio 2.

Gratias agit Apostolus Deo de effectu Colossensium, ponẽdo rationem gratiarum & materiam.

GRatias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est uobis in cælis, quã audistis in uerbo ueritatis euangelii, quod peruenit ad uos sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat & crescit, sicut in uobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam dei in ueritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestram in spiritu.

¶ Hic accedens ad propositum incipit epistolarem tractatum. Et primò commendat euangelii veritatem. Secundò contra contrariantia protegit veritatem status huius in 2, capit. ibi[Volo enim scire vos] Circa primum duo facit. Primò commendat euangelicæ fidei veritatem. Secundò actorem huius status, ibi[Qui est imago.] Item prima in duas, quia primò agit gratias pro beneficiis specialiter exhibitis Colossensib⁹. Secundò pro exhibitis generaliter ecclesiæ, ibi[Gratias agentes.] Circa primum duo facit, quia primò commendat gratiarum actionem deo pro istis. Secundò ostendit orationis materiam, ibi[Audiẽtes] Iterum prima in duas, quia primò præmittit gratiarum actionem. Secundò orationem, ibi[Orantes.] Dicit ergo, Gratias agimus deo actori gratiarum. 1. Thessal. vltimo, In omnibus gratias agite. Et hoc semper, pro præteritis & futuris. Licet enim non continuè in actu posimus orare, tamen semper ex habitu charitatis debemus orare. 1. Thessa. vlt. Sine intermissione orate. Lucæ 18, Oportet semper orare, ¶ Deinde ponitur materia: & primò gratiarum actionis, Secundò orationis, ibi [Ideo & nos.] Circa primum primò commemorat bona eorum. Secundò quomodo fuerunt ea adepti, ibi[Quam audistis.] Bonum nostrum principaliter, est in fide, spe & charitate, per fidem enim habemus notitiam dei, per spem eleuamur in ipsum, sed charitate vnimur ei. 1. Corint. 13, Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, &c. Et ideo de istis tribus gratias agit: primò quòd fidem habent. Non enim ipse prædicauerat eis, sed quidam discipulus Epaphras nomine: & postea Archippus, Et ideo dicit[Audientes fidem] quæ est principium spiritualis vitæ. Abac. 2, Iustus meus ex fide viuit. Heb. 11, Accedentem ad deum oportet credere, &c. Sed hæc fides sine dilectione operãte, est mortua, vt dicitur Iaco. 2. Et ideo oportet q̃ assit dilectio operans. Gal. vltimo, in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet neque prepũtium, sed noua creatura. Et ideo dixit[Et dilectionem quam habetis, &c.] Est autem quædam dilectio charitatis, & quædam mundana, sed mundana non se extendit ad omnes, quia dilectio talis ad illos est cum quibus est cõmunio, quæ est causa dilectionis, & hæc causa in dilectione mundana non se habet ad omnes, sed tantùm est cũ cõsanguineis & mũdanis, sed dilectio charitatis se extẽdit ad omnes. Et ideo dicit[In omnes.] Nam & si peccatores diligantur per charitatem, hoc est vt sint aliquando sancti. 1. Ioan. 3, Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Item dilectio mundi habet fructum in hoc mundo, sed charitas habet in vita æterna. Et ideo tertiò subdit, de spe, dicens[Propter spem quæ reposita est,] ideſt propter gloriam æternam, quæ ideo dicitur spes, quia pro certo custoditur. Iob 19, Reposita est hæc spes mea in sinu meo. ¶ Deinde cùm dicit[Quam ante audistis.] Ostẽdit quomodo adepti sunt ista. Et primò commendat doctrinam euangelicam. Secundò ministerium, ibi[Sicut didicistis.] Item primò commendat doctrinam à veritate. Secundò ab eius dilatione, ibi[Quod peruenit.] Tertiò à profectu, ibi[Et fructificat.] Dicit ergo. Quam audistis scilicet spem, vel rẽ speratam. Et hoc in verbo veritatis euangelii. Hæc enim excedit omnia. 1. Corin. 2, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c. Et ideo deus eam reuelat. Matt. 3, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Hæc autem est spes vera, non autem est vana (sicut quando promittens est mendax) quia in verbo veritatis. Ioan. 17, Sermo tuus veritas est. ¶ Deinde cùm dicit[Quod peruenit.] Commendatur doctrina Christi à dilatione quia non solùm peruenit ad vos, sed in vniuerso mundo. Psal. In omnem terrã exiuit sonus eorum, &c. Mat. 24, Oportet hoc euangelium regni prædicari in vniuerso orbe, & tunc erit consummatio. Sed quomodo nondum est consummatio, cùm sit prædicatum in vniuerso mundo? Respondeo: Aliqui dicunt quòd euangelium Christi non est euangelium regni. Sed hoc est falsum, quia dominus dicit hoc euangelium regni. Sed dicendum est secundum Chrysostomum q̃ adhuc viuentibus apostolis euangelium Christi est diuulgatum per totum mundum, saltem quantum ad famam, quod est valde miraculosum quòd in quadraginta annis sic creuerit doctrina Christi. Et sic dicit in vniuerso mundo quantum ad famã, & tunc erit consummatio, ideſt, destructio Hierusalem. Secundum Augustum autem hoc non est verum, quia adhuc tempore suo erant aliquę gentes in quibus nondum erat ecclesia. Et ideo ipse dicit hoc esse intelligẽdum quando prædicabitur. Ita q̃ quando in omnibus Gentibus ecclesia erit fundata, licet aliqui sint credẽdentes, aliqui non, tunc erit finis, & hoc non tempore Apostoli: sed circa finem mundi: & sic quando hîc dicitur in vniuerso mundo, loquitur Apostolus de futuro sicut de præsenti propter certitudinẽ euẽtus. Psal. In omnẽ terram exiuit sonus eorum, &c. Potest tamen dici q̃ secundum famam est diuulgatum per totum mundum, sed non secundum fundationem. ¶ Deinde commendat doctrinam Christi quantum ad fructũ per bona opera, ibi[Et fructificat.] Eccle. 24, Flores mei fructus honoris & honestatis, &c. Mat. 13, Fructũ affert & facit aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Et crescit scilicet in multitudine credentium. Actuum. 2, Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Et hoc magnę potestatis fuit, quia sicut in vobis, ita & in aliis. Audistis prædicationem, & cognouistis approbãdo. ¶ Cõsequenter commendat ministerium tripliciter. Primò per comparationem ad se. Secundò per comparationem ad ipsos. Tertiò quantum ad vtrosque. Dicit ergo, Edocti estis per euangelium, sicut ab Epaphra didicistis conseruo. Apocalip. vltimo, Conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Qui est fidelis minister, scilicet non quærens quæ sua sunt. 1. Corinth. 4, Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum dei, & cætera. Qui est fidelis, scilicet mediator inter Apostolum & istos. Qui etiam manifestauit, ideſt, significauit, &c.

Lectio 3.

Orare cum fuis pro Coloſſen. ſe dicit Apoſtolus, & ponitur materia orationis & eſt cognitio veritatis, operatio virtutis tolerantia virtuoſa malorum, & tãdem gratias agit pro beneficiis exhibitis omnibus Chriſtianis

IDeo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro uobis orantes & postulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali, ut ambuletis digne deo, per omnia placentes in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei, in omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio gratias agentes deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit in regnum filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

¶ Suprà posuit materiam gratiarum actionis, ostendens pro quibus bonis gratias egit: hîc ostendit orationem innuens quid pro eis petit. Et primò præmittit conditiones orationis. Secundò subdit bona petita, ibi[Vt impleamini.] Oratio tres habet conditiones. Primò quòd sit tempestiua. Vnde subdit [Ex qua die, &c.] supple cepimus orare. Hiere. 31, Ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius, &c. Secundò quòd sit continua, ibi[Nõ cessamus, &c.] 1. Regum 12, Absit autem à me hoc peccatum in domino vt cessem orare pro vobis. Rom. 1, Sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Tertiò multiplex & perfecta, ibi[Orantes & postulantes.] Oratio est ascensus mentis in deum. Postulatio est rerum petitio. Oratio debet præcedere vt deuotè petens exaudiatur sicut petentes præmittunt persuasionem vt inclinent, sed nos debemus prępmittere deuotionem & meditationem dei & diuinorum, non vt eum flectamus, sed vt nos erigamus in eum. Tria autem petit, scilicet cognitionem veritatis ibi[Vt impleamini.] Operationem virtutis, ibi[Vt ambuletis.] Tolerantiam malorum ibi[In omni patientia.] Triplicem verò cognitionem optat, scilicet agendorum. Vnde dicit[Vt impleamini agnitione, &c.] i. vt plenè cognoscatis voluntatem dei. 1. Thessa. 4, Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra vt abstineatis, &c. Ille ergo cognoscit volũtatem dei, qui in sanctitate viuit. Qui ergo peccat non cognoscit voluntatem dei, quia omnis peccans est ignorans. Roma. 12, Vt probetis quæ sit voluntas dei, &c. Item cognitionem diuinorum, ibi[In omni sapiẽtia] quæ est cognitio diuinorum, secundum Augu. Sapien. 1, Sentite de domino in bonitate. Item spiritualium donorum, ibi[Et intellectu spirituali]. i. non harum corporalium rerum. 1. Corin. 2, Nos autem spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Et aptè coniunguntur hæc duo, sapientia & intellect⁹, quia minor est sapientia si intellectu careat[vt dicit Gregorius] Et inutilis est intellectus sine sapientia, qa sapientia iudicat, & intellectus capit: & nõ valet capere nisi iudicet, & econuerso. Glosa dicit q̃ primum sumitur generaliter. Secundũ pertinet ad actiuam vitam. Tertium ad contemplatiuam. Nec sufficit cognoscere, quia scienti bonum & non operanti, peccatum est illi, vt dicitur Iaco. 4, Vnde oportet quòd assit virtuosa operatio, quã primò tangit, ibi[Vt ambuletis digne deo] Indignè enim ambulat qui nõ viuit sicut decet filium dei. 2. Corint. 6, Ie omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, &c. 1. Thessa. 4, Sicut prædiximus & testificati sumus. Secundò tangit rectam intentionem, ibi[Per omnia placẽtes] Sapien. 4, Placens deo factus est dilectus. Tertiò studium proficiendi, ibi[In omni opere bono, &c.] Semper enim homo debet niti ad vlterius bonum. Eccles. 24, Flores mei fructus honoris & honestatis. Roma. 6, Habetis fructum vestrum in sanctificationem, &c. Ad fructificationem sequitur augmentum sciẽtiæ, ideo dicit[Et crescentes, & cætera.] Ex hoc enim quòd aliquis studet implere mãdata, disponitur ad cognitionem. Psalmus, Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sapien. 1, Non habitabit in corpore subdito peccatis. Et dicit dei, non mundi. Sapien. 10, Dedit illi scientiam sanctorum, &c. ¶ Deinde tangit tolerãtiam malorum, quia ad virtutem non sufficit scire vel velle, nisi immobiliter operetur, quod non potest esse sine patientia & malorum tolerantia. Et ideo dicit[In omni virtute confortati.] Ecclesiast. 47, Diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Quę virtus est à deo. Vnde dicit[Secundum potentiam claritatis eius] Ephsi. 6, Confortamini in domino, sed addit claritatis eius. i. Christi qui est claritas patris, quia pergere ad peccatum, est pergere ad tenebras. Sapien. 7, Vapor est enim virtutis dei, & emanatio quædam est claritas omnipotentis dei sincera. ¶ Deinde cùm dicit[In omni patientia, &c.] Petit eis tolerantiam in aduersis. Quidam enim deficiunt vel propter difficile aduersorum, & ideo oportet habere patientiam. Luc. 21, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vel propter dilationem præmii. Et ideo dicit[Et lõganimitate.] quæ facit sustinere rem promissam, Abac. 2, Si moram fecerit expecta eum, &c. Heb. 6, Lõganimiter ferens adeptus est repromissionem. Sed aliqui hæc duo vitant, sed cum tristitia. Contra hoc dicit[Cum gaudio.] Iac. 1, Omne gaudium existimate fratres, quum in varias tentationes incideritis, &c. ¶ Deinde cùm dicit[Gratias agentes, &c.] Agit gratias pro beneficiis exhibitis omnibus fidelibus. Et hoc pro beneficio gratiæ quod primò ponit. Secundò pro fructu gratiæ, ibi[Qui eripuit.] Dicit ergo, Oramus pro vobis agentes gratias deo. s. creanti: & patri. s. adoptanti, qui dignos, &c. Dixerunt aliqui q̃ dona gratiarum dantur pro meritis, & q̃ deus dat dignis gratiam, non autem indignis, ideo hoc excludit Apostolus, quia quicquid habes dignitatis & gratiæ hoc deus fecit in tẽ, ergo & effectus gratię. Et ideo dicit[Qui dignos nos fecit, &c.] 2. Corin. 3, Non q̃ sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, &c. In partem sortis sanctorũ, &c. Omnes homines de mundo secundum naturam sunt boni. Et ideo iustum est eos aliquam partem habere dei. Mali quidem partem habent voluptates & temporalia. Sapientiæ secundo, Hæc est pars nostra & hæc sors nostra. Sancti verò habent ipsum deum partem. Tren. 3, Pars mea dominus. psalmus, Dominus pars hæreditatis meæ. Et ideo dicit[Qui dignos, & cætera.] Et addit, Sortis quia tripliciter aliquid diuidũt. Quandoque per electionem quando vnus hanc, alius illam partem elegit. Aliquando sorte. Prouerbio. 18, Contradictiones comprimit sors. Hæc autem pars cedit sanctis non per electionẽ propriam. Ioan. decimo quinto, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, sed quia ipse deus elegit nos. Sors enim nihil aliud est quàm committere aliquid diuino iudicio. Sors autem triplex est, scilicet consultoria, diuinatoria: & diuisoria. Prima autem in temporalibus non est mala. Secunda vana est & mala. Tertia in necessitatibus aliquando permittenda, sed hæc per se est possessio luminis. 1. Timot. vltimo, Lucem habitat inaccessibilem. Iob 36, In manibus abscondit lucem, & cætera. Et ex hac parte sequitur effectus gratiæ, scilicet translatio de tenebris ad lucem. Et ideo primò ponit translationem. Secundò modum in quo homines ante gratiam

sunt serui peccati. Nam cùm peccatum sit tenebra, ideo sunt in potestate tenebrarum: siue dæmonum, siue peccatorum. Ephe. vlti. Aduersus rectores mundi tenebrarum harum, &c. Esa. 49, Captiuitas à forti tollitur, &c. Et transtulit, &c. i. vt essemus regnum dei. Io. 19, Regnum meum non est de hoc mũdo, &c. Et hoc fit quando liberamur à peccato. Apo. 5, Fecisti nos deo nostro regnũ, &c. vel ad literã vt vitã æternã. Mat. 3. & 4. & 10, Appropinquabit regnum cælorum. Et hoc est quòd dicit [Regnum filii dilectionis suæ.] Dilectio, vt dicit Augustinus, quandoque dicitur spiritussanctus qui est amor patris & filii. Sed si dilectio sic sem per teneretur personaliter, tunc filius esset filius spiritussancti, sed quandoq; dicitur essentialiter, vt dicitur in Glo. Filii ergo dilectionis suæ, dicitur. i. filii sui dilecti: vel filii essentiæ suæ. Sed nunquid hæc est vera? Filius est filius essentiæ patris? Dicendum est q̃ si genitiuus designat habitudinem causæ efficientis, est falsũ: quia essentia non generat, nec generatur. Si autem designat formam. i. habens essentiam suam quasi materialiter, sicut dicitur aliquid ægregiæ formæ. i. habens ægregiam formam, sic est vera. Ioan. 3, Pater diligit filium & omnia dedit in manu eius. ¶ Deinde cùm dicit [In quo habemus, &c.] Ostendit modum translationis. Homo enim existens in peccato dupliciter tenebatur, subditus, scilicet per seruitutem. Ioan. 8, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Item erat reus pœnæ, & auersus à deo. Esa. 59, Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Hæc duo remouet Christus, quia inquantum homo, factus est pro nobis sacrificium, & redemit nos in sanguine suo. Et ideo dicit, In quo habemus redemptionem. 1. Cor. 6, Empti estis pretio magno. Sed inquantum est deus, habemus per eum peccatorum remissionem, & sic reatus peccati solutus est per eum.

Lectio 4.

Commendatur author beneficiorũ gratiarũ per cõparationẽ ad totam creaturam.

Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cælis, & in terra, uisibilia & inuisibilia. Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

Postquàm superius commemorauit gratiæ beneficia specialia & vniuersalia: hîc commendat authorem huius gratiæ. s. Christum. Et primò per coparationem ad deum: secundò generaliter per comparationem ad totam creaturam, ibi [Primogenitus] tertiò specialiter per cõparationẽ ad ecclesiam, ibi [Et ipse est caput.] Circa primum notandum est q̃ deus dicitur inuisibilis, quia excedit capacitatem uisionis cuiuscunque intellectus creati, ita q̃ nullus intellectus creatus naturali cognitione potest pertingere ad eius essentiam. Iob 36, Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. 1. Timo. vlti. Lucem habitat inaccessibilem. Videtur ergo à beatis ex gratia, non ex natura. Ratio huius assignatur à Dionysio, quia omnis cognitio terminatur ad existens, ideſt, ad aliquam naturam participantem esse. Deus autem est ipsum esse, non participans sed participatum, ergo est incognitus. Huius ergo dei inuisibilis filius est imago. Sed videndum est quomodo dicatur imago dei: & quare dicatur inuisibilis. Et quidẽ de ratione imaginis sunt tria, scilicet q̃ sit ibi similitudo, quò deducta sit, vel expressa ex eo cum quo est similitudo, & quòd deducta sit in aliquo pertinente ad speciem vel signum speciei. Si enim sunt duo similia quorum vnum non deriuetur ab alio, neutrum dicimus alterius imaginem, sicut ouum non dicitur imago oui. Et ideo ab imitando dicitur imago. Item si sit simile, sed non quantum ad speciem, vel signum speciei, tunc nec imago dicitur, sicut in homine multa sunt accidentia, vt color, quantitas, & huiusmodi, & secundum nullum horum dicitur imago. Sed si figuram ei⁹ accipiat, sic potest esse imago, quia figura est signum speciei, filius autem est similis patri, & pater similis filio, sed filius habet hoc à patre, pater autem nõ à filio. Et ideo propriè loquendo dicimus filium imaginem patris, & non econuerso, quia deducitur & deriuatur hæc similitudo à patre. Item hæc similitudo est secundũ speciẽ, quia filius in diuinis representatur aliquo modo, sed deficiẽter per verbũ mentis nostræ. Verbũ autẽ mentis nostræ est quando formamus actu formã rei cuius notitiam habemus, & hoc significamus verbo exteriori. Et hoc verbum sic conceptum est quædam rei similitudo quam in mente tenemus, & simile secundum speciem. Et ideo verbum dei imago dei dicitur. ¶ Quantum ad secundum sciendum est quòd Arriani hoc verbum malè intellexerunt iudicantes de dei imagine secundum imagines quæ fiebant ab antiquis vt viderent in eis charos suos subtractos sibi, sicut & nos facimus imagines sanctorum, vt quos non videmus in substantia, videamus in imagine. Et ideo dicunt quòd inuisibile est proprium patri, filius autem est primum visibile in quo manifestatur bonitas patris, quasi pater sit verè inuisibilis: filius verò visibilis & sic alterius essent naturæ. Hoc autem excludit Apostolus ad Hebræos 1. dicens, Qui cùm sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, &c. Et sic est imago non solùm dei inuisibilis, sed etiam ipse est inuisibilis, sicut pater. Colos. primo, Qui est imago inuisibilis dei. ¶ Deinde cùm dicit [Primogenitus, & cætera.] Commendat Christum per comparationem ad creaturam. Et primò facit hoc, secundò exponit, ibi [Quia in ipso.] Circa primum sciendum est quòd Arriani sic intelligunt quasi dicatur primogenitus, quia sit prima creatura, sed hic none st sensus, vt patebit. Et ideo duo sunt videnda, scilicet quomodo hæc imago sit genita, & quomodo primogenita creaturæ. Quantum ergo ad primum, sciendũ est quòd in vnaquaque re generatio est secundum modum sui esse & suæ naturæ. Alius enim modus generationis est in hominibus, & alius in plantis, & sic de aliis. Natura autem dei est ipsum esse intelligere, & sic oportet quòd eius generatio, vel conceptio intellectualis sit generatio vel conceptio naturæ eius. In nobis autem conceptio intelligibilis non est conceptio naturæ nostræ, quia in nobis aliud est intelligere & natura nostra. Et ideo cùm hæc imago sit verbum & conceptio intellectus oportet dicere quòd sit germen naturæ, & sic de necessitate genitus, quia accipit naturam ab alio. ¶ Secundò videndum est quomodo dicatur primogenitus. Deus enim non alio se cognoscit & creaturam, sed omnia in sua essentia sicut in prima causa effectiua. Filius autem est conceptio intellectualis dei secundum q̃ cognoscit se, & per consequens omnem creaturam. Inquãtum ergo gignitur, videtur quoddam verbum representans totam creaturam, & ipsum est principium omnis creaturæ. Si enim non sic gigneretur, solùm verbum patris esset primogenitus patris, sed non creaturæ. Ecclesiasti. 24, Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam, & cætera. ¶ Deinde cùm dicit [Quia in ipso, &c.] Exponit quod dixerat. s. q̃ sit primogenitus, quia. s. est genitus vt

Quomodo filius dicitur imago dei. Ad imaginẽ tria sunt necessaria.

Arriũ error.

Error alius Arry.

principium creaturæ. Et hoc quantũ ad tria. Primò quantum ad rerum creationem. Secundò quantũ ad earum distinctionẽ, ibi [In cælis.] Tertiò quãtum ad conseruationẽ in esse, ibi [Et omnia in ipso, &c.] Dicit ergò, Est primogenitus creaturæ, q̃a est genitus vt principiũ omnis creaturæ. Et ideo dicit [Quia in ipso, &c.] Circa quod sciendũ est, quòd Platonici ponebant ideas dicẽtes. q̃ quælibet res fiebat ex eo q̃ participabat ideam, puta, hominis vel alicuius alterius speciei. Loco omniũ harum idearum nos habemus vnum. s. filiũ verbum dei. Artifex enim facit artificiũ ex hoc quod facit illud participare formam apud se conceptã, quasi inuoluens eã exteriori materiæ: sicut si dicatur q̃ artifex facit domum per formã rei quam habet apud se cõceptam. Et sic deus omnia in sua sapientia dicitur facere, quia sapientia dei se habet ad res creatas sicut ars ædificatoris ad domũ factam. Hæc autem forma & sapientia est verbũ, & ideo omnia in ipso condita sunt, sicut in quodam exemplari. Gene. 1, Dixit & facta sunt, quia in verbo suo æterno creauit omnia vt fierent. ¶ Quantum autẽ ad rerum distinctionem, sciendũ est q̃ aliqui sicut Manichei errauerunt dicẽtes hæc corpora terrena, quia corruptibilia facta esse à malo deo: cęlestia verò, quia incorruptibilia à bono deo. s. patre Christi. Sed mentiuntur, quia in eodẽ sunt vtraq; creata. Ideo dicit [In cælis, &c.] Et hæc est distinctio secũdũ partes naturæ corporeę. Gen. 1, In principio. i. in filio, creauit deus, &c. Platonici etiã dicunt q̃ deus per se creauit creaturas inuisibiles. s. angelos, & per angelos creauit naturas corporeas. Sed hoc excluditur hîc, quia dicitur, Visibilia & inuisibilia. De primo Heb. 11, Fide intelligimus esse aptata secula vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierent. De secũdo autẽ. Eccle. 43, Pauca vidimus operũ eius, omnia autem dominus fecit, &c. Hæc autẽ distinctio est secũdum creaturarum naturã. Tertia distinctio est ordinis, & gradus in inuisibilibus, cùm dicit [Siue throni, &c.] Platonici etiã errãt hîc: dicebãt enim in rebus diuersas esse perfectiones, & quãlibet attribuebãt vni primo principio, & secundũ ordines earũ perfectionũ ponebant ordines principiorũ, sicut ponebant primũ ens à quo participant omnia esse, & illud principiũ ab isto. s. primum intellectum: à quo omnia participant intelligere, & aliud principiũ vitam, à quo omnia participant viuere. Sed nos non sic ponimus, sed ab vno principio res habent quicquid in eis perfectionis est. Et ideo dicit [Siue throni, &c.] Quasi dicat, Non dependent ab aliis principiis ordinatis, sed ab ipso vno solo verbo dei. Sed quid est quod dicit Ephe. 1, Ipsum dedit caput, &c. Vbi quædam diuersitas videtur esse ab istis. Solutio. Hîc enim enumerat de scendendo, quia ostẽdit progressum creaturæ à deo, ibi ascendẽdo, quia ostendit q̃ filius dei secundũ q̃ homo super omnes creaturas est. Sed tamen ibi principatus ponũtur sub potestatibus: & virtutes inter dominationes & potestates: hîc principatus super potestates, & principatus medium inter dominationes & potestates. Et secundũ hoc diuersæ sunt sententiæ Gregorii & Dionysii. Dionysius enim ordinat eos secundum q̃ dicitur ad Ephesios: quia in secunda hierarchia ponit dominationes, virtutes, & potestates. Gregorius verò ordinat eos sicut hîc habetur: quia in secũda hierarchia ponit dominationes, principatus & potestates: in tertia verò virtutes, archangelos, & angelos. ¶ Sed sciendum est, q̃ sicut Gregorius & Dionysius dicunt hæc dona spiritualia ex quibus nominantur hi ordines, cõmunia sunt omnibus, tamen quidã nominantur à quibusdã, quidam ab aliis: cuius ratio accipitur ex dictis Platonicorũ, quia omne quod conuenit alicui, conuenit tripliciter, quia aut essentialiter, aut participatiuè, aut causaliter. Essentialiter quidẽ quod cõuenit rei secundũ proportionem suæ naturæ, sicut homini rationale. Participatiuè autẽ quod excedit suam naturã: sed tamen aliquid de illo participat, sed imperfectè, sicut intellectuale homini, quod est supra rationale: & est essentiale angelorũ & idẽ aliquid participat homo. Causaliter verò quod cõuenit rei superuenienter, sicut homini artificialia, quia in eo nõ sunt sicut in materia, sed per modum artis. Vnũquodq; autem denominatur solùm ab eo quod conuenit ei essentialiter. Vnde homo nõ dicitur intellectualis nec artificialis, sed rationalis. De dictis autẽ donis in angelis: ea quæ conueniunt superioribus essentialiter, inferioribus conueniunt participatiuè: quæ verò inferioribus essentialiter cõueniunt, superioribus causaliter conueniunt. Et ideo superiores denominantur à superioribus donis. Supremum autem in creatura spirituali est quod attingit deum & quodãmodo participet eum. Et ideo denominantur superiores ex hoc quòd attingunt deum. Seraphin quasi ardentes deo vel incẽdentes. Cherubin quasi scientes deũ. Throni quasi habẽtes in seipsis sedentẽ deum. Tripliciter enim aliquid potest ab alio participare. Vno modo accipiendo proprietatem naturæ eius. Alio modo vt recipiat ipsum per modũ intentionis cognitiuæ. Alio modo vt deseruiat aliqualiter eius virtuti, sicut aliquis medicinalem artẽ participat à medico, vel quia accipit in se medicinæ artem, vel accipit cognitionẽ artis medicinalis, vel quia deseruit arti medicinæ. Primũ est maius secundo, & secundum tertio. In sacra autẽ scriptura significatur aliquid diuinum per ignẽ. Deute. 4, Dominus deus tuus ignis consumens est, &c. Et ideo supremus ordo dicitur Seraphin, quasi ardentes deo & continẽtes aliquam diuinã proprietatem. Secũdus ordo est Cherubin, cõsequẽtes eum cognitiuè. Et tertius Throni, eius virtuti deseruientes. Alii autẽ ordines non nominãtur ex attingendo deũ, sed per aliquam eius operationem. Et aliqui vt dirigẽtes, & sic sunt dominationes. Alii exequentes: Et horũ quidem vt principaliores vt principatus. Psal. Præuenerunt principes, &c. Alii secundũ executionem, & sic sunt exequẽtes supra spirituales creaturas vt sunt potestates quæ arcent dæmones: si supra naturalia, sunt virtutes quæ miracula faciunt: si supra homines, sunt archangeli ad magna: si angeli ad minima. Et sic cõcludẽdo dicit, Omnia per ipsum sicut per causam effectiuã, & in ipso sicut per causam exemplarem. Ioã. 1, Omnia per ipsum facta sunt, &c. Sed quia posset aliquis dicere. Nunquid omnia sunt æterna? Ideo Apostolus quasi respõdens ad hoc dicit q̃ non, sed ipse est ante omnia. s. tẽpora & res alias. Prou. 8, Dominus possedit me in initio viarũ suarum anteq̃ quicq̃ faceret à principio. &c. Vel ante dignitatẽ. Psal. Quis similis deo, &c. ¶ Quantum ad conseruationẽ dicit, Et omnia in ipso constãt. i. conseruantur. Sic enim se habet deus ad res sicut sol ad lunã, quo recedente deficit lumen lunæ. Et sic si deus subtraheret suam virtutem à nobis, in momento deficerent omnia. Hebr. 1, Portans omnia verbo virtutis suæ.

Omne qđ cõuenit alicui, cõuenit ei vno triũ modorum.

Lectio 5.

Cõmendatur Christ⁹ p cõparatiõnẽ ad eccle

Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatũ tenẽs: quia in ipso cõplacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Et uos cùm essetis aliquando alienati & inimi

siam: primò quidē generaliter et in ordine ad omnes. 2. autē specialiter in ordine ad ipsos Colloss.

ci sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, ut exhiberet uos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles & immobiles à spe euangelij quod audistis, quod prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub cælo est.

¶ Postq̄ Apostolus cōmendauit Christum per cōparationem ad deum & ad totam creaturam, hīc cōmendat ipsum in cōparatione ad ecclesiam. Et primò generaliter. secūdò specialiter quantū ad Colossenses, ibi [Et vos cum essetis.] Tertiò quantum ad suam personā singulariter, ibi [Cuius factus sum.] Circa primum duo facit, quia primo proponit habitudinē Christi ad totam ecclesiam, secūdò exponit, ibi [Qui est principium.] Dicit ergo: Iste in quo habemus redēptionem Christus est & primogenitus creaturæ. Sed secūdum q̄ huiusmodi factus est caput ecclesiæ, duo occurrunt hīc exponēda. Et primò quomodo corpus sit ecclesia, & secūdò quomodo Christus est caput. Ecclesia dicitur corpus ad similitudinem vnius hominis, & hoc dupliciter. s. & quantū ad distinctionem membrorū. Ephe. 4, Dedit quosdam quidē Apostolos, quosdā autem prophetas, &c. Et quantū ad seruitia, quæ licet sint distincta, tamen vnum seruit alteri. 1. Cor. 12, pro inuicem solicita sint membra. Gal. 6, Alter alterius onera portate, &c. Item sicut cōstituitur vnū corpus ex vnitate animæ, ita ecclesia ex vnitate spiritus. Ephe. 4, Vnum corpus & vnus spiritus. 1. Cor. 10, Vnus panis & vnum corpus multi sumus, &c. Item est alia consideratio membrorum ad caput ecclesiæ. s. ad Christum. Ipse enim Christus est caput ecclesiæ. Psal. Tu exaltans caput meū, &c. ¶ Et exponit quid est esse caput, dicens, Qui est principium, &c. Caput enim respectu aliorū membrorum habet tria priuilegia. Primò, quia distinguitur ab aliis ordine dignitatis, quia est principiū & præsidens. Secundò in plenitudine sensuū qui sunt omnes in capite. Tertiò in quodā influxu sensus & motus ad membra. Et ideo primò ostēdit quomodo Christus est caput ratione dignitatis, secundò ratione plenitudinis gratiarū, ibi [Quia in ipso cōplacuit.] Itē tertiò ratione influentiæ, ibi [Et per eum.] Ecclesia quidē habet duplicem statum. s. gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, & est eadē ecclesia, & Christus est caput secundum vtrunq; statū: quia primus in gratia, & primus in gloria. Quantū ad primum dicit, Qui est principium, quia non solùm est in gratia secundum q̄ homo, sed etiā omnes sunt iustificati per fidē Christi. Ro. 5, Per obedientiā vnius hominis iusti constituuntur multi. Et ideo dicit [Qui est principium.] s. iustificationis & gratiæ in tota ecclesia, quia etiam in veteri testamento sunt aliqui iustificati per fidē Christi. Ioan. 8, Ego principium qui & loquor, &c. Psal. Tecū principium, &c. Item est principiū quātum ad statum glorię. Ideo dicit, primogenitus ex mortuis. Quia enim resurrectio mortuorū est quasi quædā secunda generatio, quia homo in ea ad vitā æternam reparatur. Matt. 19, In regeneratione, cùm sederit filius hominis, &c. & præ omnibus primus est Christus: ideo est primogenitus ex mortuis. i. eorum qui sunt geniti per resurrectionē. Sed contrà de Lazaro. Ioan. 12. Respondeo, dicitur quod iste & alii non resurrexerunt ad illam vitā immortalem, sed ad mortalem, sed Christus resurgēs ex mortuis iam non moritur, ac dicitur Ro. 6. Apoc. 1, Primogenitus mortuorū, &c. 1. Co. 15, Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiū. Et hoc, vt in omnibus sit ipse principatū tenens, quantum ad dona gratiæ, quia ipse est principium: quātum ad dona gloriæ, quia ipse est primogenitus. Eccl. 24, In omni gente & in omni populo primatū habui, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Quia in ipso, &c.] Ostendit dignitatem capitis quantū ad plenitudinem gratiarum omniū. Alii enim sancti habuerunt diuisiones gratiarum, sed Christus habuit omnes. Ideo dicit [Quia in ipso, &c.] Singula verba pondus suū habent [Cōplacuit.] designat q̄ dona hominis Christi non erant ex facto seu meritis, vt dicit Fotinus, sed ex diuinæ volū tatis cōplacentia assumentis hunc hominem in vnitatē personæ. Matt. 3, Hic est filius meus, &c. Item dicit omnem, quia alii habēt hoc donum, alii, aliud. Io. 13, Omnia dedit in manus eius. Item dicit plenitudinem: quia aliquis aliquod habuit donū, sed non plenitudinem eius, seu virtutis: quia fortè inuitus in aliquo defecit. Sed Io. 1. dicitur de Christo, Vidimus eum plenū gratiæ & veritatis. Eccle. 24, In plenitudine sanctorū detentio mea. Item dicit habitare. Alii enim acceperūt vsum gratiæ ad tēpus, quia spiritus prophetarū non semper adest prophetis: sed in Christo est habitualiter, quia semper ad votū in Christo est dominium huius plenitudinis. Io. 1, Super quē videris spiritum descendentē, & in eo manētem, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Et per eum, &c.] Ostendit Christū esse caput ecclesię ratione influxus. Et hæc est tertia ratio capitis. Et primò ostendit influxū gratiæ. secundò exponit quod dixerat, ibi [Pacificans.] Dicit ergo primò, dico q̄ complacuit, non solùm quantū ad hoc quod haberet in se, sed etiā vt per eum ad nos deriuaret. Vnde dicit [Et per eum reconciliari omnia in ipsum. 2. Cor. 5, Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. Exponit autem qualis sit ista reconciliatio: & quomodo omnia reconciliata. In recōciliatione autē sunt duo considerandа. Primò in quo cōueniunt qui reconciliantur. Discordes enim diuersas habent voluntates. Reconciliati autē consentiunt in aliquo vno. Et sic voluntates prius discordes, concordāt in Christo. Et huiusmodi voluntates sunt & hominū, & dei, & angelorum. Hominū, quia Christus homo est: dei quia deus est. Item discordia erat inter Iudæos qui volebant legē, & Gentiles qui non volebant legem: sed vtroq; Christus concordat: quia ex Iudæis est, & quia absoluit obseruātias legis. Et hæc concordia est facta per sanguinē, &c. Inter deū enim & hominē causa discordiæ fuit peccatū: inter Iudæos & Gentiles lex. Christus per crucē destruxit peccatum, & impleuit legem. Et ita remouit causam discordię. Heb. 12, Accessistis ad Sion montē, & ciuitatem dei viuentis Hierusalem, &c. Et sic recōciliati sumus. Et ista sunt siue quæ in cælis, vt angeli & deus, siue quę in terris. s. Iudei & Gentiles. Ideo Christo nato dicitur Luc. 2, Gloria in altissimis deo, Et in terra pax hominibus, &c. Item in resurrectione dixit [Pax vobis, &c.] Vt habetur Ioā. 20, Ephe. 2, Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraq; vnum, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Et vos, &c.] ponitur cōmendatio Christi per dona eis collata. Vbi primò cōmemorat statum præteritum: secundò Christi beneficium, ibi [Nunc autem, &c.] Tertiò quid exigatur ab eis, ibi [Si tamen, &c.] Status enim præteritus habuit tria mala. Quantum enim ad intellectum erant ignorantes: quantū ad affectum inimici iustitiæ: quātum ad actum in multis peccatis. Quantum ad primum dicit [Alienati, &c.] Quantum ad secundū] Et inimici sensus] secundum vnam literam, & ostendit defectum sapientiæ quā prædicabant Iudæi de vno deo. Ioā. 3, Dilexerunt magis tenebras q̄ lucem. Sed nunquid tenebantur ad legē Moysi? Dicendum est q̄ sic, quantum ad cultū vnius dei. Vel alienati sensu, id

est ex electione contradicētes ei ex malitia. Iob 34, Qui quasi de industria recesserunt ab eo. Quantum ad tertium dicit [In operibus malis.] Ioā. 3, Erant enim eorum opera mala, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Nunc autem.] ponit beneficia Christi. Et primum est reconciliatio in corpore eius. Et dicit [In corpore carnis] non quòd aliud sit corpus, & aliud caro, sed ad ostendendū quòd accepit esse naturæ. Io. 1, Et verbum caro factum est, &c. Et idem corpus carnis. i. mortale. Rom. 8, Deus filium suū mittens in similitudinē peccati, &c. Secundum est sanctificatio. Vnde dicit [Exhibere vos sanctos.] Heb. 13, Iesus vt sanctificaret populum suum, &c. Tertium est ablutio à peccatis, ibi [Et immaculatos.] Hebr. 9, Sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit deo, emundabit conscientiā nostram, &c. ¶ Item quantum ad futura, ibi [Et irreprehensibiles.] 2. Per. 3, Satagite immaculati & inuiolati & inueniri in pace, &c. Et addit, Coram ipso. 1. Reg. 16, Homo videt quæ foris patent, dominus autem intuetur cor. Exigit à nobis firmitatem fidei & spei. Ideo subiungit, dicēs [Si tamen permanetis in fide fundati.] Fides est sicut fundamentū, ex cuius firmitate tota firmatur ecclesiæ structura [Et stabiles] in spe nō moti à seipsis [& immobiles] quasi non excidentes à spe per alios [A spe] inquam, euangelii. i. quam dat euangeliū de bonis regni cælorum. Mat. 4, Pœnitē tiam agite appropinquabit enim regnū cælorum. Nec est excusatio, quia est prædicatū: videlicet per apostolos. Vtitur prętcrito pro futuro, propter certitudinē eius [In vniuersa creatura quæ sub, &c.] i. omni creaturæ nouæ. i. fidelibus quibus paratum erat. Lectio 6.

Ostenditur Paulū esse ministrū euangelij, et eius fidelitas in ministrādo: & mysterijma gnitudo: fuisseq; absconditū euāgeliū, nunc vero manifestatū Gētibus p apostolos, maximè p Paulū pro euangelio vincula tum.

Vius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia: cuius factus sum ego minister secundū dispensationem dei, quæ data est mihi in uobis, ut impleā uerbis dei, mysteriū quod absconditū fuit à seculis & generationibus: nūc autē manifestatū est sanctis eius quibus uoluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramēti huius in Gētibus, quod est Christus in uobis spes gloriæ quē nos annuntiamus, corripientes omnē hominē, & docentes in omni sapiētia, ut exhibeamus omnem hominē perfectū in Christo Iesu: in quo & laboro certādo. secundū operationē eius quæ operatur in me in uirtute.

¶ Postq̄ cōmendauit Christum in cōparatione ad deum & ad vniuersam creaturā, ad totam ecclesiam & ad ipsos Colossenses: hīc cōmendat eum in cōparatione ad seipsum, ostendens se eius ministrum. Et primò ponit ministeriū: secundò ostendit fidelitatem in ministrando, ibi [Qui nunc gaudeo.] Tertiò ministerii magnitudinē, ibi [Cuius factus sum.] Dicit ergo, Dico q̄ prędicatum est in vniuersa creatura, cuius euangelii factus sum minister prædicandi, non mea authoritate sed prædicationi ministeriū exhibens. 1. Cor. 4, Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores, &c. Sed est minister fidelis: quod patet, quia non refugit pati pericula quin diligēter exequatur. Vnde primò ostendit quo affectu sustinet passiones: secundò quo fructu, ibi [Adimpleo, &c.] Affectu quidē lætо, quia nunc gaudeo, &c. pro vobis. i. propter vestrā vtilitatem. 2. Cor. 1, Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, &c. Et propter gaudiū vitę æternę quod inde expecto, quod est fructus ministerii eius. Iac. 1, Omne gaudiū existimate fratres mei, cùm in tētationes varias incideritis, scientes, &c. Philip. 2, Si immolor super sacrificiū fidei vestræ, gaudeo & cōgratulor, &c. Et etiam hoc fructu vt adimpleam, &c. Hęc verba secundū superficiem malum possent habere intellectū. s. q̄ Christi passio non esset sufficiens ad redēptionem, sed additæ sunt ad complendū passiones sanctorum. Sed hoc est hæreticū, quia sanguis Christi est sufficiens ad redēptionem etiam multorum mundorū. 1. Ioā. 2, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, &c. Sed intelligendum est q̄ Christus & ecclesia est vna persona mystica, cuius caput est Christus, corpus omnes iusti: quilibet autē iustus, est quasi mēbrum huius capitis. 1. Cor. 12, Et mēbra de membro. Deus autē ordinauit in sua prædestinatione quantum meritorū debet esse per totā ecclesiam tam in capite q̄ in membris, sicut & prædestinauit numerū electorum. Et inter hæc merita præcipuè sunt passiones sanctorū. Christi. s. capitis merita sunt infinita, quilibet verò sanctus exhibet aliqua merita secundū mensuram suam. Et ideo dicit, Adimpleo ea quæ desunt passionū Christi. i. totius ecclesiæ cuius caput est Christus, adimpleo. i. addo mensuram meam. Et hoc in carne. i. ego ipse patiens. Vel quæ passiones desunt in carne mea. Hoc enim deerat quòd sicut Christus passus erat in corpore suo, ita pateretur in Paulo mēbro suo, & similiter in aliis. Et pro corpore, quod est ecclesia, quæ erat redimenda per Christum. Ephe. 5, Vt exhiberet ipse sibi ecclesiā gloriosam nō habentem maculam neq; rugam. Sic etiam omnes sancti patiuntur propter ecclesiā: quæ eorum exemplo roboratur. Glosa. Passiones adhuc desunt eo q̄ paritoria meritorū ecclesiæ non est plena, nec adimplebitur, nisi cùm seculum fuerit finitū. Paritoria autem est vas, vel domus, vbi pariter multa inferuntur. ¶ Deinde cùm dicit [Cuius sum, &c.] Ostendit dignitatem ministerii tripliciter. Primò ex materia adoptionis: secundò ex fine ad quē dicitur, ibi [Vt impleamini, &c.] tertiò ex vsu, ibi [Quoniā vos cùm, &c.] Sed diceret aliquis. Est ne magnū hoc ministerium? Et respondet dicens, Ita est, quia traditū est mihi secundum dispensationem. Quod dupliciter potest exponi, s. actiuè: & sic est sensus. i. vt dispensem vobis diuina fideliter tradens ea, & hæc potestas data est mihi. Vel passiuè, & tunc est sensus. i. secundum q̄ mihi dispensatum est à deo. Ephe. 4, dedit quosdā quidem apostolos: quosdam prophetas, &c. Act. 13, Segregate mihi Barnabā & Paulum in opus ad quod assumpsi eos, &c. Ecce quis est finis, certè non pecunia nec gloria propria, sed aliquod magnū ad quod accepi, quia vt impleam &c. Et primò ostendit dignitatem eius ad quod accepit: secundò ostendit quod est illud, quod est Christus. Item primò cōmendat magnitudinem eius ex diffusa prædicatione: & occultatione: & manifestatione. Accipitur autē ad conuersionem Gentilium, Vnde vt adimpleā verbum non prædicationis, sed dispensationē æternam dei. i. vt mea prædicatione impletū ostendam verbū dei. i. dei dispensationē, & prędordinationem & promissionem de verbo dei incarnando, vel dispensationē dei æternam qua disposuit vt Gētes per Christum conuerterentur ad fidē veri dei. Et hoc oportebat impleri. Num. 23, Dixit ergo & non faciet, locutus est, & non implebit? Esa. 55, Verbū quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quęcunq; volui, & prosperabitur, &c. Sed hoc disposuit impleri per ministeriū Pauli, Vnde dicit, Vt impleā hoc mysterium.] s. inquātum est res absconditа: quia mysteriū quod est absconditum est hoc verbum. Esa. 24, Secretū meum mihi est, &c. Quod absconditū fuit à seculis. i. à principio seculorum, & omnibus generationibus hominum qui hoc scire non potuerunt. Ephe. 3, Quæ sit dispensatio sacramēti absconditi à se-

culis in deo. Nam & si philosophi antiqui quædã de Christi deitate videantur dixisse vel propria, vel appropriata: sicut Aug. inuenit in libris Platonis, In principo erat verbũ, &c. tamen ꝙ verbũ caro factum est, nullus scire potuit. Sed dicis, Nónne fuit scitũ per prophetas? Respondeo: dicendũ est quòd sic tamen in quantũm pertinebat ad euangeliũ, vel non ita aperté sicut apostoli sciuerunt. ¶ Deinde cùm dicit [Nunc autẽ, &c.] Agit de manifestatione eius: & primò ostẽdit quibus manifestatum est, secũdò ostendit quare manifestatũ est eis, ibi [Quibus voluit.] Dicit ergo, Manifestatũ est nunc. s. tẽpore gratiæ. 2. Cor. 4, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hæc autẽ est scientia sanctorum. Sap. 10, Dedit illi scientiã sanctorũ, &c. Iob 36, Annũtiat de ea amico suo, &c. Sed hoc nõ propter eorũ merita, sed propter beneplacitũ suum. Vnde dicit: quibus voluit deus, &c. Io. 15, Quæ audiui à patre meo nota feci vobis, &c. Et subdit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Mat. 11, Ita placitũ fuit ante te (notas facere diuitias gloriæ sacramẽti huius) quia per hoc ꝙ ista fuerunt occulta deus apparet abũdanter glorioſus. Nam olim notus in Iudæa deus, sed per hoc sacramentũ conuersionis gentilium gloria dei notificatur per totũ mundum. Io. 17, Ego te clarificaui, &c. Et hoc [in gentibus.] s. quod cõpletur in eis. Ro. 5, Gloriamur in spe glorię filiorũ dei. Et Rom. 11, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei. Hoc verbũ est quod est Christus. i. quod per Christũ adipiscimur. s. spem gloriæ quæ olim videbatur promissa solùm Iudæis. Act. 10, Mirabantur ꝙ & in nationes diffusa est gratia, &c. Ro. 5, Iustificati ex fide pacẽ habeamus, &c. Et post, & gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei, &c. Esa. 11, Radix Iesse qui stat in signum populorum, &c. Sic ergo ostenditur origo ministerii & finis. ¶ Sed subdit vsum eius, cùm dicit [Quẽ nos, &c.] Et circa hoc tria facit, quia primò ostendit vsum eius. secundò fructum, ibi [Vt exhibeamus, &c.] tertiò auxiliũ sibi impensum ad consequendũ vsum, ibi [In quo & laboro.] Vsus eius est nuntiare Christũ, Et ponit vsum & modum vtendi. Psal. Annuntiate inter gentes studia eius, &c. 1. Io. 1, Quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, &c. Modus ponitur, ibi [Corripiẽtes, &c.] Quod est perfecta annuntiatio, quia omni homini non solùm Iudæis. Mat. vlt. Docete omnes gentes, &c. Modus etiam eius est docere veritatẽ, & refellere falsit atem. Et ideo dicit [Corripientes omnẽ hominem.] infideles in vita. 2. Cor. 10, Arma militiæ nostræ nõ sunt carnalia, sed potentia dei ad destructionem munitionum, cõsilia destruentes, &c. [Et docentes in omni sapiẽtia.] s. quæ est cognitio dei. Sap. 15, Nosse enim te cõsummata iustitia est, & scire iustitiã & veritatẽ tuam radix est immortalitatis, &c. Et 1. Cor. 2, Sapientiã loquimur, &c. ¶ Fructus autẽ hîc est ꝙ homines ducuntur ad perfectũ, Vnde dicit [Vt exhibeamus omnem hominem.] s. cuiuscunq; cõditionis perfectũ, non in lege, sed in Christo. Mat. 5, Estote perfecti, &c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionẽ? Non, sed intentio prædicatoris ad hoc debet esse. Est autẽ duplex perfectio charitatis. Vna de necessitate præcepti. s. vt in corde nihil admittat contrarium deo. Mat. 22, Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, &c. Alia de vtilitate consilii vt abstineat etiã à licitis, & hęc est perfectio supererogationis. Sed ad hoc habuit auxiliũ à deo. Vnde dicit [In quo laboro certando] cõtra infideles & peccatores. 2. Timo. 2, labora sicut bonus miles Christi, &c. Item eiusdem 4, bonum certamen certaui, &c. Et hoc [secundũ operationem eius.] 1. Cor. 15, Gratia dei mecum, quã operetur in me, quia hoc facit deus in me in virtute miraculorum. s. præbendo virtutem. Luc. vlti. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.

Caput 2.

Solicitudo Pau. ponitur, quã habet de his q eũ nõ viderant vt consolentur & dotẽtur spiritualibus, signãter cognitione Christiq̃ est res euãgelizata, in quo sunt omnes thesauri dei, & tandẽ ponitur tuitio cõtra malam doctrinam.

Volo enim uos scire qualem solicitudinẽ habeam pro uobis & pro his qui sunt Laodiciæ, & quicunque non uiderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorũ instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem misterij dei patris & Iesu Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonum.

¶ Suprà cõmendauit statũ fidelium, qui est gratię & actorem. s. Christũ: hîc protegit eos cõtra contrariãtia huic statui: & primò contra doctrinã corrũpentẽ, secundò contra peruersos mores. 3. cap. ibi [Igitur si consurrexistis.] Circa primũ duo facit, quia primò ostendit solicitudinem de eorũ statu: secundò tuetur eos cõtra malam doctrinã, ibi [Hoc autem dico.] Iterum prima pars diuiditur in tres particulas. Quia primò ponit solicitudinem, secundò personas de quibus solicitatur, ibi [Pro vobis.] tertiò de quo sit solicitus, ibi [Vt consoletur.] Dicit ergo, Volo enim vos scire qualẽ habeam solicitudinẽ. s. magnam. Et hoc pertinet ad bonum prælatum. Ro. 12, Qui præest in solicitudine. Luc. 2, Pastores erant in eadẽ regione vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suum. Et non solùm pro à se conuersis & sibi præsentibus: sed etiã pro aliis. Vnde dicit, Pro vobis. s. quos non vidi corpore, sed mente, & non solùm pro istis, sed etiam pro illis qui non viderunt, &c. Solicitus quippe erat pro toto mũdo. Sap. 18, In veste poderis Aaron totus erat orbis terrarũ, &c. Sic in mente Apostoli. 2. Cor. 11, Præter ea quę extrinsecus sunt instantia mea, quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum, &c. Sed de quibus magis solicitatur. Respondeo, de non visis quantũ ad aliquid, quia nesciebat quid fieret circa eos: non autẽ simpliciter. ¶ Deinde cùm dicit [Vt consolẽtur.] ostendit de quo solicitus sit. s. de eorum consolatione. Et primò hoc ponit, secundò quomodo possit hoc haberi, ibi [Instructi.] Dicit ergo, Vt consolentur. i. per me habeant consolationẽ spiritualem, cuius consolationis factiuũ est bonum. Est enim factiuũ gaudii vt qui tristatur de aliquo, consoletur de alio æque bono. Duo autẽ sunt quæ consolantur nos. s. meditatio sapientiæ. Sap. 8, Erit allocutio cogitationis & tedii mei. Aliud est oratio. Iaco. 5, Tristatur quis in vobis, oret æquo animo & psallat. ¶ Consequenter cùm dicit [Instructi, &c.] ponit specialiter sapientiæ instructionẽ. Duplex est hîc litera. s. quæ dicta est, & quę habetur in glosa sic, Vt cõsolentur corda ipsorum instructorũ, &c. ad cognoscendum, &c. Et est idem sensus, Instructio ergo sapientię consolatur contra mala tẽporalia. Debet autem hîc esse instructus de via: & ideo dicit, In charitate, quæ. s. est via ad deum. 1. Cor. 12, Adhuc excellentiorem viam vobis demõstro, si linguis, &c. Instructi ergo in charitate qua deus nos diligit, & qua nos eum diligimus. Vtrunq; enim nos consolatur. s. & quia dominus diligit nos. Gala. 2, Viuo ego, &c. Et post, Qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me, &c. Ephe. 2, Diues in misericordia, propter nimiam charitatẽ suam, qua dilexit nos, &c. Item qua nos deum diligimus nos cõsolamur, quia consolatio est amici si pro eo sustineat mala. Eccle. 22, Et si euenerint mihi mala, propter illum sustinebo. Et subdit [In omnes diuitias.] i. in omni capacitate. Intellectus enim noster est in potẽtia ad aliquid cognoscendum, sed intellectus angeli in sua creatione impletus est scientia intelligibiliũ. Et ideo oportet ꝙ nostro intellectui humano superueniat scientia, vel per disciplinam: sed hæc est insufficiens, quia nunquam aliquid tantum potest sciri, sic ꝙ capacitatẽ eius impleat: vel per reuelationẽ diuinam & donum dei. Et hæc est sufficiens. Eccle. 15, Impleuit eum dominus spiritu sapientiæ & intellectus, &c. Et ideo dicit [Plenitudinis intellectus.] i. in copiam. Sap. 8, Quid sapientia locupletius? Esa. 33, Diuitię salutis sapientia & scientia. Instructi ergo in copia diuinæ sapientiæ, quæ copia implet intellectum. Et hoc habebimus cognoscẽdo deum. Et ideo dicit [In agnitionẽ mysterii, &c.] i. ad cognoscendum veritatẽ sacramenti huius occulti, s. quòd deus sit pater Iesu Christi. Vel mysterii dei patris, quod est Christ⁹. Ideo dicitur Mat. 11. de apostolis, Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Vel in agnitione æternę generationis & incarnationis Christi. Sap. 6, Cogitare ergo de illa sensus est consummatus. Augu. Beatus qui te nouit, infœlix qui te non nouit: cognitione dei habet homo omnẽ plenitudinem. Ioã. 16, Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verũ deum, &c. Sed nunquid per cognitionẽ Christi impletur intellectus? Respondeo sic, quia in eo sunt omnes thesauri, &c. Deus habet omnium rerum notitiam & hæc notitia cõparatur thesauro. Sap. 7, Infinitus enim est thesaurus hominibus, &c. Thesaurus est diuitiæ congregatæ, sed effusæ non dicũtur thesaurus, sed quæ in vno sunt. Deus enim sapientiã suam sparsit super omnia opera sua. Eccl. 1, Et secundum hoc non habet rationẽ thesauri, sed secundũ quòd huiusmodi rationes vniuntur in vno. s. in sapientia diuina: & omnes huiusmodi thesauri sunt in Christo. Sapientia enim est cognitio diuinorũ: scientia verò est creaturarũ cognitio. Quicquid autem de deo potest sciri pertinens ad sapientiam, totum deus abundãter in se cognoscit. Itẽ quicquid potest cognosci de creaturis, cognoscit in se supereminenter. Quicquid autẽ in sapientia dei est, est in verbo suo vno: quia vno simplici actu intellectus cognoscit omnia, quia in eo non est scientia in potentia, nec in habitu. Et ideo in isto verbo sunt omnes thesauri, &c. Sed addit [Absconditi.] quia ꝙ mihi aliquid absc̃ditur contingit dupliciter. s. vel propter debilitatẽ intellectus mei, vel propter velamen oppositum, sicut quis non videt candelam, vel quia cæcus est, vel velata est. Ita in verbo dei sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ, sed absconditi nobis qui non habemus limpidos oculos, sed lippos. Io. 12, Adhuc modicum lumen in vobis est: & quia est velatũ duplici velamine. s. creaturæ, quia intellectus noster nunc ad illam cognitionẽ non potest nisi per similitudinem creaturarum. Ro. 1, Inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, &c. secundò est velatũ in carne. Io. 1, Et verbum caro factum est. Et si aliquid videmus de deo, non tamen totũ. Esa. 45, Verè tu es absconditus. Num. 20, Aperi eis thesaurum tuum. Ponamus ꝙ aliquis habeat candelam velatã, non quæreret aliunde lumen: sed potius quod habitum ab eo reueletur, & ideo nõ oportet sapientiam quærere nisi in Christo. 1. Cor. 1 Non existimaui me aliquid scire nisi Christũ Iesum, &c. Et 1. Io. 3, Cùm apparuerit. i. reuelabitur, similes ei erimus. s. omnia scientes, sicut qui haberet librũ vbi esset tota scientia, non quæreret nisi vt sciret illum librũ, sic & nos nõ oportet amplius quęrere nisi Christum. ¶ Deinde cùm dicit [Hoc autẽ dico, &c.] Instruit & monet eos contra doctrinam corrũpentem. Seducebantur autem à quibusdã philosophis contra fidem, & ab hęreticis qui docebant obseruantias legaliũ. Ideo primò instruit eos contra philosophos, secũdò contra iudaizantes, ibi [In quo & circuncisi.] In scientia verò mundana duo continentur, quia est quædã scientia loquendi, & quædam scientia rerũ, & ideo dupliciter possunt decipere. Ideo primò munit eos contra philosophos decipientes eos per scientiã loquendi: secundò contra decipientes eos per sciẽtiam rerum, ibi [Videte ne quis.] Primò manifestat deceptionẽ, secundò assignat rationẽ, ibi [Nam si corpore.] Dicit ergo, Dico ꝙ in Christo est omnis scientia. Et hoc dico, ne quærentes alibi scientiã decipiamini. Et dicit [Vt nemo.] i. nec Demosthenes, nec Tullius vos decipiat in sublimitate sermonis. Esa. 33, Populum imprudentẽ non videbis, populum alti sermonis, &c. Sed nunquid est peccatum vti sermonibus sublimibus? Respondeo. Non, quia etiam sancti viri elegantius loquuntur q̃ etiam rethores mũdi, sicut Ambrosius, Hieronymus, & Leo papa. Nam si licet vti ad persuadendũ in malo ornata locutione: multò magis in bono.

Lectio 2.

Ponitur hîc ratio monitionis ꝓcedẽtis, ostendendo quo modo Paulo sint nota bona Colos. sen. & quæ sint illa, & tandẽ monentur Colos. ne decipiantur per philosophiam.

Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu uobiscum sum: gaudens, & uidens ordinem uestrum & firmamẽtum eius quæ in Christo est, fidei uestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam: secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.

¶ Suprà monuit ne per aliquã fallaciam sermonis decidant à fide: hîc ponit rationem monitionis, quæ sumitur ex bonis quæ in istis erant: quæ non debebant perdere, sed proficere in eis. Et primò cõmemorat bona habita: secundò ostendit quomodo in eis proficiant, ibi [Sicut ergo.] Circa primũ duo facit: quia primò ostendit qualiter sunt sibi nota bona eorũ. Secundò quæ bona in eis sunt, ibi [Gaudens.] Dicit ergo [Nam & si, &c.] q. d. Licet non prædicauerim vobis nec vestra facta oculis videã, tamen spiritu vobis intersum per affectionem gaudens de bonis vestris. 1. Cor. 5, Absens quidã corpore, præsens verò spiritu. Prou. 10, Filius sapiens lætificat patrẽ, &c. Et hoc quia reuelabatur sibi per spiritum sanctũ, & ideo dicit [Sed spiritu vobiscum sum.] 4. Reg. 5, Nónne cor meum in præsenti erat quando reuersus est homo de curru in occursum tui, &c. [Gaudens.] inquã, sum, quia videns sum ordinem. i. ordinatam vestrã conuersationem. 1. Corin. 14, Omnia honestè & secundũ ordinem fiant in vobis. Iudic. 5, Stellę manentes in ordine & cursu suo, &c. [Et firmamentum, &c.] 1. Tim. 2, Firmũ fundamentum dei stat, &c. Et hoc [in Christo.] Eph. 3, Habitare Christum per fidẽ in cordibus vestris, &c. Ecclesia enim est spirituale ædificium. Ephe. 2, In quo omnis ædificatio constructa crescit in tẽplum sanctum in domino. Huius autem bonitas consistit in debito fundamento quod est fides, & in debita superædificatione. Et ideo hęc duo posuit. ¶ Deinde cùm dicit [Sicut ergo, &c.] Monet eos ad hæc seruanda. Et primò ad proficiendum. secundò ad persistendũ: tertiò ad gratias agendum. Dicit ergo [Sicut accepistis Christũ dominum nostrum non peruertendo in ipso ambulate.] Ro. 12, Adhærentes bono. Ecclesia quandoq; cõparatur spirituali ędificio. 1. Cor. 3, Templum dei sanctum est quod estis

vos. Quandoq; arbori, quia fert fructum. Et eadem est cõparatio fundamẽti ad domum, & radicis ad arborem: quia vtriusq; firmitas est radix & fundamentũ Christus. Esa. 11, Erit radix Iesse quæ stat in signũ populorum. 1. Cor. 3, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Ideo dicit [Radicati.] s. sicut boni rami. [& superædificati in ipso & cõfirmati.] s. sicut boni lapides, hoc est si perstiteritis [in fide] eius. 1. Petr. vlti. Aduersarius vester, &c. Et pòst, Cui resistite fortes in fide, &c. Et hoc [sicut didicistis.] s. in vera fide. Gala. 1, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit, &c. [Abundantes in illo in gratiarũ actione.] i. gratias agentes abundanter. 1. Thes. vlti. In omnibus gratias agite. 2. Machab. ●, De magnis periculis à deo liberati magnificè gratias agimus ipsi, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Videte.] monet ne decipiantur per vanam sapientiã. Et primò ponit monitionem, secũdò rationem, ibi [In ipso.] Circa primũ, primò docet vitare quod potest decipere: secundò ostendit quare illud decipiat, ibi [Secundum traditiones.] Sed q̃ aliquis decipiatur per sapientiam secularem, dupliciter contingit. s. quandoq; per principia realia philosophiæ, quandoq; per sophisticas rationes. Et vtrasq; docet cauere. Vnde dicit [Ne quis, &c.] 1. per philosophica documenta. Esa. 47, Sapientia tua & scientia hæc decepit te. Multi enim sunt propter philosophiã decepti à fide declinantes. Hiere. 10, Stultus est factus omnis homo à scientia sua. Quantũ ad secundum dicit [Et inanem fallaciam.] quæ non fundatur nisi super apparẽti inuolutione verborum. Ephe. 5, Nemo vos seducat inanibus verbis. Sed quomodo seducẽs? Qui seducit, oportet habere aliquid apparens, & aliquid nõ existens. Ideo primò ponit principiũ apparentię: Secundò defectum existentiæ. Principiũ apparentiæ est duplex. i. authoritas philosophorum, & quantũ ad hoc dicit [Secũdum traditionem hominum.] i. secundũ ea quæ aliqui tradiderunt propria ratione. Psal. Dominus scit cogitationes hominũ quoniam vanę sunt. Aliud est adinuentio rationis, quando. s. aliquis vult metiri ea quæ sunt fidei secundum principia rerum, & non secundum sapientiam diuinam. Ex hoc enim multi decipiuntur. Et ideo dicit, Secundũ elementa mundi, &c. Sap. 13, Neq; operibus attendentes cognouerunt quis esset artifex &c. Quantò enim causa est altior, tantò habet superiorẽ effectum. Vnde qui voluerit considerare effectus superiores secundum causas inferiores decipitur, vt si quis consideret motũ aquæ secundum virtutẽ aquæ, non potest scire causam reflexus maris, sed si consideret eum secundũ virtutem lunæ. Vnde multò magis decipitur qui considerat proprios dei effectus secundũ elementa mundi. Et hæc est causa apparẽtię. Sed nunquid sunt semper respuendæ traditiones hominũ & rationes? Respondeo: Non, sed tunc quando procedit physica ratio secundũ illas & non secundũ Christum. Infrà eodem, Non tenentes caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratũ & constructum crescit in augmentũ dei. Vel potest exponi secundũ elementa mundi mensurãdo. s. veritatem secundũ veritatem creaturarum. Vel hoc dicit propter idolatras colentes idola: & dicentes, Iouem cælũ. Vel secundum Iudæos vt sit sensus: Per philosophiã. i. per rationem volentiũ trahere ad legalia secũdum elementa mundi. i. secundũ obseruationes corporales. Gala. 4, Sub elementis mundi eramus seruientes. Sed prima expositio est melior. ¶ Deinde cùm dicit [Quia in ipso, &c.] ponit rationẽ prædictorum, dicens, Quicquid non est secundũ Christum respuendũ est. Sed nunquid est Christus tantus vt pro eo omnia respui debeant? Et respondet q̃ ita: quod ostendit tripliciter. Primò per cõparationem ad diuinitatem: secundò per cõparationem ad fideles, ibi [Et estis.] tertiò per cõparationẽ ad angelos, ibi [Qui est caput.] Dicit ergo, Ideo respuendũ est quod est cõtra eum, quia ipse est deus. Vnde plus est ei standũ, q̃ omnibus [quia in ipso habitat, &c.] Deus em̃ est in omnibus, sed in quibusdã per participationẽ similitudinis suæ bonitatis, vt ī lapide & aliis huiusmodi. Et talia nõ sunt deus, sed habet in se aliquid dei, nõ eius substãtiã, sed similitudinẽ eius bonitatis. Et ideo nõ habitat ī eis plenitudino diuinitatis, quia nõ est ibi secundũ substantiã. Itẽ est in mentibus sanctis per operationẽ quæ per amorẽ & cognitionẽ attingunt deũ. Et ideo deus est in eis secundũ gratiã, sed nõ corporaliter, sed secundũ effectũ gratiæ: nec est plenitudo, sed secundũ aliquos effectus terminatos. Sed in Christo est corporaliter, quod exponitur triplicitèr. Corpus em̃ diuiditur contra vmbrã, infrà eodẽ, Quæ sunt vmbra futurorũ, &c. Et sic deũ contingit dupliciter inhabitare, vel secundum vmbrã, vel corporaliter. i. realiter. Primò modo inhabitabat in veteri lege, sed in Christo inhabitabat corporaliter. i. realiter & secundũ veritatem. Secundo modo exponitur quia alii sancti inhabitantur solùm secundũ animum, non secundum corpus. Ro. 7, Scio q̃ non habitat in me. i. in carne mea bonum, sed in Christo diuinitas inhabitat corporaliter: quia inhabitatio dei qua sanctos inhabitat est per operationẽ. i. per amorem & cognitionem quod est opus solius mentis rationalis, sed in Christo inhabitat per assumptionẽ hominis in vnitatem personæ. Vnde quicquid pertinet ad hominem, totum inhabitatur a deo: & ideo caro & mens inhabitatur, quia ambo sunt vnitaverbo. Io. 1, Et verbũ caro factum est. Sed tertio modo est sensus. Tribus enim modis est deus in rebus. Vnus est cõmunis per potentiam, præsentiam, & essentiam. Alius per gratiã in sanctis. Tertius modus est singularis in Christo per vnionem. Corpus autẽ tres dimensiones habet. Et plenitudo diuinitatis, his modis in Christo superabũdat, ideo corporaliter dicitur in eo esse. Et primus quidẽ modus est quasi longitudo, quia se extendit ad omnia. Item latus est per charitatem. Item quantũ ad profundum incõprehensibilis. Sed ex hoc Nestorius errat, dicẽs vnionem factam per inhabitationẽ, tantùm dicens verbum inhabitasse carnẽ. Sed contra hoc est quod Apostolus dicit Philip. 2, Exinaniuit semetipsum, &c. Habitare autẽ hominem nõ est exinanire, sed hominẽ fieri, & subdit, in similitudinẽ hominum factus, & ideo habitabilis dicitur Christus, nõ quasi alius sit qui habitat & qui inhabitatur, sed ipse est & homo & deus in quo habitat plenitudo diuinitatis. ¶ Deinde cùm dicit [Et estis in illo, &c.] Ostendit idem per cõparationem ad alios. Quasi dicat, omnia accepistis. Ioã. 1, De plenitudine eius, &c. Sciendũ est autem q̃ Platonici dicunt q̃ diuina dona perueniunt ad homines mediantibus substãtiis separatis. Et hoc est verum etiam secundum Dionys. sed hoc est quoddã speciale, quia ab eo immediatè qui replet angelos. Io. 1, Vnigenitus dei filius qui est in sinu patris ipse enarrauit, &c. Heb. 2, Cùm initium accepisset enarrari per dominũ ab his qui audierunt, &c. Et ideo dicit [Qui est caput omnis principatus & potestatis] inquantum est rex eorum & dominus: nõ per conformitatẽ naturæ, quia sic caput est hominum. Et tangit istos ordines qui videntur habere quandã præeminentiam.

Lectio 3.

IN quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, cõ sepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illũ à mortuis. Et vos cùm mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ, conuiuificauit cum illo: donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palàm, triumphans illos in seipso.

¶ Suprà muniuit fideles contra deceptiones secularis sapiẽtiæ: hìc instruit & munit eos cõtra hæreticos volentes eos ad legalia trahere: quos primò docet vitare: secũdò excludit eorũ falsam seductionem, ibi [Nemo &c.] Iterũ prima in duas, quia primò ostendit legalia esse impleta in Christo. secundò ea excludit ostẽdens q̃ non tenentur ad ipsa, ibi [Nemo vos.] Inter legalia autẽ primum est circuncisio, in qua Iudæi profitebantur obseruantiã veteris legis: sicut nos in baptismo profitemur obseruãtiam nouæ legis. Gala. 5, Testificor omni circuncidenti se, quoniã debitor est vniuersæ legis faciendæ. Vnde dicit q̃ fideles sunt circuncisi quadam spirituali circuncisione. Ex quo sequitur q̃ illa cessat. Vnde primò ostẽdit quali circuncisione sunt circuncisi. Secundò in quo accipitur hæc circuncisio, ibi [Consepulti.] Tertiò assignat rationẽ huius circuncisionis, ibi [Et vos cùm mortui.] Circa primum sciẽdum est q̃ duplex est circuncisio. s. carnalis & spiritualis. Per Christum verò sumus circuncisi, non circuncisione carnali, sed spirituali. Et ideo primò excludit carnalem: secundò astruit spiritualem. Dicit ergo, In quo. s. Christo circuncisi estis circuncisione non manufacta. Ro. 2, Non enim qui in manifesto Iudæus est: neq; quæ in manifesto in carne est circũcisio, sed qui in abscõdito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu nõ litera, &c. [In expoliatione corporis carnis.] Hoc dupliciter potest legi. Vno modo sic, Dico circuncisi, non manufacta circuncisione vos dico manẽtes in expoliatione, &c. i. carnalis corruptionis, secundũ illud 1. Cor. 15, Caro & sanguis regnum dei non possidebũt, &c. quasi dicat, Ideo circuncisi, quia non habetis iam vitia carnis: infrà 3, Expoliantes vos veterẽ hominem cum suis actib⁹, &c. Vel dico circũcisione nõ manufacta, quæ circuncisio manufacta cõsistit in expoliatione corporis carnis quæ abscinditur ab alia. Vnde alia litera habet. Cutis carnis. s. corporis carnis. i. particulæ corporis quæ est caro, non q̃ aliud sit corpus & aliud caro. Et dicit carnis alludens legi, vbi mentio de carne. Gen. 17, Circuncidetis carnẽ præputii vestri, &c. Et hoc vt ostenderet q̃ est quędam carnalis obseruantia. Sed nos non tali sumus circuncisi, sed circuncisione Christi. Sicut enim Christus assumpsit similitudinem carnis peccati. i. carnẽ passibilem, vt à peccato liberaret, ita & remedia legis vt à legis obseruantia liberaret. Vel quam Christus facit in nobis quæ est spiritualis circuncisio, vt dicitur Ro. 2, Non litera, sed spiritu. Secundò ostendit q̃ adepti sumus eam in baptismo, & sic baptismus est spiritualis circuncisio. Et primò ostẽdit q̃ in baptismo exhibetur figura mortis Christi. Secũdò q̃ in eo accipitur conformitas ad resurrectionẽ Christi, ibi [In quo & resurrexistis.] Dicit ergo [Consepulti, &c.] Quia in eo exprimitur similitudo mortis Christi, vt sicut Christus ponitur primò in cruce, & postea in sepulchro: ita qui baptizatur, ponitur sub aqua, & ter, sicut stetit Christus triduo in sepulchro. Consepulti etiã. i. baptizati ad similitudinẽ mortiꝭ Christi, vt sicut in ea destruxit peccatum, ita & in baptismo. Et sicut resurrexit de sepulchro: ita & nos à pꝭccatis in re, & à corruptione carnis in spe. Et hoc [per fidẽ operationis dei.] quia virtute dei resuscitatus est. Psal. Resuscita me, &c. Et credens hanc resurrectionem fit particeps huius resurrectionis. Rom. 8, Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Sed & Christ⁹ resuscitauit se. Eadem est enim operatio patris & filii. Psal, Exurgam diluculo, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Et vos cum, &c] Ostendit rationem similitudinis: & primò ostendit similitudinẽ: secundò modum dictorũ, ibi [Delens, &c.] Litera non est difficilis. Dixi vos circuncisos, quia consepulti estis Christo in baptismo. Et cõparauit baptismum sepulturæ & morti. Sed potest dici q̃ ad propositum magis esset si dicatur q̃ primò ostenditur q̃ baptismus sit circuncisio: secundò ostendit rationẽ quare: quia. s. peccatum est superfluitas, & caro præputii est superfluitas. Idẽ ergo est deponi peccatũ, & præputiũ. Sed in baptismo deponitur peccatũ, ergo est idem q̃ circuncisio. ¶ Et ideo dicit [Cùm essetis mortui in delictis.] i. propter delicta vestra. Psal. Mors peccatorum pessima [Et præputio carnis vestræ.] i. carnalis cõcupiscentiæ quod pertinet ad originale, quasi astricti reatu malorum actuũ & peccati mortalis, hoc faciens Christus conuiuificauit, &c. Ephe. 2, Cùm essetis mortui delictis & peccatis vestris, &c. Et hoc remouens à vobis omne peccatum, condonans & remittens vobis omnia delicta. Idem est igitur circuncidi & conuiuificari, & hoc in baptismo per remedium mortis peccati, & cùm circuncidimur per remotionẽ peccati originalis. Sed quomodo condonauit? Respondeo, Dicendũ est q̃ homo peccando duo incurrit. s. reatum culpæ, & seruitutẽ diaboli. Et ideo dicit quomodo sunt peccata condonata. Primò quantũ ad remotionem seruitutis diabolicæ: secundò ponit ablationem reatus culpę, ibi [Expoliãs, &c.] Dicit ergo, Delẽs, &c. Quod decretũ dupliciter potest intelligi. Vno modo lex vetus. Eph. 2, Legem mandatorum decretis euacuans, &c. Et sic loquitur hìc ad Iudæos. q. d. Et vos conuiuificauit. Chirographum est scriptura manualis. & propriè fit pro cautione contractuum. Quicunq; frangit decretũ dei, efficitur reus culpæ. Et hic reatus consistit & in memoria hominis inde perturbata & maculata, & in memoria dei, & dęmonũ qui cruciaturi sunt. Hoc ergo remanens in memoria, vocatur chirographũ: Christus ergo est qui cõdonauit omnia, & hoc delens chirographum. i. memoriã transgressionis, quod chirographũ, vel decretum erat aduersus nos, quia vtrunq; erat contra nos. Lex quidẽ, quia faciebat cognitionem peccati, & non iuuabat. Chirographum autẽ, quia memoria transgressionis ad puniendum erat. Et dicit decreti, quia non remittit sic vt facias q̃ nõ peccaueris, sed quia nõ est in memoria dei ad puniendum, nec in dęmonis memoria ad accusandum, nec in te ad contristandum. Psal. Beati quorũ rem. &c. & quorũ tecta sunt peccata, &c. Vel cõmuniter loquitur non solùm ad Iudæos, sed ad omnes. Vnum decretum factũ est primo homini. Gene. 2, Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autẽ scientiæ boni & mali ne comedas. In quacũq; die comederis, morte morieris. Sed huiusmodi decretũ est homo transgressus, & propter hoc in memoria est chirographum contrarium nobis, quod Christus deleuit. Et quomodo? In cruce, quando tulit ipsum de medio, &c. Consuetudo enim erat q̃ soluens omnia ad quæ quis tenebatur, scindebatur chirographũ. Homo autem erat in peccato, sed Christus soluit pro nobis patiendo. Psal. Quæ non rapui, tunc exoluebã. Et

Ostẽdũtur legalia impleta esse in Christo, et hoc adducẽdo circuncisionẽ ostendẽdo quali circũcisione sint circũcisi fideles, et in quo accipitur talis circũcisio signãdo rationẽ ipsi⁹: et mò stràdo deletionẽ chirographi peccati: & expoliationis dæmonum.

Alius modus chirographi, & eius deletionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo simul cum morte Christi,hoc chirographum est destructũ , & ideo dicit, Tulit de medio.i.sustulit de rerum natura,& hoc affigens illud cruci per quã satisfaciens deo tulit peccatum nostrum. ¶ Deinde cùm dicit[Expolians,&c.]Ostẽdit quomodo liberauit à seruitute peccati.Detur enim q̃ vsurarius propter cautionem teneat hominẽ captum,non sufficeret destructio cautionis nisi liberaretur.Sic & Christus. Et ideo dicit[Expolians,&c.]Hæc expoliatio refertur ad sanctos mortuos ante passionẽ Christi,& sic Christus eos de inferno expoliando liberauit.Zach.9,Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua.Esa.49,Equidẽ & captiuitas à forti toletur,& quod ablatum fuerit à robusto,saluabitur.Si autẽ intelligatur de viuis,sic expoliauit eos.s.à dęmonibus.Luc.11,Si autem fortior illo superueniens vicerit eum,vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat,& spolia eius distribuet.Io.12,Princeps huius mundi eiicietur foras.Dicit[Expolians principatus & potestates.]i.ipsos dæmones. Ephesi.vlti. Aduersus principes & potestates,aduersus mundi rectores tenebrarũ harum,&c. Traduxit ipsos sanctos confidenter tanq̃ authoritatem habens,in cælum quantũ ad mortuos : & quantum ad viuos, in regnũ gloriæ vel gratiæ suæ. Vel traduxit.i.extra duxit.i.expulit principatus ex homine.Esa.51,Induere fortitudinem brachium domini,&c.[Palàm.]i.euidenti iudicio,quo cognoscatur q̃ traducti sunt.Olim enim totus mũdus seruiuit idolis,nũc non.Vel [palàm.] coram multitudine angelorũ,tum quia descendit ad infernum sanctorũ,tum quia ascendit in cælum,Et hoc[triumphans in semetipso.]i.in sua virtute.Philip. 3, Secundum operationẽ qua posit etiam subiicere sibi omnia.Alia litera sic habet,Et exuens se carne,principatus & potestates exẽplauit fiducialiter triũphans.Et exponitur sic:Exuẽs se carne.i.mortalitate.1.Co.15,Caro & sanguis regnũ dei non possidebunt.i.mortalitas carnalis corruptionis.Ro.6,Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur: mors illi vltra non dominabitur.2.Cor.5,Et si cognouimus secundum carnem Christum,sed nunc iam nõ nouimus.Exemplauit,id est,in se exemplum præbuit quomodo sunt vincendi. Reliqua non mutantur.

Lectio 4.

Cõcluditur ex dictis fideles nõ debere obseruare legalia: & monẽturne decipiãtur,et decepti arguuntur.

Nemo ergo uos iudicet in cibo,aut in potu,aut in parte diei festi,aut neomeniæ,aut sabbatorum,quæ sunt umbra futurorum:corpus autẽ Christi.Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione angelorũ,quæ non uidit,ambulans frustrà inflatus sensu carnis suæ,& non tenens caput ex quo totũ corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructũ crescit in augmentum dei.Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi,quid adhuc tã quam uiuentes in mundo discernitis?Ne tetigeritis,neque gustaueritis,neque contrectaueritis : quæ sunt omnia in interitum ipso usu,secundum præcepta & doctrinas hominum:quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate,& non ad parcendum corpori,non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

¶ Suprà ostendit legalia esse impleta in Christo propter circunciſionẽ in eo impletam quæ est legaliũ profectio:hîc concludit eos nõ obligari ad legalia præcepta cærimonialia.Cærimonialia verò erant quatuor.s. sacrificia,sacra,sacramẽta,&obseruãtię.Sacrificia immolabãtur deo,vt oues,vituli,& huiusmodi.Sacra erãt sicut vasa,& solennia tẽpora.Sacramenta erant tria.s.circuncisio,agnus paschalis,& consecratio sacerdotũ. Obseruantiæ autẽ erant ea quę pertinebant ad singulare in cõuersationẽ populi Israel,vt cibi,vestes,& huiusmodi. Quædã verò prædictorũ pertinebant ad quosdã,vt sacrificia,vasa,& alia huiusmodi:quædã ad omnes.De primis autẽ non facit mentionem,sed de tangentibus totum populũ sicut nunc baptismus.Facit autem mentionem de obseruantiis,quia abstinebant à certis cibis. Leuiti.11,vt de quadrupedibus,ab his quæ vngulam non diuidunt.In potu etiã vas quod non haberet operculũ immundũ erat,& quicquid in eo erat. Et ideo quantũ ad hoc dicit[Nemo vos iudicet in cibo.]i. cõdẽnabiles putet in hoc q̃ vtimini cibis vel potibus prohibitisin lege.Rom.14,Qui non manducat,manducantẽ non iudicet,&c.Item facit mentionem de sacris ad tẽporum solennitatem pertinentibus.In veteri autẽ lege erat solennitas iugis,vt sacrificium vespertinum & matutinum,quædã autem quæ certis temporibus fiebant:& horũ,quædam fiebant pluries in anno,quædã semel tantùm sicut pascha,senophegia,& pentecostem:sed sabbatũ,& neomenia pluries: quia istud qualibet hebdomada,illud semel in mense.Et huius ratio erat,quia omnia festa tendunt ad honorem dei.Impendimus autẽ deo honorem,vel propter aliquod æternũ,& sic est iuge sacrificium,vel propter aliquod tẽporale,& hoc quãtum ad totum hominũ statũ:& sic sunt duo.s.creationis beneficiũ , & sic est sabbatum.Exod.20,Memento vt diẽ sabbati sanctifices.Et ratio ponitur,ibi,quia 7.die requieuit.Et ratio allegorica est quia significat quietẽ Christi in sepulchro.Et anagogicè,quietem animæ in deo.Aliud est beneficium propagationis & cõseruationis,quod etiam fit per tẽpus. Et quia Iudæi obseruabant tẽpora à luna, ideo dicit:Festum neomeniæ.i.nouę lunæ.Sunt etiam alię causæ.s.liberationis specialis , & sic superadditæ sunt aliæ solennitates,& ideo dicit[In parte diei festi,aut neomenię.]quæ fit quolibet mẽse.Leuit.3,aut sabbatorum pro quolibet septimana.Et dicit sabbatorũ,quia sabbatum est requies,& isti habebant plura sabbata,quia septimũ diem & septem septimanas.s.pentecostẽ quæ in septima septimana est à pascha: quæ est principium anni,& septimũ mensem,& septimum annum in quo fit remissio debitorũ. Item septima septimana annorũ.i.in iubileo.Et ideo dicit,Sabbatorum.q.d.Nullus vos condẽnet quia hæc nõ obseruatis. Et hoc ideo,quia sunt vmbræ futurorũ.s.Christi.Et ideo veniente veritate,debet cessare vmbra[Corpus autẽ Christi.]i.corpus pertinens ad Christum.Quando quis videt vmbrã sperat q̃ corpus sequatur. Legalia autem sunt vmbra præcedens Christum,& eum figurabant venturũ.Et ideo dicit,Corpus.i.veritas rei pertinet ad Christum,sed vmbra ad legem. ¶ Deinde cùm dicit[Nemo vos seducat,&c.] Loquitur contra seductores & deceptores.Et primò monet vt nõ decipiãtur:secundò arguit deceptos,ibi[Si ergo mortui.] Item primò reddit cautos à seductione:secundò ostendit per quid seducantur,ibi [Volens in humilitate.] tertiò in quo deficiat,ibi[Quæ nõ vidit.]Dicit ergo[Nemo vos seducat.]s.à veritate quam dixi.Ephes.5, Nemo vos seducat inanibus verbis.Seducunt enim in humilitate isti pseudo introducentes legalia: quia vtebãtur simulata sanctitate. Sanctitas autẽ in duobus consistit.s.in humili conuersatione,& cultura dei.Isti autẽ ostendebant humilẽ conuersationem,cùm apparebat eos non curare de rebus mũdi.Et ideo dicit [In humilitate.]Eccl.19,Est qui nequiter se humiliat,& interiora eius plena sunt dolo.Item dicebãt se prędicare ad reuerentiã dei.Et ideo dicit[Et religione angelorũ.]Religio enim est secundũ Tullium,quæ cuidã naturę, quam

Cærimoniæ aliæ erant quatuor sacrificia,sacra,sacramenta, & obseruãtiæ Tria sacramenta in veteri lege.

quam diuinã vocant,cultum & cærimoniam affert.2. Timo.3, Habentes quidẽ speciem pietatis, virtutem autẽ eius abnegantes.Et secundũ Glo.legitur sic in religione,&c.Quia per hoc intendunt q̃ videãtur esse angeli.i.nuntii dei.Mat.7,Attendite à falsis prophetis,&c.Vel in religione angelorũ ad literam: quia vetus lex est tradita per angelos in manu mediatoris,vt dicitur Galat.3.Heb.2,Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus,&c.Et isti dicebant cultum legis obseruãdum,quia tradita erat per angelos. ¶ Sed tamen triplex est eorũ defectus.s.scientiæ,iustitiæ & fidei.Et quantum ad primũ dicit[Volens quæ non vidit.]i.intellexit persuadere,& semp repetere,Nemovos seducat. Isti enim nescibãt quo fine data esset lex. 1.Timo.1,Volentes esse legis doctores,nõ intelligentes,neq; quæ loquũtur,neq; de quibus affirmant.Quãtum ad secundũ dicit[Ambulans frustra inflatus.]licet sic humilitatem prætendant.Exponit duo.s.q̃ religio eorum sit inutilis,quia ambulant frustrà.s.operantes opera quę nũ prosunt ad vitã æternam.Sap.3,Inutilia sunt opera eorũ.Iob 39,Frustrà laborauit nullo timore cogente.Item quòd prætendunt falsam humilitatem.Vnde dicit[Inflatus,&c.]Differẽtia est inter inflatum & pinguẽ: quia pingues,veritatis sunt pleni: inflati verò vacui,sed vento extẽsi.Qui ergo verè sunt humiles sunt pleni,sed qui apparẽt tantũ inflati,sunt vacui.Sap.4,Dirũpe illos inflatos sine voce.Hoc sensu intelligitur illud,Scientia inflat.1.Cor.8,Hęc sapiẽtia est grauis.s.quia inflat,non quæ est ex deo.Mat.16,Caro & sanguis non reuelauit tibi,&c. ¶ Quantum ad tertium dicit [Non tenẽs caput.]s.Christum per fidem. Et talis decipitur quia sine Christo est in tenebris.1.Timo.6,Si quis non acquiescit sanis verbis,&c.Sed quare est caput ? Respondet,dicens, Quia ab eo dependet totum bonum corporis.s.ecclesiæ.In corpore enim naturali sunt duo bona.s. compactio mẽbrorum,& augmentum corporis.Et hoc habet ecclesia à Christo. Ex eo enim dependet totum corpus.Rom. 12,Multi vnum corpus sumus in Christo.Et ideo dicit[Coniũctiones.] in corpore enim est duplex coniunctio membrorum.s.secundum contractum,quia manus est coniuncta vlnæ,hæc pectori, & sic de aliis. Alia est connexio seu coniunctio neruorum.Et ideo dicit,Coniunctum & connexum.Sic in ecclesia est coniunctio per fidem & scientiam.Ephe.4,Vnus dominus,vna fides,vnum baptisma.Sed hoc non sufficit, nisi sit connexus charitatis,& connexio sacramentorũ.& ideo dicit[Subministratum per nexus]quia per charitatem vnus subministrat alteri.Augetur etiã per Christum,quia[crescit.]s.corpus constructum sic[in augmẽtum dei.].i.quod deus facit in nobis.Psal. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit,&c. Vel dei.i.Christi qui deus corpus auget:dum augetur ecclesia.Ephe.4,Ad consummationẽ sanctorum in opus ministerii in ædificationẽ corporis Christi,&c. ¶ Deinde cùm dicit [Si ergo mortui,&c.] Arguit etiã deceptos.Et primò ponit rationem redargutionis & conditione deceptorum.Secundò ex conditione eorum in quibus decipiebantur,ibi[Quæ omnia sunt.]Conditio eorũ erat libertas,quia sicut erãt mortui peccato,ita & legi.Vnde seruare eam non debebãt.Dicit ergo[Si ergo mortui estis cum Christo.] mortui legi[ab elementis mundi.].i.à legalibus obseruantiis:quia Iudæi seruiebant deo vero, nõ tamen sub elementis:sed Gentiles sub ipsis elementis [quid adhuc]veritate cognita [tanquam viuentes in mundo] vt Iudæi[discernitis]tangenda & comedenda.s.dicentes[Ne tetigeritis hoc]quia peccatũ est[neq; gustaueritis]de porco & anguilla.Leuit.11. ¶ Deinde cùm dicit[Quæ omnia,&c.] Ostendit qualia sunt ex parte legalũ,dicens q̃ sunt noxia,& vana,& grauia.Vnde dicit[Quæ omnia sunt in interitu]quia mortifera post passionem Christi solùm ponentibus spem in eis,sed post tẽpus gratiæ diuulgatę simpliciter omnibus sunt mortifera.Quod dico propter opinionem Hieronimi & Augustini,quæ suprà ad Gala. 2.cap.ponitur.Ad interitum ergo & in mortem perducentia sunt.Et si dicatur quare ergo legimus vetus testamẽtum?dico q̃ legimus ad testimonium,non ad vsum.Et ideo dicit[Sunt in interitu ipso vsu.]i.non assumãtur ad testimonium,sed ad vsum.Item sunt vana quæ nõ inniturntur rationi nec authoritati,sed hæc nõ inniturntur authoritati diuinæ,sed humanæ.Vnde dicit[secundũ præcepta.]Sed nunquid nõ sunt præcepta à deo?Respõdeo sic ad tẽpus quousq; veniret veritas.Mat.15,Irritum feciſtis mandatũ dei propter traditiones vestras.Item non innitũtur rationi,quia sunt habentia rationẽ sapientiæ in superstitione.q.d.Non habẽt rationem quæ inducat nisi ad superstitionẽ.i.ad religionem supra modum,& extra tẽpus ipsorum obseruatum[Et in humilitate.]s.simulata tantũ secundum deiectionem,quia qui liberatur per Christum à seruitute legis, non debet se iterum supponere seruituti.Gala.5,Nolite iterũ sub iugo seruitutis cõtineri.Seruantur tamen aliqua quæ & si non authoritate diuina,tamen humana ratione sunt vtilia, sed hoc deficit hîc . Sunt enim grauia hæc secundũ se considerata.Tria autẽ desideramus.s.quietem, honorem, & sufficientiam, quæ hæc legalia non habent.Subtractio enim ciborum contraria est saturitati.Inducunt etiam laborẽ, propter obseruãtias multiplices.Nec sunt ad honorẽ,sed ad confusionem multam,vt illa asperſio cineris,& huiusmodi. Act.15, Hoc est onus quod neq; patres nostri,neq; nos portare potuimus[Non ad parcendum corpori.]i.ecclesiæ [Nõ in honore aliquo.]i.nõ ad honorem dei,sed[ad saturitatem carnis.]i.ad implendũ carnalem affectũ.

Vetus testamentũ non legitur ad vsum , sed ad testimonium.

Ponitur hîc susceptũ beneficiũ resurrectionis, & ex hoc monitio cũ sua ratione.

Alia ex dictis monitio de malis vitãdis. & eiusdẽ ratio ex pumitione et ex hoc q̃ in ipsis mala tã fuerũt quorum fructũ percipere potuerunt.

Caput 3.

Igitur si consurrexistis cũ Christo quæ sursum sunt quærite,ubi Christus est,in dextera dei sedẽs:quæ sursum sunt sapite:nõ quæ sunt super terrã.Mortui enim estis,& uita uestra abscondita est cũ Christo in deo. Cũ autem Christus apparuerit,uita uestra:tũc & uos apparebitis cũ ipso in gloria.Mortificate ergo mẽbra uestra quæ sunt super terrã,fornicationẽ,immunditiã,libidinẽ,concupiscentiã malam, & auaritiã,quæ est simulacrorum seruitus:propter quæ,uenit ira dei in filios incredulitatis:in quibus ambulastis aliquando,cùm uiueretis in illis.

¶ Suprà Apostolus monuit fideles cõtra seducentes:hîc instruit eos cõtra peruersitatẽ morũ.Et primò proponit generalẽ doctrinam.Secundò specialẽ,ibi[Mulieres subditæ.]Circa primũ duo facit:quia primò instruit eos de habenda recta intẽtione finis,Secũdò de rectitudine humanæ actionis,ibi[Mortificate.]Iterũ prima diuiditur in duas partes,quia primò ponit modũ instructionis.Secundò assignat rationẽ,ibi[Mortui enim.]Circa primũ,primò ponit susceptũ beneficiũ.Secundò ex hoc cõcludit instructionis documentũ,ibi [Quæ sursum.]Beneficium est quòd surreximus cum Christo resurgẽte,sed hoc dupliciter:Vno modo per spem corporalis resurrectionis.1.Corin.15,Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorũ non est?Item cum eo resurgente reparamur

da vitã iustitiæ.Ro.4,Traditus est propter delicta nostra,& resurrexit propter iustificationẽ nostram,q.d. Si Christo resurgente & vos resurrexistis.2.Cor.4,Qui suscitauit dominũ Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. ¶Deinde cũ dicit[Quæ sursum,&c.]Concludit documentũ debitum finꝫ. Et primò per cõparationẽ ad finem,& vt finẽ principaliter aliquis intẽdat.secundò vt secundũ finem de aliis iudicet.Dicit ergo[Si cõ surrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite.]Mat.6,Primũ quærite regnum dei & iustitiam eius,&c. Hîc enim est finis.Psal.Vnã petii à domino,&c.Et ideo hoc quærite [vbi Christus sedet in dextera.] Mar. vlti.Dominus quidẽ Iesus postq̃ locutus est eis assumptus est in cælũ,& sedet à dextris dei.Psal.Sede à dextris meis.Et intelligenda est dextra non pars aliqua corporalis,sed similitudinaria. Dextra enim est potior pars hominis.Christus ergo sedet ad dexterã,quia secundum qꝺ homo,in potioribus bonis patris est,sed secũdum qꝺ deus,in æqualitate eius est.Et sic sit ordo in vobis,vt quia Christus est mortuus, & surrexit:& sic est assumptus à dextris dei,ita & vos moriamini peccato,vt postea viuatis vita iustitiꝫ, & sic assumamini ad gloriam.Vel nos resurreximus per Christũ,ipse autem ibi sedet : ergo desideriũ nostrũ debet esse ad ipsum. Mat.24,Vbi fuerit corpus,ibi cõgregabuntur & aquilæ,&c.Mat.6,Vbi est thesaurꝰ tuus,ibi est & cor tuũ. Item debemus iudicare de aliis secundũ ipsum.Et ideo dicit[Quæ sursum sunt sapite,&c.] Astruit vnũ,& aliud negat.Sapit autẽ quæ sursum sunt,qui secundũ supernas rationes ordinat vitã suam, & de omnibus iudicat secundũ eam.Iac.3,Hæc est sapientia de sursum descendens.Sapit autẽ quę sunt super terrã,qui secundum terrena bona omnia ordinat & iudicat,iudicans ea summa bona.Phil.3, Et gloria in confusione eorũ qui terrena sapiũt. ¶Deinde cùm dicit [Mortui enim,&c.] Ponit ratio monitionis.Et primò cõmemorat quandã mortem,Secũdò innuit occultationẽ cuiusdã vitæ,ibi[Et vita.] Tertiò docet huius vitæ manifestationẽ,ibi[Cùm autẽ Christus.] Prius enim vnũ prohibuit & aliud astruxit:& nũc ad hæc duo redit.primò sic:Non sapite quæ sunt terrena,quia mortui estis terrenæ cõuersationi.Mortuus enim huic vitæ non sapit ea quæ sunt huius mũdi:ita & vos si mortui estis cũ Christo ab elemẽtis huius mũdi.Ro.6, Existimate vos mortuos esse quidẽ peccato,viuentes autẽ deo.Esa.26,Morientes nõ viuant,gigantes nõ resurgãt,&c. Cũ autẽ dixit,Existimate,&c.Subdit, Viuentes. Et ideo alia vita est occulta.vnde et ã hîc dicit, Et vita vestra, &c.Et hanc vitã acquirimus nobis per Christũ.1.Pet.3,Christus pro peccatis nostris mortuus est,iustus ꝓ iniustis,&c.Quia verò hęc vita est per Christũ,Christus autẽ est occultus à nobis,quia est in gloria dei patris.Et similiter vita quæ per eũ nobis data est in occulto,vbi.s.Christus est in gloria dei patris.Prou.3,Lõgitudo dierũ in dextra eius,& in sinistra eius diuitiæ & gloria. Psal. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ, quã abscondisti timentibus te,&c.Apoc.2.Vincenti dabo manna absconditũ,&c.Ideo cùm dicit[Cùm autem Christus,&c.]ostendit quomodo manifestatur.s.sicut & Christus quia dicitur in Psal.Deus manifestè veniet.Et ideo dicit[Cùm autem apparuerit Christus vita vestra.]quia ipse est actor vitæ vestrę, & quia in amore eius & cognitione cõsistit vita vestra.Gala.2,Viuo ego iam nõ ego,viuit verò in me Christus [Tũc vos apparebitis.]1.Io.3,Cùm apparuerit similes ei erimus.s.in gloria. Abac.3, Ab austro veniet & sanctus de mõte Pharam,&c. ¶Deinde cùm dicit[Mortificate ergo.] Ordinat humanã actionem.Primò per cohibitionem peccatorũ.Secundò per instructionem bonorũ morum,ibi[Induite vos.]Circa primũ duo facit, quia primò præmittit monitionẽ:secundò eius rationẽ exponit,ibi [Expoliantes vos.]Iterũ prima in duas, quia primò prohibet vitia carnalia:secundò rationẽ assignat,ibi[propter quę.]Circa primũ duo facit,quia primo ponit generalem prohibitionẽ:secundò explicat in specialì,ibi[Quæ sunt.]Dicit ergo,Non debetis sapere quæ sunt super terrã,sed mortificate quicquid terrenũ & specialiter mẽbra quæ sunt,&c.Quod potest exponi similitudinariè.quia cõuersatio nostra est continens multos actus,sicut corpus multa mẽbra,& in cõuersatione bona,prudẽtia est sicut oculus dirigens:fortitudo autẽ sicut pes portans. In mala verò,astutia sicut oculus,pertinacia verò sicut pes.Hæc ergo mẽbra sunt mortificanda.Vel aliter de mẽbris corporis carnalibus dixit,Mortui estis,&c.s.terrenæ conuersationi.Quomodo?Et respõdens dicit,Mortificate, &c. Intantũ ergo morimur culpæ,inquantũ viuificamur per gratiam. Vita enim gratiæ reparat nos quantũ ad mentẽ,non totaliter quantũ ad corpus propter fomitẽ.Ro.7,Ego ipse mente seruio legi dei,carne autẽ legi peccati.Et paulò antè,Video aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ,&c. Qui ergo mortui estis quantũ ad mentem,mortificate concupiscentiã in mẽbris quæ sunt super terram, inquantũ sunt super terrã,& terrena corpora.1.Cor.6,Castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo,&c.i. non permittendo ei se pertrahi ad carnalia.Et ideo ponit peccata in specialì.Et primò purè carnalia.Secũdò media,ibi [Et auaritiam]Inter carnalia maximè cõcupiscentia inclinat ad luxuriã,vbi est actus turpis. Et hoc vel secũdum naturam animalis,non dicam rationis,quia omne peccatum est contrariũ rationi.Et ideo dicit,Fornicationem.Tob.4,Attende tibi ab omni fornicatione,&c. vel contra naturam,& sic dicit [Immunditiam.]Item delectatio est immunda, vnde dicit [libidinem.] Item concupiscentia est praua,vnde dicit [Concupiscentiam malam.]Secundò ponit peccata media.Et primò auaritiã,cuius obiectum est corporale.s.pecunia: & cõpletur in delectatione spiritualì.s.dominio taliũ. Et ideo cõmunicat cum carnalibus peccatis. Et subdit [quæ est idolorum seruitus.]Ephe.5,Aut auarus,quod est idolorũ seruitus.Sed nunquid auaritia ex suo genere est species idolatriæ,& auarus peccat tanq̃ idolatra? Respondeo dicendum est, Non secundũ speciem sed secundum similitudinem:quia auarus ponit vitam suam in pecunia.Idolatra est quãdo quis exhibet alicui imagini honorem debitum deo.Auarus autẽ honorem debitum deo,exhibet pecuniæ:quia tota sua vita circa hoc est.Quia verò auarus non intendit circa pecuniã se habere vt ad deum,sicut idolatra, ideo est minus peccatũ. Deinde cùm dicit[Propter quæ venit ira dei.]Ostendit rationẽ quare vitanda sunt hæc peccata:& est duplex.Vna quæ mouet omnes,& alia quę specialiter istos.Prima est vindicta dei,qa propter carnalia venit ira,id est,vindicta dei[In filios diffidentiæ.]id est,peccatores qui diffidunt de deo, quia luxuria est filia desperationis:quia multi ex desperatione spiritualium dant se totaliter carnalibus. Vel diffidentiæ, quia quantum est de se,non est confidendum vt corrigantur,& ideo venit ira dei,sicut in Gen.6.& 7. in diluuio:& 18,& 19.de Sodomitis.Alia ratio est,quia illi aliquando fuerunt tales.Vnde dicit[In quibus & vos ambulastis aliquando.]scilicet de malo in peius. Et ponit hanc rationẽ propter duo, scilicet, & propter id

quod Petrus dicit.1.Pet.4, Sufficit prꝫteritũ tempus ad volũtatem gentiũ consummandam,qui ambulauerunt in luxuriis,&c. & quia experti estis quòd in eis nõ est vtilitas,sed confusio.Ro.6,Quem ergo fructum. habuistis tunc in illis,in quibus nunc erubescitis. Lectio 2.

Cõtinuatur monitio & ad vitia ſpiritualia vitãda applicatur deponendũ veterẽ hominẽ, & nouũ induendũ, docẽdo in quo oẽs ſunt æquales.

NVnc autem deponite & vos omnia:iram,indignationem,malitiam,blasphemiam,turpem sermonẽ de ore vestro Nolite mentiri inuicem:expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis,& induẽtes nouum eum qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit illum:ubi non est masculus & fœmina,Gentilis & Iudæus, circumcisio & præputium,barbarus & scytha,seruus & liber:sed omnia,& in omnibus Christus.

¶Suprà Apostolus monuit fideles cõtra vitia carnalia:hîc monet eos cõtra vitia spiritualia.Et primò ponit vniuersalẽ admonitionẽ.Secũdò per partes distinguit.Dicit ergo aliquãdo ambulastis in illis,sed [nunc deponite omnia]nõ solùm carnalia,sed omnia.1.Pe.2,Deponẽtes omnẽ malitiã & omnẽ dolũ,&simulationes,& inuidias,& detractiones,&c.Distinguit autẽ vitia spiritualia in duo.Primò in peccatũ cordis. Secundò oris,ibi[Blasphemiã,&c.]Et primò ponit[irã]Ira enim viri iustitiã dei nõ operatur,& hæc est deponẽda.Secũdò[indignationẽ]quæ oritur ex ira,quæ est quãdo quis reputat aliquẽ indignũ eorũ quæ habet vel vt cõparetur alii.Esa.27,Indignatio nõ est mihi[Malitiã]quæ cõsequitur ad hæc duo. f.qunado quis molitur malũ proximo inferre.Iac.1,Abiicientes omnẽ immũditiam & abundantiã malitiæ in mansuetudine,&c. ¶Deinde ponit peccata pertinẽtia ad peccatũ oris.Et sunt tria genera peccatorũ oris.Per hoc enim peccatum designatur inordinatio mentis.Et primò in cõparatione ad deũ,& hæc est blasphemia.Leui.24,Educ blasphemũ extra castra,& ponãt omnes qui audierũt manus suas sup caput eius,& lapidet eũ populus vniuersus.Et sic quæcũq; blasphemia est peccatũ mortale.Sed quid si sit subito? Respõdeo, dicendũ est qꝺ si sit subito ita qꝺ nõ percipit se blasphemare, nõ peccat mortaliter.Sed credo qꝺ quãtuncũq; subito, si tamẽ percipit qꝺ dicit verba blasphemiæ,peccat mortaliter.Secundò designat inordinationẽ circa cõcupiscentiã, dicens,Turpẽ sermonẽ de ore vestro.Ephe.4,Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat,&c.Tertiò inordinationẽ contra proximũ,& hoc est mendaciũ.Prou.19,Qui loquitur mẽdaciũ nõ effugiet. ¶Deinde cũ dicit[Expoliãtes,&c.]Ostẽdit rationẽ quare sunt vitãda prædicta vitia,quia,s. deposita vetustate debet indui nouitas.Mat.9,Nemo mittit cõmissurã panni rudis in vestimentũ vetus,&c.Et primò ponit depositionẽ vetustatis.Secũdò assumptionem nouitatis,ibi [Et induẽtes.]Dicit ergo,Deponite, hoc expoliãtes, &c.Nam hoc inueteratur per peccatũ.Heb.8,Quod autẽ antiquatur & senescit prope interitũ est. Hæc vetustas propinquat corruptioni,quia peccatũ est via ad corruptionẽ.Item ꝓ peccatũ perditur virtꝰ & decor spiritualis,quæ quidẽ vetustas est introducta per peccatũ primi parentis.Ro.5,Sicut enim per vnũ hominẽ peccatũ in hũc mundũ intrauit,& per peccatũ mors,ita & in omnes homines pertrãsiit in quo omnes peccauerũt[Hũc ergo veterẽ hominẽ.]i.vetustatẽ peccati.Ro.6,Vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati,vt vltra nõ seruiamus peccato,&c.[Exuite eũ actibus suis.]Ephe.4,Deponite vos secundũ pristinã conuersationẽ veterẽ hominẽ qui corrũpitur secundũ desideria erroris,&c. Nouus homo est animus interius renouatus:quia homo ante gratiã,habet mentẽ interiorẽ peccato subiectã,& quãdo reparatur per gratiã,habet nouitatẽ.Psal.Renouabitur vt aquila iuuẽtus tua.Gal.vlt.In Christo Iesu neq; circuncisio neq; præputiũ aliquid valet,sed noua creatura.Noua creatura est gratia innouãs , sed adhuc vetustas remanet in carne.Sed si sequaris iudiciũ noui hominis,tũc induis nouũ hominẽ:si verò cõcupiscis secũdum desideria carnis,induis vetustatẽ.Ephe.4,Induite nouũ hominẽ,qui secũdũ deũ creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. ¶Deinde cũ dicit[Et induẽtes,&c.]Describit nouũ hominẽ.Et primò ostẽdit renouationis modũ.Secũdò vbi renouetur.Tertiò secundũ quid renouatur. Ostẽdit ergo quòd interior homo vetus per ignorantiã dei,renouatur per fidẽ & agnitionẽ dei.2.Co.3,In eandẽ imaginẽ trãsformamur,à claritate in claritatẽ tanq̃ à domini spiritu.Sed vbi est hæc renouatio?Ibi.s.vbi est imago dei,quæ nõ est in potẽtiis sensitiuę partis,sed in mẽte.Vnde dicit secundũ imaginẽ.i.ipsa dei imago quæ est in nobis renouata& hoc secundũ imaginẽ eius.s.dei qui creauit eũ.Dicitur autẽ nouus creatus,quia anima rationalis non est ex traduce,sed à deo creata.¶Deĩde cũ dicit[Vbi nõ est,&c.] Ostẽdit hãc innouationẽ esse omnibꝰ cõmunẽ, aliãs nõ pertineret ad hominẽ inquantũ homo.Et hoc quia facta est secundũ aliquid quod cõuenit omnibus.Quintuplex autẽ hîc cadit distinctio inter homines.Vna secundũ sexũ corporeũ,& hãc excludit,dicẽs, Vbi nõ est masculus& fœmina:quia nõ differunt mẽte,sed secundũ sexũ corporeũ.Secunda per nationes,& hãc excludit,ibi[Gẽtilis & Iudæus.]Isti enim ex fidelibus,illi ex infidelibus,& tamẽ vtriq; mẽte rationales. Ro.3,An Iudęorũ deus tantũ?Nónne & Gentiũ?Tertia secundũ ritũ certũ & propriũ,quia quidã legis professionẽ,& quidã ritũ eundẽ non habebant.Ro.10,Idẽ dominus omniũ,&c.Alia secundũ linguã,ibi[Barbarus & scytha.]Scytha est versus septẽtrionem:barbarietas autẽ extraneitatẽ dicit.Vnde barbari quasi extranei.Et simpliciter est barbarus qui extraneus est ab homine inquantũ homo,& hoc est inquantũ rationalis.Et ideo illi barbari sunt qui nõ reguntur ratione & legibus,& ideo barbari naturaliter sunt serui,&in Christo nõ differunt,quia & si ius ciuile nõ habent,tamen legẽ habent Christi. Alia secundũ conditiones, quia quidã serui,quidã liberi:in Christo autẽ sunt omnes similes.Iob 3,Paruus& magnus,ibi sunt,&c.Ergo nõ sunt hæ differẽtiæ in Christo[sed est omnia in omnibus Christus.]Non enim est circũcisio nisi ꝓ Christum & libertas per Christum:si nõ es liber,libertas tua est Christus . Si non es circũcisus,circũcisio tua est Christus,& sic de aliis[Et in omnibus.]quia omnibus beneficia sua dat. Lectio 3.

Inducũtur fideles ad actus virtutũ moraliũ et theologaliũ ad verbum Christi in seipſis habẽdũ & aliis docendũ: & ꝙ in oibus gratias agãt & ad dei gloriã faciant.

INduite uos ergo sicut electi dei,sancti,& dilecti,uiscera misericordiæ,benignitatẽ,humilitatẽ,modestiam,patientiã, sustentãtes inuicẽ,& donãtes uobismetipsis si quis aduersus aliquẽ habet querelã,sicut & dominus donauit uobis, ita & uos. Super omnia aũt hæc charitatẽ habete,qđ est uinculũ perfectionis:& pax Christi exultet in cordibꝰ uestris in qua & uocati estis in uno corpore, & grati estote.Verbũ Christi habitet in uobis abũdãter,in omni sapiẽtia:docẽtes & cõmonẽtes uosmetipsos in psalmis & hymnis & cãticis spiritualibus,in gratia cãtãtes in cordibꝰ uestris deo.Omne quodcũq; facitis in uerbo aut in opere,omnia in nomine domini nostri Iesu Christi,gratias agẽtes deo et patri ꝑ ipsum.

Suprà Apostolus induxit fideles ad vitandũ mala:hîc inducit eos ad operandũ bona:& primò ad opera particularium virtutũ.Secũdò ad opera virtutum principaliũ perficientiũ animas,ibi [Sup omnia.] Et primò

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmemorat eorum conditionem. Secundò subdit virtutum connumerationem, ibi[Viscera misericordię.] Dicit ergo, Si induistis nouũ hominem, debetis induere noui hominis partes. s. virtutes. Ro. 13, Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis: quibus induimur, quãdo quicquid exterius apparet, est virtutibus ornatũ. Sed quib⁹ virtutibus? Aliter induũtur milites, aliter sacerdotes. Ergo induite vobis cõueniẽtia vestimẽta [Sicut electi dei sãcti.] Et quod dicit electi, pertinet ad remotionẽ à malo: qđ dicit sancti, ad donũ gratiæ. 1. Cor. 6, Abluti estis, sed sanctificati estis. Leuit. 11. & 19, Sãcti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Quod dicit [Dilecti] pertinet ad præparationẽ futuræ gloriæ. Io. 13, In finẽ dilexit eos. s. vitæ æternæ. ¶ Et describit hic vestimẽta quæ protegũt nos in aduersis, & prosperis. 2. Cor. 6, Per arma militiæ à dextris & à sinistris. Et primò quæ habẽda in prosperis. Secũdò quæ in aduersis, ibi[Patientiã.] In prosperis aliquid debemus, & primò proximò misericordiã. Et ideo dicit[Viscera misericordiæ.] Lu. 1, per viscera misericordiæ dei nostri, &c. Phil. 2, Si qua viscera miserationis, &c. 1. misericordiã ex affectu procedentẽ. Ad omnes verò cõsequenter est habẽda benignitas quæ est quasi bona igneitas. Ignis enim liquefacit & effluere facit humida. Si in te est bonus ignis, liquefacit: quicquid humiditatis habes & dissoluet. Hanc facit spiritus sanctus. Sap. 1, Benignus est spiritus sapientię. Ephe. 4, Estote autẽ inuicem benigni misericordes, &c. In corde debes humilitatẽ. Eccl. 3, Quãtò magnus es humilia te in omnib⁹, &c. In exterioribus debes modestiã, quæ ponit modũ ne in prosperis excedas. Phil. 3, Gaudete in domino semp, iterũ dico gaudete, modestia vestra nota sit omnib⁹ hominibus. In aduersis tria sunt arma habẽda. s. patiẽtia quæ facit q̃ animus ꝓpter aduersa nõ amoueatur ab amore dei & rectitudine iustitiæ. Lu. 21, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sed quia quãdoq; cõtingit q̃ aliquis à iustitia nõ declinat quãtũ est de se, tamẽ aliorũ mores sunt ei importabiles, ideo dicit[Supportãtes inuicẽ.] 2. Petr. 2, Habitãs apud eos qui de die in diẽ iustã animã iniquis operib⁹ cruciabãt. Ro. 15, Debemus nos firmiores imbecilitates infirmorũ sustinere. Tertiò cõdonationẽ, ibi[Et donãtes, &c.] i. parcẽtes. 2. Cor. 2, Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi. Cõdonat autẽ quis iniuriã quãdo nõ habet rancorẽ ad eum, nec malum cõtra ipsum procurat. Sed quãdo necessitas puniẽdi est, tũc puniẽdus est. Et addit rationẽ[sicut & dominus donauit vobis.] Eccl. 28, Homo homini seruat irã, & à deo quærit medelã, &c. Mat. 18, Omne debitũ dimisi tibi, &c. Et pòst, Nónne ergo oportuit & te misereri cõserui tui sicut, &c. ¶ Deide cũ dicit[Sup omnia, &c.] Inducit ad principales virtutes perficiẽtes alias. Et principalior est charitas inter virtutes. Sapiẽtia verò inter dona. Charitas quidẽ informat omnes virtutes. Sapiẽtia verò dirigit. primò igitur inducit ad primũ. Secũdò ad secundũ[Verbum Christi.] primò inducit ad charitatẽ habendã. Secũdò ad charitatis effectus, ibi[Et pax.] Dicit ergo. Sup omnia induatis charitatẽ quæ omnib⁹ prædictis maior est, vt dicitur 1. Cor. 13, Sup omnia. i. magis q̃ omnia, quia est finis omniũ virtutũ. 1. Timo. 1, Finis autẽ præcepti est charitas, &c. Vel sup omnia debemus habere charitatẽ, quia est sup omnia alia. 1. Cor. 11, Adhuc excellẽtiorẽ viã vobis demõstro, &c. Et hoc quia sine ipsa nihil valẽt alia. Et hæc charitas figuratur per tunicã inconsutilẽ. Io. 19, Et ratio huius quare est habenda, subditur. s. quia [est vinculũ] secundũ Glo. per omnes virtutes homo perficitur, sed charitas cõnectit eas ad inuicẽ. & facit eas pseuerantes, & ideo dicitur vinculũ. Vel ex natura sua est vinculum, quia est amor qui est vniens amatũ amanti. Osee 11, In funiculis Adã trahã eos, in vinculis charitatis, &c. Sed addit[Perfectionis] quia est vnũquodq; perfectũ quãdo adhęret fini vltimo. s. deo, quod facit charitas. ¶ Deinde cùm dicit [Et pax, &c.] Monet ad actus charitatis. Et ponit duos actus. s. pacẽ, & gratitudinẽ, & tertiũ innuit. s. gaudiũ. Dicit ergo[Et pax Christi, &c.] Ex charitate mox oritur pax, quæ est secundũ Aug. tranquilitas ordinis, sibi à deo instituti, quod facit charitas. Qui enim aliquẽ diligit, cõcordat cũ eo in volũtate. Psal. Pax multa diligẽtibus legẽ tuã [Exultet] quia charitatis effectus est gaudiũ, quod sequitur ex pace. Prou. 12, Qui pacis ineũt cõsilia sequitur eos gaudiũ. Sed nõ dicit simpliciter pax, qa est pax mũdi quã deus nõ venit facere, sed Christi, quã fecit inter deũ & hominẽ. Mar. 9, Pacẽ habete inter vos, quã annũtiauit. Luc. vlti. Stetit Iesus in medio eorũ, & dixit eis: Pax vobis. Et debetis habere, quia [in ista vocati estis.] 1. Corin. 8, In pace vocauit nos deus. Et hìc subdit [in vno corpore.] i. vt sitis in vno corpore. Effectus alius est vt sitis grati. ideo sequitur [Et grati estote.] Sapiẽ. 16, Ingrati spes tanq̃ hibernalis glacies tabesceret & disperiet tanq̃ aqua superuacua. ¶ Deinde cũ dicit[Verbũ Christi.] monet ad sapientiã, & primò docet sapientiæ originẽ. Secundò sapientiæ vsum, ibi[Docẽtes.] Ad hoc etiã q̃ quis habeat sapientiã verã, oportet cõsiderare vnde oriatur. Ideo dicit[Verbũ Christi.] Eccl. 1, Fons sapiẽtiæ verbũ dei in excelsis, ergo ex verbo Christi hauriatis eã. Deut. 4, Hæc est sapiẽtia vestra & intellectus corã populis, &c. 1. Cor. 1, Qui factus est nobis sapiẽtia à deo, &c. Sed aliqui nõ habent verbũ, ideo nec sapientiã. Et ideo dicit[habitet.] Prou. 3, Circũda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, &c. Aliquibus sufficit modicũ quid de verbo Christi: sed Apostolus vult q̃ habeamus multum. Et ideo dicit[Abundanter.] 2. Cor. 9, Potens est deus omnẽ gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnẽ sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Prouer. 2, Sicut thesauros effoderis eã, &c. Et addit[In omni sapientia.] i. in omnibus pertinẽtibus ad sapientiam Christi debetis studere scire. Act. 20, Non subterfugi quo minus annuntiarẽ vobis omne consilium dei. Eccl. 21, Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. ¶ Triplex autem est vsus huius sapientiæ. s. instructionis, deuotionis, & directionis. Instructio duplex. s. ad cognoscendum vera. Vnde dicit[Docentes] quasi. d. Habitet ita abundanter in vobis, vt de omnibus sitis iustructi per ipsum. 2. Timo. 3, Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, &c. Item ad cognoscendũ bona, ideo dicit[Et ra

Iob 31, Si contẽpsi subire, &c. ¶ Deinde cũ dicit [Scientes, &c.] Ponitur ratio, quia sicut tu te habes ad eos, ita dominus ad te. Ephe. 6, Scientes, &c.

Caput 4.

Iubentur Colos. instãter inuigilare, & pro Apostolo specialiter orare ꝓ fructu euangelicæ ꝓdicationis exhortãtur post vt in sapientia erga infideles ambulẽt

RAtioni insistite vigilantes in ea in gratiarũ actione: orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostiũ sermonis ad loquendũ mysteriũ Christi (propter quod etiã uinctus sum) ut manifestẽ illud, ita ut oporteat me loqui. In sapiẽtia ambulate ad eos qui foris sunt tẽpus redimẽtes. Sermo uester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respõdere. Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tichicus charissimus frater, & fidelis minister, & cõseruus in domino: quẽ misi ad uos ad hoc ipsum ut cognoscat quæ circa uos sunt, & consoletur corda uestra: cũ Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est: qui omnia q̃ hic aguntur, nota faciẽt uobis, Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus cõsobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, si uenerit ad uos, suscipite illũ) & Iesus qui dicitur iustus: qui sunt ex circũcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerunt solatio. Salutat uos Epaphras qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semp solicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei. Testimoniũ enim illi perhibeo ꝙ habet multũ laborem pro uobis, & ꝓ his qui sunt Laodiciæ & qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus charissimus et Demas. Salutate fratres q̃ sunt Laodiciæ, et Nymphã & q̃ in domo eius est ecclesia. Et cũ lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut & in Laodicẽsiũ ecclesia legatur, et ea q̃ Laodicẽsiũ est, uobis legatur. Et dicite Archippo: Vide ministeriũ q̃d accepisti in domino, ut impleas illud. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorũ meorũ. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscũ. Amẽ.

¶ Suprà posuit specialia documenta ad singulos status hominũ, hic ponit ptinẽtia ad omnes, tamẽ respectu diuersorũ. Et primò ostẽdit qualiter se habeãt ad alios. Secũdò qualiter ad ipsos alii se habeãt, ibi [Quæ circa me, &c.] Iterũ prima in duas, quia primò ostẽdit quomodo te habeãt ad ipsummet Apostolũ eorũ prælatũ. Secũdò quomodo ad alios, maximè infideles, ibi [In sapiẽtia.] Circa primũ duo facit, quia primò incitat eos vniuersaliter ad orãdũ. Secũdò vt orẽt ꝓ eo, ibi [Orantes.] Debet autẽ oratio habere tria. s. ꝙ sit assidua, grata, & vigilãs. Assidua. vnde dicit [orationi instãtes. i. cũ perseuerãtia orate. 1. Thes. 5, Sine intermissione orate. Lu. 18, Oportet semp orare & nunq̃ deficere. Itẽ vigilans, vt animus nõ sit præssus. Ideo subditur (vigilãtes.) 1. Pet. 4, Vigilate in orationibꝰ, &c. Lu. 6, Erat pernoctãs in oratione, &c. Itẽ gratia. i. in gratiarũ actione, aliàs nõ meretur beneficia noua si de acceptis esset ingratꝰ. Vnde sequitur (in gratiarũ actione.) Phil. 4, Cũ gratiarũ actione. 1. Thes 5, In oĩbus gratias agite. Consequẽter rogat vt orẽt ꝓ ipso, dicens [Orãtes, &c.] Quia hoc est debitũ ꝙ subditi ꝓ prælatis orẽt, quia prẽlati custodiũt eos, & eorũ bonũ est cõmune omniũ. 2. Thes. 3, Orate ꝓ nobis vt sermo dñi currat, &c. Et hoc [vt deus aperiat ostiũ.]. i. os p quod sermo à corde exit, & ꝙ deus det gratiã dignè ꝓferẽdi verbũ suũ. In operatione etiã significatur aliquod magnũ. Mat. 5, Aperiẽs os suũ docebat eos, &c. Et ideo subdit [ad loquendũ.] 1. Cor. 14, Spiritus est qui loquitur mysteria. Et his indigeo, quia ꝓpter verbũ Christi, &c. Et tribulationes patior. Ideo orãdũ est vt liberẽ posim. 2. Ti. 2, Laboro vsq; ad vincula. Et hoc modo vt aperiat. i. [vt manifestet, &c.] Tria possunt esse ipe dimẽta verbi. s. vel ꝓpter timorẽ, ideo dicit [Vinctus.] vel propter altitudinẽ ita ꝙ subditi nequeãt intellige re ideo dicit [vt manifestẽ.] vel propter incõgruitatẽ tẽporis vel modi. ideo dicit [Vt oportet.] 1. Cor. 3, Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibꝰ, &c. Lu. 12, Fidelis dispẽsator & prudẽs quẽ cõst. &c. ¶ Cõsequẽter cũ dicit [In sapiẽ. &c.] ostẽdit quomodo se habeãt ad extraneos, & primò in cõuersatione. Secundò quomodo in locutiõe, ibi [Sermo vester.] Dicit ergo [In sapiẽtia ambulate ad eos q̃ foris sunt.] i. infideles: in sapiẽtia. i. sapiẽter. Sap. 7, Neminẽ diligit deꝰ nisi qui cũ sapiẽtia inhabitat, &c. Et huius causa est [Redimẽtes, &c.] Redemit vexationẽ suã quando quis dimittit quod est de iure suo vt vitet eã. Isti vexabãtur ab eis, ideo vult ꝙ redimãt eã ꝓ sapiẽtiã. 1. Pet 2, Cõuersationẽ vestrã inter gẽtes habẽtes bonã, &c. Itẽ docet: secũdò quomodo se habeãt loquẽdo. Et primò vt sermo sit gratus. Vnde dicit [Sermo vester semp in gratia.] Eccl 6, Lingua eucharis in bono homine abũdabit. secũdò vt sit discretus. Vnde dicit [Sale cõditus.] per salẽ intelligitur discretio: qa ꝓ ipsum omnis cibꝰ cõditus est sapidus, ita omnis actio indiscreta est aspida & inordinata. Mat. 9, Habete in vobis sal, & pacẽ habete inter vos. Et hoc [vt sciatis, &c.] Aliter eĩ est respõdendũ sapientibꝰ, aliter insipiẽtibꝰ. Prou. 26, Nõ rñdeas stulto iuxta stultitiã suã ne efficiaris ei similis, &c. 1. Pe. 3, Parati semp ad satisfactionẽ omni poscẽtivos rationẽ, &c. ¶ Deide cũ dicit [Quę circa me, &c.] ostẽdit quid alii agãt ad ipsos, & primò oñdit qd ad eos agãt illi quos ad eos mittit. Secũdò quid cũ Apostolo remanẽtes, ibi [Salutãt.] Mittit autẽ ad eos legatũ quẽ primò describit tripliciter, & primò à dilectione, dicẽs [Charissimus frater.]. s. per charitatẽ quę facit hominẽ auro pretiosiorẽ. Esa. 13, Pretiosior erit vir auro & homo mũdo obrizo, &c. Itẽ à fide. Vnde dicit [Fidelis in ministerio.] i. Cor. 4, Hĩc iam quæritur inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur. Itẽ ab humilitate. Vnde dicit [Et cõseruus.] s. in executione ministerii, sed [in domino] quia prælatus quærere debet vtilitatẽ eorũ quibus præfertur, & dei honorẽ. Sed ad quid mittitur? Vt cognoscat statũ subditorũ. Gen. 37, Vade & vide si cũcta prospera sunt erga fratres tuos & pecora, & renũtia mihi quid agatur, &c. 1. Reg. 17, Fratres tuos visitabis si rectè agãt, & cũ quibus ordinati sunt discẽ. Itẽ vt consoletur. Ro. 1, Desidero eĩ videre vos vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis ad cõfirmãdos vos. i. simul cõsolari in vobis, &c. Et dñs missus à patre ad hoc venit. Esa. 61, Vt cõsolarer omnes lugẽtes, &c. Itẽ describit eius societatẽ cũ Onesimo [Qui omnia quæ hĩc agũtur, &c.] Et vestra mihi vt corrigã, & mea vobis vt exẽplum habeatis. ¶ Deinde cũ dicit [Salutat, &c.] ostẽdit quomodo salutãtur à remanẽtibus cũ Apost. & litera satis patet [De quo accepistis, &c.] Act. 13. dicitur quòd cũ Paulus, &. Barnarb. simul irẽt quidã Io. Marcꝰ sic se eis cõiunxit ꝙ postea recesserit & iterũ redierit. Et Paulꝰ quidẽ noluit eũ recipere, sed Barna. Et ideo Paulus recesserit à Barna. Et propter hoc Apost. scripsit Colossensibꝰ de Marco ꝙ nõ reciperẽt eũ, sed nũc quia conuersus erat scribit vt eũ recipiãt: & hoc est, Accepistis, &c. Vel fratrẽ Barnab. de quo Barnab. accepistis, &c. [Et Iesus qui dicitur iustus.] qui quidẽ erat vir sanctę conuersationis. Et ideo dicitur iustus [Qui sunt ex circuncisione.] missi ad prędicandũ euangeliũm Christi. Philip. 1, Quid enim cũ omni modo siue per occasionem siue per veritatẽ Christus annũtietur. Et sic 1. Gẽtiles. 2. Iudęos ponit [Epaphras qui ex vobis est.] quia Asianus erat. Et ad hoc salutãt [vt stetis perfecti.] Iac. 1, Sitis pfecti, &c. [Pleni, &c.] i. in oĩbꝰ quæ ptinẽt ad volũtatẽ dei. Itẽ ponit Lucã qui nõ fuit natus ex Iudęis [vt videtur] quia fuit Antiochenꝰ, medicus arte, quẽ

specialiter nominat, quia fuit homo bonæ authoritatis in ecclesia propter euangeliũ quod scripsit Apostolo adhuc viuente. ¶ Deinde dicit [Salutate, &c.] ostẽdit quos salutẽt, & primò quomodo alios alienæ ecclesiæ. Secundò quomodo eos qui sunt de sua, ibi [Et eã quæ est Laodicensiũ.] Ex quo habetur ꝙ scripsit alias epistolas: quia istã de qua fit mẽtio hĩc. i. Laodicensiũ, & vnam aliã ad Cor. præter primã & secunda: quia in prima epist. cap. 5. dicit, Scripsi vobis in epistola, ne cõmisceamini fornicariis, &c. Sed ratio est duplex quare nõ sunt in canone: quia non cõstabat de earũ authoritate, quia fortè erant deprauatæ, & perierãt in ecclesiis. Vel quia non cõtinebant aliud q̃ ista [Et dicite Archippo.] hic fuit prẽlatus eorũ, & mandat vt moneãt ipsum dicentes [Vide, &c.] 2. Tim. 4, Ministeriũ tuum imple. Et quidẽ tunc ministeriũ implet quando facit illud ad quod accepit. Sed videtur ꝙ non pertineat ad subditũ monere prælatũ. Exod. 19, Dicendũ ꝙ irreuerẽter arguere & vituperare est prohibitũ, sed monere charitatiuè potest, sicut Paulus Petrũ. Gala. 2, Sed quare nõ scripsit prælato? Quia prælatus est propter ecclesiã, & non ecõuerso [Salutatio, &c.] Consuetudo Apostoli erat ꝙ totam epistolã faciebat aliquẽ scribere: sed in fine ponebat aliquid de manu sua. 2. Thes. vl. vbi dicit, Salutatio mea manu Pauli, idẽ & hic ne fallerentur. Et dicit [memores, &c.] quia Romæ vinctus erat: quia Iac. 5, Exẽplum accipite fratres exitus mali & lõganimitatis & laboris & patiẽtiæ prophetas, qui locuti sunt in nomine domini, &c. Heb. vlt. Memẽtote præpositorũ vestrorũ qui vobis locuti sunt verbum dei, quorũ intuentes exitũ, conuersationis imitamini fidẽ. Tandẽ concludens optat eis bonũ, dicẽs [Gratia &c.] Ioan. 1, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est cui sit laus & gloria, nunc & semper. Amen.

Explicit subtilissima expositio. S. Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum super epistolam Pauli ad Collocenses.

Incipit mirabilis declaratio angelici doctoris sancti Thomae Aquinatis, super primã epistolã doctoris Gentium sancti Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

PROLOGVS.

Salutatio. Bona optata gratia & pax.

MVltiplicatæ sunt aquæ, &c. Gen. 7, Hęc verba cõpetunt materię huius epistolæ. Ecclesia enim figuratur per arcã, sicut dicitur 1. Petr. 3, quia sicut in arca cæteris pereuntibus paucæ animæ saluatæ sunt, ita in ecclesia pauci. i. soli electi saluabũtur. Per aquas autẽ significantur tribulationes. Primò quia aquæ impellunt irruẽdo sic tribulationes. Mat. 7, Venerũt flumina & flauerunt venti & irruerunt in domũ illam. Sed & impulsu fluminũ ecclesia non mouetur. Vnde subdit, Et nõ cecidit. Secundò aqua extinguit ignem. Eccl. 30, Ignem ardentẽ extinguit aqua, sic tribulationes extinguunt impetus concupiscentiarũ, ne homines ad libitum eas sequãtur, sed non extinguunt veram charitatẽ ecclesiæ. Can. 8, Aquæ multæ non poterũt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent illã. Tertiò aquæ submergũt per inundationẽ. Treñ. 3, Inundauerũt aquę super caput meũ, sed ecclesia non per has submergitur. Io. 2, Circũdederũt me aquæ vsq; ad animã meã, abyssus valuit me, pelagus operuit caput meũ, &c. Et pòst, Rursum videbo tẽplum sanctũ tuum, &c. Non ergo deficit, sed subleuatur. Et primò per eleuationem mẽtis ad deum. Greg. Mala quæ nos hĩc præmunt ad deũ nos ire cõpellunt. Osee 6, In tribulatione sua mane cõsurgent ad me. Secundò per spiritualẽ consolationẽ. Psal. Secundũ multitudinẽ dolorũ in corde meo cõsolationes tuæ lætificauerũt animã meam. 2. Cor. 1, Sicut abundãt pasiones Christi in nobis, ita per Christũ abundat cõsolatio nostra. Tertiò per multiplicationẽ fidelium, quia tẽpore persecutionũ deus multiplicauit ecclesiã. Exod. 1, Quátóq; magis opprimebãt eos, tantò magis multiplicabãtur & crescebãt. Sic ergo conuenit huic epistolæ: quia isti multas tribulationes pasi, steterũt fortes. Videamus ergo textum.

Caput 1.

PAulus & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensiũ in deo patre nostro & domino Iesu Christo: gratia uobis & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis: memoriã uestri faciẽtes in orationibus nostris sine intermissione memores operis fidei uestræ & laboris & charitatis & sustinẽtiæ spei domini nostri Iesu Christi ante deũ & patrem nostrũ. Scientes fratres dilecti à deo electionẽ uestrã: quia euangeliũ nostrum nõ fuit ad uos in sermone tantũ: sed & in uirtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in uobis propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis, & domini excipiẽtes uerbũ in tribulatione multa, cũ gaudio spiritus sancti: ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A uobis enim diffamatus est sermo domini: non solũ in Macedonia & in Achaia, sed in omni loco, fides uestra quæ est ad deũ perfecta est, ita ut nõ sit nobis necesse quicquã loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad deum à simulachris, seruire deo uiuo & uero, & expectare filium eius de cælis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum qui eripuit nos ab ira uentura.

¶ Apostolus vult munire hĩc ecclesiam contra tribulationes: & primò contra tribulationes præsentes. Et hoc in prima epistola. Secundò cõtra futuras tẽpore Antichristi, & hoc in secũda. Prima diuiditur in salutationem & epistolarem narrationẽ, ibi [Gratias agimus.] Item primò tangit personas salutantes. Secũdò ecclesiam salutatam. Tertiò bona optata. Notandum est autem ꝙ quia vbi delinquimus omnes pares sumus, ideo quia istis bonis scribit, non facit mentionem de officio suo, sed solùm de nomine humilitatis quod est, Paulus. Sap. 7, Et innumerabilis honestas per manus illius. Et adiungit duos qui eis prædicauerũt cum eo. s. Siluanũ q̃ est Sylas, & Timotheũ quẽ circuncidit, vt dicitur Act. 16, Salutat aũt ecclesiã q̃ est cõgregatio fidelũ. Et hoc [in deo patre & dño nostro Iesu Christo.] i. ī fide trinitatis, & diuinitatis & humanitatis Christi,

quia in horum cognitione erit noſtra beatitudo. Tãgit autẽ perſonam patris & filii incarnati, in quibus intelligitur ſpiritus ſanctus, qui eſt nexus amborũ. Bona optata ſunt gratia, quæ eſt principiũ omnium bonorum. 1. Cor. 15, Gratia dei ſum id quod ſum. Et pax quæ eſt finis, quia tunc eſt pax quando appetitus totaliter pacatur. Deinde cùm dicit [Gratias agimus.] Incipit epiſtolaris narratio, & primò cõmẽdat eos de præterita perſeuerãtia. Secundò monet eos ad bene agendũ in futurum. 4. cap. ibi [De cætero.] Item primò agit gratias vniuerſaliter de bonis eorũ. Secundò ea cõmemorat in ſpeciali, ibi [Scientes fratres, &c.] Circa primũ duo facit, quia primò ponit gratiarũ actionem. Secundò eius materiã, ibi [Memores.] Item primò ꝙ eis gratias agit. Secũdò pro eis orat, ibi [Memoriã veſtri.] Quantũ ergo ad primum dicit tria quæ debẽt eſſe in gratiarũ actione. Primò ꝙ ſit ordinata. ſ. ad deũ. Ideo dicit [Gratias agamus deo.] Pſa. Gratiã & gloriã dabit dominus. Iac. 1, Omne datũ optimum & omne donũ perfectum de ſurſum eſt deſcẽdens à patre luminum. Item aſsidua, quia [ſemp.] Item vniuerſalis, ibi [Pro omnibus vobis.] infrà 5, In omnib⁹ gratias agite. ¶ Deinde orat pro eis, dicens [Memoriã veſtri faciens, &c.] q. d. Quandocũq; oro, habeo vos in memoria. Rom. 1, Sine intermiſsione memoriã veſtri facio ſemper in orationibus meis. ¶ Deinde cùm dicit [Memores operis.] Ponis bona de quibus agit gratias. ſ. fidẽ, ſpem & charitatem. 1. Cor. 13, Nunc autẽ manẽt fides, ſpes, charitas: tria hæc, &c. Fidẽ prẽmittit: quia eſt ſubſtantia ſperandarũ rerum, &c. Accedentẽ enim ad deũ oportet credere, &c. Heb. 11, Hæc autẽ non eſt ſufficiens niſi habeat operationẽ & laborem. Et ideo dicit [Operis fidei veſtræ & laboris.] Iac. 2, Fides ſine operibus mortua eſt. ¶ Item quia qui in laborando propter Chriſtũ deficit, nihil valet. Luc. 8, Ad tẽpus credunt, & in tẽpore tẽtationis recedũt. Ideo dicit [Operis & laboris. q. d. Memores fidei veſtrę operãtis & laborantis.] Itẽ, charitatis in cuius operibus abũdãt. infrà 4. charitate fraternitatis, &c. Item ſpei quæ facit patienter ſuſtinere aduerſa. Ro. 12, Spe gaudẽtes in tribulatione patientes. Et ſuſtinẽtiæ quã ſpes facit. Iac. 5, Patiẽtiã Iob aud. &c. Spei, inq̃, domini noſtri. i. quã habemus de Chriſto, vel quã Chriſtus dedit nobis. 1. Pet. 1, Regenerauit nos in ſpem viuã, &c. Hæc ſpes eſt [ante deũ non ante oculos hominũ.] Mat. 6, Attendite ne iuſtitiã veſtram faciatis coràm hominibus, &c. Hebr. 6, Quã ſicut anchorã habemus animæ tutã, &c. Spes enim in veteri teſtamento nõ induxit ad deũ. ¶ Deinde cùm dicit [Sciẽtes fratres.] Ĩ ſpeciali cõmemorat eorũ bona, quos primò cõmendat, ꝙ deuotè & prõptè ſuſcepe runt prædicationẽ, non obſtãte tribulatione. Secũdò ꝙ propter tribulationẽ ab ea non receſſerũt in 2. ea. ibi [Nam ipſi ſcitis.] Iterũ prima pars diuiditur in duas: quia oſtẽdit qualis fuit iſta prædicatio. Secũdò qualiter ab eis recepta, ibi [Et vos imitatores.] Circa primũ tria facit: quia primò oſtendit quid circa eos ſciebat. Secũdò modũ prædicationis ſuæ, ibi [Quia euangeliũ.] Tertiò quid ipſi ſciebãt de Apoſtolo, ibi [Sciẽtes ô fratres dilecti à deo.] nõ ſolùm cõmuniter inquantũ dat eſſe naturæ, ſed inquantũ ſpecialiter ad bona æterna eſtis vocati. Mala. 1, Iacob dilexi, &c. Deut. 33, Dilexit populos, &c. [Electionẽ veſtrã.] q. d. Certitudinaliter cognoſco vos eſſe electos: quia hanc electionẽ non meruiſtis, ſed à deo eſtis gratuitè electi. Et hoc ſcio, quia deus dedit mihi magnũ argumentũ in prædicatione. ſ. ꝙ illi quibus loquor ſunt à deo electi. ſ. quando deus dat eis vel mihi gratiã copioſè prædicãdi eis. ¶ Conſequẽter quod dicit Eze. 3, Et linguã tuã adhęrere faciã palato tuo, &c. Ideo primò cõmemorat q̃ virtuoſè eis prædicauit. Secũdò inducit eorũ teſtimonium, ibi [Sicut ſcitis.] Virtuoſè quidẽ: quia non fuit in ſublimitate ſermonis, ſed in virtute. 1. Cor. 2, Sermo meus & prædicatio mea nõ in perſuaſibilib⁹ humanæ ſapientiæ verbis, ſed oſtẽſione ſpiritus & virtutis. 1. Cor. 4, Non em̃ in ſermone eſt regnũ dei, ſed in virtute. Vel poteſt referri ad confirmationẽ prædicationis, vel ad modũ prædicandi. Si ad primum ſic confirmata fuit prædicatio mea vobis: nõ argumentis, ſed virtute miraculorũ. Vnde dicit, Mat. vlt. Domino cooperãte & ſermonẽ confirmãte ſequẽtibus ſignis. Itẽ in datione ſpiritus ſancti, vnde dicit [Et ſpiritui ſancto.] Act. 10, Adhuc loquẽte Petro verba hæc, cecidit ſpiritus ſup omnes qui audiebãt verbũ, &c. Heb. 2, Conteſtãte deo ſignis & portentis & variis virtutib⁹ & ſpiritus ſancti diſtributionibus [Et in plenitudine, &c.] Et hoc addit ne crederẽt ſe minus recepiſſe quã Iudęi. Quaſi. d. Spiritus ſanctus nõ eſt perſonarũ acceptor: ſed in ea plenitudine fuit apud vos ſicut apud Iudæos. Act. 2, Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, &c. Sed ſi ad ſecundũ, ſic [in virtute.] i. virtuoſam vitã vobis oſtẽdẽs. Act. 1, Cœpit dñs facere & docere. Et in ſpiritu ſancto. ſ. ſuggerẽte. Mat. 10, Non eſtis vos qui loquimini, &c. [In plenitudine multa.] ſ. quia inſtruxi vos de oĩbus ad fidẽ neceſſariis. Inducit autẽ eorum teſtimoniũ ad hoc cùm dicit [Sicut vos ſcitis, &c.] i. talia dona & virtutes oſtẽdimus in vobis. 2. Cor. 5, Spero autẽ in conſciẽtiis veſtris manifeſtos nos eſſe. ¶ Deinde cũ dicit [Et vos imitatores, &c.] oſtẽdit quomodo prędicationẽ ſuã virtuoſè receperũt, nec propter tribulationes receſſerũt. Et primò oſtẽdit eorum virtutẽ in hoc ꝙ alios imitati ſunt, Secũdò ꝙ aliis ſe imitabiles præſtiterũt, ibi [Ita vt facti ſitis.] Circa primũ duo facit, quia primò oſtendit quos ſunt imitati. Secũdò in quibus ſunt imitati, ibi [Excipiẽtes.] Circa primum dicit ꝙ imitati ſunt eos quos debuerunt. ſ. prælatos. Et ideo dicit [Imitatores noſtri facti, &c.] Phili. 3, Imitatores mei eſtote fratres. Sed imitati ſunt nõ eo in quo deliquimus ſicut homines, ſed in quo imitamur Chriſtum. Vnde & dicitur [& dñi.] 1. Cor. 4, Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. i. in quo imitatus ſum Chriſtũ. ſ. in patiẽtia tribulationis. Mat. 16, Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. 1. Pet. 2, Chriſt⁹ paſſus eſt ꝓ nobis, vobis relinquens exẽplum, vt ſequamini veſtigia eius. Et ideo dicit [In tribulatione multa cũ gaudio.] i. q̃is multa tribulatio immineret propter verbũ, tamẽ illud accepiſtis cũ gaudio. Iac. 1, Omne gaudiũ exiſtimate fratres mei cũ in tentationes varias incideritis, &c. Act. 5, Ibãt apoſtoli gaudentes à cõſpectu concilii, quoniã digni habiti ſunt ꝓ nomine Ieſu contumeliam pati. Cũ gaudio, inq̃, ſpiritu ſancti: non alio quocunq; qui eſt amor dei, qui facit gaudiũ patientibus ꝓpter Chriſtũ, quia amant eum. Can. 8, Si dederit homo omnẽ ſubſtantiã domus ſuę ꝓ dilectione quaſi nihil deſpiciet eã. ¶ Et ſic eſtis imitatores noſtri, ꝙ. ſ. aliis eſtis imitabiles. Vnde dicit [Ita vt facti ſitis, &c.] Circa quod tria facit: quia primò oſtendit eos eſſe imitabiles. Secũdò quomodo eorũ fama diuulgata eſt, ibi [A vobis em̃ diffamatus.] Tertiò quomodo ab omnibus laudabãtur populis: ibi [Ipſi enim annũtiant.] Dicit ergo, Ita perfectè nos imitati eſtis [vt ſitis facti forma.] i. exemplum vitæ, non ſolùm in terra veſtra, ſed in aliis. Matt. 5, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra, &c. Sed credẽtibus forma facti eſtis quibus fides veſtra innotuit.

Ad quod bonitas veſtra acceſsit [A vobis enim diffamatus eſt ſermo domini.] i. prædicandi dominũ, id eſt, veſtra fama diffuſa eſt nõ tantũ in Macedonia & Achaia quæ ſunt vobis vicinæ, ſed [fides veſtra ad deũ perfecta.] i. quã deus acceptat, & quæ cõiungit vos deo, quæ etiã eſt in omni loco diuulgata. Ro. 1, Fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo, &c. Et ſignũ huius eſt, quia nõ eſt neceſſe, &c. Boni enim prædicatoris eſt bona aliorũ in exemplũ adducere. 2. Cor. 9, Veſtra enim æmulatio prouocauit plurimos. ¶ Deinde dicit [Ipſi enim, &c.] ponit eorũ laudẽ qua ab aliis laudabantur, quia [de nobis annuntiãt, &c.] Prouerb. vlt. Laudent illã in portis opera eius. Laudant autẽ in vobis meã prædicationẽ & veſtrã cõuerſionẽ. Annuntiant ergo qualẽ introitũ habuerimus ad vos, quia cum magna difficultate & in tribulationibus. Laudãt etiã veſtrã cõuerſionẽ. Et oſtendit quomodo, à quo, & ad quid cõuerſi ſunt. Quo ad primũ dicit [Et quomodo cõuerſi eſtis ad deũ.] Ji. q̃ faciliter & perfectè. Iohel 2, Cõuertimini ad me in toto corde veſtro, &c. Eccle. 5, Ne tardes cõuerti ad dominũ, & ne differas de die in diẽ. Quo ad ſecũdũ dicit [A ſimulachris.] 1. Cor. 12, Scitis quoniã cũ gẽtes eſſetis ad ſimulachra muta prout ducebamini eũtes. Quo ad tertiũ dicit [ſeruire deo.] ſ. ſeruitute latriæ: non creaturæ, ſed deo. Cõtra quod dicitur. Ro. 1, Seruierũt creaturæ poti⁹ q̃ creatori, &c. Et dicit [Viuo] vt excludat idolatriæ cultũ, quia idolatræ colebãt quoſdã mortuos, quorũ animas dixerũt deificatas, ſicut Romulũ & Herculẽ. Et ideo dicit, Viuo Deut. 32, Viuo ego in æternũ. Itẽ quia Platonici putabant quaſdã ſubſtãtias ſeparatas deos eſſe participatione: dicitur verò nõ participatiõe diuinæ naturæ, ſed quia ſeruientes eius ſunt remunerandi. Ideo quia ſic eſtis, reſtat vt remunerationẽ expectetis. Vnde dicit [Et expectare filium eius.] ſ. dei [de cælis] deſcendentẽ. Luc. 12, Et vos ſimiles hominibus expectãtibus dominũ ſuũ quãdo reuertatur à nuptiis. Eſa. 30, Beati omnes qui expectãt eũ. Illi autẽ ſunt qui ſunt lũbis præcincti. Duo autẽ expectamus. ſ. reſurrectionẽ, vt. ſ. ei cõformemur. Vnde dicit [Quẽ ſuſcitauit ex mortuis Ieſum] Rom. 8, Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis viuificabit & mortalia corpora veſtra, &c. Phili. 3, Reformabit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ. Itẽ liberari à pœna futura, quæ imminet reis. A cauſa autẽ pœnæ. ſ. à peccato, liberamur per Chriſtũ, Vnde dicit [Qui eripuit nos, &c.] Apoc. 6, Abſcõdite vos à facię ſedentis ſuper thronũ & ab ira agni, &c. Ab hac ira nullus poteſt nos liberare niſi Chriſtus. Matth. 3, Quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira?

Caput 2.

Hîc Paul⁹ prænittit tribulationes quas paſſus eſt antequa ad Theſ. veniret. & tamen nõ ob hoc eſt ĩ eo extincta fiducia prædicãdi eſſẽ dĩque ſyncerităt̃ ſuæ doctrinæ, quia nõ de errore, immunditia, dolo. ſ. vt deus ordinauit, nõ quaſi hominib⁹ placẽs, non adulando, non in auaritia, &c.

NAm & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad nos, quia non inanis fuit, ſed ante paſsi multa & contumeliis affecti (ſicut ſcitis) in Philippis fiduciam habuimus in deo noſtro, loqui ad vos euangelium dei in multa ſolicitudine. Exhortatio enim noſtra, non de errore, neque de immũditia, neque in dolo, ſed ſicut probati ſumus à deo ut crederetur nobis euangelium, ita loquimur, non quaſi hominibus placentes, ſed deo qui probat corda noſtra. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ, deus teſtis eſt, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. Cùm poſſemus vobis oneri eſſe, ut Chriſti apoſtoli: ſed facti ſumus paruuli in medio veſtrum tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos: ita deſiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non ſolùm euangelium dei, ſed etiam animas noſtras: quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangeliũ dei. Vos teſtes eſtis & deus, quàm ſanctè & iuſtè & ſine querela vobis qui credidiſtis affuimus: ſicut ſcitis qualiter unũquenque veſtrum ſicut pater filios ſuos deprecantes vos & conſolantes, teſtificati ſumus ut ambularetis dignè deo qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam.

¶ Suprà cõmendauit eos ꝙ in tribulationibus verbũ dei receperũt, hîc cõmendat eos ꝙ ab eo nõ receſſerunt propter tribulationes. Et circa hoc tria facit: quia primò cõmemorat eorũ tribulationes. Secundò oſtẽdit quale eis remediũ adhibuit in tertio cap. ibi [Propter quod] Tertiò propter quid, ibi [Quia nunc viuimus] Quia verò ſuprà dixit de eis nuntiari ab omnibus introitũ apoſtoli ad eorũ conuerſionẽ, ideo primò agit de introitu ſuo, ſecundò de eorũ conuerſione, ibi [Ideo & nos gratias.] Circa primũ tria facit, quia primò cõmemorat ſuã cõſtantiã quã habuit antequã ad eos veniret. Secundò ſyncerităt̃ doctrinę per quã eos conuertit, ibi [Exhortatio enim noſtra] Tertiò ſyncerităt̃ ſuæ conuerſationis cũ conuerſis, ibi [Vos enim] Iterũ prima in duas, quia primò præmittit tribulationes quas paſſus eſt antequam ad eos veniret. Secundò quomodo fiduciã ex hoc nõ amiſit, ibi [Fiduciã habuimus] Dicit ergo: Dico ꝙ annuntiat introitũ noſtrũ, quẽ & vos ſcitis, quoniã [nõ fuit inanis, &c.] i. leuis, ſed difficilis, quia per multas tribulationes. Vel nõ inanis. i. vacuus, ſed plenus. Gene. 1, Terra erat inanis & vacua, &c. Vel nõ inanis, i. mobilis, ſed ſtabilis. Phili. 2, Nõ in vanũ cucurri, neq; in vacũ laboraui. Sed antè ſumus paſsi paſsiones corporales. Prou. 19, Doctrina viri per patientiã noſcitur. Pſal. Bene patiẽtes erũt vt annuntient. Itẽ ſpirituales, quia cõtumeliis ex hoc affecti in Phil. vbi propter curationẽ phitoniſſæ paſſus eſt tribulationes. Et hæc ciuitas eſt Macedonia. Nec tũ propter hęc fiducia prædicãdi eſt extincta. Eſa. 12, Ecce deus ſaluator meus fiducialiter agã & non timebo. Et hæc fiducia fuit prædicandi [ad vos euãgeliũ dei in multa ſolicitudine] de veſtra conuerſione. Roma. 12, Qui præeſt in ſolicitudine. 2, Cor. 11, Præterea quæ extrinſecus ſunt inſtãtia mea quotidiana ſolicitudo omniũ eccleſiarũ. ¶ Deinde cũ dicit [Exhortatio] Oſtẽdit ſyncerităt̃ ſuæ prędicationis. Et circa hoc duo facit quia primò probat ſyncerităt̃ ſuæ doctrinæ, ſecundò quædã quæ dixerat, exponit, ibi [Non quaſi hoĩbus] Circa primũ duo facit, quia primò excludit corruptionẽ doctrinæ, ſecũdò ponit ſyncerităt̃, ibi [Sed ſicut probati] Doctrina autẽ corrũpitur, vel propter rẽ quæ docetur, vel ꝓpter intẽtionẽ docẽtis. Propter primũ dupliciter corrũpitur doctrina, ſ. vel per errorẽ, ſicut docẽs ſalutẽ eſſe per Chriſtũ cũ legalibus. 2. Tim. 3, Mali homines & ſeductores proficiẽt in peius errãtes, & in errorẽ mittẽtes. Ideo dicit [Exhortatio enim noſtra nõ eſt] ſicut aliquorũ [de errore] vel propter immũditiã, ſicut dicentiũ vacandũ eſſe voluptatibus, quæ doctrina eſt à quodã Nicolao, ꝙ permiſit promiſcua matrimonia. cõmunicãs aliis ſuã vxorẽ, ideo dicit [Nec de immũditia.] Apoc. 2, Permittit mulierẽ Iezabel, quæ ſe dicit ꝓphetã docere & ſeducere ſeruos meos fornicari, & mãducare de idolotitis, &c. Iob 6, Nõ inuenietis in lingua mea iniqtatẽ. Itẽ nec eſt exhortatio in dolo ſicut quorundã: q̃ licet verũ dicãt, habẽt tamẽ intẽtionẽ corruptã, quia nõ profectũ auditorũ neq; dei honorẽ, ſed ſuũ quærunt honorẽ. Contra quod dicit [Neq; in dolo] Her. 9, Sagitta vulnerans lingua eorũ, dolũ locuta eſt, &c. Sua ergo prædicatio non eſt corrupta, ſed ſyncera. Syncerũ autẽ aliquid eſt quod ſeruat ſuã

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturã. Tunc aũt est prædicatio syncera quando quis docet eo tenore & fine quo Christus docuit. Et ideo dicit[Sed sicut probati.]i.eo modo & ea intentione qua deus nos elegit & approbauit ad prædicãdũ euangeliũ loquimur. Gal.2,Creditũ est mihi euangeliũ pręputii,sicut Petro circuncisionis. Act.9,Vas electionis est mihi iste,vt portet nomẽ meũ corã gentibus,& regibus,& filiis Israel. ¶ Deinde cũ dicit[Non quasi hominibus,&c.] ostẽdit q̃ sua prædicatio nõ est in dolo. Primò excludẽs illud per quod videretur esse dolosa: secundò manifestat per signũ,ibi[Neq; aliquando]tertiò per causam,ibi[Neque in occasione]Propter primũ dicit. Prædicatio mea non est quasi hominibus placens.s.finaliter.ps. Dissipata sunt ossa eorũ qui hominibus placent. Gal.1,Si hominibus placerẽ,Christi seruus nõ essem. Aliquãdo tamẽ debẽt velle placere hominibus propter gloriã dei vt prædicatio magis fructificet,sicut dicitur 1.Cor.10,Ego per omnia omnib⁹ placeo,&c.[Sed deo,&c.]Prou.16,Omnes viæ hominũ patẽt oculis eius. Huius aũt signũ est,quia nõ adulati sumus loquentes eis placentia. Esa.30,Loqmini nobis placentia,videte nobis errores,&c. Prou. 24,Nõ lactes quẽquã labiis tuis,&c. Et idẽ ostẽdit per causam. Propter duo enim aliquis quærit hominibus placere s.vel propter beneficia,vel propter gloriã. Hoc aũt hîc excludit,& primò primũ dicẽs[Neq; fuimus, &c.] quia nõ solũ adulationẽ deuitauimus,sed etiã omnẽ occasionẽ auaritiæ. 1.Tim.6, Existimãtiũ quæstũ esse pietatẽ. Hier.6,A minori quippe vsq; ad maiorẽ,oẽs auaritiæ studẽt. Secundò secundũ,ibi[Neq; quęrentes à vobis,neq; ab aliis gloriã]de doctrina,cũ haberemus vnde possemus gloriari & accipere,imo oneri esse & quia debebãt ei,vnde dicit[Cũ possemus]gloriã & sustẽtationẽ. Et vocat onus,quia peruersè eis prędicãtes vltra modũ hæc ab eis quærebãt. Esa.3,Vos enim depasti estis vineã meam,&c. ¶ Deinde eũ dicit[Sed facti sumus,&c.]manifestat hæc duo,& primò q̃ nõ quærit humanã gloriã,secũdò q̃ nec occasionẽ auaritię, ibi[Memores enim estis.]Circa primũ duo facit:quia primò ostẽdit suã humilitatem. secũdò sub similitudine ostẽdit suã solicitudinẽ,ibi[Tanquã si nutrix.]Ponit ergo primũ dicẽs q̃[facti sum⁹ paruuli, &c.]i.humiles. Eccles.32,Rectorẽ te posuerunt,noli extolli:sed esto in illis quasi vnus ex ipsis. Quod ostendit in similitudine,dicens[tanquã si nutrix]quæ.s.cõdescendit infanti balbutiendo ei loquẽs,vt puer loqui discat: & in gestibus ei etiã cõdescendit. 1.Cor.9,Omnibus omnia factus sum. 1.Cor.3,Tanquam paruulus in Christo lac vobis potum dedi,non escam[Etiam animas.]Io.10,Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, &c.[Quoniã charissimi,&c.]2.Cor.12,Ego aũt libentissimè impendã & superimpẽdar ego ipse pro animabus vestris,&c. ¶ Deinde cũ dicit[Memores enim estis]Ostendit secundũ quod suprà dixerat.s.[Itẽ ne que per occasionẽ auaritiæ]quia nihil à vobis sumpsimus,sed de labore,quia laboris,&c. Et aliqui laborant quidẽ,sed ex solatio,sed nos nõ. Ideo dicit[Laboris nostri]non propter exercitationẽ çorporis, sed cũ fatigatione. Vnde dicit[Et fatigationis]Aliqui etiam laborant de die,nos verò noctẽ & die. Per hoc enim voluit arcere pseudo qui nimis accipiebant,& propter occisos inter eos. 1.Cor.4,Laboramus operantes manibus nostris,&c. ¶ Deinde cũ dicit(Vos enim estis)Ponit puritatẽ suæ conuersationis,& primò quomodo sancta quo ad vitã,secundò quomodo solicita quo ad doctrinã,ibi[Qualiter vnũquẽque]Dicit ergo sci tis[quã sanctè.]i.purè. Leui.11.&.19,Sãcti estote quia ego sanct⁹ sum[Iustè]quo ad proximũ Tit.2,Sobriè & iustè:& piè viuamus in hoc seculo. Sine querela vobis qui credidistis.i.ex quo credidistis nihil agẽtes,vnde quis posset scãdalizare vnũquẽq; vestrũ singulariter. Nota q̃ singularis prædicatio quãdoq; multũ valet. Tanquam pater. 1.Cor.4,In Christo Iesu per euangeliũ ego vos genui[Deprecantes]Philem,Multã fiduciam habẽs in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rẽ pertinet,propter charitatẽ magis obsecro[Et consolantes]per verba lenia. Cõtra quod dicitur Ezech.34,Cũ austeritate imperabatis eis cũ potẽtia, Esa.61, Vt cõsolarer oẽs lugẽtes,& ponerẽ cõsolationẽ lugẽtibus Syõ. Et quid prædicasti? Vt digni.i.vt vestra cõuersatio esset talis qualis decet ministros Christi. Col.1,Ambuletis dignè deo per omnia placẽtes [Deo qui vos, &c.]Sap.6,Concupiscentia, itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Lectio 2.

Ostendit Paul⁹ Thes salon. perfectè cõuersos per firmã fidem, ponẽdo bona eorũ pro quibus agit gratias, & rationẽ reddit. Ostendit etiãquo modo fortiter perstiterunt in tribulatiõib⁹, vituperat Iudæos à q̃ bus incepit pſecutio & ꝑ remedio ostẽdit pro positum eũ di ad eos.s. Thes.impedimẽtũ sui ꝓpositi & causamet⁹.

I Deo & nos gratias agimus deo sine intermissione quoniam quum accepissetis à nobis uerbum auditus dei, accepistis illud non ut uerbum hominum,sed(sicut est uerè)uerbum dei,qui operatur in uobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa,in Christo Iesu,quia eadem passi estis & uos à contribulibus uestris,sicut & ipsi à Iudæis,qui & dominum occiderunt Iesum & prophetas,& nos persecuti sunt,& deo non placent,& omnibus hominibus aduersantur:prohibentes nos gentibus loqui ut salui fiant,ut impleãt peccata sua semper: peruenit enim ira dei super illos usque in finem. Nos autem fratres desolati à uobis ad tempus horæ:aspectu,non corde abundantius festinauimus faciem uestram uidere cum multo desiderio,quoniam uoluimus uenire ad uos,Ego quidem Paulus & semel & iterum:sed nos impediuit Sathanas. Quæ est enim nostra spes,aut gaudiũ,aut corona gloriæ? Nõne uos ante dominum nostrum Iesum Christum estis,in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

¶ Suprà ostendit Apostolus qualis fuit ad eos introitus suus:hîc ostendit qualis fuit eorũ cõuersio. Et circa hoc duo facit,quia primò ostendit q̃ perfectè conuersi sunt per fidem firmam,secundò quomodo fortiter perstiterunt in tribulationibus,ibi[Vos enim.]Ponit ergo primò bona eorũ pro quibus gratias agit, & reddit rationem:Dicit ergo ideo,quia solicitè vobis prædicaui sicut pater filiis,ideo de bonis vestris gratias ago,sicut pater de bonis filiorum. Io.2,Maiorem horum non habeo gratiam quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Phil.4,Cum gratiarum actione. Sed de quo?[Quoniam cùm accepissetis à nobis, &c.] Gratias debet agere prædicator quando verbũ eius in auditoribus proficit. Et dicit verba auditus dei à nobis.i.per nos.ps. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Ro.10,Fides enim ex auditu, auditus autẽ per verbũ Christi[Accepistis illud.]i.firmiter in corde tenuistis. Nõ vt verbũ hominũ,q̃ vana verba hominis. 2.Cor.13,An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus. 2.Pet.1,Non enim voluntate humana allata est aliquando ꝓphetia:sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Et quare gratias agitis,quia[hoc ipsum q̃ credidistis deus in vobis operatus est]Phi.2,Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Esa.26,Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. ¶ Deinde cũ dicit[Vos enim]Ostendit quomodo fortiter perstiterunt in tribulationibus. Et circa hoc duo facit,quia primò ponit tribulationes eorum in quibus steterunt,secundò quod remediũ proposuit adhibere ibi[Nos autẽ]Itẽ prima diuiditur in duas,quia primò cõmendat eorũ patientiam in aduersis,secundò reprehendit eos

qui intulerunt aduersa,ibi[Qui Christum]Dicit ergo. Accepistis verbum nõ vt est hominum[sed sicut est verè verbum dei]quia exposuistis vos pro illo vsque ad mortem. Per hoc enim q̃ homo moritur propter Christum testificatur q̃ verba fidei,sunt verba dei. Et ideo martyres,idẽ est q̃ testes[In Iudæa]Ibi enim fides Christi primò est annuntiata. Esa.2,De Syon exibit lex & verbum domini de Hierusalẽ. Ibi etiam primò persecutio fidei facta fuit. Act.8,Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis,&c. Heb.10,Rememoramini autem pristinos dies:in quibus illuminati magnũ certamen sustinuistis passionum. Et isti similes passiones passi sunt. Et ideo dicit[Eadem passi à cõtribulibus vestris.]i.ab infidelibus Thessalonicensibus. Mat.10,Inimici hominis,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Qui & dominum.]Vituperat Iudæos à quibus incœpit persecutio. Et primò cõmemorat eorum culpam,secundò rationem culpæ, ibi[Vt impleant]Circa primum tria facit,quia primò eorum culpam ponit in cõparatiõe ad dei ministros, secundò ad ipsum,tertiò ad totum genus humanum. Ministri dei sunt prædicatores. Prædicatio autẽ principaliter est à Christo figuraliter à prophetis,executiuè ab apostolis. Contra hos tres insurrexerunt Iudæi. Et primò dicit de Christo,ibi[Qui & dominum]Mat.21,Hic est hæres,venite occidamus eum. Nec obstat si Gentiles occiderunt eum,quia ipsi suis vocibus petierunt eum occidi à Pylato. Hie.12, Facta est hęreditas mea mihi quasi leo in silua,dedit contra me vocem,&c. Secundò dicit de prophetis,ibi[Et prophetas] Act.7,Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iusti:cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Tertiò dicit de apostolis[Et nos.]s.apostolos. Mat.10,Tradent vos in conciliis,&c. Secundò ponit culpam in comparatione ad deum,ibi[Deo non placent]licet crederent in hoc se obsequium præstare deo. Io.16,Sed quia zelũ dei habent non secundum sciẽtiam. ideo deo non placent,quia non faciunt recta fide. Et sine fide impossibile est placere deo. Heb.11. Esa. 5,Iratus est furor domini in populo suo,&c. Tertiò ostendit eorum culpã in comparationẽ ad totum genus humanũ,cùm dicit[Omnibus hominibus aduersantur]Gene.16,Manus eius contra omnes,&c. Aduersantur autem in hoc,quia prohibent & impediunt prædicationem Gentilium & conuersionem. Actu.11, Reprehenditur Petrus q̃ iuit ad Cornelium. Item Lucæ 15,Filius maior.s.populus Iudæorum turbatur, quia filius minor,idest populus Gentilium recipitur à patre. Esa.45,Væ qui dicit patri quid generas? Nume. 11, Quis det vt omnis popul⁹ prophetet? Ratio autẽ huius culpæ est ex diuina permissiõe,qua vult vt impleãt peccata sua. Omnium enim quæ fiunt siue bona,siue mala est quędam certa mẽsura,quia nihil est infinitũ. Et omnium istorum mensura est in præscientia. Bonorum quidem in eius præparatione. Eph.4,Quia vnicuique vestrum datur gratia secundum mensuram donationis Christi. Malorum verò in permissione, quia si aliqui sunt mali,non tamen quantum volunt,sed quantum deus permittit. Et ideo tandiu viuunt quandiu perueniant ad hoc quod deus permittit. Matt.23,Implete mensuram patrum vestrorum,&c. Et ideo dicit,Vt impleant,&c. Deus enim dedit Iudæis post passionem Christi spatium pœnitẽtiæ per 40.annos,nec conuersi sunt,sed addebant peccata peccatis. Et ideo deus nõ plus permisit. Vnde dicit hîc[Peruenit ira dei,&c.]4.Regum 22,Ira dei magna succensa est cõtra nos,quia non audierũt patres nostri verba libri huius,&c. Luc.21,Erit enim pressura magna super terram & ira populo huic,&c. Et non credas q̃ hæc ira sit per centũ annos,sed[vsque in finem]mundi,quando plenitudo gentiũ intrauerit,&c. Luc.19.& 21,& Mat. 13,Non relinquetur lapis super lapidem,qui nõ destruatur. ¶ Deinde cùm dicit[Nos autem,]Ostendit remedium quod eis proposuit adhibere.s.quòd personaliter iret ad eos. Et circa hoc duo facit,quia primò ponit propositum suæ visitationis,secundò impedimentum,ibi[Sed impediuit]Tertiò causam quare volebat ire,ibi[Quæ autem est,]Dicit ergo[Nos fratres desolati à vobis]à quibus eramus separati,vel propter tribulationes vestras[ore.]i.carentes collocutione[Et aspectu.]i.carentes visione,propter hæc enim duo necessaria est amici præsentia,quia est consolatiua,sed[non corde,]quia corde sumus præsentes. 1.Cor.5, Ego absens quidẽ corpore,præsens autem spiritu[Abundantius festinauimus faciem,&c.]Vt sicut corde,sic & corpore præsens esset. Ro.15,Cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedẽtibus annis, &c. [Festinauimus]dicit pluraliter,quia scribit ex persona trium.s.sui,Siluani & Timothei. Ideo etiam [voluimus venire ad vos]omnes fortè semel,sed ego Paulus[semel & iterum.]i.bis proposui[sed impediuit nos sathanas.]i.procurauit impedimenta,fortè per aeris tempestates. Apoca.7,Isti sunt angeli qui tenent ventos. ¶ Deinde cùm dicit[Quæ est enim]Ostendit causam propositi. Primò quantum ad futurum. Secundò quantum ad præsens,ibi[Nos enim,&c.]Dicit ergo,Desidero videre vos,& gratias ago de bonis vestris quę sunt spes nostra. Nam pro his speramus à deo præmia,quando reddere venerit vnicuique secundũ opera sua. Maxima enim est retributio prædicatori ex his quos conuertit[aut gaudium:]quia gaudium illorum est gaudium Apostoli,sicut bonum eorum est bonum Apostoli,bonum enim effectus reducitur in bonum causę[Aut corona gloriæ]quia pro certaminibus eorum & iste qui induxit ad certandum coronatur: Dux enim qui induxit milites ad pugnam,coronabitur. Eccle.30,Qui docet filium,laudabitur in illo,& in medio domesticorum in illo gloriabitur,&c. Hæc,inquam,spes,quæ est?[Nonne vos?]Immo sic. In futuro ante dominum nostrum Iesum Christum in aduẽtu eius,sed etiam in præsenti[vos estis]apud omnes fideles[gloria nostra,]1.Cor.9,Melius est mihi mori quã vt gloriam meam quis euacuet[Et gaudium]quo lętor de bonis vestris in præsenti. Caput 3.

Quia Apo stol⁹ fuerat impedit⁹ à Sathana ne in propria iret ad cõsolãdos Thessa. ideo docet se eis alio modo subuenire. s. per Tim. & ponitur causa missi onis, quare & propter quã.s.ad cõfirmãdum fide.

Propter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis,solis,& misimus Timotheum fratrem nostrum,& ministrum dei in euangelio Christi,ad confirmandos uos & exhortandos pro fide uestra:ut nemo moueatur in tribulationibus istis:ipsi enim scitis q̃ in hoc positi sumus. Nã & cùm apud uos essemus prædicabamus uobis passuros nos tribulationes,sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens misi ad cognoscendum fidem uestram,ne forte tentauerit uos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. Nunc autem ueniente Timotheo ad nos à uobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem uestram: & quia memoriam nostri habetis bonam semper desiderantes nos uidere,sicut & nos quoque uos:ideo consolati sumus fratres, in uobis,in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem uestram:quoniam nunc uiuimus si uos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro uobis,in omni gaudio,quo gaudemus propter uos ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

deum nostrum nocte ac die abundantius crantes ut uideamus faciem uestram, & compleamus ea quæ desunt fidei uestræ. Ipse autem deus & pater noster, & dominus Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem uestram in inuicem, & in omnes quemadmodum & nos in uobis, ad confirmanda corda uestra sine querela, & sanctitate, ante deum & patrem nostrum, in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

¶ Commemorauit tribulationes quas passi erant, & remedium quod proposuit eis impendere: hîc ostendit quomodo eis subuenisset visitando per Timotheum. Et primò agit de missione nuntii: secundò de relatione facta per eum, ibi [Nunc autem.] Tertiò de effectu relationis in Apostolo, ibi [Ideo consolati.] Item prima in tres, quia primò promittit causam quare misit eum, secundò qualem misit: tertiò causam propter quam misit. Dicit ergo propter quod. i. quia impediuit nos Sathanas tamen vos estis gloria nostra, ideo [non sustinentes] pondus amoris inclinantis ad vos. Esa. 1, Facta sunt mihi molesta, &c. Ge. 45, Non se poterat vltra cohibere e [Placuit nobis.] s. Paulo & Siluano [remanere Athenis solis] & misimus Timotheũ, qui erat Apostolo conuenientissimus. Phil. 2, Neminem habeo tam vnanimen qui syncera affectione pro vobis solicit⁹ sit. 1. Cor. 4, Misi ad vos Timotheum qui est filius meus charissimus & fidelis in domino [Fratrẽ] per charitatem adiuuantem. Prou. 18, Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma [Ministrum] Ecclesiæ dignitatis est. 2. Cor. 11, Ministri Christi sunt & ego, &c. Mittit autem ad confirmandos eos & referendum sibi. ¶ Deinde cùm dicit [Ad confirmandos, &c.] Ostendit q̃ mittitur ad confirmandum. Et primò facit hoc: secundò ponitur ratio confirmationis, ibi [Ipse enim.] Dicit ergo, Ad confirmandos vos & exhortandos, quia per exhortationes animus hominis confirmatur. Iob 4, Vacillantes confirmauerũt sermones tui. Luc. 22, Et tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. Et indigetis exhortari pro fide vestra, vt nemo mouea tur in his tribulationibus. Eccl. 10, Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuũ ne dimiseris. Est autem ratio duplex cõfirmans. Vna ex ordinatione diuina. Ipsi enim scitis, &c. Quasi dicat. Ita voluit deus vt per tribulationes in cælum intraretis. Actuum 14, per multas tribulationes oportet vos intrare in regnum dei. & 2. Tim. 3, Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Per hãc viam iuit Christus. Luc. vltimo. Oportebat Christum pati & resurgere, & sic intrare in gloriam suam. Alia ratio est ex parte prænuntiationis, quia præuisa minus feriunt. Vnde dicit, Nam & cum apud, &c. idest quia ego prædixi vobis tribulationes quas estis passi in istis annis, misi ad cognoscendum, &c. qualiter. s. essetis fortes in fide. Prou. 27, Diligenter agnosce vultum pecoris tui, & greges tuos considera. Is qui tẽtat. s. diabolus. Mat. 4, Accedens tentator. Glosa, Cuius officium est tentare. Sed contrà. Tentat mundus & caro. Iac. 1, Vnusquisque tantatur à concupiscentia sua, &c. Item Genes. 22, Tentauit deus Abraham, &c. Respondeo. Tentare est experimentum de aliquo sumere. In hoc considerandum est ad quid velit sumere, & quomodo. Nam hoc est dupliciter. Vel vt ipse cognoscat. Vel vt aliũ cognoscere faciat. Primo modo deus non tentat, ipse enim scit quid est in homine. Ioan. 2. Secundo modo sic, Deus enim tentauit Abraham. s. vt alii scirent fidem eius. Sed primo modo tentare est dupliciter. s. vt promoueat ad bonum, sicut episcopus promouendos examinat, vel aliquis tentat vt decipiat, & hoc est diaboli, quia. s. inquirit conditionem hominũ, vt secundũ diuersas conditiones ad diuersa vitia ad quæ proni sunt inducat. 1. Pet. 5, Aduersarius vester diabolus, &c. Officiũ ergo eius est tentare ad decipiendum. Mundus autem & caro tentare materialiter, quia per ea ad quæ ipsa inclinant: sumitur experimentum de homine vtrum firmus sit ad mandata dei & dilectionem. Si enim vicerit concupiscentia, non perfectè diligit deum. Et similiter quando res mundi vel terrent, vel afficiunt. [Et inanis] quia si tentationi nõ resistitis labor vester esset inanis. Gal. 4, Timeo vos ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Eze. 18, Omnes iustitiæ eius quas operatus est non recordabuntur. Inanis autem dicitur respectu mercedis æternæ, tamen bona ante peccatum commissa ad aliquid valent, qa post pœnitentiam reuiuiscunt, & disponitur quis faciliter ad conuertendum. ¶ Deinde cùm dicit [Nũc autem, &c.] Ostendit quomodo retulit Timotheus bona eorum pertinentia ad deum & Apostolum. Ad deũ fidem, & charitatem. Gal. 6, In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputiũ, sed noua creatura. Sed fidem etiam ad Apostolũ: vnde dicit, Et quia memoriam. Eccle. 49, Memoria Iosiæ in compositione operis facta opus pigmentarii, &c. Prouer. 10, Memoria iusti cum laudibus, &c. [Desiderantes videre nos sicut & nos quoque vos.] August. Durus est animus qui dilectionem, & si non velit impendere, nolit rependere. Esa. 51, Attendite ad Abraham patrem vestrum, &c, ¶ Deinde cùm dicit [Ideo consolati] Ponitur effectus relationis triplex. s. spiritualis consolationis, gratiarum actionis, ibi [quam enim.] & orationis multiplicatæ, ibi [Nocte.] Dicit ergo, Quia talia audiuimus de vobis, licet necessitates temporaliũ immineant & tribulationes corporales: tamen consolati sumus. Psal. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, &c. 2. Cor. 1, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarũ, & deus totius consolationis, &c. Et hoc [per fidem vestram.] idest, audiens firmitatem fidei vestræ [Quoniam viuimus, &c.] quasi dicat, Tantum diligo statum vestrum q̃ reputo me per ipsum viuere. Gene. 45, Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit. ¶ Deinde cùm dicit [Quam enim, &c.] Ponitur secundus effectus relationis factæ, scilicet gratiarum actio. q. d. Non sufficio, q̃ aliquam condignam gratiarum actionem agam deo pro vobis. Mich. 6, Quid dignum offeram domino, &c. Psal. Quid retribuam domino pro omnibus, &c. Referendæ sunt tamen gratiarum actiones [In omni gaudio] quod omnino non est exterius sed [quo gaudemus propter vos] in conscientia [ante dominum] qui videt eam. Vel ante dominum: quia de proximo placet deo. 1. Corin. 13, Congaudet veritati, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Nocte, &c.] Ponitur tertius effectus relationis, & primò proponit multiplicitatem orationis, secundò ostendit quid orando optet, ibi [Ipse autem, &c.] Dicit ergo, Gratias agimus de præteritis, nec tamen deficimus quin oremus pro futuris, immo [nocte ac die] idest aduersis & ꝓsperis. Psal. Vespere & mane ac meridie narrabo, &c. [Quæ desunt, &c.] Non quidẽ quæ erant de necessitate fidei, sed aliqua secreta quæ nec dum Apostolus eis prædicauit in sua nouitate. 1. Corin. 3, Non potui loqui vobis quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus, &c. Ioan. 16, Multa habeo vobis loqui quæ nõ, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Ipse autem deus, &c.] Demõstrat quid optet eis.

Et circa hoc primò ostendit quid petat, ibi [Ad confirmanda.] Petit autem duo. Vnum ex parte sua vt possit ire ad eos. Vnde dicit [Ipse deus & pater noster, &c.] Io. 20, Ascẽdo ad patrem meum & patrem vestrũ, &c. Prou. 16, Hominis est præparare animum & domini gubernare linguam. Aliud ex parte eorum. Vnde dicit [Vos autem multiplicet.] s. in fide. 2. Reg. 24, Adaugeat dominus populum suum cẽtuplum quã sunt, &c. Et vt augeantur merita. Vnde dicit [Et abundare faciat charitatem vestram] quæ semper in via crescere potest. Col. 3, Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et primò [inuicem] secũdò [in omnes] Gal. 6, Operemur bonum ad omnes: maximè autem ad domesticos fidei. Et ponit exemplũ de seipso, dicens [Quemadmodum, &c.] q. d. Sicut & ego diligo vos. 2. Cor. 7, In cordibus nostris estis ad cõmoriendum & ad conuiuendum. Sed ad quid petit? [Ad confirmãda corda vestra sine querela.] i. vt nullus possit conqueri de vobis. Luc. 1, Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus sine querela [Et sanctitate ante deum.] s. qui cor videt, Luc. 1. In sanctitate & iustitia coram ipso, &c. Et hoc apparet [in aduẽtu domini nostri Iesu Christi] vt vos inueniat sanctos, qui aduentus erit [cum omnibus sanctis eius.] i. fitis in conspectu eius, sicut sunt omnes sancti ante eum.

Caput 4.

De cætero ergo fratres, rogamus uos & obsecramus in domino Iesu: ut quemadmodũ accepistis à nobis quomodo oporteat uos ambulare & placere deo, sic & ambulatis ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Hæc est enim uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum nas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii sicut & gentes quæ ignorant deum. Et ne quis supergrediatur, neque circunueniat in negotio fratrẽ suũ, quoniam uindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus uobis & testificati sumus. Non enim uocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere uobis, ipsi enim uos à deo didicistis ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus autem uos fratres ut abundetis magis & operam detis ut quieti sitis, & ut uestrum negotium agatis & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis, ut & honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.

¶ Suprà commendauit Apost. fideles de cõstantia in tribulationibus & aliis bonis: hîc in futurũ monet ad bene agendum. Et primò proponit generalem ammonitionẽ, secundò specificat, ibi [Vt abstineatis.] Circa primum duo facit, quia primò proponit intentum, secundò rationẽ monitionis assignat [Vt abundetis.] Dicit ergo: Audiui bona vestra præterita, sed in futurum rogamus, &c. Inducit autem eos primò ex parte sua. Et ideo dicit [Rogamus] ps. Rogate quæ ad pacem sunt, &c. Item ex parte Christi, & sic dicit [Obsecramus &c.] Obsecrat autem, quia erant perfecti. 1. Timo. 5, Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Sed quid rogat? [Vt quemadmodum, &c.] Docuerat eos Apostolus quomodo oporteret eos ambulare in via cõmuni iustitiæ quæ est per mandata. Vnde dicit [Accepistis, &c.] ps. Viam mandatorum tuorum, &c. Itẽ quo modo placerent deo in via consiliorum. Sap. 4, Placens deo factus est dilectus. Vel quomodo ambuletis. s. per rectam operationem. Io. 12, Ambulate dum lucem habetis. Quomodo placeatis. s. per rectam intentionem. [Sic & ambuletis.] i. vt seruetis primam doctrinam nõ recedendo ab ea. Gal. 1, Sed licet nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema sit. ¶ Ratio monitionis accipitur primò ex fructu seruatæ monitionis, secundò ex ipsa monitione, ibi [Scitis enim quę.] Dicit ergo. Licet sitis boni, tamen per exercitium mandatorum & consiliorum abundabitis & proficietis. 2. Co. 9, Potens est deus omnem gratiam abũdare facere in vobis. Est enim charitas tam magna q̃ semper restat quò proficiendum sit. Item quæ ex monitione accepistis, honesta sunt & vtilia. ps. Lex domini immaculata &c. Prouer. 6, Mandatum lucerna est, & lex lux & via vitæ. Ideo dicit [Quæ præcepta.] i. qualia. Et hoc per dominũ Iesum accepta ab eo. 1. Cor. 11, Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, &c. Heb. 2, Quæ cùm initium accepisset enarrari per dominum ab his qui audierunt, &c. Et hæc sunt ista [Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra.] Quasi dicat, Omnia præcepta dei sunt ad hoc q̃ sitis sancti. Sãctitas enim dicit mũditiam & firmitatem. Et omnia dei præcepta inducunt ad ista, vt quis mundus sit à malo, & firmus in bono. Roma. 12, Probetis quæ sit voluntas dei. s. explicata per præcepta. ¶ Deinde cùm dicit [Vt abstineatis] Monet in speciali. Et primò corrigit eos de quibũsdam inordinationibus inter nos: secundò promouet ad obseruantiam bonorum, 5. ca. ibi [De temporibus.] Tres autem inordinationes erant inter eos. s. carnaliũ vitiorum quantum ad quosdam. Item curiositatis. Item tristitiæ de mortuis, & ideo de istis agit. Secũda ibi [De charitate autem.] Tertia ibi [Nolumus vos.] Circa primũ duo facit, quia primò monet abstinere ab immoderato appetitu carnalium, Secundò ponit rationem, ibi [Quoniam vindex.] Iterum prima in duas, quia primò prohibet luxuriam: secundò auaritiam. Et coniungit hæc semper: quia vtrunque est circa obiectum corporale, licet hoc compleatur in delectatione spirituali. Item primò docet cauere luxuriã quantum ad non suam, secundò quantum ad vxorem propriam, ibi [Vt sciat.] Ergo di. Vt abstineatis à fornicatione. Voluntas enim dei est abstinere à fornicatione, ergo est peccatum mortale, quia est contra præceptũ & voluntatem dei. Tob. 4, Attende tibi ab omni fornicatiõe. Sed & respectu vxoris abstineatis honestè [Vt sciat vnusquisque vas suum.] i. vxorem possidere in sanctificatione] cessando ad tempus [& in honore, nõ in passione] vt. s. passio præcedat [sicut Gentes,] quia hoc est Gentilium quærere delectationes præsentes non futuræ vitæ. In sanctificatione & honore, quia hic est debitus vsus matrimonii, quia est ad bonum prolis, vel ad reddendum debitũ, sic potest esse sine peccato, sed aliquãdo est veniale peccatũ, si non efferatur concupiscentia vltra limites matrimonii. s. quando licet concupiscentiam habeat, non tamen vteretur ea nisi esset vxor sua. Sed quando est extra limites matrimonii sequitur mortale, & hoc quãdo si non esset sua vxor adhuc vteretur ea, & libentius cũ alia. Heb. vlti. Sit honorabile connubium, & thorus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus. 1. Pet. 3, Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorẽ, tanq̃ cohæredibus gratiæ & vitæ, vt non impediantur orationes vestræ. ¶ Deinde cũ dicit [Et ne quis.] prohibet auaritiã. Vnde dicit [Et ne quis supergrediatur.] i. vio-

lentiam inferat auferendo aliena per potentiam.Iac.2,Nonne diuites per potentiá vos opprimunt?Neque circũueniat per dolũ.Hie.5,Sicut decipula plena auibus,sic dom⁹ eorũ plenæ dolo. ¶ Deide di.[Quoniá vindex,&c.]Ponitur ratio monitionis,quá primò assignat ex diuina vltione:secũdò ostẽdit hanc vltionem esse iustá,ibi[Non enim vocauit.]Dicit ergo,Abstineamus ab his,quia[dominus est vindex.]Gal.5,Prædico vobis sicut prædixi,quoniá qui talia agũt,regnũ dei nõ cõsequẽtur.Nã certè iustè vlciscitur,cuius vna est ratio ex deo vocante,secũda ex contrarietate doni.Si dominus vocat te ad vnũ,& tu agis cõtrariũ, dignus es pœna.Et ideo dicit[Nõ enim vocauit,&c.]Ephe.1,Elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ, vt simus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.Ro.8,Quos vocauit hos & iust.&c.Ideo dicit[Itaque, &c.]q.d.hæc est vna ratio specialis quá dixi.Alia est ratio?quia contrariantur hęc vitia spiritui qui datus est nobis.Vnde qui hęc agit,iniuriam facit spiritui sancto.Ideo dicit[Qui etiam,&c.]Heb.10.Irritá quis faciẽs legẽ Moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur,q̃tomagis putatis deteriora mereri sup plicia qui filiũ dei cõculcauerit & sanguinem testamenti pollutũ duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit, ¶ Deinde cũ dicit[De charitate autẽ,&c.]retrahit ab otiositate. Sciendũ est autẽ ꝙ sicut dicit Hiero.in epi.ad Gal.Thes.erant liberales,& erat consuetudo apud eos diuites dare multũ & ideo pauperes otiosę inhærebãt beneficio eorũ non curantes labores,sed discurrere per domos . Et ideo primò cõmẽdat liberalitatẽ dãtiũ,secũdò otiũ accipientiũ dissuadet,ibi[Et operá detis.]Dicit ergo primò ꝙ nõ indigent moneri ad charitatẽ:secũdò monet ꝙ in ea proficiant,ibi[Rogamus aũt.]Dicit ergo[de charitat.fra.]i.ꝙ diligatis fratres[non est necessc.vo.]Ro.12,Charitatem fraternitatis inuicẽ diligẽtes.Heb. vlt.Charitas fraternitatis maneat in vobis.Et ratio est,quia[ipsi didicistis à deo.]s.per præceptũ in lege.Eccu.19,Diliges amicum tuum sicut teipsum.Itẽ in euangelio Io.13,Mandatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicem,&c.Vel didicistis interiori disciplina.Ioã.6,Omnis qui audiuit à patre & didicit,venit ad me, &c . Et hoc addiscit per spiritum sanctum. ¶ Deinde cùm dicit[Rogamus autem.]Hortatur eos ad proficiendum in charitate,dicens:Et quia habetis charitatem ad omnes:ideo rogamus vt proficiatis.Et licet alii abutãtur, vos tamen insistatis.Prou.15.In abundanti iustitia virtus maxima est. ¶ Deinde cũ dicit[Et operá detis.] Arguit otiosos & primò eorum inquietudinẽ:secundò ostendit quomodo eam reprimãt,tertiò quare.Dicit ergo[Operam detis vt quieti sitis.]Prou.7,Garrula & vaga quietis impatiens,nec valens pedibus suis in domo consistere,&c.2.Thess.3;Non inquieti fuimus inter vos,neq; gratis panem manducauimus ab ali quo,sed in labore & fatigatione nocte & die operantes,&c.otium reprimentes exercendo negotia.Vnde dicit[Et vt vestrum negotium agatis]Prou.24,Diligenter exerce agrum,vt postea ædifices domum tuã.Dicit autem vestrum,Sed nunquid non alienum negotium est agendum?Et videtur ꝙ sic.Ro.vlt.Assistatis ei in quocunque negotio.Respondeo.Dicendum est ꝙ omnia possunt inordinatè fieri si fiãt prẽter ordinem rationis,tunc.s.quando aliquis se improbè ingerit,& ordinatè.s.quando seruatur ordo rationis,& in necessitate,& hoc est cõmendabile[Et operemini ma.vel.]i.operando manibus vestris.Eccl.33,Multa mala docuit otiositas,&c.Eze.16,Hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuæ superbia,saturitas panis & abundãtia, & otium ipsius,& filiarum eius & manum ægeno & pauperi non porrigebãt,&c.Et hoc est in præcepto omnibus illis qui non habent alia vnde licitè viuere possunt:quia de præcepto naturæ est quòd homo corpus sustentet.2.Thessa.3,Qui non vult operari nec manducet.Huius est duplex ratio.Prima propter exemplũ aliorum.Vnde dicit[Vt honestè,&c.]Infideles enim videntes conuersationem vestram sic otiosam detestãtur vos.1.Timo.3,Oportet autem illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt,&c. Secunda ratio vt non desideretis ea quæ sunt aliorum,vnde dicitur[Et nullius ali.desi.]Pro.21,Desideria occidunt pigrum.Ephe.4,Qui furabatur,iam non furetur,&c.Et ideo hæc inquietudo si reprimatur,est in bonũ exẽplum,& in represionem desiderii.

Lectio 2.

Nolumus autem uos ignorare fratres,de dormientibus,ut non contristemini,sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus ꝙ Iesus mortuus est,& resurrexit:ita & deus eos qui dormierunt per Iesum,adducet cum eo.Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini,quia nos qui uiuimus,qui residui sumus in aduentu domini,non præueniemus eos qui dormierunt.Quoniam ipse dominus in iussu,& in uoce archangeli,& in tuba dei descendet de cælo,& mortui qui in Christo sunt resurgent primi.Deinde nos qui uiuimus,qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aëra,& sic semper cum domino erimus.Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.

¶ Suprà induxit ad continentiam à cupiditatibus,& compescuit ab otiositate,hîc compescit ab inordinata tristitia.Primò præmittens monitionem,secũdò assignat rationẽ,ibi Sicut & cæteri.Prohibẽtur ergo ne.s.inordinatè tristentur.Vnde di.Sicut & cæteri.Videtur autem Apostolus bene concedere tristari pro mortuis,aliquid tamen prohibere ne.s.inordinatè tristentur.Vnde dicit[Sicut & cæteri]quod enim aliquis tristetur .s. de mortuis habet pietatem.Primò propter defectum corporis deficientis.Debemus enim eos diligere & corpus propter animam.Eccle.41,O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti &c.Secundò propter discessum & separationem quæ dolorosa est amicis.1.Re.15, Siccine separat amara mors.Tertiò,quia per mortem fit cõmemoratio peccati.Ro.6,Stipendia peccati mors.Quartò,quia fit cõmemoratio mortis nostræ,Eccle.7,In illa enim finis cunctorũ ammonetur hominum,& viuens cogitat qd futurum sit,&c.Sic ergo tristandũ,sed moderatè.Vnde Eccle.22,Modicum plora supra mortuum , quoniá requiescit,&c.Et ideo dicit,Sicut cæteri qui spem non habent.s.quia isti credũt huiusmodi defectus perpetuos,sed nos non.Philip.3,Saluatorem expectamus dominum nostrũ Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.Vnde signanter dicit[De dormientibus.] Ioã. 11,Lazarus amicus noster dormit. ¶ Dormiens enim tria facit.Cubat in spe surgẽdi Psal.Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?Sic & qui moritur in fide.Item in dormiente anima vigilat.Canti.5,Ego dormio,& cor meum vigilat,&c.Item postea homo resurgit magis refectus & vegetus.Sic sancti resurgent incorruptibiles.1.Corin.15. ¶ Deinde cùm dicit[Si enim credimus.]Ponitur ratio monitionis . Et primò astruit resurrectionem,secundò excludit dilationis suspitionem,ibi[Hoc enim vobis.]Tertiò ponit resurrectionis ordinem,ibi[Quoniam ipse dominus.]Sciẽdum est autem ꝙ Apostolus.1.Cor.15,Ex resurrectiõe

Bonorum mors,curdicatur dormitio.

Christi astruit nostram,quia illa est causa nostræ,vnde arguit per locum à causa.Et resurrectio Christi non est causa solùm,sed etiam exemplar,quia verbũ caro factũ suscitat corpora,verbũ verò simpliciter, animas. Et enim eo ꝙ Christus accepit carnem,& in ea resurrexit,est exemplar nostræ resurrectionis.Nec solũ hoc est,sed & causa efficiens:quia quæ humanitate Christi gesta sunt non solùm sunt gesta secundum virtutẽ humanitatis,sed virtute diuinitatis sibi vnitæ.Vnde sicut tactus suus curabat leprosum inquantum instrumentum diuinitatis:sic resurrectio Christi causa est nostræ resurrectionis non inquantum corporis,sed inquantum resurrectio corporis vniti verbo vitæ.Et ideo Apostolus hoc firmiter supponens sic arguit [Si enim credimus firmiter ꝙ Christus resurrexit,ita & eos qui dormierunt,&c.]Illi dormierũt per Iesum qui facti sunt conformes morti eius per baptismum,vel per Iesum quòd secum ducet.s.cum ipso Christo.Zac. 14,Et veniet dominus deus meus omnésque sancti eius cum eo,&c.Esa.3,Dominus ad iudicium veniet cũ senibus populi sui & principibus eius. ¶ Deinde cùm dicit[Hoc enim.] Excludit dilationis suspitionem. Quasi dicat: Scimus ꝙ resurgent & venient cum Christo,ideo non debemus tantum dolere. Non enim illi qui inuenientur viui,prius consequentur resurrectionis gloriam quàm mortui.Et ideo[hoc dicimus vobis]non ex coniectura hominis,sed[in verbo domini]cuius verba non deficient[quia nos qui viuimus .]i. illi qui sunt viui non prius sortientur consolationem ex aduentu Christi quàm mortui.Et ideo dicit, Nos qui viuimus.Ex quo videtur non intelligentibus ꝙ Apostolus hîc dicit ꝙ adhuc Apostolo viuente hoc fieret,& hoc etiam Thessalonicensibus videbatur.Et ideo scribit eis aliam epistolam in qua dicit 2.Thessalonicen.2,Non moueamini à vestro sensu,&c.Sed non loquitur ex persona sua & tunc existentium,sed eorũ qui tunc viui reperientur[Qui residui sumus,]idest erunt residui post persecutionem Antichristi[non prę ueniemus eos,]idest,non prius recipient consolationem.1.Corin.15,In momento enim in ictu oculi in nouissima tuba , &c. ¶ Deinde cũ dicit[Quoniam ipse,&c.]ostendit ordinem resurrectionis & modum. Primò proponit resurrectionis causam,secundò eius ordinem & modum,ibi[Et mortui.]Tertiò concludit eorum consolationem,ibi[Itaque cõsolamini inuicem.]Primum ostendit dicens[Ipse dominus.]Vbi notandum est ꝙ sicut dictum est causa cõmunis resurrectionis est resurrectio Christi.Sed si dicas ꝙ iam fuit,quare ergo non sequitur effectus eius?Respondeo,dicendum est ꝙ est causa resurrectionis nostræ secundum ꝙ operatur in virtute diuina.Deus autem operatur per ordinem suæ sapientiæ.Tunc ergo erit nostra resurrectio quando hoc disposuit ordo diuinæ sapientiæ. ¶ Vt ostendat ꝙ Christus sit causa,ostendit ꝙ ad præsentiam Christi omnes mortui resurgent.Ad resurrectionem autem communem faciendam triplex causa concurrit.Vna principalis.s.virtus diuinitatis,secunda instrumẽtalis.s.virtus humanitatis Christi.Tertia quasi ministerialis.s.virtus angelorum qui habebunt aliquem effectum in resurrectione.Augusti.enim probat ꝙ ea quæ fiunt nunc per creaturas corporales,fiunt à deo eis mediantibus,in resurrectiõe verò aliqua per eos sunt agenda,sicut collectio pueris.Sed reintegratio corporum,& vnio animæ ad corpus,erit immediatè per Christum.Has ergo tres causas ponit.Primò humanitatem Christi glorioſam,dicẽs[Ipse domin⁹, &c.] Actu.1,Quemadmodũ vidistis eum ascendentem in cælum ita veniet[In iussu.]In primo aduentu venit vt obediens.Philip.2,Factus est obediens vsque ad mortem.Et hoc,quia ille fuit aduentus humilitatis,sed iste erit gloriæ.Luc.21,Venit cum potestate magna & maiestate.Secundò virtutem angelorum,cũ dicit[In voce archangeli.]Non ꝙ operetur in voce eius,sed ministerio eius.Et dicit archangeli,quia omnes angeli sub vno archangelo ministrant ecclesiæ.Apoc.12,Hîc est Michael princeps ecclesiæ.Vel in voce archangeli, id est,Christi principis angelorũ.Esa.9,Magni consilii angelus.Et in voce eius corporali vel spirituali erit resurrectio.Ioan.5,Audient vocem filii dei.s.surgite mortui & venite ad iudicium,& illi voci corporali obedient.Tertiò virtutem diuinitatis,cùm dicit[In tuba dei.]Hæc est virtus diuina,quia dicitur vox archangeli inquantum fiet ministerio archangelorum,& tuba dei inquantum virtute diuina fiet.Et dicitur tuba propter eius sonoritatem,quæ prouenit à deo suscitans mortuos.Item tuba congruit ad officia cuius vsus fuit multiplex in veteri testamento,vt ad bellum.Et tunc pugnabit pro eo orbis terrarum.Sapien.5 . Item fiebat vsus eius ad solennitates,sic ista ad cælestem Hierusalem.Item ad mouendum castra,& tunc sancti mouebunt castra.Vnde si sit vox corporalis dicitur tuba propter has rationes,vel non erit vox corporalis , sed virtus diuina Christi præsens & manifesta toti mundo. ¶ Deinde cũ dicit[Et mortui]Ponitur ordo resurrectionis,& circa hoc tria facit:quia primò ponit resurrectionem mortuorum,secũdò occursum viuorum, ibi[Deinde]Tertiò beatitudinem sanctorum vtrorumque ibi[Et sic semper.]Occasione horum verborũ crediderunt aliqui ꝙ futuri in fine nunquam morerentur,vt dicit Hieronymus in epistola , propter hoc quod dicit[Deinde nos,&c.]Aliàs enim frustra distingueret viuentes à morientibus.Sed contrà.1.Co. 15, Omnes quidem resurgemus.Item sicut in Adam omnes moriuntur,&c.vt habetur Rom.5, Ergo mors ad omnes pertransiit.Dicendũ est ergo ꝙ aliqui inuenientur viui in tempore illo quo Christus veniet ad iudicium:sed in illo momento temporis morientur & statim resurgent.Et ideo propter modicam interpollationem reputantur viuentes.Sed tunc est quæstio,quia dicitur hîc[Et mortui qui in Christo sunt, resurgẽt, primi,& deinde nos,&c.] Ergo prius resurgent mortui quàm viui occurrant Christo,& in hoc occursu morientur.Ergo prius aliqui resurgent,& sic non erit omniũ resurrectio simul,quod est contra illud.1. Co. 15,In momento,in ictu oculi,in nouissima tuba,&c.Respondeo,dicendum est ꝙ duplex est hîc opinio:quidam enim dicunt ꝙ resurrectio non erit simul,sed primò mortui venient cum Christo.Et tunc in aduentu Christi,viui rapientur in nubibus,& in illo raptu morientur & resurgent.Et ideo quod dicitur esse in momento,intelligitur,quia in modico tempore fiet.Et si dicatur ꝙ erit in instanti,tunc non est hoc referendũ ad totam resurrectionem omnium,sed ad resurrectionem singulariũ,quia singulus resurget in instanti.Alii verò dicunt ꝙ omnes simul & in instanti resurgent.Quòd ergo dicit resurgent primi, denotat ordinem dignitatis non temporis:Sed videtur hoc difficile,quia de viuis multi erunt probati in persecutione Antichristi,qui dignitate precellent multos prius defunctos.Et ideo videtur aliter esse dicendum ꝙ omnes morientur,& omnes resurgent & ꝙ simul.Nec Apostolus dicit hîc ꝙ illi prius resurgent quã isti,sed ꝙ illi prius resurgent quàm isti occurrant.Apostolus enim non ponit ordinem resurrectionis ad resurrectionem , sed

Resurrectio Christi est causa effectiua & exemplaris nostræ resurrectionis.

ordinem ad raptum vel ad occurrentiam. Nam primò veniente domino morientur qui inuenientur viui, & tunc ſtatim cum illis qui prius mortui fuerant reſurgentes rapientur in nubibus, &c. vt Apoſtolus hîc dicit. Eſt autem hæc inter bonos & malos differentia, quia mali remanebunt in terra quam dilexerunt, boni rapientur ad Chriſtum quem quęſierunt. Mat. 24, Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur, & aquilæ. In reſurrectione etiam ſancti conformabuntur Chriſto nõ ſolùm quantum ad gloriam corporis. Phili. 3, ſed etiã quãtum ad ſitum, quia Chriſtus erit in nube. Actuum 1, Et nubes ſuſcepit eum. Et quemadmodum vidiſtis eum, &c. Sic & ſancti à nubibus rapiẽtur. Et quare hoc? Ad oſtendendum eorum deiformitatem. In veteri enim teſtamento gloria domini apparuit per modũ nubis. 3. Reg. 8, Dominus venit in nebula. Hæ nubes erunt præparatæ virtute diuina ad oſtenſionem glorię ſanctorum. Vel ipſa fulgentia corpora glorioſorum videbuntur malis quædam nubes, qui erunt in terra. Matt. 25, Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. ¶ Deinde cùm dicit [Et ſic ſemper] Oſtendit beatitudinem ſanctorum, quia ſemper erunt cum domino eo fruentes. Ioan. 14, Iterum veniam & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Hoc ſancti deſiderant. Philippenſes 1, Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto. ¶ Deinde cùm dicit [Itaque, &c.] Concludit conſolationem habendam eſſe de mortuis dicens, Ex quo ſancti reſurgunt, & nullum detrimentum cõſequuntur, ergo de mortuis conſolamini. Eſa. 40, Conſolamini, conſolamini populi meus dicit dominus deus veſter.

Caput 5.

Quietat Apoſtolus Theſſ. ſolicitudinẽ circa ſcientiã futuri aduẽtus: oſtendit quid ſciant circa illũ: & hoc exponit, primò in malis quibus erit in malum illa dies, ſecundò in bonis q̃bus erit in bonam.

DE temporibus autem & momentis fratres, non indigetis ut ſcribamus vobis. Ipſi enim diligẽter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet: cùm enim dixerint pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in utero habentis & non effugient. Vos autem fratres, non eſtis in tenebris ut uos dies ille tanquam fur comprehendat: omnes enim uos, filii lucis eſtis, & filii diei: non ſumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrii ſimus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii ſunt, nocte ebrii ſunt. Nos autem qui diei ſumus, ſobrii ſimus, induti loricam fidei & charitatis, & galeam, ſpem ſalutis: quoniam non poſuit nos deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum qui mortuus eſt pro nobis: ut ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo uiuamus. Propter quod conſolamini inuicem & ædificate alterutrum ſicut & facitis. Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præſunt uobis in domino, & monent uos: ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

¶ Suprà correxit in eis corrigenda: hîc monet eos in futurum, & primò ponit monitionem, ſecũdò orationem ibi [Ipſe autem deus] Hæc autem duo ſunt nobis neceſſaria. Nam quia bona quæ facimus ſunt ex libero arbitrio, ideo indiget homo monitione, & quoniam ſunt etiam ex gratia, ideo oratione. Circa primũ duo facit, quia primò hortatur vt præparent ſe ad futurum iudicium: ſecundò oſtendit præparandi modum, ibi [Propter quod conſolamini] Iterum prima in duas, quia primò oſtendit qualis ſit cõditio futuri iudicii: ſecundò qualiter præparent ſe ad illud, ibi [Igitur non dormiamus] Item prima in duas, quia primò præmittit conditionem futuri iudicii: ſecundò exponit, ibi [Cùm enim] Item primò quietat eorum ſolicitudinem circa ſcientiam futuri aduentus, ſecundò oſtendit quid circa illum ſciant, ibi [Ipſi enim] Dicit ergo: Neceſſe erat quòd ſcriberem de præmiſsis. quia indiguiſtis. Sed de temporibus. ſ. eſtate, hyeme, vel potius quæ tempora futura ſint non erat neceſſe, quia quædam de his ſunt ſoli diuinæ ſcientiæ reſeruata. Matt. 24. & Mar. 13, De die illa vel hora nemo ſcit, neque angeli in cælo, neque filius niſi pater, &c. Actuum 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, & cætera. Eccleſia. 6, Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cùm ignoret quid conducat ſibi in vita numero dierum vitæ ſuæ, &c. Et ideo hoc non eſt neceſſe ſcribere, quia illud quod ſciendum eſt vos ſcitis, quia ſcilicet [dies domini ſicut fur in nocte, &c.] Sunt autem omnes dies domini. Pſal. Ordinatione tua perſeuerant dies. Sed iſte ſpecialiter eſt domini, quia facit in omnibus ſuã voluntatem, quæ impletur in bonis, qui perducuntur ad finem præſcitum à deo. ſ. ſalutem. 1. Tim. 2, Vult omnes homines ſaluos fieri, & cætera. In malis, quia punientur. Pſalm. Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Iſte veniat ſicut fur, ideſt ex impræmeditatione. Luc. duodecimo, Si ſciret pater familias qua hora fur veniret, &c. 2. Pet. 3, Aduenient dies domini ſicut fur. Apocalip. 3, Veniam tibi tanquam fur. Quomodo autem dies dicitur venire in nocte? Sed ſciendum quòd vtrumque eſt, quia in die venit propter manifeſtationem cordium. 1. Corinth. 4, Quoadúſque veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, ſed in nocte propter incertitudinem. Matth. 25, Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, &c. Incertum enim eſt qua hora erit. ¶ Deinde cùm dicit [Cùm enim dixerint] Exponit quæ dixerat, & primò quantum ad malos, ſecundò quantum ad bonos ibi [Vos autem] Circa primum duo facit. Primò deſcribit præſumptionem malorum, ſecundò periculum moræ. Dicit ergo, Veniet ſicut fur, quia ex improuiſo [Cùm enim dixerint Pax.] quantum ad præſentia, ideſt dum tranquillè viuunt, ſic decipiuntur. Sapientiæ 14, In magno viuentes inſcientiæ bello tot & tam magna mala pacem appellant [Et ſecuritas] quantum ad futura. Lucæ duodecimo, Anima mea multa habes bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, & epulare. Sed cõtrà. Lucæ 21, Areſcentibus hominibus præ timore, & cætera. Ergo nulla ſecuritas. Solutio eſt duplex. Vna quæ eſt Auguſtini quæ talis eſt, In tempore illo aliqui erunt boni, & affligentur, lugebunt & expectabunt. Et de hoc dicitur Lucę 21, Areſcentibus ex carentia voluptatum, & abũdantia malorum, &c. Sed in malis erit pax & ſecuritas. Alia datur ſolutio in gloſa. ¶ Deinde cùm dicit [Tunc repentinus] Deſcribit periculum à quatuor. Primò, quia ſubitum, ibi [Repentinus] Eſa. 30, Subito dum non ſperatur, veniet contritio eius: ſecundò, quia mortiferum, ibi [Interitus] Iob 18, Calcet ſuper eum quaſi rex interitus, &cætera. Tertiò afflictiuum, ibi [Dolor] Pſalm. Ibi dolores, vt parturientis, &cætera. Quartò ineuitabile, ibi [Non effugient] Iob vndecimo, Effugium peribit ab eis. Ab ira dei nunc eſt effugere ad eius miſericordiam, ibi verò non eſt tempus miſericordiæ, ſed iuſtitiæ. ¶ Deinde cùm dicit [Vos autem] Exponit quæ dixerat quo ad bonos, & duo facit, quia primò excipit bonos à conſortio malorum, ſecundò rationem aſſignat, ibi [Omnes enim vos] Dicit ergo [Non eſtis in tenebris] quia illuminati

luminati eſtis per Chriſtum de illo die, ideo vobis non eſt improuiſus. Ioan. 8, Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ. & huius ratio eſt, ibi [Omnes enim vos filii lucis eſtis & filii.] Aſtruit enim quòd ſunt filii lucis & diei. Filii autem alicuius rei in ſcriptura dicuntur aliqui propter abundantiam in re illa. Eſa. 5, In cornu filio olei, id eſt, habente multum oleum. Qui ergo participãt multum de die & luce dicuntur eorum filii. Hæc lux eſt fides Chriſti. Ioan. 8, Ego ſum lux mundi & cæt. Ioan. 12. Credite in lucem vt filii lucis ſitis. Item diei. Sicut enim ex luce fit dies, ita ex fide Chriſti fit dies. ſ. honeſtas bonorum operum. Rom. 13, Nox præceſsit, &c. Et ideo [non ſumus filii noctis]. i. infidelitatis [neq; tenebrarun]. i. peccatorum. Roman. 13, Abiiciamus ergo à nobis opera tenebrarum, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Igitur non dormiamus, & cætera.] oſtendit qualiter ſe præparent ad illum aduentum, & primò qualiter per vltionem malorum: ſecundò per obſeruantiam bonorum, ibi [Induti.] Circa primum duo facit: quia primò ponit monitionem: ſecũdò eius rationem, ibi [Qui enim dormiunt.] Dicit igitur, Ex quo dies domini eſt ſicut fur. Luc. 12, Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique. Ergo vos, quia ſcitis, vigiletis. Vnde dicit [Igitur non dormiamus] ſomno peccati. Epheſ. 5, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Item nec pigritiæ. Prouer. 6, Vſquequo piger dormis: &c. [Sed vigilemus per ſolicitudinem. Mat. 24, Vigilate itaque, &c. Et ad hoc eſt neceſſarium quòd [ſobrii ſimus] vt & corpus & mens ſint ſobria, id eſt, non occupata voluptatibus, & curis mundi. Luc. 21, Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. 1. Petr. 5, Sobrii eſtote & vigilate. Ratio autẽ huius eſt ex tẽporis cõgruitate: quia qui dormiũt, vel ebrii ſunt, aliquid faciunt in nocte, Sed nos nõ ſumus in nocte. [Ergo, &c.] Dicit ergo [Qui enim dormiũt, nocte dormiũt]. i. tempus noctis deputãt quieti: diẽ verò operationi. Pſal. Ortus eſt ſol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabũtur. Et rurſum exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuã vſq; ad veſperã. Item abſtinent aliqui à vino in die propter negotia exercẽda: ſed de nocte tantùm nõ curant. Iob 24, Oculus adulteri obſeruat caliginem. Somnus ergo & ebrietas eſt nocti cõueniens, eo q̃ nocte infidelitatis & tenebris peccatorum occupati, ſunt ebrii, per amorem præſentium non habentes ſpem futurorum. Ephe. 4, Deſperãtes tradiderunt ſe impudicitiæ in operationem immũditiæ omnis in auaritia, &c. [Nos autem qui. di. ſu.] i. pertinentes ad diẽ honeſtatis & fidei [ſimus ſobrii.] Ro. 13, Honeſtè ambulemus in die. ¶ Deinde cùm dicit [Induti, &c.] oſtendit quomodo ſe præparent per bona: & primò ponit monitionem generalem: ſecundò ſpecialem, ibi [Propter quod.] Item prima in duas, quia primò ponit ipſam monitionẽ: ſecundò rationem eius, ibi [Quoniam non poſuit.] Sunt autẽ in homine duo principalia membra, quæ cõſueuerunt in bellis protegi. ſ. cor, quod eſt principium vitæ, & caput. ſ. principium motus exterioris, à quo ſunt ſenſus, & aliquo modo nerui. Et protegitur cor lorica: caput galea. Spiritualis vita in nobis eſt Chriſtus, per quem anima viuit, & dominus in nobis per fidem habitat. Ephe. 3, Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Habitat etiam per charitatẽ. 1. Io. 4, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo: quæ informat fidẽ. Et ideo debemus habere fidem & charitatem. Vnde dicit [Loricã fidei & charitatis] quia protegit vitalia: [& galeã, ſpem ſalutis] quæ eſt principiũ motus ſpecialis, quod eſt ex intẽtione finis, quem ſperamus aſſequi. ¶ Deinde cùm dicit [Quoniã non poſuit nos.] oſtendit rationem quomodo in nobis operatur. Et primò ex præordinatione diuina: ſecundò ex gratia Chriſti: tertiò oſtendit modũ conſequẽdæ ſalutis. Dicit ergo, Quoniam non poſuit. i. non ordinauit. Io. 15, Poſui vos. ſ. ſanctos, vt eatis, &c. [Deus in iram]. i. ad hoc, vt cõſequamur eius iram. Sapien. 1, Deus mortem non fecit. Ezec. 18, Nunquid voluntatis meæ eſt mors impii, dicit dominus deus, &c. [Sed in acquiſitionem]. i. vt acquiramus ſalutem. Mat. 11, Regnum cælorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud. 1. Pet. 2, Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, &c. Et hoc per gratiã Chriſti: ideo dicit [Per dominũ noſtrum, &c.] Act. 4, Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. [Qui mor. eſt pro no.] i. ſaluauit nos moriendo pro nobis. 1. Pet. 3, Mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, vt offerret nos deo mortificatos quidem carne, viuificatos autẽ ſpiritu. Et modus perueniendi eſt, quia Chriſtus docuit nos operando ſalutem noſtram: & hoc moriendo & reſurgendo. Roman. 4, Traditus eſt propter delicta noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. & ideo dicit [Siue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus.] Rom. 14, Siue viuimus, ſiue morimur, domini ſumus. ¶ Deinde cùm dicit [Propter quod.] docet nos quomodo præparemus nos quantum ad ſpeciales cõditiones perſonarum. Et circa hoc tria facit: quia primò oſtendit quomodo ſe debeant habere ad æquales: ſecundò quomodo ſubditi ſe habeant ad prælatum, ibi [Rogamus autem.] Tertiò quomodo prælati ad ſubditos, ibi [Rogamus autem. Debemus autem æqualibus cõſolationem in aduerſis. Vnde dicit [Conſolamini inuicem.] Item ædificationem in exemplis. Vnde dicit [Et ædificate, &c.] Ro. 14, Quæ ædificationis ſunt inuicem cuſtodiamus. Subditi autẽ ad prælatos, primò debẽt beneficiorũ recognitionem: ſecũdò charitatem: tertiò pacem. Vnde [Vt noueritis]. i. vt recognoſcatis beneficia eorum. Heb. vlt. Memẽtote præpoſitorũ veſtrorum, &c. Noueritis, inquã, primò ex parte eorũ, quia maximũ laborem ferũt pro vobis: Vnde dicit [Eos qui laborant inter vos] pro bono veſtro. 2. Tim. 2, Labora ſicut bonus miles Chriſti, &c. Secũdò ex parte dei. Et ideo eſt habẽda reuerẽtia ad eos, ſicut ad deum. Vnde dicit [Et præſunt vobis in domino]. i. vice domini. 2. Cor. 2, Ego ſi quid donaui vobis in perſona Chriſti. Tertiò ex parte veſtra, quia ſunt vobis vtiles. Vnde dicit [Et monent vos, vt ha. &c.] ideo ſecũdò debetis eis charitatem abundãtius. i. præ aliis: & tertiò [pacem propter opus illorũ.] Sed contra hoc quidã agunt. Amos 5, Odio habuerunt in portas corripiẽtem, &c. Eccl. 19, Qui odit correctionẽ, minuetur vita. Sed vos habete pacẽ propter opus correctionis, quod propriè ſpectat ad eorũ officium. Pſal. Dum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Docentur prælati quo modo ſe habere debẽt ad ſubditos quomodo quilibet ad quemlibet & quomò

Lectio 2.

ROgamus autem uos fratres: corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper quod bonũ eſt ſectemini inuicem & in omnes. Semper gaudete. Sine intermiſsione orate. In omnibus gratias agite: hæc eſt enim uoluntas dei in Chriſto Ieſu in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate: quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete uos. Ipſe autẽ deus pacis ſanctificet uos per omnia, ut integer ſpiritus ueſter, & anima & corpus ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt qui uocauit uos: qui etiã faciet. Fratres orate pro

do quilibet ad deū & ad dona dei & ad omnia orat Apostolus pro Thess. dat spē exauditionis, tandē mouet ad orādū p se & suis, vt saluus fiat et vt omnib⁹ legatur hæc epistola sic qs solita in precatione clauditur epistola.

nobis. *Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro uos per dominum ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.*

¶ Suprà ostendit quomodo subditi debent se habere ad prælatos:hîc ostendit econuerso. Et circa hoc duo facit,quia primò docet quomodo prælati ad sacerdotes subditos se debeāt habere,secūdò generaliter quomodo se debeant habere ad omnes,ibi[Videte ne quis.]Sciēdum est autē quòd cura prelatorum ad duo debet tēdere.s.ad retrahendū alios à peccatis,& ad custodiēdum seipsos Quātum ad primū, tria Apostolus dicit. ¶ Tripliciter enim subditi possunt pati defectū. Primò in actu:secūdò in voluntate:tertiò in virtute. In actu autem quādo prorūpunt in actum peccati,& tūc sunt corrigendi. Et q̄is de omni peccato, specialiter tamē corrigendi sunt de peccato inquietudinis. Et ideo dicit[Corripite inquietos.]2. Thes.3, Nō inquieti fuimus inter vos. Eccles.19, Corripe proximum antequam cōminer is,& da locū timori. In volūtate verò, quando nō aggreditur magna,quia deiicitur propter aduersa & peccata præcedentia. Vnde dicit[Consolamini pusillanimes.]Pusillanimis est nō habēs animū ad magna,timens ne deficiat. Esa.35, Dicite pusillanimes,cōfortamini & nolite timere. Iob 4, Vacillātes cōfirmauerunt manus tuæ,&c. In virtute autem,quādo vel ex infirmitate peccāt,vel debilitantur in bono actu &,isti sunt fouendi. Vnde dicit[Suscipite.] s.in viscēribus charitatis fouēdo[infirmos]quorū est virtus debilis,vel ad resistēdū malis,vel ad faciendū bona. Ro. 15, Debemus nos firmiores,imbecillitates infirmorum sustinere. Prælatus autē debet se custodire à defectu cuiuscūque modi,& maximè ab impatiētia:quia ipse portat totum pōdus multitudinis. Nume.11, Nō possum solus sustinere omnem hanc multitudinem,quia grauis est mihi,&c. Et ideo dicit [Patientes estote ad omnes,[Prou.19, Doctrina viri per patientiā noscitur. Psal. Bene patientes erunt,vt annūtient. ¶ Deinde cùm dicit[Videte ne quis.]Ostendit generaliter quomodo se habeāt ad omnes. Et circa hoc duo facit,quia primò ostēdit qualiter omnes in quibusdā debeāt se habere. Secūdò quid in omnibus,ibi[Omnia autem.] Circa primū tria facit:quia primò ostēdit quomodo se debeāt habere ad proximū:secūdò quomodo se habeant in his quæ ad deum sunt,ibi[Sēper gaudete.]Tertiò quomodo se habeant ad eius dona,ibi[Spiritū nolite.] Quātum ad proximū debēt se habere vt nō inferāt ei mala,& vt studeāt ei benefacere. Vnde dicit, Dixi suprà in speciali,sed nunc in generali dico[ne quis malū,&c.]Psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Sed contrà,multotiens vindicta petitur corām iudice. Respondeo, Sicut actus moralis sumitur secūdum intētionem finis,sic ad duo potest esse intētio,vel ad malū illius,ita q̄ quiescat ibi,& hoc est illicitum, quia ex liuore vindictæ:vel ad bonum correctionis seu iustitiæ & conseruationis reipublicæ, & sic nō reddit malum pro malo,sed bonum.s.eius correctionē. Quātum ad secūdum,dicit [Sed semper quod bonū est,&c.] Et dicit[Sectamini]& non faciatis:quia tu ex te debes sumere occasionem benefaciendi ad proximū tuum & non expectare quòd ipse det tibi occasionem benefaciendi sibi. Vnde Psal. Inquire pacem,& persequere eam. Ro.12, Noli vinci à malo, vt.s.sis tractus ab eo ad malefaciendum:sed vince in bono malū, retrahendo eum ad bonum. Gal.vlt. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. ¶ Deinde cùm dicit[Sēper gaudete.]ostendit quomodo se debeāt habere quoad deum,ad quæ tria oportet habere. Primò gaudere de ipso. Vnde dicit,Sēper gaudete.s.de deo:q̄a quicquid malū proueniat est incōparabile bono,quod est deus. Et ideo nullū malū illud interrūpat. Vnde dicit,Sēper gaudete. Secūdò orare pro beneficiis suscipiēdis, ibi [Sine intermissione orate.]Luc.18, Oportet semp orare,& nunq̄ deficere. Sed quomodo potest hoc esse? Respōdeo, Dicēdum est q̄ hoc potest esse tripliciter. Primò q̄ ille semper orat,qui statutas horas nō intermittit. Simile habetur 2.Reg.9, Tu comedes panem in mensa mea semper. Secūdò sic,Sēper.i.cōtinuè orate:sed tunc oratio sumitur pro effectu orationis. Est enim oratio, interpretatio seu explicatio desiderii,quia quādo desidero aliquid, tunc illud orādo peto. Vnde & oratio est petitio decētium à deo: & ideo desideriū habet vim orationis. Psal. Desideriū pauperum exaudiuit dominus. Omnia ergo quæ facimus, ex desiderio proueniunt. Ergo oratio in bonis quæ facimus,manet in virtute:quia bona quæ facimus,ex desiderio bono proueniūt. Glo. Nō cessat orare,qui non cessat benefacere. Tertiò quo ad causam orationis.s.faciendo elemosinam. In vitis patrū,Ille semper orat,qui eleemosinas dat:quia qui elemosinā accepit,orat pro te,etiam te dormiente. Item tertiò orare pro beneficiis suscipiendis:& gratias agere pro susceptis. Ideo dicit[In omnibus].s.bonis & aduersis[gratias agite.]Ro.8, Diligētibus deum omnia cooperātur in bonū. Col.2, Abūdātes in illo in gratiarū actione. Phi.4, Cum gratiarū actione. Hæc enim volūtas,&c.1.Tim.2, Qui vult omnes homines saluos fieri,& in agnitionē veritatis venire. ¶ Deinde cùm dicit[Spiritū nolite,&c.]ostēdit quomodo se habeāt ad dona dei. Et primò q̄ ea nō impediāt. Secūdò q̄ ea non contēnant,ibi prophetias] Spiritus autē sanctus est persona diuina incorruptibilis & æterna, vnde in sua subst ātia extingui nō potest. Sed tamen dicitur quis extinguere spiritum,vno modo feruorem eius extinguendo,vel in se vel in alio. Ro. 12, Spiritu feruentes. Cū enim aliquis aliquid boni ex feruore spiritussancti vult facere:vel etiā cùm aliquis bonus motus surgit & ipse impedit,extinguit spiritū sanctum . Act.7, Vos semper spiritui sancto restitistis. Alio modo mortaliter peccando . Spiritus enim sanctus in se semper viuit , sed in nobis viuit quando facit nos in se viuere: sed quando quis peccat mortaliter,non viuit in ipso spiritussanctus. Sapiē.1, Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictū,&c. Tertio modo occultādo.q.d. Si donū spiritussancti habetis, vtimini eo ad vtilitatē proximorū. Ecc.20, Sapiētia absc ōdita & thesaurus inuisus,q̄ vtilitas in vtrisq;. Mat.5, Nemo accēdit lucernā & ponit eā sub modio,&c.[Prophetias nolite sper.]Aliqui enim apud istos spiritu prophetię erāt pollētes,qui ab istis reputabātur insani.1.Co.14, Aemulamini spiritualia,magis autē vt ꝓphetetis. Vel prophetias.i.diuinā doctrinā. Exponētes enim diuinā doctrinam dicūtur prophetæ.q.d. Nō spernatis verba dei & prædicationes. Hie.20, Factus est sermo domini in opprobriū & in derisum tota die. ¶ Deinde cùm dicit[Omnia autē probate,]ostendit qualiter se habeāt ad omnia, & vnū est q̄ in omnibus vtātur discretione. Rom.12, Rationabile obsequium vestrum. In hac materia debet esse diligens examinatio,boni electio, mali abiectio. Quātum ad primum,dicit, Prophetias nolite spernere,tamen omnia probate.s.quæ sunt dubia. Manifesta enim,examinatiōe nō indigēt.1.Io.4, Omni spiritui credere nolite. Iob 12. Nōne auris verba diiudicat? Quantum ad secūdum dicit[Quod bonum est tenete.]Galat.4, Bonum autem æmu-

lamini in bono semper. Quantum ad tertium,dicit[Ab omni specie mala abstinete vos.]Esa.7, Vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Et dicit,specie, quia etiam quæ habent similitudinem malitiæ vitare debemus,que scilicet non possemus,seruare coram hominibus absque scandalo eorum. ¶ Deinde cùm dicit [Ipse autem.]subdit orationem,& circa hoc tria facit:quia primò orat pro eis:secundò dat spem de exauditione:tertiò dat speciales monitiones. Dicit ergo[Ita moneo] sed nihil valet, nisi deus gratiam det. Vnde [Ipse deus pacis,sancti vos.]Leuit.21, Ego dominus qui sanctifico vos,&c.[Per omnia,id est,vt sitis totaliter sancti.& hoc[vt integer,&c.]Occasione enim verborum istorum dixerunt quidam quòd in homine aliud est spiritus,& aliud anima:ponentes duas in homine animas. Vnam quæ animat,aliā quæ ratiocinatur. Et hæc sunt reprobata in ecclesiasticis dogmatibus. Vnde sciendum quòd hæc non differunt secundum essentiam,sed secundum potentiam. In anima enim nostra sunt quædam vires quæ sunt actus corporaliū organorum,sicut sunt potentiæ sensitiuæ partis. Aliæ sunt quę non sunt actus talium organorum,sed sunt abstractæ ab eis,sicut sunt potentiæ intellectiuę partis. Et hæc dicūtur spiritus,quasi immateriales & separatæ aliquo modo à corpore,inquātum non sunt actus corporis,& dicuntur etiam mens. Ephe. 4, Renouamini spiritu mentis vestræ. Inquantum autem animat, dicitur anima, quia hoc est ei proprium. Et loquitur hîc Paulus propriè. Nam ad peccatum tria cōcurrunt,ratio,sensualitas,& executio corporis. Optat ergo quòd in nullo horum sit peccatum. Non in ratione. Vnde dicit[Vt spiritus,] id est,mens vestra seruetur integer. In omni enim peccato ratio corrumpitur,secundum quod omnis malus est ignorans. Item nec in sensualitate. Vnde dicit[Anima.]Item nec in corpore:& ideo dicit[Et corpus.] Hoc autem fit sic quando seruatur immune à peccato. Et dicit[Sine querela]non sine peccato,quod est solius Christi:sed esse sine querela,est etiam aliorum,qui & si venialia, non tamen committunt grauia, & quibus proximus scandalizatur. Luc.1, Incedentes in omnibus mandatis,& iustificationibus domini sine querela. Et addit[In aduentu, &c.]scilicet,perdurando vsque in finem vitæ. Vel integer spiritus refertur ad donum spiritus sancti.q.d. Donum spiritus sancti quod habetis sit integrum. ¶ Deinde cū dicit.[Fidelis &c.]Dat spem exauditionis q.d. Vt ego spero,sic fiet,quia & ipse qui vocauit faciet,id est, complebit. Psal. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, &c. Roma.8, Quos vocauit,hos & iustificauit, &c. ¶ Vltimò iniungit familiares monitiones. s.orationem ibi[Orate.]Item mutuā pacem,ibi.[Salutate omnes fratres in osculo sancto]non proditorio, sicut Iudas. Mat.26. Nec libidinoso,vt libidinosa mulier. Proue.7.[Vt legatur &c.]Timebat enim ne prælati propter aliqua quæ erant hîc ea occultarent. Prouerb.11, Qui abscondit frumenta maledicetur in populis &c. Vltimò concludit epistolam in salutatione.

Explicit mirabilis & deuota expositio doctoris angelici sanctissimi Thomæ Aquinatis, ordinis fratrum prædicatorum,super primam epistolam inclyti Apostoli sancti Pauli ad Thessalonicenses.

Incipit profunda & subtilis explanatio eiusdem sanctissimi doctoris Thomæ de Aquino ordinis,fratrum prædicatorum, super secūdam epistolam eiusdem glorioſi apostoli Pauli ad Tessalonicenses.

PROLOGVS.

Salutatio.

Bona optata.

Epistolaris tractatus in quo agit de futuris:& primò agit gratiasde ꝓfectu Thessal. in fide, charitate et aliis ostēdēdo eorū idonettatē ad futurū iudicium.

COngregamini,vt annūtiem quæ vēturā sunt vobis,diebus nouissimis,&c. Gen.49, Hæc verba cōpetunt huic epistolæ. Duo enim tangūtur quæ ei cōueniunt.s.fructus, & eius materia. Vnde dicitur,Vt annuntiem,&c. Agitur enim in ea de his quæ vēturа sunt in diebus nouissimis:quę sunt tria.s.pericula ecclesiæ,tempore Antichristi.2. Tim.3, In nouissimis diebus instabūt tēpora periculosa,&c. Item malorū supplicia. Psal. Donec intrem in sanctuariū dei,&c. Verūtamen propter dolos posuisti eis,deiecisti eos dum alleuarētur. Item præmia bonorū. Pro.vlt. Fortitudo & decor,indumē tum eius. Et de his agitur in hac epistola. Vtilitas ostēditur,quia cōgregamini. Sic ac quiritur ex hac epistola cōgregatio.s.cōcordātiū in veritate, quia discordabāt de iudicio futuro: ꝓpter hoc quod dicit in 1.epist. Deinde nos qui viuimus,&c. Psa. Dispersiones Israelis cōgregabit. Itē volūtatum,quia eū considerāt q̄ quæcūq; tēporalia sunt,in nouissimo mūdi peribūt , datur intelligi q̄ eos cōgregāt ad vnū quærēdum.s.cæleste præmium. Eccl.30, Congrega cor tuū in sanctitate eius. Item cogitationū ad vnā stabilem veritatem. Esa.vlt. Ego autem opera eorū & cogitationes eorum venio vt congregem,&c. Sic ergo patet fructū & materia:quia in prima muniuit eos cōtra persecutiones ꝓteritas:hîc munit eos cōtra futuras.

Caput 1.

PAulus & Siluanus & Timotheus,ecclesiæ Thessalonicensiū in deo patre nostro & domino Iesu Christo. *Gratia uobis & pax à deo patre nostro,& domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper pro uobis fratres,ita ut dignū est , quoniā supercrescit fides uestra,& abūdat charitas uniuscuiusq; uestrū in inuicē, ita ut & nosipsi in uobis gloriemur in ecclesiis dei,ꝓ patiētia uestra,& fide,& in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus quas sustinetis in exēplū iusti iudicij,ut digni habeamini in regno dei ꝓ quo & patiminī.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Diuiditur hæc epistola in salutationem, & epistolarem narrationem, ibi [Gratias agere debemus,&c.] Item primò ponuntur personæ salutantes. Secundò personæ salutatę. Tertiò bona optata. Sunt autem eædem personæ quæ & in prima. Tres autem personæ salutantes ponuntur, vt authoritas epistolæ robustior appareat. Ecclesia.4, Funiculus triplex difficilè rumpitur. [Ecclesiæ Thessalonicensium,&c.] Ecclesia congregationem dicit, quæ debet esse in deo, aliàs est mala. De bona dicitur Psalm. Congregate illi sanctos eius,& cætera. [In Christo,]id est, in eius fide. Roman.5, Per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam. ¶ Deinde optat eis bona:& primò pacem. Ipsa est enim principium omnium spiritualiũ donorum. 1. Corinthio.15, Gratia dei sum id quod sum. Item, pacem quæ est finis hominum. Psalm. Qui posuit fines tuos pacem,& cætera.& hoc [à deo,&c.] Iac.1, Omne datum optimum,& omne donum perfectum, desursum est, descẽdens à patre luminum,& cætera. [Et domino Iesu,&c.] 2. Petr.1, Per quem maxima & pretiosa nobis donauit. ¶ Gratias agere debemus,& cætera.] Hæc est epistolaris narratio. Et primò instruit eos de futuris in nouissimis diebus. Secundò admonet eos familiariter de quibusdam, in tertio capit. ibi [De cætero fratres, & cæt.] Item primò monet sicut dictum est, quantum ad præmia donorum, & pœnas malorum. Secundò quantum ad pericula tempore Antichristi, secũdo cap. ibi [Rogamus autem vos,&c.] Item primò agit gratias de præparatione ad futurum iudicium. Secundò describit ipsum iudicium, ibi [Sed tamen iustum.] Item primò gratias agit de profectu. Secundò ostendit fructum profectus. Tertiò signum. Dicit ergo, Gratias agere debemus,&c. Nam quia in prima epistola commendauit eos de fide & charitate, & aliis bonis in quibus abundabant: ideo dicit [Gratias agere debemus semper pro vobis] quia bonum quod habetis, reputo meum. 2. Ioan.3, Maiorem horum nõ habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Et hoc deo, sine quo nihil boni potest fieri. Et hoc dignum est, quia de magnis bonis agimus gratias. 2. Machab.1, De magnis periculis à deo liberati magnificè gratias agamus. Quare? [quia supercrescunt] bona spiritualia. Periculosè enim custodiuntur, nisi proficiat in eis homo. In his donis autem dei, primum est fides, per quam deus habitat in nobis,& in hac proficimus secundum intellectum. Ephes. 4, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et sic proficit homo per cognitionem, deuotionem,& inhæsionem. Secundum est charitas, per quam deus est in nobis secundum effectum. 1. Ioan.4, Deus charitas est,& qui manet in charitate, in deo manet,& deus in eo. Et ideo dicit [Et abundat.] Prouerbio.15, In abundanti iustitia, virtus est maxima,& cætera. 1. Thessalonic.4, De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis: ipsi enim à deo didicistis, vt diligatis inuicem,& cæt. Et tunc ponitur profectus, cùm dicit, Ita quòd ego glorior, inde apud alios, quia vestra reputo mea. Bonum enim discipulorũ est gloria prælatorum. Prouer.10, Filius sapiens lætificat patrem,&c. Prouer.17, Corona senum, filii filiorum, &c. 2. Corinth.9, Pro quo de vobis glorior. Et tunc ponit signum profectus, scilicet patientiam, quæ ostenditur maximè in tribulationibus. Iac.1, Beatus vir qui suffert tentationem,&c. In tribulationibus sunt duo seruanda, scilicet patientia, ne discedat à fide. Iac.1, Patientia opus perfectum habet. Et fides in persecutionibus. 1. Corinth.4, Persecutionem patimur & sustinemus. Vnde dicit [In fide, in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus.] Quæ quidem tribulationes dicuntur à tribulis: quibus interius per afflictiones pungimur. Gene.3, Spinas & tribulos germinabit tibi. Psalm. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt. Et hæc sancti sustinent propter duo, scilicet propter terrorem malorum. Si enim deus non parcit bonis in hoc mundo, quomodo parcet malis in futuro. 1. Pet.2, Si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt dei euangelio,&c. Hierem.49, Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem,&c. Secundò ad augendum meritum. Vnde dicit [Vt digni,&c.] Nam vt dicitur Mat.11, Regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et Luc. vltim. Nõne hæc oportuit Christum pati,& ita intrare in gloriam suam? Ro.8, si tamen compatimur, vt & glorificemur. Vnde dicit [Pro quo & patimini.] Tribulatio enim quę fertur pro deo, facit dignum regno dei. Mat.5, Beati qui persecutionem patiũtur,&c. 1. Pet.4, Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Lectio 2.

SI tamen iustũ est apud deum retribuere retributionẽ his qui uos tribulant, & uobis qui tribulamini, requiem nobiscũ, in reuelatione domini Iesu de cælo cum angelis uirtutis eius, in flamma ignis dantis uindictã his qui nõ nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi: qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini, & à gloria uirtutis eius, cùm uenerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super uos in die illo. In quo etiam oramus semper pro uobis, ut dignetur uos uocatione sua deus, & impleat omnem uoluntatem bonitatis suæ & opus fidei in uirtute, ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo, secundum gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

¶ Suprà egit de eorum idoneitate ad futurum iudiciũ: hìc agit de forma iudicii. Et primò ponit iudicium quantũ ad punitionem malorum & præmia bonorũ. Secũdò de vtraq; parte sigillatim, ibi [In flãma.] Item primò ponit iudicium quãtum ad punitionem malorum. Secundò quantũ ad præmia bonorum, ibi [Cùm venerit.] Quãtum ad primum dicit suprà, sustinetis in exemplum,&c. Hìc subinfert [Si tamen iustũ est.] si, pro quia. Vnde alia litera habet, Si quidem. Vel, si tamen, referatur in exemplum iusti iudicii: quasi dicat, Iustum est quòd hæc patiamini, si tamen ex hoc mereamini, sed prima litera & expositio est melior. [Iustum est retribuere,] Psalm. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Esa.33, Veh qui prædaris, nõne & tu prædaberis? [Retributionem.] scilicet, æternæ dãnationis. Roma.8, Tribulatio an angustia,&c. [Et vobis qui tribul. requiem.] Luc.16, Recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Apoc.14, Amodò enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. [Nobiscũ,] id est, æqualem gloriam. Se nunquid hoc est verum? Respondeo: duplex est æqualitas. s. absoluta quantitatis,& proportionis. Et prima non est æqualis quantum ad participationem hominis, sed æqualis quantum ad beatitudinem participatam quæ est deus: homo enim participat secũdum magis & minus, scilicet, secundum quòd ardentius vel minus ardenter amat deum. Sed secundum secundam, omnimoda æqualitas erit, quia ita est gloria patri ad gratiam sibi datam & meritũ suum, sicut gloria Lini ad suam. Hoc, inquam, erit in reuelatione,&c. Ioan.5, Pater omne iudicium dedit filio suo: & hoc inquãtum filio hominis

vnde sequitur, & potestatem dedit ei iudicium facere. quia in forma humana omnibus apparebit, sed modò non apparet, quia humanitas eius latet in gloria dei, sed tũc apparebit. Esa.40, Et reuelabitur gloria domini,&c. Et hoc [cum angelis virtutis eius] ministris suis. Matt.25, Cùm venerit filius hominis in maiestate sua,& omnes angeli cum eo,&c. ¶ Deinde dicit [In flãma ignis] agit de vtraq;. s. punitione malorum, & præmiatione bonorum: sed in punitione malorum ostendit acerbã, iustam & diuturnã. Dicit ergo [Dantis vindictam]. i. iudicãtis puniendos in flãma ignis, faciem orbis cõburentis,& inuoluentis reprobos,& detrudentis in perpetuum. Psal. Ignis ante ipsum præcedet,&c. Item erit iusta propter duplicem culpam. s. in fidelitatis,& malæ vitæ. Quãtum ad primum, dicit [Qui non nouerunt]. i. noluerunt cognoscere [deum.] Iob 21, Scientiã viarum tuarum nolumus. 1. Cor.14, Ignorans ignorabitur,&c. Quãtum ad secũdum, dicit [Qui non obediunt euãgelio domini nostri Iesu Christi] Ro.10, Nõ omnes obediunt euãgelio. Inobediẽtia enim est tantũ peccatum quod per eam mors venit in hunc mũdum, vt dicitur Ro.5. Item est diuturna, quia pœnas dabunt in inte.æter. Et potest legi dupliciter, secũdum quòd duplex est pœna. s. sensus, & dãni. De pœna sensus potest intelligi sic, Dabũt. i. sustinebunt pœnas æternas nõ finiẽdas: & hoc in interitu, quia semper moriẽtur. Aliter enim est de pœnis huius vitę & illis. Nam hìc q̃tò plus acerbiores, tãtò sunt breuiores, quia extingũtur: sed ille sunt grauissimę, quia sunt pœnæ mortis: & sunt interminabiles. Vnde dicitur q̃ semper erunt quasi in morte. Mors depascet eos. Esa. vl. Vermis eorũ non morietur. Pœna autẽ dãni est duplex, quia separabuntur à visione dei. Vnde dicit [A facie domini]. s. remoti. Iob 13, Non veniet in cõspectu eius omnis hypocrita. Alia est priuatio visionis gloriæ sanctorũ. Esa. vl. Tollatur impi⁹ ne videat gloriã sanctorum,&c. ¶ Vel aliter [A facie domini,&c.] in hoc ostẽditur causa acerbitatis pœnæ sensus. Sensus enim alicuius euacuatur, vel propter superiorem iudicem, vel propter superioris potẽtiam: sed hoc non erit, quia hoc iudicium procedet à facie domini. Psal. De vultu tuo iudiciũ meum prodeat,&c. Et ideo dicit, Dabunt pœnas. i. sustinebunt à facie domini. ¶ Deinde cùm dicit [Cùm venerit.] agit de præmiatione sanctorũ. Et primò ponit præmium: secũdò meritum, ibi [Qui crediderunt.] Gloriã sanctorum cõmedat: & quãtum ad essentiam, per participationem gloriæ dei, cùm dicit [Glorificari,&c.] & quantum ad eius excessum, ibi [Et admirabilis.] Dicit ergo [Cùm venerit.] Christus certè glorioſus est. Phil.2, Omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. [Glorificari in sanctis eius.] quia bonum sui est cõmunicatiuum, vel glorificari in sanctis eius, qui sunt membra sua in quibus habitat,& in quibus glorificatur, quando sua gloria. s. capitis, deriuatur vsq; ad sua membra. Esa.49, Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et hoc excedet omnẽ admirationem. Vnde dicit [Admirabilis,&c.] Siquidem admiratio est stupor procedens ex magna fantasia. Tanta verò sanctorum gloria nõ potest cadere in opinionem hominum. Et ideo dicit, Admirabilis. Sap.5 Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis,&c. ¶ Deinde ponit meritum, ibi [Qui crediderunt,&c.] Et ponit primò meritum fidei. Secundò suffragiũ orationis, ibi [In quo.] Dicit ergo, Hęc erit gloria, quia creditũ est nostrũ testimoniũ super vos quod credidimus de Christo [in illo die,]. i. propter illũ diẽ: quia bona quæ agimus sunt ꝓpter illũ diẽ. Et dicit hoc testimoniũ est super vos. i. super sensum humanũ. Eccle.9, Plurima super sensum hominis,&c. Fides enim nõ habet meritũ, vbi humana ratio prebet experimẽtum. Nisi enim esset supra vos, nõ esset magni meriti credere. Vel dicit super vos. i. dominatur vobis subiiciẽtibus intellectũ vestrum humiliter ad credendũ. 2. Cor.10, In captiuitatẽ redigẽtes omnem intellectũ in obsequiũ Christi. Sic exponit glo. Vel aliter & magis secũdum literam: Dico, ꝓ glorificabitur Christus in vobis qui credidistis, in die iudicii, quando apostoli iudicabunt: & tunc testimonium quod est super vos. i. de promptitudine fidei vestræ, erit certum & creditum. i. credibile. ¶ Deinde cùm dicit [In quo oramus,&c.] subiũgit suffragium orationis: & primò proponit quod petit: secũdò quo fine, ibi [Vt dignetur.] Tertiò per quod posset assequi petitum. ibi [Secũdum gratiam.] Petic autem vnum ex parte dei,& duo ex parte nostra. Dicit ergo [In quo]. i. propter quem diem [etiã nosoramus semper.] Ro.1, Sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis. 1 Reg.13, Absit autẽ hoc peccatũ à me in dõmino vt cessem orare pro vobis. Sed ad quid? [Vt dignetur vos vocatione sua deus]. i. faciat vos in mũdo dignè conuersari suæ vocationi. Ephe.4, Dignè ambuletis vocatione qua vocati estis. Item ex parte nostra duo petit, ex parte volũtatis, vt plenè fruãtur omni bonitate. Vnde dicit [vt impleat omnẽ volũtatẽ bonitatis]. i. impleat in vobis volũtatem omnis boni. Phil.2, Qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Item ex parte intellectus, vt perfectè credant: ideo dicit [Et opus fidei.] Roma.10, Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et hoc operemini [in virtute,] id est, in constãtia & fortitudine, vt nullo timore cessetis à confessione eius. Vel sic, In quo, id est, propter quem diem oramus, vt deus dignetur vobis dare illud ad quod vocauit vos. 1. Pet.3, In hoc vocati estis, vt benedictionẽ hæreditate possideatis. Et impleat omne bonũ quod desideratis, quod est in vita æterna, quãdo habebimus deum. Psal. Qui replet in bonis desideriũ tuum. Itẽ impleat opus fidei, quod erit quãdo id quod hìc per speculũ & in enigmate videmus, videbimus tunc facie ad faciẽ. Sed quo fine? [vt clarificetur no. do. no. I. C.,&c.] i. ad gloriã Christi sit. & per vos tam in præsenti q̃ in futuro nomen Christi glorificetur in bonis vestris. Mat.5, Videãt opera vestra bona & glorificẽt patrẽ vestrũ qui in cælis est. Ecõuerso de malis dicitur. Esa.52.& Ro.2, Nomen dei per vos blasphematur. Sed per quid poterimus illud cõsequi? [secũdum gratiã dei nostri] quæ est radix omnium bonorum nostrorum. 1. Corinth.15, Gratia dei sum id quod sum,&c.

Monet nõ recedere à veritate, quasi instet dies iudicij, instruẽdo ꝙ primò fiet discessio à Rom. imperio, & reuelabitur antichristus.

Caput 2.

ROgamus autem uos fratres per aduẽtum domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum: ut non citò moueamini à uersto sensu, neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per epistolam tanq̃ per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur, deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Num retinetis, quòd cùm adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis?

¶ Superius Apostolus ostendit futura quantum ad pœnas malorum, & præmia bonorum: hìc annun-

tiat futura,quantum ad pericula ecclesiæ,quæ erunt tempore Antichristi.Et primò nuntiat veritatem de futuris periculis.Secundò monet vt in veritate permaneãt,ibi [Itaque fratres.] Circa primum duo facit:quia primò excludit falsitatem.Secundò instruit de veritate,ibi[Quoniam nisi.]Iterum prima in tres: quia primò commemorat illud ex quo debent induci.Secundò ostendit ad quid debent induci, ibi [Vt non citò.] Tertiò remouet illud quod eos mouere posset,ibi[Neque per spiritum.] Inducit autem ex tribus, scilicet, propriis precibus,ibi [Rogamus]non præceptis.Philem.1,Multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi,quod ad rem pertinet propter charitatem magis obsecro.Secũdò ex aduentu Christi,desiderabili bonis:licet terribili malis.Amos 5,Veh desiderantibus diem domini,&c.2.Tim.4,Nõ solùm autem mihi,sed & his qui diligunt aduentum eius,&c.Apoc.vlt.Veni domine Iesu, &c.Tertiò ex desiderio & amore totius congregationis sanctorum.[In idipsum.]scilicet vbi Christus est:quia Matt.24,Vbi erit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.Vel,In idipsum,id est,in idem:quia omnes sancti loco & gloria erunt in eodem. Psal.Cõgregate illi sanctos eius.Sed ad quid inducit [Vt non citò moueamini à vestro sensu.] Est autem aliud moueri,aliud terreri.Mouetur autem à suo sensu,qui prætermittit quod tenebat.q.d.Non citò dimittatis doctrinam meam.Ecclesiast.19,Qui citò credit,leuis est corde.Terror autem est quædam trepidatio, cum formidine contrarii.Et ideo dicit[Ne terreamini.]Iob 15,Sonitus terroris semper in auribus eius.Itẽ si pax,illi semper insidias suspicantur.Sap.17,Cùm enim sit timida nequitia, dat testimonium condemnationi,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Neque per spiritum.] remouet quod eos mouere posset:primò in speciali: secundò in generali,ibi[Ne quis.]Seducitur autem quis per falsam reuelationem.Vnde dicit[Neq; per spiritum].i. si quis dicat sibi reuelatum per spiritum sanctum, vel à spiritu sancto aliquid quod est contra doctrinã meam[non terreamini.]1.Ioan.4,Nolite omni spiritui credere. Eze.13,Veh prophetis insipiẽtibus, qui sequuntur spiritum suum,& nihil vident.Aliquando etiam sathanas transfigurat se in angelum lucis,vt dicitur 2.Cor.11.& 3.Reg.vlt.Egrediar,& ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius. Secundò per ratiocinationem,vel falsam expositionem scripturæ.ideo dicit[Neq; per sermonem.]2.Tim.2,Sermo eorum vt cancer serpit.Ephe.5,Nemo vos seducat inanibus verbis.Tertiò per authoritatem inductã in malo intellectu.2.Petr.vlti.Sicut charissimus frater noster Paulus,secũdum sibi datam sapientiam scripsit vobis,sicut in omnibus epistolis,loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu,quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, &c. Sed de quo seducebantur ? [Quasi instet dies domini.]Et dicit[Neque per epistolam tanquam per nos missam.]quia in prima epistola nisi bene intelligatur, videtur dicere,instare domini aduentum,vt illud, Deinde nos qui viuimus,&c. Deinde cùm dicit[Ne quis,&c.]facit idem in generali.Luc.21,Videte ne seducamini,&c.1.Co.15,Nolite seduci.Ratio autẽ quare hæc remouet Apostolus,scilicet de aduentu domini est, quia prælatus nullo modo debet velle quòd per mendacium aliqua bona procurentur.1.Cor.15,Inuenimus autem & falsi testes,&c.Item, quia res credita erat periculosa,quòd scilicet instaret dies domini. Primò quia daretur occasio maioris seductionis:quia futuri erant post tempora apostolorum aliqui qui dicerent se esse Christum. Luc.21, Multi dicent,ego sum, &c.& ideo Apostolus noluit.Item dæmon frequẽter prætendit se esse Christum,sicut patet de beato Martino.Et ideo ne seducãtur,noluit.Aug.autem ponit aliam rationem,quia immineret periculum fidei,vnde diceret aliquis,tardè veniet dominus,& tunc præparabo me ad eum.Alius diceret,Veniet citò,& ideo nũc me præparabo.Alius diceret,Nescio.Et hic melius dicit,quia concordat Christo.Sed ille plus errat,qui dicit,citò:quia elapso termino homines desperarent,& crederent falsa esse quæ scripta sunt. ¶ Deinde cũ dicit[Quoniam nisi venerit discessio,&c.] astruit veritatem:& primò ostẽdit quæ ventura sunt ad Antichristi aduentũ.Et sunt duo, quorũ vnum præcedit aduentum Antichristi.Aliud est ipse aduentus eius: primũ est discessio,quod multipliciter exponitur in glo.Et primò à fide,quia futurũ erat,vt fides à toto mundo reciperetur.Mat.24,Et prædicabitur hoc euãgelium regni in vniuerso orbe.Istud ergo præcedit quod(secũdum Aug.)nõdum est impletum:& post multi discedent à fide,&c.1.Tim.4,In nouissimis temporibus discedent quidam à fide,&c.Mat.24,Refrigescet charitas multorum.Vel discessio à Romano imperio,cui totus mũdus erat subditus.Dicit autem Aug.q; hoc figuratur Dan.2,in statua vbi nominãtur quatuor regna: & post illa aduẽtus Christi,& quod erat conueniens signum,quia Romanũ imperium firmatũ fuit ad hoc, quòd sub eius potestate prædicaretur fides per totum mũdum.Sed quomodo est hoc,quia iãdiu Gentes receesserunt à Romano imperio,& tamen necdum venit Antichristus?Dicendum est q; nondum cessauit,sed est cõmutatum de tẽporali in spirituale:vt dicit Leo Papa in sermone de apostolis.Et ideo dicendum est q; discessio à Romano imperio debet intelligi,nõ solùm à tẽporali,sed à spirituali.s.à fide catholica Romanæ ecclesiæ.Est autem hoc cõueniens signum,quòd Christus veniet quando Romanũ imperium omnibus dominabitur:ita ecõuerso signum Antichristi est discessio ab eo.Secũdò prædicit secundum futurum.s.Antichristum.E primò quantum ad eius culpã & pœnam.Secundò quãtum ad eius potestatem,ibi[Eum cuius aduentus.]Item primò cõmuniter & implicitè tangit culpã eius & pœnam.Secundò explicat vtrunq;, ibi [Qui aduersatur.]Dicit ergo,Discessio primò veniet,& tunc reuelabitur.Dicitur autẽ esse[homo peccati & filius perditionis]secundũ glo.quia sicut in Christo abundauit plenitudo virtutis,ita in Antichristo multitudo omnium peccatorum.Et sicut Christus est melior omnibus sanctis, sic ille peior omnibus malis. Et propter hoc homo peccati dicitur,q; totaliter erit peccatis deditus.Sed non dicitur sic homo peccati,quin posset esse peior:quia nunquam malum corrũpit totum bonum,licet quãtum ad actum non poterit esse peior:Christo autem nullus homo potuit esse magis bonus.Dicitur autem filius perditionis,id est, deputatus extremæ perditioni.Iob 21,In die perditionis seruabitur malus,& ad diẽ furoris ducetur.Vel perditionis.i. diaboli non per naturam,sed per suæ malitiæ complementum,quæ in eo complebitur.Et dicit [Reuelabitur.]quia sicut omnia bona & virtutes sanctorum,qui præcesserunt Christum,fuerunt figura Christi:ita in omnibus persecutionibus ecclesiæ tyrãni fuerũt,quasi figura Antichristi,& latuit ibi Antichristus:& ita tota illa malitia quæ latet in eis,reuelabitur in tẽpore illo. ¶ Deinde cũ dicit[Qui aduersatur]explicat quę dixerat.Et primò ostẽdit quomodo sit homo peccati.Secundò quomodo filius perditionis,ibi [Et tũc reue-

labitur]Item primò prænuntiat eius futurã culpam.Secundò assignat eius causam,ibi [Et tunc.]Item primò describit culpam.Secundò dicit se non annũtiare doctrinam nouam,ibi [Nonne.] Item primò ostẽdit culpam.Secundò eius signum,ibi[Ita vt,&c.]Duplex est autem eius culpa.s.cõtrarietas ad deum.Vnde dicit(Qui aduersatur)omnibus spiritibus bonis.Iob 15, Cucurrit aduersus deum erecto collo & pingui ceruice,armatus est,sicut & membra eius.Esa.2,Lingua eorũ & adinuentiones eorum contra dominũ,vt prouocarent oculos maiestatis eius.Secunda est,quia præfert se Christo,ideo dicit(extollitur &c.)Dicitur autẽ deus tripliciter.primò naturaliter.Deut.6,Audi Israel dominus deus tuus,deus vnus est.Secũdò opinatiuè.Psal.Omnes dii gentium dæmonia. Tertiò participatiuè.Psal. Ego dixi,dii estis.Omnibus autem his se præferet Antichristus.Dan.11,Eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem deum,& aduersus deũ deorum loquetur magnifica.Signum autem culpæ est,cùm dicit,(Ita vt in tẽplo,&c.)Superbia enim Antichristi maior est superbia omniũ præcedẽtium.Vnde sicut de Cayo Cæsare legitur. Quòd cùm in vita ista adhuc esset,coli voluit,statuã suã ponens in quolibet tẽplo,& Eze.28,De rege Tyri dicitur,Dixisti quia deus ego sum &c.Ita credibile est quòd sic eis faciet Antichristus,dicens se deum esse & hominem.Et in huius signum sedebit in tẽplo. Sed in quo tẽplo? Nõne est destructum à Romanis? Et ideo dicunt quidam q; Antichristus est de tribu Dan,cuius tribus inter alias duodecim nõ nominatur.Apo.7,Et ideo Iudæi primò eũ recipiẽt,& reædificabunt tẽplum in Hierusalẽ,& sic implebitur illud Dan.9,Erit in templo abominatio & idolũ.Mat.24,Cùm verò videritis abominationẽ desolationis,quæ dicta est à Daniele propheta, stantẽ in loco sancto,qui legit intelligat.Quidã verò dicũt q; nunquã Hierusalẽ,nec tẽplum reædificabitur,sed vsq; ad cõsummationem & finẽ perseuerabit desolatio. Et hoc etiã aliqui Iudæi credũt:ideo exponitur in tẽplo dei.i.in ecclesia,quia multi de ecclesia eum recipient.Vel secundũ.Aug.in tẽplo dei sedeat.i.principetur & dominetur, tanquam ipse eũ suis nuntiis sit templum dei,sicut Christus est cum suis. ¶ Deinde cùm dicit, [Non retinetis.]ostendit q; nihil noui scribet.q.d.Olim cũ essem apud vos,dixi hoc.1.Ioan.2 Non mãdatum nouũ scribo vobis,sed mandatum vetus quod habuistis ab initio.2,Corinth.10,Quales sumus verbo per epistolas absentes,tales & præsentes in facto,&c. Lectio 2.

Causa dilationis aduẽtus antichristi.

Et nunc quid detineat, scitis,ut reueletur in suo tẽpore.Nam mysteriũ iam operatur iniquitatis:tantùm ut qui tenet nunc teneat,donec de medio fiat.Et tunc reuelabitur ille iniquus,quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.Et destruet illustratione aduentus sui eum cuius est aduentus secundum operationem sathanæ in omni uirtute, & signis, & prodigiis mendatibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt.

Assignatur ipsius aduẽtus manifestatio et pœnacũ potẽtia & sedu ctiõe reprobo rum.

¶ Superius Apost. prænũtians narrauit aduẽtum & culpã Antichristi:hîc ostẽdit causam dilationis.Et primò ostẽdit eos habere huius scietię causam.Secũdò causam illã obscurè proponit,ibi[Nã mysteriũ.]Dicit ergo,Dico,q; oportet reuelari hominẽ peccati.[Et quid nũc detineat].i.quæ sit causa q; tardet[scitis]quia ego dixi vobis,itaq; sic ad præsens detinet[vt suo tẽpore,].i.cõgruo tẽpore[reueletur.]Eccle.8,Omni negotio tẽpus & opportunitas est.Et ibidem 3,Omnia fecit deus bona in tẽpore,&c. ¶ Deinde cũ dicit [Nã mysterium,&c.]causam eius ponit.Et hæc litera multipliciter exponitur:quia hoc mysteriũ potest esse nominatiui casus,vel accusatiui.Si primo modo est sensus: Dico & suo tempore,quia etiam iam mysterium.i. figuraliter occultatũ operatur in fictis,qui videntur boni,& tamen sunt mali.Et hi operãtur officium Antichristi.2.Tim.3,Habentes speciem pietatis,virtutem autẽ eius abnegantes.Sed secũdo modo est sensus.Nã diabolus in cuius potestate veniet Antichristus,iam incipit operari occultè iniquitatem suã,per tyrãnos & seductores:quia persecutiones ecclesiæ huius temporis sunt figuræ illius vltimæ persecutionis cõtra omnes bonos,& sunt sicut imperfectæ comparãdo ad illã.[Tãtùm vt qui tenet,&c.]Hoc exponitur multipliciter. Vno modo secũdum glo.& Aug.20.de ciu.dei.qui dicunt q; quidã opinati sunt Neronem,qui primò persecutus est Christianos,esse Antichristũ,& q; non fuerat occisus,sed subtractus, & quãdoq; restituẽdus.Vnde Apost.hoc euacuans,dicit[Tantũ vt qui tenet nunc]Romanum imperiũ[teneat donec de med.fi.]i.donec moriatur.Sed hoc modo non est cõueniens:quia multi anni sunt q; Nero mortuus est,illo.s. anno quo Apostolus:sed melius est q; referatur ad Neronẽ,prout est persona publica Romani imperii,donec de medio fiat.i.tollatur Romanũ imperiũ de hoc mũdo.Esa.23,Dominus exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret superbiã omnis glorię,& ad ignominiam,&c.Vel aliter,Tãtùm vt qui tenet.i.detinet modo aduẽtum Antichristi,teneat ne veniat:quasi sit necessarium quòd adhuc aliqui veniant ad fidem, & aliqui recedant.q.d. Vt discessus & accessus qui nunc tenet donec veniat,teneat donec tollatur ille obscenus.Vel sic,Tãtùm qui nũc tenet fidem,teneat,id est,firmus sit in ea.Apoc. 2,Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Donec de medio fiat.i.congregatio malorum permixta,separetur & fiat seorsum, quod erit in persecutione Antichristi.Vel,Tantùm dic,& c.id est,vt mysterium iniquitatis,id est,iniquitas mystica quæ detinet,detineat donec fiat de medio,id est,donec iniquitas reducatur in publicum:& fiat quasi aliquid existens in publico de medio.Multi enim modò occultè peccant, sed tamen quandoque fiet in aperto:quia deus sustinet peccatores quãdiu sunt occulti,donec publicè peccent,& tunc non sustinebit,vt patet de Sodomitis.Gen. 19.Sed tamen Aug.confitetur se nescire quid Apostolus illis loquitur,qui iam sciebant.Vnde dicit [Quid nũc detineat, scitis.] Et præterea hoc nõ erat multũ necessariũ ad sciẽdum. ¶ Deinde cùm dicit [Et tunc, &c.]ponitur aduentus iniqui,& pœna eius.Primò manifestatio:secundò eius pœna.Quãtum ad primũ,dicit,Ille singulariter iniquus reuelabitur,quia manifesta erit eius culpa.[Quẽ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.] Esa.11,Zelus domini exercituũ faciet hoc.i.zelus iustitiæ, qui est amor.Spiritus enim Christi est amor Christi,& hic zelus est spiritus sancti quem habet ad ecclesiam.Vel spiritu oris sui,id est, mandato suo : quia Michael interfecturus est eum in mõte Olueti: vnde Christus ascendit: sic & Iulianus manu diuina extinctus est.Et hæc est pœna præsens,licet futura etiam æternaliter punietur,quia[destruet illustratione,&c.]id est in aduentu suo omnia illustrante.1.Cor.4,Illuminabit abscondita tenebrarum,&c.& destruet,inquam,æterna.s.damnatione.Psal.Destrues illos,&c.Et dicit illustratione,quia ipse visus est ecclesiam obtenebrare, & tenebræ expelluntur illustratione,quia quicquid Antichristus ostenderit, ostendetur fuisse mendacium. ¶ Deinde cùm dicit [Eum cuius est aduentus.] Prædicit potestatẽ Antichristi.Et circa hoc duo facit,quia

primò ponit potestatem eius ad seducendum. Secundò huius causam ex domini iustitia, ibi[Eo ꝙ charitatem.]Iterum prima in tres: quia primò ponit actorem huius potestatis. Secundò modũ seducẽdi. Tertiò ostendit seducendos. Actor huius potestatis est diabolus:& ideo destruet eum Christus. 1.Io.3, In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Et ideo dicit ꝙ[aduentus antichristi erit secũdum operationem sathanæ].i. ex instinctu eius. Apoc.20, Soluetur sathanas de carcere suo,& exibit & seducet gentes,&c. Operatur enim aliquid secũdum operationem Sathanæ ,sicut arrepticius, in quo nõ solùm instigat volũtatem, sed etiam impedit vsum rationis: quod tamen nõ imputatur ad culpã eius, quia non habet vsum liberi arbitrii. Antichristus autem nõ sic: sed habebit vsum liberi arbitrii, in quo est diabolus suggerẽs, sicut dicitur de Iuda Ioã.3, Introiuit in eum sathanas. s. instigando. Decipiet autẽ hoc modo, primò per potẽtiam secularẽ. Secũdò per virtutem miraculorũ. Quãtum ad primum, dicit[In omni virtute].s. seculari. Dan.11, Dominabitur thesauris auri & argenti,& in omnibus pretiosis Aegypti. Vel virtute. s. simulata. Quãtum autem ad secũdum, dicit[In signis,&c.]Signa sunt quædã mira etiã parua. Prodigia verò magna, quæ aliquem prodigiosum ostendũt, quasi procul à digito. Apo.13, Fecit signa magna, vt & ignẽ faceret descẽdere de cælo,&c. Mat.24, Dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Et dicit [Mẽdacibus.]Miraculũ mendax dicitur, vel quia deficit à vera ratione facti, vel à vera ratione miraculi, vel à debito fine miraculi. Primum fit in præstigiis, quãdo per dæmones illuduntur aspectus: vt aliud videatur quàm est: sicut Simon magus fecit decollari arietem,& postea ostensus est viuus & homo decollatus est:& postea homo qui credebatur decollatus, ostensus est viuus, & creditus est resuscitatus. Et hoc faciunt homines cõmutando fantasmata & decipiendo. Secundo modo illa dicũtur miracula impropriè, quæ plena sunt admiratione, quãdo effectus videtur & ignoratur causa. Quæ ergo habẽt causam occultã alicui,& non simpliciter, dicũtur quidem mira,& non miracula simpliciter. Sed quæ simpliciter causam occultã habent, sunt propriè miracula, quorum est ipse deus gloriosus, quia totũ ordinem naturæ creatæ trãscendunt. Aliquãdo verò fiunt aliqua mira, sed non præter ordinem naturæ, sed occultas causas habent:& hæc multò magis faciunt dæmones, qui virtutes naturę sciũt,& qui habent determinatas efficacias ad speciales effectus,& hæc faciet antichristus: sed nõ qui habent veram rationem miraculi, quia non possunt in illa quæ sunt supra naturam. Tertiò modo dicuntur miracula secundum quòd sunt ordinata ad attestãdum veritati fidei, ad reducendum fideles in deum. Mar.vlt. Domino cooperãte & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed si alicui adest gratia miraculorum, & nõ vtatur eis ad hoc, miracula quidem sunt vera quoad rationem rei factæ,& quoad rationem miraculi: sed sunt falsa quãtum ad finem debitũ,& intentionem dei. Sed tamen hoc non erit in antichristo, quia nullus contra fidem facit vera miracula, quia deus non est testis falsitatis. Vnde aliquis prędicãs falsam doctrinã non potest facere miracula, licet aliquis habens malã vitam posset. ¶ Deinde ostẽdit seducẽdos, cũ dicit[His qui pereũt].i. in præscitis ad perditionem. Io.17, Nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Et hoc ideo, quia Io.10, Oues meæ vocem meam audiunt. Lectio 3.

Ponitur causa cur reprobabũtur & seducẽtur ab antichristo, et quo decipiẽtur, & pœna eorũ, simul agendo gratias pro electis qui nõ decipiẽtur, quorũ duo beneficia commemorantur. Electio & vocatio et monẽtur tenere veritatẽ ꝑ quã tenẽda orat

EO quòd charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à deo, quòd elegerit nos deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide ueritatis: in quam & uocauit uos per euãgelium nostrum in acquisitione gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternã & spem bonam in gratia: exhortetur corda uestra & confirmet in omni opere & sermone bono.

¶ Postquam ostẽdit in quibus habet locum deceptio antichristi. s. in præscitis ad dãnationem: hìc assignat causam prædictorum. Et primò ostendit causam huius,& quomodo decipientur: Secundò quomodo fideles ab eo liberẽtur, ibi[Nos autẽ.]Item primò ponit eorum culpã tantùm. Secundò pœnã cum culpa. Tertiò pœnam tãtùm. Et est hìc processus peccati. Primò enim quis ex demerito primi peccati deseritur à gratia:& cadit in aliud peccatum,& pòst inæternum punitur. Dicit ergo ꝙ causa quare decipiẽtur, est, quia noluerunt recipere charitatis veritatem. i. veritatem euãgelii. Ioan.8, Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Iob 24, Ipsi fuerunt rebelles lumini. Et dicit charitatem veritatis: quia nisi sit formata fides per charitatem, nihil est. 1.Cor.13, Si habuero fidẽ ita vt montes trãsferam, charitatẽ autem nõ habuero, nihil sum,&c. Gal.vlt. In Christo Iesu neq; circuncisio, neq; preputium aliquid valet, sed noua creatura. Et subdit, vtilitatem veritatis, dicens[Vt salui fierent.] Ro.5, Iustificati ex fide pacem habeamus ad deum per dominũ,&c. Sed culpa & pœna est eorũ seductio. Vnde dicit[Mittet].i. permittet illis venire operationem erroris. Esa. 19, Miscuit dominus in medio eius spiritũ vertiginis. 3.Reg.vl. Ero spiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius. Et ideo dicit [Vt credant mendacio] .i. falsæ doctrinæ antichristi. Ro.2, Propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciãt ea quæ non cõueniunt, sed pœna tantùm, est æterna dãnatio. Vnde subdit[Vt iudicentur].s. iudicio dãnationis. Ioa.5, Et procedent qui mala fecerunt in resurrectionem iudicii,&c.[Omnes qui crediderunt veritati.] Io.3, Qui nõ credit, iam iudicatus est. ¶ Deinde cùm dicit[Nos autem.]ostendit quare fideles Christi liberentur. Et primò agit gratias pro eis. Secũdò cõmemorat diuina beneficia, quibus à talibus liberãtur. Dicit ergo sic, Illi decipientur, sed[nos debemus gratias agere.] Ro.1, Primũ quidem gratias ago deo meo semper pro vobis per dominũ,&c. Duplex autẽ ponit dei beneficiũ. s. electionem dei quæ est æterna,& vocationẽ quæ est temporalis, ibi[In qua & vocauit nos.]Dicit ergo[ꝙ, pro quia, elegit nos].s. apostolos,& vos. s. fideles. Ephe.1, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti,&c. Ioan.15, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. ¶ Circa electionem tria tangit. s. ordinem electorum, finem electionis,& medium consequendi finem. Electi sunt omnes sancti à principio mundi. Deut.33, Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Sed apostoli specialiter sunt primitiæ. Ro.8, Nosipsi primitias spiritus habẽtes,&c. Et ideo dicit [Primitias fidei.] Finis item electionis est salus æterna: & ideo dicit[In salutẽ.]1. Tim.2, Omnes homines vult saluos fieri,&c. Hoc autẽ fit primò ex parte dei per gratiam sanctificãtem. Vnde dicit[In sanctificatione spiritus.] Secundò ex parte nostra est consensus liberi

arbitrii per fidem. Ideo subdit[Et in fide veritatis.] ¶ Deinde cùm dicit[In quam vos vocauit,&c.]ponit secũdum beneficium, quod est vocatio temporalis Christi, quæ sequitur electionem. Ro.8, Quos vocauit, hos & iustificauit,&c. Et de hac vocatione nota parabolã. Luc.14, De eo qui fecit cœnam magnam,&c. Et addit[Per euãgelium nostrum].i. à me prædicatum. Sed ad quam cœnam? [In acquisitione gloriæ].i. vt acquiramus Christi gloriam. ¶ Deinde cùm dicit[Itaq;,&c.]Monet tenere veritatem:& primò ponit monitionem: secundò orationem, ibi [Ipse autem dominus,&c.] Et facit primũ, quia opus nostrum dependet à libero arbitrio. Secundũ verò, quia indiget auxilio gratiæ. Et primò monet ad stãdum, cùm dicit [State in veritate.]Gal.5, State,& nolite iterum iugo seruitutis contineri. Secũdò docet modum standi, ibi[Et tenete traditiones].i. documenta quæ à majoribus traduntur. Nam documenta quæ tradũtur à minoribus, quãdoq; non sunt seruãda, quando. s. contrariãtur documentis fidei. Mat.15, Irritum feciſtis mãdatum dei, propter traditionem vestrã. Sed seruanda sunt quæ ordinãtur ad mãdata dei. [Quas didicistis.]Act.16, Paulus docebat vt tenerent traditiones & documenta quæ erant decreta ab apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis,&c. Et has traditiones dupliciter ediderũt: quasdam verbis, vnde dicit [Per sermonem.]Quasdã in scripturis: ideo addit [Siue per epistolam.]Vnde patet ꝙ multa in ecclesia non scripta, sunt ab apostolis docta,& ideo seruanda. Nam multa secũdum iudicium apostolorum melius erat, vt occultarentur, vt dicit Dionysius. Vnde Apostolus 1.Cor.10. dicit, Cætera cùm venero, disponam. ¶ Deinde ponit orationem, ibi[Ipse autem dominus noster Iesus Christus,&c.]q.d. Sic moneo, sed nihil valet nisi adsit diuinum auxilium. Et ideo ponit primò duplex dei beneficium. Primũ est amor eius ad nos, quo alia nobis impẽdit: ideo dicit[Dilexit nos.]Secundum est spiritualis consolatio, ibi[Et dedit cõsolationem æternam.]2.Cor.1, Qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Esa.40, Consolamini, consolamini populo meus, dicit dominus deus vester,&c. Et dicit consolationem æternam. s. contra omnia mala imminentia,& futura. Et ideo expectamus spem bonam. i. bonorum æternorum infallibilitatem. 1. Petr.1, Qui secundum magnam misericordiã suam regenerauit nos in spem viuã. Et hoc [In gratia].s. per quam speramus consequi vitam æternam. Ro.6, Gratia dei vita æterna. ¶ Petit autem pro eis exhortationem, quæ est monitio ducens animũ ad volendum. Et hãc potest facere homo exterius: sed non esset efficax, nisi esset interius spiritus dei. Vnde dicit [Exhortetur corda vestra].i. instiget. Osee 2, Ducam eam in solitudinem,& loquar ad cor eius. Item petit confirmationem. Vnde dicit[Et confirmet.]Psa. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. q.d. Exhortetur per gratiam vt velimus,& cõfirmet vt efficaciter velimus. At hoc [in omni opere bono & sermone.] Præcedit opus sermonem, quia cœpit Iesus facere & docere. Act.1.

Caput 3.

Monẽtur fideles orare ꝑ Apostolo, vt augeatur euangelij ꝓdicatio nec impediatur à falsis apostolis ponitur fiducia quã habet Apostolus de Thessa. & pro ipsis orat, docetq; ac monet vitãdos malos: & suo exẽplo iducit ad laborãdũ manibus ꝑ vita.

DE cætero fratres orate pro nobis, ut sermo dei currat, & clarificetur, sicut & apud uos: Et ut liberemur ab importunis malis hominibus: nõ enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit uos & custodiet à malo. Confidimus autem de uobis fratres in domino, quoniam quæcũque præcepimus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda uestra in charitate dei, & patientia Christi. Denuntiamus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè, & nõ secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quem admodum oporteat imitari nos: quoniam nõ inquieti fuimus inter uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte ac die operantes, ne quem uestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitandum nos.

¶ Suprà instruxit eos de futuris in nouissimis: hìc instruit eos de quibusdam quæ particulariter eis agenda erant. Vbi primò ponitur instructio. Secundò epistolæ cõclusio, ibi[Ipse autẽ deus pacis.]Item primò monet qualiter se habeant ad ipsum. Secundò ostendit quid de eis confidat ipse, ibi[Fidelis autem deus.]Tertiò quomodo se habeant ad alios qui inordinatè ambulant, ibi[Denũtiamus autem vobis.]Circa primum primò ponit orationem. Secundò quid in oratione est petendum, ibi[Vt sermo.]Dicit ergo[De cætero].s. quia estis sufficienter instructi[Orate pro nobis.] Ro.15, Obsecro igitur vos fratres per dominum nostrũ Iesum Christũ,& per charitatẽ spiritussancti, vt adiuuetis me orationibus vestris pro me ad deum. Et hoc est debitum: quia curati habent curam vtilitatis gregis. Heb.13, Mementote præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei,&c. Secundò ostendit quid petendum est, vt. s. tollãtur impedimenta prędicationis. Et ideo dicit[Vt sermo dei currat] quia non potest totaliter impediri, sed retardari. Ideo dicit, Currat. Col.4, Orantes simul etiam pro nobis, vt dominus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Item vt clarificetur. s. per claram & lucidam expositionem apud rudes & sapientes, sicut & apud vos. Rom.1, Sapientibus & insipiẽtibus debitor sum. Prou.14, Doctrina prudẽtium facilis. Item per miracula quæ sunt demõstrationes fidei. Est enim omnis sciẽtia clara per demõstrationes,& hoc est orãdũ. Act.4, Da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbũ tuum,&c. Item secundò orãdum est pro prædicatoribus, vt liberentur ab importunis & malis hominibus. s. pseudoapostolis, qui sunt importuni in disputãdo, mali in seducendo. Vel à persecutoribus qui cogitauerũt iniquitatem in corde. Et ratio petitionis est, quia, omnium non est fides, quia licet videãtur habere eam, non tamen habent veram. Esa.53, Domine quis credidit auditui nostro. Ro.10, Non omnes obediunt euãgelio. ¶ Deinde cùm dicit [Fidelis,&c.]ponit fiduciã quam habet de eis. Et primò facit hoc. Secundò orat pro eis, ibi[Dominus autem,&c.] Fiducia autem pendet ex deo, qui gratiam dat,& ex hominibus qui sunt liberi abitrii, vt dirigãtur in gratia: dicit primò ex parte dei, Confido ꝙ orabitis & exaudiemini, quia fidelis est dominus qui confirmabit in bonis, quæ in vobis est operatus. 1.Pet.vlt. Perficiet, confirmabit, consolidabítque, &c. Et custodiet à malo culpæ,& pœnæ. Si tamen in mala pœnæ incidant, est eis in bonum, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, vt dicitur Ro.8. Secundò ex parte eorum dicit [Confidimus autem de vobis fratres].s. ex gratia quam accepistis, sed in domino, non in virtute vestra. Heb.6, Cõfidimus autem de vobis dilectissimi, meliora & viciniora salutis,&c.[Quoniam quæcunq; præcipimus,&c.]i. quoniam perseuerabitis. Exo.24, Omnia verba quę locutus est dominus faciemus ¶ Deinde cùm dicit[Dominus &c.] pro eis orat, dicẽs,[Dominus au

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem dirigat].ſ.vt perueniatis.Eſt autem hominis animum præparare,& domini linguam gubernare,vt dicitur Prou.16.Et paulò póſt,Cor hominis diſponit viam ſuã,ſed domini eſt dirigere greſſus eius.ſ. ad deſtinatum brauiũ.Et ideo dicit,Dirigat corda noſtra,nõ ſolùm exteriora opera,& hoc in charitate. Duo autẽ ſunt per quæ in via ſalutis incedimus.ſ.bona quæ facimus,& mala quæ ſuſtinemus. Sed opera nõ ſunt bona,niſi directa in finem charitatis.1.Tim.1,Finis præcepti eſt charitas,&c.Item nec patientia,niſi per Chriſtum.Luc.21,In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras.Mat.5,Beati eritis cùm maledixerint vobis homines,&c.Et ideo dicit [Et patientia Chriſti],i.tolerantia malorũ propter Chriſtum vel ad exẽplum eius. 1.Pet.2, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplum,&c. ¶Deinde cùm dicit [Denũtiamus, &c.]oſtendit quomodo ſe habeant ad homines inordinatos.Et primò proponit edictum.Secũdò exponit ibi[Ipſi enim,&c.]Tertiò oſtendit neceſsitatem edicti proponẽdi,ibi[Audiuimus]Dicit ergo,Sic vos viuitis,& ſic confido.Sed quia ſunt quidam mali inter vos[Denũtiamus,&c.]ſ.perfectis.(In nomine,&c.)Hoc enim ad prælatum pertinet.Eſa.58,Annuntia populo meo ſcelera eorum,& domui Iuda peccata eorũ,&c. Ezech.3,Sanguinem illius de manu tua requiram.Et ſequitur edictum, dicens (Vt ſubtrahatis,&c.) Ex hoc introductum eſt in eccleſia,q̃ mali vitentur,& hoc ne infirmiores ex eorum conſortio maculentur. Eccle. 13,Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.1.Cor.5,Modicum fermẽtum totã maſſam corrumpit. Item ad ſanationem peccãtis,vt confuſio cedat ei in ſalutem.Eccle.4,Eſt confuſio adducens peccatum,& eſt cõfuſio adducens gloriam.Nec hoc debet fieri paſsim,ſed cum deliberatione & maturitate.1.Cor.5,Congregatis vobis & meo ſpiritu cum virtute domini Ieſu tradere huiuſmodi hominem ſathanæ in interitũ, &c. Et ſic hîc dicitur,Vt ſubtrahatis,&c. Nec debet fieri excõmunicatio, niſi pro aliquo peccato:quia hîc dicitur, Inordinatè,&c. Et hoc eſt quãdo aliquid eſt ſecũdum ſe malũ,& cõtra ordinem iuris naturalis, vt gloſa exponit.1.Cor.14,Vt omnia honeſtè & ſecũdum ordinem fiant in vobis.Rom.13,Omnia quæ ſunt,à deo ordinata ſunt.Vel quia eſt prohibitum, & cõtra doctrinã eccleſiæ.Vnde dicit (Et non ſecũdum traditionem, &c.)Suprà ſecundo huius,Tenete traditiones quas didiciſtis,ſiue per ſermonem,ſiue per epiſtolã noſtram. ¶Deinde cùm dicit(Ipſi enim,&c.)exponit quãtum ad vltimum quod dixerat.ſ.ſecundum traditiones,oſtendens quæ ſit traditio hæc:& quomodo acceperunt ab ipſo.Eſt autem hæc traditio,vt non eſſent otioſi, vel curioſi.Et primò oſtendit quomodo acceperunt verbo. Secundò quomodo exemplo.Item primò oſtẽdit q̃ vitauit inquietudinem.Secundò quomodo.Tertiò aſsignat cauſam.Dicit ergo [Traditionem quam acceperunt,ſcitis,&c.]quia prælati ſunt imitãdi non in omnibus:ſed in his quæ ſunt regula Chriſti.1.Cor. 4.& 11,Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti.Et in quo? [Quoniam non inquieti fuimus inter vos.] Erant enim Theſſalonicenſes valde liberales.1.Theſſal.4,De charitate fraternitatis non neceſſẽ habemus ſcribere vobis,ipſi enim didiciſtis,&c.Et hac ratione pauperes otioſẽ viuebant, & ex otio dabant ſe operibus indebitis,nec pertinẽtibus ad eos. Et hoc erat inquietudo.Et ideo dicit [Quoniam non inquieti,&c.] 1. Theſſal.4,Operã detis,vt quieti ſitis,&c.Item[Neq; gratis panem manducauimus,&c.]quia operibus manuũ operabatur.Act.20.dicitur,Ipſi ſcitis quoniã ad ea quæ mihi opus erant,& his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.Et prou.vlt.Panem otioſa nõ comedit.Num.16,Tu ſcis, quia nec aſſellũ quidem vnq̃ acceperim ab eis,&c.[Sed in labore & fatigatione.]Non parum,ſed[nocte & die].i.continuè,quia aliquando oportebat eum prędicare & docere:& reſiduũ ponebat in labore.[Ne quem veſtrũ grauaremus.] 2.Cor.12,Quid eſt quod præ cæteris minus habuiſtis,niſi q̃ non grauaui vos? ¶Deinde cùm dicit [Non quaſi,&c.] aſsignat cauſam ſui operis manualis.Vbi excludit primò cauſam falſam. Secundò ponit veram. Falſa quidem cauſa eſſet ſi quis diceret q̃ ei nõ liceret accipere ab eis ſumptus . Et ideo dicit [Nõ quaſi nõ ha.] immo habuimus poteſtatem viuendi de ſumptibus fidelium.1.Cor.9,Qui altario deſeruiunt, cum altari participant.Mat.10,Dignus eſt operarius cibo ſuo.1.Corin.9,Sic & dominus ordinauit his qui euãgelium annũtiant,de euãgelio viuere.Et ſic ex euangelio ſunt duo genera hominum poteſtatẽ habẽtium viuere ex alioũ ſumptibus,qui.ſ.altari deſeruiunt.,vt prædicatores. ¶Deinde cùm dicit[Sed vt nos &c.]Ponit veram cauſam.Nam duplicem cauſam inuenimus quare Apoſt.manibus laborauit.Vna apud Corinthios. Alia hîc.Illi enim erant auari & grauiter tuliſſent,ſicut ibi dicitur.Cauſa autem quare laborauit hîc fuit,horum otium.Et ideo dicit [Vt nos formam daremus,&c.] .ſ.laborandi.1.Tim.4, Exẽplum eſto fidelium in verbo,in cõuerſatione,in charitate,in fide,in caſtitate.1.Pet.5,Forma facti gregis. Alia cauſa ponitur in gloſa.1.Cor.4.ſ.quando non inuenimus qui det nobis,& tunc laborabat. Quarta cauſa erat,vt ſicut monachi Aegypti non eſſent otioſi.Eccle.33,Multam malitiã docuit otioſitas.Vnde qui non habent exercitium officii vel ſtudii,vel lectionis,periculoſè viuunt otioſi.

Oſtẽdit Paulus q̃ cũ eſſet præſens apud Theſſ. vbi docuit qđ ſcripto nũc monet & cõtinuat ſua mmonitionẽ, et ſic optãdo eis bona,et ſignãdo ſolito ſigno totam claudit epiſtolam.

Lectio 2.

NAm cùm eſſemus apud uos,hoc denuntiabamus uobis,quoniam ſi quis non uult operari,nec manducet. Audiuimus enim inter uos quoſdam ambulantes inquietè,nihil operantes, ſed curioſè agentes. His autem qui eiuſmodi ſunt, denuntiamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto , ut cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent . Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd ſi quis non obedierit uerbo noſtro per epiſtolam,hunc notate: & non cõmiſceamini cum illo,ut confundatur. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. Ipſe autẽ deus pacis det uobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus uobis. Salutatio,mea manu Pauli,quod eſt ſignum in omni epiſtola:ita ſcribo. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum omnibus uobis. Amen.

¶Suprà oſtendit Apoſtolus quid eis ſuo exemplo tradidit,vt.ſ.nõ eſſent inquieti,ſed vt operarentur: hîc oſtendit quomodo hoc præſens verbis & factis tradidit.Vnde dicit[Cùm eſſemus] .q.d.Vt formã daremus vobis,fecimus quod docuimus:quia[hoc denuntiabamus,quoniã ſi quis,&c]Hæc verba ſicut dicit Glo.& Aug. in lib. de operibus monachorum quidam peruertebant q̃ non ſit licitum ſeruis dei manibus operari,propter hoc quod dicitur.Mat.6,Nolite ſoliciti eſſe &c.Nam dicunt hanc operationem pertinere ad ſolicitudinem victus.Et propter hoc iſtud referebãt ad ſpiritualia opera. Quaſi dicat,Si quis non vult facere opera meritoria & ſpiritualia,non eſt dignus manducare.Sed hoc eſt contra intentionem Apoſtoli, qui dicit[Denuntiabamus]nos ſic feciſſe.ſ.in labore & fatigatione.Sed quid eſt,quoniam ſi quis nõ vult &c.Eſt ne hoc conſilium vel præceptum?Et videtur eſſe præceptum,quia infrà dicitur,Si quis nõ obedierit verbo

noſtro,&c:Ergo omnes tenentur manibus operari.Qui igitur non operatur manibus,ſed ſtat otioſus,peccat mortaliter.Reſpondeo:dicẽdum eſt q̃ eſt præceptum,ſed aliquid præcipitur dupliciter, ſimpliciter,vel ſub conditione.Simpliciter præcipitur quod per ſe eſt neceſſarium ad ſalutẽ: & hæc ſunt opera virtutum. Sub conditione verò,vt quando talis eſt caſus quo ſine opere manuali præceptum ſeruari non poteſt.Præcipitur autem homini quòd corpus ſuum ſuſtentet, aliàs enim eſt homicida ſuiipſius.Geneſis ſecundo, De omni ligno paradiſi comede, & cætera. Ex præcepto ergo tenetur homo corpus ſuum nutrire, & ſimiliter ad omnia,ſine quibus corpus non poteſt viuere,tenemur.Vnde quicunque non habet aliàs vnde corpus ſuſtentet licitè,vel poſſeſsione,vel licito negotio,tenetur laborare,ne furetur.Epheſio.4,Qui furabatur,iam non furetur,magis autem laboret operando manibus ſuis,&c. Eſt ergo præceptum, quando aliter non poteſt licitè viuere.Vnde dicit, Si quis non vult operari,nec manducet. Eſt ergo alterum duorũ neceſſarium, vt homo poſsit manducare,ſcilicet vel quòd habeat poſſeſsionem,vel quòd licitè procuret.Pſalm.Labores manuum tuarum,quia manducabis,& cætera.primæ Theſſalonicen.quarto, Operamini manibus veſtris,ſicut præcepimus vobis,& cætera. ¶Deinde cùm dicit [Audiuimus,&c.] ponit neceſsitatem huius præcepti,quia Apoſtolus dicit hoc non tam ex officio docentis, quàm propter vitium gentis . Ideo primò ponit culpam quæ inducit neceſsitatem præcepti.Secundò adhibet remedium:ibi [His autem qui,&c.] Dicit ergo[Audiuimus,&c.]Quaſi dicat,Ideo non occulto hoc præceptum,quia audiuimus quoſdam,&c. Anima enim hominis ſemper oportet quòd circa aliquid occupetur,& ideo neceſſe eſt quòd otioſi inquietudinem patiantur circa illicita.1.Theſſalonicen.4, Operam detis,vt quieti ſitis,& cætera. Et addit [Sed curioſè agentes.] ſcilicet de negotiis aliorum. Prouerbio.vigeſimoprimo, Deſideria occidunt pigrum. ¶Deinde adhibet remedium,cùm dicit[His autem qui,&c.] Et primò ex parte peccãtium. Secundò ex parte aliorũ, ibi[Vos autem,&c.]Dicit ergo.]His qui ſunt huiuſmodi denuntiamus]ſeuerè,vt prælatus [& obſecramus charitatiuè,vt pater eorum[patrem ſuum]non alienum,ſed debitum ſibi,ſcilicet licitè acquiſitum [cum ſilentio]id eſt,ſine inquietudine non diſcurrendo.Eſa.30,Cultus iuſtitiæ,ſilentium.Ezec.33, Multam malitiam docuit otioſitas. ¶Deinde cùm dicit [Vos autem,& cætera.] ex parte aliorum non peccantium duplex adhibet remedium.Primò,ſcilicet,quòd non ceſſent benefaciendo: ſecundò quòd illos corripiant, ibi [Quòd ſi quis,&c.]Dicit ergo[Vos autem,&c]Quaſi dicat,Nolite deficere benefaciendo,licet otioſi abundantur.Galat.quinto,Bonum facientes,non deficiamus,& cætera.Et hoc neceſſarium eſt,etiam ſi operentur manibus,& non deeſſet illis aliquid, quia neceſſaria eſt aliis ſubuentio . ¶Deinde cùm dicit [Quòd ſi quis,& cætera.]innuit quòd corrigantur: & primò oſtendit quo ordine puniantur : ſecundò oſtendit effectum pœnæ,ibi[Vt confundãtur.]tertiò finem,ibi[Et nolite,&c.]In ordine verò primò ponit culpam:ſecundò eius manifeſtationem :tertiò eius punitionem. Culpa eſt inobedientia : & ideo dicit [Quòd ſi quis non obedierit.]1.Regum decimoquinto.Quaſi peccatum ariolãdi eſt repugnare,& quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. ¶Manifeſtatio & conuictio ponitur,cùm dicit [Hunc per epiſtolam notate.]id eſt,manifeſtate: ſed per veritatis inquiſitionem . Iob 29, Cauſam quam neſciebam,diligentiſsimè inueſtigabam. ¶Pœna eorum eſt ſententia excõmunicationis.Vnde dicit [Et non cõmiſceamini cum illo,&c.] 1.Cor.5, Cum huiuſmodi nec cibum ſumere. 2.Ioan. Nolite recipere eum in domum,nec,Aue, ei dixeritis.Hîc nota q̃ excommunicatio infligitur pro inobedientia:debet tamen eſſe conuictus.Vnde dicit,Si quis non obedierit,per epiſtolam veſtram,hunc notate,id eſt,ſignificate nobis, vt puniatur:& tamen vos interim ne cõmiſceamini cum illo,ſed effectus pœnæ eſt,vt confundatur,& ex hoc reſipiſcat. Eccleſiaſt. 4,Eſt confuſio adducens peccatum : & eſt confuſio adducens gloriam . Finis autem & intentio debet eſſe eius correctio, quam intendit charitas.Vnde dicit[Et nolite inuicem exiſtimare]quia non debet fieri ex liuore odii,ſed ex ſtudio charitatis. Quaſi dicat, Quòd ipſum vitatis,non fiat ex odio inimicitiæ.Matth.5, Diligite inimicos veſtros,benefacite his qui oderunt vos.Et ideo dicit[Sed corripite vt fratrem.]In quo oſtenditur charitas. Pſalm.Ecce quàm bonum,& quàm iucundum habitare fratres in vnum,& cætera. ¶Deinde cùm dicit[Ipſe autẽ,& cętera.]concludit epiſtolam.Et primò ponitur concluſio:ſecundò ſalutatio,quæ eſt quaſi epiſtolæ ſigillum,ibi[Salutatio,&c.]Iterum prima in duas,quia eis primò optat dona dei:ſecundò ipſum deum, ibi[Dominus ſit,& cætera.]Quantum ad primum,dicit[Ipſe,& cæt.] Deus dicitur eſſe pacis, quãtum ad duo.Pax enim conſiſtit in duobus,vt ſcilicet homo concordet ad ſeipſum,& ad alios.Et neutrum poteſt haberi ſufficienter niſi in deo:quia ſibi non concordat ad ſeipſum in ſeipſo,quando quod appetitur ſecũdum vnum, ſufficit quantum ad omnes,quod nihil poteſt eſſe præter deum. Pſalm. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Quæcunque enim alia præter deum, non ſufficiunt ad omnes: ſed deus ſufficit.Ioan.16,In me pacem habebitis,& cætera.Item homines nõ vniuntur inter ſe,niſi in eo quod eſt cõmune inter eos:& hoc eſt maximè deus.Et ideo dicit[Deus pacis det]non pacem temporalem,ſed ſempiternam,id eſt,ſpiritualẽ, quæ hîc incipit,& ibi perficitur.Pſalm. Qui poſuit fines tuos pacem, &c.Et hoc [in omni loco] & in toto mundo apud fideles.Quantum ad ſecundum,dicit[Dominus ſit cum omnibus vobis.]quia nihil aliud bene habetur,niſi ipſe per fidem & charitatem.[Salutatio mea.] hoc dicit propter infideles peruertentes epiſtolas eius. Galat. vltimo, Videte qualibus literis ſcripſi vobis manu mea,& cætera. [Quod eſt ſignum,& cætera.] Gratia gratuitum donum dei,quod gratos vos reddit deo, & cætera.Ioan.1, Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

De excommunicatione.

Explicit deuota & ſubtilis explanatio angelici doctoris ſancti Thomæ Aquinatis, ordinis fratrum prædicatorum , ſuper epiſtola ſecunda, & vltima glorioſi apoſtoli ſancti Pauli ad Theſſalonicenſes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit deuotissima postilla eiusdem sanctissimi Doctoris Thomae Aquinatis ordinis fratrum prædicatorum super primam epistolam eiusdem sanctissimi Pauli apostoli ad Timotheum.

PROLOGVS.

IN manu dei potestas terræ,& execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempore super illam.Eccle.10. Hæc verba materiæ huius epistolæ conueniunt. Prius enim instruxit ecclesiam in his quæ ad eius vnitatem pertinent. Hic instruit ipsos rectores ecclesiæ, qui sunt quasi principalia membra eius. Circa quod videda est ista instructio & vtilitas.Instructio est in deo,quia in manu dei,&c. Et hoc tripliciter,quia ab ipso exoritur.Rom.13,Non est potestas nisi à deo.Item ꝙ secundum deum debet regulari.Prou.8, Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Item quia secundum dei dispositionem, eorum potestas fundatur. Dan.2,Et ipse mutat tempora & ætates,transfert regna atq; constituit.Item vtilitas eorũ ostenditur, quia est ad cohibendã nequitiam hominum:quia execrabilis omnis iniquitas gentium.infrà primo,Iusto nõ est lex posita.Rectores legis tripliciter debẽt se habere ad mala.Primò vt ea corde odio habeãt.2.Maca.3,Animo odio habentes mala &c.Secundò vt prohibeant ea ne fiãt.Prou.20,Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malũ.Tertiò vt facta puniãt.Ro.13,Minister enim dei est vindex in iram ei qui malè agit.Quartò videnda est vtilitas,ibi [Vtilem rectorem &c.]Et ad tria est vtilis rector,quæ notãtur Eccle.49, Ioseph princeps fratrum,firmamẽtum gentis,rector fratrum,stabilimentum populi. Primò princeps fratrũ,vt gentẽ sustentet per potentiã.Esa.19, Et rex fortis dominabitur eorũ,&c.Rector fratrũ dirigẽdo per sapiẽtiam. Esa.32,Princeps ea quæ sunt digna principe cogitabit,&c.Eccl.10,In medio fratrum rector illorũ. Stabilimẽtum populi, vt cohibeat ab iniustis per iustitiam.Psa.Tu populũ humilem saluũ facies,& oculos superborũ humiliabis,&c.Et sic patet materia harum epistolarũ,quia est ad instructionem rectorũ populi fidelis,in quo quidã prẽferũtur in spiritualibus,sicut prælati ecclesiarũ,quos primò instruit.Quidã verò in temporalibus,quos secũdò monet.Et hoc in epistola ad Philem.Circa primũ tres sunt epistolę,secũdũ tria quę cõpetunt prælato:quorum primũ est,vt gubernet populũ. Secũdum vt pro populo subdito patiatur.Tertium vt malos coerceat.Primũ in prima ad Tim.Secundũ in secunda,vbi agit de martyrio.Tertium in epistola ad Titum,vbi agit ac docet quomodo vitet hæreticos,vt etiam patet in argumentis epistolarum.

Caput 1.

Salutatio.

PAulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu, spei nostræ Timotheo dilecto filio in fide: Gratia & misericordia, & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro.

¶Diuiditur hæc epistola in salutationem & epistolarem narrationem,ibi [Sicut rogaui.] Circa primum tria facit:quia primò ponitur persona salutans: secundò persona salutata:tertiò bona optata. Describit autem personam salutãtem, primò ex nomine [Paulus] quod conuenit authoritati propter duo.In apostolatu enim duo sunt.s.altitudo potestatis,ad quam exaltãtur humiles.1.Reg.13,Quum esses paruulus in oculis tuis,caput in tribubus Israel factus es.Et Paulus,dicitur modicus.Item claritas sapientiæ,& hanc dominus prebet paruulis.Mat.11,Reuelasti ea paruulis,&c.Secundò ex authoritate:quia [apostolus].i.missus.Io.20,Sicut misit me pater.1.Cor.9,Signaculũ apostolatus mei, vos estis in domino:tertiò ex origine huius authoritatis.Vnde dicit [Iesu Christi secundum imperium dei, &c.]Act.13,Segregate mihi Barnabã & Saulum in opus ad quod assumpsi eos.1.Reg.13, Quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suũ,&c.Ex quo patet ꝙ prælati ex necessitate præcepti tenẽtur ad ea quæ sunt proprii officii.1.Cor.9,Væ mihi enim est,si nõ euãgelizauero.[Et Christi Iesu spei nostræ]qui est spes nostra, vt ad eum veniamus.Phil.1,Desideriũ habens dissolui,& esse cum Christo,&c.Vel,spei nostræ,quia per ipsum speramus adipisci bona æterna.1.Pet.1,Regenerauit nos in spem viuam,&c.Ro.15, Per cõsolationem scripturarũ spem habeamus.¶Personam salutatã describit tripliciter. Primò ex nomine,cùm dicit [Timotheo]de quo Act.16.Item ex affectione,dicens[Dilecto.]Phil.2,Neminem habeo tam vnanimem,&c.Itẽ ex filiatione,dicens[Filio in fide].s.à se cõuerso.1.Cor.4, Misi ad vos Timotheũ filium meum charissimũ, & fidelem in domino,&c. ¶Tunc autẽ primò ponit bona optata: & deinde ostendit à quo sunt.Sciẽdum est ꝙ in aliis epistolis duo ponuntur:hîc tria,quia prælati pluribus indigent.Et ideo dicit [Gratia & misericordia.]primò sibi,& deinde aliis.Et sumitur hîc misericordia,pro remissione peccatorum,quia hæc est ex dei misericordia:gratia verò pro munere gratiarũ, quo indigẽt prælati.Vel gratia sicut in aliis pro gratia iustificãte:sed misericordia,pro munere diuino in spiritualibus charismatibus exaltante.Sap.4,Gratia dei & misericordia in sanctos eius,& respectus in electos illius.Et pax.s.tecũ,& per te aliis.Psal.Suscipiant mõtes pacem.Sed vnde? [A deo,]vt dent populo.Iac.1, Omne datum optimũ,& omne donũ perfectũ,desursum est,descendens à patre luminum. [Et Christo Iesu domino nostro].s. per quem maxima nobis & pretiosa promissa donauit.1.Petr.1.

Lectio 2.

Docet Paulus quid de

SIcut rogaui te,ut remaneres Epheſi,cùm irem in Macedoniam,ut denuntiares quibusdam,ne aliter docerent,neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis,quam ædificationem dei, quæ est

in fide. Finis præcepti est charitas de corde puro,& conscientia bona,& fide non ficta.

lege sit repudiãdũ vt pote fabulas et analogias interminatas et quid sequẽdũ, utpote charitatẽ, &c.

Vide hîc materiã epistolæ.

Error in prima ecclesia de obseruantia legalium cũ euangelio.

¶Hîc incipit epistolaris narratio.Et est hæc epistola quasi pastoralis regula, quã Apostolus tradit Timotheo instruens de omnibus quæ spectãt ad regimen prælatorum, & eo ordine quo debet esse intentio. Primò ergo instruit eum de spiritualibus ministrandis:secũdò de tẽporalibus,in.4.cap.ibi [Spiritus autẽ.]Itẽ ad prælatũ pertinet primò ꝙ doceat de forma fidei:ne fides subditorũ corrũpatur.Lu.22, Ego rogaui pro te,vt non deficiat fides tua,& tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos.Secundò vt instruat eos de pertinentibus ad cultũ dei,quod non potest esse,nisi fides sit recta.Ideo primò instruit de fide:secundò de cultu dei.2.ca.ibi[Obsecro igitur.]Tertiò agit de institutione officiorũ.in,3.ca.ibi [Fidelis sermo.]Sciẽdum est autem ꝙ in primitiua ecclesia error fuit periculosus quorũdam dicentiũ,legalia debere seruari simul cũ euãgelio,quod Apostolus excludit.Primò ostendens legis conditionẽ:secũdo probat per experimẽtum in seipso,ibi [Gratias ago]Circa primũ tria facit,quia primò ostẽdit quid de lege sit repudiãdum:secũdò quid in ea acceptandũ,ibi[Finis autẽ præcepti.]Tertiò cõcludit legis cõditionem,ibi[Scimus autẽ quia]Repudiandũ est autẽ in lege quod alii malè addiderũt, nõ quod à deo est datũ, nisi iam secũdum carnalẽ intellectum. Et primò docet falsas fabulas,& traditiones esse repudiandas:secundò rationẽ assignat,ibi[Quæ quæstiones.]Dicit ergo,Dico quòd debes facere[sicut rogaui te.]cùm tamen possem imperare.Eccle.32, Rectorẽ te posuerũt,noli extolli,esto in illis quasi vnus ex illis. [Vt denunciares quibusdã.]Vel aliter,Duo pertinẽt ad prælatũ,vt cohibeat docentes falsa.Et ideo dicit [Ne aliter doceret] Gal.1,Si quis vobis euãgelizauerit prẽter id quod accepistis,anathema sit.Deu.4,Nõ addetis ad verbũ quod ego loquor vobis,neq; auferetis ex eo:secundò,vt si contingat ꝙ aliqui falsa docerent,prohibeat populũ ne eis intendant.Vnde dicit[Neq; intenderent fabulis & gen.inter.]Fuerunt autem quidã hæretici,qui detestãtes vetus testamẽtum,exponebant quòd Apostolus ipsum repudiabat,deridendo historias eius,dicens,Fabulis & genealogiis interminatis,&c.Contra quod dicit Aug.ꝙ Apostolus vtitur historiis & genealogiis veteris testamenti.Gal.4,Abraham duos filios habuit,&c.Si ergo reprobaret,nõ eis vteretur.Dicit ergo,fabulas,nõ datã legem in scriptis, sed in ore.s.Thalmuth. nõ quæ Moyses ore tradidit,sed quæ alii addiderunt,vt sunt stultæ fabulæ.s.ꝙ Adã habuit aliam vxorem,ex qua dicunt natos dæmones.Mat.15, Irritũ fecistis mãdatum dei propter traditionem vestrã.2.Tim.4,Ad fabulas autem conuertẽtur.Ratio huius est,quia[præstant quæstiones].1.contentiones.2.Tim.2,Noli verbis contẽdere.Pro.20,Honor est homini qui se separat à contẽtionibus[magis q̃ ædificationem dei,quæ est in fide]quãdo.s.aliquis est cõfirmatus in veritate fidei,ad quod debet omnis doctrina tendere. ¶Deinde cùm dicit[Finis autem.]ostendit quid de lege sit tenendũ.Et circa hoc duo facit: quia primò ostendit hoc:secundò quod periculũ est his qui hoc non tenent,ibi[A quibusdã,&c.]Circa primũ sciẽdum est ꝙ lex vetus dicitur lex mãdatorum:quia mãdatis & præceptis continetur.Ephes.2, Legem mãdatorum,decretis euacuans. Illud ergo ad quod ordinantur omnia mãdata legis est præcipuè tenẽdum, hoc autem est charitas.Mat.22,Diliges deũ tuum ex toto corde tuo,&c.Et paulò pòst, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.Sed quomodo charitas est finis præcepti? Ad hoc sciẽdum,duo sunt consideranda.Primò ꝙ omnia præcepta legis sunt,de actibus virtutũ,& ꝙ per omnes actus virtutum ordinatur homo vnus ad aliũ.Secundò ꝙ obiectum vnius virtutis,est finis alterius: quia quãdocũq; vna potentia est circa aliquẽ finem,ad illã ordinãtur omnia quæ sunt eiusdẽ,sicut ad finem,sicut frenifactiua ad equestrem:quia officium equestris est eius finis,hæc autem ad ducem.Virtutes autem theologicæ vltimũ finem habent pro obiecto.Aliæ autem sunt circa ea quæ sunt ad finem.Virtutes ergo omnes respiciunt theologicas,sicut finem.Inter theologicas verò illa plus habet de ratione finis,quæ propinquius se habet ad vltimũ finem.Fides autem ostendit eum,spes facit tendere in eum,charitas vnit.Ergo omnes ordinãtur ad charitatem:& sic dicitur charitas finis præceptorum.Sed cùm ea quæ sunt ad finem,disponunt ad finem:præcepta autem sunt ad charitatem,ideo disponũt ad eam.Ideo dicit [De corde puro.] Ad hoc enim ꝙ cor sit purũ, dantur prẽcepta virtutum,quarũ quædã ordinãtur ad modum rectificandi passiones,quarum.s.virtutũ materiæ sunt passiones:sicut temperãtia quæ ordinat cõcupiscentiam:mãsuetudo iras:fortitudo timores & audacias.Per has autem passiones turbatur puritas cordis.Et ideo istæ virtutes faciũt cor purum.Sed nũquid hoc requiritur ad charitatẽ?Respondeo,Dicẽdum est ꝙ sic:quia impossibile est ꝙ cor impurũ sit prõptum ad charitatẽ,quia vnicuiq; est diligibile quod sibi est conforme.Cor impurũ diligit illud, quod cõpetit ei secundum passionem,ergo necesse est ꝙ sit expeditum à passionibus.Can.1, Recti diligunt te. Aliæ virtutes sunt quæ rectificant hominem ad proximũ:& ex hoc sequitur ꝙ habeat conscientiam bonã,quia nõ facit alteri quod sibi nõ vult fieri.Mat.7,Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciãt vobis homines,& vos facite illis. Et ideo quæ cõtra proximũ sunt,sunt contra cõscientiam.Vnde dicit [Et conscientia bona.] Qui ergo nõ habuerit conscientã bonam,nõ potest deum purè diligere,quia qui nõ habet cõscientiam bonã,timet pœnam.Timor autẽ non est in charitate,sed fugit deum,& nõ vnitur ei.Et ideo præcepta quę conscientiam rectificãt,bene disponũt ad charitatem. Aliæ sunt virtutes ad habendã veram fidem.s. virtutes quibus deum colimus.s.latria & huiusmodi quæ sunt ordinata ad remouendum errores,& ad confirmãdum in cordibus fidei firmitatem de deo.Qui enim nõ habẽt veram fidem, non possunt deum diligere:quia qui falsò credit de deo,iam nõ diligit deum.Non enim diligit,qui nõ credit:quia nõ figitur affectus,nisi in illo quod ostendit intellectus.Et ideo quæ faciunt fidem verã ordinãtur ad charitatẽ. Et ideo dicit [De corde puro.] qua faciunt hoc,Mat.5,Beati mundo corde,quoniam ipsi deum videbunt.[Et cõscientia bona.]2.Cor.1,Gloria nostra hæc est testimonium cõscientiæ nostræ.[Et de fide nõ ficta].i.vera. Et ideo virtutes & præcepta ordinãtur ad finem qui est charitas,quæ & sumitur secũdum ista tria,&c.

Lectio 3.

Ostenditur charitatis, fidei non fictæ & aliarũ virtutũ necessitas,

QVibus quidam aberrantes, conuersi sunt in uaniloquium,uolẽtes esse legis doctores,non intelligentes,neque quæ loquũtur,neque de quibus affirmant.Scimus autem quia bona est lex si quis ea legitimè utatur, scientes hoc, quia lex iusto non est posita,sed iniustis & non subditis,impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis,homicidis,fornicariis,masculorum concubitoribus,plagiariis,mendacibus & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei,quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendendo ex ipsatum defectu sequi incommoda &c.

me cõfortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit potens in ministerio. Qui primus blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Super abundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu.

¶ Suprà ostendit virtutum dignitatem & vtilitatem: hîc declarat harum necessitatem, quia quicunque ab his discedit, in periculum falsæ doctrinæ cadit. Et circa hoc duo facit: quia primò ponitur falsitas doctrinæ in quam incidunt: secundò conditio falsa docentium, ibi [Volentes esse.] Dicit ergo, Finis præcepti, &c. Et hæc sunt principalia legis, à quibus quidam discedunt. Psalm. Vana locuti sunt, & cætera. Et nota quòd recessus à charitate, causa est falsæ doctrinæ: quia qui non amant charitatem, cadunt in mendacium. 2. Thess. 2, Qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Similiter qui dimittunt cordis puritatem. Habentes enim cor infectum passionibus, iudicant secundum affectum earum, & non secũdum deum. 1. Cor. 2, Animalis homo non percipit quæ dei sunt, &c. Similiter habentes conscientiam malam: quia non possunt quiescere in veritate. Et inde est quòd quærunt falsa, vt in eis quiescant. infrà eodem, Habens fidem, & conscientiam bonam. Similiter qui habet fidem fictam. Esa. 21, Qui incredulus est, infideliter aget. ¶ Deinde cùm dicit [Volentes, &c.] ponitur conditio falsa docẽtium: & primò inordinata ambitio: secundò defectus eorum. Quantum ad primum, dicit [Volentes esse, &c.] Mat. 23, Amant primos recubitus in cœnis, & vocari ab hominibus, Rabbi, &c. Iac. 3, Nolite plures magistri fieri, &c. Quantum ad secundum, dicit [Nõ intelligentes.] Psalm. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Sapient. 5, Sol intelligentiæ non est ortus nobis. [Neque quæ loquuntur] per authoritates quas non intelligunt [neq; de quibus affirmant.] scilicet concludendo. ¶ Deinde cùm dicit [Scimus autem &c.] Ponit legis conditionem quantum ad duo. Primò quãtum ad bonitatem legis: secundò quantum ad finem & intentionem legislatoris, ibi [Scientes.] Dicit ergo, Scimus, scilicet, per certitudinem [quòd lex bona est] non mala, vt hæretici dicunt. Psalm. Lex domini immaculata, &c. Roma. 7, Lex quidem sancta est, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Sed contingit quòd aliquis bono vtatur malè. Quum ergo lex sit bona, requiritur quòd homo ea bene vtatur. Et ideo dicit [Si quis rectè ea vtatur.] Aliàs fit ei mors, vt dicitur Roma. 8, In lege enim sunt quædam moralia, & quędam cerimonialia. Cerimonialia quidem in figura Christi, & ecclesiæ sunt data, sed indigent, vt intelligantur non solùm carnaliter, sed etiam spiritualiter & in figura futurorum, & vt scias quòd non sunt perpetuò seruanda, sed cessant veritate veniente. Hierem. 31, Et feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, &c. Et sic exponit glosa. Sed Apostolus videtur loqui de moralibus, quia subdit quòd lex posita est propter peccata, & hæc sunt præcepta moralia. Horum legitimus vsus est, vt homo non attribuat eis quàm quod in eis continetur. Data est lex, vt cognoscatur peccatum. Roma. 7, Quia nisi lex diceret, Non concupisces, &c. Quod dicitur in decalogo, Non est ergo in eis spes iustificationis, sed in sola fide. Rom. 3, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. ¶ Deinde cùm dicit [Scientes.] ostendit conditionem legis quãtum ad legislatoris intentionem: & primò ponit existimatam: secundò ponit veram intentionem, ibi [Sed iniustis.] Existimata intentio excluditur, cùm dicit [Iusto, & cætera.] Vbi posset esse duplex falsus intellectus. Vnus quòd iustus legem non seruat, quod falsum est, quia nisi seruaret eam quãtum ad moralia, iustus non esset. Vnde & Christus factus est sub lege. Alius quòd iustus non obligatur ad præcepta legis, & non peccaret, si faceret contra ea. Sed verus est sequens sensus supponendo, quia quod imponitur alicui, imponitur sicut onus: lex enim iustis non imponitur, sicut & onus: quia habitus eorum interior inclinat eos ad hoc ad quod lex, & ideo non est onus eis. Rom. 2, Ipsi sibi sunt lex. Vel aliter, Lex non est posita pro iustis, sed pro iniustis. Quasi dicat, Si omnes essent iusti, nulla necessitas esset dandi legem, quia omnes essent sibi lex. Intentio bonorum debet esse, vt alios inducant ad virtutes. Quidam autem per se sunt bene dispositi ad virtutes: alii habent mentem bene dispositam, sed per alium: & de istis sufficit paterna monitio, non coactiua. Alii autem nec per se, nec per alium bene disponũtur, ideo eis omnino est necessaria lex, vt patet in Ethicis. ¶ Deinde cùm dicit [Sed iniustis, &c.] Ponit veram intentionem: & primò describit eos in generali, quibus necessaria est lex. Secundò in speciali, ibi [Patricidis.] Sciendum est autem quòd sicut 1. Ioan. 3. dicitur, Omne peccatum est iniquitas, & ideo repugnat alicui iuri. Quum autem sit duplex ius. s. naturale, & positiuũ: naturali repugnat, quod secundum se est malum: positiuo autem repugnat, quod est malum, quia prohibitum. Quantum ad primum, dicit [Sed iniustis.] quia. s. agunt contra ius naturale. Esa. 24, Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, &c. Quantum ad secundum, dicit [Non subditis]. s. præcepto humano. Rom. 1, Parentibus non obedientes. Et hæc duo respiciunt rationem peccati. Ponit autem alia quæ sumũtur per cõparationem ad illud: & hoc est vel contra deum, vel contra proximũ, vel in seipsum. In deum dicitur impietas, quia pietas importat cultũ dei: ideo dicit [Impiis.] In proximũ, sic dicit [Peccatoribus.] Psal. Non resurgent impii in iudicio, &c. Gal. 2, Nos enim natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Sed secũdum Aug. de doctr. Christ. Peccata distingũtur in duo. s. in spiritualia, quæ dicũtur facinora: & in carnalia, & hæc dicuntur flagitia: & ideo dicit [Sceleratis.] quãtum ad spiritualia. Prou. 17, Qui absolvit scelera, &c. Quantum ad carnalia dicit [Cõtaminatis.] Mala. 2, Cõtaminauit Iudas sanctificationem domini, &c. ¶ Deinde cõnumerat peccata in speciali. Et primò nominat quædã in speciali, secundò colligit alia in generali, ibi [Et si quid aliud &c.] Primò ponit peccata operis, Secũdò peccata oris, ibi [Mendacibus, &c.] Circa primum primò ponit quãtum ad facinora, secũdò quãtum ad flagitia. Facinora dicuntur quæ sunt in nocumentum proximi. Et quantò est proximius coniunctus: tãtò est eorum peccatum grauius, quia plus eis tenemur. Et ideo primò dicit de patre: secũdò de matre. Exod. 20, Honora patrem tuũ, & matrem tuã, &c. Et postea 21, Qui percusserit patrem suũ, aut matrem, morte moriatur. Deinde prosequitur de aliis proximorũ homicidiis, dicens Exo. 21, Si quis per industriam occiderit proximũ suum, &c. ¶ Deinde ponit flagitia, & primò quæ secũdum naturã sunt, cùm dicit [Forniciariis.] Heb. vlt. Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Secũdò contra naturã, dicens [Masculorum concubitoribus.] 1. Corint. 6, Neque masculorum concubitores, regnum dei possidebunt. ¶ Deinde ponit nocumenta oris, & primò quantum ad simplex mendacium: di-

Facinus quid est.

cens [Mendacibus.] Ephes. 4, Deponẽtes mendacium, loquimini veritatem, &c. Secundò quãtum ad iramentũ, dicens [Periuris.] Et tunc colligit alia in generali, dicens [Et si quid aliud sanę doctrinæ aduers. &c.] Iob 6, Non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit, &c. Tim. 2, Loquere quę decent sanam doctrinã. ¶ Deinde cùm dicit [Quæ est secũdum euãgelium.] ostendit q̃ euangelium cõmunicat sanam doctrinã: quod tripliciter describit. Et primò à fine, cùm dicit [Gloriæ]. s. quam annuntiat Psal. Annũtiate inter gentes gloriam eius: secundò ab actore gloriæ, cùm dicit [Beati dei.] Infrà vlt. Quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens rex regum, &c. Tertiò ministro, cùm dicit [Quod creditum est mihi.] Gal. 2, Cùm vidissent quòd creditum est mihi euãgelium præputii, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Gratias ago.] probat per experimentum in seipso, quid fuerit ipse tempore legis, & quid consecutus sit tempore gratiæ. Et primò ostendit quid circa se vtroque tempore sit actum: secundò inducit Timotheũ ad imitandum se, ibi [Hoc præceptum.] Circa primum duo facit: quia primò ostendit quid datum sibi fuit in lege: & quid sibi sit datum in euangelio: secundò rationem assignat, ibi [Fidelis sermo.] Item prima pars diuiditur in tres particulas: quia primò ponit dignitatem quam consecutus est in euangelio: secundò peccata quibus subiacuit in statu legis, ibi [Qui prius fui.] Tertiò quomodo liberatus fuit, ibi [Sed misericordiã, &c.] Sed ad hoc quòd aliquis sit minister euangelii, tria requiruntur. Primò quòd sibi cõmittatur. Rom. 10, Quomodo prædicabunt nisi mittãtur, &c. Secundò idoneitas. i. vt sit fidelis. 1. Cor. 4, Hîc iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Item vt sit fortis ad prosequendum. Et hæc tria ponit ordine retrogrado: & primò tertium, dicens [Qui me confortauit, &c.] s. ad prosequendũ officium iniũctum. Ezec. 3, Manus domini erat mecum cõfortans me. Secundum ponit, ibi [Quia fidelem me, &c.] Matt. 24, Fidelis seruus & prudens quem constituit dominus super familiã suam. Et hoc quia quærebat solùm quæ dei erãt. Primũ verò ostendit, cùm dicit, In ministerio. i. cõmittens mihi ministeriũ hoc. Act. 13, Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod assumpsi eos. 2. Corint. 11, Ministri Christi sunt, & ego. Sed qualis erat in statu legis? Peccator. Et primò in deum, cùm dicit [Qui prius fui blas.] scilicet nominis Christi. Leu. 24, Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierũt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Vnde sibi illud cõpetebat. Item in proximum, cùm dicit [Persecutor.] 1. Corin. 15, Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Item [Contumeliosus] verbis & factis. Hie. 20, Audiui cõtumelias multorum, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Sed misericordiam dei.] ostẽdit quomodo fuit liberatus per Christum. Et circa hoc duo facit: quia primò ponit misericordiam liberãtem: secũdò ostendit q̃ superabundãter in bonis repletur, ibi [Superabundauit autem.] Quantum ad primum, dicit [Sed misericordiam dei cõsecutus sum.] Treñ. 3, Misericordiæ domini q̃ non sumus consumpti. Ro. 9, Cuius vult, miseretur, & quem vult indurat. Sed ex parte mea aliqua est excusatio peccati [quia ignorãs feci.] Minus dicit, plus significat: quia aliud est ignorãter agere, aliud per ignorãtiam: quia ignorãter facit aliquid qui nescit quod facit, tamen si sciret, etiã faceret illud, sicut credẽs se interficere ferã, occidit inimicũ suum, quẽ tamen occidisset etiã libẽtius si nouisset eũ. Sed per ignorãtiam facit, qui facit aliquid quod nõ faceret, si nosset, sicut occidẽs patrem, quem si sciret, nõ occideret eum, quem tamen occidit, quia eum credit inimicum. Sed Paulus fecit per ignorãtiam: quia si sciuisset q̃ Christus esset filius dei, hoc non feciſſet. Sed Iudæi per ignorãtiam non occiderunt Christum, sed ignorãter: quia si sciuissent ipsum esse Christũ, libentius occidissent eum. Luc. 12, Seruus qui cognouit volũtatem domini sui, & non se præparauit, nec fecit secũdum voluntatem eius, vapulabit multis, &c. Quantum verò ad secundum, dicit [Superabundauit, &c] Ro. 5, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. [Cum fide & dilectione.] Nam fecit ibi effectũ fidei per dilectionem operantem. [Quæ est in Christo Iesu.] Gal. 3, In Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

Lectio 4.

Ostendit Paulus bona ad quæ trãsiit esse ex dei misericordia.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus, q̃ Christus Iesus uenit in hunc mũdum peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primò ostenderet Christus Iesus omnem patiẽtiam ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in uitam æternam. Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria in secula seculorũ, amen. Hoc præceptum cõmendo tibi fili Timothee, secũdum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam. Quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander: quos tradidi sathanæ, ut discant non blasphemare.

¶ Suprà ostendit conditionem suam, & quantum ad peccata sub lege, & quantum ad bona tempore gratiæ: hîc ostendit rationem horum beneficiorum, quæ sumitur ex diuina miseratione. Et primò proponit diuinam miserationem in cõmuni: secundò aptat ad se, ibi [Quorum primus.] Tertiò ponit gratiarum actionẽ, ibi [Regi autẽ seculorum.] Circa primũ duo facit, quia primò cõmendat veritatem proponẽdam: secũdò proponit diuinam miserationem, ibi [Quia Christus Iesus.] Quãtum ad primum dicit [Fidelis seruus, &c.] Duo autem sunt in sermone cõmendanda. s. quòd sit verus & quòd sit acceptabilis. Aliquando enim sermo verus est durus, & odia cõcitans. Gal. 4, Inimicus factus sum vobis, verum dicens vobis. Sed hic sermo primò quidem habet veritatem. Vnde dicit [Fidelis sermo.] Apo. vlt. Hæc verba fidelissima & vera sunt. Item acceptabilis est, quia de salute nostra. Ideo dicit [Et omni acceptione dignus.] Zachariæ 1, Et respondit dominus angelo qui loquebatur, &c. Alia litera habet, humanus sermo, quia de susceptione hominũ. Titũ 3, Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri, &c. Et hic sermo est talis [quia Christus venit, &c.] Quòd in mundũ venit, exprimit duplicem naturam. s. diuinitatis, in qua erat anteq̃ in mũdo appareret. Io. 16, Exiui à patre, & veni in mundum, &c. & humanitatis, in qua apparuit. Et quia deus est, cęlum & terram implet. Hier. 23. Ideo non competit ei secundum diuinam naturam in aliquo loco esse, sed competit ei secundum humanã naturam. Ioan. 1, In mundo erat, & mundus, &c. In propria venit, &c. Sed ad quid venit? [Peccatores saluos facere.] id est, propter salutem populorum. Ioan. 3, Non enim misit deus filium in mundum vt iudicet mundum, sed vt mundus saluetur per ipsum. Ioan. 12, Non enim veni vt iudicem mũdum. Sed si nullus fuisset peccator, nunquid incarnatus non fuisset? Videtur quòd non: quia venit peccatores saluos facere. Non ergo fuisset necessaria incarnatio. Item glo. Tolle morbum, & medicinæ non opus erit.

Respondeo:Dicendum est quòd ex verbis sanctorum satis hoc patet .Sed hæc quæstio non est magnæ authoritatis:quia deus ordinauit fienda secundum quòd res fiendæ erant.Et nescimus quid ordinasset,si non præsciuisset peccatum,nihilominus tamen authoritates videntur expressè sonare quòd non fuisset incarnatus,si non peccasset homo,in quam partẽ ego magis declino. ¶ Deinde cùm dicit [Quorum primus.]adaptat hoc ad se.Primò confitens se peccatorem:secundò dicit se saluatum,ibi[Sed misericordiam.]Dicit ergo[Quorum primus ego sum.]Hìc dicit hæreticus quòd anima Adæ fuit in Paulo, & transiuit de corpore in corpus.Quasi dicat,Ego primus peccator,quia anima Adæ est anima mea: sed hoc est contra Apostolũ. Ro.9,Cùm nondum nati essent,&c.Ergo anima nó est ante corpus.Primus ergo non tempore,sed peccatorum magnitudine.Et hoc dicit ex humilitate.Pro.18,Iustus prior est accusator sui.Prou.30, Stultissimus sum virorum,&c. ¶ Sed nũquid fuit Apostolus,maximus peccator?Et videtur quòd Iudas fuit maior. Sed quidã dicunt q̃ peccatum Pauli generalius fuit,quia contra totam ecclesiã.Sed hoc nihil est,quia Paulus in incredulitate,& multi Iudæi persequebantur ex malitia. Dicẽdum est ergo quòd est primus, non quòd inter peccatores maximus qui tunc erant: sed maximus inter peccatores saluatos.q.d.Venit pecatores saluos facere,quorum.s.peccatorum saluatorum ego sum primus:quod est de illis intelligendum qui præcesserant Apostolum:quia prius etiam multi alii sunt ecclesiã persecuti.Et hoc dicit, vt ostenderet quòd omnia quæ deus facit,facit ad ostẽsionem bonitatis suæ.Prou.16,Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Eccle.42,Gloria domini plenum est opus eius.Item propter nostram vtilitatem:& ideo dicit[Ideo saluauit me.] Primò propter gloriam suam.Vnde exponitur primũ tempore, vel primũ.i.potissimè. [Omnem patientiam].i.perfectam,quia prouocatus non puniuit:sed potius aduersarium exaltauit, & hoc ad vtilitatem nostram.Vnde dicit [Ad exemplum]id est ad informationẽ & eruditionem.q.d.Vt non diffidant peccantes ad eum accedere.1.Pet.vltim.Forma facti gregis. ¶ Deinde cùm dicit [Regi,&c.] Ponit gratiarum actionem. & circa hoc duo facit:quia primò cõmendat eum cui gratias agit:secundò gratias refert,ibi [Honor.]Commendat autem eum primò ex potestate:secundò ex naturę proprietate. Quãtum ad primum dicit[Regi.]Dominũ suum est maximũ,quia solus dominatur,& habet liberam potestatẽ,non secũdum statuta,vt pollicitus:deus autem vnus est dominus omnium.Et ideo dicit[Deo. Apoc.1,Rex regum & dominus dominantium.Psal.Quoniam rex omnis terræ,deus.Item alicuius regis potestas,vt plurimũ,non vltra quàm quinquaginta annis durat:sed iste est omnium seculorum.Psalm.Regnum tuum,regnum omnium seculorum,&c.Eccle.10,In manu dei potestas terræ.Cui etiam conuenit proprietas naturæ dei. Circa quod sciendum est quòd in rebus prima differẽtia rerum naturalium est corruptibile,& incorruptibile. Et incorruptibilium quædam visibilia & corporalia, vt corpora terrestria:quædã autem inuisibilia & spiritualia,vt angeli.Et hæc diuiduntur secũdum Platonicos in deos,qui per naturam supremi sunt: & intellectus qui nõ sunt dii,sed diuini:& in animas:sed apud nos est vnus solus deus.Deute.6,Audi Israel, dominus deus tuus. Dicit ergo primò [Immortali.]vt distinguat à corruptibilibus. [Inuisibili.] vt ad inuisibilem ostẽdat pertinere:& vt distinguat ab aliis visibilibus.Dicit[Soli deo]& nõ soli immortali,vel inuisibili: quia solus est deus per naturam:licet posset dici solus immortalis, & solus inuisibilis,id est,specialis præ aliis.Infrà vltim. Qui solus habet immortalitatem. ¶ Deinde cùm dicit[Honor & gloria.]agit gratias. Quasi dicat,Exhibẽ dus est ei honor ex subiectione totius creaturæ,& in manifestationem excellentissimæ ipsius bonitatis,claritas & gloria.Apoc.7,Benedictio & claritas,& sapientia,& gratiarũ actio,honor,virtus, & fortitudo deo nostro. [In secula seculorum.] Quia seculum aliorum est modico tempore. Esa. 40, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius vt flos fœni. ¶ Deinde cùm dicit[Hoc præceptum,&c.] Instruit Timotheum permanere in his quæ dicuntur.Primò commemorans quid sit ei commissum. Secũdò monet ad debitum vsum. Et tertiò docet vtẽdi modum.Dicit ergo[Hoc præceptũ.] vt.s.tu custodias finem legis.i.charitatem conserues semper,non autem fabulas Iudæorũ.[Commendo tibi.]sicut fidele depositũ,quia tibi ideo est commissum. Et quomodo ? [Secundum præcedentes,&c.] i.quia hoc euangelium non discordat à prophetiis quas ante didicerat:quia fuit filius mulieris Iudææ.2.Petr.1,Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes,quasi lucernę ardenti in caliginoso loco,&c.1.Thessa.vltim.Prophetias nolite spernere,&c.Vel secũdum præcedentes.i.secũdum quòd ego & alii sancti de te per spiritum prophetiæ cognouerunt tradendum esse tibi[vt in illis milites].s.prophetiis[bonam militiam.]Militia est duplex, quædam spiritualis, quædam carnalis.2.Cor.10, Arma militiæ nostræ non sunt carnalia,sed potentia deo,&c. In bona militia requiruntur duo ex parte militis.s. vt nihil agat contrarium disciplinæ militari,vt nõ marcescat otio.1.Cor.9,Omnis qui in agone contendit,ab omnibus se abstinet,&c.Item ex parte militiæ duo requirũtur.s.vt expugnet cõtrarios reipublicæ,& vt subiiciat eos qui debẽt esse subiecti.Sic & in militia spirituali est,quia ordinatur ad destruendum omnes extollentes se, & ad subiiciendum omnem intellectum in obsequium Christi,vt dicitur 2.Cor.10,Et hæc vera militia:de qua dicit, Milites,&c.Vbi etiam primò modus vtendi ponitur:& secundò eius necessitas,ibi[Quam quidem.]Dicit ergo,Milites,&c.q.d.Potes quidẽ facere bonam militiam.Primò per fidem bonam quam habes.1.Ioan.vlt. Hæc est victoria quæ vincit mũdum, fides, &c. Item per conscientiam bonam,quia de facili homo recedit ab eo quod mordet eum: vnde remorsus conscientię,est sicut quidã stimulus qui habentem malam cõscientiam pungit.& ideo citò à peccatis per bonam conscientiam, & rectam fidem recedit. Act. 23, Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum vsque in hodiernam diem.2.Corint.1, Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. ¶ Necessitas bonæ conscientiæ consequenter ostenditur,cùm dicit[Quam quidem,&c.] vbi primò ponit culpam:secundò pœnam: tertiò fructum pœnæ. Culpam, ibi [Quam] scilicet conscientiam bonam [quidam repellentes,circa fidem naufragauerunt.]Qui enim contra fidem errat,perdit omnia quæ habet. Hebr.11,Sine fide impossibile est placere deo. Item moritur,quia iustus meus ex fide viuit.Abac.2.& Ro. 1,Ex quibus est Alexander & Hymenęus.2.Timoth.4, Alexander ęrarius multa mala mihi ostendit, &c. ¶ Deinde ponitur eorũ pœna,cũ dicit[Quos tradidi,&c.]quia excõmunicauit eos,vt fidelés vitent eos ne coinquinẽt ipsos.Fuit autẽ excõmunicatio Apostoli tantæ virtutis quòd excõmunicati mox corripiebãtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

à diabolo,& corporaliter vexabantur.1.Cor.5,Congregatis vobis & meo spiritu in virtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominẽ sathanæ in interitũ carnis,vt spiritus saluus sit.Tamen etiã modò tradũtur ad vexandũ spiritualiter,quia amittunt suffragia ecclesiæ,quæ multum iuuant contra diabolum.Et tradidi sicut deus tradidit in reprobum sensum.Ro.1,Quasi subtrahendo suum auxilium,& cõmunionem ecclesiæ, & suffragia.Et hoc non ex odio,sed ex charitate ad profectum eorum.1.Cor.5,Vt spiritus saluus fiat.Vnde dicit[Vt discant]saltem per pœnam[non blasphemare.]Dicitur autem quis recedere à peccato tripliciter, quandoque.s.ex pœna,quando corporaliter vexatur.Item ex confusione excommunicationis.Item ex hoc quòd cùm ecclesia tradit aliquem sathanę ruit in peccata manifesta,vnde confusus humiliatur, & abstinet etiam ab occultis quæ prius non cognoscebat se habere.

Caput 2.

De orationibus quæ ad cultum fidei pertinẽt: & pro quibus sint fiendæ :subiuncta ratione quia.s.est bonum & acceptũ coram deo, & q̃ sit acceptũ probat ga omnes vult saluare quod probatur exatribus.

Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes,orationes,postulationes,gratiarum actiones pro omnibus hominibus,pro regibus,& omnibus qui in sublimitate constituti sunt:ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonũ est & acceptũ coram saluatore nostro deo: qui omnes homines uult saluos fieri,& ad agnitionẽ ueritatis uenire. Vnus enim deus,unus & mediator dei & hominum,homo Christus Iesus,qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

¶ Suprà docuit Timotheum quomodo reducat populum ad formã veræ fidei,hìc agit de pertinẽtibus: ad cultum fidei.s.orationibus & obsequiis,& primò ponit doctrinam orationis in communi,secundò descendit ad determinatas conditiones hominum,ibi[Volo ergo.]Item primò distinguit diuersos modos orationis,secundò ostendit pro quibus sit orandum,ibi[Pro omnibus.]tertiò assignat rationem, ibi [Hoc enim bonum.]Dicit ergo:Quia ita est q̃ Christus venit peccatores saluos facere.Igitur[primùm omnium obsecra.&c.]In quo apertè ostendit q̃ inter omnia necessaria ad vitam christianam prẽcipua est oratio,quæ valet contra pericula tentationis & ad proficiendum in bono.Iaco.vlti.Multum valet oratio iusti assidua.Distinguit ergo orationem in quatuor.s.obsecrationes,orationes,postulationes,& gratiarum actiones,quorũ tria pertinent ad beneficia impetranda,vltimũ ad beneficia accepta.In impetrandis autem beneficiis tria requiruntur.Primò,vt.s.impetrans assignet causam quare debet ei concedi.Secundò oportet q̃ ostendat causam esse rationabilem.Tertiò concludit petitionem.Et sicut rhetores faciunt,sic & nos in orãdo debemus facere.Primò excogitare causam quare sit concedendum,& hoc non merita nostra, sed miserationem diuinam.Dani.9,Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam,sed in miserationibus tuis multis,&c.Et ad hoc est obsecratio quæ est attestatio per sacra, sicut per passionem & crucem tuam libera nos domine.Hac causa excogitata,necesse est q̃ meditemur q̃ hoc sacrum est causa salutis. Et ideo requiritur oratio quæ est ascensus mentis in deum.Psal.Ego verò orationem meam ad te domine,&c. Dicitur autem oratio quasi oris ratio.Persuasiones enim rethorum,dicuntur orationes,quia persuadent,sed aliter,ibi,aliter in nostra ad deum,quia non intendimus q̃ animum dei flectamus,qui semper ad bonum est paratus,sed vt nostrum cor sit in oratione ad deum eleuatũ.Tertiò postulatio.Iaco.1,Postulet autem in fide nihil hæsitans.Item de acceptis donis gratiarum actiones.1.Thess.vlti.In omnibus gratias agite.Philip. 4,In omni oratione & obsecratione,cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant ante deum.Vnde iste modus orandi est in ecclesia dei,Omnipotens sempiterne deus , ecce ascensus mentis qui est oratio. Qui dedisti ecclesiæ tale beneficium, ecce gratiarum actio.Præsta quæsumus, ecce postulatio . Per dominum , ecce obsecratio.Similiter in missa est obsecratio vsque ad cõsecrationem corporis & sanguinis, quia in eis est commemoratio sacrorum ex quibus est fiducia impetrandi . In mysterio consecrationis est oratio,quia meditatio eorum quæ Christus egit.In aliis verò vsque ad communionem est postulatio pro viuis & mortuis,& pro se.In fine autem est gratiarum actio.Vel hæc quatuor referuntur ad quatuor quæ nos volumus in oratione obtinere,vt obsecratio referatur ad difficilia impetranda,vt ad impiorum conuersionẽ. Oratio quando iam conuersis imploramus gratiam vt proficiant.Postulatio, vt præmia pro meritis retribuantur.Et pro beneficiis iam acceptis,est gratiarum actio. ¶ Deinde cùm dicit [Pro omnibus.] ostendit pro quibus est orandum. Et circa hoc duo facit, quia primò ostendit orandum esse pro omnibus,secundò assignat fructum orationis,ibi[Vt quietam.]Circa primum ergo dicit esse orandum[pro omnibus hominibus.]Cuius ratio est,quia oratio est interpres desiderii nostri.Orando enim petimus quod desideramus. Charitas autem requirit q̃ desideremus bonum omnibus ad quos se extendit.Iaco.vltimo, Orate pro inuicem vt saluemini,&c.Sed pro quibus specialiter?[Pro regibus,&c.]Baruch 1,Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babyloniæ,& pro vita Balthasar filii eius.Et Apostolus dicit Roma.13,Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit,1.Petri 3, Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum,siue regi quasi præcellenti,siue ducibus tanquam ab eo missis.Subiecti quippe oportet q̃ impendant dominis suis de suis officiis,vtilitas aũt est,quia per hoc etiam procuramus bonũ nostrum.In pace enim eorũ est pax nostra.Vnde dicit[Vt quietam & tranquillam,&c.]In his duobus est pax mundi.Ecclesia siquidem habet pacem propriam,in qua non est mundus,quia non est pax impiis.Sed quædam est pax communis vtrisque,& hac indiget ecclesia.Hier.29,Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci.Pax terrena, quãdoque perturbatur ab interiori,quandoque ab exteriori.2.Cor.7,Foris pugnæ,intus timores.Quantũ ad primum dicit,Vt quietam.Quantum ad secundum dicit,Et tranquillam vitam.Et licet pax terrena communis sit bonis & malis,tamen diuersimodè vtrique illa vtuntur.Mali enim tunc ad duo ea vtebantur.s.ad cultum dæmonum:quia illam prosperitatem falsis diis attribuebant.Item ad lasciuiam:quia tempore pacis vitia carnalia abundabant.Sapi.14,in magno viuentes inscientiæ bello,tot & tã magna mala pacẽ appellãt. Sed sancti ecõuerso ea vtũtur,q̃a in cultu veri dei & in castitate.Et ideo dicit[In omni pietate & castitate.] Tit.2,Sobriè,& iustè,& piè viuamus in hoc seculo, ¶ Deinde cùm dicit[Hoc enim bonum]ponitur ratio orationis.Et circa hoc duo facit,quia primò ponit rationes,secundò ꝓbat quoddam ꝓpositũ,ibi[Vnus enim deus.]Itẽ primò assignat rationẽ ex specie operis,secũdò ex parte dei,ibi[Et acceptũ.]Ponit ergo rationẽ ex operis specie,quia q̃ aliquid est secundũ se bonũ,illud debem⁹ facere,sed ꝓ aliis orare est huiusmodi q̃

est actus charitatis. Et ideo dicit[Hoc enim bonũ est.]Psal. Quoniam bonum est in cõspectu sanctorũ tuorum. Item ex parte dei, quia est[& acceptũ coram deo.]Psal. Tunc acceptabis sacrificiũ, &c. Et hoc non nisi in charitate fuerit oblatum. Et dicit, Saluatore, quia solus deus saluat. Esa. 43, Non est absque me saluator. Et probat quòd sit acceptum, ibi[Qui vult, &c.]2. Petri tertio, Nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Sed contrà. Omnia quæcunque voluit fecit, ergo omnes saluat. Sed si dicis q̃ nõ, quia homo non vult, videtur inconueniens q̃ omnipotens impediatur per voluntatem non omnipotentis. Respõdeo: Velle ponitur quandoque pro voluntate beneplaciti, quandoque pro voluntate signi. Pro voluntate signi vult saluare omnes, quia omnibus proposuit salutis præcepta, consilia, & remedia. Pro voluntate beneplaciti, sic exponi potest quatuor modis. Vno modo vt sit locutio causalis, sicut deus dicitur aliquid facere, quia facit alios illud facere, sicut Roma. 8, Spiritus postulat. i. postulare nos facit, Sic ergo deus vult, quia s. facit suos sanctos velle q̃ omnes salui fiant. Hoc velle enim debet esse in sanctis, quia nesciũt qui sunt prædestinati, & qui non. Alio modo vt sit distributio accõmoda. i. omnes qui saluabuntur, quia nullus saluatur nisi per volũtatem eius, sicut in vna scola magister docet omnes pueros huius ciuitatis, quia nullus docetur nisi ab eo. Alio modo vt sit distributio pro generibus singulorum, nõ pro singulis generũ. i. nullũ genus hominũ excipit à salute, quia olim tantùm Iudæis, sed modò omnibus præbetur. Et hoc magis facit ad intẽtionem Apostoli. Alio verò modo secundũ Dam. vt intelligatur de volũtate antecedẽte, nõ cõsequẽte. In voluntate enim dei licet non sit prius & posterius, dicitur tamen voluntas antecedens & consequens. Item secundũ ordinẽ volitorũ secundũ q̃ voluntas potest dupliciter cõsiderari. s. in vniuersali vel absolutè, & secũdũ aliquas circũstãtias & in particulari. Et prius est absoluta cõsideratio & in vniuersali q̃ in particulari & cõparata. Et ideo volũtas absoluta est quasi antecedens, & voluntas alicuius rei in particulari est quasi cõsequens. Exemplum de mercatore qui vult omnes merces suas saluare absolutè, & hoc voluntate antecedẽte. Sed si consideret salutem, non vult omnes merces per comparationẽ ad alia saluare, scilicet quãdo cũ salute sequitur submersio nauis. Et hęc volũtas est cõsequẽs. Sic in deo salus omniũ hominũ secũdũ se cõsiderata habet rationẽ vt sit volibilis. Et Apostolus hìc ita loqtur & sic eius volũtas est antecedẽs. Sed si consideretur bonũ iustitiæ, & q̃ peccata puniãtur, sic nõ vult. Et hæc est volũtas cõsequẽs. Et subdit[Ad agnitionẽ veri.] quia salus nõ est nisi per agnitionẽ veritatis. Io. 8, Agnoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. ¶ Deinde cũ dicit[Vnus, &c.]probat quod dixerat per rationẽ, & sunt tres probationes. Vna ex parte dei, alia ex parte hominis Christi: Tertia ex parte testiũ Christi. Dicit ergo q̃ deus velit omnes, &c. patet [quia vnus est deus.]omniũ, qui saluat. Ro. 3, An Iudæorũ deus tantũ: an non & Gẽtiũ? immo & Gẽtiũ, quoniã quidẽ vnus deus, &c. ¶ Tunc ponitur ratio ex parte hominis Christi, ibi[Vnus & mediator, &c.]Vbi primò probat intentũ, secũdò inducit signũ, ibi[Qui dedit.]Dicit ergo, homo Christus Iesus est mediator dei & hominum, non quorundã, sed inter deũ & oẽs homines, & hoc nõ fuisset nisi vellet oẽs saluare. Et potest dici q̃ Christus mediator est similis vtrique extremo, scilicet deo & homini inquãtũ deus, & inquantũ homo, quia mediũ debet habere aliquid de vtroque extremorũ. Et hæc sunt homo & deus. Sed quia mediũ est distinctum ab vtroque extremorũ, & filius nõ est alius deus à patre, ideo melius est dicendũ q̃ mediator est secundũ q̃ homo. Sic enim cõmunicat cũ vtroq; extremorũ. In deo enim sunt duo. s. iustitia & immortalitas, in hominibus verò est iniustitia & mortalitas. Media ergo sunt duo. Vnũ in quo est iustitia & mortalitas. Aliud in quo est immortalitas & iniustitia. Et vtrunq; est medium, sed primum medium cõuenit Christo, secũdũ verò diabolo. Et ideo diabolus est mediũ disiũgẽs, quia per iniustitiã suã disiũgit nos à diuina iustitia, sed Christus est mediũ cõiũgens, quia est iustus & mortalis, & per suã mortẽ cõiungit nos dei iustitiæ. 1. Ioan. 2, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, pro aliquibus efficaciter, sed pro omnibus sufficiẽter quia prætium sanguinis eius est sufficiens ad salutem omnium: sed nõ habet efficaciam nisi in electis propter impedimentũ.

Lectio 2.

Ostenditur quãdo deus voluit ostẽdere per testes se velle pro nobis dare dicẽdo Paul. fuisse testibus: monentur viri orare & modũ ostendit Apostolus idẽ & mulieres quæ ad habitus decentiam inducuntur

Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego prædicator & Apostolus (veritatẽ dico non mentior,) doctor Gentium in fide & veritate. Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato: cũ verecũdia & sobrietate ornãtes se, nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona,

¶ Suprà dixit q̃ deus vult omnes saluos fieri, & probauit hoc ex parte dei qui est vnus omniũ, & ex parte Christi qui est vnus mediator omniũ: hìc probat idem ex parte testimonii. Et primò inducit alios testes, secũdò suũ testimoniũ, ibi[In quo positus sum.]Dicit ergo dedit se pro omnibus. Sed nunquid subitò deo in mentem venit vt qui elegerat saluare Iudęos solũ, vellet saluare totũ mundũ: hoc excludẽs dicit[Cuius testimoniũ tẽpo. suis.]Quasi dicat: Hæc lex non est subita, sed antiquitus attestata per legem, & per prophetas. Esa. 44, Vos estis testes mei. Act. 10, Huic oẽs prophetæ testimoniũ perhibẽt, &c. [Cõfirmatũ est]. s. impletione & ostẽsione signorũ, & prædicatione apostolorũ. Temporibus suis. s. quibus prædeterminatũ erat fieri. Eccles. 3, Omnia tempus habent. Vel testimoniũ apostolorũ confirmatum est temporibus determinatis. Act. 1, Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terrę, &c. ¶ Deinde cùm dicit[In quo positus sum.]ponit testimonium suum. Et primò ostendit suum officium, secũdò officii sui vsum, ibi[Veritatẽ.]Dicit ergo[In quo]scilicet officio testificandi[positus sum]scilicet à deo. Io. 15, Posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat[Ego prædicator]quia ad hoc me posuit vt prædicarem. Mar. vlti. Euntes in mundũ vniuersum, prædicate euangeliũ omni creaturæ, Sed in quolibet artificio sunt duo, quidã ministerialiter operantes, quidã qui disponunt de aliis, scilicet architectores, sed in officio ecclesiæ disponentes sunt apostoli, & ideo dicit[Apostolus]quasi cum authoritate. 1. Corin. 9, Signaculum apostolatus mei vos estis in domino. Vsus aũt officii est prædicare veritatem, & hoc est officium prędicatorum vt veritatẽ dicãt. Prouer. 8, Veritatẽ meditabitur guttur meum. Ephe. 4, Loquimini veritatem. Sed nõ est aliqua doctrina quę nõ habeat aliquã veritatẽ: sed in hoc dãnatur aliqua doctrina, quia miscet verirati falsitatẽ. Et ideo dicit[Veritatẽ dico nõ mẽtior.]Prouer. 8, Recti sunt oẽs sermones mei. Iob 6, Nõ in uenietis in lingua mea iniqtatẽ. Et hic est vsus officii. s. veritatem sine mẽdacio prædicare, qui cõpetit meo

officio qui sum[doctor Gentium.]Doctor autem generat scientiam in anima discipuli. Scientia autem nõ est de falso: vnde docens falsum non est doctor. Sed contrà, Mat. 23, Nolite vocari rabbi. Respondeo. Non prohibet ministerium doctrinæ, sed ambitionem officii. Act. 9, Vas electionis est mihi iste vt portet nomẽ meum, &c. Esa. 49, Dedi te in lucem gentium, &c. Et debeo eas docere[in fide & veritate]quia debet docere fidem & bonos mores. Et dicit in fide, ideſt, de his quæ pertinent ad statum præsentem in quo secundũ fidem viuimus, & in veritate quantum ad statum gloriæ. ¶ Deinde cùm dicit[Volo.]Descendit ad speciales gradus hominum. Et circa hoc duo facit, quia primò monet viros de oratione, secũdò mulieres, ibi [Similiter & mulieres.]Dicit ergo[Volo, &c.]¶ Tria exigit à viris in orando, primò q̃ oratio sit assidua, secũdò pura, tertiò quieta. Assidua vt in omni tempore & in omni loco. Et dicit[Volo,]quia bonum est q̃ homo oret, & ego doctor[volo viros orare in omni loco]non in Hierusalem tantùm, vt Iudæi, nec in monte Garisim, vt Samaritani. Ioan. 4, In omni loco potest homo spiritualiter & moraliter orare. Soph. 2, Adorabunt eum viri de loco suo: omnes insulæ Gentium, &c. Sed quomodo dominus reprehendit Phariseos stantes in angulis? Mat. 6, Respondeo. Oratio mentalis vbique potest fieri, sed signa orationis exterius non debent fieri in omni loco, quia homo non debet singularis apparere in exterioribus, quia propter hoc posset haberi inanis gloria. Sed quare nunc sunt factæ ecclesiæ? Respondeo: Non q̃ locus sit de necessitate orationis, sed ad bene esse eius: quia oratio requirit solitudinem & quietem. Item pura. Ideo dicit [Leuantes puma.]Au. quod exterius orãdo agimus, facimus vt affectus noster interius excitetur. Genuflexiones enim & huiusmodi non sunt per se acceptatę deo, sed quia per hæc tanquam per humilitatis signa homo interius humiliatur, sicut eleuatio manus significat eleuationem cordis. Treñ. 3, Leuemus corda nostra cum manib⁹ ad dominum in cælo[Leuantes, &c.]i. orantes cum deuotione cordis. Iob 8, Si diluculo consurrexeris ad deum & omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuę. Item quieta. Ideo dicit[Sine ira & dis.]Et ponit duo. primò vt scilicet mẽs sit sine ira, quæ animum inquietat ad inferendum nocumentum proximo à qua oportet liberum esse animum orantis. Eccle. 28, Homo homini seruat iram, & à deo quærit medelam. Item liber debet esse homo à disceptatione, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum glo. vt non disceptemus cõtra deum increduli verbis eius, & murmurando contra eius ordinationem. Rom. 9, O homo tu qui es quis respõdeas deo, &c. Item cõtra proximum, vt non rumpamus pacem cum eo, quod fit per disceptationẽ. Pax enim est necessaria oranti. Mat. 18, Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quã petierint, fiet illis à patre meo. ¶ Deinde cùm dicit [Similiter & mulieres.]Ordinat mulieres & primò quantũ ad orationem, secundò quantũ ad doctrinã, ibi[Mulieres in silentio.]Item primò ostendit quid requiratur à muliere orante, secundò exponit quæ dixerat, ibi[Non in tortis.]Circa primum sciendum est q̃ omnia quæ requiruntur ad virum orantem, requirũtur & ad mulieres. Et ideo dicit[Similiter & mulieres.]Quasi dicat: Omnia seruent quæ dicta sunt. Sed addit duo, scilicet ornamenta & verecundiã, di.[In hab. or. cum verecun.]cuius ratio est, quia naturale est q̃ sicut mulieres sunt mollioris corporis quàm viri, ita & debilioris rationis. Rationis autem est ordinare actus, & effectus vniuscuiusque rei. Ornatus verò cõsistit in debita ordinatione & dispositione. Sic in interiori decore nisi sint omnia ordinata ex dispositione per rationem, non habẽt pulchritudinem spiritualem. Et ideo quia mulieres deficiunt à ratione, requirit ab eis ornatũ. Itẽ verecundia est de turpi actu, & ideo est laudabilis in illis qui facilè solent declinare in actus turpes, cuiusmodi sunt iuuenes & mulieres, & ideo hoc in eis laudatur, non autem senes & perfecti. Eccle. 26, Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Item sobrietatem requirit, vnde sequitur[& sobrietate.]Quia enim in mulieribus ratio est debilis, sobrietas autẽ cõseruat virtutem rationis, & ideo in mulieribus maximè reprehenditur ebrietas. Vnde antiquitus apud Romanos eis nõ dabitur vinum[Nõ in tortis, &c.]Exponit quod dixerat, & primò de ornatu, secundò de verecundia, ibi[Sed quod decet.]Circa primũ primò excludit ornatum corporalem, secundò ponit spiritualem, ibi[Sed quod decet.]Circa primum dicit, Quòd dixi de habitu ornato, non intelligo de exteriori, quia[non in tortis crinibus]ideſt, non ornato capite vel toto corpore. Sed præcipuè mulieres ornant caput quod est naturale mulieri, vt dicitur. 1, Cor. 11, Et ideo ornamenta in capite habent. In capite verò est duplex velamentum. Vnum est naturale, scilicet capilli, vt dicitur. 1. Cor. 11, Item artificiale, & in vtrisque se ornant, quia capillos torquent. Vnde dicit, Non in tortis, ideſt, in crispatis. Esa. 3, Erit pro crispanti crine caluitium. Item artificilia prohibet, cũ dicit[Aut auro aut margari.]1. Pet. 3, Non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, indumenti, aut vestimentorum cultus, &c. Vel non in tortis crinibus, & hoc auro, ideſt, non habentes crines tortos auro, vel margaritis. Quantum verò ad totum corpus dicit[vel veste pretiosa]hoc enim damnat Apostolus hìc, & Esa. 3. Sed nunquid hoc est peccatum? Respondeo: Dicendum est quòd secundum Augusti. duo sunt considerandа in ornatu mulierum, scilicet simplex ornatus & fucatus. Simplex ornatus, puta in veste, & auro⁹ & huiusmodi, quod potest fieri cum peccato tribus modis: scilicet ex praua intentione, vt si intendãt commotionem concupiscentiæ, ostentationẽm, vel inanem gloriam. Prouer. 7, Præparata ad capiendas animas. Secundò si fiat præter consuetudinem patriæ, quod fit diuersimodè. Quod enim excedit modum consuetum patriæ, hoc ex leuitate animi est. Tertiò si conditionem sui status excedit. Sed seruata recta intentione, consuetudine patriæ, & conditione status non est peccatum. Defucato autem semper est peccatum. Mulieribus enim non permittitur ornari nisi propter viros, & viri nolunt decipi vt fucatè eis appareant. Sit ergo non talis ornatus, sed qualis decet mulieres promittentes pietatem. Exteriora enim opera hominis sunt quasi quædam professio interioris hominis, sicut religiosi ad hoc habent habitum & clerici similiter. Vnde nisi concordet interior cum exteriori, est fictio. Ita etiam de aliis operibus interioribus. Interius enim debemus colere pietatem, ideſt, cultum dei habere, exterius verò promittere & prostari per bona opera quæ concordant pietati: & similiter habere interius, sicut ostendimus exterius. Vel dico quòd debent se ornare non exterius, sed secundum quod decet eas promittentes, id est, quæ promittere debent pietatem per opera bona. Eccleſiast. 19, Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annuntiant de illo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Lectio 3.

Docet compete re mulieribus tacitur nitatẽ: discere, & subiici, non docere, non dominari in virũ: & ratio ponitur ex ordine creationis & culpæ in Adam & Euam soluitq; quæstionẽ tacitam.

Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in uirum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus: mulier autem seducta, in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem: si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione, & cum sobrietate

¶ Superius Apostolus ordinauit mulieres quo ad orationem: hîc ordinat eas quantum ad doctrinam: & primò ponit suam ordinationem circa earũ doctrinam: secundò rationem ordinationis assignat, ibi[Adam enim primus.] Tertiò respondet tacitę quæstioni, ibi[Saluabitur autem.] Item primò ostendit quid mulieribus conueniat: secundò quid eis nõ competat, ibi[Docere autem.] Circa primum tria ponit eis competere, scilicet taciturnitatem, disciplinam, & subiectionem, quæ tria ex vna ratione procedunt, scilicet ex defectu rationis in eis, quibus primò indicit silentium di.[Mulier in sil.] Iac.3, Si quis in verbo nõ offendit hic perfectus est vir. & primæ Corin.14, Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, &c. Nã verba mulieris sunt inflãmantia. Eccle.9, Colloquium illius quasi ignis exardescit. Secundò vt discant, quia eorũ qui deficiunt ratione, proprium est addiscere. 1.Co.14, Si quid volunt discere, domi viros suos interrogent, &c. Viris autem datur quòd doceãt. Tertiò indicit subiectionẽ, quia naturale est ꝙ anima dominetur corpori, & ratio viribus inferioribus. Et ideo sicut Philosophus docet: Quandocunque aliqua duo ad inuicem sic se habent, sicut anima ad corpus, & ratio ad sensualitatem, naturale dominium est eius qui abundat ratione, & illud est principans, aliud autẽ est subditũ, quod scilicet deficit ratione. Gene.2. Sub viri potestate eris. ¶ Itẽ excludit ea quæ eis non competunt di.[Docere autem, &c.] Et sunt duo scilicet vt non doceant. Sed contrà, Prouer.vlti. Erudiuit eum mater sua, &c. Respondeo dicendum est ꝙ doctrina alia est publica, & hæc non cõpetit mulieri, & ideo dicit, in ecclesia. Alia est priuata, & hac mater erudit filium. Sed contrà. Iudi.5, Delbora erudiuit populum Israel. Respondeo, illa eruditio est per spiritum prophetiæ, & gratia spiritussancti non discernit inter virum & mulierem, non tamen publicè prædicabat, sed instinctu spiritussancti consilia dabat. Secundò, interdicitur eis dominiũ in virũ. Eccl.25, Mulier si primatũ habeat cõtraria est viro suo. Et Philosophus dicit ꝙ dominiũ mulierũ est corruptio familiæ, sicut tiranni in regno. Et sic prohibet duo cõtra duo quæ cõpetunt eis, sed primum repetit, scilicet [esse in silentio.] ¶ Deinde cùm dicit[Adã enim.] Assignat rationem eius quòd dixerat, & primò ex ordine creationis, secundò ex ordine culpæ, ibi[Et Adam non est.] Circa primũ sciendum est ꝙ in ordine rerum perfectum & imperfectum diuersimodè ordinatur, quia in vno & eodem imperfectum præcedit tempore, & perfectũ præcedit natura: quia natura tendit ad perfectum, sed in diuersis perfectum est prius tempore & natura, quia natura semper incipit à perfectis. Et hunc ordinem agit hîc, quia vir perfectus est in natura humana, mulier vir occasionatus. Vnde primò formatus est Adam. Gene.2, Formauit deus hominem de limo terræ. Secũdariò mulier sicut quoddam imperfectũ à perfecto originatũ, scilicet de costa. 1.Corin.11, Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro est. Et inde est ꝙ homo non dicitur factus propter mulierem, sed ad similitudinẽ dei. Gene.1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Mulier autem propter virũ, ideo vir debet præesse. Itẽ ex parte culpæ. Ordo enim generationis & corruptionis est contrarius, quia quod est primum in generatione, est vltimum in corruptione. Peccatum autem est corruptio naturæ, & ideo generatio incipit primò ab Adam, sed corruptio à muliere. Vnde dicit, Adam non est seductus. s. primò, quia fortior erat, sed tentator incipit à debiliori vt facilius seduceretur fortior. Alludit autẽ hîc verbis Adæ. Gene.3, Cùm enim dominus reprehendit Adã, dixit, Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi, &c. Et ideo dicit, Adam non est seductus, sed mulier. Seductio autem duplex est, scilicet in vniuersali, & particulari eligibili quæ est ignorantia electionis. Quicunque ergo peccat, seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili. Mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali, quando scilicet credidit ꝙ serpens dixit, sed vir non credidit hoc, sed deceptus fuit in particulari, scilicet ꝙ gerendus esset mos vxori, & cum ea comedere deberet, & inexpertus diuinæ seueritatis credidit ꝙ facilè ei remitteretur. Sed contrà. Ignorantia est pœna peccati, ergo pœna præcesit culpam. Respõdeo, dicendum est ꝙ non præcesit, quia statim ad verba serpentis fuit elata, eo ꝙ alius esset de ea solicitus, & ex illa elatione seducta est, vnde elatio præcesit. ¶ Deinde cùm dicit[Saluabitur autem.] Respondet cuidam tacitę quæstioni, quia diceret quis quòd si mulier non est propter virum & ex ea est initium peccati, ergo viro est nociua, sed si aliquid non est propter aliud, sed est ei nociuum, debet tolli, ergo mulier non debet saluari. Dicendum est ergo quòd duplex est salus: scilicet temporalis, & hæc est communis etiam brutis. Alia est æterna, & hæc est propria hominum. Esa. 51, Salus autem mea in sempiternum erit. Vtranque autem salutem mulier non amisit. Non temporalem, quia statim non priuatur sexu muliebri propter generationem prolis, nec æternam, quia secundum animam capax est gratiæ & gloriæ. Et ideo quantum ad primum dicitur[Saluabitur,] ideſt, non extirpabitur: & hoc[per generationem filiorum] ad quam est à deo ordinata. Quantum ad secundum dicit[Si permanserit] Sed quia si importat causam, nunquid quæ non permansit non saluabitur cùm Apostolus dicat quòd mulier melius facit si non nubat? Respondeo, vno modo potest este locutio figuratiua: & sic per virum ratio superior intelligitur: ratio inferior est mulier: opera bona sunt filii inferioris rationis, & charitas quam per virum concepit & per hæc saluabitur. Alia est expositio literalis, vt ly, per, non dicat causam sed repugnantiam. Et est sensus: Mulier saluabitur etiam si incedat per generationem, scilicet si nubat & non sit virgo. Et tunc ly, per, dicit augmentationem salutis quasi per generationem filiorum ad cultum dei, magis saluabitur. Ecclesiastici septimo, Filii tibi sunt, erudi illos, & incurua illos à pueritia illorum. Quo ad salutem æternam consequendam tria ponit. Primò aliquid quo ad intellectum. Secundò quo ad effectum. Tertiò quo ad exteriorem actum. In intellectu est fides per quam intellectus Christo subiicitur. Vnde dicit[In fide.] Hebræorum 11, Sine fide impossibile est placere deo. Et quia fides nihil valet sine dilectione, ideo quoad effectum statim subiunxit, dicens[Et dilectione.] primæ Corinthiorum 13, Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, &cætera. In exteriori autem ponit duo contra lasciuiam,

quę consistit in duobus, scilicet in luxuria. Et quantum ad hoc dicit[In sanctificatione,] id est, in castitate. 1. Thes.4, Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, &c. Item in crapula, cõtra quod dicit[In sobrietate.] Tit. 2. Sobriè & piè, & iustè viuamus in hoc seculo.

Caput 3.

Agitur de desiderio pueniẽdi ad episcopatũ: & cõditionibus episcopi ac sacerdotis.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non uinolentũ, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.

¶ Suprà instruxit Timotheum de pertinentibus ad fidem rectam & cultum dei. hîc agit de instructione officiorum ecclesiasticorum. Et primò ponitur institutio. Secundò suæ institutionis occasio seu necessitas, ibi[Hæc tibi scribo.] Item primò instruit de pertinentibus ad episcopũ. secundò quo ad diaconos, ibi[Diaconos similiter.] Sed cùm secundum Dionysium tres sint ordines, scilicet episcoporũ qui præficiunt, præsbyterorũ qui illuminant, diaconorum qui purgant: quare nõ facit mentionem de presbyteris? Respondeo, dicendũ est ꝙ presbyteri intelliguntur cũ episcopis: nõ ꝙ sit indistinctio inter ordines quantũ ad rem, sed quantum ad nomina: quia presbyter idẽ est ꝙ senior: & episcopus superintendens. Et ideo presbyteri & episcopi quantum ad nomẽ vocabantur & episcopi & presbyteri. Circa hoc ergo primò agit de desiderio perueniendi ad episcopatum. Secundò describit cõditionem episcopi, ibi[Oportet autẽ.] Præmittit ergo suæ institutionis assertionẽ, dicens[Fidelis sermo] scilicet quẽ dicã vel dixi. Apoc.vlt. Hęc verba fidelissima & vera sunt[Si quis episcopatum desiderat.] Ex hoc sumpserunt aliqui occasionẽ ambitiõis episcopatus & prælationis. Sed nõ rectè intelligunt quod hîc dicitur. Apostolus enim hîc voluit ostẽdere quid pertineat ad episcopũ. Episcopus est nomẽ græcũ, scopos enim idem est ꝙ intendens. epi. i. supra: episcopus ergo dicitur quasi superintendens. Duo ergo sunt consideranda in episcopo, scilicet gradus superior, & actio plebi vtilis. Aliqui enim proiiciunt fortè oculũ ad ea quæ circũstãt eum. s. ꝙ qui præest honoratur, & ꝙ habet potestatem. Et qui propter ista desiderat episcopatum, nescit quid sit episcopus. Et ideo dicit Apostolus quid sit episcopus, & quid desiderat qui episcopatum desiderat, quia bonũ opus; Non dicit bonũ desiderium habet, sed bonũ opus. s. vtilitatẽ plebis. Sed nunquid licet ipsum desiderare? Aug. dicit ꝙ nõ. Glo. Locus superior sine quo regi non potest populus & si teneatur & administretur decenter, tamen indecenter appetitur. Et idẽ dicit. 19, de ci. dei, Cuius ratio est ꝙ nullus debet appetere aliquid supra vires suas non sibi proportionatum, aliàs esset stultus. Horatius, Ludere qui nescit campestribus abstinet armis, Ille ergo bene episcopatum desiderare posset cuius facultas episcopatui esset proportionata. Ad hoc autem nullus est idoneus: quia prælatus secundum gradum & cõuenientiam debet omnes alios excedere in conuersatione & contemplatione: ita vt in respectu sui alii sint grex. Et hanc idoneitatem de se præsumere est maximę superbiæ, aut ergo appetit circunstantias, & tunc nescit quid appetat, quia non est hic episcopatus, vel ipsum opus, & hoc est superbiæ. Et ideo non est accipiendum nisi impositum. Glo. si dicis status episcoporum nõ est perfectior statu religiosorum, hunc autem licet appetere, igitur. Respondeo. Perfectio aliter se habet in hoc & in illo, quia status episcoporum præsupponit perfectionẽ, & ideo nullus appetere debet nisi habeat eam, sed status religiosorum est via, & ideo non requiritur perfectio iam habita, sed quod teneatur acquirere eam nisi habeat, & hoc patet Io.vlti. Vbi dominus Symoni non dicit, Si vis perfectus esse, pasce, &c. Et iuueni dicit, Si vis perfectus esse, &c. Sic ergo intelligendum est in nomine episcopatus bonum opus. 1. Pe. 5, Non vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis, &c. Quasi dicat: Si tu episcopatum desideras, hoc est quod desideras, quia bonum opus. ¶ Sed qualis debeat esse episcopus ostendit, cùm subdit[Oportet episcopum, &c.] Quem primò instruit in generali. Secundò in speciali, ibi[Vnius vxoris.] Dicit ergo. Dico ꝙ bonum opus desiderat, sed ad hoc non omnis est idoneus, sed oportet ꝙ sit talis: primò irreprehensibilis. Vnde de Zacharia dicitur Luc.1, ꝙ incedebat in omnibus mandatis & iustificatiõib⁹ domini sine querela. Leuiti.21, Qui habuerit maculam non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Nec intelligendum est ꝙ omnino sit sine peccato, quia dicitur. 1.Io.1, Si dixerimus, &c. Nec est dicendum sicut aliqui dixerunt. ꝙ quicunque peccauit mortaliter post baptismum, non est idoneus, quia pauci essent tales: sed irreprehensibilis, ideſt, non subiectus alicui peccato, vnde ab aliis reprehendi posset, quia indecens est si reprehensibilis sit reprehensor. Mat.37, Eiice primùm trabem, &c. ¶ Deinde cùm dicit[Vnius vxoris, &c.] Instruit eum in speciali, & primò quantũ ad se. Secundò quantum ad multitudinẽ, ibi[Filios habentem.] Itẽ rum prima in duas, quia primò ostendit quibus virtutibus ornetur. Secundò à quo mens debet esse immunis, ibi[Nõ vinolentũ.] Omnis autẽ moralis virtus est primò circa passiões, & sunt duo quæ faciũt sanctitatẽ. s. castitas, & sobrietas, quia per delectationẽ del delectabilia carnis, maximè inquietatur anima. Et ideo primò ponit quod pertinet ad castitatem, dicens[Vnius vxoris virũ.] Simile Tit.1, In hoc autẽ discordia videtur esse inter Augustinũ & Hieronymũ. Hieronymus enim dicit ꝙ hoc intelligitur post baptismũ, quia si ante baptismum duas habuit vxores, vel vnã primò & aliã postea, nõ impeditur ab ordinatiõe, quia per baptismũ omnia delẽtur. Augustinus, & Ambrosius cõtrariũ dicunt, quia siue antè, siue post, si duas habuit nõ ordinatur. Et nunquid baptismus omnia delet? Respõdeo, sic quo ad peccata, nõ autẽ quoad irregularitatem quæ interdũ etiã sine peccato incurritur ex sola ecclesiastica institutiõe, sed matrimoniũ nõ est peccatum quæ interdũ etiã in paganis. Sed quæ est causa huius institutiõis? Nunquid nõ magis impeditur qui multas cõcubinas habet? Respõdeo: dicendum ꝙ hoc fit nõ propter incõtinentiã tantùm, sed propter representationẽ sacramẽti, quia spõsus ecclesiæ est Christus, & vna est ecclesia. Can.5, Vna est columba mea. ¶ Secundò agit de sobrietate. Tit.2, Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo, &c. Hîc ẽm docet episcopũ qui dicitur superintendẽs, vt vigilet. Luc.1, Pastores autẽ erãt, &c. Et ebrietas obstat vigiliis. 1.Pet.vlt. Sobrii estote, &c. Tertiò ordinat rationẽ, dicens[Prudentẽ] quia hæc est regitiua omnium virtutum, & episcopus eligitur vt alios regat. Mat.10, Estote prudentes. Matt.24, Quis putas est fidelis seruus & prudens, &c. ¶ Consequẽter ponit virtutes quæ ordinant actiones exteriores. Primò quantum ad se, Secundò quãtum ad alios. Quãtum ad se dicit[ornatum, pudicum.] Ornatus est quãdo bene cõponitur in actibus, & dictis. Ornatus enim

importat pulchritudinem quæ cõsistit in proportione. Vnde tunc est ornatus quãdo agit & loquitur vt decet; Eccles. 44, Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Hoc requiritur in episcopo quia per exteriora iudicamus de interioribus. Eccles. 19, Amictus corporis, & risus dentiũ, & ingressus hominis, enuntiant de illo: quia prælatus ponitur in aspectu hominũ, oportet ꝙ sit ornatus. Vnde dicitur de Ambrosio ꝙ quosdã ordinare nolebat, quia dissolutè incedebãt. Item quandoque contingit ꝙ occurrunt alicui aliqua turpia in aliis vel agentibus vel dicentibus, & ad hæc debet habere pudicitiam, vt verecundetur si videat vel audiat. Augu. Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. Eccle. 7, Gratia enim verecũdiæ illius super aurum. ¶ Deinde cũ dicit [Hospitalem, &c.] agit de episcopo in comparatione ad alios. Imponitur autem episcopo vt pascat oues. Io. vlti. &. 1. Pet. vltimo. Et duplex est eleemosyna, scilicet corporalis & spiritualis. Ergo debet in vtraque pascere. Quantum ad primum dicit [Hospitalem] scilicet peregrinorum & hospitũ. Ro. 12, Hospitalitatem sectantes. Hebr. vltimo, Hospitalitatem nolite obliuisci, &c. Iob 31, Ostium meum viatori patuit, &c. Quantum ad secũdum dicit [Doctorem.] Eph. 4, Alios pastores & doctores, &c. Et hoc est officium proprium prælati. Hiere. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina, &c. ¶ Consequenter cũ dicit [Non vinolẽtũ, &c.] remouet vitia opposita. Tria autem remouet. Vnum quod pertinet ad concupiscentiã carnis. Aliud ad iram. Aliud ad cupiditatem. Quantum ad primũ dicit [Non vinolentũ.] Minus dicit, & plus significat. Eph. 5, Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Quasi dicat, non gulosum, nõ luxuriosum. Quantum ad iram duo ponit, primò quantũ ad actũ dicit [Non percussorem.] Decenter prohibet hoc post vina, quia ebrii de facili percutiũt [sed modestũ.] i. patientem. Phil. 4, Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Psal. Bene patientes erũt vt annuntiẽt. Christus passus non percutiebat. Secũdò quantũ ad verba cũ dicit [Non litigiosum.] 2. Timo. 2, Seruum dei non oportet litigare. 1. Corinthio. 11, Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem cõsuetudinem nõ habemus, neq; ecclesia dei. Et hoc quia episcopi sunt successores apostolorũ, quos Christus instruxit vt pacem annuntiarent. Item in passione sua Christus dixit, Pacem meã do vobis; pacem relinquo vobis. Quantum ad res temporales dicit [Non cupidũ] quia ponitur iudex & ordinator ecclesiæ, qui si sit cupidus de facili declinat à iustitia. Exo. 23, Ne accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes & subuertunt verba iustorum, sed heu. Hier. 6, A maiore vsque ad minorem omnes auaritiæ student.

Lectio 2.

Ostenditur qualis debet esse episcopus in ordine ad suã familiã domesticã, & illius ratio: qualis etiã esse debet in ordine ad suam ecclesiam, quia nũ nouitius in fide, & qualis in ordine ad infideles, tãdẽ docentur dyaconi, quomodo se habeant in ordine ad se & ad suas uxores

Sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit quomodo ecclesiæ dei diligentiã habebit? Non neophitum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. Dyaconos similiter pudicos, non bilingues, nõ multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primùm, & sic ministrent nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

¶ Suprà ostẽdit Apostolus qualis debet esse episcopus secũdũ se. hîc ostẽdit qualis debet esse in cõparatione ad multitudinẽ. Et primò ad multitudinẽ domesticæ familiæ. Secũdò ad multitudinẽ ecclesiæ, ibi [Non neophitũ.] Tertiò ad multitudinẽ infidelium, ibi [Oportet autẽ.] Itẽ primò ostẽdit qualis debet esse in cõparatione ad familiã domesticã. Secũdò rationẽ huius assignat: ibi [Si qs autẽ.] Itẽ primò ostẽdit ꝙ ab episcopo regritur gubernatio debita familiæ. Secũdò bona instructio filiorũ, ibi [Filios habẽtẽ.] Dicit ergo, Oportet episcopũ bene præesse domui. i. familiæ suæ, vt eã bene gubernet. Bona aũt gubernatio nõ solũ est acquisitio diuitiarũ, quia ea nõ sunt finis yconomicæ, sed instrumẽta: sed finis eius est recta vita. Eccle. 44, Pacificãtes in domibus suis. Specialiter aũt in domestica familia preçipui sunt filii. Et ideo dicit de eis specialiter [Filios habẽtẽ sub.] i. ꝙ suis filiis dominetur nõ emolitus ex teneritudine amoris quã quãdoq; extẽdit ad filios. Inter alia aũt quę requirũtur in filiis episcoporũ quos habuerũt antequã essent episcopi, regritur ꝙ sint casti. Ideo subditur [cũ omni casti.] quia mala eorũ vita esset testimoniũ cõtra parẽtẽ & prælatũ. Eccl. 10, Secũdũ iudicẽ populi sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & habitãtes in ea. Sap. 4, Ex iniquis enim oẽs filii qui nascuntur testes sunt nequitiæ aduersus parẽtes in interrogatiõe sua. Secũda ratio est, quia ad domũ episcopi cõcurrit populus, ideo oportet eos esse castos. Contra illud primi Regum secundo, vbi filii Hely non casti, corrumpebant mulieres veniẽtes ad templum: vnde & Hely à domino est punitus. ¶ Deinde cùm dicit [Si quis autem.] Dicti sui rationem assignat. Posset enim dici: Quid ad episcopum ꝙ bene regat familiam, cui imminet cura communis? Et ideo dicit [Si quis autẽ domui suæ, &c.] propriæ familiæ. Luc. 16, Qui fidelis est in minimo & in maiore fidelis est. Contingit tamen frequenter ꝙ aliqui non sunt bene regitiui in paruis domesticis, qui tamen bene regunt in maioribus. Sed quod dicit, nescit, hæc nescientia referatur ad negligentiã. Nam qui parua negligit, de facili magna negligit: licet qui non curat de paruis, aliquando bene se habeat in maioribus. ¶ Consequenter ostendit qualiter se habeat ad multitudinem ecclesię, in qua non debet esse nouitius in fide, sed antiquus. Vnde dicit [Non neophitum,] ideſt, nouã fidem habentem. Actuum 1, Oportet eligere vnum ex his qui nobiscum, &c. Item Nume. 11, Congrega mihi. 70, viros de senioribus quos tu nosti ꝙ senes sint populi ac magistri & duces, &c. Sed sicut dicitur Sap. 4, Senectus venerabilis est nõ diuturna neque numero annorũ computata. Contingit enim quandoq; ꝙ in aliquibus nouis superabũdet gratia & habent simul cũ ætatæ iuuenili morum senectutẽ, qui dispensatiuè promouentur: sicut Ambrosius diuina inspiratione. Vnde hoc ꝙ dicit hîc, ad eos pertinet qui non solũ ætate neophiti, sed & qui neophiti sunt perfectione. Et huius est ratio [ne in superbiã, &c.] Quando enim aliquis de nouo veniens ad fidem & ad conditionem aliquã promouetur, reputat se aliis meliorem & valde necessarium, quasi nisi ipse esset non haberent vnde prouideretur ecclesiæ. Et dicit [diaboli] quia ipse condemnatus fuit propter peccatũ superbiæ. ¶ Deinde cùm dicit [Oportet autẽ illũ, &c.] ostendit qualiter se habeat ad multitudinẽ infideliũ. & ponit documenta. Primò vt sit bonæ famæ. Col. 4, in sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. 1. Petr. 2, Cõuersationem vestrã inter gentes habentes bonã. Et hoc necessariũ est prælato, quia cõuersatio totius cõgregationis iudicatur ex prælato. Sed cõtrà 2. Cor. 6, Per infamiã & bonã famã. Respõdeo infamia insurgit

quandoque ex culpa eius qui infamatur: & hanc prohibet hîc, quandoque ex malitia detrahentiũ, & in hac oportet habere patientiam, & de hac loquitur Apostolus ibi. Sed hîc loquitur de assumendo in episcopũ qui & si sit bonus, & infamatur falsò, debet patienter ferre. Secundò assignat rationem. Vnde subdit [Vt nõ in opprobrium, &c.] Vbi tangit duplex periculum, scilicet ne fiat opprobriosus, & per hoc eius authoritas minuatur, & per cõsequens auferatur audacia corrigendi. Matt. 7, Eiice primùm trabem, &c. Secundò ne incidat in laqueum diaboli, quandoque scilicet impatienter sustinẽdo, per quod infamis cõcitetur ad odia, & desperetur, & huiusmodi. Et ꝙ prælatus sit odiosus laycis contingit, si negligit cultum diuinæ laudis. Malach. 2, Irritum feciſtis pactum Leui, dicit dominus exercituum, propter quod dedi vos cõtemptibiles & humiles omnibus populis. ¶ Deinde cùm dicit [Dyaconos, &c.] Ostendit pertinentia ad dyaconos, quod in græco idem est ꝙ ministri. In primitiua enim ecclesia solùm erant tres ordines vt dicit Dionysius, scilicet episcoporum, presbyterorum, & ministrorum, & non diuidebantur per diuersos gradus, sed omnia erat in vno ordine propter paucitatem ministrorum, & propter nouitatem ecclesiæ. Primò ergo ostendit quales debent esse secundum se. Secundò quantum ad alios, ibi [Mulieres.] Item primò ostendit quales debẽt esse. Secundò quomodo examinandi sunt, ibi [Et hi.] Item primò ostendit quales debent esse quantum ad corũ proprium corpus. Secundò quantum ad res exteriores, ibi [Non turpe.] Tertiò quantum ad alia [Habẽtes, &c.] Item quantum ad corpus, primò ostendit quoad totius corporis qualitates. Secundò quãtum ad oris refrenationem. Dicit ergo: Dico ꝙ episcopi debent esse pudici, similiter oportet dyaconos esse, quia cõtrarium pudicitiæ facit ineptum ad spiritualia: quia denegat animum à spiritualibus, quem necesse est tales habere eleuatum. Esa. 52, Mundamini qui fertis vasa domini. Lucæ duodecimo, Sint lumbi vestri præcincti. ¶ Deinde ostendit quales debent esse in ore. Os seruit locutioni, & gustui. Quantum ad primũ dicit [Nõ bilingues.] Ecclesiasti. 28, Lingua tertia multos cõmouit, & dispersit illos à gente in gẽtem. Bilinguis est habẽs duas linguas. Non erunt tales dyaconi ministri pacis. Quantũ ad secundũ dicit [Non multo.] Prouerb. 23, Cui veh? Cuius patri veh? cui rixæ? cui foueę, cui sine causa vulnera, cui suffosio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino & studẽt calicibus epotandis? Esa. 5, Væh qui potentes estis ad bibendum vinũ, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. ¶ Deinde cùm dicit [Non turpe lucrũ sec.] Ostendit quomodo se habeant ad res exteriores. Non solùm enim diuertuntur à iustitia quandoque propter cupiditatem lucri, sed etiam à veritate dicentes quæ non oportet. Et ideo prohibetur eis temporale lucrũ in quo intelligitur omne lucrũ inhonestum. ¶ Sed quantũ ad affectionem dicit [Habentes, &c.] Et instruit eos. Primò quantum ad fidem. Secundò quantum ad conscientiæ puritatem. Vnde dicit [Mysteriũ fidei] non fidem, ideſt, nõ tantũ fidẽ simplicem, sed intelligentiam eius quod in fide occultũ est. Mysterium enim idem est ꝙ occultũ: quia ministri debent scire non tantũ ea de fide quæ & populus intelligit, sed & mysteria, quia debẽt alios instruere. 1. Petri 3, Parati semper ad satisfactionẽ omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide & spe, &c. Item conscientiam puram, quia impura facit in fide errare: suprà primo, Finis autẽ præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. ¶ Deinde cùm dicit [Et hi probentur primùm & sic, &c.] Ostendit quomodo examinentur. Posset enim dicere aliquis: Puto omnes bonos: hoc enim debet esse in tua reputatione. Sed quantũ ad eorum promotionem omnes sunt examinandi. Vnde etiam ipsi examinantur, vnde dicit, Et hi, &c. [Nullum crimen,] ideſt, peccatum mortale, non autem intendit de peccato veniali: quia vt dicitur 1. Io. 1, Si dixerimus quia peccatum nõ habemus ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est. Nec dicit qui habuerunt, sed [habentes,] ideſt, qui sunt notabiles & habent infamiæ crimẽ. Alio quin hoc esset derogare clauibus ecclesiæ. ¶ Deinde cùm dicit [Mulieres, &c.] Ostendit qualiter se habeãt ad alios. Et primò ponit suam instructionem. Secundò rationem, ibi [Qui enim habent.] Circa primũ duo facit, quia primò ostendit qualiter se habeãt ad vxores, quas habebãt in primitiua ecclesia, & loquitur pro statu illo. Secundò quomodo ad filios, ibi [Qui filiis.] Iterum prima in duas, quia primò ostendit quales debent esse eorum vxores. Secundò qualiter ipsi habeant se ad illas, ibi [dyaconos.] In vxoribus eorum requirit quatuor, scilicet pudicitiam, modestiam, sobrietatẽ, & fidelitatem. Dicit ergo similiter sicut dixi de dyaconibus dico de mulieribus, quia oportet eas esse [pudicas.] Ecclesia. 26, Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Item modestas in lingua [non detrahentes.] Ecclesiast. 10, Quomodo si serpẽs mordeat in silentio, nihil eo minus habet qui detrahit. Item [sobrias] quæ est maximum ornamentum mulierum: suprà secundo. Similiter mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate. Item [fideles] vel deo quantum ad veram fidem, vel viris suis. Sed quę culpa est dyaconi, si eius vxor est mala. Respondeo: Aliquis à ministerio repellitur nõ solùm propter culpam, sed etiam propter aliquod impedimentum ministerii. Et ideo si præter culpam eorũ possent mulieres esse malæ, tamen præstant impedimentum dupliciter. Primò quia cũ malæ sunt indigent maiori cura, & per hoc earum viri minus vacarent ecclesiasticis ministeriis. Secundò qa viri deprauantur ex vxoribus. Item esset in periculum, quia ministrorum ecclesiæ multi frequẽtant domos. Dixerunt autem cathaphrigæ quod ex quo inter dyaconos agitur de mulieribus, mulieres possunt ordinari ad sacros ordines. Sed sciendũ est ꝙ in iure aliquæ mulieres aliquãdo vocantur dyaconissæ: nõ quia habeãt huiusmodi ordinem, sed propter aliquod ministeriũ ecclesiæ: sicut in græco dicitur dyaconus quilibet minister.

Lectio 3.

Docentur dyaconi esse monogami, & quo modo se habeant ad filios & familiã & ratione ad hoc inducũ tur: subditurq; ratio omniũ iam dictorum in qua commendatur ecclesia: eius manifestatio ostẽditur & Christi sui sponsi qui est sacramẽtũ pietatis manifestatum in carne &c.

Dyaconi sint unius uxoris uiri, qui filiis suis bene præsint, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito. Si autem tardauero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari quæ est ecclesia dei uiui, columna & firmamentũ ueritatis. Et manifestè magnũ est pietatis sacramentũ quod manifestatũ est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

¶ Suprà ostẽdit Apostolus quales debẽt esse dyaconi & eorũ vxores, hîc ostẽdit quomodo dyaconi se habeãt ad vxores & ad filios & familiã. Et primò ponit documẽtũ. Secũdò eius rationẽ, ibi [Qui enim bene.] Dicit ergo: Dixi ꝙ mulieres dyaconorũ sint pudicę. Et si in vxoribꝰ est pudicitia habẽda, ꝓpter eos, amplius in ipsis est necessaria, vt sint omnino à cõtactu mulierũ immunes. Sed quia secundũ hoc pauci essent ministri,

concedit quòd saltem sint vnius vxoris viri,quia habuisse plures est signum incontinentiæ & contra significationem sacramenti.Et inde est q̃ dominus instituit matrimoniũ vnius ad vnum. Vnde & prima vxor benedicitur,non secunda. ¶ Deinde monet qualiter se habeant ad filios,dicẽs[Qui filiis suis bene præsint] scilicet bene erudiendo in disciplina bona & vita.Ecclesia.7,Filii tibi sunt erudi illos,&c. ¶ Consequenter hortatur eos bene præesse & toti domui,idest,familiæ scilicet cũ mansuetudine.Ecclesia.4, Noli esse sicut leo in domo tua,&c.Et huius ponit rationem,dicens[Qui enim bene ministra.&c.]quasi diceret,Quod requiris ab episcopis rationabile est,quia ipsi sunt prælati.Sed quare à dyacono qui est minister. Respondet, dicens[Qui enim,&c.]Et primò ostendit quòd bonus vsus huius ministerii est via ad maiorem dignitatẽ. Secundò etiam q̃ est via ad vitam æternam.Quantum ad primum dicit[Qui enim bene ministrauerit] exercendo officium dyaconi.Quod enim est in græco dyaconus,in latino dicitur minister[Gradum bonũ sibi acquirent,]idest,promoueri merentur ad gradum altiorem.Matth.25,Quia in pauca fuisti fidelis super multa te constituam,&c.Et dicit bonũ,quia suprà eodem,Qui episcopatum desiderat,bonum opus desiderat.Nec tamen in hoc est eorum finis,sed cum hoc remunerationem habent à deo.Ioan.12,Volo vt vbi ego sum,illic sit & minister meus.Et ideo dicit[Multam fiduciam.]s.auxilii gratiæ in præsenti,& gloriæ in futuro,& hoc[In fide,&c.]idest,per fidem Christi.2.Cor.3,Fiduciã talem habemus,&c.Esa.12, Fiducialiter agam & non timebo. ¶ Deinde cũ dicit[Hæc tibi scribo.]Ponit rationem omnium prædictarum monitionum.Et primò excludit causam opinatam.Secundò astruit veram,ibi[Si autem.]Tertiò assignat rationem ibi[Quæ est ecclesia.]Circa primum sciendum est q̃ posset Timotheus credere q̃ ex quo scripsit,de cætero eum non visurus esset.aliàs superfluum videretur eum literis monere.Et ideo dicit[Hæc tibi scribo fili.] Et nominat eum filium quia sibi charissimus erat.1.Cor.4,Ideo misi ad vos Timo.qui est filius meus charissimus.Et dicit[sperans]quasi non certus.2.Ioan.1,Plura habẽs vobis scribere nolui per cartam & attramentum:spero enim me futurũ apud vos & os ad os loqui.Scribo igitur,licet spem habeam,quia spes in lõgum protrahi potest.Prou.16,Hominis est præparare animũ,& domini linguam gubernare. Et ideo dicit [Si autem tardauero,&c.]1.Thessalo.2,Sed sathanas impediuit nos.Ego igitur scribo[si tardauero vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari.]Psal.Habitare facit vnius moris in domo,&c. ¶ Deinde cũ dicit[Quæ est ecclesia.]Assignat rationem quare sit sic conuersandum in ea. Et assignat rationem huius causæ quæ est duplex.Primò commendando ipsam ecclesiam.Secundò veritatẽ ecclesiæ,ibi[Et manifestè.] Circa primum duo facit,quia primò cõmendat ecclesiam ex parte eius cuius est ecclesia.Secundò ex veritate ipsius ecclesię,ibi[Columna.]Ex parte eius cuius est ecclesia,quia est dei viui. Ecclesia quasi adunatio, quia in ecclesia est adunatio fidelium.Roma.8,Quos vocauit,&c.Et adunantur in deum.Io.17, Vt & ipsi in nobis sint vnum,&c.Et ideo dicit[quæ est dei.]Et addit[viui]ad distinctionem aliorũ deorum ad quos congregantur gentes.Nam hi sunt mortui,sed deus ecclesiæ est viuus.Io.5,Sicut pater habet vitam in semetipso,&c.Est ergo sic in ea conuersandum vt spiritualiter viuamus.Psal.Domũ tuam domine decet sanctitudo , &c. Secũda ratio est ex veritate ecclesiæ.Naturale est enim homini vt desideret cognitionem veritatis,cùm sit perfectio intellectus.Vnde Aug.dicit q̃ beatitudo est finis hominis,quæ nihil aliud est quàm gaudium de veritate.Hoc innotuit philosophis per creaturas.Ro.1.Sed in hoc vacillabant,quia non habebant certitudinemveritatis,tum quia erant corrupti erroribus,tũ quia vix inuenitur apud eos q̃ in veritate concordent.Sed in ecclesia est firma cognitio & veritas.Vnde dicit[columna.]Ecclesi.24,Thronus meus in colũna nubis,&c.Eccl.26,Colũnæ aureæ,&c.Et dicitur aurea,quia in se sancta[Et firmamentum]scilicet quantum ad alios,quia non possunt firmari in veritate nisi per ecclesiæ sacramẽta.Luc.22,Tu aliquando conuersus confirma,&c.Psal.ego confirmaui colũnas eius.Quia igitur ecclesia congregat in deo & dat cognitionem veritatis,debemus esse in ea. ¶ Deinde cùm dicit[Et manifestè.]Cõmendat veritatem ecclesiæ.Et primò Christũ,ad cuius manifestationẽ apparuit.Secũdò de eius exaltatione agit,ibi[Assumptum.] Cõmendat autem Christum dupliciter.Primò quantum ad naturam diuinam.Secundò quãtum ad humanam,ibi[Quod manifestatum est.]Dicit ergo[Et manifestè,&c.]Quia sacramentũ idem est q̃ sacrum secretum.Nihil autem tam secretum quãid quod in corde gerimus.Multò ergo magis quod in corde dei, & secretum est & sacrũ.1.Cor.2,Quæ sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei,&c.Esa.24,Secretum meum mihi.Esa.45,Tu es deus absconditus.Et hoc est verbum dei in corde patris.Psal.Eructauit cor meum verbũ bonum.Hoc siquidem secretum est sacramentum pietatis,secretum autem hominis aliquando est vanum. Psal.Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.Inquantum ergo est restauratiuum mundi, est pietatis.Item magnũ,quia est verus deus,cuius magnitudinis non est finis.Hoc ergo secretũ quod latet in corde patris factum est homo.Et ideo describit ipsum. Secundò quantum ad naturam humanã. Et primò quantũ ad carnẽ.Secundò quantũ ad animã. Quantũ ad primũ dicit[Quod manifestatũ est in carne.] Sicut verbũ quod latet in corde manifestatur verbo sensibili,ita verbũ dei in corde dei latebat,sed in carne est manifestatũ.Io.1,Verbũ caro factum,&c.Quantum ad animam dicit[Iustificatum est in spiritu.] Hoc dupliciter exponitur.Primò ne credatur q̃ caro prius sit concepta,dicit q̃ nõ,quia in spiritu.i.per spiritum sanctũ conceptus est.Mat.1,Quod enim ex ea natum est,de spiritu sancto est.Et Luc.1, Quod enim ex te nascetur vocabitur filius dei.Et hoc quia spiritus sanctus superueniet in te,&c.Vel in spiritu sancto humano,de quo Io.19,Emisit spiritũ.Et sic est manifestatum in carne,quod tamẽ est cũ spiritu.Et dico spiritu iustificato.s. quia iustus est absq; omni macula. ¶ Deinde cũ dicit[Apparuit.] Ostẽdit eius manifestationẽ, & primò factã angelis,secũdò hominibus,ibi[Prædicatũ.]Dicit ergo sacramẽtũ illud quod apparuit angelis,& excedit etiã cognitionẽ angelorũ.Illud aũt dicitur apparere quod ĩ potestate sua habet videri & nõ videri,& nõ subest potestati vidẽtis.Vnde nõ dicitur,lapis apparet mihi,sed video lapidẽ. Si ergo angelus in sua natura vel potestate haberet quod videret verbum,nõ diceretur verbũ apparere sibi,sed q̃ ipse videret cũ vellet.Et ideo dicit Apostol⁹ q̃ apparuit angelis,qa nõ in sua natura viderũt ipsum.Et verũ est q̃ à principio apparuit angelis qñ ex cõuersiõe ad se deificauit ipsos,sed quãdo est incarnatũ multa mysteria,innotuerũt angelis q̃ nõ cognouerãt antea.Et ideo dicit Beda,q̃ in natiuitate apparuit angelis claritas quæ nõ

antea in veritate visa est hominibus.Et hoc dupliciter.Primò quantum ad ministerium apostolorũ.Secundò quantum ad cognitionẽ populorum quibus manifestatur.Olim si quidem solis Iudæis manifestabatur, sed nunc in Gentibus.Et ideo dicit[prędicatum est Gentibus.]Mat.vlti.Euntes ergo docete omnes gẽtes, &c.Psal.Annuntiate inter gentes gloriam eius.Et hoc efficaciter,quia[creditum est mundo.] Et hoc domi nus orabat.Io.17,Et hoc maximè mirum est quòd per simplices pauperes & impotentes,totus mundus est conuersus.1.Cor.1,Non multi sapientes,&c.Et hoc vt non glorietur omnis caro,&c. Secundò manifestat quòd sola veritas dei hoc facit,quia[assumptũ est in gloria] Christus,scilicet, quia manifestatus assumptus est in cælis.Mar.vlti.Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cælum.Philip.2, Et omnis lingua confiteatur,quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris.

Caput 4.

Prædicitur discessus à fide: error in hypocrisi.& hibẽtiũ nubere,& de omni cibo edere tanquã per se mala sint.

Spiritus autem manifestè dicit,quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide,attẽdentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorũ,in hypocrisi loquentium mendaciũ,& cauteriatam habentium suam conscientiam,prohibentiũ nubere,abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendũ cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognouerunt ueritatem.Quia omnis creatura dei bona est & nihil reiiciẽdum quod cum gratiarum actione percipitur.Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem.

¶ Superius instruxit Timotheũ de pertinentibus ad ordinationẽ ecclesiæ in spiritualibus.Secundò quantum ad documẽta fidei,cultũ dei,& dispositionẽ ministeriorum.hîc instruit eũ de ordinatione ecclesię quãtum ad exteriora.Et primò quantũ ad cibos.Secundò quantũ ad status hominum & diuitias,ibi [Quicũq; sub iugo.]Item primò agit de vsu ciborũ.Secundò de dispensatione ciborũ.5.cap.ibi[Viduas honora.]Itẽ primò excludit superstitiosam abstinentiã.Secundò præfert pietatẽ abstinentiæ licitę,ibi[Exerce te.] Item primò prænuntiat falsam doctrinã de illicita abstinentia.Secundò instruit eũ hæc proponere fratribus, ibi [Hæc proponẽs.]Item primò errorẽ manifestat.Secũdò excludit ipsum,ibi[Quos deus.]Item primò prænuntiat errorẽ futurum ex parte deceptorũ.Secundò ex parte decipientiũ,ibi[In hypocrisi.]Item ponit actorem denuntiationis.Secũdò fidei defectum,ibi[Quia in nouissimis,]Tertiò causam defectus,ibi[Attendentes.]Dicit ergo,Magnũ est pietatis sacramentum quod iustificatũ est in spiritu,sed supra hoc sacramentum spiritussanctus aliquid prænũtiat futurũ.Ad eum enim pertinet reuelare mysteria.1. Cor.15.& Io.16, Quæ ventura sunt,annuntiabit vobis.Spiritus ergo prænuntiat prius secreta in corde patris futura.Sed olim loquebatur in similitudinibus.Num.12, Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei,vel per somniũ loquar ad illud. Osee 12, Ego visionẽ multiplicaui,& in manu prophetarum assimilatus sum.Sed in nouo testamẽto[spiritussanctus manifestè dicit.]Ioan.16,Et palam de patre meo annuntiabo vobis.Et prænuntiat defectũ fidei futurum.Vnde dicit [In nouissimis tẽporibus,&c.] Nouissimum tẽpus dicitur vltima ætas,quia nos sumus in quos fines seculorũ deuenerunt.Tamen in hoc tẽpore tantò amplius nouissimũ est,quantò magis propinquum nouissimę diei.Et sicut in primitiua ecclesia propter propinquitatem ad Christum,& sacramenta recenter instituta,fuit feruentissima fides:sic in nouissimis tẽporibus, in cõparatione ad tempus apostolorũ[discedant quidam à fide]quia carnales erunt,sed magis in fine abundabunt errores.Gen.49,Congregamini vt annuntiẽ quæ vẽtura sunt vobis nouissimis diebus,&c. Causa defectus est duplex.Vna ex parte diaboli seducentis.2.Cor.11,Timeo ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua, &c.Et ideo dicit[Attendentes spiritibus erroris.]s.dęmonibus quorũ est officium in errorẽ mittere.Ioã.8, Mendax est,& pater eius.3.Reg.vlti.Egrediar,& ero spiritus mendax,&c. Et dicit spiritibus, quia dæmon maior multos habet ministros.Sed quomodo attẽdent eis?Nunquid eos videbũt?Non,sed loquetur in eis. Et ideo addit secundã causam.s.falsam doctrinã.Et secundũ glosam dicit hîc falsos doctores,dæmones, nec immeritò.Sicut enim boni homines interdũ dicuntur angeli:sic isti propter excellentem malitiã dæmones dicuntur.Ioã.6,Nónne ego duodecim vos elegi,& ex vobis vnus est diabolus. ¶ Ex parte decipientiũ est duplex causa.Vna eorum falsitas.Alia peruersitas conscientiæ eorũ.Quantum ad primũ dicit[Dæmoniorum.]i.hominum à dæmone possessorũ,& horum dico [loquentiũ mendacium.] Hier.23, Vsquequo istud est in corde prophetarũ vaticinantium mendaciũ,& prophetantium seductiones cordis sui. Et nota q̃ per mendacium simplex absq; pallio apparentiæ,nõ posset aliquis decipere quẽpiam. Et ita hi neminẽ possent fallere,nisi prætenderent aliquod palliũ,vel bonę intẽtionis vel simulationis,vel falsę authoritatis.1.Cor.3, Nemo vos seducat,&c.2.Timo.3,Habentes quidẽ speciem pietatis.i.fictam pietatem.Et dęmoniorũ dico [habentium cõscientiã cauteriatam.]Cauteriũ est corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur cõtinuè putredo.Ita ex igne peruersæ voluntatis,iræ,odii,cõcupiscentiæ,vlceratur conscientia, & dæmoniorũ egreditur falsa doctrina.Titũ 1,Coinquinatæ sunt eorũ mentes. ¶ Deinde ostendit quæ sit ista falsa doctrina & tangit hæresim Manicheorũ,qui damnant matrimoniũ,contra illud Matt.19, Quos deus coniunxit homo non separet.1.Cor.7,Mulier nõ peccat si nubat.Item Manichei prohibẽt vsum ciborum.i.mãdant abstinere à cibis.Abstinere autẽ à cibis potest quis licitè intentione domandi carnẽ,sicut Timotheus abstinebat à vino,vel propter scandalũ,sicut dicit Apost.1.Cor.8,Si esca scandalizat fratrẽ meum, non manducabo carnes in æternũ.Item illicitè.Vno modo propter legis præceptum,quasi legalia adhuc essent seruanda,contra quod loquitur ad Gala.2.Alio modo secundũ hæresim Manicheorũ,non quia prohibitum lege (quã damnãt) sed quia dicũt q̃ in carnibus,ouis,& vino,& huiusmodi.i.in aliqua taliũ particula diuina natura est cõmixta,quod nõ potest de deo putari.Non videtur autẽ hoc dicere de cibis legalibus , quia dicit in nouissimis diebus,sed de prohibitis à Manicheis.Et istos Manicheos dæmones vocat , quia inter omnes hæreses plus dant diabolo de honore,quia ponunt eũ principium ex æquo cum deo bono, ponẽtes eum principiũ visibilium.Improbat autẽ Apostolus hanc erroneam doctrinã dupliciter.s.ex intentione dei creãtis cibos. Secundò ex cõditione creaturæ,ibi[Omnis creatura.]Dicit ergo q̃ prohibẽt abstinere, & hoc contra intẽtionem dei,quia[creauit eos ad percipiẽdum.]Gen.1.& 9,Sicut olera virẽtia dedi vobis omnia,&c. Sed dicis,Nũquid plãtę propter animalia,& animalia propter homines?Respõdeo:dicendũ est q̃ sic,secundũ etiã Philosophum in 1.Pol.quia imperfectũ ordinatur ad perfectius. Et ideo sicut in generatione est multiplex

perfectio:primò.ſ.plantarum,deinde animalium,& vltimò humana,ita in vſu rerum.Et ideo ad percipiendum,ſed[cum gratiarũ actione.]1.Theſ.vlti.In omnibus gratias agite,quia.ſ.cõceſſa ſunt vobis à deo. Pſal. Edent pauperes,&c.Et ſubdit[fidelibus]quia illi qui percipiunt cum gratiarũ actione, ſunt fideles. Nullus enim poteſt gratias agere deo in eo quod illicitũ eſt. Stultus enim eſt qui agit gratias de fornicatione deo, quia deus nõ eſt actor malorũ . Ergo ille gratias agit qui habet hoc ꝙ vſus ciborũ ſit licitus.Et hoc quidem innoteſcit per fidẽ ſolam.Et iſta etiam ratione dicit,fidelibus. ¶Deinde cùm dicit[Qui cognouerunt veritatem:Quia omnis,&c.]Improbat errorẽ ex conditione creaturę.Et primò proponit creaturã eſſe bonam ſecundum ſe.Secundò quantũ ad vſum.Dicit ergo,Omnis creatura eſt bona.ſ.in ſua natura.Gene.1,Vidit deus cuncta quę fecerat,& erãt valde bona.A bono etiã actore nihil eſt niſi bonum.Sed quia multa ſunt in ſe bona,quorũ tamen vſus non eſt bonus,ideo probat omnem creaturã eſſe bonam,non ſolùm in ſe,ſed & quantũ ad vſum.Et primò ponit intentũ.Secundò probat,ibi[Sanctificatur enim.] Dicit ergo nihil reiiciẽdum eſt.ſ.ex debito diuinæ legis,quãuis ex alia cauſa:ſicut venenũ comedere, inquantũ cibus non eſt peccatum,ſed reiiciendũ eſt inquantum eſt mortiferũ.Similiter nec alii cibi inquantũ res tales ſunt,non ſunt reiiciendi,ſed inquantũ incitant ad laſciuiam. Ergo ſecũdum diſcretionem rationis,& ordinationẽ charitatis, non ſunt reiiciendi.Mat.15,Omne quod intrat in os,nõ coinquinat hominẽ,&c.Quare ergo aliqui cibi in veteri lege ſunt prohibiti?Auguſtinus ponit rationẽ contra Fauſtum:quia in illo ſtatu,nõ ſolùm per verba, ſed etiã per acta præfiguratus eſt Chriſtus,Et ideo in cibis,veſtibus & ſacrificiis fuerũt figuræ futuri ſtatus. Non ergo prohibentur ſecundũ ſe,ſed quia immundorum figuræ ſunt.ſicut porcus eſt ſignũ immundæ vitæ.Et ideo prohibitio carnis eius,eſt ſignũ ꝙ in lege Chriſti eſt prohibita omnis immunditia.Et eſt exemplum Auguſtini.Hoc nomen fatuus poteſt cõſiderari ſecundũ ꝙ eſt vox cõpoſita ex literis, & ſic eſt bona: vel inquantũ ſignum & ſignificatiua talis rei,& ſic mala eſt & prohibita.Omnis ergo creaturæ vſus ſecundum ſe eſt bonus.Cuius ratio eſt,quia ſi eſſet malus,hoc nõ poſſet eſſe niſi inquãtũ diabolus , poſt peccatũ hominis accepiſſet poteſtatẽ ſuper eos:quia ex quo homo peccauit,accepit in hominẽ poteſtatem: & in ea quæ ſunt eius.Sed perChriſtum eſt ablata hęc poteſtas,vt hæc vocatur ſanctificatio.Vnde omnia quæcũq; benedicimus exorcizantur primò,& ibi eſt oratio expellẽs diabolum.Et ideo dicit[Sanctificatur enim per verbum dei.]i.per Chriſtum qui omnes ſanctificat.Ioan.17[& orationem]fidelium.Iac.vlt. Multùm valet deprecatio iuſti aſsidua.

Monetur Timotheus ꝓponere iã ſtatim dicta, qa hoc ſibi cõpetit & ex edu ex officio ſi bi cõmiſſo & ex edu catione in fide & bona doctrina: & ei oſtẽditur fabulas vitandas eſſe, & pietas ſectãda quæ abſtinentiæ præfertur.

Lectio 2.

HAEc proponẽs fratribus,bonus eris miniſter Chriſti Ieſu,enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ quã aſſecut⁹ es. Ineptas autẽ & aniles fabulas deuita.Exerce autẽ teipſum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio , ad modicum utilis eſt:pietas autem ad omnia utilis eſt,in promiſsionem habens uitæ quæ nunc eſt,& futuræ.Fidelis ſermo & omni acceptione dignus.In hoc enim laboramus & maledicimur,quia ſperamus in deum uiuum qui eſt ſaluator omnium hominum,maximè fidelium,

¶Suprà reprobauit ſuperſtitionem ciborũ abſtinentiam : hîc mandat Timotheo vt doctrinã præmiſſam proponat fidelibus:& primò oſtendit quid debet proponere.Secũdò quid debet vitare,ibi[Ineptas autẽ.] Proponit ergo duas rationes quare debet proponęre præmiſſa.Vnam ex cõmiſſo ſibi officio. Secundã ex eius educatione.Dicit ergo[Hæc]quæ dixi ſuprà.ſ.ꝙ omnis creatura eſt bona & ꝙ nihil reiiciendum,&c. [proponens,&c.] Timotheus enim cõſtitutus erat in officio miniſterii Chriſti, quia omnes habentes officium prædicandi & regendi conſtituuntur miniſtri Chriſti.1.Cor.4,Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti,&c.Ille autẽ eſt bonus miniſter qui ſequitur intentionẽ domini ſui,Chriſtus autẽ hoc docuit.Mat. 15,Nihil quod intrat in os coinquinat.Et ideo hoc officiũ,requirit illud docere.Item ipſa educatio hoc requirit.Prou.22,Adoleſcens iuxta viam ſuã etiam cum ſenuerit nõ recedet ab ea.Et ideo incõueniens eſt ꝙ aliqui nutriti veritate doctrinæ recedãt ab ea.Vnde recedens à doctrina qua eccleſia ſuos paruulos inſtruit, non eſt bonus miniſter Chriſti.Et ideo dicit[Enutritus verbis fidei,&c.] Verbũ enim dei eſt ſpirituale nutrimentum quo ſuſtentatur anima,ſicut corpus per cibũ.Mat.8,Non in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo,quod procedit de ore dei.Hoc verbũ fidei inſtruit primò circa credenda,& ſic dicit [Enutritus verbis fidei.]Secũdò circa agenda. & ſic ſubiungit [Et bonę doctrinæ.]Vel fidei verbũ quod & ſimplices habent,& bonę doctrinæ quod ſpirituales magiſtri. ¶Deinde cùm dicit[Ineptas,&c.]Oſtẽdit quid vitandũ ſit,quia fabulæ ineptæ & inanes.Fabula enim ſecundũ Philoſophum eſt cõpoſita ex miris,& fuerũt in principio inuentæ(vt dicit Philoſophus)in pœtria,quia intentio hominũ erat vt inducerent ad acquirendũ virtutes & vitandũ vitia.Simplices autẽ melius inducuntur repreſentationibus quã rationibus. Vnde in miro bene repreſentato videtur delectatio,quia ratio delectatur in collatione. Et ſicut repreſentatio in factis eſt delectabilis,ita repreſentatio in verbis:& hoc eſt fabula.ſ.dictũ aliquod repreſentans & repreſentãdo mouens ad aliquid. Antiqui enim habebãt aliquas fabulas accõmodatas aliquibusveris,qui veritatem occultabãt in fabulis.Duo ergo ſunt in fabula,ꝙ.ſ.contineat verũ ſenſum,& repreſentet aliquid vtile.Item ꝙ conueniat illi veritati.Si ergo proponatur fabula quæ nõ poteſt repreſentare aliquã veritatẽ eſt inanis,ſed quæ non propriè repreſentat eſt inepta,ſicut fabulæ de thalmulth. ¶Deinde cùm dicit[Exerce,&c.]excluſa ſuperſtitioſa abſtinẽtia:hîc cõparat abſtinentiam virtuoſam aliis virtutibus.Et ſciendũ eſt ꝙ iſte Timotheus erat homo valde abſtinens.Vnde dicit infrà 5,Quòd modico vino vtatur,& fortè vt ſit ſolicitus de his quæ ad miſericordiã pertinent:quia qui nõ parcunt ſibi frequenter,nec aliis parcunt.Et ideo inducit eũ vt pietatem præferat abſtinẽtię.Et primò inducit eum ad pietatẽ.Secundò præfert eam abſtinẽtiæ,ibi[Nam corporalis.]Tertiò confirmat quoddã dictum,ibi[Promiſsionẽ.]Quartò dat formam docendi pietatẽ,ibi [Præcipe hæc.] Dicit ergo[Exerce teipſum ad pietatẽ.]Pietas eſt per quam parentibus,patriæq; beniuolentiæ officium impendimus:ſicut religio per quam cultũ debitum deo exhibemus.Pietas enim importat quandã affectionem ad ſuũ principium.Principium autẽ generationis,eſt pater & patria.Et ideo oportet ꝙ homo circa eos ſit beniuolus.Pater autẽ omnium eſt deus.Mala.1,Si ego pater vbi eſt honor meus?Et ideo nomẽ pietatis eſt deriuatũ ad cultum dei,vt dicit Aug.4.de ciui.dei.Vnde euſebia eſt idem ꝙ pietas. Iob 28, Ecce pietas ipſa eſt ſapiẽtia,ſecundum aliam tranſlationẽ,vbi noſtra ſic habet. Ecce timor domini ipſa eſt ſapientia.Titum 1,In agnitione veritatis quæ eſt ſecundũ pietatem.Sed quantum ad terrenam pietatem cõpetit pietati vt homo ſit beniuolus cõpatriotis,ſed quantũ ad Chriſtianã pietatem requiritur vt homo omnibus hominibus ſit beniuolus, quia omnes ſumus eiuſdẽ patriæ. Et ideo pietas ſumitur pro miſericordia. Cùm ergo dicit,Exerce teipſum ad pietatẽ:poteſt accipi ſecundum ꝙ pertinet ad cultũ dei,& ad opera miſericordiæ exhibenda.Gloſa,ad pietatẽ.i.ad cultum omnipotentis dei,& opera miſericordiæ.Et dicit,Exerce,nõ fac:quia exercitium dicit prõptitudinem,& hoc ideo,quia exercitatus facit leuius,delectabilius,& ſtabilius.Proue.24,Diligenter exerce agrũ tuum. ¶Deinde cùm dicit [Nam corporalis exercita.ad mo.vti. eſt.]Præfert eam abſtinẽtiæ.Et primò oſtendit ad quid valet exercitatio corporalis.Secũdò ad quid pietas, ibi [Pietas autẽ.] Corporalis exercitatio ieiunii & huiuſmodi in ſua natura nõ ſunt bona,ſed pœnalia,& ſi homo nõ peccaſſet nihil horum fuiſſet,ſed bona medicinalia. Sicut enim reubarbarũ eſt bonum inquãtum releuat à colera,ſic & iſta inquantum cõprimunt cõcupiſcentias,ergo ad iſtud modicũ ſunt vtilia.1. Cor.9, Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo,&c.Collo.3,Mortificate mẽbra veſtra quę ſunt ſuper terram. Et ideo ſi homo eſſet in ſtatu in quo nõ poſſet peccare:non indigeret ieiunio & huiuſmodi. Vnde Chriſoſtomus ſuper illud Matt. Venit Ieſus,&c.Dicit Ioannes purus homo,indigebat medicina ieiunii : Chriſtus deus erat & nõ purus homo,& ideo huiuſmodi nõ indigebat,ergo ad modicũ vtilis eſt,quia tantũ ad mor bum peccati carnalis,non ſpiritualis:quia aliquãdo propter abſtinentiã homo iracundiam, inanẽ gloriam, & huiuſmodi incurrit. ¶Deinde cùm dicit]Pietas autẽ.] profert abſtinẽtiæ pietatẽ,& accipitur hîc vtroq; modo.ſ.pro cultu dei,& miſericordia[& eſt ad omnia vtilis]quia ad omnia peccata delenda.Eccl.3,Ignem ardentem extinguit aqua,& eleemoſyna reſiſtit peccatis.Item ad bona promouẽda.Eccle.17,Eleemoſyna hominis quaſi ſacculus,&c.Item promerẽtur ſpecialem dei miſericordiã.Mat.5,Beati miſericordes quoniã ipſi miſericordiã conſequentur.Et ideo ad hoc deſignandũ dominus Mat. 25. ſpecialiter cõmemorat opera miſericordiæ.Quod probat ſubdens[Promiſsionẽ habens.]In præceptis enim decalogi vnum ſolùm inuenitur,quod pertinet ad pietatẽ.ſ.honorare patrem & matrẽ , & ſub illo continentur omnia præcepta ad quodcunq; beneficiũ impendendum proximo:& hoc eſt ſolùm præceptum inter ea quæ ſunt ad proximũ habens promiſsionẽ.ſ. vt ſis longeuus, &c.Exod.20.Et Apoſtolus hîc interpretatur longeuus ſecundũ vitam præſentem,& futurã.Vnde dicit[Vitæ quæ nunc eſt futuræ.]Prou.3,Longitudo dierũ in dextera eius. Sed tunc eſt quæſtio,quia aliquando inuenitur aliquis pietatẽ ſequens,qui tamen nõ eſt longeuus. Reſpondeo ſicut dicit Philoſophus,hæc bona tẽporalia intantum ſunt bona inquantũ vtilia ad fœlicitatem . Vnde ſi quis haberet tantum de tẽporalibus ꝙ propter ipſa impediretur à bono virtutis & fœlicitatis,hoc nõ eſſet ſibi ad bonã fortunam,ſed ad malã,vt dicitur 10.Ethic.Et longitudo vitæ eſt vnum de tẽporalibus , intantum bonũ,inquantum coadiuuat ad virtutem.Aliquando autẽ eſt occaſio ad peccãdum:& ideo deus aliquando ſubtrahit eam homini,nõ quia deficiat à promiſsione,ſed quia dat quod melius eſt.Sap.4,Raptus eſt ne malitia immutaret intellectũ eius.Alia eſt quæſtio,quia Apoſtolus præfert pietatem corporali exercitationi,quia habet ſpem vitæ præſentis & futuræ.Sed nunquid corporalis exercitatio etiã habet ſpem,aliàs ieiunans non mereretur vitã æternam?Reſpondeo quãdo duæ virtutes ſunt & vna continet aliam, illud quod eſt ſuperioris virtutis per ſe,cõpetit per accidens inferiori.virtus autem cui competit per ſe mereri vitam æternã,eſt charitas,cuius proprius & immediatus effectus eſt pietas.Et ideo ſecundũ propriam rationem attingit ad merendã vitam æternam:abſtinentia autẽ non,niſi inquãtum ordinatur ad charitatẽ & pietatem:quia ſi ieiunans non refert hoc ad dilectionẽ dei,nõ meretur vitam æternam. Tertia quæſtio eſt,quia dicit hîc Ambroſius in gloſa,Omnis ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt,quã quiſquis ſequens,ſi lubricum carnis patiatur,ſine dubio vapulabit,non tamen peribit. Vbi primò eſt dubiũ de prima eius parte,quia miſericordia & pietas immediatè ordinãtur ad charitatẽ,in qua eſt ſumma Chriſtianæ religionis.Reſpondeo quorundã fuit opinio,ſicut Augu⁹dicit 10.de ciui.dei,ꝙ exercentes pietatis opera quantũcunq; faciant peccata carnalia,finaliter non pereunt æternaliter.Et ad hoc eſt authoritas iſta.Itẽ quod habetur Mat.25,Vbi dãnandis ſolùm improperat defectum miſericordiæ,ergo debetur pœna ęterna ſolùm immiſericordibus.Auguſtinus autẽ dicit contrariũ,quia Apoſtolus dicit qui talia agũt regnũ dei,&c. Quantũcunq; enim exercitetur quis in miſericordia,ſi in morte eſt in peccato mortali, nõ intrabit regnũ. Ad oppoſita dicendum eſt,ꝙ non eſt miſericors qui ſibi non miſeretur,ſecundũ illud Eccl.30. Miſerere animæ tuæ placens deo,& hoc fit ſi homo coniungatur deo per amorẽ,aliàs non eſt miſericors.Ad illud euãgelii reſpondet Auguſtinus,ꝙ non quicũq; peccat detruditur in infernũ ſtatim,quia remanet ei locus pœnitentiæ,ſed ille detruditur qui finaliter moritur in peccato,& pertinet pœnitentia ad miſericordiã. Sed quid dicit,Si lubricũ,&c.Reſpondeo,dicendum eſt ꝙ loquitur de lubrico mortali. Et ꝙ dicit,non peribit , licet hoc non ſit ex cõdigno tamen eſt ex congruo,inquantũ diſponitur animus ad bonũ:vnde dominus poſt lapſum hominẽ reparat.Et hoc præcipuè videtur eſſe in pietate, quia homo benefaciendo aliis inducit alios ad orandũ pro ſe,& dominus donat aliquando veniã peccatoribus precibus ſanctorũ:inquantum impetratur eis venia peccatorum & donũ gratiæ:quia homo poteſt mereri ex congruo alteri primã gratiam : aliàs pro nihilo oraret eccleſia pro peccatoribus. ¶Deinde cùm dicit[Fidelis ſermo.] Oſtendit ꝙ promittitur nobis futura vita,& primò oſtendit hoc ex labore ſanctorũ. Secundò ex eorum ſpe, ibi [Quia ſperamus.] Tertiò ex benignitate dei,ibi [Qui eſt.] Dicit ergo [Sermo.]ꝙ.ſ.pietas habet promiſsionem[eſt fidelis.] Quod ſupra expoſitũ eſt.Et quare?[In hoc enim.]1.propter hoc vt conſequamur vitam æternam[laboramus.]2.Timo.2,Laborantẽ agricolam oportet primũ de fructibus percipere. Item vt benefaciamus ,licet mala ſuſtineamus,dicit[& maledicimur.]Iac.1,Patientia opus perfectũ habet.& Ro.5,Patientia probationem operatur,&c.Et ſuſtinemus propter ſpem vitæ[quia ſperamus in deum viuũ]qui eſt ſaluator vitæ præſentis & futurę.Item ex officio dei eſt ſaluare.Eſa.43,Nõ eſt abſq; me ſaluator.Et ideo incarnatus eſt deus, & vocatus eſt Ieſus.Mat.1,Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorum:& Ieſus idẽ eſt ꝙ ſaluator,quia ſaluat,ſalute corporali, quo ad omnes.Et ideo dicit[Omniũ hominum.]Item ſpirituali quo ad bonos.& ideo dicit[Et maximè fidelium.]

Lectio 3.

Datur episcopo forma docēdi pietatē: & idoneitas ad hoc faciēdū edoceturbona. ſ. vita: & quomodo diuerſi diuerſomodo ſint docendi: namalio modo ſenes alio modo iuuenes.

PRæcipe hæc & doce. Nemo adoleſcentiā tuam contemnat: ſed exēplum eſto fidelium, in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Dum uenio, attēde lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiā quæ in te eſt: quæ data eſt tibi per prophetiā, cum impoſitione manuū presbyterij. Hæc meditare, in his eſto: ut profectus tuus manifeſtꝰ ſit omnibus. Attēde enim tibi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciēs et teipſum ſaluū facies, & eos q te audiūt. Seniorē ne increpaueris: ſed obſecra ut patrē: iuuenes ut fratres: anus ut matres: iuuēculas ut ſorores in omni caſtitate. ¶ Superius Apoſtolus hortatus eſt Timotheū ad pietatem: hīc dat ei formā docendi pietatem: cui primò iniungit vt pietatē doceat. Secundò quomodo ſit idoneus ad docendū, ibi [Nemo.] Tertiò quomodo diuerſos diuerſimodè doceat, ibi [Seniorem.] Doctrina verò pietatis in duobus conſiſtit. ſ. in agēdis & credēdis. Agenda autē non ſolùm debent inſtruere ſi ſunt authoritatē habentes, ſed etiā præcipere: & ideo dicit [Præcipe hæc.] Tit. 2, Argue cū omni imperio. Quantū ad credenda dicit [Et doce.] Mat. vlti. Docete omnes gētes. Iob 4, Ecce docuiſti plurimos. ¶ Deinde cùm dicit [Nemo.] Oſtēdit quomodo poſsit eſſe idoneus ad prædicta, & primò ad præcipiendū. Secundò quomodo ad docendū, ibi [Dum venio.] Circa primū duo facit, quia primò docet quomodo debet excludere contēptum. Secundò manifeſtat per quid excludendū ſit, ibi [Sed exēplum.] Præceptum efficaciā non habet niſi per authoritatē præcipientis: & ideo quando authoritas contēnitur, præceptum fruſtratur, quod maximè fit in adoleſcentia, quia tales non credūtur prudentes eſſe. Vnde ſecundū Philoſophum, Nemo iuuenes elegit duces. Et ideo dicit [Nemo, &c.] Quaſi dicat, Licet ſis iuuenis, mores tamen repreſentēt ſenectutē. Tob. 1, Cùm eſſet iunior. ¶ Deinde oſtendit quomodo excluditur contēptus, dicens [Sed eſto, &c.] vt. ſ. talem exhibeas te vt ſis exēplum faciēdi quod verbo doces. Et notandū q̄ in his in quibus prælatus eſt exēplum, eſt multiplex differentia. Quædā enim ordinātur ad proximum, quędā ad deum, quędam ad ſe. Quantū ad proximum dicit [Exēplum eſto fidelibus.] vt. ſ. quod verbo præcipis, impleas opere. 1. Pet. vlt. Forma facti gregis, &c. Et hoc in locutione. Vnde dicit [In verbo.] ſ. ponderato, ordinato, & circunſpecto. Collo. 4, Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. 1. Pet. 4, Si quis loquitur quaſi ſermones dei. Item [in conuerſatione] exteriori, vt ſicut excellit loco & dignitate, ita & honeſta conuerſatione. 1. Pet. 2, Conuerſationē veſtram inter gentes habentes bonā. &c. Mat. 5, Videant opera veſtra bona & glorificēt patrē veſtrum qui in cælis eſt. Quantū ad deum ordinatur charitate, quæ perficit affectū. Vnde dicit [In charitate.] 1. Cor. 13, Si linguis hominū loquar, &c. Collo. 3, Super omnia charitatem habentes. Item per fidē quæ illuminat intellectum. Vnde dicit [In fide.] Heb. 11, Sine fide impoſsibile eſt placere deo. Quod ſpecialiter cōpetit prælatis qui ſunt cuſtodes fidei. Vnde Luc. 22, Specialiter domine orat pro fide Petri, dicens, Ego ꝓ te rogaui Petre, vt nō deficiat fides tua. Quantū ad ſe ordinatur caſtitas, quia indecens eſt nimis vt vita miniſtrorū diſcordet à vita domini. Eccle. 10, Secundū iudicem populi ſic & miniſtri eius. Chriſtus autē ſic caſtitatem dilexit vt de virgine vellet naſci & ipſe eam ſeruauit, ideo ſequitur, in caſtitate. ¶ Deinde cùm dicit [Dum venio, &c.] oſtēdit quomodo ſit idoneus ad docendū, & primò facit hoc. Secundò aſsignat rationē prēmiſſæ monitionis, ibi [Noli negligere.] Per duo autē eſt idoneus ad docendū. ſ. per lectionem, in qua acquirit ſcientiam, & per exercitiū, in quo efficitur prōptus. Et ideo dicit [Dum venio attende lectioni.] ſ. librorum ſanctorū. 1. Macha. 12, Habentes ſolatio libros ſanctos. Ioā. 5, Scrutamini ſcripturas. Et hoc ſignificatur. Exodi 25, Vbi dicitur q̄ ſemper in arca domini debebant eſſe vectes in circulis & circuli in angulis: quaſi ſemper parati ad portandū. Ad exercitium autem neceſsaria eſt exhortatio noſtra quantū ad agenda, doctrina quantū ad cognoſcenda. Ideo addit [Exhortationi & doctrinæ.] Hier. 3, Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. ¶ Deinde cùm dicit [Noli.] Ponit rationē monitiōis prēmiſſæ, & primò ponit cauſam ex dono ſuſcepto. Secūdò cauſam ex prēmio expectato, ibi [Attende tibi.] Item primò ponit rationē. Secundò oſtendit quomodo quod in ratione cōtinetur impleri poteſt, ibi [Hæc meditare.] Dicit ergo [Noli, &c.] q. d. immo attende, quia qui recipit gratiam nō debet in ea negligens eſſe, ſed ex ea fructificare debet. Mat. 25, Seruus abſcōdens in terra pecuniā punitur, propter negligentiā [Noli ergo negligere gratiam, &c.] Per hoc intellige vel dignitatem epiſcopalem, vel donū ſcientiæ, vel prophetiæ vel miraculorum, quorū nihil debet negligi. 2. Cor. 6, Ne in vanum gratiā dei recipiatis. Dico gratiam, quæ data eſt tibi per prophetiā. i. per diuinam inſpirationē. Nam in primitiua eccleſia, vbi purè & propter deū electiones fiebāt, nullus aſſumebatur ad epiſcopatū niſi per electionem diuinā, ſicut electus eſt Ambroſius & Nicolaus. Et hāc inſpirationē vocat hīc prophetiam. Vnde glo. dicit. i. per ſanctorū electionem, quia ſancti nō eligebant quem à deo nō ſciebāt electū. Item Apoſtolus præuidebat hunc profuturū eſſe populo. Prouer. 29, Cùm prophetia defecerit. i. talis modus electionis, diſsipabitur populus. Et quomodo? Cum impoſitione manus præsbyteri. Alia litera habet [manuū præsbyterii] Et ſicut dictū eſt nomina præsbyteri vel epiſcopi ſunt promiſcui, quia ſacerdotes & præsbyteri. i. epiſcopi erant qui recipiebātur cum manus impoſitione. Num. 27, Voca Ioſue & impone manū tuam ſuper eū, &c. Dominus etiā impoſuit manum pueris, vt dicitur Mat. 19. Item Apoſtoli ſeptē dyaconibus. Act. 6, Et ideo ordinādis in epiſcopū imponuntur manus. Sed quæſtio eſt cū epiſcopus debeat ordinari à tribus, quare hīc dicitur ſingulari numero præsbyteri? Reſpōdeo, hoc ideo dicit, quia & ſi conueniant multi, tamen vnus eſt principalis & alii coaſsiſtētes. Tamen poteſt dici q̄ tunc hæc cōſtitutio nōdum erat, & tūc pauci erant epiſcopi, qui nō poterant cōgregari. Alia litera habet præsbyterii. i. illorū qui ſibi impoſuerunt manus non inquantū homines, ſed inquantum præsbyteri. Et hæc impoſitio ſignificat collationē gratiæ: non q̄ miniſtri dent gratiā, ſed q̄ ſignificant gratiam datā à Chriſto. Vnde illorū eſt ſolùm qui ſunt miniſtri Chriſti. Et ideo dicit præsbyterii vel præsbyteri, quia manus impoſitio, alia eſt quæ fit à dyaconibus, & alia quæ fit à præsbyteris. ¶ Deinde cùm dicit [Hęc meditare.] Oſtēdit quomodo impleatur quod dictū eſt, vt. ſ. cōtinuē meditetur ea quæ ſpectant ad officiū ſuum. Heb. vlti. Ipſi enim peruigilant quaſi rationē pro animabus veſtris reddituri. [Hæc ergo meditare.] i. frequenter cogita quæ ſunt ad curam gregis tui [In his eſto.] i. tota virtus tua ſit ad hoc. Et quare? [Vt profectus tuus ma. ſit omnibus.] Mat. 5, Nemo accendit lucernā & in abſcōdito ponit, &c. Philip. 4, Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Et hæc debet ſeruare propter prēmiū expectatum, propter quod ſubdit, dicens [Attende tibi & doctrinæ.] Aliqui ſic attendunt doctrinę, q̄ ſui curam negligunt: ſed Apoſtolus dicit q̄ primò attēdat ſibi, & poſtea doctrinæ. Eccle. 30, Miſerere animæ tuæ placens deo. Vnde Ieſus cœpit facere & docere [Inſta in illis] i. inſtāter exerce. 2. Timo, 4, Inſta opportunè. Et fructus erit ex hoc copioſus, quia [hoc faciens & teipſum, &c.] Et hoc eſt magnū. Iac. 5, Qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore viæ ſuę ſaluabit animā ſuā à morte. Dan. 12, Qui ad iuſtitiā eruditū multos quaſi ſtellæ, &c. Vnde doctoribus debetur præmiū aureolæ. ¶ Deinde cùm dicit [Seniorem, &c.] Oſtēdit quomodo diuerſimodè diuerſis ſuam doctrinā debet tradere, & ponit duas diuerſitates. Vnam ſecundū ętatem. Aliam ſecundū ſexum. Secūdum ætatem primò quantū ad viros. Secundum quantū ad fœminas, ibi [Anus &c.] Dicit ergo [Seniorē, &c. ſed obſe. vt patrem.] Leui. 19, Honora perſonam ſenis. Et ideo nō ſunt mordaciter increpandi, ſed obſequēdi. 1. Pet. 5, Seniores qui in vobis ſunt obſecro conſenior. Et ſi Petrus ſenior hoc faciebat, quātò magis iuuenis hoc debet. Sed contrà, Eſa. 65, Puer centum annorū morietur: & peccator centum annorū maledictus erit. Reſpondeo, dicendū eſt q̄ ſenex propter excedentem malitiam perdit honorē ſenectutis: & tunc increpandus [Iuuenes vt fratres.] Mat. 23, Omnes vos fratres eſtis. Ezechie. 34, Cum auſteritate imperabatis eis. Ex parte fœminarū eſt differentia ætatum [quia anus vt matres] maximè quę non ſunt iuuenes. infrà 5, Viduas honora [Iuuenculas vt ſorores.] ex amore charitatis. Et hoc [In omni caſtitate.] Quia amor ſpiritualis ad mulieres niſi cautus ſit degenerat in carnalem, ideo in his quę ad iuuēculas pertinent adhibēda eſt caſtitas. & ideo Apoſtolus addit hoc. Vnde papa ſcribens eis dicit [Dilectus in Chriſto.] Sed viris ſimpliciter dicit, dilectis filiis.

Caput 5.

Inſtruit de viduis, oſtēdēdo qualibus viduis ſit ſubueniēdū: inſtituēdo quomodo ſeſe habere debeāt quæ habēt filios & parentes, & illæ quæ nō habēt, quas vocat deſolatas.

VIduas honora: quæ uerè uiduæ ſunt. Si qua autem uidua filios aut nepotes habet: diſcat primùm domū ſuam regere, & mutuam uicem reddere parentibus: hoc enim acceptū eſt coram deo. Quæ autem uerè uidua eſt & deſolata: ſperet in deum, & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in deliciis eſt, uiuēs mortua eſt. Et hoc præcipe ut irreprehenſibiles ſint. Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet: fidem negauit, & eſt infideli deterior.

¶ Suprà inſtruxit Timotheum de vſu ciborū & de abſtinentia: hīc inſtruit eum de diſpenſatione ciborum quæ ſit ſpiritualibus perſonis. ſ. quæ diſpenſabantur viduis & doctoribus. Primò ergo inſtruit eū de viduis. Secundò de doctoribus, ibi [Et qui bene præſunt.] Circa primū primò oſtendit quomodo viduis & doctoribus ſunt miniſtrāda alimenta per eccleſiam. Secūdò qualis vidua ſit eligēda, ibi [Vidua eligatur.] Item primò oſtendit qualibus viduis ſit ſubueniendū. Secundò manifeſtat quod dixit, ibi [Si qua autē.] Tertiò oſtēdit rationem dictorū, ibi [Si quis.] Dicit ergo [viduas honora] nō ſolùm reuerentiā exhibendo, ſed neceſſaria tribuēdo. Hæc enim duo intelliguntur in verbo honoris. Vnde in præcepto honorādi parentes, intelligitur etiā de ſubuentione. q. d. In neceſſariis prouide: & hoc inchoatū eſt à principio eccleſiæ. Act. 6, Factum eſt murmur Græcorū aduerſus Hebræos, eo q̄ deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorū. ſecundo Mach. 3. In tēplo pecunia poſita erat ad alimoniam viduarū & pupillorum. Sed quas viduas? Illas [quæ verè ſunt viduæ.] Vidua dicitur quaſi à viro idua. i. diuiſa. Nam vidua verè eſt illa quæ nō habet alias perſonas à quibus ſuſtētetur & huic neceſſaria dabantur de eleemoſynis fideliū. ¶ Deinde cùm dicit [Si qua autem [Exponit quæ ſunt verè viduæ, & primò oſtēdit quæ non ſunt verè. Secundò quæ ſunt verè, ibi [Quæ autem.] Circa primū primò agit de inſtitutione earum quæ ſunt verè viduæ. Secundò rationē aſsignat, ibi [Hoc enim.] Inſtruit ergo huiuſmodi q̄ [diſcant domū ſuam regere.] Tob. 10, Docuerūt filiā ſuam regere familiam. Et dicit, primùm, quia vidua quæ aſſumitur ad prouiſionē ſibi ab eccleſia fiēdam, debet eſſe cum honeſtate vigilans, Et hoc eſt q̄ dicit [Diſcat.] Item debet ſuis parētibus ſeruire, & ideo dicit [Mutuā, &c.] Quaſi dicat, Sicut parnetes eam nutrierunt, ita & ipſa eos ſi habet. Et huius ratio aſsignatur cùm ſubiungit, dicens [Hoc enim eſt acceptū, &c.] Quia hæc nō ſolùm hominibus fiunt, ſed deo. Et hoc patet, quia dominus de hoc ſpeciale mandatū dedit Exod. 20. quod etiā dominus Ieſus in euangelio noluit prætermitti. Item hoc natura docet vt homo recōpenſet beneficia impendentibus. At nulla tantū impenderunt quantū parentes. ¶ Deinde cùm dicit [Quæ autē verè.] Tractat de veris viduis. Primò oſtendens quæ verè ſint viduæ. Secundò qualiter inſtruēdæ ſunt, ibi [Speret in deū.] Dicit ergo [Quæ autē verè vidua eſt & deſolata.] id eſt, quæ non habet conſolationē humanam. ſ. filios vel parentes, & talis quę nō habet aliud confugiū, ſperet in deum, etiā quantum ad tēporalia ſubdita per eccleſiam ſuſtētata. Et debet inſtrui primò vt exercitetur in bonis. Secundò vt caueat à malis, ibi [Et hoc præcipe.] Circa primū duo facit, quia primò oſtendit quibus debet occupari hæc vidua. Secūdò rationē aſsignat, ibi [Nam vidua.] Dicit ergo, Speret in deum & actum ſpei conuenientē exerceat, quod fit per orationē & obſecrationē, per quas obtinetur quod ſperatur. Oratio enim eleuatio eſt mentis in deū: obſecratio eſt poſtulatio per aliqua ſacra. Et ideo ſubiungit [& inſtet obſecra. & ora.] & dicit [Die & nocte] quia impoſsibile eſt q̄ animus hominis ſit ſine aliqua cura. Et ideo ex quo vidua nihil habet in quo occupetur, debet vacare ſemper deo. Luc. 2, Anna non diſcedebat de tēplo, &c. Iudith 8, Fecit cubiculū in ſuperiori ad orandum. ¶ Deinde cùm dicit [Nam quæ.] Reddit rationem quare debet ſemper vacare orationi. ſ. quia impoſsibile eſt q̄ animus non occupetur circa aliquā delectationem. Et cùm animus otioſi nō occupatur vtilibus, oportet q̄ occupetur carnalib⁹. Et ideo dicit q̄ vidua ſic deſolata vacet orationi: quia ſi nō habet hanc, dat ſe deliciis, & ſic mortua eſt morte peccati. Apo. 3, Nomen habes q̄ viuas, & mortuus es. Eſa. 38, Viuens. ſ. interius: viuens. ſ. exterius, confitebitur tibi. Et licet delicię ſint omnibus hominibus occaſio mortis, ſpecialiter tamen mulieribus, quia ex ſui natura habēt animi molliciem. Cùm ergo deliciæ emolliant animū, neceſſe eſt q̄ mulieres multò plus emolliantur. Hier. 31, Vſquequo deliciis diſſolueris filia vaga? Apoc. 18, Quantū glorificauit ſe & in deliciis fuit, tantum date illi tormentū & luctum. ¶ Deinde cùm dicit [Et hoc præcipe.] Oſtēdit quod inſtrui debent cauere ſe à malis. Et ideo dicit q̄ etiā prohibeat hoc, præcipiens [q̄ mulieres] quę ab eccleſia ſuſtentantur [ſint irreprehenſibiles.] Pſal. Domum tuā domine decet ſanctitudo. ¶ Deinde cùm dicit [Si quis autē.] Aſsignat rationē huius quod dicit [diſcat primū, &c.] Dicens q̄ oportet q̄ circa hoc inſtruatur vidua, quia hoc eſt de neceſsitate. Et ideo dicit [ſuorū] quorum. ſ. cura ei incūbit [& maximè domeſticorum.] Can. 2, Ordinauit in me charitatem. Et ſicut Aug. dicit, poſſumus omnibus bene velle, ſed illi qui ſunt nobis cōiuncti, æſtimantur quaſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam sors,& ideo magis diligendi. Ambro. in lib. de offi. dicit ꝙ ratio huius est, quia fortè his quibus nō est verecundū suscipere à suis, esset verecundū susciꝑe ab aliis[Fidem negauit]ꝑ opera, quia si non seruat fidē his quos sibi natura copulauit, consequens est ꝙ nec aliis. Tit. 1, Confitentur se nosse deū, factis autem negant. Sed nunquid est hoc verū[& est infideli deterior.] Cuius contrariū videtur per Aug. Ioan. 15, Si nō uenissem,&c. quia super hoc dicit, ꝙ ibi loquitur de peccato infidelitatis, quod est grauius cęteris peccatis: quia peccata in deum sunt grauiora, q̄ quæ in proximum. Respondeo ꝙ fidelis & infidelis possunt dupliciter cōsiderari. Primò quantū ad statum peccati,& sic infideles sunt in peiori statu, quia nihil agunt deo acceptum. Secundò quantū ad vnum peccatum,& tūc ecōtra: fidelis enim & infidelis si mechētur, plus peccat fidelis, quia facit iniuriā fidei. Et sic dicit ꝙ si fidelis contēnit curam parentum grauius peccat q̄ si hoc faceret infidelis. 2. Pet. 2, Melius erat eis non cognoscere viā iustitiæ, q̄ post agnitionem retrorsum conuerti,&c.

Lectio 2.

Ostendit q̄ viduæ sunt eligēdæ ad hoc vt præsint aliis vt duis: ex tēpore, ex castitate, ex bonorū operū exercitio: vel hoc de sumēdis ad hoc qui expēsis ecclesiæ nutriētur intelligitur: pōst ostēdit quæ sunt viduæ vitādæ, nā iuuenes: et qd de illis sit fiēdum.

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationē patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autē uiduas deuita, Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt: habētes dānationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & otiosæ discunt circūire domos, non solùm otiosæ, sed & uerbosæ, & curiosæ loquentes quæ non oportet. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse: nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post Sathanam. Si quis fidelis habet uiduas subministret illis, ut non grauetur ecclesia: ut his quæ uerè uiduæ sunt sufficiat.

¶ Suprà ostendit viduas ab ecclesia esse sustentādas: hîc ostendit quales sunt sustentādæ. Et primò ostēdit qualis sit eligenda: secūdò qualis vitanda, ibi[Adolescentiores.] Circa primū tria facit, quia primò ostēdit esse eligendam ex tēpore: secundò ex castitate: tertiò ex bonorū operū exercitio. Ex tēpore, quia[sexaginta annorū.] Sed de qua electione agit? Ad hoc potest responderi dupliciter. Vno modo ꝙ loquitur de electione qua eligitur ad præsidendū gubernatione aliarum viduarum quæ ab ecclesia nutriebantur, quæ sic antiqua præficiatur, vt de cōtinentia eius nullus suspicetur. Num. 4, A triginta annis & suprà vsq; ad annos quinquaginta,&c. Sed cōtra videtur, quia ecclesia facit contrariū, quia abbatissę iuniores fiunt. Respōdeo, Dicendū est ꝙ inordinatum est ꝙ nimis iuuenculæ fiant: sed tamen non est tanta diligentia ecclesiæ in eis quæ sunt inclusæ vt in eis quæ sunt liberæ. Alio modo ꝙ loquatur de electione qua eligitur ad hoc ꝙ sustentetur stipendiis ecclesiæ: & talis eligatur non minus quàm annorū sexaginta: quia iuuenes possunt laborare manibus, sicut & Apostolus, qui licet posset de euangelio viuere, tamen laborabat, sed vetulæ quiescunt,

¶ Ex castitate etiā eligenda est vidua, ideo dicit[Quæ fuerit vnius viri vxor.] Sicut enim requiritur in episcopo ꝙ sit vir vnius vxoris: ita in vetula ꝙ sit viri vnius vxor. Glo. hoc dicit propter prædictū sacramentū. Hæc glosa est magistralis & parū valet. Non enim videtur ratio sumi ex aliquo sacramento, quia mulieres non suscipiunt aliqua sacramēta ministranda. Sed hoc dicit propter firmitatē, vt. s. habeant continuum propositum seruādæ viduitatis. Sed Hieronymus in epistola ad Aggeruntiā, aliàs ad Eſiciam, aliā rationem assignat. s. ꝙ apud Gentiles mos erat ꝙ in sacris deorum nulla præerat quæ haberet duos viros. Et ideo Apostolus voluit vt quæ alimentis ecclesiæ nutriebātur, non minus essent castæ. Iudith 15, Eo ꝙ castitatē amaueris, & post virū tuum alterū nescieris,&c. Luc. 2, Vixit annis septē cum viro suo à virginitate sua. Et ideo est quasi laudabile signū castitatis quòd vnius viri fuit vxor. ¶ Deinde cùm dicit[In operibus bonis,&c.] Ostendit viduā esse eligendam ex exercitatione bonorum operū. & primò in generali: secundò in speciali, ibi[Si filios.] tertiò dat idē intelligere de omnibus bonis operib⁹, ibi[Si omne opus.] Quantū ad primum dicit[In operibus bonis.] Prouer. vlti. Laudent eam in portis eius. Et dicit[Testimoniū habens.] Io. 5, Opera quæ dedit mihi pater vt perficiā ipsa opera quæ ego facio testimoniū perhibent de me. Exteriora enim opera ostendunt interiorē fidem. Iac. 2, Ostende mihi fidē tuam sine operibus, & ego ostendā tibi ex operibus fidē meam. Sed quæ opera: primò ad suos: secundò ad alios. Ad suos dicit[Si filios educauit.] s. in timore dei,& castitate. Eccle. 7, Filii tibi sunt, erudi illos. Quantū ad alios, tangit tria opera pietatis, quia mulieres habentes cor molle sunt naturaliter misericordes. Primò ergo docet hospitalitatē, ibi [Si hospitio recepit.] Ro. 12, Hospitalitatē sectantes. Secundò cum hoc simul ponit humilitatē dicens [Si sanctorū lauit pedes] sic enim sunt sancti recipiēdi & honorificè tractandi. Luc. 10, Martha autē satagebat circa frequens ministerium, sic Christus Ioā. 13, Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister,& vos debetis alter alterius lauare pedes. Glo. Aug. super Ioā. Faciūt hoc sibiinuicē fratres etiam in ipso opere visibili: & quod manu nō faciunt, corde non faciunt. Multò autē melius est vt etiam manibus fiat, nec dedigneturid quod fecit Christus facere Christianus. Qui enim ad pedes fratris inclinatur, ei in corde humilitas excitatur, vel si iam inerat, cōfirmatur humilitatis effectus. Tertiò fortitudinē & constantiam, vt. s. tribulatis assistat, vnde dicit [Si tribulapati subministrauit.] Heb. 10, Vinctis cōpassi estis. ¶ Deinde cùm dicit[Si omne opus.] Cōcludit in quibus debet esse bona, dicens[Si omne opus bonū subsecuta est.] i. prosecuta est. Gal. 6, Dum tēpus habemus operemur bonū ad omnes. ¶ Deinde cùm dicit[Adolescentiores,&c.] Ostendit quæ sint vitandæ. Et primò hoc ostendit: secundò assignat rationē, ibi[Cùm enim luxuriatæ.] Dicit ergo, Eligātur viduæ talis ætatis, sed deuita adolescētiores viduas. i. passim non recipias ad sustentationē in ecclesia, præcipuè infames & dissolutas: vel deuita eas, quantū ad consortium & familiaritatē. Eccle. 42, Melior est iniquitas viri. i. securior ad cōmorandum, q̄ mulier benefaciens: vnde ibi subditur,& mulier confundens in opprobriū. Prima expositio est literalis. ¶ Deinde cùm dicit[Cùm enim,&c.] Assignatur duplex ratio ex duplici periculo quod imminet. Circa primū duo facit, quia primò proponit primū: secundò respondet quæstioni, ibi [Habentes dānationem.] Si enim adolescentes assumantur ad sustētationē ecclesiæ sunt duo consequētia, scilicet ꝙ habeant sufficientiā,& ꝙ nō cogantur manibus operari. Ex vtroq; autē imminet periculum. Ex primò periculū castitatis. Vnde dicit[Cùm enim luxuriatæ fuerint.] Luxuria quandoq; sumitur pro superfluitate actus venerei,& sic est vnum de septē vitiis capitalibus: quandoq; verò sumitur pro omni superfluitate rerum corporaliū: & sic sumitur hîc. q. d. Cùm habuerint superabundantiā[in Christo.] i. per suffragiū

Christi, tunc[nubere volunt.] Exod. 32, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Valerius dicit ꝙ à cerere. i. cibo,& libero patre propinquus est locus ad venerē. Osee 4, Comedent,& non saturabūtur, fornicati sunt,& non cessauerunt,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Habentes,&c.] Respondet tacitæ quæstioni. Posset enim aliquis dicere, Quid enim mali est si nubant? Tu enim dicis 1. Cor. 7, Mulier non peccat si nubet. Ideo dicit[In hoc habent dānationem, quia primam fidē,&c.] s. castitatis quā vouerūt, aliàs enim nō fuissent assumptæ ad alimoniā. Vnde dicit Augu. hîc ꝙ ex solo proposito quis incurrit dānationem. Verū est si sit ad determinatū & cum consensu. Eccles. 4, Si quid vouisti deo ne moreris reddere. Luc. 9, Nemo mittens manū in aratrum & aspiciens retrò aptus est regno dei. Ex secundò. s. ꝙ non laborant tria mala incurrunt. Primum malū est otiositas. Eccle. 33, Multam malitiā docuit otiositas. Ezec. 16, Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia,& otium. Prouerbio. 12, Qui sectatur otium stultissimus est. Ex otiositate sequūtur hæc mala. Cor mulieris non est firmū sicut viri, & propter hoc ad diuersa mouetur. Si ergo nō astringatur ad operandū, oportet ferri ad diuersa. Et ideo est periculū ꝙ mulieres sint otiosæ, vnde antiqui occupabāt eas. Item efficiūtur instabiles quantū ad locum, quia discunt circūire domos. Prouer. 7, Nunc foris, nūc in plateis, nunc iuxta angulos insidiās. Hier. 14, Dilexit mouere pedes suos,& nō quieuit,& domino non placuit. Quantū ad verba dicit [Verbosæ.] Ex quo enim nō occupātur, multum vacāt nugis. Prou. 7, Garrula, vaga, quietis impatiens. Quantū ad cor[curiosæ] quia ex quo nō occupantur in suis, intromittūt se de alienis,& ideo [loquūtur quę non oportet] quia omniū facta diiudicant. Eccle. 9, Colloquium eius quasi ignis exardescit. ¶ Deinde cùm dicit [Volo ergo,&c.] Ostendit cui operi sint applicandę. s. vt nubant. Et proponit primò documentū: secundò assignat rationem, ibi, Iam enim. Dicit ergo. Volo[iuniores]. s. viduas[nubere.] Contrà. 1. Corin. 7, Bonum est eis si sic permaneant, ergo debet melius dicere, Volo continere. Respondeo. Hieronymus dicit ꝙ illud 1. Cor. 7, Volebat ex principali intentione, sed vnusquisq; habet propriū donum à deo. Et ideo subdit, Melius est nubere q̄ vri. Et ideo in quo casu loquitur videndū est, quia in hoc, ne primam fidem faciant irritam: & ideo quod hîc dicit, volo, intelligitur nō ex principali intentione[filios procreare]& non eos occultè occidere per aborsum, suprà 2, Saluabitur autē per filiorum generationē si permāserit in fide[matres familias esse[vt. s. sint occupatę, nec verbosæ discurrant per domos. Et etiā hoc volo[vt nullam occasionē dent aduersario.] i. vel diabolo vel gentili[maledicti gratia.] i. vt possit maledicere ecclesiis dei. In quo sic cōcludit vitā viduarū, vt sic viuāt ꝙ in nullo alios prouocēt ad lasciuiā. 1. Pet. 2, Sic est voluntas dei vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentiū hominum ignorātiam. Et est eius hæc ratio, quia quædā vouentes castitatem, cōuersæ sunt retro, vo tū irritantes. Et tales vadūt post sathanā per imitationē, qui apostatauit de societate angelorum. ¶ Deinde cùm dicit[Si quis] Ostēdit quę viduæ sunt nutriēdæ à priuatis personis: & primò ponit documentū: secundò rationē, ibi[Et nō grauetur.] Dicit ergo quòd quæ est vidua verè sperat in deo, sed tam quòd si qua habet fratres vel parētes, sustētetur ab illis. Et ideo dicit[Si quis fidelis,&c.] quia hoc est opus pietatis. Et hoc [vt ecclesia non grauetur, &c.] Et hoc necessariū est, quia tūc ecclesia nō habuit possessiones, sed modò habet possessiones deputatas ad hoc, 1. Thessa. 1. Nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus.

Lectio 3.

Ostēdit P. presbyteros debere honorari: & pbat p scripturā: malos inter eos debere puniri: & docetur modus: adiuratur q̄; presbyter in præmissis vt ista faciat, cùm examinet et ꝙ nullū indiscretè ordinet, docetur q̄; quomodo i sua psona se habere debet: & declaratur qđ dixit, nil faciendū cum præiudicio, sed cū examine: nam hoc verum est in occultis, non fidelibus manifestis: et de nō cito pro mouendis docet itelli-

Qui bene præsunt præsbyteri: duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim scriptura, Non alligabis os boui trituranti. &, Dignus est operarius mercede sua. Aduersus præsbyterū accusationem noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus argue, ut & cæteri timorē habeant. Testor coram deo & Christo Iesu, & electis angelis eius, ut hæc custodias sine præiudicio nihil faciens in alterā partem declinando. Manus cito nemini imposueris: neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quorūdam autem sequuntur. Similiter & facta bona, manifesta sunt, & quæ aliter se habent abscondi non possunt.

¶ Superius egit de viduis honorandis, quæ stipendiis ecclesiæ sustentabātur: hîc agit de honoratione presbyterorum: & primò instituit Timotheū qualiter se habeat ad eos: secundò ostēdit quomodo quædā dicta sunt intelligenda, ibi[Quorundā hominum.] Item primò ostendit ꝙ presbyteri sunt honorandi, secundò confirmat per authoritatē, ibi[Dicit enim scriptura.] Circa primū duo facit, quia primò ostēdit ꝙ sunt honorandi: secundò ostēdit qua ratione debetur eis honor, ibi[Maximè qui.] Dicit ergo [Qui bene præsunt præsby.] Præsbyter idem est ꝙ senior,& sicut senes ætate, cōsueuerunt habere prudentiā. Iob 12, In multo tēpore prudentiam: ita qui sumitur ad regimen ecclesiæ debet prudēs esse. Luc. 12, Fidelis seruus & prudēs, &c. Et ideo prælati ecclesiæ. s. episcopi & sacerdotes, vocātur presbyteri. Et ideo dicit, Qui præsunt,&c. Nec hoc tantū, sed oportet ꝙ bene præsint. s. ad dei honorē,& non ad propriam cōmoditatē. Ezec. 34, Vę pastoribus Israel qui pascebāt semetipsos. Item prudēs sit vt vnicuiq; det tēpore suo. 1. Cor. 4, Hîc iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Isti duplici digni sunt honore, quorū vnus est in ministratione necessariorū. Tob. 1, Ex his quibus honoratus fuerat à rege habuisset decē talenta argenti,&c. Prouer. 3, Honora dominū de tua substantia. Item alius in exhibitione reuerentiæ. Eccle. 4, Præsbytero humilia animam tuā. Heb. 12, Obedite præpositis vestris. Prou. vlti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Esa. 16, In terra sua duplicia possidebūt. Sed[maximè] præcipuè hic honor est illis exhibendus qui hoc merētur suo labore. s. [qui laborant in verbo] prædicationis. Phil. 2, Inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo, verbum vitæ continētes. Col. 3, Verbū Christi habitet in vobis abundāter, in omni sapiētia docētes. Itē [in doctrina.] i. in eruditione. Hier. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meū,& pascent vos scientia, & doctrina. Et Ephe. 4, Iungit pastores & doctores, quia hoc est officiū episcopi. ¶ Deinde cùm dicit [Dicit enim.] probat per duplicē authoritatem,& vnam introducit secundū sensum mysticum, aliam secundū literalem, ibi [Dignus est.] Dicit ergo[Dicit enim scriptura.]. s. Deute. 25 [Non alligabis os bo. tri.] 1. Corin. 9. Probat Apostolus hoc esse intelligendū de doctoribus, quia deo non est cura de bobus, nō quin subsint diuinæ prouidentiæ, sed quia deo nō est cura qualiter homines tractent boues, qui possunt eis vti vt volunt. Vnde illa

gendū si nō sint manifestè boni, nā si sit manifestū oībus q̄ sunt boni nō differendū est cæteris suppositis.

lex non est de bobus,sed per similitudinē dicitur.q.d.Homini laboranti in officio nō prohibeas quin viuat de illo officio.Per boues enim intelligūtur docentes.Pro.14,Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.Per messes,fideles.Mat.9,Messis quidē multa,&c.Ergo nō sunt prohibēdi prædicatores & doctores quin sumptus habeāt.Alia authoritas est[Dignus est operarius cibo suo.]Matt.10,Vel potius in veteri testamēto est,licet nō sic scripta sit.Nec cōsueuit Apost.de euangelio adducere authoritatē,nisi cū expressione dicentis,sed sumitur hæc de Leu.9,Nō morabitur apud te merces mercenarii tui vsq; manè.Sed nūquid isti sumptus sunt merces?Dicit Aug.in glo.q̄ sic.Nō tamen venale est euāgelium vt pro istis prædicetur.Merces enim quādoq; dicitur quod homini redditur pro prēmio finali,& sic absit q̄ prædicatorū merces sint huiusmodi sumptus,quādoq; dicitur merces solū,quo quis fit dignus laborādo.Et hoc modo largè hic dicitur merces.Et ideo dicit Aug.Accipiāt ergo,&c.Deinde eū dicit [Aduersus presbyterū]agit de correctione presbyteri,dicēs q̄ sicut presbyteri qui bene præsunt duplici honore sunt honorādi,sed mali sunt corrigēdi.Circa quod tria facit.Primò dicit q̄ faciliter eorū accusatio nō admittatur.Secūdò q̄ culpabiles sunt publicè corrigendi,ibi[Peccātes.] Tertiò q̄ non dānentur temerè,ibi [Sine præiudicio.] Dicit ergo, Tu maior presbyter [noli aduersus presbyterū accu.&c.] Duo sufficiunt si boni sunt.Cuius dicti ratio est in glo.quia nō est facile accusanda tam alti ordinis psona quę sit vice Christi.Sed hoc nō videtur sufficere, quia aliorū accusatio non nisi sub duobus,vel tribus testibus admittitur.Deute.17, In ore duorū aut trium testiū peribit,qui occidetur.Vnde notādum q̄ aliud est accipere accusationē,& aliud condēnare accusatū, secundū non debet iudex,nisi eum testibus conuictus fuerit dānandus,& hoc in hominibus vulgi, sed in sacerdotē non debet accusationē recipere nisi sit euidens. ¶ Deinde cùm dicit[Peccantes,&c.Ostendit quomodo puniatur si sibi probetur:& primò ostēdit q̄ publicè corrigat eum:secundò adiurat eum q̄ obseruet ista,ibi[Testor corā.]Dicit ergo[Peccantes]tam presbyteros q̄ quoscunq; [corā omnibus argue.]Et quare?[Vt cæteri timorē habeant.]Proceditur tamen aliter in correctione fraterna,aliter in iudiciaria,quia iudex gerit personā publicam,& ideo debet intendere bonum cōmune,quod lędit per peccatū publicum, quia multi scandalizantur.Et ideo iudex ecclesiasticus sic debet publicè punire,vt alii ædificentur. Eccl.8, Quia nō cito profertur contra malos sententia,absq; vllo timore filii hominū perpetrant mala.Proue. 19, Pestilente flagellato stultus sapiētior erit. Nota q̄ dicit,Corā omnibus.Sed cōtrà Mat. 18,Si peccauerit in te frater tuus,corripe eū inter te & ipsum solum,&c.Respondet Aug.in glo.distingue tēpora & peccatum, quia aliud est occultū,aliud publicū. Sed primū indiget occulto remedio.i. occultè est arguendū,& de hoc loquitur dominus.Vnde dicit in te.s.solo,quasi occultè.Sed Apostolus loquitur de peccato publico, quod publica pœna indiget.Et hoc significatur in mortuis,quos dominus suscitauit.Mat.9,Puellam suscitauit intra domū,per quod occultū peccatū intelligitur, vnde & tunc eiecit turbā:sed Luc. 7, Filium viduæ extra portā,coram omnibus,per quod ostēditur publicū peccatum publicè puniendū. ¶ Deinde cùm dicit [Testor,&c.]Quia iudex ecclesiasticus maximè gerit in iudicādo personam dei: ideo per deū attestandus est q̄ iustè iudicet.Sic enim debet arguere corā omnibus,q̄ non despiciat iudiciū dei.Vbi tria ostendit. Primum est authoritas diuina,quia deus pater authoritate iudicabit,ideo dicit[Corā deo.]Gen.18,Iudicas omnem terrā.Item Christus homo sicut in iudicio cōparens.Io.5,Potestatē dedit ei iudiciū facere,quia filius hominis est.Et ideo dicit[Et Christo.] Item angeli sicut ministri.Mat.25, Cū venerit filius hominis in maiestate sua,& omnes angeli cū eo,tunc sedebit super sedē maiestatis suæ.Ideo addit [Corā angelis.] Iob 10, Instauras testes tuos cōtra me. ¶ Deinde cùm dicit[Sine præiudicio.] Remouet temerariū iudicium,dicens [Sine præiudicio.] Vt.s.non temerè procedas , sed cū deliberatione nihil faciens.s.declinando ad aliquam partem.Vel sine præiudicio.i.sine præcedēti discussione. Eccles.33,Sine iudicio nihil facias graue.Iob 29, Causam quā nesciebam diligentissimè inuestigabā,alioquin nō esses medius inter partes.Exod.23, Non declinabis in iudicio pauperes. ¶ Deinde eū dicit[Manus cito nemini impo.]Agit de promotione,& de hoc videtur esse ratio primi.Sicut enim non debet cito punire,ita nec cito promouere.i.ordinare de facili ad sacros ordines.Suprà 2,Et hi probentur primū,&c.Num.11,Congrega ad me 70. viros de senioribus Israel quos tu nosti q̄ senes sint populi ac magistri,q.d. illos quos tibi constat idoneos esse.Et quare?[Neq; communicaueris pec.ali.] quia si inordinatè promoueas,& ex hoc cōtingat peccatū eis,vel in plebe,hoc tibi imputabitur.Vel cōmunicat alienis,quia nō corripit cùm potest.Ro.1, Digni sunt morte nō solùm qui faciūt ea,sed etiā qui consentiunt facientibus.Esa.52,Pollutum noli tāgere. ¶ Deinde cùm dicit [Teipsum,&c.] Ostendit quomodo habeat se ad seipsum,& hoc satis rationabiliter, quia cōtingit q̄ aliquis ita fertur ad alios q̄ se negligit.Vnde primò hortatur eum ad castitatē:secundò ex hoc reprimit immoderatā eius abstinētiā,ibi[Noli adhuc,&c.]Dicit ergo[Tu q̄ alios debes corrigere.]Teipsum castū,&c.1.Cor.9, Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo,ne cū aliis prædicauero ipse reprobus efficiar. Iste si quidē Timotheus erat nimiæ abstinentiæ,& ad vitandum carnis peccata corpus macerabat.Eccle.2, Cogitans in corde meo abstrahere à vino carnē meam,&c.Et quia propter hoc fuit infirmus totaliter:ideo dicit[Noli adhuc.]postq̄ es infirmus[aquā bi.]Et quare?Quia Leuit.2,Quicquid abstuleris sacrificii,sale.s.discretionis,cōdies.Ro. 12,Rationabile obsequiū vestrum.Et ideo dicit[Vtere vino,sed modico.]non ad ebrietatē.Eccle.31,Exultatio animæ & cordis vinū moderatè potatum [Propter stomachū tuum, & frequētes infirmitates tuas.]s. quæ tibi ex abstinētia prouenerūt.glo.Laborandū enim est vt si fieri potest cœptū officium gradatim promoueatur:potius quā per inconsiderationē diminuatur. ¶ Sed notandū est q̄ sanabat Paulus infirmos,& mortuos suscitabat,& tamen Timotheū curat consilio medicinę per quod datur intelligi q̄ non ad omnes vtebatur miraculis,sed quando expediebat propter fidem. ¶ Deinde cùm dicit[Quorundā,&c.] Ostēdit qualiter intelligenda sunt duo quæ dixit.s.sine præiudicio nihil in condēnationibus fiendū. Item manus cito,&c.Et primò primū:secundò secūdum.Quantū ad primum dicit [Quorundā enim peccata, &c.] q.d. Superius dixi sine prę iudicio,&c.Tamen debes adhibere considerationē:quia quędā peccata sunt notoria, & hæc non indigent examinatione:quædā occulta,& hæc indigent. Vnde in istis verè intelligitur sine præiudicio , & non in primis,quia illa præcedunt iudiciū:ista verò subsequuntur.s. manifestatio per discussionem

nem non tunc publicandum.Prou.27, Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientiū,sic corda hominum manifesta sunt prudētibus. ¶ Secundò dicit[Manus cito,&c.] Quod dicit esse intelligendū in non manifestè bonis,quia similiter facta bona quorundā manifesta sunt.Matt.5,Videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum.Io.3,Qui autē facit veritatē venit ad lucem, vt manifestentur eius opera. [Quæ aliter se habent.]i.quæ nō sunt manifesta[abscōdi non possunt] quia Mat.10,Nihil opertū quod non reuelatur,& occultum quod non sciatur,quia vel in futuro,vel etiam hīc omnis iniquitas manifestatur.Et in his non est facilis impositio.

Caput 6.

Instruitur serui quomodo se habere debēt ad dominos tā infideles q̄ fideles: monetur Timothe⁹ hæc docere,quæ P. ei scribit

Quicunque sunt sub iugo serui,dominos suos omni honore dignos arbitrentur:ne nomen domini & doctrina blasphemetur.Qui autem fideles habent dominos,non contemnant,quia fratres sunt,sed magis seruiāt, quia fideles sunt & dilecti,quia beneficij participes sunt.Hæc doce,& exhortare.Si quis aliter docet,& non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi,& ei quæ secundum pietatem est doctrinæ,superbus est nihil sciens,sed languens circa quæstiones & pugnas uerborum,ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ,suspitiones malæ,conflictationes hominū mente corruptorum,& qui à ueritate priuati sunt,existimantiū quæstum esse pietatem.Est autē quæstus magnus,pietas cum sufficientia.Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium,quia nec auferre quid possumus.Habentes autem alimenta,& quibus tegamur,his contenti simus.

¶ Suprà Apostolus Timotheū instruxit de vsu ciborum & de personis quibus ecclesia ministrabat alimēta:hīc agit de aliis personis ad populū ecclesiæ pertinentibus.Et primò de personis infimi status:secūdò de personis maioris status,ibi[Diuitibus.]Circa primū tria facit,quia primò ponit instructionem de seruis: secundò arguit contrariā assertionem,ibi[Si quis aliter.]Tertiò monet vt contraria vitet & seruet prędicta, ibi[Cùm autē.]Item prima in duas:quia primò ostēdit quid sit tenendū:secundò docet hoc esse docendū, ibi[Hæc doce.]Item primò ostēdit qualiter se habeant serui ad dominos infideles. Secundò qualiter se habeant ad fideles,ibi[Qui autē.]Dicit ergo[Quicunq; serui sunt sub iugo.] s.propter seruilē conditionem quæ dicitur iugū similitudinariè:quia sicut boues continentur sub iugō,vt non liceat eis ire quo velint, ita serui sub domino,vt nō liceat eis quod velint facere.Gal.5,Nolite iterū sub iugo seruitutis cōtineri.[Omni honore.]i.debita reuerētia.Eph.6,Serui obedite dominis carnalibus cū omni timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo.Cuius ratio est[ne nomen domini & doc.bla.] Si enim domini,infideles seruos suos intuitu fidei rebelles sentirent, dānarēt nomen Christi,& blasphemarent doctrinā nostram. Ro.2,Nomen Christi per vos blasphematur.Qui ergo infideles habent dominos illis obediant,ne nomen dei,&c.Sed quomodo fidelibus?[Qui autē fi.ha.do.nō contēnant]quod quandoq; contingit,quādo familiaritas infimis exhibetur.s.q̄ erigantur in superbiā.Prou.30, Per tria mouetur terra.& quartū non potest sustinere per seruū,cùm regnauerit.Et huius ratio est secundū Philosophum: quia homines in talibus paralogizantiq̄ si in vno vident se æquales,credūt q̄ sint in omnibus æquales,& nolūt illis in aliquo subdi,sicut in ciuilibus bellis,quia populus nō est subiectus,credūt q̄ sint totaliter æquales nobilibus.Et sic posset contingere q̄ serui vidētes se in aliquo.s.fide æquales,dominis reputent se æquales simpliciter.Et ideo dicit [Non contēnant.]Et ponit tria.Primum est fidei donū.Vnde dicit[Quia fideles sunt]& hoc valde magnū est,quia per fidē viuit iustus.Item per eā vincitur mundus.Secundū est dignitas diuinæ dilectionis, ideo dicit[Dilecti.]s.excellētius aliis creaturis,quia adoptātur in filios dei.1.Io.3,Videte qualē charitatē dedit nobis deus pater,vt filii dei nominemur & simus.Tertiū est beneficiū gratiæ,ideo dicit[Quia beneficii participes sunt.]s.quantū ad sacramentū domini.1. Cor.10, Panis quē frangimus nónne cōmunicatio corporis domini est?Psal.Particeps ego sum omniū timentium te.[Hęc doce.]s.nescientes[& exhortare]vt impleant scientes.Tit.2,Hæc loquere,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Si quis.] Excludit contrariā assertionem. Et primò modū falsæ doctinæ:secundò radicē,ibi[Superbus.]tertiò effectū eius,ibi[Ex quibus.]Si vis scire quæ doctrina sit erronea,hoc ostēdit ex tribus.Primò si sit contra doctrinā ecclesiasticā . Et ideo dicit [Si quis aliter docet.]s.q̄ ego & alii apostoli,quantū ad primum.Gala.1,Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis,anathema sit.Doctrina enim apostolorū & prophetarū dicitur canonica:quia est quasi regula intellectus nostri.Et ideo nullus aliter debet docere.Deut.4,Non addetis ad verbū quod loquor vobis,neq; auferetis ex eo.Apoc.vlti.Si quis apposuerit ad hæc,apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Quantū ad secundū dicit[Et non acquiescit,&c.] Nam dominus Iesus venit vt testimoniū perhibeat veritati.Io.18,In hoc natus sum,& ad hoc veni in mundū,vt testimoniū perhibeā veritati. Et ideo missus est à patre sicut doctor & magister.1.Mac.2,Ipsum audite semper,& ipse erit vobis pater,&c. Et ideo erroneus est quicunq; nō acquiescit sermonib⁹ eius.1.Reg.15, Quasi peccatū ariolandi est repugnare,& quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.Et dicit[sanis] quia in Christi sermonib⁹ nihil est corruptionis, nihil falsitatis, vel peruersitatis,quia sunt sermones diuinæ sapiētiæ.Prou.8,Iusti sunt sermones mei, nō est in eis prauum quid neq; peruersum.Recti sunt intelligētibus,& æqui inueniētibus scientiā.Quantū ad 3,Prou.6, Conserua fili mi præcepta patris tui,& ne dimittas legē matris tuæ.Vnde dicit[Et ei quæ secundū pietatē est doctrinæ.s.ecclesiasticæ.Hæc pietas est per cultū dei.Tit.1,Secundū agnitionē veritatis quæ est secundū pietatem. ¶ Radix autē erroris est duplex.s.superbiæ affectus, & defectus intellectus. Quantū ad primum dicit [Superbus.]Dicitur autē superbia radix errorum dupliciter.Primò,quia superbi volunt se intromittere de his ad quę nō attingunt,& ideo necesse est q̄ errent & deficiāt.Esa.16,Superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius plus q̄ fortitudo eius, &c.Item, quia nolunt intellectum alteri subiicere, sed innituntur suę prouidentiæ,& ideo nolunt obedire scripturæ sacræ.Cōtra hoc dicitur Prou.3,Ne innitaris prudētiæ tuæ. Proue.11,Vbi humilitas,ibi sapientia.Item defectus intellectus.Vbi sciendum est q̄ sicut in corpore sanitas est quædā æqualitas humorum,ita veritas est quædā æqualitas in intellectu , quia veritas est adæquatio rei & intellectus.Vnde sicut infirmus quando non habet æqualitatē cōplexionis ad modica cōtraria accidentia lędit:sic intellectu quādo homo nō fundatur in veritate, nec habet virtutē p quā possit iudicare veritatē, à qualibet quęstionis difficultate,incidit in errorē.Vnde dicit[Lāguēs circa qstiones,&c.]Sap.9,Homo infirmus & exigui tēporis,& minor ad intellectū iudicii & legū.Sicut dicit Boetius,ita se habet intellectus ad

veritatẽ ſicut circulus ad centrũ. Ratio enim diſcurrit conſiderando actus ac defectus & habitudinẽ vnius rei ad aliam. Et niſi reſoluat vſq; ad intellectũ veritatis, vana eſt ratio, Vnde quando accipit veritatẽ rei habet eam quaſi centrum. Quidam autẽ diſcurrunt, & non attingunt. 2. Tim. 3, Semper diſcentes, & nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenientes. Et ideo dicit circa quæſtiones. i. non peruenientes ad ipſum centrũ. Et dicit [quæſtiones, &c.] quia in aliquibus dubitatio fit ex parte rei, in aliquibus ex parte verborũ & nominũ. Et ideo dicit [quæſtiones] quantũ ad primum. ſ. de rebus ſuprà 2. Quæ quæſtiones præſtant magis quã ædificationem dei quæ eſt in fide. Quantũ ad ſecundum dicit, Pugnas verborũ, Prou. 19, Qui tantùm verba ſectatur nihil habebit. Et dicit [Pugnas verborũ] quod intelligitur quando fit diſſenſio ex verbis tãtùm orta: quia dominus dicit Io. 8, Si filius vos liberauerit verè liberi eritis. & Mat. 17, Ergo liberi ſunt filii. Si ex hoc vellent aliqui inferre ꝙ omnes catholici ſicut ſunt filii dei, ita eſſent etiã liberi, eſſet pugna verborum, quia dominus loquitur, ibi de libertate ſpirituali, non de carnali. ¶ Deinde cùm dicit [Ex quibus, &c.] Ponit effectum erroris. Et primò ponit ipſum effectũ: ſecundò manifeſtat quædam quæ dixerat, ibi [Eſt autem quæſtus.] Item primò oſtẽdit quæ mala ſequantur ex falſa doctrina: ſecũdò in quibus, ibi [Hominũ mente.] Inter mala verò quæ ponit, quędã ſunt intus in corde, quędã exterius. Interius ſunt inordinati motus reſpectu boni, vel reſpectu mali. Reſpectu boni eſt inuidia, quæ eſt triſtitia de bono alieno. Vnde dicit [Inuidiæ.] Quod poteſt intelligi vel in propoſito, vel vniuerſaliter, quia cũ aliqui laborant nõ ad veritatẽ, ſed ſolummodo ad verba, nõ vident æquo animo ſi aliquis prævalet. Iob 5, Paruulũ occidit inuidia. Idem in propoſito quia ſi ſerui habẽtur vt liberi & non ſubditi, domini inuidebũt & dolebũt ſeruos ſibi æquari. Ex inuidia verò homo inſurgit contra proximũ cui inuidet. Et hoc eſt contentio. Proue. 20, Honor eſt homini qui ſe ſeparat à cõtentionibus. Vel inſurgit contra deũ, & hoc eſt blaſphemia. 2. Pet. 2, Quæ ignorant blaſphemãtes, &c. Reſpectu verò mali eſt ſuſpitio. Vnde dicit [Suſpitiones malę.] ſ. dominorum aduerſus Chriſtianos, quaſi libertatẽ ad lucrum finxerimus. Vel ꝙ ſolùm tota doctrina Chriſtiana eſſet inuenta vt ſerui fierent liberi. Eccle. 3, Multos ſupplantauit ſuſpitio illorũ, & in vanitate detinuit ſenſus illorũ. Et ex iſtis ſequuntur cõflictationes aduerſus fideles. Geñ. 13, Facta eſt rixa inter paſtores gregũ Abraham & Loth. Sed hoc nõ eſt in cordibus omniũ, ſed quorundam. Et ponit tres eorũ conditiones, quarum prima pertinet ad defectũ luminis naturalis, ſecũda ad defectũ cognitionis, tertia ad vitiũ inordinatę affectionis. Quantũ ad primũ dicit [Hominũ mẽte corruptorũ.] i. ratione etiã naturali qui habẽt puerſum iudiciũ. ꝑs. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt. Quantũ ad ſecũdũ dicit [A veritate.] ſ. cognitiõis eius [priuati ſunt.] Oſee 4, Non eſt veritas, & nõ eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra. Quantũ ad tertiũ dicit [Exiſtimantiũ quęſtũ eſſe pie.] i. ꝙ cultus dei ordinetur ad quæſtũ & acquiſitionẽ diuitiarũ. Sap. 15, Exiſtimauerũt luſum eſſe vitã noſtrã, & conuerſationẽ vitæ cõpoſitã ad lucrũ, & oportere vndecũq; etiã ex malo acquirere. Homines ergo huiuſmodi qui hoc credũt, de facili contẽnũt & incidũt in mala prędicta. ¶ Deinde cũ dicit [Eſt autẽ.] Declarat vltimò dictũ. ſ. quæſtũ eſſe pietatẽ. Et primò oſtẽdit quomodo pietas habet ſe ad quæſtũ: ſecundò oſtendit ꝙ nõ conſiſtit in quæſtu diuitiarum exteriorũ, ibi [Nam qui volunt.] Item primò oſtẽdit primũ: ſecundò ratione aſsignat, ibi [Nihil enim.] Dicit ergo, Iſti dicunt quæſtũ eſſe pietatem, ſed ego dico ꝙ [pietas eſt quæſtus] ideo addit [cum ſufficientia] ſed illarũ diuitiarum quæ dant ſufficientiã. Et hoc conſiſtit in duobus. In vno principaliter. ſ. pietate quæ ordinat alia in deum & proximũ, & hæc ſunt virtutes & dona gratiæ. Sap. 7, Infinitus eſt theſaurus hominibus quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ dei. Secundò in ſuſtentatione vitæ. Vnde dicit, Cum ſufficientia. i. in his quæ ſunt neceſſaria ad vitam. Mat. 6, Quærite primùm regnũ dei, & iuſtitiam eius, &c. ſuprà 4, Pietas ad omnia vtilis eſt. ¶ Deinde cùm dicit [Nihil enim, &c.] Aſsignat rationẽ huius. Et primò ex humana conditione: ſecũdò ex eius neceſsitate, ibi [Habẽtes.] Cõditionem autẽ ponit quantum ad duo. ſ. quantũ ad principium, quia [nihil intulimus, &c.] q. d. Sufficit neceſsitas, nõ expedit ſuperfluitas, quia nihil intulimus in hũc mundũ. Iob 1, Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ. Item quantũ ad finem, quia nihil auferemus. Pſal. Dormierunt ſumnũ ſuum, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis. Iob 27, Diues cùm dormierit nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Eccl. 5, Quomodo venit ſic reuertetur. Quantũ ad neceſsitatẽ dicit [habentes ali. & quibus tegamur] quia bona ſunt propter neceſsitatẽ quibus indiget homo contra interiora cõſumentia: & hęc ſunt alimenta, vel contra exteriora corrũpentia, & ſic indiget homo tegumentis veſtium & domorũ. Hebr. vlti. Sint mores ſine auaritia contenti præſentibus. Eccle. 29, Initium vitæ hominis aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.

Lectio 2.

Oſtẽdit P. mala quæ ſequũtur ex appetitu inordinato diuitiarũ ſub iungẽdo rationẽ ex natura cupiditatis: & experientia hortatur ad vitandum peccata prædicta, oſtendẽdo, quid agendũ eſt & illud ꝓcipiendo agere.

NAm qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem o homo dei, hæc fuge. Sectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus, Præcipio tibi coram deo qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pylato bonam confeſſionem, ut ſerues mandatum ſine macula, irreprehenſibile uſque in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti.

¶ Suprà oſtendit Apoſtolus quis ſit quæſtus Chriſtianis expediẽs: quia pietas cũ ſufficientia: hîc oſtẽdit ꝙ quærentes ſuperfluũ quæſtum diuitiarum incurrunt damna multa. Et primò oſtendit mala quæ ſequuntur ex inordinato appetitu diuitiarũ: ſecundò aſsignat rationem, ibi [Radix enim.] Mala autem quæ ſequuntur, ſunt duplicia. Quædã enim oriuntur ex hoſte exteriori: quædam verò concupiſcentia interiori, ibi [Deſideria,] Dicit ergo, ſimus cõtenti alimentis, &c. quia [qui volunt diuites fieri.] non ad neceſsitatẽ, ſed abundantiam diuitiarũ [incidunt, &c.] Eccle. 10, Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam. Eccle. 5, Qui amant diuitias fructum non capient ex eis. Et ponit duo. ſ. tentationes, & laqueũ: quia primò tentant inquantum diuitiæ alliciunt, & inducunt ad aliqua peccata. 1. Theſſa. 3, Ne fortè tentauerit vos qui tentat, &c. 1. Corin. 10, Tentatio vos non apprehendat niſi humana: & laqueo inuoluunt, quia diuitiæ ſunt non habentibus ad tentationem, habentibus in laqueum: quia non libenter reddunt eas quas auferunt. Prouer. 21, Qui congregat

theſauros lingua mendacii, vanus & excors eſt. Ex parte interiori ponit tria mala. Primò ꝙ incidit in deſideria multa. Perfectio enim hominis eſt ꝙ cor eius congregetur in vnum: quia quantò aliquid eſt magis vnum, tantò eſt deo ſimilius qui verè vnus eſt. Pſal. Vnam petii à domino, &c. Sed contra hoc patitur quærens diuitias, quia cor eius trahitur ad diuerſa. Oſee 10, Diuiſum eſt cor eorũ nunc interibunt. Et hoc ideo quia vbi eſt theſaurus tuus, &c. Mat. 6. Item ſunt inutilia huiuſmodi deſideria multipliciter. Primò, quia inutilia ſunt ſpiritualiter, quia diuitiæ non ducunt ad beatitudinem. Sap. 5, Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid diuitiarũ iactantia contulit nobis? &c. Eccle. 5, Qui amat diuitias fructũ nõ capiet ex eis. Item tẽporaliter, quia non dant quod promittunt. Eccle. 6, Eſt aliud malũ quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines, vir cui dedit deus diuitias & ſubſtantiã, & honorem, & nihil deeſt animę ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatẽ deus vt comedat ex eo, ſed extraneus homo deuorabit illud, &c. Tertiò ſunt nociua. Eccle. 5, Diuitiæ conſeruatæ in malũ domini ſui. Et oſtendit quomodo ſunt nociuæ, quia [mergũt in interitũ.] ſ. in præſenti. Propter diuitias multi perierunt. Item in futuro. Vnde dicit [Et perditionẽ.] Act. 7, Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ. Vel vtrunq; refertur ad ſpirituale dãnum. Interitum. i. mortem æternam. Roma. 9, Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, &c. Et perditionem. i. pœnam ęternã quæ dicitur perditio propter pœnã damni, quia ſunt quaſi perditi damnati, dum non poſſunt redire in domum ſuam. ſ. æternitatis. Iob 21. In diem perditionis ſeruabitur malus, & ad diẽ furoris ducetur. ¶ Deinde cùm dicit [Radix, &c.] Oſtẽditur ratio huius, & hoc ex duobus. ſ. ex natura cupiditatis & experientia, ibi [Quam quidã, &c.] Dicit ergo incidunt in tentationẽ, &c. Quare? Quia [radix omnium malorũ eſt cupiditas.] Vbi notandum eſt ꝙ ſecundum quoſdã cupiditas ſumitur tripliciter. Quandoq; pro auaritia ſecundũ ꝙ eſt ſpeciale peccatum. ſ. inordinatus amor habendi diuitias. Quandoq; prout eſt genus peccatorum omnium, ſecundum ꝙ importat inordinatum appetitum rei temporalis, & hoc includitur in omni peccato, quia peccatum eſt conuerſio ad bonum cõmutabile. Sed ſic non eſt radix, ſed genus omniũ. Tertio modo prout eſt quædam inordinatio animi ad cupiendum bona tẽporalia inordinatè, & hæc eſt habituale tantũ peccatum, & non in actu, ſed eſt quædã radix omnium peccatorum. Et dicitur cupiditas radix, & ſuperbia initium. Eccle. 10, Initium omnis peccati eſt ſuperbia, quia ſuperbia dicit corruptionẽ animi ad recedendũ à deo. Arbor autẽ à radice habet alimentum, & ſic peccatum à cupiditate ex parte conuerſionis ad bonum cõmutabile ſumit nutrimentum. Sed credo ꝙ loquitur de cupiditate ſecundum ꝙ eſt ſpeciale peccatũ. Vnde dicit, Qui volũt diuites fieri, &c. Et hęc eſt inordinat⁹ amor pecuniarũ. Et ideo dico ꝙ auaritia eſt radix omnium. Omnia enim peccata conſiſtunt in appetitu, & ideo origo peccatorum eſt ſecundũ originem appetibilium. Origo enim appetibiliũ procedit ex fine. Et ideo quantò aliquod peccatũ habet finem magis deſiderabilem, tantò eſt peius. Finis autẽ alicuius peccati eſt deſiderabilis propter duo. ſ. propter ſeipſum, & hæc eſt excellentia, quia ad hoc homo bonũ illud vult vt excellat. Et hæc eſt ſuperbia, & ideo ſuperbia eſt initium omniũ peccatorum. Item propter aliud quod ad omnia valet, & huiuſmodi ſunt diuitiæ, quia per hoc homines credunt ſe habere omnia. Ex iſta parte auaritia eſt radix omniũ malorum. ¶ Deinde cùm dicit [Quam quidã.] Oſtendit idem per experientiam, & dicit [Appetentes] quia quantò magis habentur diuitiæ, tantò magis deſiderantur. Eccle. 5, Auarus nõ implebitur pecunia. Et incidunt primò in damnum ſpirituale. Vnde dicit [Errauerũt a fide.] Cuius ratio eſt, quia per ſanam doctrinã fidei prohibẽtur multa illicita lucra, à quibus deſiſtere nolũt, & inueniunt ſibi aliam doctrinã vbi eis ſit ſpes ſalutis. Et hoc ſpecialiter faciunt vſurarii: ſecundò quia [inſeruerũt ſe doloribus multis] etiã in præſenti, quia eſt ſolicitudo in acquirendo, timor in poſsidendo, dolor in amittendo. Iob 10, Cùm ſatiatus fuerit diuitiis, artabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet in eum. Et multò magis in futuro dolebunt. ¶ Deinde cùm dicit [Tu autẽ.] Monet ad ſequendum ſanam doctrinã, & vitandam malam. Et primò exponit viam quã ſequatur: ſecundò alligat eũ inductione præcepti, ibi [Prȩcipio.] Item primò hortatur ad vitandũ peccata prædicta: ſecundò oſtendit quid agat, ibi [Sectare verò.] Et quia ſeruus debet imitari dominũ ſuum, quia vt dicitur Eccle. 10, Secundum iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius, ideo dicit [O homo dei.] q. d. Tu deditus ſeruituti dei. Pſal. Ego ſeruus tuus. 1. Ioã. 2, Qui dicit ſe in illo manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Si igitur tu es homo dei, debes facere ſicut Chriſtus fecit. Qui, vt habetur Ioan. 6, Fugit cùm eum volebant facere regẽ. Heb. 12, Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contẽpta. Ergo & tu [hæc fuge.] Pſal. Elongaui fugiens. Quid ergo faciet? Ad duo hortatur, primò. ſ. ad ſectandũ arma ſpiritualia: ſecundò ad certandum in eis, ibi [Certa bonum.] Arma autẽ ſpiritualia, aut ſunt ad faciendũ bonum, aut ad malum tollerandum. Primum autem eſt vel in cõparatione ad proximum, cui per duo ordinamur. ſ. per iuſtitiã, & pietatem ſeu miſericordiam: quia primũ ſine ſecundo eſt ſeueritas, ſecundũ ſine primo eſt remiſsio. Quantum ad primũ dicit [Sectare iuſtitiam.] quæ cõpetit prelatis. Sap. 1, Diligite iuſtitiam qui iudicatis terrã. Item quantũ ad ſecundum dicit [Pietatem.] id eſt, miſericordiam. Prou. 20. Miſericordia & iuſtitia cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. In comparatione autem ad deum, primum eſt ꝙ perficit intellectum, fides. Hebr. 11, Sine fide impoſsibile eſt placere deo, &c. Secundum quod perficit effectum, eſt charitas. 1. Ioan. 4, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Ad ſuſtinenda mala ſunt duæ virtutes, ſcilicet, patientia & manſuetudo: quia homo in malo duas paſsiones inordinatas incurrit, ſcilicet, triſtitiam inordinatã, & iram quę eſt ex ea. Et ideo patientia eſt contra immoderatam iuſtitiam. Lucæ 21, In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras, & manſuetudo eſt contra iram. ¶ Deinde inducit eum ad debitum certamen. Et primò oſtendit qualiter certet: ſecundò inducit rationem. Dicit ergo [Certa bonũ certamen.] ſ. exemplo militũ, qui dupliciter pugnant, ſcilicet, quandoq; ad defendendum quod habent, quandoq; ad acquirendum non habita, & hoc imminet ſanctis: primùm vt cuſtodiant habita. ſ. fidem & virtutes. Et ideo dicit [Fidei.] i. pro fide cuſtodienda. Eccle. 4, Vſq; ad mortem certa pro iuſtitia, &c. Vel fidei, vt per fidem vites peccata. 1. Ioã. vlti. Hęc eſt victoria quæ vincit mundũ fides noſtra. Vel fidei. i. vt alios ad eam conuertas. Et dicit bonũ. i. legitimũ certamen. 1. Cor. 9, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Tunc eſt bonũ quando abſtinet ſe ab omnibus impedimẽtis. 2. Tim. 4, Bonũ certamen certaui. Secundò certãt ad acquirendũ

quæ non habent. Et hæc est vita æterna quæ acquiritur per pugnã. Mat. 11, Regnum cælorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et ideo dicit [Apprehende vitã æternã.] ſ. quaſi tenens, tuo certamine vincas. Vel certes certamen fidei. Et quo præmio? Vt apprehendas vitã æternam. 1. Cor. 9, Nos autem incorruptam, &c. ¶ Deinde cùm dicit [In quã vocatus es.] Rationem ponit huius dicti. ſ. Apprehende, &c. Et primò reſpondet obiectioni. q. d. Dicis ꝙ debeo apprehendere, vellem quidẽ, ſed non poſſum. Immo potes, quia debetur tibi de iure, quia vocatus es in eam à deo & à rege illius regni. Et ideo debes conari potiſsimè. 1. Petr. 2, De tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ. Secũdò proponit obligationẽ. q. d. Certa bonum certamen quia dediſti iuramentũ de hoc faciendo, & ideo non licet tibi repugnare. Vnde dicit [Et confeſſus bo. con. multis teſtibus.] i. in conſecratione bonum certamẽ profeſſus es quãdo ordinatus es in epiſcopũ. 1. Cor. 9, Nam ſi non euangelizauero, &c. vſq; diſpenſatio credita eſt mihi. Vel confeſsionẽ bonam. ſ. prædicando fidem vt eam ſerues. ¶ Deinde cùm dicit [Præcipio.] Obligat eum ad prædicta ex præcepto quod primò ponit: ſecundò manifeſtat quædã dicta, ibi [Quem ſuis.] In præcepto autẽ primò teſtes inducit: ſecundò commẽdat præceptum: tertiò oſtendit quãdiu ſeruet præceptum. Teſtes inducit deum patrẽ, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Dicit ergo. Te monui, ſed ne credas quòd liceat aliter facere [præcipio tibi.] ſicut tu debes præcipere ſubditis tuis [corã deo.] Ad duo induxerat. ſ. apprehende vitam, & confeſſus es, &c. Et ideo induxit actorẽ vitæ [qui viuificat omnia.] Dicit autem [deo] qui eſt tota trinitas, qui eſt actor vitæ. Item hominem Chriſtum inducit etiã, qui confeſſus eſt ſe eſſe filium dei quod eſt bona confeſsio fidei noſtræ. Item cõmendat mãdatum, quia in ſe iuſtum, & rectũ, & irreprehenſibile ab aliis. Iob 6, Non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ. Et quandiu eſt ſeruandum? [Vſq; in aduẽtu domini] ly, vſq; dicit finem intentionis. i. vt per obſeruantiam huius mandati ordines te ad aduẽtum. Vel. i. vſq; ad mortẽ tuam, quia qualis eris in illa, talis inuenieris tunc. Mat. 24, qui perſeuerauerit vſq; in finem, &c.

Lectio 3.

De aduẽtu Chriſti in dicit, oſtendẽdo ipſum futurũ congruo tẽpore: & manifeſtũ ꝙ deũ quẽ laudat Apoſtolus

QVem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem, quem nullus hominum uidit, ſed nec uidere poteſt: cui honor & imperium ſempiternum. Amen.

¶ Suprà Apoſtolus proponens præceptũ Timotheo, præcepit vt ſeruet prædicta vſq; ad aduentum Chriſti: & ideo agit hîc de Chriſti aduentu de quo tria manifeſtat. Primò ꝙ erit, tempore congruo: ſecũdò ꝙ manifeſtus erit: tertiò oſtendit actorem aduentus. Quantũ ad primum dicit [Quem ſuis temporibus oſtendit.] 1. Pet. vlti. Venient in nouiſsimis diebus in deceptione illuſores, &c. Et ideo vult oſtendere ꝙ etſi videatur aduentus tardari, tamen ſuo tempore oſtendetur. Eccle. 3, Omnia tempus habent. Eccl. 8, Omni negotio tempus eſt, & opportunitas. Congruum tempus eſt finis mundi, quia illud tẽpus eſt tempus meſsis, & collectionis fructus. Et ideo oportet ꝙ veniat in fine. Quantum ad ſecundum dicit [Oſtendet.] i. manifeſtabit. Licet enim ſit viſibilis quantũ ad carnem, tamen virtus eius eſt abſcondita, ſed tunc etiam diuinitas eius erit manifeſta ſanctis, reprobi verò ſolùm videbũt gloriã carnis. Sed quantum ad tertium dicit ꝙ oſtendet eum deus trinitas. Et circa hoc duo facit: quia primò deſcribit aduentũ Chriſti: ſecundò in eius cõmendationem prorumpens laudat eam, ibi, Cui honor, &c. Item circa primum tria facit. Primò actorem aduentus deſcribit ex perfecta operatione: ſecundò ex ſingulari poteſtate: tertiò ex incõprehenſibilitate naturæ. Primum cùm dicit [Beatus.] Beatitudo enim eſt operatio perfecta, quæ eſt ſupremæ virtutis operatiuæ, optimè diſpoſitæ. Et hæc eſt beatitudo noſtra. Dei autẽ beatitudo eſt qua cognoſcit ſe. Si enim ſe non cognoſceret, deus non eſſet. beatus Greg. Deus dum ſeipſo perfruitur perfectè glorioſus eſt. Et conuenienter de actore huius aduentus dicit ꝙ beatus eſt: quia ad hoc eſt aduentus Chriſti vt nos deducat ad beatitudinem. Tob. 13, Beatus ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndum claritatem Hieruſalem. Quantũ ad ſecundum dicit [Solus potens.] Pſal. Potens es domine, &c. Sed quare dicit ſolus? Nunquid non omnia habent potentiam, immò per participationẽ, ſed ſolus deus à ſe eſſentialiter. Vnde dicit [Rex regũ, & dominus dominantium.] Ambro. Dominus eſt nomen poteſtatis, & rex ſimiliter. Qui ergo habet dominũ & regem ſupra ſe, eſt ſubiectus poteſtati, & talis non eſt potens à ſe, ſed ab alio. Si ergo Chriſtus eſt rex regum, &c. Neceſſe eſt ꝙ ſolus habeat potentiã non ab alio, ſed omnes ab eo. Et deſignatur duplex potentia dei. ſ. gubernatiua mũdi, cùm dicit, Rex regum, quaſi à regimine dicta. Prouer. 20, Rex qui ſedet in ſolio iudicii diſſipat omne malum intuitu ſuo. Item potentia creandi, cùm dicit, Dominus dominãtium. Pſal. Scitote quoniã dominus ipſe eſt deus, ipſe fecit nos. Apoc. 19, Et habebat in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptũ, Rex regum, & dominus dominãtium. Quantum ad tertiũ dicit [Qui ſolus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſsibilem.] Incõprehenſibilitas dei ex duobus patet. Primò, quia tranſcendit quicquid in creaturis eſt cõprehenſibile. Secundò, quia hoc ipſum ꝙ deus eſt, omnium cõprehenſionem excedit. Primũ, cùm dicit, Solus, in qualibet enim mutatione eſt quædã corruptio, quia omne quod mutatur inquantũ huiuſmodi, deſinit eſſe tale. Illud ergo propriè & verè eſt incorruptibile quod penitus eſt immutabile. Quælibet autem creatura in ſe conſiderata habet aliquã mutationem vel mutabilitatem: deus autẽ eſt omnino immutabilis. Sed ſi aliqua creatura eſt immutabilis, hoc cõuenit ei ex dono gratiæ. Et ex hoc oſtendit ꝙ natura dei tranſcendit omne quod eſt in natura creata. Suprà 1, Regi ſeculorum immortali, &c. Quantũ ad ſecundum dicit, Lucem, &c. Lux in ſenſibilibus eſt principiũ videndi, vnde illud quo aliquid cognoſcitur quocunq; modo, dicitur lux. Vnumquodq; autem cognoſcitur per ſuã formam, & ſecundum quod eſt actu. Vnde quantũ habet de forma & actu, tantũ habet de luce. Res ergo quæ ſunt actus quidã, ſed non purus, lucentia ſunt: ſed nõ lux. Sed diuina eſſentia quæ eſt actus purus, eſt ipſa lux. Ioan. 1, Non erat ille lux, &c. Deus autem habitat apud ſe, & hæc lux eſt inacceſsibilis. i. nõ viſibilis oculo carnis, ſed intelligibilis. Et tamen nullus intellectus creatus poteſt ad eũ accedere. ¶ Notandũ eſt tamen ꝙ dupliciter poteſt intellectus accedere ad cognitionem naturæ alicuius. ſ. vt cognoſcat & vt cõprehendat. Ad comprehendendum autem deum impoſsibile eſt intellectum peruenire, quia ſic cognoſceret deum vt cognoſcibilis eſt: deus autẽ perfectè cognoſcibilis eſt inquantũ habet de entitate & luce: hæc autẽ ſunt infinita, ergo eſt infinitè cognoſcibilis. Virtus autem intellectus creati eſt finita. Et ideo etiã intellectus Chriſti non cõprehendit deum. Sed alius modus eſt cognoſcendi deum,

ſcilicet, attingẽdo deum. Et ſecundũ hoc nullus intellectus creatus per propria naturalia attingit ad cognoſcendum id quod eſt deus. Et ratio huius eſt, quia nulla potẽtia poteſt in aliquid altius ſuo obiecto, ſicut viſus ad altius cognoſcere. Proprium autẽ obiectũ intellectus eſt quod quid eſt, vnde quod ſuperat quòd quid eſt, excedit proportionẽ omnis intellectus. In deo autẽ non eſt aliud eſſe, & quidditas eius. Quomodo ergo cognoſcibilis eſt? ergo accedamus, ad eũ cognoſcendũ: hîc per gratiã, & in futuro per gloriã. Pſal. Accedite ad eum, & illuminamini. Sed qualiter ergo deus habitat lucẽ inacceſsibilẽ? & in Pſal. Nubes & caligo in circuitu eius. Exod. 9, Moyſes acceſsit ad caliginẽ in qua erat deus. Reſpõdet Dionyſius: Omnis caligo eſt inacceſsibile lumen. Eſt ergo idẽ quod hîc lumen, & ibi caligo, ſed caligo eſt inquantũ non videtur, lumen verò inquantũ videtur. Sed aliquid eſt inuiſibile dupliciter. Vno modo propter ſe ſicut opaca. Alio modo propter excedentiã eius ſicut ſol ab oculo noctuæ. Si quædã ſunt nobis non cõſpicua propter defectum ſui eſſe, & quædam propter excedentiã eius: & ſic deus nobis quodãmodo inacceſsibilis eſt [Quem nullus hominum vidit.] Si intelligatur de cõprehenſione ſic abſolutè verum eſt, etiã de angelis: quia ſolus deus comprehendit ſe. Si autẽ de viſione qua attingitur, ſic intelligitur tripliciter. Vno modo nemo vidit oculo corporali. Alio modo ſecundũ eſſentiam oculo mentis viuẽs in carne, niſi Chriſtus. Exod. 33, Non videbit me homo & viuet. Tertio modo nemo vidit quid eſt deus per ſeipſum. Mat. 11, Nemo nouit patrem, &c. Mat. 16, Caro & ſanguis non reuelauit tibi. ¶ Deinde prorũpit in laudem dei, dicens [cui honor.] Et ponit duo. Primum pertinet ad reuerentiæ exhibitionem, dicens: Honor qui eſt exhibitio reuerentiæ. Malach. 1, Si ego pater vbi eſt honor meus, &c. Secundum ad gubernationem, cùm dicit [Imperium ſempiternum.]

Lectio 4.

Monetur Timot. ad inſtructionẽ diuitum in quo debẽt ſperare & in quo diuites fieri: & ipſemet Timot. mõnetur ad bonũ ſeruandũ & malũ vitandum.

DIuitibus huius ſeculi præcipe non ſublimè ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo uiuo qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant bonam uitam. O Timothee depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas uocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderũt. Gratia tecum. Amen.

¶ Suprà egit de inſtructione perſonarũ infimi ſtatus: hîc reddit ad materiã ſuam, & inſtruit eum ad inſtruẽdum diuites. Et primò facit hoc: ſecundò agit de inſtructione Timothei, ibi [O Timothee.] Et ſemper quãdo inſtruit eum ad inſtructionem aliorum, monet vt non negligat ſe. Et circa primum primò excludit vitia quæ ſolent in diuitibus abundare: ſecundò inducit ad bona, ibi [Bene agere.] Item circa primũ primò proponit vitia quæ ſolent eſſe in diuitibus: ſecundò excludit hæc, reddẽdo rationem huius, ibi [In incerto.] Dicit ergo [Diuitibus] Diuitiæ abundantiam important. Eſt autem abundantia ſpiritualium, & hæ ſunt veræ diuitiæ. Eſa. 33, Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia, timor domini ipſe eſt theſaurus eius. Quædam corporales, & hæ non ſunt veræ diuitiæ, quia non ſufficiunt. Et ideo addit cum quadã diminutione [huius ſeculi.] Baruch 3, Qui argentũ theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines. His ergo [præcipe.] Quando deſeruis egit non poſuit præceptũ, quia hoc eſt virtus ꝙ homo vtatur authoritate ad maiores, nõ ad minores. Et ideò dicit, Non dimittas propter diuitias & propter altum ſtatũ eorum, quin præcipias. Et quid debet præcipere? [Non ſublimè ſapere.] i. non ſentire aliquid excelſum de ſe. Nunquid hoc eſt malum? Reſpondeo. Poteſt reddi malum ex duobus. Primò ſi ſublimè ſapit de ſe propterea quæ non habent excellentiam veram. Et hoc eſt ſi in rebus tẽporalibus, vnde qui propter exteriorem excellentiam ſublimè ſapit, de ſe inordinatè ſapit: & eſt ſuperbia. Et tamen carnales non aliam ſublimitatẽ curant niſi iſtam, & hæc acquiri poteſt per diuitias. Eccle. 10, Pecuniæ obediunt omnia. Vnde, quia diuites huiuſmodi hæc habent, inaniter extolluntur. Item alio modo, quia ſunt quædã quæ habent ſublimitatẽ, ſicut dona ſpiritualia. Eccle. 25, Quàm magnus eſt qui inuenit ſapientiã & ſcientiam, &c. In his enim aliquis poteſt inordinatè ſapere ſublimitatẽ, non ex natura donorũ, ſed vel attribuendo ſibi quod non habet, vel non cognoſcendo à deo ea quæ habet. Vnde primo, eſt inordinatio propter defectũ rerum. In ſecũdo, propter inordinationem affectus. Secũdum vitium in diuitibus eſt ſpes mũdanorum. Vnde dicit [Neq; ſperare.] Iob 31, Si putaui aurũ robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Prou. 10, Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. ¶ Deinde cùm dicit [In incerto diuitiarum.] Aſſignat rationem monitionis. In eo enim ſperat aliquis vnde credit auxiliũ habere, ſed auxilium habetur à forti: & diuitiæ ſunt fragiles, ergo non eſt in eis ſperandum. Mat. 6, Nolite theſaurizare, &c. [Sed in deo] vbi eſt vera ſpes ponẽda. Hiere. 17, Beatus vir qui confidit in domino & erit dominus fiducia eius. Iacob. 1, Dat omnibus affluenter. Sed hoc quod dicit [Abundè ad fruendum] dupliciter poteſt exponi. Vno modo vt fruitio ſumatur pro gaudio, & hoc modo eſt etiam in corporalibus. Vel expone. i. vt per hæc perueniamus ad fruitionem dei. ¶ Deinde cùm dicit [Bene agere.] Monet ad operandum bonum. Qui autem habent affectum ad diuitias, primò nituntur ad acquirendum non habitas: ſecundò vt vtantur habitis: tertiò vt ad finem diuitiarum perueniant. Hîc tria monet Apoſtolus: primò vt acquirant ſpirituales diuitias quas non habent. Et ideo dicit [Bene agere, &c.] Eſa. 1, Diſcite bene facere. Quantũ ad ſecundum, ſciendum eſt ꝙ duplex eſt vſus diuitiarum. Vnus eſt tenere, & alius eſt dare, ſed principalis eſt dare. Et ideo iſta duo ponit, primò vt dent. Vnde dicit [Facilè tribuere.] i. ſine grauitate cordis interius. 2. Cor. 9, Non ex triſtitia, aut ex neceſsitate, &c. Et ſine tarditate. Proue. 3, Ne dicas amico tuo vade & reuertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſsis dare. Iob 31, Si oculos viduę expectare feci. Secundò vt cuſtodiat non quidem tantũ ad ſuam vtilitatem, ſed ad quoddam cõmune. Vnde dicit [cõmunicare.] i. habere eas ſicut cõmunes. Roma. 12, Neceſsitatibus ſanctorum cõmunicantes. Quantum ad tertium vt ad finẽ theſaurizãdi perueniant, ideo dicit [Theſaurizare, &c.] Theſaurus ſpiritualis eſt congregatio meritorum, quæ ſunt fundamentum futuri ædificii quod nobis præparatur in cælo. quia tota præparatio futuræ gloriæ eſt per merita quæ acquirimus per gratiam, quæ eſt principium merendi. Mat. 6, Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi neq; tinea, &c. 1. Corinth. 9, Sic currite vt comprehendatis. ¶ Deinde cùm dicit [O Timothee.] Inſtruit ipſum Timotheũ. Et primò vt bona conſeruet: ſecundò vt mala deuitet ibi [Deuitans.] Dicit ergo [O Timothee depoſitum cuſtodi.] Depoſitum hominis eſt omne bonum quod habet quilibet quod ſibi commiſſum à deo

vt conseruet & multiplicet.Eccle.17, Gratiã hominis quasi pupillam conseruabit.1.Cor.15, Et gratia eius in me vacua non fuit.Et sic dicit ei vt depositũ custodiat,i.vt se in gratia dei conseruet & multiplicet. Qui enim abscondit talentũ,punitur.Et specialiter prælati habent depositũ,s. curam proximorum & fidelium. Io.vlti.Pasce oues meas.Heb.vlti.Ipsi peruigilant quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris.2.Timo.1, Bonum depositũ custodi.Item q̃ mala vitet, præcipuè illa quæ sunt nata coinquinare fidẽ,cuius ratio est, quia sicut princeps secularis ponitur ad custodiendã vnitatem regni,ita spiritualis ad seruandam vnitatem spiritualem.Pax autẽ regni consistit in iustitia,& ideo ille ordinatur ad iustitiã.Sed vnitas ecclesiæ est in fide,& ideo principaliter monet ad custodiã fidei.Luc.22,Ego rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua.Similiter autẽ posset corrumpi fides per fallaciam sicut etiam quælibet scientia.Sed sicut dicitur 1.Elenc.Fallacia quandoq; fit ex voce,quandoq; ex re.Vnde est fallacia in dictione,& extra dictionem. Et sic fides aliquãdo corrũpitur per aliquas voces inordinatas,sicut dicit Hie.q̃ ex verbis inordinatè prolatis sit hæresis. Et ideo dicit,Deuitans prophanas vo.no.Quia nõ velle audire aliquid nouũ est oblatrare cõtra cõsuetudines. Sed noua prophana nõ sunt audienda.Sed prophana nouitas est quando inducitur aliquid contra fidem. Et dicitur nouũ,ad id quod est antiquum.Hoc fecit Nestorius quando dixit de virgine MariaChristo tochos,vt inferret q̃ non esset mater dei.Et ideo sancti patres in Ephesino concilio instituerũt quòd diceretur theotochos.2.Tim.1,Formã habens sanorum verborũ quæ à me audisti in fide, & dilectione in Christo Iesu. Et ca.2.Prophana & voniloquia deuita,&c. Quandoq; verò corrũpitur per rationes reales sophisticas. Et istud vitandũ est.Et dicit[Et oppositiones scientiæ falsi nominis] quia non est vera sciẽtia,sed apparens. Scientia enim secundũ propriam rationem non est nisi verorũ. Impossibile autem est q̃ verum sit vero cõtrarium,licet quandoq; duo falsa sint sibi contraria,& ideo impossibile est q̃ illud quod repugnat veritati diuinæ quæ est summa veritas,sit verum.Col.2,Videte ne quis vos decipiat per philosophiã & inanem fallaciam secundum traditionem hominum,secundum elementa mundi,& non secundum Christum.[Promittentes.]1.dicentes se habere.Hier.10,Stultus factus est omnis homo à scientia sua. Quæ nõ est dei,quia qui loquitur mendaciũ:ex propriis loquitur.Io.8. Hier.2, Filii Mempheos & Taphneos cõstuprauerũt te vsq; ad verticem.Esa.47,Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te.[Gratia dei] tecum.Amen.

Princeps secularis est ad custodiã vnitatis tẽporalis regni,spiritualis ad spiritualem.

Explicit profunda & subtilis explanatio mirifici doctoris sanctissimi Thomæ Aquinatis: ordinis fratrum prædicatorum super prima epistola glorioſi Gentium apostoli Pauli ad Timotheum.

Incipit deuotissima expositio eiusdem Angelici doctoris gloriosi Thomæ Aquinensis ordinis fratrum prædicatorum super secundã epistolã eiusdem sanctissimi Pauli apostoli,ad Timotheum.

PROLOGVS.

NOcte & die estu vrebar & gelu,&c.Gen.31,Verba sunt Iacobi ostendentis& cõmendantis curã pastoralem,ac pastorale officium.In quibus circa hoc officiũ tria ponuntur.s.assiduitas,patientia, solicitudo.Primũ est,quia sine intermissione debet curam gregis gerere.Vnde dicit,Nocte & die.Nocte orãdo,die erudiẽdo.Esa.21, Super speculam domini ego sum stans iugiter per diẽ,& super custodiã ego sum stans totis noctibus.Vel per diem.i.tẽpore prosperitatis,& per noctem.i.tempore aduersitatis. In quibus prælatus debet respicere curã gregis.2.Cor.6,Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.Prou.17,Omni tẽpore diligit qui amicus est.Secundũ est quia maximè prælato patiẽtia necessaria est.Debet enim prælatus propter gregis salutẽ omnia sustinere.Io.10,Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis.Prou.19,Doctrina viri per patientiã noscitur.Vnde dicit,Estu.i.feruore in stãtis persecutionis.Iac.1,Exortus est sol cum ardore & arefecit fœnũ.Gelu.i.timore futurorũ.2,Cor.7,Foris pugnæ,intus timores.Tertiũ est quia præest in solicitudine,vt dicitur Ro.12. Et hoc expellit somnũ negligentiæ.Vnde subditur Gen.31,Fugiebãtq; somnus ab oculis meis.Prou.6,Discurre,festina,suscita amicũ tuum,ne des oculis tuis somnũ.Rectè ergo hæc verba materiæ huius epistolæ conueniunt . In prima enim instruxit eum de ordinatione ecclesiastica.In hac autem secunda agit de solicitudine tanta pastorali,vt etiã martyrium sustineat pro cura gregis,vt patet in prologo.

Materia huius epistolæ,

Salutatio.

Caput 1.

PAulus apostolus Iesu Christi per voluntatẽ dei,secundum promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu:Timotheo charissimo filio,gratia,& misericordia,et pax à deo patre nostro,et Christo Iesu domino nostro.

¶ Diuiditur autem hæc epistola in salutationem,& narrationem:secunda ibi [Gratias ago.] Item primò ponitur persona salutans:Secũdò persona salutata.Tertiò bona optata. Persona salutãs describitur ex nomine[Paulus]quod sonat modicitatẽ,quod ei cõpetit,ppter humilitatẽ mentis, & tribulationẽ,quæ faciunt hominẽ paruũ. Intantũ q̃ Christus dicitur minoratus ,ppter passiones.Heb.2,Eum qui in modico ab angelis minorat⁹ est,&c.Itẽ ex dignitate,quã primò ponit.Secũdò dignitatis originẽ.Tertiò fructum.Dignitas est magna quia est[Apostolus Iesu Christi.]id est,missus est à Christo.Lucæ 6,Elegit duodecim ex ipsis,quos etiam apostolos nominauit . Hanc dignitatem adeptus est quia

plus omnibus laborauit.1.Cor.15.& Gala.2, Qui operatus est Petro in apostolatũ circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes.Origo apostolatus est voluntas dei.Vnde dicit[Per voluntatẽ dei]quam quidã præueniunt,quia se ingerunt:contra quos dicitur Heb.5, Nemo assumit sibi honorẽ,sed qui vocatur à deo tanq̃ Aaron.Item quidã permittuntur,propter peccata populi.Iob 34,Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi:sed hic est per voluntatẽ dei.Quod dicit,quia non per voluntatẽ suam. Fructus autẽ non est aliquid terrenum,sed [secundũ promissionem vitæ que est,&c.]i.ad consequẽdam vitam æternam promissam à Christo.Hic debet esse finis prælatorũ.1.Cor.9, Illi quidẽ vt corruptibilem coronã accipiant,nos autẽ incorruptam:Dan.12,Qui ad iustitiã erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates.Persona salutata est Timotheus filius eius ab eo conuersus.Act.16, Charissimus , quia sibi vnanimis Philip.2,Neminẽ habeo tam vnanimẽ,&c.Bona optata sunt tria.s.[gratia]per quam est remissio peccatorum[misericordia]per quã consequimur finale bonum[Pax]Glo.i.tranquillitas mentis,hæc cõpetit prælato,qui ad hoc ponitur vt pacẽ procuret.Io.10.dixit dominus,Pax vobis.Et præcepit intrãtibus domum pacem offerre ei vt habetur Matth.10. Et hoc[à deo patre]qui est dator omnis boni.Iac.1.Item à Iesu Christo qui est mediator inquantũ homo dei & hominum.2. Petr.1, Per quem maxima nobis & pretiosa promissa donauit.

hoc c. & 2. munit Timoth. contra præsentes persecutiões: et hic quidem ponit affectũ quẽ habet ad Timot. ipsum ostendendo p̃ orationẽ, & desiderio, & 2. ponit bonã Timot. tale affectũ incitantia.

Lectio 2.

GRatias ago deo meo,cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura,quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis,nocte ac die desiderans te uidere. Memor lachrimarum tuarum, ut gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta,quæ & habitauit primùm in auia tua Loidæ, & matre tua Eunicæ,certus sum autem quòd & in te.

¶ Hîc incipit epistolaris narratio,in qua primò munit eum cõtra præsentes persecutiones. Secũdò contra futura pericula ecclesiæ.3.ca.ibi[Hoc autẽ scito.]Item primò inducit ad instantiã prædicationis, quæ tunc erat causa & occasio persecutionis. Secundò hortatur ad sustinẽdas tribulationes propter Christũ,ibi [Tu ergo,&c.cap.2.] Item primò cõmemorat bona ipsius Timothei.2.hortatur eum ad vsum horũ bonorum per instantiã prædicationis, ibi [Per quam& cætera.Tertiò ponit se in exemplum,ibi [In quo positus sum ego prędicator & apostolus & magister &c]Item primò ponit affectũ quẽ habebat ad Timotheum.Secundò ponit bona huius,quę prouocabãt eum ad huiusmodi affectũ,ibi[Memor.] Affect⁹ ostẽditur per duo.s. per orationẽ & desiderium.Et ideo gratias agit deo de affectu quẽ habet ad Timotheum, quia est charitatis,& charitas est principale donum.q.d.Reputo me gratiã consecutum quòd sic sincerum affectum habeo ad te,Et dicit[Deo meo,cui specialiter]seruio à progenitoribus meis,nõ à parẽtibus carnalibus,quia 1. Timoth.1,Christus venit peccatores saluos facere quorũ primus sum ego,sed seruitio deriuato à progenitoribus meis.s.patriarchis & prophetis qui deo sincerè seruierunt.Et dicitur à progenitoribus,quia filii facilius imitantur perfectionẽ paternam,tum quia instruuntur ab eis vt Tobias,tum quia etiã homo facilius imitatur ámicos.Et quomodo seruio ei?In cõscientia pura,quia vt habetur Abac.1, Mũdi sunt oculi tui domine ne videant malũ,& respicere ad iniquitatem nõ poteris.2.Cor.1,Gloria nostra hæc est testimonium cõscientiæ nostræ.De quo agit gratias:quia sine intermissione,siue die prosperitatis, siue nocte aduersitatis oro pro te.Item ex desiderio.ideo dicit[desiderans te videre.] s.propter cõsolationẽ vtriusq;.Ro.1,Desidero enim videre vos,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Memor] ostendit bona quæ erant in Timotheo.Et primò cõmorat affectũ eius ad se.Secundò fidem ad deũ,ibi[Recordationem.] Dicit ergo [Memor lachrymarum] quas.s.Timotheus effudit quãdo discessit Ephesum ab eo,paratus ad martyriũ.Vel lachrymarum quas fudit in orationib⁹ & hoc[vt gaudio implear.]i.hęc memoria replet me gaudio.Phil.2.Implete gaudiũ meũ, &c.Item memor fidei ad deum.Fidem eius primò cõmemorat. Secundò ostẽdit eam à parentibus deriuatam & non nouitiã.Dicit ergo[Recordationem,&c.]Fides necessaria est prælato qui est fidei custos. Heb. 11,Sine fide impossibile est placere deo.Et dicit[Non fictã.]Vera enim per opera bona est.Iac.2,Ostende mihi sine operibus fidẽ tuam,ego ostendam tibi ex operibus fidẽ meam.1.Timo.1,Finis præcepti est charitas,&c.Sap.1,Effugiet fictũ,&c.Et hæc non noua,sed[habitauit primũ in auia tua Loide,&c.]Act.16,dicitur q̃ fuit filius mulieris viduæ[Certus autem] vel per reuelationem vel per indicia [quod & in te.]

Lectio 3.

PRopter quam causam ammoneo te ut resuscites gratiam dei,quæ est in te per impositionem manuum mearum.Non enim dedit nobis deus spiritum timoris: sed uirtutis,& dilectionis,& sobrietatis.Noli itaque erubescere testimonium domini nostri,neque me uinctum eius: sed collabora euangelio secundum uirtutem dei qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta,non secundum opera nostra,sed secundum propositum suum & gratiam,quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi,qui destruxit quidem mortem,illuminauit autem uitam & incorruptionem per euangelium.

Monetur Timot. ad vsum gratiæ sibi datæ subdẽdo rationẽ & specificãdo gratiæ vsũ in prædicatione remouendo, primò erubescẽtiã impedientẽ & tandẽ deducendo auxilium à deo ad hoc datum.

¶ Suprà cõmendauit eum de bonis gratuitis:hic hortatur ad vsum gratuitorũ sibi datorũ præcipuè in prædicatione euangelii.Et primò monet generaliter ad vsum datæ sibi gratiæ.Secũdò specificat qualis sit vsus gratiæ,ibi[Noli itaq; erubescere.]Item primò ponit monitionẽ:secundò eius rationem,ibi [Non enim dedit nobis.]Dicit ergo,Fides non ficta in matre & auia & in te est[Propter quã causam ammoneo te.] Gratia dei est sicut ignis qui quando obtegitur cinere non licet , sic gratia obtegitur in homine per torporem vel humanum timorem.Vnde & Timotheus effectus pusillanimis,torpuerat circa prædicationem.Et ideo dicit[vt resuscites gratiam,sopitam.1.Thessa.5,Spiritum nolite extinguere.Et addit[Quæ est in te per impositionem manuum mearum]à quo,scilicet ordinatus erat episcopus.In qua manus impositione data est ei gratia spiritus sancti. ¶ Deinde cùm dicit[Non enim.]ponitur ratio monitionis,& sumitur ex conditione diuinorum munerum . Qui enim accipit munus debet operari secundum congruentiam muneris, ergo secundum conditionem diuinorum munerum debemus deo seruire.Est autem duplex spiritus,huius mundi,& dei.Et horum distinctio est:spiritus enim significat amorem:quia nomen spiritus impulsionẽ importat,& amor impellit.Duplex autẽ est amor.s.dei:& hic est per spiritũ dei,& amor mundi,& hic est per spiritum mundi.1.Corin.2,Non enim accepimus spiritum huius mundi,&c.Spiritus autem mundi facit amare

Duplex est spiritus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona mundi,& timere mala tẽporalia,& ideo dicit [Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris.]ſ.mundani:quia hunc deus aufert à nobis,Mat.10,Nolite timere eos qui occidunt corpus,&c.Eſt alius ſpiritus timoris domini & ſanctus:& iſte facit vt timeatur deus.hic autẽ eſt ſine pœna & ſine offenſa, & hic eſt à deo. Mat.10,Timete eum qui poteſt & animã & corpus perdere in gehẽnam.Et addit[ſed virtutis]quia per ſpiritum ſanctum dirigimur in malis,& hoc per virtutẽ.ſ.fortitudinis contra aduerſa mundi.Luc.vlti. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.Item dirigimur in bonis,quia quantum ad affectionem ordinamur per dilectionẽ charitatis,dum quis omnia quæ diligit,refert in deũ.Vnde dicit[Et dilectionis.]1.Ioã.3, Qui non diligit manet in morte.Item quantũ ad bona exteriora,& ideo dicit[Et ſobrietatis.]i.omnis temperantiæ ſeruando debitũ modum & menſuram,vt.ſ.tẽperatè vtamur bonis mũdi.Tit.2,Sobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo.1.Tim.3,Oportet epiſcopũ eſſe irreprehenſibilem ,vnius vxoris virũ, ſobrium. ¶Deinde cùm dicit[Noli.]ſpecificat vſum gratiæ,& primò excludit contraria huic vſui.Secũdò hortatur ad vſum gratiæ,ibi[Sed collabora.]A ſolita autẽ prædicatione poterat impediri propter duo.Primò per erubeſcentiã.Secundò ex pœna Apoſtoli quam patiebatur propter euangeliũ,& ideo quantum ad primũ dicit[Noli itaq;.]ſ.ex quo habes ſpiritum fortitudinis[Erubeſcere,&c.] Prędicatio enim Chriſti ſi referatur ad ſapientiã mundi videbatur ſtulta,vnde erubeſcentiã habere videbatur.1.Cor.1,Nos prædicamus Chriſtum crucifixũ, Iudæis quidem ſcandalum,Gentibus autẽ ſtultitiam. Ro.1,Non enim erubeſco euangeliũ. Luc.9,Qui me erubuerit & meos ſermones,hunc filius hominis erubeſcet. ¶Quantum ad ſecundũ ſciendum eſt q̃ ſi latro videt aliquẽ ſuſpenſum,erubeſcit ſe confiteri ſocium eius. Sic quia Apoſtolus erat vinctus poterat eum Timotheus erubeſcere,& ideo dicit[Neq; me vinctum eius.] Ephe.6,Pro quo legatione fungor in cathena.Eccl.4,Ne reuerearis proximũ tuum in caſu ſuo. ¶Deinde cùm dicit [Sed collabora.] hortatur ad vſum gratiæ:& primò in generali.Secundò oſtendit ex qua fiducia hunc vſum aggrediatur,ibi [Secundũ virtutem.]Hìc manifeſtat quod dicit ibi[Non ſecundũ,&c.]ſed collabora.Dicit ergo ne erubeſcas,ſed[collabora.]i.ſimul mecum labora.1.Cor.3,Vnuſquiſq; propriã mercedem accipiet.Et dicit [euangelio]quod poteſt eſſe ablatiui caſus,& hìc in euangelio prædicando datiui caſus, & ſic ad laudẽ euangelii, vt ſcilicet creſcat.Sap.3,Bonorũ laborum glorioſus eſt fructus,&c.Et hoc cum fiducia,nõ propria,quia nõ ſufficientes ſumus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis,&c.Sed[ſecundũ dei virtutem.]i.habendo fiduciam de virtute dei.Eſa.40,Qui dat laſſo virtutem & his qui non ſunt fortitudinem & robur multiplicat. Hæc virtus manifeſtatur per duo.ſ.quantũ ad affectum,quia liberamur à malis.Et ideo dicit [Qui nos liberauit.]1.Eſd.8,Liberauit nos de manu inimici & inſidiatoris in via.Io.8,Si filius vos liberauerit.Et quantũ ad hoc q̃ vocat nos ad bona.Vnde ſequitur[& vocat vocatione ſua ſancta] quia vocauit ad ſanctificandũ. Ro.8,Quos prædeſtinauit hos & vocauit.1.Petr.2,Qui de tenebris nos vocauit,in admirabile lumen ſuũ. Et manifeſtat quædã quæ dicit,dicens[Non ſecundũ opera noſtra.] vbi oſtendit q̃ per virtutẽ dei liberati & vocati ſumus,non per humanã.Et primò oſtendit cauſam vocationis noſtræ & liberationis eſſe à deo.Secundò proceſſum cauſæ ibi[Quæ data eſt etiã.]Tertiò cõmendat datorem cauſæ.ſ.gratię,& eius conſeruatorem,ibi[Qui deſtruxit.]Dicit ergo vocauit non per noſtram virtutem, quia.ſ.non per opera noſtra quæ ſunt effectus virtutis.Tit.3,Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit.Eſt autẽ duplex cauſa humanæ ſalutis quæ eſt à deo.Vna eſt æterna.ſ.eius prædeſtinatio.Alia eſt tẽporalis.ſ.gratia iuſtificans.Quantũ ad primum dicit[Secundũ propoſitum.]i.prędeſtinationẽ,quę eſt propoſitũ miſerendi.Ephe.1,Operatur omnia ſecundũ propoſitũ volũtatis ſuæ.Ro.8,His qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt ſancti.Quantũ ad ſecundũ,dicit[Et gratiã.]Ro.3, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. ¶Circa proceſſum gratię primò oſtẽdit quomodo eſt præparata gratia.Secũdò quomodo collata.Tertiò per quẽ.Primum oſtẽdit cùm dicit[Quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu.]i.præuiſa eſt nobis dari ante tẽpora ſecularia.Sicut dicit Philoſophus,Seculũ nihil aliud eſt q̃ mẽſura durationis aliquarũ rerum.vnde diuerſa ſecula,diuerſæ ſunt ætates hominũ.Vnde vnum ſeculũ durat mille annis:quia homo dicitur viuere q̃diu eſt in memoria hominũ,quæ non excedit mille annos.Tẽpora ergo ſecularia ſunt quæ menſurant res mutabiles,& hæc inceperunt cum mũdo,ſed prædeſtinatio eſt ante mundũ.Ephe.1,Elegit nos in ipſo ante conſtitutionẽ mundi.Et dicit,In Chriſto Ieſu,quia nõ ſumus electi ſic vt ſaluemur propriis meritis,ſed per gratiam Chriſti:quia ſicut prædeſtinauit ſalutẽ noſtram,ita modũ ſalutis noſtræ.Io.1,Gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt.Sed hæc prædeſtinatio prius erat occulta,ſed nũc eſt manifeſta.Et quomodo?ſicut eõceptus cordis per opera.vnde nũc in effectu operis, ſuis electis manifeſtauit, per illuminationẽ propriè loquitur.manifeſtare enim eſt in lucẽ ducere.Iob 18, Abſcondita produxit in lucẽ. Sic ergo [manifeſtata eſt nunc,&c.]per hoc q̃ miſit Chriſtũ nos illuminantẽ.Eſa. 60,Surge illuminare Hieruſalẽ quia venit lumen tuum.Luc.1,Illuminare his qui in tenebris& in vmbra mortis ſedent. ¶Deinde cùm dicit[Qui deſtruxit] cõmendat Chriſtum illuminatorẽ.& primò eius virtutem quantũ ad mala quæ abſtulit.Secundò quãtum ad bona quæ cõtulit.Dicit ergo Chriſtus,propter hoc q̃ pro nobis paſſus eſt [deſtruxit mortẽ.]i. ſatisfecit deo pro peccatis noſtris.1.Pet.3,Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt,&c.Et peccatũ erat cauſa noſtræ mortis corporalis.Ro.6,Stipẽdia enim peccati mors.& ideo deſtruẽdo peccatũ, deſtruxit mortem. Oſee 13,Ero mors tua ô mors,&c.Contulit etiam perfecta bona.primò animę in præſenti,per gratiã fidei. Abac.2,Iuſtus meus ex fide viuit.Et eſt imperfecta in hac vita,ſed perficietur in gloria.Ioã.17,Hæc eſt vita æterna vt cognoſcãt te.Secundò immortalitatẽ carnis reſultantem ex gloria animæ.1.Corint.15, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, &c.Ioan.10,Ego veni vt vitã habeant.ſ.iam per gratiã, & abundantius habeant.ſ.per gloriam in futuro.Item ibidem,Omnis qui viuit & credit in me,non morietur in æternum.

Duplex cauſa ſalutis humanæ

Lectio 3.

Deſcribit Paulus ſuũ officiũ ex tribus, & oſtẽdit quæ

IN quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus & magiſter Gentium.Ob quã cauſam etiam hæc patior ſed non confundor.Scio enim cui credidi, & certus ſum,quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.Formã habe ſanorum uerborũ,quæ à me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Ieſu.Bonum depoſitũ cuſtodi per ſpiritum ſanctũ, qui habitat in nobis.Scis enim hoc quòd auerſi ſunt à me omnes q̃ in Aſia ſunt:ex quibus eſt Philetus & Hermogenes.

Det miſericordiam dominus Oneſiphori domui,quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meã non erubuit:ſed cùm Romã uenieſſet,ſolicitè me quæſiuit, & inuenit.Det illi dominus inuenire miſericordiam à deo in illa die.Et quanta Epheſi miniſtrauit mihi,tu melius noſti.

patitur pro ſui officii executione oſtendendo certitudinẽ ſuæ ſpei q̃ facit eũ nõ cõfundi,inducendo ad ſui ſequelã & ad officiũ prædicationis, atq; inducit pro ponendo ali quos qui de fecerũt & alios qui profecerũt.

¶Suprà monuit ad ſolicitã Chriſti prædicationẽ:hìc inducit ad hoc per exẽplũ,& primò ponit hoc. Secũdò inducit ad ſui ſequelã ibi[Formã habens.]Tertiò oſtẽdit ſequẽdi neceſſitatem,ibi[Scis hoc.]Item primò ponit ſuũ officiũ.Secũdò oſtẽdit quæ patitur pro ſui officii executione,ibi[Ob quam cauſam.]Tertiò ſpei certitudinem,ibi[Scio enim.]Deſcribit aũt officium ſuũ tripliciter:quia dicit ſe prædicatorem ad excitandũ ad bonos mores.infrà 4,Prædica verbũ,inſta opportunè.Mar.vlti.Prædicate euangelium omni creaturæ.Apoſtolũ ad regendũ eccleſiã:quia apoſtoli ſunt prælati eccleſiæ.Gala.2,Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis ,operatus eſt & mihi inter Gentes.Et magiſtrum inſtitutũ ad docẽdũ fidei ſanctitatẽ,& cognitionẽ dei.1.Timo.2,Doctor Gentiũ in fide & veritate.Iohel 2.Filii Syon exultate & letamini in domino deo noſtro qui dedit vobis doctorẽ iuſtitię.Sed dicit[In quo poſitus ſum ego.]Vbi nota tria. Primò q̃ ipſe non aſſumpſit ſibi,ſed ab illo poſitus eſt.Heb.5,Nemo aſſumit ſibi honorẽ,ſed qui vocatur à deo tanquam Aaron.Secũdò in poſitione deſignatur ordo.Tertiò firmitas:quia ſecundũ ordinẽ rationis inſtitutus,firmiter manſit.Io.15,Poſui vos vt eatis & fructũ afferatis,& fructus veſter maneat.Iudicũ 5,Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo. ¶Deinde cùm dicit[Ob quam cauſam]oſtendit quæ patitur pro ſui officii executione,dicens,hæc aduerſa patior.ſ.vincula & tædia,& hoc pro fide Chriſti.Infrà 2, Laboro vſque ad vincula.Et dicit ob hanc cauſam,quia pati ſimpliciter nõ eſt laudabile,ſed propter iuſtam cauſam.Mat. 5,Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.Et ideo[Sed non confundor]quia non eſt ad confuſionem ei qui patitur propter iuſtitiam,1.Pet.4,Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida,aut fur,aut maledicus,aut alienorum appetitor,ſi autem vt Chriſtianus,non erubeſcat,&c.Act.5,Ibant apoſtoli gaudẽtes, &c. ¶Deinde cùm dicit[Scio]Ponitur certitudo ſpei,quæ facit eum non confundi,etiam hæc prouenit ex magnitudine dei promittẽtis.Et ideo dicit[Cui credidi.]Et nota q̃ vno modo credere eſt actus fidei:& eſt ſenſus[Scio,&c.]ideſt,ſcio q̃ ille qui promiſit eſt verax & potens ad reddendam vitam æternam,quam repromiſit homini fideli exiſtenti.Sed contrà ex hoc ſequitur q̃ eadem eſt ſcientia & fides,& idem eſt ſcitum & creditum,quod eſt impoſsibile:quia de ratione ſciti,eſt q̃ videatur:de ratione crediti,q̃ non. Reſpõdeo: in fide duo ſunt.ſ.id quod creditur,& ille cui creditur.De eo quod creditur nõ poteſt eſſe ſcientia, quia ſic perderet crediti rationem,ſed de eo cui creditur eſt ſcientia,quia per euidentiſsimã rationem eſt ſcitum q̃ deus eſt verax.Et ſic dicit,Cui credidi.1.Ioan.4,Nolite omni ſpiritui credere,ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſunt.Prou.14,Innocens credit omni verbo,&c.Alio modo dicitur credere fidei eius cui committit rẽ ſuã, & hic ſenſus eſt verior.q.d.Quia meipſum,labores & poſſeſsiones credidi.i.commiſi deo:ſcio q̃[potẽs eſt depoſitum meũ ſeruare,&c.]Et nota q̃ depoſitum dicitur dupliciter.Vno modo quod ego depoſui.Et ſic homo deponit apud deum ſalutem ſuam,quando ſe deo totum cõmittit.1.Petri 5,Omnẽ ſolicitudinem veſtram in eum proiicientes,quoniam ipſi cura eſt de vobis.Pſal.Iacta ſuper dominum curam tuam,& ipſe te enutriet.Item deponit opera ſua,quando.ſ.nõ ſtatim recipit remunerationẽ ſuã,ſed in poſterum.Et ſic qui benefacit,deponit illud apud deum,& hoc vſque in illũ diem,quando iudicabit occulta hominũ,quibus tũc reddet deus mercedem laborum ſuorũ.Sap.10.& Eſa.3,Dicite iuſto quoniam bene,quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.Vel depoſitum.i.quod penes me poſitum eſt.ſ.officium euangelii. Act.9,Vas electionis eſt mihi iſte vt portet nomen meum,&c. Etiam deus eſt potens conſeruare ſuum Apoſtolũ vſque ad mortem ſuam. ¶Deinde cùm dicit[Formã habens,]inducit ad ſequelam ſui, & eſt duplex litera. Vna dicit habe,altera habens.Si dicit habens,ſic primò ponit idoneitatem quã proponit Timotheo ad imitandũ exẽplũ Apoſtoli.Secundò hortatur ad imitandũ,ibi[Bonũ depoſitũ.]Apoſtolus autẽ bonã idoneitatem habuit ſecundũ duo.ſ.ſecundũ eruditionem quantũ ad cognitionẽ.Et ideo dicit[Sanorum verborũ.] Item ſecundũ virtutẽ.Vnde dicit[In fide & dilectione.]Dicit ergo,Non potes te excuſare ſi patiẽter te nõ habeas vſque ad vincula ſicut ego,quia tu es[habens formã ſanorum verborũ.]ſ.quæ non continent falſitatis corruptionem.Tit.2,Loquere quæ decent ſanã doctrinã.Et dicitur doctrina ſana non corrupta effectiuè,quia nos ſanos facit.Et addit[Quæ à me audiſti.] q.d.non es deceptus,quia hoc tibi tradidi quod à Chriſto audiui.1.Cor.11,Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis.Luc.10,Qui vos audit,me audit.Et hoc[in fide & dilectione]quia ſi aliquis omnia verba ſana ſciret & nõ crederet,nõ eſſet idoneus,nec etiam diligeret,quia de facili recederet à doctrina vel per aduerſa vel per proſpera.Heb.11,Sine fide impoſsibile eſt placere deo.1.Ioan.3,Qui non diligit manet in morte.Et hoc[in Chriſto Ieſu]quia vera fides eſt eorũ quę Chriſtus docuit,& vera dilectio eſt in Chriſto,qui dedit ſpiritũ ſanctũ per quẽ deũ diligimus.Hęc igitur habens[cuſtodi bonũ depoſitũ]quod.ſ.dedi tibi.i.officiũ prędicationis,vt nunquã à veritate recedas, nec propter timorẽ,officiũ prædicationis vllo tempore dimittas,Prou.4,Omni cuſtodia ſerua cor tuũ,&c. 1.Tim.6,O Timothee depoſitum cuſtodi.Et hoc cuſtodi bono adiutorio.ſ.per ſpiritũ ſanctũ qui habitat in nobis.1.Cor.3,Neſcitis quia templum dei eſtis & ſpiritus dei habitat in vobis?Secundũ aliã literã monet ad duo.Primò ad ſanam doctrinam.Secundò ad perſeuerantiam in ea. ¶Deinde cũ dicit[Scis hoc]oſtendit neceſsitatem monitionis ex defectu & profectu aliorũ.Quando enim aliquis videt aliquos ſociorũ ſuorum proficere & aliquos deficere,nititur ſequi bonos.Et ideo primò cõmemorat deficientes.ſecundò proficientes,ibi[Det miſericordiã.]Oſtendit ergo quid caueat,alìas eſt periculũ.1.Cor.10,Qui ſe exiſtimat ſtare,videat nec cadat.Et ideo dicit,Auerſi,&c.Glo.iſti fallacia erant pleni,ſimulatè enim fuerãt cũ Apoſtolo vt.ſ.adiſcerent vnde facerent calumniam Apoſtolo.Iſti ergo qui ſunt auerſi à me,ſunt modò in Aſia, inter quos præcipuè ſunt iſti duo qui conuerſi ſunt per Iacobum. ¶Deinde cùm dicit[Det miſericordiã.]Oſtẽdit aliorum profectum & præcipuè cuiuſdã Oneſiphori,cõmememorans primò bona quæ ſibi cõtulit Romæ.Secundò quæ in Aſia.Item primò optat ei dei miſericordiam.Secundò oſtẽdit meritum miſericordię. Tertiò tempus miſericordiæ.Primũ cùm dicit[Det miſericordiam.]Rectè optat ei miſericordiã quia præſens vita miſera eſt.Iob 14,Homo natus de muliere breui viuens tempore,repletur multis miſeriis . Dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

[det Onesiphori domui]non solũ personæ sed familiæ, quia propter bonitatẽ vnius deriuatur gratia ad totam familiam.Mat.10,Siquidem fuerit domus illa digna veniet pax vestra super eam.Meritum autẽ misericordiæ,est misericordia quã habebãt in Apostolũ.Vnde dicit,quia[sepe me refrigeravit.]s.quietẽ præstando.Mat.5,Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequẽtur.Eccle.18,Nõne ardorem refrigerabit ros.Philip.16,Viscera sanctorũ requieuerunt per te frater[Et cathenam meã.]infrà secũdò,laboro vsq; ad vincula quasi malè operans,nõ erubuit,sed cũ Romã venisset solicitè vt amicus quæsiuit.Eccl.6,Si possides amicũ,in tentatione posside illũ.Prou.17,Omni tempore diligit qui amicus est. ¶ Optat autem misericordiã futuri seculi cũ dicit,In illa die,in qua.s.dominus iudicabit omnes quando misericordia est necessaria,non solùm autem Romæ,sed & Ephesi.Et ideo dignus est diuina misericordia.

Caput 2.

Quiã Paulus vult inducere Timotheũ ad constantem tollerantiã martyrii: ideo hîc præmittitur præparatio martyrii quãtũ ad animi fortitudinẽ bonorũ dispensationẽ & fructuosum militiæ laborem.

TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me per multos testes,hæc commenda fidelibus hominibus,qui idonei erunt & alios docere.Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus ut ei placeat cui se probauit.Nam & qui certat in agone, nõ coronabitur nisi legitimè certauerit.Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere.Intellige quæ dico:dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

¶ Suprà induxit Timotheũ ad diligentẽ euangelii prædicationẽ:inducit eum hîc ad cõstantẽ tollerantiam martyrii.Et primò inducit eũ ad sustinẽdã passionẽ pro salute fideliũ.Secũdò docet eũ qualiter resistat infidelibus,ibi[Noli verbis.]Item primò inducitur præparatio ad martyriũ sustinendũ.Secundò exhortatio martyrii,ibi[Memor esto.]Præparatio martyrii præmittitur quãtum ad tria.Primũ est animi fortitudo.Secundũ est bonorum dispensatio,ibi[Et quę audisti.]Tertium est fructuosus militiæ labor,ibi[Labora.]Requiritur autem ad martyriũ fortitudo quæ est circa pericula mortis,& ideo dicit[Tu ergo fili mi.]s. quem per euangeliũ genui[confortare in gratia.]Psal.Viriliter agite & confortetur cor vestrum[quæ est]non in te.s.cuius fortitudo est vana,sed[in Christo Iesu.]Ephe.6,Confortamini in domino & in potentia virtutis eius.Vel in gratia,&c.i.gratuito dei dono per Christum.Ioã. 1,Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.Secundum est dispensatio bonorum.Circa quod notandũ est q̃ quando aliquis adducitur ad mortem, disponit de suis.Non ergo minus debent esse soliciti sancti de bonis spiritualibus sibi creditis q̃ nõ dispereant post eorum mortẽ,sed aliis credãt,& ideo monet eum vt si ad martyrium venerit q̃ dispẽset doctrinam fidei.Et primò ponit quomodo accepit,quia per auditum.Vnde dicit[Quæ audiuisti à me]& ego à Christo.Et dico à me nõ singulariter,sed confirmata[per multos testes.]i.per legem & prophetas.Rom.3, Testificata à lege & prophetis.Vel per apostolos.1.Cor.15,Siue enim ego siue illi,sic prædicauimus & sic credidistis.[Hæc cõmenda]inquantum sunt accepta.Sap.7,Quã sine fictione didici & sine inuidia cõmunico[Fidelibus hominibus]vt.s.nõ quærant lucrum tẽporale,sed gloriã dei.1.Cor.4,Hîc iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur.Mat.24,Fidelis seruus & prudẽs quem cõstituit dominus super familiam,&c.Item qui sunt idonei ad dispẽsandum.Ideo dicit[Qui idonei,&c.]Debẽt autẽ esse idonei tripliciter.Primò intellectu vt sint sapientes ad intelligendum.Luc.21,Ego dabo vobis os & sapientiam, &c. Item lingua vt sint facundi ad docẽdum.Esa.50,Dominus dedit mihi linguam eruditã vt sciã suscitare eum qui lassus est,verbo.Item opere,quia cœpit Iesus facere & docere.Act.1. ¶ Deinde cũ dicit[Labora] ponitur tertium quod est legitimus militiæ labor ad quem primò hortatur.Secundò ponit laboris præmium, ibi[Nam & qui.]Tertiò militiæ stipendia[Laborantem.]Itẽ primò hortatur ad legitimum laborem. Secũdò exponit quis labor sit legitimus,ibi[Nemo.]Dicit ergo[Labora sicut bo.mi.[Est autẽ tripliciter aliquis miles Christi.Primò inquantũ pugnat cõtra peccata.Iob 7,Militia est vita hominis super terrã.& 14.Cunctis diebus quibus nunc milito,expecto,&c.Et hæc pugna est cõtra carnẽ,mundũ,& diabolũ.Eph.vlti. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ,&c. Secundò est aliquis miles Christi pugnando cõtra errores.2.Cor.10,Arma militiæ nostræ nõ sunt carnalia,sed potentia deo,ad destructionem munitionum cõsilia destruentes,&c.Tertiò est militia martyrum cõtra tyrannos.Et hæc est laboriosior.Iob 25,Nunquid est numerus militũ eius.Et non debet quiescere miles,quia dicitur à militia sustinenda. ¶ Deinde cũ dicit [Nemo.]Exponit quid sit legitimus labor.Et primò inducit eum ad laborem.Secũdò ostẽdit qualis debet esse bonus miles,ibi[Vt ei placeat.]Primò circa primũ duo facit,quia exẽplũ ponit.Secũdò manifestat. Dicit ergo[Nemo mili.deo,&c.]Circa primũ sciendum est q̃ alius est finis militiæ spiritualis & alius est finis militiæ corporalis,quia finis militiæ corporalis est vt obtineat victoriã contra hostes patriæ,& ideò milites debent abstinere ab his quæ abstrahunt à pugna,puta à negotiis & deliciis.1.Co.9,Qui in agone cõtẽdit ab omnibus se abstinet.Sed militiæ spiritualis finis est vt victoriã habeant ab hominibus qui sunt cõtra deũ,& ideo oportet q̃ abstineant ab omnibus quæ distrahũt à deo.Hæc autem sunt negotia secularia,quia solicitudo huius seculi suffocat verbũ.Et ideo dicit,implicat se.Sed contrà.Negotia secularia sunt tẽporalia hoc autẽ Apostolus fecit quãdo vixit de labore manuum suarũ.Respondeo,dicendum est quòd Apostolus dicit implicat,& nõ dicit exercet.Ille autẽ eis implicatur cuius cura & solicitudo iungitur circa ipsa.Et tunc propriè ipsa hæc interdicuntur militibus Christi in quibus ostenditur nõ esse necesse implicari animũ.Item nõ dicit,simpliciter implicatur,sed dicit implicat se,quia quandoq; implicatur & non se implicat. Implicat enim se quãdo sine pietate & necessitate assumit,sed quando necessitas officii pietatis & authoritatis exercetur,tunc non implicat se,sed implicatur huiusmodi necessitate.Ro.16,Assistatis ei in quocunq; negotio vestri indiguerit.Causa autẽ quare nõ debet se implicare est[vt ei placeat cui se proba.]1.Io.2, Si quis diligit mundũ nõ est charitas patris in eo.Qui enim est miles Christi deuouit se ad militãdum deo,& ideo debet conari vt ei placeat cui se deuouit. ¶ Deinde cùm dicit[Nam & qui.]Ponit laboris præmium,Et quia diceret aliquis,O Paule magna imponis:sed quis est eorũ fructus?Respondet,assumatis exẽplum in pugnis secularibus vbi non omnes,sed legitimè pugnantes accipiunt coronam.Sic ergo erit & in spiritualibus q̃ nullus coronabitur nisi seruet debitas leges pugnę.1.Cor.9,Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant,nos autẽ incorruptã.Sapi.4,In perpetuum coronata triumphat. ¶ Deinde cùm dicit [Laborãtem.]

ostẽdit stipendia interdicitq; ei negotia secularia.Et primò proponit stipẽdia sub metapho.secũdò exponit ibi[Intellige.]Officiũ enim prædicatorũ & doctorũ est officiũ militũ inquãtũ insurgũt cõtra hostes & vitia. Itẽ agricolæ,inquantũ fructũ faciũt promouẽdo ad bona.Huius ager est ecclesia,& principalis agricola est deus interius & exterius operãs.Io.13,Ego sum vitis vera & pater meus agricola est.Homines aũt exterius adhibẽt ministeriũ.1.Co.3,Ego plãtaui,Apollo rigauit,deus aũt incremẽtũ dedit.Isti sunt exteriores agricolæ.Iob 31,Si animã agricolarũ eius aflixi.Istũ ergo agricolã oportet fructũ accipere:huius fructꝰ sunt opera virtutũ.Eccl.24:Flores mei fructus honoris & honestatis.Gal.5,Fructus aũt spiritus est charitas,gaudium, pax,patiẽtia.Inter hos fructus sunt & fructus eleemosynarũ.Act.9,Hæc erat plena fructibus bonis & eleemosynis quas faciebat.Isti ergo debẽt prĩcipaliter fructũ percipere,vt ipsi gaudeãt.Primò de subditorũ fructib⁹.Phili.4,Itaq; fratres mei charissimi & desideratissimi gaudiũ meũ & corona mea.Secũdò de subsidiis tẽporalibus,nõ pro præmio principali,sed stipẽdio.Gal.6,Cõmunicet aũt is qui cathecizatur verbo, vel q̃ se cathecizat in omnibus bonis.Mat.1,Dignus est operarius cibo suo. ¶ Deinde cũ dicit [Intellige.] Exponit quæ dixerat sequẽs modũ Christi post parabolas.Mat.13,Qui habet aures audiendi audiat .q.d. Reduc hæc ad intellectũ spiritualẽ.Dani.16,Intelligẽtia opus est in visione,quasi diceret aliquis,tu dicis accipe stipendiũ ò Timothee,sed tu nõ facis,quia de labore manuũ vis viuere.Vnde(intellige quæ dico) quia est necessaria discretio,quia ibi nõ sunt accipiẽda vbi est occasio auaritiæ cõtra euangeliũ vel propter cupiditatẽ, vel propter otiũ,& hoc poteris intelligere,quia[dabit,&c.]1.Io.2,Vnctio docebit vos de omnibus.

Lectio 2.

Vt exhortetur ad martyriũ Timotheũ proponitur ei exẽplũ præmii(quod est gloriosa resurrectio)Christi resurrectio:& exẽplum martyrii tolerãtia Pauli, tãdẽ ponitur præmiũ martyrii & pœna eorũ qui nil pro deo suf ferre volũt, dãdomodũ resistẽdi in fidelibus.

MEmor esto dominum nostrum Iesum Christũ resurrexisse à mortuis,ex semine Dauid,secundum Euãgeliũ meũ, in quo laboro usque ad uincula,quasi malè operans,sed uerbum dei nõ est alligatum.Ideo omnia sustineo propter electos,ut & ipsi salutem consequantur,quæ in Christo Iesu,cũ gloria cælesti.Fidelis sermo. Nam si commortui sumus: & conuiuemus,si sustinemus & cõregnabimus:si negauerimus & ille negabit nos:si nõ credimus,ille fidelis permanet negare seipsum non potest.Hæc commone:testificans coram deo.Noli contendere uerbis ,ad nihil enim utile est nisi ad subuersionem audientium.Solicitè autem cura teipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem rectè tractantem uerbum ueritatis.

¶ Suprà ponitur præparatio ad martyriũ.hîc ponitur exhortatio ad ipsum,& primò præmittit exẽplũ præmii.secũdò exẽplũ martyrii,ibi[In quo laboro]Tertiò manifestat consequẽtiã præmii ad martyriũ.ibi[Fidelis sermo.]Ná præmiũ mortis pretiosæ martyrii est resurrectio gloriosa,cuius exẽplũ præcesit in capite nostro Christo.Et ideo dicit[Memor esto,&c.]q.d.Dominũ nostrũ Iesum Christũ habe in mente contra tribulationes.Prou.3,In omnibus viis tuis cogita illũ,& ipse diriget gressus tuos.Multa sunt in eo cogitanda,sed specialiter resurrectio.Ad hãc omnia ordinãtur,& prĩcipuè totus christianæ religiõis status. Ro. 10,Si cõfitearis in ore tuo dominũ Iesum,& in corde tuo credideris q̃ deus excitauit illũ à mortuis , saluus eris.Et nota q̃ dicit resuscitatũ,quia & si pater eũ suscitauerit,tamẽ propria etiã virtute resurrexit,& est primus resurgentiũ.1.Co.15.Sed quia secundũ naturã humanã resurrexit & mortuus est ex semine Dauid.Ro. 1,Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ,&c.[Secundũ euangeliũ meũ.]i.à me prædicatũ.1.Cor. 15,Notũ aũt facio vobis euãgeliũ quod prædicaui vobis.Qui prædicat euangeliũ est minister euãgelii,sicut qui baptizat est minister baptismi.Tamen nõ potest dici baptisma meũ,sed euãgeliũ sic. Et hoc ideo quia multũ facit exhortatio & solicitudo. ¶ Deinde cũ dicit[In quo laboro]ostendit se in exẽplum martyrii, & primò eius pœnã.Secũdò eius causam,ibi[Ideo omnia]Tria aũt ostẽdit esse in pœna.s.acerbitatem,opprobriũ,& cõstantiã.Acerbitatẽ cũ dicit[In quo.]s.euãgelio prædicãdo,vel pro quo[laboro].i. affligor,& hoc [vsq; ad vincula]quia quãdo hãc epistolam scripsit,erat Romę in vinculis.Eph.vlt.Mysteriũ euangelii pro quo legatiõe fungor in cathena.Opprobriũ quantũ ad infideles,cùm dicit[Quasi malè operãs] Christiani enim tũc reputabãtur pessimi.Lu.9,Beati eritis cũ vos oderint homines & separauerint & exprobrauerint &c.Christus etiã fuit damnatus quasi malè operans.Esa.53,Et cũ sceleratis reputatus est.Cõstãtiã aũt ostẽdit,cũ dicit[Sed verbũ dei,&c.]Licet enim corpus sit alligatũ,tamẽ verbũ dei nõ est alligatum,quia prædicatio fuit ex volũtate Apostoli quæ libera est,præcipuè propter efficaciã charitatis quæ nihil timet . Ro.8, Certus sum enim,quia nec mors neq; vita,&c.Quia sicut.1.Io.3.dicitur,Maior est deus corde nostro.Et dicitur q̃ in vinculis existẽs multos conuertit. ¶ Deinde cũ dicit[Ideo omnia.]Ostẽdit causam,quia martyrem nõ pœna facit,sed causa.Duplex aũt est causa martyrii.s.propter diuinũ honorẽ,& salutẽ proximi.Propter deũ quidẽ,quia Ro.8,Propter te mortificamur tota die.Propter salutẽ proximorũ,quia dicit hîc[Propter electos.]Io.15,Maiorẽ charitatẽ nemo habet vt animam suam ponat q̃s pro amicis suis.1.Io. 3, Quoniã ille pro nobis animã suã posuit,& nos debemus pro fratribus animas ponere.Et dicit propter electos, quia quæcũq; bona fiunt,specialiter cedunt in donũ electorũ,nõ reproborum.Et quomodo?[vt & ipsi salutem conse.]Sed nunquid sufficit passio Christi?Dicendũ est q̃ sic effectiuè,sed passio Apostoli dupliciter expediebat.Primò quia dabat exẽplũ perfistẽdi in fide.Secũdò quia cõfirmabatur fides,& ex hoc inducebãtur ad salutẽ.Et hoc[in Christo.]i.quæ venit nobis per eũ.Mar.1,Ipse enim saluũ faciet populũ à peccatis eorũ.Et hoc nõ solũ salutẽ gratiæ præsentẽ,sed etiam[cũ gloria cælesti.]Mat.5,Merces vestra copiosa est in cęlis. ¶ Deinde cũ dicit[Fidelis sermo.]Ponit cõsequentiam præmii ad meritũ martyrii.Et primò ponit attestationẽ.Secundò consequentiam,ibi[Nam si.]Tertiò cõfirmat per testimonium,ibi[Hæc cõmone.] Dicit ergo[Fidelis sermo.]i.verbum quod dicam est fidele.Apoc.vlt.Hæc verba fidelissima sunt,&c. ¶ Deinde cũ dicit[Nam si , &c.]ponit consequentiam.Et primò de remuneratione bonorũ.Secundò de punitione malorum,ibi[Si negauerimus.]In præmio bonorum sunt duo.s.reparatio per resurrectionẽ,& superadditio gloriæ ad quam resurgẽt.Et ideo primò ostẽdit q̃ per Christum venitur ad reparationẽ vitæ . Secundò q̃ per ipsum venitur ad resurrectionẽ,ibi[Si sustinemus.]Dicit ergo[Si cõmortui sumus.]s.cum Christo,& hoc per sacramenti susceptionem in baptismo.Ro.6,Consepulti enim sumus cum illo per baptismũ in mortẽ.Item per pœnitentiam nos macerãdo.Gal.6,Qui Christi sunt carnẽ suam crucifixerũt cum vitiis & concupiscentiis.Item pro confessione veritatis moriendo sicut & Christus.Pretiosa in cõspectu domini

mors sanctorũ eius.Si ergo cõmortui sumus[& conuiuemus.]i.sicut ipse resurexit sic & nos.Ro.6,Si complantati facti sumus similitudini mortis eius,simul & resurrectionis erimus. ¶Deinde agit de gloria quã sancti merentur per mortis ignominiam.Luc.vlt.Nonne hæc oportuit Christum pati.Et ideo dicit[Si sustinuerimus.]s.patienter afflictiones & opprobria[cõregnabimus.]i.simul cũ ipso peruenietmus ad regnũ. Mat.5,Beati qui persecutionẽ,&c. ¶Deinde cũ dicit[Si negauerimus.]ostendit cõsequentiam quantũ ad pœnas.Dupliciter aũt potest aliquis peccare contra fidem.Primò exterius negando.Secundò interius eam deponẽdo.Quantũ ad primũ dicit[Si negauerimus.]s.corã aliis[ipse negabit nos]in iudicio.Mat.25,Amẽ dico vobis nescio vos.Negare est non cognoscere eos esse de ouibus suis.Quantum ad secundum dicit[Si non credimus.]i.si fidem à corde abiiciamus[ille fidelis permanet.]i.ipse fidẽ suã tenet.Vnde fidelis manet in sua fide,quia fides nihil aliud est quàm participatio siue adhæsio veritati.Ipse autem est ipsa veritas quæ negare se non potest.Ergo non est omnipotens.Respondeo ex hoc est omnipotens,q̃[seipsum negare nõ potest.]Posse enim deficere magis est pertinẽs ad impotentiã,quia q̃ aliquid deficiat à suo esse,est per debilitatem virtutis propriæ.Christũ autẽ negare seipsum est deficere à seipso, hoc ergo ipsum quod nõ potest negare se,est ratio perfectæ virtutis.Vnde nec peccatum cadit in eũ vt est dictum,nec potest negare suã virtutem & suam iustitiã quin puniat.Mat.vlt.Qui verò nõ crediderit condemnabitur. Sed nunquid non potest deus alicui remittere pœnã?Potest quidem secundum ordinẽ sapientiæ suæ,sed contra ordinẽ sapiẽtiæ & iustitiæ,nõ. ¶Deinde cùm dicit[Hęc commone,&c.]confirmat per testimonium.Quasi dicat,Simul cũ aliis admoneo vt semper habeas in corde[testificans corã deo.]i.testem adducẽs corã quo loquor. ¶Deinde cùm dicit[Noli verbis.]Ostẽdit quomodo resistat infidelibus,quia primò præmittit modum resistendi. Secundò ostendit quæ sunt quibus resistat,ibi[Prophana.]Itẽ primò excludit indebitum modum resistendi.Secundò ponit debitũ,ibi[Solicitè.]Circa primũ primò excludit indebitum modũ.Secundò rationẽ assignat,ibi[Ad nihil.]Dicit ergo[Noli contendere verbis.]Contentio importat concertationẽ in verbis.Potest ergo secundum duo intelligi,quia acrimoniam loquẽs deprauatur dupliciter.Vno modo si per hoc acceditur ad fauorẽ falsitatis,vt quando quis cum confidẽtia clamoris impugnat veritatẽ.Alio modo propter inordinationẽ vt quando vtitur acrimonia vel vltra modum debitum,vel cõtra qualitatem personæ. Sed si moderatè,& cũ circunstantiis debitis,& pro veritate fiat,nõ est peccatum.Et sic in rethorica est vnum instrumentum exhortationis.Tamen in sacra scriptura accipitur secundum q̃ importat inordinationẽ.1.Co.11,Si quis videtur inter vos contentiosus esse,nos non habemus talem consuetudinem,neq; ecclesia dei. Et dicit verbis,quia aliqui disceptant solùm verbis improperii.Et hoc propriè est cõtendere.Si hoc fit nõ verbis tantùm,sed veris rationibus,hoc est disputare,non contendere. ¶Deinde cùm dicit[Ad nihil vtile est.]Ostendit rationem documenti.Nam moderata disputatio quãdo cum ratione fit, est vtilis ad instructionẽ, sed quando cum verbis tantùm,tunc est litigiosa.Ideo dicit[Nisi ad subuersionem]& hoc dupliciter.Vno modo dum quod est certũ venit in dubium.Alio modo,quia audientes scandalizantur.Prou.14,Vbi verba sunt plurima,ibi frequenter egestas,vnde Iac.3,Vbi zelus & cõtentio,ibi inconstantia & omne opus prauũ. Sed nunquid non sine contentione debet quis disputare coram populo de fide?Respondeo distinguẽdum est ex parte audientium,quia aut sunt solicitati ab infidelibus & tunc est vtilis publica disputatio, quia per hanc simplices efficiuntur magis instructi quando vident errantes confutari. Si verò non sunt solicitati ab infidelibus,tunc non est vtilis disputatio,sed periculosa.Item est distinguendum ex parte disputantis, quia si disputans est prudẽs sic q̃ manifestè confutet aduersarium,tunc debet publicè disputare:si verò non, nullo modo. ¶Deinde cùm dicit[Solicitè cura teipsum]ponit debitum modum resistendi. Et primò quantũ ad rectam intentionẽ.Secundò quantum ad rectã operationẽ.Tertiò quãtum ad rectã doctrinã. Qui enim vult disputare,primò debet scrutari suam intẽtionẽ vtrũ moueatur bono zelo. Ideo dicit[probabilem deo exhibere]qui.s.probat cor.2.Cor.10,Non enim qui seipsum cõmẽdat ille probatus est,sed quẽ deus cõmẽdat.Psal.Probasti cor meũ & visitasti nocte.Item q̃ doctrinã quam prædicat ore,stabiliat per opera,quod nisi faciat,est confusione dignus.Vnde dicit[Operarium inconfusibilem.]q.d,Hæc facito,sic non confunderis.Item q̃ rectè tractet verbum veritatis vera docẽdo & vtilia audientibus.Vnde subiungit[Rectè tract. ver.ve.]non quærens lucrum & gloriam.2.Cor.2,Non sumus sicut plurimi adulterantes verbũ dei,sed ex sinceritate,sicut ex deo,coram deo in Christo loquimur.

Lectio 3.

Docet vitãda documẽta hæresum ex nocumẽto quod inferũt,docendo quomodo per hæreses nõ est ex toto tolẽdafides,& quare deus permittit aliquos errare.

PRophana autem & uaniloquia deuita.Multum enim proficiunt ad impietatem,& sermo eorum ut cancer serpit. Ex quibus est Hymeneus & Philetus,quia à ueritate exciderũt,dicentes resurrectionem iam factam,& subuerterunt quorundam fidem.Sed firmum fundamentũ dei stat habens signaculũ hoc.Cognouit dominus qui sunt eius Et discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.In magna autem domo,non solùm sunt uasa aurea & argentea: sed & lignea & fictilia:& quædam quidem in honorem,quædam autem in contumeliam.

¶Supra instruxit Timotheum ostendens modum generalem quo infidelibus est resistendum : hîc ostendit in speciali quibus sit resistendum.Et primò ostendit quibus est resistendum.Secundò quare,ibi[Multũ enim]Tertiò quomodo,ibi[Iuuenilia.]Dicit ergo.[Prophana & vaniloquia de.]Vbi ostendit duo esse vitanda.s.prophana & vaniloquia,& referuntur ad idem,vel ad diuersa.Nam prophana dicuntur quasi procul à phano.s.cultu diuino,& hæc sunt documenta hæresum: & hæc vitanda.Ideo dicit,Deuita prophana. Potest etiam dici q̃ hæc prophana sunt quę fidei repugnant,sed vaniloquia fabulosa.Psal.Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. ¶Deinde cùm dicit[Multum enim]Ostendit quare hæc sunt vitanda & hoc dupliciter.Primò ex nocumẽto quodAnferunt.Secundò ex fructu vitationis,ibi[Si quis.]Circa primũ duo facit,quia primò ostendit quomodo noceant ad fidei subuersionem.Secundò quomodo non possunt totaliter fidem subuertere[Sed firmum]Item primò ponit documentum.Secundò subdit similitudinẽ,ibi [Et sermo.]Tertiò exemplum,ibi[Ex quibus est]Dicit ergo.Hæc sunt vitanda quæ impediunt pietatem, quæ cultus dei dicitur.Vnde doctrina fidei est doctrina pietatis.Impietas verò est doctrina cõtra fidem.Vnde dicit[Multum proficiunt ad impi.]i.perducunt ad errorem siue ad erroneam doctrinam.Sed hic profectus,est in malis abusiuè.infrà 3,Mali homines & seductores ꝓficiũt in peius,errãtes & in errorẽ mittẽtes,

¶Deinde ponit eorum similitudinem dicens[Sermo.]Hæretici enim dicunt à principio quædam vera & vtilia,sed cùm audiuntur,immiscent quædam quæ euomunt mortifera.Et ideo dicit [Sermo eorum, &c.] Eccle.11,A scintilla vna augetur ignis,& ab vno doloso augetur sanguis. ¶Deinde cùm dicit [Ex quibus] ponit ad hoc exemplum.Hi enim duo,fidem suo tempore corrumpebant.A quibus quidam errantes conuersi sunt in vaniloquium,&c.De Phileto dicitur suprà primo,Auersi sunt à me omnes qui sunt in Asia ex quibus est Philetus & Hermogenes.De Hymeneo autem habetur 1.Timo.1,Ex quibus est Hymeneus.Et dicit[Exciderunt.]1.Io.2,A nobis exierunt.Et hoc aggrauat,quia.2.Petri 2,Melius enim erat eis nõ cognoscere viam iustitiæ,q̃ post agnitionẽ retrorsum conuerti.Errabant autẽ dicentes resurrectionem iam factã esse.De qua Mat.27,Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt.Et dicebant q̃ non est alia resurrectio expectanda,sed tunc surrexerũt.Alio modo & melius q̃ sicut est duplex mors,ita duplex est resurrectio.s.animæ & corporis.De resurrectione animę habetur.Apoc.20,Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima.Dicebãt ergo q̃ omnia quæ dicuntur in scripturis erant referenda ad resurrectionẽ animarum quæ iam facta est.Colo.3,Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite . Et hic error est etiam hodie apud hæreticos,& per istum subuertunt quosdam.Et congruè dicit[Et subuertunt quorũdam fidem]quia destruunt fundamentum fidei.Actu.13, O plene omni dolo & omni falacia fili diaboli, & inimice omnis iustitiæ,non desiuis subuertere vias domini rectas. ¶Deinde cùm dicit[Sed firmum]ostendit quomodo per hæresis fides non est totaliter subuertenda.Et primò q̃ per doctrinas hæreticas nõ potest tota ecclesiæ fides corrumpi.Secundò ostendit quare deus permittit aliquos errare,ibi[In magna autẽ.]Itẽ primò ostẽdit immobilitatem fidei electorum.Secundò addit demonstrationem,ibi[Habens] Dicit ergo, Subuertunt,sed firmum fundamentum dei stat. Hæc enim fundamenta sunt illi quibus datur gratia immobiliter standi.Mat.7,Fundata enim erat supra petrã[Firmum]quia immobile,Vnde præmittitur, ibi Matt. 7,Quòd venerunt flumina & flauerunt venti & irruerunt in domum illam,& non cecidit. Huius firmitas dependet primò ex diuina prædestinatione.Secundò ex libero arbitrio nostro.Et ideo quantum ad primũ dicit,Hoc firmum fundamentum[habet hoc signaculum.]i.hoc est signum huius firmitatis.Io.3,Qui autẽ acceperit testimonium eius,signauit,quia deus verax est.Et hęc est prima pars signaculi.s.ex diuina prædestinatione,quia nouit dominus qui sunt eius.Et hæc est notitia diuinæ prædestinationis.Io.10,Ego cognosco oues meas,& alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili.Mat.7,Non noui vos . Sed quantũ ad secũdũ dicit[Discedat ab ini.o.q.in.]Quasi dicat,si prædestinati sunt à deo,q̃ per liberum arbitrium saluabuntur quia ex hoc q̃ aliquis finaliter non adhæret peccato,ostendit se esse prædestinatum.Et ponit duo quæ pertinent ad ordinationem in statu salutis.Primum q̃ confiteatur fidem.Ideo dicit,Omnis qui,&c. Roma.10, Ore confessio fit ad salutem.Secundum q̃ recedat à peccato.Mat.7,Non omnis qui dicit mihi,domine domine,intrabit in regnum cælorum,&c.Et ideo dicit,Discedat,&c.Esa. 55,Derelinquat impius viam suam, &c.Quòd verò dicit[inuocat nomen]non intelligit q̃ solùm nominet ore,sed interius per fidem, & extra per opus. ¶Deinde cùm dicit[In magna]ponit rationem quare deus permittit aliquos errare,licet omnes diligat.Dupliciter autem potest hoc intelligi,quia vel in generali,vel in speciali ad hunc vel illum.Si enim quæras in singulari,quare dat huic donum perseuerantiæ & non illi,non habet rationem nisi solam dei voluntatem.Aug.Quare hunc trahat & illum non trahat,noli velle iudicare,si non vis errare,&c. Sed si quæras in generali quare quibusdam dat & quibusdam non,habet rationem,quam & assignat Apostolus Ro. 9,Et est eadem ratio cum ista,licet per alia exempla.Ideo enim dicit,Sustinuit in multa patientia,&c.secundum enim quòd omnia opera quæ deus fecit in natura & gratia,sunt facta ad manifestandum gloriam dei. Eccle.42,Gloria domini plenum est opus eius.Sic etiam fecit diuersas creaturas,vt perfectio diuinæ bonitatis quæ non potest manifestari per vnam,sufficienter manifestetur per aliam.Ita etiam considerandũ est de vno artifice,in domo vna est vna fenestra quæ est altera pulchrior.Si quis ergo quærat quare nõ tota domus est fenestra,ratio est,quia tota domus esset imperfecta,Similiter dicit Apostolus.1.Cor.12,Si totũ corpus esset oculus,vbi auditus?Sic ergo dicit Apostolus in effectu gratiæ,quia oportuit q̃ deus manifestaret iustitiã & misericordiam.Si enim omnes saluaret,esset solùm eius misericordia.Si omnes damnaret,solùm esset iustitia.Et ideo volens manifestare iram.i.iustitiam,&c.Et similis est ratio de perfectione ecclesię quam oportebat esse perfectã,quod nõ esset si nõ esset in ea diuersitas.In qua est triplex diuersitas.s.bonorum & malorum,bonorum & meliorum,malorũ & peiorum.Et hanc assignans dicit[In magna autem domo.]i.ecclesia.Baruch 3,O Israel quàm magna est domus dei & ingens locus possessionis eius.Non solùm sunt vasa aurea,&c.vbi aurea & argentea distinguntur à fictilibus.Item argentea ab aureis.Item fictilia à ligneis.In primo cõparatio bonorũ & malorum innuitur.In secundo comparatio bonorũ & meliorũ.In tertio malorum & peiorũ.Nam aurea & argentea sunt boni,sed aurea meliores,argentea minus boni.Similiter lignea & fictilia sunt mali,sed fictilia sunt peiores,lignea verò minus mali. ¶Consequenter designat diuersitatem quantũ ad vsum,vt boni sint vasa in honorem,sicut deputati ad honorabilẽ vsum:mali verò sint vasa fictilia & lignea,quasi deputati in contumeliam.i.ad vilem vsum.Sicut enim in hominibus quidam.s. sancti quasi vasa pretiosa.Eccle.50,Vas auri solidum,&c.Act.9,Vas electionis est mihi iste,&c.Quidã verò sicut vasa inutilia.s.mali.Esa.32,Fraudulenti vasa pessima sunt.Eccl.21,Cor fatui quasi vas confractum. Prima vasa sunt in honorem quibus debetur vita æterna.Ro.2,His quidem qui secundũ patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternam.Secũda vasa sunt in contumeliam.1.Re.2,Qui autem contemnũt me erũt ignobiles.Et prædicta diuersitas potest aliter applicari ad diuersitatẽ ecclesiæ,vt vasa aurea sint prælati,argentea verò & lignea,& fictilia tenẽtes inferiorẽ gradũ, inter quos est quidam gradus.Et quod subdit[quædam in honorem,&c.]non est tũc intelligendũ q̃ vasa aurea & argentea omnia sint in honorem & fictilia in contumeliam,quia de quocũq; statu quidam saluantur, & quidam damnãtur.

Lectio 4.

Docet vitãda propha na, ratione

SI quis ergo se emundauerit ab istis,erit uas in honorẽ sanctificatum & utile domino,ad omne opus bonũ paratũ.Iuuenilia autem desideria fuge:sectare iustitiam,fidem,spem,charitatem,& pacem cum his qui inuocant dominum

sumpta ex fructu vitationis, & proponit quæ sunt vitanda & quæ sequenda.

de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Seruum autem domini nõ oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati: nequando deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem.

¶ Suprà ostendit q̃ prophana sint vitanda per rationem sumptam ex nocumento: hîc ostendit idem per rationem sumptam ex fructu. Et primò proponit vitationem. Secundò eius fructum ibi[Est vas] Nam vitationem vocat emundationẽ. Dicit ergo quædam sunt vasa in contumeliam[Ergo si quis emundauerit se ab istis]quia eorum consortia inquinant. Eccle.13, Qui tetigerit picẽ inquinabitur ab ea. Et ideo fugiendi sunt, 2. Cor.9, Exite de medio & separamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, &c. Fructus autem sequens, est quadruplex. Primus est ex ordine ad gloriam[quia erit vas in honorem]quia si sordidetur ab illis, erit in contumeliam, si emundat se, in honorem. Psal. Nimis honorati sunt amici, &c. Prouerb.25, Auferrubiginem de argento & egredietur vas purissimum. Alii effectus sunt gratiæ quorum primus est hominis sanctificatio. Secundus est hominis ordinatio per rectam intentionem. Tertius per operis executionem. Quantum ergo ad primum dicit[sanctificatum.]1. Co.6, Abluti estis, sanctificati estis. Sed quantum ad secundum dicit[Vtile domino]Sed nunquid indiget seruitio nostro? Non. Psal. Bonorum meorum non indiges. Sed dicit vtile domino, ideſt vtilitati suę cedet ad honorem domini. Act.9, Vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Quantum ad tertium dicit[Ad omne opus bonum paratum]Psal. Paratus sum & non sum turbatus. Et dicit, Ad omne bonum, quia præcepta affirmatiua non obligant ad semper. Et ideo debet esse paratus, vt quando necesse est operetur. ¶ Deinde cùm dicit[Iuuenilia]Ostendit qualiter prophana sunt vitanda. Et ponit duo vitanda. Primum est conuersatio praua. Secundũ est doctrina mala, ibi[Stultas autem.]Circa primum duo facit, quia primò ostendit quid sit vitandum. Secundò quid sit sequendum, ibi[Sectare]Dicit ergo, Dico q̃ debes vitare hæc vt sis vas emundatum. Ideo iuuenilia &c. Considerandum est q̃ dicit hoc, quia iste iuuenis erat. Et hæc sunt desideria vanitatum exteriorum, & carnalium voluptatum. Naturale est iuuenibus q̃ hæc desiderent. Eccle.11, Adolescentia & voluptas vana sunt. Cuius est duplex ratio. Vna, quia non sunt alia experti. Secũda quia huiusmodi delectationes naturales sunt ordinatæ vt medicina contra labores. Natura verò in iuuenibus laborat & ideo inclinantur ad eas ¶ Deinde cùm dicit[Sectare verò iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem]ostendit quæ sunt sectanda Et sunt quatuor, quorum primum ordinat ad subditos, & hæc est iustitia, quia princeps est custos iustitiæ. Prouer.20, Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intuitu suo. Secundum ordinat ad deum, & hæc est fides, sine qua impossibile est placere deo. Hebræ.11. Tertium est spes. Quartum ordinat ad proximum vnumquemq; ſ. charitas & pax, quæ se extendit ad inimicos. 1. Cor.13, Si habuero fidem ita vt mõtes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Ex charitate sequitur gaudium. Pax autem importat ordinatam concordiam. Quod autem subdit[Cum his qui inuocant, &c.]vno modo exponi potest referẽdo ad immediatè dictum. q.d. Sequimini pacem cum his, &c. Quod autem dicit[De corde puro]ponitur quia non est speciosa laus, &c. Sed Heb.12. dicitur, Pacem sequimini cum omnibus. Quare ergo dicitur hîc cum his qui in.do. de corde puro? Respondeo dicendum est q̃ quantum in nobis est, debemus habere pacem cum omnibus si fieri potest, sed non potest esse pax inter bonos & malos, quia pax dicit concordiam quæ non potest haberi cum malis. Alio modo legitur cum his, &c. vt referatur ad totum præcedens. q.d. Ita sectare iustitiam, pacem, & omnia, sicut & illi qui inuocant, &c. ¶ Deinde cùm dicit[Stultas autem]hortatur ad vitandum doctrinam malam. Et primò docet quid sit vitandum. Secundò quid sit sectãdum, ibi[Sed mansuetum] Circa primum duo facit, quia primò proponit documentum. Secundò rationem assignat ibi [Sciens quia.]Vitãdæ sunt[quæstiones stultæ]quantum ad materiam, quia sunt de stultis. i. de his quæ contrariantur sapientiæ. i. de his quæ sunt contra diuinam sapientiam. Has non debet homo mouere, sed eis resistere. Hier.10, Stultus factus est omnis homo à scientia sua. Dicit autem[sine disciplina]quantum ad modum, quia clamosæ sunt. Vel sine disciplina ex parte eorum de quibus dubitatur, vt puta si vertat in dubiũ id quod tota ecclesia tenet. Iob 34, Iob aũt stultè locutus est & verba eius non sonãt disciplinã. Quæstiões autem intantum sunt amandæ inquantum ducunt ad veritatem: per hoc q̃ oportet q̃ omnes vnum dicãt. Quæstiones autem stultè non ducunt ad veritatem, sed ad litem, quæ est vitanda. Esa.58, Ecce ad lites & cõtentiones iciunatis, &c. Et ideo dicit[Seruum autem domini.]i. eum qui se dat seruitio domini[non oportet litigare.]1. Tim.3, Non litigiosum. ¶ Deinde cùm dicit[Sed mansuetum]ostendit quid sit sectandum. Et primò ponit documentum. Secundò rationem, ibi [Ne quando det.]Item prima in duas, quia primò proponit quoddam generale ad omnes. Secundò quædam necessaria ad singulos, ibi[Docibilem.] Generale quod debet habere qui vult disputare, est q̃ sit mansuetus. Psalm. Docebit mites vias suas. Est enim mansuetudo virtus cõpescẽs ab ira, quæ perturbat iudicium rationis, quæ necessaria est in quæstione & iudicio veritatis. Matt.11, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. In speciali autem debet habere respectu superiorum docilitatem: respectu persecutorum, patiẽtiam: respectu falsorum doctorum, correctionem. Quãtum ad primum dicit[Docibilem.]i. paratũ corrigi à quocunque. Et hæc est sapientia cælestis. Iaco.3, Quæ autem de sursum est sapientia, primũ quidem pudica est: deinde autẽ pacifica, modesta, suasibilis, &c. Quãtum ad secundum dicit[Patientem.]Psal. Bene patientes erunt vt annuntient. Proue.19, Doctrina viri per patientiam noscitur. Quantum ad tertium dicit[Cum modestia corripiẽtem]quia correctio debet esse modesta. Gala.6, Vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, &c. ¶ Deinde cùm dicit[Ne quando]assignat rationem vitationis: & respondet cuidam tacitę quæstioni. Posset enim aliquis dicere, Isti resistunt veritati, & ideo imminet necessitas corrigendi. Respõdeo q̃ deus pater eos potest reducere ad pœnitentiam, & ad hoc debet iustus niti. Et primò præmittit pœnitentiam, quam debet intendere cõtra aduersarios. Secundò pœnitentiæ fructus. Tertiò pœnitentiæ necessitatem. Dicit ergo [Nequando.]i. vt [deus aliquando det eis pœnitentiam]quia ex superbia resistunt quibus difficile videtur dari pœnitentia. Hîc excluditur error Pelagii qui dicit dona gratiæ esse ex operibus nostris, quod per hoc patet esse falsum, quia

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam principium bonorũ. ſ. pœnitentia, datur à deo. Treñ.5, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Esa.26, A timore tuo concepimus. Fructus verò pœnitentiæ duplex est. ſ. cognitio veritatis, liberatio à potestate diaboli. Quãtum ad primum dicit[Ad cognoscendã veritatem]quia quãdo ex malitia resistitur veritati, ipsa malitia sua excęcat eos: quando ergo malitia aufertur, cognoscunt veritatem. Ioã.8, Et cognoscetis veritatem. Quãtum ad secundum dicit[Et resipiscant à dia. la.]i. ab occasionibus errorum ex parte intellectus sicut falsæ fantasiæ, & ex parte affectus sicut sunt inuidia, superbia, & huiusmodi. Necessitas autem pœnitentiæ, est magna, quam nisi habeant, diabolus dominatur eis. Vnde dicit[A quo captiui tenentur.] quia qui facit peccatum seruus est peccati. Io.8, Et dicit[ad ipsius voluntatem.]ſ. sectandam. Vel vt de homine faciat voluntatem suam. Sed contrà. Non statim præcipitat sicut vellet. Dicẽdum est q̃ solùm adipiscitur quãtum permittitur sibi: sed difficile est quòd ei auferatur id quod tenet. Esa.49, Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit?

Caput 3.

Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos amantes cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi & uoluptatum amatores magis quàm dei, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes,

Docet futura pericula nouissimis temporibus esse causata ob abundãtiam malitiæ.

¶ Suprà instruxit eũ quomodo resistat tribulationibus & periculis præsentibus, hîc ostẽdit quomodo stet contra futura. Et primò prænuntiat futura pericula. Secundò ostendit idoneitatem suã ad resistendum, ibi [Tu autem assecutus.]Tertiò ostendit qualiter resistat, ibi[Testificor.]Circa primũ duo facit, quia primò prænuntiat pericula nouissimorũ temporũ. Secundò ostẽdit quomodo eorũ vitia sunt etiã modò vitanda, ibi[Et hos deuita.]Item prima in duas, quia primò prænuntiat esse futura pericula in nouissimis temporibus. Secundò causam periculorũ, ibi[Et erunt homines.]Dicit ergo, Dixi deuita prophana, &c. Non solũ autem sunt hæc modò vitanda, sed in futuro restãt etiam quędã alia vitãda. Et dicũtur [nouissimi dies]quia sunt propinqui nouissimæ diei. Io.5, Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Gene. penultimo, Congregamini vt annuntiem quæ ventura sunt vobis diebus nouissimis. Et addit[Instabunt tẽpora periculosa, &c.] Mat.24, Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meũ. Causa horũ est iniquitatis abundantia. Mat.24, Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: quia fides & charitas vel annullabitur, vel totaliter peribit: quia quãtò magis aliquid elõgatur à suo principio, tãtò plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides & charitas, quia plus elongantur à Christo. Luc.19, Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? ¶ Et circa hoc primò ponit iniquitatis radicem. Secundò diuersas eius species. Radix aũt totius iniquitatis est amor sui ipsius. Duplex autem amor dupliciter ciuitatem facit. Sed contrà. Quilibet naturaliter diligit se. Respondeo, dicendum est q̃ in homine duo sunt. ſ. natura rationis, & corporalis. Quantum ad intellectualem seu rationem, quæ interior homo appellatur, vt dicitur 2. Cor.4, homo debet plus se diligere quàm omnes alios, quia stultus esset qui vellet peccare vt alios à peccatis retrahat, sed quantum ad exteriorem hominem, laudabile est vt alios plus diligat q̃ se. Vnde illi qui se sic plus amãt, sunt vituperabiles. Phil.2, Oẽs quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Ex hac radice diuersæ sunt species iniquitatis. Vnde dicit[Cupidi, elati, &c.]Et circa hoc tria facit, quia primò ponit peccata quæ sunt in abusu rerum exteriorum. Secundò quæ pertinent ad inordinationẽ hominis ad alios, ibi[Blasphemi.]Tertiò quæ ad seipsum, ibi[Incontinentes.]Duo autem sunt in rebus exterioribus. ſ. abundantia diuitiarum, & excellentia bonorum, Quantum ad primum dicit[Cupidi.]Et cupiditas primò ponitur, quia est radix omnium malorum. Vel est propinqua amori suipsius, quæ est ad bona exteriora. Quantum ad secundum dicit [Elati.]Elatio est species superbiæ, quæ sunt quatuor. Vna quando aliquis attribuit sibi quo caret. Secunda quando quod ab alio habet attribuit sibi, ac si haberet à se. 1. Cor.14, Quid habes quod non accepisti, &c. Tertia quando attribuit sibi quod habet ab alio, sed meritis propriis. Lucæ 18, Ieiuno bis in sabbato, &c. Quarta quando singulariter vult videri supra omnes, & hæc est elatio. Psal. Domine non est exaltatum cor meum, &c. Quod dicit[superbi]reducitur ad alias species superbiæ. Ia.4, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ¶ Consequenter ponit vitia quantum ad alios. Et primò quantum ad superiores, secũdò quantum ad æquales, ibi [Scelesti.]Superior est triplex, ſ. deus, & contra hunc dicit [Blasphemi.] Esa.1. Dereliquerunt dominũ, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Item parentes, & quãtum ad hoc dicit[Parentibus non obedientes.]1. Reg.15, Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus ydolatriæ nolle acquiescere. Prou.30, Oculum qui subsannat patrẽ, & qui despicit partum matris suæ effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. Item benefactor, inquãtum huiusmodi. Et quantum ad hoc dicit [Ingrati.]Psal. Qui retribuunt mala pro bonis, &c. Co.3, Grati estote. Sap.16, Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua. Tũc ponit mala quæ sunt ad æqualem & proximum, & sunt tria. Primum pertinet ad opus. Vnde dicit[Scelesti.]i. qui scelera grauia perpetrant in proximos. Esa.1, Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, seruis nequam, filiis sceleratis, &c. Secundum ad affectum. Vnde dicit[Sine affectiõe.]i. sine affectu charitatis, & sine pace. Tertiò quantum ad verbum. Vnde dicit[Criminatores.]Leui.19, Non eris criminator, nec susurro in populis. Item quantum ad seipsum ostendit quædam alia tripliciter. Primò quantum ad corruptionem concupiscibilis, secundò irascibilis, tertiò rationalis. Quantũ ad primũ dicit[Incõtinẽtes.]Vnde dicitur incõtinẽs qui se nõ tenet in bono proposito propter prauas cõcupiscẽtias. Ecc.26, Omnis aũt põderatio nõ est digna cõtinentis animæ. Quantũ ad irascibilem dicit propriè[immites.]i. non mansueti: hæc enim mansuetudo moderatur passiones iræ. Mat.11, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Psal. Docebit mites vias suas. Itẽ ponit aliud quod pertinet ad affectum irascibilis. ſ. benignitatis exclusio. Vnde dicit[Sine benignitate.] Hoc enim est naturale quod quãdo dominatur vnum cõtrariorũ excludit aliud. Eph.4, Estote inuicẽ benigni. ¶ Deinde ponit vitia, quæ sunt ad corruptionẽ rationalis. Hæc autem potentia perficitur per prudentiam: prudentiæ aũt opponitur aliquod vitium per abusum prudentiæ, & aliquod per eius priuationem, &

vtrunque ponit. Quantum ad primum dicit[Proditores.]Ad prudentiam autẽ pertinet sagacitas,qua quidam abutuntur in malũ,& hi sunt proditores.Prouc.11,Qui ambulat fraudulenter,reuelat arcana. Ita constantia qua quidam abutuntur dum in malo proteruiunt.Vnde dicit[Proterui.]Prou.3,Ne innitatis prudẽtiæ tuæ. ¶ Deinde ponit vitia quæ sunt ad priuationem prudentiæ.Et primò ponit priuatiõis causam.Vnde dicit[Tumidi.]Superbi enim inflantur in agendis,quia non metiuntur vires suas,& ideo deficiunt. Prouer.11,Vbi superbia,ibi erit & contumelia:vbi autem humilitas,ibi & sapientia.Secũdò ponit priuationis effectum,quia temporalia pręponũt æternis.Vnde dicit [Voluptatum amatores magis quàm dei.]Esa. 13, Syrenæ in delubris voluptatis.Sed nunquid est idem esse incontinentem,& voluptatum amatorem?Respõ deo,Dicendũ est ꝙ non,quia propriè incontinẽs dicitur qui habet spem fugiẽdi,sed vincitur ab eis,sed propriè amator earum est intemperatus qui habet corruptam ęstimationem. ¶ Consequenter ponit simulationem:dicens[Habentes spem pietatis.]2.Cor.11,Operarii subdoli[virtutẽ autem eius abnegantes]virtutẽ. s.pietatis,quæ dicitur hîc dupliciter.Vno modo ipsa vis pietatis.i.eius virtus.Vnde dicit,Abnegantes.i. veritatem non habentes.Titum 1,Confitentur se nosse deum,factis autem negant.Alio modo,quia virtus rei dicitur illud ex quo dependet tota res.Tota autem virtus pietatis depẽdet ex charitate,ideo dicit virtutem eius.s.charitæem,abnegantes.

Lectio 2.

Docet vitãdos esse eos qui cõditiones iam dictas habẽt: & eorum alias declarat cõditiones.

ET hos deuita.Ex his enim sunt quæ penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis,quæ ducũtur uariis desideriis,semper discentes & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes & Mambres restiterunt Moysi,ita & hi resistunt ueritati,homines corrupti mente,reprobi circa fidem: sed ultra non proficient:Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus,sicut & illorum fuit.Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconio, Listris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dominus.

¶ Suprà Apostolus descripsit pericula nouissimorũ temporum,& causam assignauit:hîc docet huiusmodi etiã in præsenti esse vitanda:Et primò præmittit monitionem de horum vitatione:secundò ostendit in quibus hominibus in præsenti appareant prędicta,ibi[Ex his enim.]Dicit ergo,Dixi ꝙ in nouissimis temporibus erunt homines pessimi.Sed non credas te in præsenti esse tutum:sed etiã nunc hos,& tales homines deuita.s.ne in similem errorem labaris.Tit.vlti.Hæreticũ hominem post vnã & secũdã correptionem deuita.Et licet quãtum ad aliqua vitãdi sint,sed non quãtum ad sermonẽ exhortationis.Et tunc ostendit ꝙ etiã modò sunt aliqui tales.Et primò ostendit nocumentum quod inferunt:secundò defectum quem patiũtur, ibi[Homines reprobi.]tertiò impędimentum quo artantur,ibi[Sed vltra.]Circa primũ duo facit,quia primò ostendit impedimentum quod inferunt subditis:secundò impedimentum quod inferunt prælatis,ibi [Quemadmodum autem.]Iterum prima in duas:quia primò ostendit eorum imprudentiam: secundò eorum astutiam,ibi[Et captiuas.]Quantum ad primum dicit[Deuita hos]quia iam sunt aliqui tales. Nã[ex his enim.]i.eorum numero[sunt.]1.Io.2,Nunc antichristi multi sunt,&c.Nec debetis intelligere ꝙ ex his fuerunt,sed sunt.s.sceleſti & ingrati,&c.quia peccatores iam conuersi non debent dici peccatores.Psal.Nec mentor ero nominum eorum per labia mea. ¶ Deinde cùm dicit[Qui penetrant domos] ostendit eorum malitiam.Et ad literam potest exponi quasi inordinatè ingerẽtes se,& circuneuntes propter lucrum. Contra quod Eccle.21,Pes fatui facilis in domum proximi.Sed propter hoc non prohibentur aliqui visitare afflictos in domibus.Iaco.1,Religio munda & immaculata apud deum & patrem,hæc est visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,&c.Vel metaphoricè potest exponi domus.i.conscientia.Sap.8,Intrãs in domum meam conquiescam,&c.Illi ergo penetrant domos,qui cùm astutia volunt scire secreta conscientiæ, vt decipiant alios.Ecclesia.13,Ex multa loquela tentabit te,& subridens interrogabit te.Nihilominus tamẽ illis qui curam habent licet inquirere statum conscientiæ.Prouer.17 ,Diligenter agnosce vultum pecoris tui,tuósque greges considera. ¶ Deinde cùm dicit[Et captiuas ducunt.]ostendit eorum astutiam . Et primò tangitur eorum malitia,quia abducunt à libertate & statu gratiæ.Iaco.1, Qui autem prospexerit in lege perfectæ libertatis,&c.Et ducunt in statũ seruitutis,qui est status peccati.Psalm.In conuertendo dominus captiuitatem Syon,&c.Hoc enim nomen captiuitatis importat.Esa.5 , Propterea captiuus ductus est populus meus,quia non habuit scientiam.Secundò ostendit in quas personas exercẽt malitiam, quas describit primò à fragilitate sexus:secundò ex malitia conuersationis:tertiò ex vanitate affectionis:quartò ex defectu discretionis.Quantum ad primum dicit[Mulierculas]quæ sunt minoris discretionis & sexus fragilioris.Et dicit,Mulierculas,qui magnæ dominæ habent aliquos consiliarios,vnde non possunt seduci . Sed hę sunt tali auxilio destitutæ.Mat.23,Comeditis domos viduarum.1.Mach.1,Captiuas duxerũt mulieres,&c. Quantum ad secundum dicit[Oneratas peccatis.]Peccatum est onus,quia non permittit liberè incidere, nec erectum esse & stare,sed incuruat.Psal.Sicut onus graue grauatæ sunt super me.Et ideo istas specialiter decipiunt,quia peccatum parat viam seductioni.Item quia malę sunt timent resistere,ne perdantur.Quantum ad tertium dicit [Quæ ducuntur variis desideriis.] i.aptę sunt vt seducantur propter varia desideria quæ habent.Iaco.1,Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.Et ideo prima mulier fuit seducta,quia non stetit constanter in verbis domini,sed dixit,ne fortè moriamur.Eccles.6,Ne respicias mulierum multiuolam.Quantum ad quartum dicit[Semper discentes,& nunquam,&c.]Curiositas semper noua nititur quærere,& non vult insistere.Vnde dicit,Semper discẽtes.Prouc.9,Mulier clamosa, &c.Tamen hoc quod dicit,Semper discentes,potest reduci ad penetrantes domos. ¶ Deinde cùm dicit [Quemadmodum]ostendit nocumentum quod afferunt prælatis,nocumentum resistendi earum doctrinæ: & inducit exemplum de Exodo vbi magi Pharaonis restiterunt Moysi,quia à principio mundi semper fuit pugna inter veritatem & falsitatem.2.Pet.2,Fuerunt verò & pseudo prophetæ in populo sicut & in vobis,& cætera.Sed in Exodo isti magi non nominantur,sed hîc sic quod fortè habuit ex aliquibus verbis Iudæorum [ita & resistunt veritati.]scilicet quam nos prædicamus.Iob 24,Ipsi fuerunt rebelles lumini.Actuum 17.

Semper

Semper spiritui sancto restitistis. ¶ Consequenter cùm dicit [Homines,&c.]ostẽdit eorum defectum in fide,& in opere.In opere homines reprobi.Glo.In operibus.i.qui per opera sua se reprobos ostendunt. Hie rem.6,Argentum reprobum vocate eos.Item in fide corrupti mente.i. potentia rationali. Vnumquodque enim tunc dicitur corruptum,quando deficit à propria virtute. Propria autem mentis perfectio est cognitio veritatis.Vnde dicitur corruptus mente qui deficit à cognitione fidei. ¶ Consequenter cùm dicit [Sed vltra.]ostendit quomodo artantur:& primò ostendit eos esse impediendos:secundò docet modum impediendi,ibi [Insipientia.]Sciendum est autem circa primum quòd voluntas nocendi est homini à seipso,sed potestas nocendi est à deo permittente . Et deus non permittit vt noceat quantum vult malus , sed imponit terminum.Iob 38,Et hîc confringes tumentes fluctus tuos.Sic & diabolus non læsit Iob nisi secundum quod permissus fuit à deo.Sic Arrius non nocuit in ecclesia,nisi quantum dominus permisit.Apocal.7.dicit angelus , Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus , quoadusque signemus seruos dei in frontibus, & cætera.Et dicit [Vltra.] scilicet,quàm deus permittit[non proficient.] ¶ Modus impediendi est vt tollatur eorum pallium & occultatio quæ sunt tollenda , quia nocent . Iob 41 , Quis reuelabit faciem indumenti eius,&c.Et ideo dicit [Insipientia eorum manifesta erit]deo detegente, quando illuminabit abscondita,&c.vt dicitur 1.Corinth.4. [Sicut & illorum.]scilicet,magorum Pharaonis,quæ fuit manifesta , quia non potuerunt facere signa. ¶ Deinde cùm dicit [Tu autem,&c.] ostendit idoneitatem Timothei ad resistendum huiusmodi periculis. Et primò ostendit quòd erat idoneus ex institutione Apostoli: secundò ex experientia scripturarum,ibi [Ab infantia.] Item primò ostendit quomodo erat instructus sufficienter ab Apostolo: secundò quomodo vniuersaliter instrui ab aliis poterat, ibi [Omnis qui , & cætera.] Circa primum primò ostendit quomodo instructus erat verbo:secundò quomodo exemplo,ibi [Propositum.] Sed sciendum est quòd verbo aliquis instruitur dupliciter:vno modo de veritate agnoscenda: alio modo de iustitia operanda.Quantum ad primum,dicit [Tu autem assecutus es meam doctrinam.] id est,instructus es in fide catholica: ideo bene potes vitare eos. Quantum ad secundum,dicit[Meam institutionem.] Institutio est eruditio quæ est de aliquibus agendis quæ subduntur operationi humanæ.Philip.4,Vbique & in omnibus institutus sum. Item quomodo institutus erat exemplo. Et primò quantum ad bona agenda: secundò quantum ad mala toleranda,ibi[Patientiam.] In bonis faciendis ponit duo . Primum est intentio recti finis.Et quantum ad hoc dicit [propositum.]quod est de fine. Sa.8,Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuãdum. Et ad hoc dicit [propositum.]quod est de fine. Sa.8,Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuãdum. Et ad hoc peruenitur per bona opera,quæ deriuantur à tribus virtutibus,scilicet fide, spe,& charitate.E primò ponit fidem,cùm dicit[Fidem.]Hebræ.11,Sine fide impossibile est placere deo. Secundò spem, cùm dicit[Longanimitatem]quæ in longum expectat.2.Corinth. 6,In lõganimitate.Tertiò charitatem,cùm dicit[Dilectionem.] 1.Ioan.3, Qui non diligit,manet in morte. ¶ Deinde de malis tolerandis instruit eum quantum ad tria,ea reducendo ad memoriam. Primò patientiam quam habuit. Item mala quæ sustinuit.Item diuinum auxilium quod sibi affuit.Primò ergo ponit[patientiam]quæ opus perfectum habet.& primò ponit patientiæ materiam,scilicet[persecutiones]in generali.Matth.10,Si vos persequuntur in vna ciuitate,fugite in aliam.Item in speciali,cùm dicit [Passiones] quas,scilicet,passus est in proprio corpore.2. Corinth.11,Ter virgis cæsus sum,& cætera.Tertiò in particulari,cùm dicit [Qualia facta sunt mihi Antiochiæ,&c.Act.16.& 17,Iudæi persecuti sunt eum præsente Timotheo.Sed affuit diuinum auxilium.Et ideo dicit[Et ex omnibus eripuit me dominus.]2.Corin.1, Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Lectio 3.

Ostẽdit esse cõmune omnibus sanctos pati in hac vita defectꝰ pœnales, malis autẽ proficere in malo culpæ: et tãdẽ monet Ti. vt maneat in sua institutione, sequatúrq; sacras literas, declarãdo ipsarũ vtilitatem.

ET omnes qui piè uolunt uiuere in Christo Iesu,persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficient in peius:errantes, & in errorem mittentes . Tu uerò permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu.Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum,ad arguendum,ad corripiendum,ad erudiendum in iustitia,ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus.

¶ Suprà proposuit Timotheo in exemplum persecutiones quas ipse passus fuit . Et ne videatur ipse solus per huiusmodi passiones transisse,ostendit eas esse communes sanctis.Et primò docet quomodo sancti patiuntur hîc defectus pœnales:secundò quomodo mali proficiunt per defectum culpæ, ibi [Mali autem homines.]Dicit ergo,Persecutiones sustinui,& non solùm ego,sed & omnes.Piè sumitur dupliciter,quandoque pro virtute pietatis ad cultum diuinum,suprà eodem,Habentes speciem pietatis.Quandoque pro misericordia ad proximum.1.Timoth.4,Pietas ad omnia valet. [Omnes ergo qui piè volunt viuere in Christo,&c.] id est,volunt obseruare cultum religionis Christianæ. Timoth. 2, Sobriè,& iustè,& piè viuamus in hoc seculo,& cætera.Et tales [persecutionem patientur]& maximè in primitiua ecclesia,quando Christus vndique impugnabatur à Iudæis & Gentibus.Et ideo Ioan.16,Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Matth. 24, Eritis odio omnibus Gentibus propter nomen meum. Item omnes qui piè volunt,&c. id est volunt per fidem Christi seruare misericordiam ad proximum, necesse est eos persecutionem pati, & si non ab extra, tamen ab intus,quando, scilicet cõpatiuntur defectibus proximorũ,quorum culpas & pœnalitates vident.2.Cor.11,Quis scãdalizatur,& ego nonvror,&c.2,Pet. 2, Habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant . Psalm.Vidi præuaricantes, & cætera. Item sunt aliæ persecutiones quæ sanctis omnibus deesse non possunt , scilicet: carnis, mundi,& dæmonis:quia vt habetur Galat.5,Caro concupiscit aduersus spiritum.Rom.7,Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius.Psalm.Multæ tribulationes iustorum. ¶ Deinde cùm dicit [Mali autem homines.]ostendit quòd mali incidunt in peiora mala.s.culpæ.Dicit,mali in se.s.inquantum peccatis inhærent.Matth.21, Malos malè perdet,&c. [Et seductores] .s.in proximorum nocumentum,inquantum seorsum ducunt eos à via veritatis,quæ communis est.Rom.vlt.Per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.Sed isti nõ contẽti malis quæ fecerunt[proficient in peius.]Apo.vlt. Qui sordidus est,sordescat adhuc.Sed cõtrà,suprà eodẽ,vltrà nõ proficient.Dicendum est quòd qui proficiunt in peius,sunt permissi à deo:vel hîc quòd proficiunt in peius ex intentione malitiæ eorũ quę semper

H

est ad malũ:sed secundum prouidentiam diuinam prohibentur, ne possint implere quod cœperunt. Proficiunt autem in peius mali in seipsis,inquantum errant circa veritatem.Matth.22,Erratis nescientes scripturas, neq; virtutem dei.Item opere errant,& hoc modo omnes mali errant.Prou.14,Errãt omnes qui operantur malũ.Item in proximis,quia seductores.Vnde dicit,In errorem mittentes, suadendo.s.quòd possint per prosperiates venire ad regnum cælorum,contra illud suprà,Qui piè volunt,&c.Et Esa.3,Populemeus qui beatum te dicũt,ipsi te decipiunt. ¶Deinde cùm dicit[Tu verò,]monet eum,vt maneat in sua institutione.Et hortatur eum tripliciter.s.ex parte doctoris,ex parte ipsius Timothei,& ex parte eorum quæ accepit. Dicit ergo, Assecutus es meam doctrinã,&c.vt suprà:ergo[permane in his.]Eccle.10,Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te,locũ tuum ne dimiseris.1.Cor.15,Stabiles estote,& immobiles.Dicit ergo[Quæ didicisti,& credita sunt tibi.]quia quilibet Christianus discit quæ fidei sunt:& hæc est doctrina salutaris.Ioan.6,Omnis qui audiuit à patre meo,& didicit,venit ad me,&c. Sed specialiter documenta fidei sunt credita prælatis,inquãtum debent aliis ea dispensare.Gal.2,Cùm vidissent quòd creditũ est mihi euãgelium præputii.Et quare oportet permanere?Quia ego à magistro scientiæ habui qui errare nõ potuit.2.Corinthior.13,In me loquitur Christus.Et ideo in his firmiter permane:Sciens à quo didiceris,quia à Paulo,qui non ab homine,neq; per hominem didicit,&c.Gal.2. Secundò ex propria conditione.Turpe enim est homini nutrito in bono à pueritia,in senectute deficere.Eccl.26, Qui trãsgreditur à iustitia ad peccatũ, deus parauit eum ad rõpheam.Timotheus autẽ sic fuit nutritus,Proue.22,Adolescens iuxta viã etiam cùm senuerit,non recedet ab ea.Vnde dicit[Ab infantia.Et dicit[Sacras literas nosti.] quæ sunt literæ veteris testamẽti quas didicit ab infantia, quia filius mulieris Iudææ. Act.16,Vnde mater sua fecit eum erudiri in eis: quod est contra Manicheum: quia Apostolus vetus testamentum hìc nominat,sacras literas, quæ non possunt intelligi de nouo testamento , quia ab infantia sua non erat edoctus literas noui testamenti.Tertiò ex parte eorũ quæ accepit,& est tertia ratio.Nam si aliquis habet aliquã scięti am in qua nõ est vtilitas,deserit eam & transit ad aliam.Sed si scientia est valde vtilis,stultum est eam dimittere.Et primò facit rationem:secundò manifestat eam.ibi[Omnis scriptura.]Dicit ergo,Dico q̃ accepisti literas sacras, quæ non sunt contẽnendæ,quia sunt vtiles.Esa.48,Ego dominus deus tuus docens te vtilia.Vnde subdit,dicẽs[Quæ te possunt instruere]Ioan.6,Domine ad quem ibimus?verba vitæ æternę habes.Ioan.5,Scrutamini scripturas,in quibus putatis vitam æternã habere, illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et hæ literæ te possunt instruere ad salutem:sed non nisi [per fidem quæ in Christo Iesu]Rom.10, Finis enim legis est Christus ad iustitiam omni credẽti.Heb.11,Sine fide enim impossibile est placere deo. ¶Rationem autem manifestat, dicens [Omnis.] Vbi ostendit q̃ sacræ literæ sunt viæ ad salutem.Et tria ponit.Nam cõmendat scripturas ratione principii,ratione effectus vtilis,& ratione vltimi fructus & profectus.Si enim consideres eius principium,habet priuilegium super omnes:quia aliæ sunt traditæ per rationem humanã, sacra autem scriptura,est diuina:ideo dicit[Scriptura diuinitus inspirata.]2.Petr.1,Non enim voluntate humana,allata est aliquando prophetia,sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.Iob 32,Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.Sed dices quomodo non alia omnis scriptura diuinitus inspiratur, cùm secũdum Ambrosium,omne verum à quocunq; dicatur,à spiritu sancto est?Dicendum est q̃ deus dupliciter aliquid operatur.s.immediatè,vt proprium opus,sicut miracula. Aliquid mediantibus causis inferioribus, vt opera naturalia.Iob 10,Manus tuæ domine fecerunt me,&c. Quæ tamen fiunt operatione naturæ. Et sic in homine instruit intellectum & immediatè per sacras literas,& mediatè per alias scripturas.Effectus huius scripturæ est duplex.s.quia docet cognoscere veritatem,& suadet operari iustitiam.Ioan.14,Paracletus autem spiritussanctus docebit.s.cognoscenda,& suggeret operanda.Et ideo vtilis est ad cognoscendam veritatem,& vtilis est ad dirigendum in operatione.Est enim rãtio speculatiua,& est etiam ratio practica.Et in vtroque sunt duo necessaria.s.quòd veritatẽ cognoscat,& errorẽ refellat. Hoc enim opus,est opus sapientis.s.nõ mẽtiri, & mentientem refellere. Quantum ad primum dicit[Vtilis est ad docendum].s.veritatem.Psal.Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.Quantum ad secundum subdit[Ad arguendum]Tit.1,Vt sis potens exhortari in doctrina sana,& eos qui contradicunt arguere.Item quantum ad practicam sunt duo necessaria.s.vt reducat à malo,& ad bonum inducat.Psal. Declina à malo,& fac bonum. Quãtum ad primũ, dicit[Ad corripiendum.]quod est corripere à malo.Mat.18, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solũ.Iob 5,Beatus homo qui corripitur à domino.Quãtum ad secũdum,dicit[Ad eruditiẽdum in iustitia.]Et hæc omnia sacra scriptura facit.Esa.8,In manu forti erudiuit me,&c.Si ergo quadruplex est effectus sacræ scripturæ.s.docere veritatem,arguere falsitatem,quantum ad speculatiuam:eripere à malo,& inducere ad bonum,quantum ad practicam:vltimus eius effectus est , vt perducat homines ad perfectum.Non enim qualitercunque bonum facit,sed perficit.Heb.6,Ad perfectionem feramur. Et ideo dicit[Vt perfectus sit homo dei.]quia nõ potest homo esse perfectus,nisi sit homo dei.Perfectum enim est, cui nihil deest.Tunc ergo homo est perfectus,quãdo est instructus,id est,paratus[ad omne opus bonum,] non solũ ad ea quæ sunt de necessitate salutis,sed etiã ad ea quę sunt supererogationis.Bonũ autem facientes , non deficiamus.Galat.vltimo.

Caput 4.

Cõtestãdo, monet Ti. vt instet doctrinæ,& subdit rationẽ ex malitia futuri tẽporis & ex officio Tim. cui p̃dicare incũbebat.

TEstificor coram deo & domino Iesu Christo qui iudicaturus est uiuos & mortuos , & per aduentum ipsius & regnum eius: prædica uerbum, insta opportunè,importunè argue,obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.Erit enim tempus cùm sanam doctrinã non sustinebunt.sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros,prurientes auribus, & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.Tu uerò uigila,in omnibus labora,opus fac euangelistæ,ministerium tuum imple,sobrius esto.

¶Præmissis periculis temporum nouissimorum,& idoneitate Timothei ad resistendum:hìc ostendit quo modo resistat.Et primò ponitur monitio:secundò eius necessitas,ibi[Erit enim.]Item primò ponitur eius cõtestatio:secundò admonitio,ibi[Prædica verbum.]In contestatione sunt duo considerãda.s.corã quibus contestetur,& per quem.Contestatur autem coram duobus.s.coram eo qui est nostra beatitudo, & coram

eo qui nos in beatitudinem introducit.Beatitudo autem nostra deus est.Psa.Beata gens cuius est dominus deus eius.Et ideo dicit[Testificor corã deo].i.testem inuoco deum q̃ hãc monitionẽ faciam. Hic enim testis non decipitur.2.Cor.1,Ego autem deum testem inuoco in animã meam.[Et Christo.]cuius est introducere in beatitudinem.Ro.1,Per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istã.Vel aliter introducit quidem,quia [ipse iudicaturus est viuos & mortuos.]Et tunc viuos dicit illos,qui viui reperientur in aduentu eius,qui morientur quidem.s.quia in modico tempore resurgent,dicuntur viui.1. Thessa.4,Nos qui viuimus:qui residui sumus in aduentu domini,nõ prꝫeuenimus eos qui dormierũt.Vel viuos dicit bonos.s. qui viuũt vita gratiæ,& mortuos,malos.1.Io.3,Qui nõ diligit,manet in morte.Et hos etiã iudicat. Act.10, Ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorum. Sed cùm Christus sit deus,quomodo vtitur hìc hac copula coram deo & Christo?Respondeo:Potest dici quòd dicitur coram deo.s.patre & Christo.i. filio.Pater enim est fons diuinitatis. ¶Deinde cùm dicit[Et per aduentum,&c.]contestatur per duo desiderabilia sanctis.Primũ est aduentus Christi.Luc.12,Similes hominibus expectãtibus dominũ suum quãdo reuertatur à nuptiis.Apoc.vlt.Veni domine Iesu.Secundũ est regnum eius. Mat.6,Adueniat regnũ tuum. Regnat quidem secundũ potestatem generalem super omnem creaturam. Mat.vlt.Data est mihi omnis potestas in cælo,& in terra.Sed & specialiter spiritualiter in sanctis regnat in præsenti per gratiam,& in futuro per gloriam.Qui sancti nõ sunt de hoc mundo. Ioan.18,Regnũ meum non est de hoc mundo. Sed hoc regnum hìc inchoatur,& in futuro cõsummabitur quãdo omnia regna ei subiicientur & volentia & nolentia.Psal.Donec ponam inimicos tuos,&c. ¶Consequenter cùm dicit[Prædica verbum.]ponitur monitio & hoc vt instet doctrinæ,quæ est duplex.Vna ad omnes quam ponit primò. Alia ad aliquos,& hanc ponit secundò,ibi[Argue.]Item primò monet eum ad generalem doctrinam exequendam:secundò docet modũ. Dicit ergo [Prædica verbum].s.euãgelii.Mar.vlt. Euntes in mũdum prædicate euãgelium omni creaturæ. In prædicatione duo sunt.s.denuntiatio veritatis,& instructio ad mores.Et hæc duo debet prædicator facere.Luc.vlti.Incipiẽs à Moyse,& omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis,&c. Modus est instantia & continuatio..Vnde dicit[Insta opportunè,importunè.]2Cor.11,Instantia mea quotidiana, &c.Sed dicit,Importunè.Contrà.Eccle.10,Ex ore fatui reprobabitur parabola,nõ enim dicit illam in tempore suo.Item Prou.15,Sermo opportunus optimus est. Dicendum est q̃ prædicator secũdum veritatem, semper debet prædicare opportunè, sed secundum existimationem falsam audientium debet prædicare importunè,quia prædicator veritatis semper est bonis opportunus,& malis importunus semper.Io.8,Qui ex deo est,verba dei audit,propterea vos non auditis,quia ex deo non estis.Eccle.6,Quàm aspera est nimiũ sapientia in doctis hominibus.Si homo enim vellet hãc seruare opportunitatem vt solùm diceret his qui volũt audire prodesset tãtùm iustis,sed oportet q̃ aliquãdo etiam prædicet malis vt cõuertantur.Et ad hoc additur,importunè.Esa.58,Clama,ne cesses,&c. ¶Cõsequenter cùm dicit [Argue.]ponitur doctrina in speciali,quam primò ponit:secundò modum,ibi[In omni patientia.]Instituens autem aliquem specialiter potest eum instituere.Vel de pertinẽtibus ad fidem:putà vt doceat veritatem: & remoueat errorem.Et quantum ad hoc primum dicit[Argue.]s.errores.Tit.2,Argue cũ omni imperio.Vel de pertinentibus ad bonos mores,& ad hoc debet inducere aliquãdo bonum,& superiorem,& tunc debet placidè & benignè monere. Vnde dicit[Obsecra.]2.Tim.4,Seniorem ne increpaueris,sed obsecra vt patrem.Gal.6,Vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.Et specialiter si nõ peccet ex malitia.Si autem instruat vel instituat malũ, debet eũ increpare.Ideo dicit [increpa.] Tit.1,Ob quã causam increpa illos durè, vt sani sint in fide.Iob 5,Increpationẽ domini ne reprobes.Sed quis modus?[In omni patientia]ne iratus appareas,& ex ira instruas,sed trãquillè.Pro.19, Doctrina viri per patientiã noscitur.Psa.Bene patiẽtes erũt,vt annũtient. [Et doctrina.]s.de his quę ad fidẽ:& in his quæ ad mores.Hie.3,Pascẽt vos in scięti a & doctrina. ¶Deinde cùm dicit[Erit enim.]ostẽdit necessitatẽ monitionis præmissæ.Est autem triplex necessitas prædictorũ.Et prima ex parte audiẽtium:secũda ex parte Timothei,ibi [Tu verò.]tertia ex parte Apostoli,ibi [Ego enim iam.]Circa primum duo facit:quia primò proponit necessitatem:secundò exponit dictũ suum,ibi[Et à veritate.]Necessitas prima est auditorum peruersitas in audiendo,vt vtilia nolint audire,sed curiosa.Dicit ergo quãtum ad primum,Insta,dum nolunt audire sanam doctrinam. Nam [erit tempus cùm sanam doctrinam,&c]quando erunt mali doctores.Act.20,Ego scio quoniam lupi rapaces intrabunt in vos post discessionem meam.Vnde dicit,Non sustinebunt.i.erit eis odiosa vestra doctrina.s.Christi. Prou.Iusti sunt omnes sermones mei,non est in eis prauum quid,neque peruersum.Alia peruersitas,quia volũt inordinatè audire curiosa & noxia.Prou.1,Vsquequo paruuli diligitis infantiam,& stulti ea quæ sunt sibi noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam?Ideo dicit.[Sed ad sua desideria coaceruabunt].i. multiplicabunt, &c. Contra quos dicitur Iac.3, Nolite plures magistri fieri fratres mei,scientes quoniam maius iudicium sumitis.Et est coaceruatio quando indigni & insufficientes multiplicantur,& magis coaceruatio est si fiant quatuor indigni,quàm si cẽtum boni:quia vt habetur.Sapi.6, Multitudo sapiẽtium sanitas est orbis terrarum. Esa.30,Loquimini nobis placentia.Et hoc est secundum sua desideria quia vnus vult audire vnum,alius alium,& sic quærũt diuersos magistros.Et dicit[Magistros prurientes auribus].s.auditores. Pruritũ dicitur habere in pedibus qui nõ vult quiescere. In auribus verò qui semp audire vult noua inaudita & curiosa,& quandoq; noxia.Act.17,Athenięses ad nihil aliud vacabãt,nisi aut discere, aut audire aliquid noui.Et ideo multiplicatur doctrina hæretica. Proue.19,Aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis absconditus suauior,&c. ¶Consequenter cùm dicit [Et à veritate.] exponit dictum:& primò exponit quod dixerat quòd sanam doctrinam non sustinent,cùm dicit[A veritate audi.auer.]Sana doctrina est quando non habet admixtam falsitatem,ergo sanam doctrinam non sustinent,dum veritatem nolunt audire.Osee 4,Non est veritas , & non est misericordia,& non est scientia dei in terra.Ioan.8,Si veritatem dico vobis,quare non creditis mihi?Secundò quòd dixerat,Coaceruabunt,&c. exponit cùm dicit [Ad fabulas autem conuertentur.] Fabula est composita ex miris in quibus deficit veritas . Et talia homines habentes in auribus pruritum, volunt audire.1.Timoth.4,Ineptas& inanes fabulas deuita. ¶Deinde cùm dicit[Tu verò.] ponitur necessitas ex

parte Timothei,cui erat officium commissum,& ideo necessariũ erat ꝙ prædicaret.Et primò monet eum ad solicitudinem:secundò inducit eum ad laborem: tertiò moderatur laborem. Dicit ergo [Tu verò vigila.]q.d.Isti sic faciunt.Tu verò, &c.Mat.24,Vigilate,quia nescitis qua hora dominus vester vẽturus sit.Lu. 2,Et pastores erant in regione eadẽ vigilãtes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suũ.Ro. 12,Qui præest in solicitudine.Sed quia solicitudo sine labore, inanis est:ideo primò inducit ad vniuersaliter laborãdum:secũdò determinat in quo est laborãdum:tertiò laborãdi necessitatem.Dicit ergo,Vigila,sed,sic quòd aliquid facias:& ideo [labora.]Sap.3,Bonorum laborũ gloriosus est fructus.Et hoc[in omnibus].i.in omni genere hominum.Esa.32,Beati qui seminatis super omnes aquas.Mar.vl.Prædicate euangeliũ omni creaturæ.Vnde mox determinat in quo est laborandum dicens [Opus fac euangelistæ].i.euangeliza. Hoc enim est nobile opus:quia ad hoc Christus est missus.Luc.4,Aliis ciuitatibus oportet me euangelizare,quia ideo missus sum.Esa.41,Primus ad Syon dicet,Ecce adsum,& Hierusalem euangelistã dabo.Euangelista autem dicitur aliquãdo qui scripsit euãgelium,& sic sunt quatuor, quandoq; qui prædicat ipsum, & sic dicitur hic & Eph.4,Necessitas autem huius laboris,quia est [ministerium tuum] tibi commissum. Et ideo [imple.] s.prædicando.Col.4,Dicite Archippo,vide ministeriũ quod accepisti in domino,vt illud impleas.Ille autẽ implet officiũ euangelistæ,qui verbo prædicat,& opere implet.Act.1,Cœpit Iesus facere & docere. ¶Consequenter inducit ad moderantiam, dicens [Sobrius esto] vel sobrietate corporali quæ decet prædicatorem. Ebrietas enim est inimica sapientiæ. Ecclesiast.2, Cogitaui abstrahere à vino carnem meam.Vel potius sobrietas ponitur hîc pro disceretione.Actu.26,Verba sobrietatis,& veritatis eloquor.1.Petr.5, Sobrii estote,&c.

Lectio 2.

Manifestat P. passiões quas patiebatur,et iam ꝓdicit mortem,dicendo meritũ securitatis mortis suæ, & securitatem præmij.

EGo enim iam delibor,& tempus resolutionis meæ instat.Bonum certamen certaui,cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo,reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex.Non solùm autem mihi,sed & his qui diligunt aduentum eius.

¶Suprà monuit eum,vt instaret doctrinæ,& hoc propter audientes,& propter ipsum Timotheum:hîc inducit tertiam necessitatem.s.ex parte Apostoli,& est quia in breui erat subtrahendus de mundo.Et primò prænũtiat suam mortem imminere:secũdò mãdat ꝙ visitet eum,ibi[Festina.] Circa primum duo facit:primò designatur instãtia mortis eius:secundò securitas moriẽtis,ibi [Bonum certamen.]Circa primum duo facit:quia primò nuntiat passiones quas patiebatur:secundò prædicit mortem quæ expectabatur,ibi[Et tẽpus meæ.]Quãtum ad primum,dicit[Ego iam delibor.]q.d.Statim ego delibor. Sanctorum autem passio dicitur immolatio.Phil.2,Sed & si immolor super sacrificium,& obsequium fidei vestræ,gaudeo.Psal.Tibi sacrificabo hostiam laudis.s.pro te patiendo.Antiquitus in sacrificiis quæ ex humidis offerebãtur,quædam fiebant prægustationes: & hæ vocabantur delibationes.Ro.11, Quòd si delibatio sancta est,& massa, &c. Et ideo vocat passiones,imminentes delibationes.Et q̃is iamdiu eas sim expertus[tẽpus tamen meæ resolutionis instat.]Est autem duplex resolutio.s.animæ à corpore.Eccle.vltim.Et reuertatur puluis in terram suam,vnde erat:& spiritus redeat ad deum qui dedit illum.Item est resolutio corporis in puluerem. Gen.3, Puluis es, & in puluerem reuerteris. ¶Deinde cùm dicit [Bonum.] ostendit securitatem suæ mortis. Sed sciendum est quòd est differentia inter mortem iusti,& peccatoris:quia vt dicitur Prou.11,Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Quia enim spem habet in istis rebus transitoriis, ideo spem non habet in æternis.Sed iustus habet spem in æternis,& non in terrenis.Primò ergo ponit meritum suæ securitatis:secundò securitatem de præmio,ibi[In reliquo.] ¶Meritum huius vitæ est in tribus.s.in resistendo malis , in proficiendo in bonis,in bene vtendo dei donis.Primum dicitur quoddã certamen.Vnde hîc dicit [Bonũ certamen certaui.]Sed certamen dicitur bonũ,primò si sit pro bonis:putà si sit pro fide & iustitia,sicut apostoli.Iudæ 1,De cõmuni vestra salute necesse habui scribere vobis,deprecãs supercertari semel traditæ sanctis fidei.Eccle.4,Pro iustitia agonizare pro anima tua,& vsq; ad mortem certa pro iustitia. Secundò propter modum certaminis, s.s.solicitè & legitimè certetur:suprà 2, Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. 1.Cor.9,Sic pugno,non quasi aerem verberans,sed castigo corpus meum,&c.Tertiò propter difficultatem certaminis.Sap.10,Et certamen fortè dedit illi,vt vinceret:secundum ꝙ est profectus in bonis dicitur cursus:vnde sequitur[Cursum consummaui.]1.Cor.9,Sic currite,vt comprehendatis.Et dicitur cursus, profectus sanctorum,quia cum festinatione currũt, vt meliorãtes cõsumment agitati stimulis charitatis. Heb.4, Festinemus ergo ingredi in illã requiem.Psal.Viam mãdatorum tuorũ cucurri. Sed adhuc certamen & cursus mortis restabat:ergo non cõsummauerat cursum,nec certauerat.Dicendum est ꝙ sicut homo qui bene incipit & intendit finire,habet opus perfectè,sic & Apostolus:iam enim incœperat,& finire intẽdebat.Bonus vsus donorum dei est duplex.s.conseruatio fidei:& ideo dicit[Fidem seruaui.]quod facit qui vtitur donis dei ad gloriam dei & salutem proximorum.Mat.24,Quisputas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiã suam.1.Tim.1,Fidelem me existimauit ponẽs in ministerio.Vel seruaui in me virtutem fidei. Rom.14,Omne quod nõ est ex fide,peccatum est.Propter quod Mat.10,Estote prudentes sicut serpentes.i.custodite fidem,tanquam caput & fundamentum virtutum. ¶Deinde cùm dicit [In reliquo.]ponitur spes de præmio,quod primò ponit:secundò ostendit datorem eius,ibi[Quam reddet.]Tertiò ponit participes præmii,ibi [Qui diligunt.]Dicit ergo,Ex quo pugnaui,& cursum consummaui, nihil restat nisi quòd coroner.Corona iustitiæ dicitur quam deus ex sua iustitia reddet.Sed cõtrà:quia vita æterna ex gratia datur.Ro.6, Gratia dei vita æterna.& capit. 8, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam,non ergo ex iustitia.Respondeo:Dicendum est,quòd est ibi [Gratia] quantum ad radicem merendi: iustitia quantum ad actum qui procedit ex voluntate: vel corona iustitiæ est quæ datur ex iustitia, quia datur iustis secundum opera iusta. Esai. 3, Dicite iusto quoniam bene fructum adinuẽtionum suarum comedet,&c.Hæc corona duplex est,quædam principalis,quædam secundaria.Prima est præmium essentiale,quæ nihil est aliud quàm gaudium de veritate.Esaiæ 28, In illo die erit dominus exercituum corona gloriæ , & sertum exultationis residuo populi sui . Deus est ergo corona nostra . Secunda est corona quæ debetur specialibus operibus, & hæc est aureola , & vna debetur martyribus:suprà 2,Non coronabi-

Duplex corona seu ꝑmium beatorum.

tur nisi qui legitimè certauerit,& ad hoc est ꝙ dicit, Bonũ certamen certaui.Alia debetur virginibus. Sap. 4,In perpetuum coronata triumphat in coinquinatorum certaminũ præmium vincens.Et ad hoc est,Cur sum consummaui.Apoc.14,Hi sequuntur agnum,&c.Tertia est doctorum.Proue.4,Dabit capiti tuo augmenta gratiarum,& corona inclinata proteget te.Et ad hoc dicit,Fidem seruaui.Et dicit reposita.i. secundùm æternam prædestinationem reseruata:suprà 1,Scio cui credidi,& certus sum quia potens est depositũ meum seruare in illum diem. ¶Dator huius est deus.ideo dicit[Quam reddet mihi dominus].s. per suam iustitiã[in illa die.]Nã hæc est corona gloriæ,& hęc est duplex.s.animę,& hæc redditur sanctis in illa die.s. in morte.Vnde hîc dicit,Tempus meæ resolutionis instat.2. Cor.5,Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur,ædificationẽ habemus ex deo.Alia est corporis,& hæc reddetur in illa die.s.iudicii.1.Co. 15,Seminatur in ignobilitate,&c. Participes huius sunt omnes sancti.Vnde dicit [Nõ solùm autẽ mihi] .s. reponitur.Apoc.vlt.Veni domine Iesu,Can.5,Veniat dilectus meus in hortum suũ,vt comedat fructũ pomorum suorum.Qui nõ diligunt deum,nihil habent, vt diligãt aduentum eius. Amos 5,Væ desiderãtibus diem domini.quia corona solùm charitati debetur.Io.14, Qui diligit me,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum.

Lectio 3.

Timothe⁹ vocatur à Paulo,ratio vocatio nis subditur, et soci⁹ Marcus assignatur,pẽnula, libri, & mẽbrana deferri iubẽtur, et declarãtur quæ fiebãt apud et circa Apostolum.

FEstina ad me uenire citò.Demas enim me dereliquit diligens hoc seculum,& abiit Thessalonicã, Crescens in Galatiam,Titus in Dalmatiam,Lucas est mecum solus. Marcum assume & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio.Tichicũ autẽ misi Ephesum.Pẽnulam quã reliqui Troade apud Carpum,ueniẽs affer tecum & libros,maximè autẽ membranas.Alexander ærarius multa mala mihi ostendit:reddet illi dominus secundum opera eius:quem & tu deuita. Valde enim restitit uerbis nostris.In prima mea defensione nemo mihi affuit,sed omnes me dereliquerunt:non illis imputetur.Dominus autem mihi astitit,& confortauit me,ut per me prædicatio impleatur,& audiant omnes gentes,quia liberatus sum de ore leonis.Liberauit me dominus ab omni opere malo: & saluũ faciet in regnum suum cæleste:cui gloria in secula seculorum,Amen.Saluta Priscam,& Aquilam,& Onesiphori domum.Erastus remansit Corinthi.Trophimum autem reliqui infirmũ Miletht.Festina ante hyemem uenire.Salutant te Eubulus,& Pudens,& Linus,& Claudia:& fratres omnes.Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo.Gratia uobiscum,Amen.

¶Rogat visitari:& primò vocat eum ad se: secundò significat suum statum,ibi[Alexander.]Tertiò cõcludit epistolarem salutationem, ibi [Salutãt te.]Item primò mandat vt veniat: secũdò assignat ei socium,ibi [Marcum assume.]Tertiò ostẽdit quid deferat,ibi [Pennulam.]Circa primum duo facit,quia primò vocat eum: secundò causam vocationis assignat,ibi[Demas.]Dicit ergo, Quia in breui sum recessurus de mũdo [Festina ad me ve.citò.]& hoc vt inuicem consolarentur,& vt iuuarent eum in prædicatione euãgelii, pro quo erat solicitus in vinculis existẽs.Prou.18, Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma.Causa vocationis est,quia societate debita erat destitutus.Et primò à quodã qui ꝓpter suam culpã recesserat:secundò, quia quosdã miserat ad prædicãdum.Dicit ergo,Demas enim,&c.i.præposuit amorem huius seculi, amori meo.1.Ioan.2,Si quis diligit mundum,non est charitas patris in eo.[Crescens] quidam discipulus [abiit in Galatiã]missus ab Apostolo.[Titus]etiam missus ab eo[abiit in Dalmatiã]vbi finaliter dicitur fuisse episcopus.Iob 38,Nunquid mittes fulgura & ibunt[Lucas est meeũ solus.]hunc retinuit in prędicatione euãgelii in qua fuit gratiosus.2.Corint.8,Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. ¶Deinde cùm dicit [Marcum assume,& ad.te.]Assignat ei socium:& circa hoc duo facit,quia primò assignat ei socium: secũdò huius rationem.Hîc Marcus alio nomine dicitur,Ioãnes:& cõsobrinus Barnabæ. Act.15,Dicitur ꝙ Barnabas volebat assumere Marcum , sed Paulus nolebat. Et propter hoc dissensio facta est inter eos , ita vt discederet ab eis.Col.vlt. Marcus consobrinus Barnabæ.Ratio est,quia [est mihi vtilis, &c.] ¶Deinde cùm dicit[Pẽnulam,&c.] Dicit quid portet.Carpus est sanctus quidam. Pennula secundum Hieronymum erat volumen legis quod habebant in carta per modũ rotuli,& hoc vocat,pẽnulam,vel pẽnula dicitur vestis aliqua,sed secũdum Chrysostomum erat vestis cõmunis.Et quia Apostolus Romæ erat pauper,non accipiẽs ab aliis,ideo voluit vt sibi vestis portaretur.Haymo dicit quòd erat specialis vestis in signũ nobilitatis.Vnde Actu.22. Paulus dixit se ciuem Romanum.Pater enim Pauli seruiebat Romanis in Tarso Ciliciæ: & ex hoc factus fuit ciuis Romanus:& Pennula erat vestis in signum consulis.Et fortè pater suus erat ibi consul. Vel pennula dicitur mantica vbi erant libri,quod videtur,quia sequitur[Et libros.] Sed quid Apostolo de libris pleno spiritu sancto?Item instabat sua resolutio.Respondeo dicendum est quòd propter duo . Primò vt in legendo haberet solatium.1.Machab.12,Habentes solatio sanctos libros.In libris enim est remedium contra tribulationes. Vel dicit hoc ne perderentur, sed remanerent fidelibus . Item quanto magis appropinquabat morti,tanto magis instabat seruitio scripturarum,sicut de Ambrosio dicitur,quòd vsque ad vltimam ægritudinem non cessauit scribere : vnde scribens illum psal. Magnus dominus & laudabilis nimis, &c.mortuus est.[Maximè autem membranas.]Membranæ sunt cartæ non scriptæ, vel schedulæ, vbi scripserat epistolas,vel prædicationes suas. ¶Deinde cùm dicit [Alexander,& cætera.] ostendit quæ apud ipsum fuerunt,& quæ apud ipsum sunt.Et primò ex parte hominum:secundò ex parte dei,ibi[Dominus autem mihi astitit.]Iterum prima in duas:quia primò significat ei de quodam,qui ei aduersabatur:secundò de negligentia eorum qui eum non iuuabant,ibi [In prima mea defensione,& cætera.] Item primò prœmittit culpam iniquè impugnantis: secundò ostendit pœnam eius futuram, ibi [Reddet ei, & cætera.] Tertiò ostendit quomodo sit etiam secundum ecclesiam puniendus,ibi[Quem & tu deuita.]Videtur quòd hic Alexãder fuit artifex æris,vel custos ærarii:& erat de his qui dixerunt legalia esse de necessitate salutis seruanda. 1. Timoth.1, Circa fidem naufragauerunt , ex quibus est Hymenęus & Alexander. Et dicunt quidam quòd iste est de quo dicitur Actuum decimonono, Quia concitauit seditionem in Apostolum, sed nomen dissonat,quia ille Demetrius,hic Alexander,& Lucas:quia ille Ephesi,iste Romæ fuit. Et subiungit [Multa mala mihi ostendit.]Et nota quòd non dicit,fecit,sed quòd ostendit:quia impii aduersus iustos animum ostendere possunt,sed non semper explent.Hieremiæ primo & decimoquinto,Bellabunt aduersum te,& nõ prævalebunt,quia ego tecum sum.Iob 5, Qui dissipat cogitationes malignorum,ne possint adimplere manus eorum quod cœperunt.Qui apprehendit sapientes in astutia eorum,& consilium prauorum dissipat.

¶Deinde cùm dicit[Reddet illi dominus,&c.]ponit pœnam eius futurã. Sed nota q̃ non ponit verbũ optatiuũ,reddat,sed dicit reddet:quia significatur pœnã esse paratã à deo,quod præuidebat Apostolus ex eius pertinacia. Psal. Quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Tum cùm hoc quod reseruatur ei pœna in futurum,ecclesia debet etiam eum punire excõmunicando. Vnde subiũgit[Quem & tu deuita].s.tanq̃ hæreticum. Tit.3, Hæreticũ hominem post vnã & secũdam correctionẽ deuita. Cuius etiã dicti reddit rationem, dicens[Valde enim re.ver.no.]Act.7,Vos semper spiritui sancto restitistis. ¶Consequenter ponit negligẽtiam nõ iuuantiũ eum:& primò reprehẽdit eorum culpã:secundò petit eis veniã, ibi[Non illis imputetur.] Dicit ergo[In prima mea,&c.] Glo.dicit q̃ Apostolus sæpe cõtra Alexãdrum prauẽ docẽtem pugnauit,& in persona nullus ei affuit,sed hîc non videtur esse sensus eius,quia iste Alexãder non erat tantus,q̃ Apost. indigeret aliis ad disputãdun cum eo:sed dicẽdum est q̃ sicut dicitur Act.25, Paulus appellãs missus est Romã:& ideo oportuit q̃ præsentaretur Cęsari,vt discuteretur misionis suæ causa,& Iudęi venerũt cõtra eũ. Et hoc Apostolus appellat suam primã defensionem. In qua discipuli defuerũt ei, timẽtes ne à crudeli Nerone punirẽtur. Eccle.51,Respiciens eram ad adiutoriũ hominum, & non erat. Esa.63,Torcular calcaui solus,& de gentibus non est vir mecũ. Sed posset dici q̃ hoc fuit quia à principio nullus sciuit. Sed hoc est falsum,immo ex quadã pusillanimitate recesserunt. Psal. Elongasti à me amicum & proximũ & notos meos à miseria. Iob 6,Fratres mei præterierunt me,&c. Sed quia fecerunt ex infirmitate, orat pro eis,& non excõmunicat dicens[Non illis imputetur.]Lu.6,Orate pro calũniantibus vos. ¶Deinde cùm dicit [Dominus autem.]Ostendit quid agitur circa eum ex parte dei,cuius auxilium primò ponit,secundò huius effectũ,ibi [Et audiãt.]Dicit ergo. Omnes me dereliquerũt,sed vbi deest homo,offert se deꝰ. Psa. Quoniã pater meus & mater mea dereliquerũt me, dominus autẽ susc epit. Vnde dicit [Dominus mihi astitit].s.ad adiuuãdum me. Hie.20, Dominus mecum est tanq̃ bellator fortis. Psal. Prouidebã dominum in cõspectu meo, semper, quoniam à dextris est mihi ne cõmouear. Et quomodo?[Et confortauit me]fortitudinem animi dando, vt non stupescerem corã Cæsare. Ezec.3, Manus domini erat mecum,me confortans. Et hoc [vt per me, &c.] Quod impletur quando ad plures diffunditur,& quando quod ore dicitur,opere impletur. Act.9, Vas electionis,&c. ¶Deinde cùm dicit[Et audiant.] ponitur effectus auxilii diuini. Et primò q̃tum ad præterita: secũdò q̃tum ad futura:tertiò agit gratias. Sed duplex est beneficiũ circa præterita.s.liberationis à culpa & à pœna. Dominus mihi astitit,& ideo in illa vocatione liberatus fui, quia non fui condẽnatus à Cæsare: sed permissum est mihi q̃ irem quò vellẽ. Et ideo dicit[Et audiant omnes gẽtes]vt.s.alii secum cõfortentur ad veniendum. Psal. Annuntiate inter gentes gloriã eius. Et vt Iudæorũ insultatio deprimeretur. Et subdit[Liberatus sum de ore leonis,]id est,de crudelitate Neronis. Prouerbiorum decimonono , Sicut fremitus leonum, ita ira regis . Prouerbiorum 28, Leo rugiens, & vrsus esuriens princeps impius super populum pauperem. Secũdò liberatus fuit à culpa. Vnde dicit [Liberauit me dominus ab omni opere malo.] Aliqui verò liberãtur à pœna,incidẽtes in culpã negationis à fide. Psal. Eripuit me de inimicis meis fortissimis,&c. Et hoc per deũ. Sap.8,Nõ possum esse cõtinens nisi deus det. ¶In futuro[saluum faciet.]Esa.45,Israel saluatus est in domino salute æterna. Et dicit[In regnũ cæleste.]Luc.22,Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum,Mat.5,Merces vestra copiosa est in cælis. Et ideo agit gratias[Cui gloria.]1.Ti.1,Regi seculorũ. ¶Deinde cùm dicit[Saluta,&c.]iniũgit ei aliorum salutationem: secundò eum salutat ex parte aliorum:tertiò ex parte sua. Item circa primum primò iniungit aliorũ salutationem:secundò determinat tempus veniendi. Dicit ergo[Saluta Priscam].s.quæ est mulier[& Aquilam]virum Priscæ quos præmittit, quia fortè deuotiores[& Onesiphori domum.]Sed quare nõ eum,sed domum? quia fortè mortuus erat:& ideo salutat familiam. Vel fortè,quia erat cum eo Romæ. Determinans tempus veniẽdi: primò ostẽdit necessitatem:secũdò prosequitur propositum. Necessitas est propter alios remanentes in aliis locis. Item propter turbationem maris. ¶Deinde ponit personas salutantes, vt patet. Et modo consueto,ne corrumpatur epistola,scribit manu sua[Gratia vobiscum. Amen.]

De immũditia aliquorũ cibo rũ legaliũ.

Explicit deuotissima postilla sanctissimi doctoris Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum super secundam epistolam beatissimi apostoli Pauli ad Timotheum.

Incipit pulcherrima expositio eiusdem Angelici doctoris beati Thomæ de Aquino,ordinis fratrum prædicatorum, super epistolam eiusdem glorioſi doctoris Gentium apostoli Pauli ad Titum.

PROLOGVS.

SI sciret paterfamilias,&c.Luc. 12. Per patremfamilias significatur prælatus ecclesiæ propter tria,quæ debet exhibere.s.generationem ad fidem,eruditionem ad salutem, custodiam ad securitatem. Primum quidẽ, quia sicut est vita corporalis per animã, ita spiritualis per fidem. Abac.2, Iustus autem meus, ex fide viuit. Et sicut ad vitam carnalem generatur quis per emissionem seminis corporalis: ita ad vitã spiritualem per infusionem seminis spiritualis,quod est verbum dei. Mat.13.& 1.Corint.4,Per euangelium ego vos genui. Item per eruditionem. Eccle.7,Filii tibi sunt,erudi illos. Esa.48, Ego dominus deus tuus docens te vtilia. Item per protectionem ad tutelã

Deut.32,Circuncidit eum,& docuit,&c. ¶Cuilibet enim prelato cõmittitur cura subditorum.3.Reg.20, Custodi virum hunc, qui si lapsus fuerit,erit anima tua pro anima eius. Et Heb.13,Ipsi peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Sed ad hãc generationem requiritur scientia. Osee 4,Quia tu scientiam repulisti,& ego repellam te,ne sacerdotio fungaris mihi. Et ideo dicit,Si sciret. Requiritur enim quòd sciat. Item vltra eruditionẽ requiritur q̃ sit solicitus. Ro.12,Qui præest in solicitudine. Lu.2, Pastores erãt in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregem suum . Ad custodiam verò fortitudo requiritur ad protegẽdum.1.Mach.3.de Iuda Machabęo,Induit se loricã,sicut gigas,& succinxit se arma bellica sua in preliis,& protegebat castra gladio suo. Et ideo dicitur,Et nõ fineret perf. do.suam.i.eccle siã.1.Tim.3,Vt scias quomodo oporteat te cõuersari in domo dei,quæ est ecclesia dei. Hæc domus est dei, sicut domini,& prælati sicut famuli. Heb.3, Moyses quidẽ erat fidelis in tota domo illius,tãquam famulus. Christus verò tanq̃ filius in domo sua. Hæc pẽrfoditur à fure.i.hæretico. Abdiæ cap.vnico,Si fures introisſent ad te,si latrones per noctem,quomodo cõticuisses? Qui dicitur fur,quia occultè venit & graditur in tenebris. Vnde fur à furuo dicitur,quod est obscurus:sic isti per obscura dogmata. Prou.9,Aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis absc õditus suauior. Item ex peruersa intẽtione,quia intendunt occidere. Io.10,Fur non venit nisi vt furetur,& mactet,& pdat. Itẽ ex modo intrãdi,quia nõ per ostiũ.1.Io.4, Et omnis spiritus qui soluit Iesum ex deo nõ est,& hic est Antichristus,&c. Sic ergo ex præmissis trahitur cõuenienter intẽtio huius epistolæ,in qua Apostolus instruit Titum quomodo regat ecclesiam,vt patet in argumento.

Caput I.

In hac epistola monet & instruit Apostolus de constitutiõe presbyterij,& de spũali conuersatione, ac vitãdis hæreticis credẽtibus adhuc Iudaicis traditionib:et hîc quidẽ ponitur salutatio.*

PAulus seruus dei, apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei , & agnitionem veritatis,quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ , quam promisit qui non mentitur deus ante tẽpora secularia: manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei : Tito dilecto filio secundum cõmunem fidem,gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro.

¶Hæc epistola diuiditur in salutationẽ & epistolarẽ narrationem, ibi [Huius rei.] In prima primò ponitur persona salutãs,quæ notificatur tripliciter.s.ex nomine,cùm dicit[Paulus]quod significat humilitatem.1.Cor.15,Ego sum minimus apostolorum,&c. Item ex cõditione:cùm dicit[Seruus.]Psal. Domine ego seruus tuus. Contrà,Ioan.14,Iam non dicam vos seruos. Respondeo, Sancti quandoque dicuntur serui,quandoq; non,sed filii. Duplex enim est seruitus. Vna est ex timore,quæ non cõpetit filiationi dei,sed cõdiuiditur cõtra eam. Ro.8,Nõ accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore,&c. Alia ex amore quæ cõsequitur filiationem dei. Et ratio huius distinctionis est,quia liber est qui est causa sui,qui operatur quod vult:seruus verò est,qui est causa alterius. Sed triplex est causa quæ est principium operis.s.finalis,formalis, & efficiens. Si ergo propter causam finalem,sic omnes sancti sunt serui dei,quia propter deũ faciunt.1.Co. 10,Siue manducatis,siue bibitis,vel aliud quid facitis,omnia in gloriã dei facite. Et hoc est ex amore,à quo procedit q̃ omnia operemur propter deum. Si verò propter causam mouẽtem quæ est extrinseca,& cõpellit,sic est seruitus timoris,& est malorũ. Si propter causam formalem, sic est habitus inclinans: & sic quidã sunt serui peccati,quidam serui iustitiæ: quia secundum habitum inclinatur ad malũ vel ad bonum. Item ex authoritate,cùm dicit [Apostolus.]Luc.6,Elegit.s.super omnes fideles, duodecim ex ipsis, quos etiam apostolos nominauit. Ephe.4,Primũ quidem apostolos. Et describitur primò ab authore,cùm dicit[Iesu Christi.]quia ab ipso est electus. Gal.1,Non ab hominibus,neq; per hominem,sed per Iesum Christũ,&c. Item quia solùm Christũ annũtiabat.2.Cor.4,Nõ enim nosmetipsos prædicamus,sed Iesum Christũ dominum nostrum,nos autem seruos vestros per Iesum. Item quia legatus Christi cuius authoritate vtebatur.2.Cor. 5,Pro Christo ergo legatione fungimur. Ephe.6,Legatione fungor in catena.2.Corinth.2, Si quid donaui propter vos in persona Christi . Item secundò describitur ex idoneitate : nam apostolus , est annuntiator. Mat.vlti. Docete omnes gentes,&c. Doctor autem debet habere fundamẽtum doctrinæ,& doctrinæ perfectionem. Primum pertinet ad quemlibet: secundum verò pertinet ad prædicatores, & ad doctores. Et sicut in aliis sciẽtiis sunt principia, sic in hac sunt articuli fidei qui innotescunt cuilibet fideli secũdum lumen infusum,& articuli sunt fundamenta fidei, quæ est substantia rerum sperandarum,&c. Heb. 11, Et ideo dicit [Secundum fidem electorum dei.] Item requiritur perfectio doctrinæ. Vnde dicit [Et agnitionem veritatis.]Duplex autem habetur cognitio veritatis.s. perfecta in patria.s.quando videbimus facie ad faciem, & imperfecta per fidem quam habent sancti. Ioan.8, Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Sed cuius veritatis?[In agnitionem eius quæ est secundum pietatem]Religio enim & pietas secundũ Tullium, sunt partes iustitiæ:& differunt,quia religio est cultus dei. Sed,quia deus non solùm est creator, sed etiam & pater,ideo non solùm debemus ei cultum vt creatori,sed amorem & cultum sicut patri. Et ideo pietas quandoq; pro cultu dei sumitur. Iob 28, Ecce pietas ipsa est sapientia secũdum aliam translationem , vbi nostra sic habet,Ecce timor domini ipsa est sapientia. ¶Tertiò describitur ex fine,& primò ponit ipsum finem:secũdò eius dignitatẽ ibi[Quam promisit.]Finis autẽ est spes vitæ æternæ, quia & si Moyses posit dici apostolus, quia à domino missus,Exo.4. sed tamen non in spem vitæ æternæ,sed terræ Euei & Amorrhei: sed Paulus est apostolus in spem vitæ æternæ. Ioan.6, Hæc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium,& credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo,&c. 1.Petr.1, Regenerauit nos in spem viuã. Rom.5,Gloriamur in spe gloriæ filiorũ dei. Promissio autem hæc,est firma dupliciter:primò ex parte promittentis. Vnde dicit[Qui non mentitur.]Deus enim veritas est,cuius cõtrarium est mẽdacium. Num.23,Non est deus quasi homo vt mentiatur. Secundò ex diuino proposito dãdi. Vnde dicit [Ante tẽpora secularia.]Seculum secũdum Philosophum est mensura durationis vniuscuiusq; rei. Tẽpora ergo secularia,sunt tempora distincta secũdum diuersas successiones rerum:quasi dicat,antequã tempus successiuum inciperet esse. Et quia incepit hoc tempus cum mundo,ideo fuit ante principium mundi. Alia litera habet, æterna.i.antiqua. Sic enim aliquando accipitur æternum.i.antiquum. Vel æterna non secũdum veritatem, sed secũdum imaginationẽ. Et ante ista promisit hoc,quia hæc sunt successiua. Sed ꝓmittere,est verbo nũ-

tiare ſuam volũtatem de dando. Et deus ab æterno protulit verbũ ſuum in quo erat, vt ſancti haberent vitam æternã. Ephe. 1, Elegit nos ante mundi conſtitutionem ¶ Confirmatur autẽ hęc ſpes ex manifeſtatione promiſſionis. Vnde dicit [Manifeſtauit autem ſuis temporibus, &c. [Et deſcribitur hęc manifeſtatio tripliciter. Primò ex tempore, vnde manifeſtauit quãdo verbũ ſuum incarnari conſtituit. Vnde dicit [Temporibus ſuis] .i. tempore congruo quo homo eſſet conuictus de ſuperbia, per quam peccauerat. Et ſic primò medicus conuincit ęgrotũ, vt eum cõgruentius ſanet. Homo enim ſuperbiebat de ſcientia, ſed conuictus eſt de ignorantia ante tempus legis vbi peccauit in idololatria, & vitiis contra naturã. Item de virtutibus & de his conuictus eſt tempore legis. Gal. 4, At vbi venit plenitudo tẽporis miſit deus filiũ ſuum, &c. Item ſecundò deſcribitur ex modo, quia per publicã prædicationem. Mar. vlt. Euntes in mũdum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturę. Vnde dicit [In prædicatione.] 1. Corin. 9, Diſpenſatio credita eſt mihi. Item tertiò ex actore. Vnde dicit [Secũdum præceptum, &c.] Mat. 1, Ipſe enim ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorum. Act. 9, Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meũ, &c. ¶ Perſona ſalutata ponitur, cùm dicit [Tito.] quem deſcribit tripliciter. Primò ex nomine: ſecundò ex dilectione: tertiò ex filiatione. Filius ergo eſt per dilectionem & fidem quæ debet eſſe cõmunis, vt idipſum dicãt omnes. Et ideo dicit [Cõmunem fidem.] quæ etiam dicitur catholica. i. vniuerſalis. Vnde dicitur Ephe. 4, Vna fides, vnus dominus, &c. ¶ Bona verò optata ſunt [gratia & pax.] Hæc ſępe coniũgit, quia omniũ ſpiritualium donorũ principium eſt gratia: & pax, finis. Pſal. Qui poſuit fines tuos pacem. [à deo, &c.]

Lectio 2.

Quia Paulo poterat obiici vbique exequi per ſe ipſum, ideo dicit ſe dimiſiſſe Titũ Cretæ, vt paſtore ad corrigendũ & ad ordinãdum epiſcopos per ciuitates ad reſiſtẽdum hæreticis, oſtẽditque quales debẽt eſſe epiſcopi in vita.

HVius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut nõ ſubditos. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpẽſatorem: nõ ſuperbum, non iracũdum, nõ uinolẽtum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem.

¶ Accedit ad narrationem: & ſicut dictum eſt, intendit munire eccleſiã contra hæreticos. Et primò monet Titum ꝙ alios inſtruat ad reſiſtẽdum hæreticis. Secũdò docet quomodo ipſe eis reſiſtat, ibi [Tu autem loquere.] cap. 2. Item primò monet vt inſtruat epiſcopos, qui hæreticis reſiſtant: ſecũdò oſtẽdit neceſsitatem huius cõmiſsionis, ibi [Sũt enim multi.] Item primò ponit cõmiſsionem Tito factã de inſtituẽdo epiſcopo. Secundò oſtẽdit quales debent eſſe epiſcopi, ibi [Si quis ſine crimine.] Tertiò manifeſtat quæ dixit, ibi [Oportet enim.] Quia ergo Apoſtolus habuit vniuerſalem cõmiſsionem eccleſię Gẽtium, & nõ poterat ſolus per ſe omnia exequi: ideo dicit [Huius rei gratia reliqui te Cretæ.] in Creta. ſ. inſula, vt loco Apoſtoli, eccleſiæ Cretẽſi officium paſtorale gerat. Prou. 18, Frater qui iuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Sed quod dicit [Vt quæ deſunt, corrigas.] Videtur ꝙ deberet dicere, ſuppleas. Reſpondeo: Dicẽdum eſt ꝙ glo. ſic ſupplet, vt omnia quæ ſunt in malis corrigas: & quæ deſunt in bonis, addas. 1. Teſſal. 3, Impleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ. Vel dicẽdum eſt ꝙ eſt quoddã peccatum omiſsionis, & vtrunq; indiget correctione. In ſanctis autem & perfectis, ſicut Titus fuit, non abundauerunt trãſgreſsiones: & ideo nõ dicit, trãſgreſsiones corrigas, ſed quæ deſunt. i. omiſsiones. [Et conſtituas presbyteros] .i. epiſcopos. Vnde inferius, dicit, Oportet epiſcopũ, &c. Et vtitur indifferenter nomine epiſcoporum & presbiterorum. Vnde ſumpſit occaſionem hæreticus, qui ambiuit epiſcopatũ, quem quia nõ poterat adipiſci, diuiſit ſe ab aliis, & multa falſa docuit. Inter quæ dixit ꝙ epiſcopi in nullo differunt à ſacerdotibus, quod eſt contra Dionyſiũ in lib. de eccleſiaſt. hierarchia. Vtitur ergo Apoſtolus eodẽ nomine in vtroq; per identitatẽ rei, quia presbyter dicitur ſenior. Item, quia pertinet ad ſuperiores epiſcopum conſtituere, licet eum canonici eligant. Et dicit, Conſtituas, non in villis, ſed [per ciuitates.] ſicut enim in republica reges ſunt tantùm in ciuitatibus, ſic in ſpirituali regimine epiſcopi. 1. Pet. 2, Regale ſacerdotium. Item debent ſeniores eſſe. Eccleſia. 10, Væh tibi terra, cuius rex eſt puer. & intellige ſenes nõ ſolùm ætate, ſed & moribus. Numer. 11, Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael quos tu noſti, quòd ſenes ſint populi ac magiſtri, &c. Item ſecundũ formam eccleſiæ. Vnde dicit [Sicut ego diſpoſui tibi.] Prou. 3, Fili mi ne effluãt hæc ab occulis tuis. ¶ Deinde cùm dicit [Si quis ſine crimine.] deſcribit eos tripliciter. ſ. quantum ad ſeipſos, quantum ex parte vxoris, & ex parte filiorũ. De primò dicitur [Sine crimine,] Si quis talis erit. 1. Ioan. 1, Si dixerimus quia peccatũ non habemus ipſi nos ſeducimus. Dicẽdum eſt, ꝙ aliud eſt crimen, aliud eſt peccatum. Peccatum dicitur quodcunq;, ſiue magnum, ſiue paruũ, ſiue occultum. Crimen autem magnum & infame. Pſal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Et poſtea ſubdit, Qui ingreditur ſine macula, &c. Non ꝙ qui mortaliter peccat poſt baptiſmum, non poſsit eligi. Sed quòd eligendus, non ſit infamis. Quo ad ſecundum, dicit [Vnius vxoris virum.] Quod orientales ſic exponunt. i. ꝙ non habeat ſimul duas vxores, ſicut quorũdam eſt conſuetudo. Sed ſecũdum hoc non eſſet neceſſarium ꝙ Apoſtolus hoc diceret: quia ſecũdum leges Romanas, quibus Apoſtolus ſcribebat, etiã ante fidem nõ licebat ſimul habere plures vxores. Item 1. Timo. 5. dicit de vidua, quæ fuit vnius viri vxor, & tamen nunq; licuit ꝙ vna plures viros ſimul poſſet habere. Et hoc modo vult iſtud etiã de vidua. ſ. ꝙ non habuerit niſi vnum virum. Sed Hieron. dicit oportere ꝙ vnã tãtùm vxorẽ poſt baptiſmũ habuerit, & ꝙ non eſt vis ſi ante baptiſmum alias habuiſſet. Sed Aug. & Ambroſ. dicunt ꝙ per baptiſmum delẽtur omnia crimina, ſed ꝙ per baptiſmum, matrimoniũ non deletur: ergo ſecũdum hos dicendum eſt & rectius, ꝙ vnam tantùm, & non plures licet habuiſſe antè vel poſt. Secũdum quoſdam autem ratio huius eſt, quia ſignũ eſſet incõtinentiæ ſi plures habuiſſet. Sed hoc non eſt verum: quia nihil repugnaret ſi plures habuiſſet meretrices, quæ ſunt magis incontinentes. Sed eſt alia ratio altior ſignificato. ſ. quia ipſe eſt diſpenſator ſacramentorum, & ideo nullus defectus ſacramentorum debet eſſe in eo: ſed ſacramentum matrimonii eſt ſignificatiuum coniũctionis Chriſti & eccleſiæ, ergo vt ſignum reſpondeat ſignato: ſicut Chriſtus eſt vnus, & eccleſia vna, ſic & hîc: quod quidem deficeret ſi epiſcopus plures vxores habuiſſet. In veteri autem lege, Patriarchæ ſignificabant coniunctionem hanc, non vt coniũctam Chriſto, ſed coniungendam, & cum eccleſia erat futura ex multis. Ideo tunc non vna, ſed plures habebãtur. Et ideo multitudo vxorũ ipſorum hoc ſignificabat. Quãtum autẽ ad tertium. ſ. ex parte filiorũ, ſubiungit, dicens [Filios habẽs fideles, nõ in accuſatione luxuriæ, &c.] Epiſcopus eñ cõſtituitur, vt ſuperintẽdat: & qui cõſtituitur ad

aliquid, debet eſſe exercitatus in illo, aliàs nó prudẽter inſtitueretur. Præſumitur autẽ eſſe bene exercitatus, ſi bene alios rexit. Epiſcopus autem conſtituitur ad tria. Primò vt fidem doceat. Mat. vlt. Docete omnes gẽtes, &c. Et ideo dicit [Fideles.] Secũdò requiritur ꝙ populum inſtruat ad virtutes. Eccl. 7, Filii tibi ſunt, erudi illos: peccata autem laſciuiæ magis abſtrahunt à virtute. Eccl. Laſciuus & imprudens non ſeruabunt tẽpus. Et ideo dicit [Non in accuſatione luxuriæ.] 1. Reg. 3, Hely condemnatur, quia filios de hoc non correxit. Tertiò oportet ꝙ pertinaces corrigat. Vnde dicit [Aut nõ ſubditos] .i. nõ obedientes. Eccl. 30, Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps. ¶ Deinde cũ dicit [Oportet enim.] exponit quod dixit: & primò quod dixit [Sine crimine.] Secũdò ſine quibus debet eſſe, ibi [Non ſuperbũ.] Cauſa autem primi eſt, quia debet diſpenſare diuina. Eccle. 10, Secũdum iudicem populi, ſic miniſtri eius. Pſal. Ambulãs in via immaculata, hic, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Non ſuperbum.] oſtendit à quibus debet eſſe immunis: & primò oſtendit à quibus criminibus. Secundò quibus virtutibus luceat, ibi [Hoſpitalem.] Peccatorũ autem quædã ſunt carnalia, quædã ſpiritualia. De primis nõ facit mẽtionem, quia omnino debent mundi eſſe ab eis. Ephe. 5, Fornicatio autẽ & omnis immũditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Sed tantũ de ſpiritualibus, quæ ſunt quinq;, quorũ duo nõ habent locum in prælatis. ſ. inuidia, quod eſt peccatum paruulorũ. Iob 5, Paruulũ occidit inuidia. Prælatus autẽ eſt in ſummo. Item nec accidia, quia omnia ei ad votũ ſuccedunt, ſed ſuperbia, quia eſt in ſummo, & ira & cupiditas occaſione tẽporalium, quorũ eſt diſpenſator. Quãtum ad primũ, dicit [Nõ ſuperbum.] Pſa. Superbo oculo & inſatiabili corde, cũ hoc nõ edebam. Eccl. 32, Rectorẽ te poſuerũt, noli extolli, &c. Quãtum ad ſecũdum: primò excludit irã, cùm dicit [Nõ iracũdum.] Secũdò incẽdium iræ, quod eſt vinum, dicens [Nõ vinolẽtum.] Proue. 23, Cui ſuffoſsio oculorum, nõne his qui cõmorantur in vino? &c. Tertiò ſequelã iræ, quod eſt percuſsio. Ideo dicit [Nõ percuſſorem.] .i. nõ crudelem. Eſa. 50, Corpus meũ dedi percutientibus. Vel, nõ percuſſorem. i. non percutiẽtem conſcientias aliorum prauis moribus. 1. Cor. 8, Et percutiẽtes cõſcientiam eorũ infirmã. Quãtum ad tertiũ, dicit [Non turpis lucri cupidum.] 1. Tim. 3, Non turpe lucrum ſectãtes. Sap. 15, Sed æſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtrã, & cõuerſationem vitæ cõpoſitam ad lucrum, & oportere vndecunq; etiam ex malo acquirere. Deinde ponit bona quæ debet habere. Et primò quæ pertinent ad cõuerſationem vitæ. Secũdò quæ ad veritatem doctrinæ, ibi [Amplectentem.] Et patent omnia.

Lectio 3.

Oſtenditur qualis in doctrina debet eſſe epiſcopus, & neceſsitas doctrinæ, inſinuãdo cõditiones falſorũ doctorũ & eorũ ſtudium.

AMplectẽtem eum qui ſecũdum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit exhortari in doctrina ſana: & eos qui cõtradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui & ſeductores, maximè qui de circuncisione ſunt: quos oportet redargui: qui uniuerſas domos ſubuertũt, docẽtes quæ nõ oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidã ex illis proprius ipſorum propheta, Cretẽſes ſemper mẽdaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. Teſtimonium hoc uerum eſt.

¶ Suprà docuit qualem oportet eſſe epiſcopũ in vita: hîc oſtendit qualem oportet eſſe in doctrina. Et primò oſtendit ꝙ ad ipſum requiritur diligentia ſtudii. Secũdò ponit materiam ſtudii. Tertiò eius vtilitatem. Quãtum ad primum, dicit [Amplectentem.] Aliquid enim amplectens, illud diligenter cõſtringit, & amplexus ex dilectione fit. Oportet enim eum ſcientiæ inhærere cum amplexu. i. firma adhæſione animi & cordis dilectione. Sap. 6, Prœoccupat eos qui ſe concupiſcunt. Prou. 4, Arripe illã & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cùm eam fueris amplexatus. ¶ Materia ſtudii nõ debent eſſe fabulæ, nec temporalia, ſed ſermo fidelis. i. verus. Pſal. Fidelis dominus, &c. Vel ſermo fidelis. i. fidei, in qua oportet epiſcopũ inſtrui. Sed aliqui ſtudent in eis dupliciter, vt. ſ. adiſcãt ſolùm & operẽtur. Sed hoc nõ ſufficit epiſcopo, ſed oportet vt & alios inſtruat. Et ideo dicit [Qui ſecũdum doctrinã eſt.] 1. Tim. 4. dicitur, Nemo adoleſcentiã tuã contẽnat, ſed eſto exẽplum fidelibus in verbo, in conuerſatione. Vtilitas, eſt facultas exequendi officiũ ſuum. ¶ Officium autem prẽlati eſt, ſicut paſtoris. Io. vlt. Paſce oues meas. Paſtor verò duo habet facere. ſ. paſcere gregem. 1. Pet. 5, Paſcite qui in vobis eſt gregem dei. Item arcere lupum. Sic & epiſcopus paſcere debet per doctrinam veram. Hie. 3, Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Et ideo dicit [vt ſit potens exhortari in doctrina.] Non dicit, vt exhortetur, ſed vt potens ſit exhortari. Quod eſt quãdo habet in prõptu exhortationes quãdo eſt neceſſe exequi. Quod figuratur Exodi 25, Per vectes in circulis archę vt archa ſ. poſſet portari. Luc. vlti. Potẽs in opere & ſermone. Et dicit [Sana] .i. abſq; corruptione falſitatis. infrà 2, Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. 1. Theſ. 2, Exhortatio noſtra non fuit de errore, neque de immunditia, &c. Item vt cuſtodiant contra hæreticos. Et ideo dicit [Et eos qui cõtradicunt arguere. i. conuincere. & hoc per ſtudiũ ſacræ ſcripturæ. 2. Tim. 3, Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum. Iob 6, Nec contradicam ſermonibus ſancti. Et hæc duo ſecũdum Philoſophum pertinent ad opus ſapientis. ſ. non mentiri de quibus nouit, quãtum ad primum: & mentientem manifeſtare poſſe, quantum ad ſecundum. ¶ Conſequenter cùm dicit [Sunt enim multi.] ponit neceſsitatem dictorum. Et primò ex parte falſorum doctorum. Secundò ex parte malorum auditorum, ibi [Dixit quidam.] Circa primum, duo facit quia primò deſcribit conditionem falſorum doctorum. Secundò peruerſitatem ſtudii ipſorum, ibi [Qui vniuerſas.] Item primò oſtendit eorum conditionem. Secundò docet remedium contra eos, ibi [Quos oportet.] Conditionem oſtendit quadrupliciter. Et primò ex numero, cùm dicit [Multi.] Eccle. 1. Stultorum infinitus eſt numerus. Secũdò ex vitio inobediẽtiæ, cùm dicit [Et iam inobedientes] quãtum ad deum & ſuos ſuperiores. Rom. 1, Parentibus nõ obedientes. 1. Reg. 15, Peccatũ inobedientię, ſicut idolatria dicitur eſſe. Tertiò ex vaniloquio, cùm dicit [Vaniloqui] .ſ. quo ad ſe. Pſa. Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt. Sap. 13, Vani ſunt homines in quibus non ſubeſt ſcientia dei, & præcipuè vani ſunt hæretici: ideo ſubiũgit dicens [Seductores] .ſ. quo ad inferiores. 2. Timo. 3, Mali homines & ſeductores, &c. Quartò ex loco, cùm dicit [Maximè qui de circuncisione.] qui cogebant homines iudaizare. Phili. 3, Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. ¶ Contra quos ponit remediũ. Non enim ſunt tolerandi, quia corrũperetur populus & imputaretur paſtori. Eze. 13, Non aſcendiſtis ex aduerſo neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, &c. Tim. 4, Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et ideo dicit [Quos oportet redargui.] ¶ Deinde cùm dicit [Qui vniuerſas, &c.] deſcribit horum ſtudiũ: & primò deſcribitur ex damno quod inferunt. Secundò ex falſo quod docent. Tertiò ex lucro quod concupiſcunt.

Damnum est,quia[vni.do.subuertunt.] Doctrina enim catholica publicè proponitur in ecclesia, sed hæretici latenter:& ideo quærunt latibula.Prou.9,Aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis absconditus suauior.Et ideo circũeunt per domos,vt seducant præcipuè mulieres.2.Tim.3,Ex his sunt qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis[Docentes quæ non oportet].i.vana & inutilia: nec quærunt lucrum spirituale,sed tẽporale.Et ideo addit [Turpis lucri gratia].s.tẽporalis, vel propriæ gloriæ. Sap.15, Sed æstimauerunt lusum esse vitam nostrã & conuersationem vitæ cõpositam ad lucrum,& oportere vnde cunq; etiam ex malo acquirere. ¶ Deinde cùm dicit[Dixit quidam]describit auditores,quia isti erant Cretenses,& ad hos refert hoc opus.Et primò ostendit cõditionem. Secũdò dat remedium,ibi [Quam ob causam [Circa primum primò describit conditionem per testimonium.Secundò confirmat.Dicit ergo,Tales sunt doctores,sed & auditores sunt similiter seducibiles iuxta testimonium cuiusdã poetæ eorum.i.Epimenidis quẽ hîc Paulus dicit eorum prophetam.Vbi nota q̃ propheta aliquis dicitur,qui à deo illuminatur secundun intellectũ ad cognoscẽdun aliqua supra cõmunem cognitionem.Nu.12,Si quis fuerit inter vos ꝓpheta domini,in visione apparebo ei,vel per somniũ loquar ad illũ.Itẽ qui exponit prophetias eodem spiritu, & eodẽ modo quo sunt traditæ.Item qui profert aliquid ꝓpheticũ.Vnde potest proferri aliquid propheticum ex quodã interiori instinctu etiã præter suũ intellectum.Ioan.11, Caiphas cum erat põtifex,prophetauit.Non enim prophetauit secũdum suam intentionen qui dicebat expedire eum mori, intelliges sic, ne seduceret populum.Nihilominus tamen fuit motus ad id dicẽdum per spiritum.Et hic modus prophetandi est apud illos qui accipiuut primũ verbum aliquorum pro homine, quod etiã fit à dæmonibus.Et dicit[Proprius]quia propriè descripsit eorum cõditiones. ¶ Deinde cùm dicit[Cretenses]proponit testimonium,& notat eos de tribus.s.de corruptione rationalis,cùm dicit[Semper mendaces.]Psal.Perdes omnes qui loquũtur mendacium.Item de corruptione irascibilis,cùm dicit[Malæ bestiæ].i.crudeles:bestiæ dicuntur,quasi vastiæ,quia crudeles sunt.Prou.28,Leo rugiens,& vrsus esuriẽs, princeps impius super populum pauperẽ.Et dicit,malç, quia secũdum Philosophũ in politicis, Homo quãdo secũdum rationem operatur, est optimũ animalium:sed quãdo declinat ad malitiã,est pessimũ:quia si declinat propter crudelitatem,nulla bestia ita est crudelis.Vnde dicit q̃ decies milies est peior malus homo q̃ mala bestia.Itẽ de corruptione cõcupiscibilis,cũ dicit[Vẽtres pigri].i.pigritiã habẽtes ex vẽtre: erãt enim gulosi,& tales quærũt quietem. Luc.12,Anima habes multa bona repositа in annos plurimos,requiesce,comede,bibe epulare. ¶ Confirmat autẽ testimoniũ,cùm dicit[Testimoniũ,&c.] Glo.Per hoc intelligimus q̃ doctor sacræ scripturæ accipit testimoniũ veritatis,vbicunq; inuenerit.Vnde Apost.in pluribus locis recitat dicta Gẽtium,sicut in 1.Cor.15, Corrumpunt bonos mores colloquia mala.Item Act.17,In ipso viuimus,mouemur & sumus.Nec propter hoc approbatur tota eorum doctrina, sed eligitur bonum,quia verũ à quocunq; dicatur,est à spiritu sancto,& respuitur malũ.Vndè dicitur Deut.21,In figura huius,q̃ si quis viderit puellã in numero captiuorum,debet præcidere vngues & capillos.i.superfluitates.

Nõ est malũ accipere dicta gentiliũ ꝓ cõfirmatione veritatis.

Dicit esse reprehẽdendos Cretenses ꝓ remedio tã dictorũ,ostendendo quõ cibi legales se habeant ad bonos,& quõ ad malos.

An sit obediendũ mãdatis hominum.

Lectio 4.

QVam ob causam increpa illos durè,ut sani sint in fide,non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ auertantium se à veritate.Omnia munda mundis:coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum,sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant,cùm sint abominati, & increditiles, & ad omne opus bonum reprobi.

¶ Posita conditione Cretensis populi:hîc ponit remedium:& primò ponit remedium reprehensionis: secundò assignat dictorum rationem,ibi[Omnia mũda.]Circa primũ tria facit: quia primò hortatur Titum ad reprehẽdendum eos:secũdò reprehẽsionis finem ostendit,ibi [Vt sani.]Tertiò docet debitũ modũ perueniendi ad finem,ibi[Non intendẽtes.]Dicit ergo,Cretenses sunt malæ bestiæ,quibus.s.debetur flagellũ, & castigati ꝛ.Et ideo[increpa illos durè.]Prou.6,Via vitæ,increpatio.Psal.Increpa feras arundinis. Sed cõtrà 2.Tim.4,In omni patientia.Respondeo duplex est ratio exhortationis huius.Vna ex parte eorũ qui reprehendũtur.Cretenses enim duri & pertinaces erant,& ideo durè eos reprehẽdi iubet, nõ autem Ephesii quorũ archiepiscopus erat Timotheus. Alia ex parte reprehendẽtũ, quia & Titus fuit lenis & mansuetus: & ideo inducitur quasi ad cõtrarium,sed Timotheus erat rigidus,& ideo inducitur ad patientiã. ¶ Deinde cũ dicit [Vt sani sint in fide.]tãgit finem reprehẽsionis.Nam homo est sanus in quo nõ est corruptio.Et sic sanus est in fide,qui in nullo habet eam corruptam. Horũ autem fides vitiabatur per hæreticos.2.Cor.11, Timeo ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua,ita corrũpantur sensus vestri,& excidant à simplicitate,quæ est in Christo Iesu.1.Tim.6,Si quis autẽ aliter docet,& non acquieseit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi,&c. ¶ Modus perueniendi ad sanitatem est si vitent errores Iudæorũ.Vnde dicit[Non intendentes Iudaicis fabulis.]In lege enim erant duplicia documẽta fidei.s.quædã circa credenda.Item quædã mandata religionis quæ erant seruãda circa cultum dei.Et prima vocat fabulas. Secunda,mãdata hominum, & non dei.Ex quo videtur q̃ condẽnet vetus testamentum,vt dicunt Manichęi.Sed q̃ dicit, fabulis, potest referri ad eorum narrationes,præter doctrinam legis,quæ sunt fabulosa,vt Thalmuth.1.Tim.1, Ne intenderent fabulis & genealogiis interminatis.Vel ipsa doctrina quæ fuit olim veritas,nũc secũdum quod ipsi intelligũt, sunt fabulæ,sicut illud Esa.7,Virgo cõcipiet,&c.fuit veritas:sed nunc qua ipsi dicũt adhuc hoc esse implẽdum,est fabulosum.Item mandata hominum possunt intelligi,non quæ sunt in lege Moysi,sed traditiones seniorum.Mat.15.Sed nũquid mãdatis hominum nõ est obediẽdum? Respondeo q̃ sic:quãdiu non auertũt à veritate dei.Et ideo subdit [Auersantium se à veritate.] 2.Tim.4, A veritate quidem auditum auertent, &c.Simile habetur Mat.15,Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mãdata hominum. Simile dicitur Mar.7.Vel dicendum est q̃ mandata quæ sunt in lege dei,sunt facta mãdata hominum. Quando enim seruãtur in signum futuræ veritatis,sunt mandata dei: sed quando volunt ea seruare postq̃ corpus nostrũ mortuũ est legi,sunt mãdata hominũ. ¶ Deinde cùm dicit[Omnia mũda.] in speciali ostendit dictorũ rationẽ s.quomodo auertunt se à veritate,& quomodo discunt fabulas,& mãdata hominum:quod est præcipuè de discretione ciborum secundum legem,quam pseudo quidã docebant esse seruãdam.Et ideo primò ostendit quomodo hi cibi habent se ad bonos:secundò quomodo ad malos,ibi [Coinquinatis autem.] Dicit ergo,

Non intendentes Iudaicis fabulis,de cibis:quia[omnia].s. cibaria[sunt munda mundis.]Sed infert,Ergo adulterium est mundum mundis.Respondeo dicendum est quòd non:quia ex hocipso quòd adulterium est, immundat.Sed sunt munda mundis illa quæ de se non immundant . Ad hæc Matthæi quinto , Ea quæ intrant in os,non coinquinant hominem:ergo omne quod intrat in os mundum est.Sed duplex est obiectio. Vna quod Leuitici.vndecimo dicitur,quòd quando aliquod animal non ruminat,vel non scindit vngulam, est immũdum.Respõdeo secũdum Aug.cõtra Faustum:Aliquod est immũdum,vel secũdum rei naturã,vel secundũ significationem:putà si hoc nomen,stultus,secũdum se sumatur,inquãtum est vox quædam,sic nõ est immundum,sed bonum.Si verò secundũ significationẽ,quia significat defectũ sapientiæ,& sic habet immũditiam.Actus autem illius populi erant actus prophetici.Vnde porcus secũdum q̃ res quædam,non est immũdus,sed secundum q̃ significat hominem voluptatibus se inuoluẽtem.Sed nunc veritate veniẽte cessant,& vtũtur cibis homines secũdum suam naturã.Alia quæstio est q̃ Act.15,mandauerunt apostoli,q̃ abstinerent se à sanguine & suffocato:ergo videtur q̃ non sit licitum,hoc comedere: non ergo omnia munda mundis.Respondeo:Aliqui credunt q̃ illud mãdatum intelligatur ad literã,& quòd obligat vsq; modò, vt apud Græcos,& etiã aliquãdo apud Latinos. Aliqui autem dicunt,q̃ non intelligitur secũdum literã, sed secundum mysterium,vt per sanguinem intelligatur homicidium,& à suffocato.i.oppressione pauperum.Et hoc bonũ est,sed nõ est tota ratio præcepti:& ideo dico q̃ ad literã est præceptũ,& tamen non obligamur. Quædã enim prohibentur quia mala sunt, & hæc simpliciter sunt vitãda. Aliqua verò quæ non sunt mala simpliciter,sed pro tẽpore,& hæc sunt seruãda existente causa.Et hæc apostoli prohibuerunt, non quia mala secũdum se,quia Mat.15.dicit dominus cõtrarium.Sed ratio erat,quia cõuersi erant quidã ex Iudæis,quidam ex Gentibus:& ideo oportebat ad hoc q̃ vnus populus ex eis fieret,quòd vni condescenderet alius,vt Iudæis,quibus abominabile erat comedere sanguinem & suffocatũ, cõdescenderetur. Et ideo ad seruãdam pacem,instituerunt apostoli hoc esse seruãdum pro tẽpore illo. ¶ Deinde cùm dicit[Coinquinatis.]ostendit quomodo se habent ad malos:& circa hoc tria facit:quia primò ostendit hoc: secundò assignat causam, ibi[Sed inquinatę.]Tertiò manifestat per signum,ibi[Cõfitentur.]Dicit ergo,Cibi isti mundi sunt mũdis, sed immũdi coinquinatis.i.his qui habent conscientiã coinquinatam.Eccle.13,Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.[Et infidelibus].i. qui habent malã fidem.Esa.21, Qui incredulus est,infideliter agit.Sed nunquid facit peccator & infidelis immũdam eleemosynã?Dicẽdum est q̃ Apostolus nõ ponit affirmatiuã,sed negatiuã.Vnde nõ dicit,omnia,sed nihil mũdum eis,quod est verum:quia nihil eis perfectè mundũ est:quia nihil est mũdum in actibus,nisi in finem debitũ ordinatum sit.Isti autem sunt extra finem.Sed nunquid aliquid est eis mũdum?sic.Sed cõtrà:quia omne quod nõ est ex fide, peccatum est.Dicẽdum est q̃ malũ nunquam corrũpit totum bonum.Impossibile enim est quin in peccatore quolibet sit aliquod bonũ.s.naturæ, etiam in dęmonibus:quando ergo peccator facit aliquod bonũ secũdum q̃ est peccator & infidelis,totum est peccatum ex radice.Sed si quid facit ex principio alicuius boni quod habet,vt fidei informis,vel naturę, nõ est immũdum.Et ideo signãter dicit,Coinquinatis & infidelibus.i.inquãtum sunt huiusmodi.Comedebant enim contra cõscientiam,& errabant in fide.Et ideo quod de natura sua est mũdum, fecerunt sibi immundum.Cuius causa est,quia causa actuum eorum est immunda.s.voluntas & intellectus,quæ sunt in eis deprauati.Vnde dicit,Sed inquinatæ sunt eorum & mens.s.per infidelitatem,& cõscientia.s.per peccatum. Baruc.3,Quid est Israel,q̃ in terra inimicorũ es,inueterasti in terra aliena,coinquinatus es cũ mortuis,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Confitentur,&c.]ostendit fidem per signum.Si enim aliquis dicat q̃ eorũ dicta sunt vera,immo q̃ habent fidem vnius dei & confitentur eum,hoc excludit.Et primò ostendit bonum quod erat in eis.s.quòd [confitentur] .s.labiis exterioribus[se nosse deum.]Esa.29, Populus hic labiis me honorat,cor autem eorũ longè est à me.Hie.12,Propè es tu ori eorum.Secũdò ostendit defectum interiorem:& primò quãtum ad præsentia:secundò quãtum ad futura,ibi [Ineredibiles.]Quo ad præsentia,quia[negant eum factis.]Qui enim peccat inquãtum est de se,negat eum factis: quia qui confitetur deum, confitetur & eius potestatem.s.q̃ est ei obediendum.Et ideo si non obedit peccãdo,negat factis,quod cõfitetur ore.Sed dicis quicunqué negat deum,est infidelis:peccatores negant deum factis,ergo,&c.Respondeo sicut habens scientiam in vniuersali, potest errare in particulari:ita habens fidem in vniuersali,in particulari tamen agibili corrũpitur,propter corruptionem affectus.1.Tim.5,Fidem negauit,& est infideli deterior.Quomodo autem quo ad futura deficiunt? Certè quia non solùm negant,sed sunt indispositi ad redeundum ad deum. ¶ Sunt enim tria per quæ homo redit ad deum.s.dei gratia.Rom.5,Iustificati gratia ipsius.Secundũ est fides.Act.15,Purificans fide corda eorum.Tertium,exercitium boni operis.Rom.2,Factores legis iustificabuntur.Hæc tria excludit ab ipsis:primò gratiam,ibi[Cùm sint abominati,]id est,non accepti ad gratiam. Secũdò fidẽ,cùm dicit[Incredibiles].i. nõ apti ad credẽdum.Ezec.2, Increduli & subuersores sunt tecum. Tertiò tertium,quia ad omne opus bonũ reprobi.i.reprobandi.Hie.6,Argentum reprobum vocate eos.

Caput 2.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam.Senes ut sobrij sint,pudici,prudentes, sani in fide,in dilectione,in patientia.Anus similiter,in habitu sancto,non criminatrices,non multo uino seruientes:bene docentes,ut prudentiam doceant. Adolescentulas,ut uiros suos ament,filios suos diligant, prudentes,castas,sobrias,domus curam habentes,benignas,subditas uiris suis,ut non blasphemetur uerbum dei. Iuuenes similiter hortare,ut sobrij sint.

Instruitur Tit⁹,et eo oẽs ẽpi docere sanam doctrinã, & quõ,et de quibus doceant senes, tam uiros quàm mulieres, contra uitæ puersitatẽ, & idẽ de iuuenibus, et hæc quo

¶ Superius Apostolus instruxit Titum quales ministros instituat ad arcendum hæreticos : hîc docet quid ipse circa eos faciat.Et primò proponit hoc in generali:secundò distinguit per partes,ibi[Senes.]Dixit ergo,Ita dixi q̃ oportet episcopos constituere:sed ne credas q̃ tu sis propter hoc alienus à cura,immo maior debet esse tibi solicitudo ad instruendum.Ideo[tu autem loquere quæ decent sanam doctrinã].s.per quæ fides incorrupta ædificatur.supra 1,Vt sis potens exhortari in doctrina sana,& eos qui cõtradicunt, arguere. ¶ Deinde ostendit idem per partes:& primò ponitur doctrina sana contra peruersitatẽ vitæ: secundò contra hæreticos & errores,ibi[Stultas autem quæstiones.]Circa primum duo facit:quia primò instruit singu

ad liberos, & de doctrina verbali.

las conditiones hominum. Secundò generaliter omnes, 3. cap. ibi [Admone illos.] Iterũ prima in duas, quia primò ostendit quomodo instruat liberos: secũdò quomodo instruat seruos, ibi [Seruos.] Item primò ostẽdit quomodo instruat liberos verbo: secũdò quomodo exemplo, ibi [In omnibus teipsum.] Circa primum duo facit: quia primò ostendit quomodo instruat senes: secundò quomodo doceat iuuenes, ibi [Adolescentulas.] Item prima in duas: quia primò ostendit quomodo instruat senes mares: secundò quomodo anus fœminas, ibi [Anus.] Sciendum est autem ꝙ quædã bona sunt ad quæ senectus disponit, quæ primò ponit: secundò quædã bona quibus senectus contrariatur: & hæc secundò ponit, ibi [Sani in fide.] Inter bona verò ad quæ senectus disponit. Vnum est contemptus delectationum. Aliud est perfectio sapientiæ & prudẽtiæ. Disponit quidem senectus ad contẽptum delectationum. Iuuenũ enim corpora feruent naturali calore, ex quo concitatur iuuentus ad delectationes corporales, quæ præcipuè consistunt in cibis & potibus, & venereis. Sed ad vitãdum hæc disponit senectus. Senes enim sunt mortificati. 2. Reg. 19, Nunquid vigent sensus mei ad discernẽdum suaue vel amarum? Et ideo dicit [Vt sobrii sint] quãtum ad cibos & potus: [& pudici] quãtum ad venerea. Gene. 18, Postquã consenui & dominus meus vetulus est, voluptati operã dabo. Sed si senectus ad hoc disponit, quare hoc monet? Respõdeo aliquando contingit ex magna peruersitate ꝙ senex reducitur ad puerilia peccata. Esa. 65, Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorũ maledictus erit. Et duplex est ratio quare hoc contingit. Aliter enim ad hoc mouetur senex, aliter iuuenis. Iuuenis enim incitatur ad hæc ex instinctu passionis, sed senex ex electione, propter duo. Nullus enim vult esse sine delectationibus, & tantò plus appetit eas, quãtò maiores molestias sentit. Senex autem patitur multa incõmoda & defectus naturæ. Et ideo quãdo non habet spirituales delectationes, quærit corporales. Secunda ratio est, quia iuuenis quandoque refrenatur per pudorem: senes autem secundum Philosophum sunt inuerecundi, quia sunt antiqui & multa experti. Iuuenes autem vani & verecundabiles naturaliter: & ideo refrenantur, sed non senes. Item senectus disponit ad prudẽtiam propter experimẽtum longi temporis. Iob 12, In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Eccl. 25, Quàm speciosa veterani sapientia, & gloriosus intellectus & consilium, corona senum multa peritia. Vnde subdit [Prudentes.] Contingit tamen aliquãdo senem esse fatuum. Eccles. 25, Senem fatuũ & insensatum. Et hoc est ex duobus ꝙ senex est fatuus, prudentia enim acquiritur per exercitiũ: quãdo ergo in iuuentute se in bonis nõ occupãt, sunt in senectute imprudentes. Eccle. 25, Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies ea in senectute tua? Itẽ alia ratio est, quia in iuuentute quãdoq; affluũt voluptatibus, & maximè superfluitate ciborũ: & ideo desiccatur eorũ cerebrũ. Prou. 20, Luxuriosa res est vinũ, & tumultuosa ebrietas, quicunq; hic delectatur, nõ erit sapiens. ¶ Deinde ponit ea ad quæ cõtrariatur senectus: & primũ est fides: secũdum dilectio: tertium patiẽtia. Quãtum ad primũ, dicit [Sani in fide.] quia sine ea impossibile est placere deo. Heb. 11, Sed ꝙ aliqui nõ sunt sani in fide, maximè in aliquo nouo quod proponitur senibus credendum, cõtingit ex duobus. Primò ꝙ senes non sunt firmi in aliquo nouo propter præsumptionem sapientiæ: & ideo non credũt aliis. Iob 12, Et senes sunt in nobis. Item quia naturale vitium senum est quòd sunt incredibiles: quia sunt experti se sæpius esse deceptos. Et ideo loquũtur semper eũ, fortè vel ferè, aduerbiis tẽperatiui modi, & dubitatiui modi. Incredulitas autem repugnat fidei. Esa. 1, Qui incredulus est infideliter agit. Quãtum ad secũdum dicit [In dilectione.] Et hoc ideo, quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primò quia in senibus parum est amicitiæ, quia amor nutritur per cõuictum. Nullus autem vult diu conuiuere cum tristibus. Senes autem sunt tristes, & ideo non est cum eis amicitia. Item quia senes diligunt propter vtilitatẽ tãtùm, sicut iuuenes propter delectabile. Senex enim indiget sustẽtatione. Quãtum ad tertium, dicit [In patiẽtia.] & monet ad hoc propter tria. Primò quia senes multa mala siue incõmoda circũueniunt: & ideo indigent patiẽtia cõtra turbationes. Alia ratio est: Senes enim viuunt in memoria multorũ: vnde semper dicunt antiqui, Iuuenes autem viuunt in spe magnorũ: & ex hoc senes dupliciter ad impatientiam mouentur propter bona. s. quę habuerũt, & carent eis: vnde Boetius, Sũma miseria est fuisse fœlicẽ. Treñ. 1, Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ præuaricationis omniũ desiderabiliũ suorum, quæ habuerat à diebus antiquis. Item quia viuunt, in memoria, contingit ꝙ aliqui qui modò eos despiciunt, aliquãdo fuerunt peiores: & ideo turbãtur. Iob 30, Nunc autem deridẽt me iuniores tempore, quorum patres non dignabar ponere cum canibus meis. Tertia ratio est, quia quãtò senex appropinquat ad finem vitæ, tantò magis desiderat viuere. Vnde vidẽs se deficere, magis tristatur. ¶ Deinde cùm dicit [Anus.] docet qualiter vetulæ instruãtur. Et primò docet qualiter instruãtur in vita: secundò in doctrina. Item primò qualiter in habitu: secundò qualiter in victu. Tertiò quomodo in verbo. Quantum ad primum, dicit [In habitu sancto]. i. carentes lasciua & pompa. Et hoc conuenit omni mulieri. 1. Pet. 3. Quarum nõ sit extrinsecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti, vestimentorũque cultus, &c. 1. Tim. 2, Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, &c. Sed specialiter anus hoc seruare debent: quia iuuẽcularum est propter viros suos modestè se ornare: quod intelligitur simpliciter de omni motu corporis. Eccle. 19, Amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Quãtum ad secũdum dicit [Non criminatrices.] Duo enim sunt in sene. Vnum quod cõmune est senibus. s. ꝙ sunt suspicioſi, quia viderunt multa mala quæ similiter præsumunt de aliis. Item in mulieribus specialiter sunt zelotipæ, & vtrũque contingit in vetula, quia ratione ætatis est suspiciosa: ratione sexus, est zelotipa. Ecclesiastici vigesimosexto. In muliere zelotipa flagellum linguæ omnibus comunicans. Et ideo, Non criminatrices. Quãtum ad conuictum, dicit [Non multo vino seruientes.] Et de viris dixit. Vt sobrii sint. Et dicitur, non multo, quia quandoque vtuntur eo propter frigiditatem earum. Quantum ad doctrinam dicit [Bene docentes.] Contrà, 1. Corint. 14, Mulieres in ecclesiis taceant, non eis permittitur loqui, sed subditas esse. 1. Tim. 2, mulier in silentio discat cum omni subiectione: docere autem mulieri non permitto. Respondeo dicendum est ꝙ doctrina publica quæ fit in populo, interdicitur mulieri: sed priuata, qua quis familiam docet, ei conceditur. Proue. 31, Visio qua erudiuit eum mater sua. & Prou. 4, Nam & ego filius fui patris mei tenelus & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atq; dicebat, &c. Et bene dicit

[Vt prudentiam doceat] magis ad anus, quàm ad viros: quia quandoq; docent fabulas aniles, magis quàm proficua, & etiam quia magis ipsę conuersantur cum pueris & cum familia quàm viri. ¶ Deinde cùm dicit [Adolescentulas.] ostendit qualiter instituat iuuenes: & primò ostendit qualiter instruat iuuenes fœminas: secundò qualiter mares iuuenes, ibi [Iuuenes similiter.] Item prima in tres: quia primò ostendit qualiter se habeant ad personas coniunctas: secũdò ad seipsas: tertiò ad subiectos. Quãtum ad primum dicit [Vt viros suos ament.] Viro enim debetur amor. Prou. 12, Mulier diligens corona est viro suo. Eccle. 25, In tribus beneplacitũ est spiritui meo, &c. & infrà, Vir & mulier bene sibi consentientes. Vel sic, vt prudentiam doceãt adolescentulas & viros, &c. Sed prima expositio est melior. [Et filios diligãt.] hoc est naturale. Esa. 49, Nũquid potest mulier obliuisci infantem suum, vt nõ misereatur filio vteri sui. Et nota ꝙ dicit, Vt viros amẽt, & filios diligant: quia ad viros est amor feruentior, sed ad filios naturalior. ¶ Sed quãtum ad seipsas, tria dicit. Vnum quo ad rationem. s. [prudentes.] Prou. 19, Domus & diuitiæ dãtur à parẽtibus, à domino autem propriè vxor prudens. Et hoc necessariũ est, quia iuuentus earum & sexus cõtrariatur prudentiæ. Aliud est quãtum ad cõcupiscibilem. s. cùm dicit [Castas.] Tertium verò quãtum ad irascibilẽ, cùm dicit, [Sobrias.] Eccle. 26, Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Sed quãtum ad subiectos, primò ponit curã eorum: secundò modũ: tertiò rationem assignat. De primo dicit [Domus n.ha.] Prou. 14, Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiẽs verò instructã quoq; destruet manibus. In cura autem sunt duo obseruãda mulieri, sunt enim vtplurimum iracundæ. Eccl. 23, Non est ira super iram mulierum. Et ideo dicit [Benignas.] q.d. Cum mãsuetudine regãt. Aliud est, quia quãdo mulier potestatem habet, nititur in cõtrarium viro suo. Eccle. 25, Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo: ideo dicitur [Subditas viris suis.] Vnde dicitur Gen. 3, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et hoc ideo [vt nõ blasphemetur verbũ dei]. i. nõ detis occasionẽ blasphemãdi. Et omnia hæc notãtur Tob. 10. Vbi dicitur quòd Raguel & Sara monuerunt filiam suam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. ¶ Consequenter ostendit qualiter doceat mares iuuenes. s. [Vt sobrii sint.] quod repetit: quia ebrietas est principium vitiorum. 1. Pet. 5, Sobrii estote, &c. Lectio 2.

Monet P. Titũ ut se ꝓbeat exẽplũ bene viuendi: & quomodo doceat seruos se habere in ordine ad suos dominos.

IN *omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in grauitate verbum sanum, irreprehensibile: ut is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes: sed in omnibus fidẽ bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus.*

¶ Suprà Apostolus Titum docuit de quibus instruat subditos liberos. Et quia non tantùm verba prosunt, sed etiam exempla: ideo docet vt se exemplum prebeat. Primò generaliter: secundò specialiter, ibi [In doctrina.] Tertiò rationem huius assignat, ibi [Vt is qui ex.] Dicit ergo, Quia ætate iuuenis es [prębe te in exemplum omnibus bonorum operum.] Prælatus enim debet esse quasi forma existens discipulis. 1. Cor. 11, Imitatores mei estote: sicut & ego Christi. Ioan. 13, Exemplum dedi vobis, &c. ¶ Deinde cùm dicit [In doctrina.] ponit specialia in quibus debet se præbere exemplũm: primò ostendit quis debeat esse eius actus. s. in doctrina. Vnde dicit [In doctrina.] Hoc enim est proprium prælati. Hiere. 3, Dabo vobis pastores iuxta cor meũ & pascent vos scientia & doctrina. Et ei maximè conuenit, vt qui habeat alios episcopos sub se, vt dicitur suprà 1, Episcopos cõstituas, &c. Ideo debet alios docendo, eis exẽplum doctrinę præbere. 1. Tim. 4, Attẽde tibi & doctrinæ. Itẽ monet eum q̃tum ad vitã: & primò declinare à malo. Esa. 1, Quiescite agere peruersè. Et ideo dicit [In integritate.] per incorruptionẽ: sicut eñ corpus perdit integritatẽ per corruptionẽ mẽbrorũ suorũ, ita anima ꝑ corruptionẽ peccati. In prælato autẽ est integritas sensus per prudentiam, affectus per charitatem, corporis ꝑ castitatẽ. 1. Tes. vl. Integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu dñi nostri Iesu Christi seruetur. Secũdò ꝙ sit grauis q̃tum ad bona quæ cũ charitate fiunt. Graue autẽ duo habet, vnũ quia descendit, & secundum hoc vituperatur. Psa. Filii hominũ vsquequo graui corde, &c. Aliud est quòd est stabile & firmum. Et ideo illi dicuntur graues, qui non de facili mouẽtur à bono: ita hic cùm dicit [In grauitate.] & hoc cõmendatur. Psalm. In populo graui laudabo te. ¶ Deinde ostẽdit qualis debet esse eius doctrina & verbum. Et dicit quòd debet esse [sanum]. i. non corruptum falsitate. 2. Tim. 1, Formam habe sanorum verborum quæ à me audisti in fide, &c. Proue. 17, Non decet principem labium mentiens. ¶ Item quantum ad modum, cùm dicit [Irreprehensibile] .i. vt proferatur tempore suo, & cum omni decentia & prouocatione ad correctionem. Eccle. 20, Ex ore fatui reprobatur parabola. Non enim dicet illam in tempore suo. Finis autem doctrinæ est [vt is qui ex aduerso est vereatur, &c.] q.d. Si omnes bene se habeant. s. prælati & subditi, aduersarii non possunt vobis nocere. 1. Pet. 2, Sic est voluntas dei vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorãtiam. 1. Tim. 5, Nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. ¶ Deinde cùm dicit [Seruos.] docet qualiter instruat seruos: & primò facit hoc: secundò eius rationem assignat, ibi [Apparuit.] Circa primum tria facit: quia primò inducit seruos ad subiectionem: secundò determinat modum eius, ibi [In omnibus.] Tertiò ostendit necessitatem doctrinæ huius, ibi [Vt doctrinam.] Dicit ergo, Admone seruos dominis suis [subesse.] 1. Petr. 2, Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed & discolis. Col. 3, Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, &c. Idem dicit Ephes. 6. Et quare monet hoc tam frequenter Apostolus? Respondeo, non sine causa. Hęresis enim incœpit apud Iudæos, quòd serui dei non deberẽt seruire hominibus, & ex hoc etiam deriuatum est in populo Christiano, quòd dixerũt quòd per Christum filii dei facti, non deberent esse serui hominum. Sed Christus per fidem non venit tollere ordinem iustitiæ, immo per fidem Christi iustitia seruatur. Rom. 3, Iustitia autem facit alios aliis subdi. Sed seruitus huiusmodi est quantum ad corpus. Nam per Christum nunc liberamur à seruitute quantum ad animam, sed non à seruitute, nec à corruptione corporis: sed in futuro liberamur etiam à corruptione & seruitute corporali. 1. Corinth. 15, Cùm tradiderit regnum deo & patri, &c. Sed quod dicit [In omnibus.] potest referri primò ad hoc quod dicit, subditos, vt intelligatur in omnibus. s. ad quæ se exendit ius dominatiuæ potestatis. Vel ad hoc quod dicit, Placentes. Debet enim esse subiectio. Primò vt seruiant sine offensione, non cum murmure

& tarditate. Coloſ.1,Per omnia placentes deo.1.Corint.10, Ego per omnia omnibus placeo.Contrà.Gal. 1,Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Reſpondeo, Placere homini propter ipſum eſt vituperabile,ſed propter deum eſt laudabile. Secundò vt ſint ſine repugnantia: ideo dicit [Non contradicentes.]Eccle.4,Non contradicas verbo veritatis.Tertiò ſine fraude.Vnde dicit[Non fraudantes.]Vbi vnum remouet,& alterum aſtruit. Remouet fraudem. Seruis enim committuntur bona dominorum. Lucæ 19, Tradidit eis bona ſua.Aſtruit in omnibus bonitatem.Et ideo dicit [Sed in omnibus fidem bonã oſtendentes.]Sed quo fine ſunt hæc fiẽda? Non quidem propter terrenum fauorem, ſed propter gloriam dei.Vnde dicit[Vt doctrinam ſaluatoris noſtri domini ornent,&c.]Glo.Ornamẽtum doctoris eſt honeſta vita diſcipuli,ſicut ſanitas infirmi eſt laus medici. Doctor,curator eſt animarum.Si ergo nos oſtendimus bona opera, laudatur doctrina Chriſti.Eſa.52,Iugiter tota die nomen meum blaſphematur.Matth.5,Vt videant opera veſtra bona,&c.

Lectio 3.

Proponitur Chriſtus exẽplar bonæ doctrinæ,tã in facto, q̃ in verbo:p ponẽdo apparitionem gratiæ eius, et eruditionẽ qua nos erudit de vitãdis, agendis, & ſperandis.

Apparuit enim gratia dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus:erudiens nos, ut abnegantes impietatem & ſeculária deſideria,ſobriè, iuſtè,& piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti,qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem,ſectatorem bonorum operum. Hæc loquere,& exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

¶ Suprà Apoſt.inſtruxit Titum qualiter doceret ſeruos & liberos,& cõcluſit quaſi rationem,vt.ſ.doctrina Chriſti ornaretur: hic aſsignans plenã rationem dictorũ exponit quod dixit per bonã conuerſationem. Et primò præmittit gratiã & doctrinam Chriſti: ſecundò inducit eum ad gratiæ prædicationem, ibi [Hæc loquere.]Item primo proponit gratiæ apparitionem:ſecundò eius inſtructionem,ibi [Erudiens nos.]Tertiò eius operationem,ibi[Qui dedit.]Sciẽdum eſt autem q̃ gratia importat miſericordiã,quia gratia eſt de eo quod gratis datur,& quod gratis datur hoc miſericorditer datur.Miſericordia autem ſemper in deo fuit, tamen olim circa homines latebat.Pſal.Domine in cælo miſericordia tua.Ante Chriſtũ enim omnes quantũcunq; eſſent iuſti,erãt ſub dãnatione,ſed Chriſto filio dei carnem aſſumente.[apparuit gratia.]1.Tim.3,Et manifeſtè magnũ eſt pietatis ſacramẽtum,quod manifeſtatum eſt in carne.Pſal. Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare. Sed quãtò quis eſt potẽtior,tãtò eius gratia magis deſideratur.Vnde gratia dei deſiderãda eſt. Et hoc eſt quod dicit[Gratia dei.]Et hoc ad ſaluãdum.Vnde dicit[Et ſaluatoris noſtri.]Eſa.51,Salus autẽ mea in ſempiternũ erit.Hæc autem gratia nõ proponitur vni ſolũmodo populo ludæorum,ſicut olim,ſed [omnibus hominibus.]Eſa.40.Videbit omnis caro pariter quòd os domini locutũ eſt.Eſa.52,Et videbũt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri.1.Tim.2,Vult omnes homines ſaluos fieri. Et poteſt dici q̃ in natiuitate Chriſti apparuit hæc gratia dupliciter.Vno modo & primò,quia per maximã dei gratiam datus eſt nobis.Vnde eius cõceptio cùm ſit operatio totius trinitatis,attribuitur tamẽ ſpecialiter ſpiritui ſancto, qui eſt principium gratiarũ.Et hęc gratia apparuit omnibus hominibus,& ſpecialiter homini Chriſto.Io.1,Plenũ gratiæ & veritatis. Ex hac gratia ſecũdò eſt cõſecuta inſtructio humani generis:quia ante Chriſtũ fuit mundus in ignorãtia & hæreſi.Eſa.9,Populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucem magnã.Vnde dicit [Erudiens nos].ſ. ſicut homo erudit filium. De duobus autem eruditur nos,quia duo neceſſaria ſunt homini.ſ. bonũ opus,& recta intentio.Primò oſtẽdit quomodo Chriſtus nos de primo eruditur:ſecundò de ſecũdo, ibi[Expectãtes.]Dicit ergo[Vt abnegantes impiet.& ſe.deſi.]Notãdum eſt q̃ dicit,impietatem, & ſecularia deſideria,quia omnia peccata vel conſiſtunt in his quæ ſunt directè contra deum, quæ dicuntur peccata impietatis.Pietas enim propriè eſt ſecũdum quam colimus parentes & patriam:& quia deus eſt principalis pater noſter,ideo pertinet ad cultum dei pietas.Iob 28.Secũdum aliam literã,vbi nos habemus ſic,Ecce timor domini ipſa eſt ſapientia,habetur,Ecce pietas ipſa eſt ſapientia.E ideo peccata contra deum dicuntur eſſe impietates.Rom.1,Reuelatur enim ira dei de cęlo ſuper omnem impietatẽ,& ibi loquitur de idolatria. Vel cõſiſtunt in abuſu temporalium, & hæc ſunt ſecularia deſideria. Eſt autem ſeculum ſpatium menſurãs periodum rerum. Vnde per ſecularia intelliguntur res ſeculares,& omnia peccata quæ in proximum committuntur vel in ſe,per earum abuſum. ¶ Deinde cùm dicit[Sobriè,&c.]oſtẽdit quid boni faciamus:& dicit[Sobriè]quantum ad ſe:[Iuſtè]ad proximum: [Piè] ad deum. Sobriè, ad ſe,quaſi menſuratè. Bria enim mẽſura eſt, & hoc eſt ſi homo cum mẽſura rationis vtatur exterioribus rebus, & ꝓpriis paſsionibus. Vnde ſobrietas accipitur pro quolibet menſurato vſu rerum exteriorũ & extrinſecarum paſſionũ.Sap.8,Sobrietatem enim & ſapientiã docet & iuſtitiã & virtutem,quibus nihil vtilius eſt in vita hominibus.Iuſtè ad proximum.Pſal.Iuſtus dominus & iuſtitias dilexit.Piè ad deum.1.Tim.4,Exerce te ad pietatem. ¶ Deinde cũ dicit[Expectantes.] Inſtruit eũ de fine, qui conſiſtit in duobus.ſ.in gloria animæ in morte. Alius in gloria corporis,in aduẽtu Chriſti.Ioan.5, Venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii dei,&c.Quãtum ad primum,dicit[Expectantes beatam ſpem.]Contra illos qui ponunt finem hominis in actu virtutũ in hac vita.Sed hoc nõ eſt verũ,quia & ſi ſobriè & piè & iuſtè viuamus,adhuc ſumus expectantes.Iob 7.& 14,Sicut mercenarii dies eius.Eſa.30,Beati omnes qui expectãt eum.Et ideo dicit,Expectãtes beatam ſpem:quod poteſt intelligi dupliciter:vel quia eſt ſpes de beatitudine:vel quia expectatio facit ipſos beatos.Quantum ad ſecũdum dicit[Et aduentum gloriæ m.d.& ſal.n.I.C.]ſ.per quem reſurgent corpora noſtra.Qui enim diligit amicũ,cum deſiderio expectat eum.2.Tim.4, Non ſolùm autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius.Luc.12,Vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum.Et dicit[Aduẽtum gloriæ]quia primus aduentus fuit humilitatis.Phil.2,Humiliauit ſemetipſum,&c.Mat.11,Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Et ille erit gloriæ, quia ſua diuinitas omnibus innoteſcet.Luc.21, Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate magna & maieſtate. Et dicit [Magni dei.] cõtra Arrium qui dixit filium non æqualem patri.Et bene magnus,quia dicitur Ro.9,Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula.1.Ioan.vlti.Vt ſimus in vero filio eius,&c. Item eſt ſaluator.1.Tim.2, Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro deo,qui omnes homines vult ſaluos fieri,&c.Quia ad hoc venit,& hoc importat nomen eius.Mat.1,Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à pecatis eorum..Et ad-

dit[Chriſti].ſ.qui eſt vnctus,in quo intelligitur vnio diuinitatis ad humanitatẽ.Aliqui enim dicuntur vnti:ſed nõ ita quòd habeant eſſentiã diuinitatis vnitam,ſed quia participant eius aliquid,ſed Chriſto eſt vnita diuinitas.Pſal.Vnxit te deus deus tuus,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Qui dedit.]oſtenditur operatio gratiæ. Et primò oſtendit beneficium gratiæ paſsionis eius.Secundò paſsionis fructum,ibi[Vt nos redimeret.]Dicit ergo,Dico quòd eſt noſter ſaluator,& quomodo[quia dedit ſe.pro nob.]Ephe.5,Ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo.Fructus eius dicitur liberatio & ſanctificatio.Liberatio,cùm dicit [Vt nos redimeret ab omni iniquitate.] Ioan.8, Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati.Primus enim homo ex peccato ſuo redactus eſt in ſeruitutem peccati,ex qua ſeruitute inclinabatur ad aliud peccatum, ſed Chriſtus ſatisfecit per ſuam paſsionem: & ideo ſumus redempti à ſeruitute.Eſa.43,Noli timere,quia redemi te,&c.Et non ſolùm ab originali,ſed ab omnibus quæ quis ſua volũtate ſuperadditit.Sanctificatio in bono ponitur,cùm dicit[Vt mundaret ſibi po.]i.vt ſanctificaret populum,ſic.ſ.vt eſſemus populus eius.i.ei conſecratus. Qui aliquando nõ populus eius,nunc autẽ populus eius.Oſee 1.& Rom.9.[Acceptabilem.]ſ.deo per rectã fidem & intentionem.Prou.14,Acceptus eſt regi miniſter intelligens.Vel acceptabilem.i.peculiarem.Deut.7, Te elegit dominus deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris. Sed oportet etiam quòd extra ſint opera bona. Vnde dicit [Sectatorem bonorum operum.]Ro.13,Bonum fac & habebis laudem ex illa.Gal 6,Bonum autem facientes,non deficiamus. ¶ Deinde cùm dicit[Hæc loquere,&c.]inducit eũ ad prædicationẽ gratiæ:& circa hoc duo facit: quia primò hortatur eum ad prædicandum:ſecundò inſtruit prædicandi modum,ibi[Cum omni,&c.]Dicit ergo[Loquere]ſpectantia ad credenda,[Exhortare]ad agenda.1.Theſſ.2,Exhortatio noſtra non de errore,neq; de immunditia,neq; in dolo.[Argue]malè agentes.1.Tim.5,Peccantes coram omnibus argue.Et hoc [cum omni imperio,]id eſt,cum authoritate, quia loquitur,vt inſtrumẽtum,vel miniſter dei. Et ideo cum fiducia diuinæ authoritatis. ¶ Eſt tamen loquendum in exhortando quandoque cum prece,conſiderando infirmitatem propriam.Prou.18,Cum obſecrationibus loquitur pauper.Quandoq; cum imperio,conſiderãdo authoritatem cõmiſſam.2.Cor.vlt.An experimẽtum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus.Vel cum mãſuetudine ad bonos,cum authoritate ad obſtinatos:habet autem moneri,vt cum imperio arguat,quia naturaliter fuit mitis.1.Tim.4,Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.

Caput 3.

Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe,dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe,neminem blaſphemare,non litigioſos eſſe,ſed modeſtos:omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines.Eramus enim aliquando & nos inſipientes,& increduli,errantes,ſeruientes deſideriis & voluptatibus uariis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei:nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſecũdum miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti,quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtũ ſaluatorem noſtrũ:ut iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem uitæ æternæ.Fidelis ſermo eſt:Et de his uolo te confirmare:ut curent bonis operibus præeſſe qui credunt deo.Hæc ſunt bona & utilia hominibus.

Inſtruitur oēs quòd ſe habere debent ad ſuperiores, et quõ ad æquales,ponẽdo ꝓ ratione ſtatũ in quo fuerãt,et i quo ſunt primi, in quo vult P.cõfirmare omnes p Titum.

¶ Suprà Apoſtolus poſuit particulares admonitiones pertinẽtes ad ſingulos ſtatus:hîc ponit generales ad omnes.Et primò ponit ipſas.Secundò rationem ipſarum,ibi[Eramus.]Tertio inducit Titum ad vtroruũq; prædicationem,ibi[Et de his volo te.]Circa primũ duo facit,quia primò monet omnes qualiter ſe habeãt ad ſuperiores:ſecundò quomodo ad æquales,ibi[Neminem blaſphemare.]Item prima in duas,quia primò oſtẽdit q̃ ſuperioribus debent ſubditi reuerẽtiam ſubiectionis.Secũdò obedientiã iuſsionis,ibi [Dicto obedire.]Dico ergo,dixi de quo moneas prædictos,ſed[admone illos].i.omnes[principibus.]id eſt,maioribus ſcilicet regibus & huiuſmodi[& poteſtatibus].i.aliis officialibus [ſubditos eſſe.] 1.Pet.2, Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter deum,ſiue regi tãquam præcellenti, ſiue ducibus tanquã ab eo miſsis.Ro. 13,Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Et hæc monitio neceſſaria eſt primò ad tollẽdum errorem circa Iudæos,qui dicunt non eſſe obediendum mandatis hominum.Secũdò vt nullã inquietudinẽ facerent in eccleſia.Tertiò quia tenentur ad obedientiam iuſsionis.Heb.vltim.Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis,& cætera.Et dixit[Dicto obedire.]id eſt,ad ſolum verbum præſidis.1.Reg.15,Melior eſt enim obedientia quàm victimæ.2. Teſſalon.3,Si quis non obedierit verbo noſtro,per epiſtolam,hunc notate.Non ſolùm autem eſt neceſſaria promptitudo,ſed diſcretio.Vnde dicit[Ad omne opus bonum.]alioquin non eſſet obediendum: tunc enim magis deo obediendum eſſet,quo maior eſt. Actuum 4,Si iuſtum eſt in conſpectu dei,vos potius audire quàm deum,iudicate. Vnde mulieres non tenentur obedire in bello iniuſto. ¶ Deinde cùm dicit[Neminem.] oſtendit qualiter ſe habeant æquales.Et primò quo ad vitationẽ mali. Secundò quo ad operationem boni,ibi[Sed modeſtos.] Monet autem eos ſpecialiter de verbis, quia in primitiua eccleſia pauci peccabãt factis. Verbis autem aliquis peccat, primò contra perſonam alterius ſi ei improperia inferat. Vnde dicit[Neminẽ blaſphemare.] Sed contrà,quia blaſphemia eſt relatio criminis in deum,non ergo eſt blaſphemia in proximum.Reſpondeo,inquãtum dilectio proximi refertur in dilectionem dei,& honor ꝓximi in honorem dei,ſic eius improperium eſt in deum. Sumitur ergo hîc,blaſphemare,pro qualibet maledictione occulta vel manifeſta.2.Petr.2,Sectas non metuunt introducere blaſphemantes.Secundò quis peccat contra proximum propter res exteriores.Et ideo dicit,Non litigioſos eſſe.Vbi eſt ſciendum q̃ tria ſunt genera hominum.Quidam eorum ſunt virtuoſi,& duo vitioſi.Quidam enim omnibus verbis auditis in nullo contriſtantur,& hi ſunt adulatores.Et quidam omni verbo reſiſtunt,& hi litigioſi ſunt.Contra hos loquitur hîc. Ideo dicitur.2,Timoth.2,Seruum autem domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes.Prouerbiorum viceſimo,Honor eſt homini qui ſe ſeparat à contentionibus.Sed medium tenens,vt quandoque delectetur verbis, quandoque contriſtetur,eſt virtuoſus.2.Cor.2,Si contriſtaui vos epiſtola, non me pœnitet, &c. Deinde cùm dicit [Sed modeſtos.] oſtendit quomodo ſe habeant in operatione boni, & primò in exterioribus actibus dicẽs [Sed modeſtos.]Eſt autem modeſtia virtus per quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet, vt non offendat cuiuſquam aſpectum. Philipenſ. 4,

Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.Prou.21,Finis modeſtiæ,timor domini,diuitiæ,gloria,& vita,&c. Quantò autem quis eſt impetuoſior in interioribus affectibus, tãtò refrenatur difficilius etiã in exterioribus. Talis autem eſt inter omnes affectus,ira. Et ideo contra hoc ponit manſuetudinem,quæ moderatur paſsiones iræ.Vnde dicit[Omnem manſuetudinem oſtendentes ad omnes homines.]Mat 11,Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.Iac.1, In mãſuetudine ſuſcipite inſitum verbũ,quod poteſt ſaluare animas veſtras. ¶ Deinde cùm dicit[Eramus enim & nos,&c.]aſsignat rationem prædictorum,& maximè huius vltimi,ſcilicet quòd ſint mãſueti.Poſſent enim dicere,quomodo erimus mãſueti ad infideles,quomodo ad malos?Nõ enim hoc poſſumus.Reſpondet, Cõſidera te qualis fueris. Et ideo cõtra iram optimũ remedium eſt recognitio fragilitatis propriæ.E ideo primò ponit ſtatum eorũ præteritum.Secundò oſtendit vnde venerunt ad ſtatũ perfectionis, ibi [Cùm autem benignitas.] Item primò ponit defectus pertinentes ad intellectũ:ſecundò ad affectum,ibi[Seruientes.] Intellectus autem poteſt dupliciter deficere:vel quia deficit à vera cognitione, ſicut per ignorãtiam negationis: vel quia incidit in opinionem falſi. Verum autẽ in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiunt.Quidam enim ſolùm per fidem,quidã prægustãdo per lumen ſapientiæ per apertã aliquam cognitionem. Vnde quãtum ad ſecũdum,dicit [Eramus inſipientes.i.priuati iſta ſapientia. Luc.21, Dabo vobis os & ſapientiam,&c. Quãtum ad primum dicit[Increduli].i. infideles. Ezech.2,Increduli & ſubuerſores ſunt tecum. Sed erramus incidentes in cõtrariam opinionem.Vnde dicit [Errãtes].i.falſum pro vero tenentes.Eſa.19,Errare fecerunt Aegyptũ in omni opere ſuo. ¶ Deinde ponit ea quæ pertinent ad corruptionem affectus:& primò quãtum ad ſe:ſecundò quãtum ad alios,ibi[In malitia,&c.] Affectus autem hominis tunc eſt rectus quãdo ſeruit rationi,& vtitur licitis delectationibus ſecũdum rationem.Quando ergo nõ ſequitur rationem, ſed ſua deſideria,tunc corrũpitur.Vnde dicit[Seruiẽtes deſideriis & voluptatibus variis.] Voluptates reſpiciunt peccata delectationũ carnalium, vt ſunt luxuria & gula.Deſideria verò quælibet alia vitia,vt ſunt ambitio & auaritia & huiuſmodi.Eccle.18, Poſt cõcupiſcentias tuas non eas,& à voluptate tua auertere.Rom.6,Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore,vt obediatis concupiſcentiis eius.2.Tim.3,Voluptatum amatores magis quàm dei. ¶ Deinde cùm dicit [In malitia & inuidia agentes.]ponit peccata in ordine ad alios:& primò malitiã,quæ eſt voluntas nocendi alteri.effectus enim denominatur a fine. Qui ergo intendit inferre malum,dicitur malitioſus.Iac.1,Propter quod abiicientes omnem immũditiam & abundãtiam malitiæ.Secundò ponit inuidiam,quæ dolet de proximi bono,ſicut malitia infert malum.Prou.14, Putredo oſsium,inuidia.Tertiò ponit odium.Vnde dicit [Odibiles].ſ.vel deo,per hoc ꝙ faciunt peccatum. Sapien.14,Similiter odibiles ſunt deo impius & impietas eius.Ro.1,Detractores deo odibiles.Vel proximo, quãdo faciunt illud vnde proximus eos odio habere debeat.Et addit[Odientes inuicem.] q.d.& nos etiã odiebamus alios.1.Ioan.3,Qui odit fratrem ſuũ, homicida eſt. ¶ Deinde cùm dicit[Cùm autem benignitas.]oſtendit ſtatum ſalutis noſtræ,cuius ordinem & proceſſum primò deſcribit. Secundò cõfirmat dictum,ibi[Fidelis ſermo.] Circa primum quatuor facit, quia primò oſtendit cauſam ſalutis:ſecundò rationem ſaluãdi,ibi [Non ex operibus iuſtitiæ.Tertiò modũ eius,ibi[Per lauachrũ.[Quartò finem,ibi[Vt iuſtificati.]Cauſa autem noſtrę ſalutis eſt charitas dei.Ephe.2,Deus autem qui diues eſt in miſericordia propter nimiã charitatem ſuam qua dilexit nos,&c. Hanc charitatem deſcribit,primò quãtum ad affectum: ſecundò quãtum ad effectum.Interior charitatis affectus deſignatur in benignitate,quæ dicitur bona igneitas.Ignis autẽ ſignificat amorem.Canti.8,Lampades eius lãpades ignis atq; flãmarum.Benignitas ergo eſt amor interior,profundens bona ad exteriora.Hæc ab æterno fuit in deo,quia amor eius eſt cauſa omniũ. Ioel.2,Benignus & miſericors eſt,&c.ſed hoc quandoq; nõ apparebat.Eſa.63,Vbi nunc zelus tuus & fortitudo tua,multitudo viſcerũ tuorum,& miſerationum tuarũ ſuper me cõtinuerunt ſe. ¶ Sed per effectum apparuit quod deſignatur,cùm dicit[Humanitas.]quod dupliciter poteſt intelligi,vel ſecundum quod ſignificat humanã naturam.q.d.Apparuit benignitas & humanitas quãdo deus ex benignitate eſt homo factus. Philip.2,Habitu inuentus vt homo.Pſal. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.Vel ſecundũ quod deſignat virtutem quæ cõſiſtit in exteriori ſubuentione in defectibus aliorum.Vnde humanũ eſſe,eſt cõdeſcendere.Act.vlt. Barbari autẽ præſtabãt non modicã humanitatem nobis.Sic deus cõdeſcendit noſtris defectibus.Pſal.Ipſe cognouit figmentũ noſtrum.Et hoc [Saluatoris.]quia vt dicit Pſal.Salus autem iuſtorum à domino. ¶ Deinde cùm dicit[Nõ ex operibus,&c.] ponit rationem ſaluãdi:& primò excluditur ratio præſumpta:ſecũdò oſtenditur ratio vera. Ratio præſumpta, eſt quòd propter merita noſtra ſimus ſaluati,quod excludit,cùm dicit[Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos.]Ro.11,Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ dei ſaluæ factæ ſunt.Deu.9, Non propter iuſtitias tuas & æquitates cordis tui ingredieris, vt poſsideas terram eorum,&c. Sed vera ratio eſt ſola miſericordia dei.Vnde dicit[Sed ſecũdum ſuam miſericordiã,&c.] Tren.3,Miſericordię domini ꝙ nõ ſumus cõſumpti. Lu.1,Et miſericordia eius à progenie in progenies. ¶ Modus ſalutis adipiſcẽdę eſt per baptiſmũ quẽ primò proponit:ſecũdò effectum eius:tertiò cauſam. Dicit ergo[Per lauachrum].i.ſaluati ſumus per ablutionem ſpiritualem.Ephe.5,Mundãs eam lauachro aquæ in verbo vitæ.Zacha.13, Erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Hieruſalem,in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.Quãtum ad effectus eius ſubdit[Regenerationis & renouationis.]Pro quo ſciendum eſt quòd homo indigebat duobus in ſtatu perditionis, quæ conſecutus eſt per Chriſtum.ſ. participatione diuinæ naturæ, & depoſitione vetuſtatis. Erat enim ſeparatus à deo.Eſa.59,Iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos & deum veſtrum,& peccata veſtra abſcõderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.Et erat inueteratus. Baruch 3,Inueteraui in terra aliena.Sed primum conſequimur per Chriſtum.ſ.per participationem naturæ diuinæ.1.Pet.1,Vt per hoc efficiamur conſortes diuinæ naturæ.Sed noua natura non acquiritur niſi per generationem. Sed tamen hæc natura ita datur, quòd etiam remanet noſtra,& ita ſuperadditur.Sic enim generatur participatio in filium dei quod nõ deſtruitur homo.Io.3,Oportet vos naſci denuo.Et ideo dicitur generatio.Iac.1,Volũtariè genuit nos verbo veritatis ſuæ.Homo etiã per Chriſtũ depoſuit vetuſtatem peccati renouatus ad integritatẽ naturæ, & hoc vocatur, renouatio.Ephe.4,Renouamini ſpiritu mentis veſtræ.Sed quæ eſt cauſa huius effectus vt cor abluat?Hæc

virtus

virtus eſt à ſancta & indiuidua trinitate.Mat.vlt.In nomine patris& filii & ſpirituſſancti,&c.Vnde & Chriſto baptizato pater in voce,filius in carne,ſpirituſſanctus in columbæ ſpecie apparuerũt.Et ideo dicit[Spirituſſancti.]i.quam ſpirituſſanctus facit.Pſal.Emitte ſpiritum tuũ, &c.Item eſt regeneratio per ſpiritũ. Gala.4,Miſit deus ſpiritum filii ſui in corda veſtra clamantem,abba pater.Roma.8,Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore.Sed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ in quo clamamus,abba pater.Sed hunc ſpiritum dat deus pater[quem effudit abundè.]vt deſignet copiam gratiæ in baptiſmo,vnde ſit plena peccatorum remiſsio.Ioel.2,Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem,carnem ,&c. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemẽ tuum.Et propter diuerſa dona gratiarum.Iaco.1,Qui dat omnibus affluenter & non improperat.Hoc etiam datur[per Chriſtum Ieſum.]Ioan.16,Paraclitus quem ego mittam vobis,&c.In Chriſto enim duas naturas inuenimus,& ad vtramque pertinet ꝙ Chriſtus det ſpiritum ſanctum. Quantum quidem ad diuinam,quia eſt verbum,ex quo ſimul & à patre procedit amor.Amor autem in nobis procedit ex conceptione cordis,cuius conceptio eſt verbum.Quantum verò ad humanam,quia Chriſtus accepit ſummã plenitudinem eius,ita ꝙ per eum ad omnes deriuatur.Io.1,Plenum gratiæ & veritatis.Et paulopoſt.Et de plenitudine omnes nos accepimus gratiam pro gratia.Et cap.3,Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum, &c.Et ideo baptiſmus & alia ſacramenta non habent efficaciã niſi ex virtute humanitatis & paſsiõis Chriſti. ¶ Deinde cùm dicit[Vt iuſtificati gratia ipſius.]Ponitur finis ſalutis noſtræ quæ eſt participatio vitæ æternæ.Vnde dicit[Hæredes,]Idem autem eſt iuſtificati,& quod prius dixerat,regenerati.In iuſtificatione impii ſunt duo termini.ſ.à quo,qui eſt remiſsio culpæ,& hæc eſt renouatio,& ad quem,qui eſt infuſio gratię,& hoc ad regenerationem pertinet.Dicit ergo,Ideo verbum caro factum eſt vt iuſtificati.i.renouati per gratiam,quia iuſtificatio non fit ſine gratia.Sed nunquid deus poſſet remittere culpam ſine gratiæ infuſione?Videtur ꝙ,ſic,quia à principio poterat conſtituere hominem eſſe ſine gratia & culpa:Reſpondeo, dicẽdum eſt ꝙ aliud eſt de homine qui nunquam offendit,quia ſic poteſt eſſe ſine gratia & ſine culpa, & aliud eſt de homine qui iam peccauit,qui non poteſt eſſe quin odiatur vel diligatur,& ſi à deo diligitur oportet ꝙ diligat,& ſi diligit oportet ꝙ præſtetur ei gratia:quia ſine gratia non diligit,& ꝙ etiã per hoc efficiantur hæredes.1.Pet.1,Hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſsibilem conſeruatam in cælis in vobis,&c.Et hoc[vitæ æternæ]Pſal.Funes cæciderunt mihi in præclaris,&c.Sed quomodo hæredes?[ſecundũ ſpem]quia iam non ineſt ſpes huius vitæ.Ro.5,Gloriamur in ſpe filiorum dei. ¶ Deinde cũ dicit[Fidelis ſermo eſt]probat dicta de ſalute noſtra & ſpe.Quaſi dicat,Hoc dictum eſt fidele,Apoca. vlti. Hæc verba fideliſsima & vera ſunt. ¶ Deinde cùm dicit[Et de his volo]mandat hoc prædicari. Et primò ponit præceptum.Secundò rationem aſsignat,ibi[Hæc ſunt.]Dicit ergo[Et de his.]ſ.quæ ad dei beneficia reprehenſionem peccatorum,documenta fidei & morum[volo te confirmare.]ſ.alios,Iob 4,Vacillãtes cõfirmauerunt ſermones tui.Actu.15,Et confirmauerunt eos.Et ratio huius eſt[vt curẽt,&c.]quod poteſt intelligi de prælatis.q.d.Volo ꝙ confirmes viatores.i.prælatos vt ipſi curent præeſſe his qui credunt deo.ſ.fidelibus in bonis operibus.1.Pet.2,Ex bonis operibus vos conſiderantes,glorificent deũ,Mat.5,Vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum[Hęc]verba[ſunt bona,]quia de bonitate dei.Mat.12,Bonus homo de bono theſauro profert bona[Et vtilia hominibus.]Eſa.48,Ego dominus deus tuus docens te vtilia.

Lectio 2.

Docet vitare inutilia dogmata, & hæreticos, quædã familiaria ſcribit,ſalutat,& imprecatione ſolitæ piſtolã claudit.

STultas autem quæſtiones,& genealogias,& contentiones,& pugnas legis deuita.Sunt enim inutiles & uanæ. Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem deuita:ſciens quia ſubuerſus eſt qui ciuſmodi eſt, & delinquit cùm ſit proprio iudicio condemnatus. Cùm miſero ad te Arthemam aut Tychicum,feſtina ad me uenire Nicopolim.Ibi enim ſtatui hyemare.Zenam legiſperitum & Apollo ſolicitè præmitte,ut nihil illis deſit.Diſcãt autem & ueſtri bonis operibus præeſſe ad uſus neceſſarios:ut non ſint infructuoſi.Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide.Gratia dei cum omnibus uobis. Amen.

¶ Suprà Apoſtolus docuit Titum qualia ad inſtructionem populi proponat,nunc oſtendit quæ vitet in doctrina.Et primò facit hoc.Secundò ſcribit quædam familiaria,ibi[Cùm miſero.]Item prima in duas, ꝙa primò oſtendit quomodo vitet inutile & aliena dogmata.Secundò quomodo vitet hæreticos, ibi[Hæreticum.]Circa primum duo facit,quia primò oſtendit quæ ſunt vitanda in ſua doctrina. Secundò rationem aſsignat,ibi[Sunt enim.] ¶ Notandum eſt autem circa primum,ꝙ ad eum qui profitetur doctrinam alicuius ſcientiæ,primò pertinet vt ſatisfaciat quæſtionibus quæ mouentur in illa.Secundò vt per ſe aliqua tractet.Tertiò vt diſputet cum reſiſtentibus.Et quartò ꝙ doceat quid circa eam ſit vitandum.In aliis autẽ ſciẽtiis nullus ſapiens cuilibet quæſtioni reſpondet,ſed tantùm ad eas quę pertinent ad ſuam ſcientiam.Ita doctor veritatis nõ debet cuilibet quæſtioni reſpondere.Stultitia enim ſapientiæ opponitur.Hæc autem doctrina eſt ſapientiæ.Deu.4,Hæc enim ſapientia veſtra,& intellectus coram populis.Ideo dicit[Stultas quęſtiones.]Quæſtiones ergo aduerſantes intentionibus doctrinæ iſtius,ſtultæ ſunt,Aduerſantur autem ei illa quæ ſunt indiſciplinabilia. Iob 34,Iob autem ſtultè locutus eſt,& verba illius non ſonant diſciplinã. Itẽ quando manifeſtum proponitur vt dubium.ſ.quæcunque debet aliquis per ſe tenere in ſcietia.Et hæc ſunt quæ ſpectant ad inſtructionem fidei & eruditionem morum.Et quædam ſunt quæ debet vitare. Vnde dicit [Genealogias.]Ponuntur enim genealogiæ in ſcripturis propter myſteria, & propter intellectum hyſtorialem.In reſiſtendo impugnantibus debet vitare[contentiones,& pugnas.]Quando enim eſt diſputatio ad inquiſitionem veritatis eſt laudabile,ſed quando eſt contentio quid ſit tenendum,& quid vitandum,tales ſunt vitandæ.Prouer.20,Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus.2.Tim.2,Noli verbis contẽdere.Pugnæ legis ſunt quæ nõ ex vitio diſputantium,ſed quæ oriuntur ex contrarietate in ſcriptura,vel rationibus contrariis.Sed nunquid huiuſmodi ſemper ſunt vitandæ?Dicẽdũ eſt in ſcriptura ſacra ſecũdum veritatem nihil eſt contrariũ.Sed ſi aliquid apparet cõtrariũ.Vel eſt quia nõ intelligitur, vel quia corrupta ſunt vitio ſcriptorũ,quod patet ſpecialiter in numeris & genealogiis.Et hîc ideo quia determinari nõ poſſunt,vult quod vitẽtur.Et hoc ideo,ꝙa[inutiles ſunt,]Et doctor ad duo intẽdere debet.ſ.ad vtilitatẽ, & ad veritatẽ.Prou.8,Veritatẽ meditabitur guttur meũ,&c.Eſa.48,Ego dñs deus tuus docẽs te vtilia. Non eſt

ergo intromittendum se de inutilibus,& quæ nō habēt solidam veritatem.Scire enim singularia vt sunt genealogiæ,non est ad perfectionem intellectus,nec ad instructionem morum,nec fidei.Et sunt[vanæ]qa nō habent solidam veritatem. ¶ Deinde cùm dicit[Hæreticum.]Ostendit qui sunt vitādi inter homines, & primò ostendit qꝑ hæretici,secundò ostendit rationem huius,ibi[Sciens quia.]Dicit ergo[hæreticum hominem.]Vbi notādum est quid faciat esse hæreticum,& accipienda est prima ratio huius nominis, hæreticus. Nō enim dicitur à diuisione,sed ab electione,vt dicit Hieronymus,In græco enim hæresis dicitur electio. Vnde hæreticus.i.electiuus,quasi pertinaciter adhærens sectæ alicuius quā elegit.Vnde sciēdū est qꝑ omnis hæreticus est errans,& non econuerso,propter duo.Primò ex parte materiæ circa quam errat,puta si non est circa finem vitæ humanę,vel circa id quod ad fidem pertinet & bonos mores.Talis enim sic errans non est hæreticus.Si verò erraret circa ea quæ sunt ad finem vitæ humanæ,semper est hæreticus.Et dico finem vitæ humanæ,quia apud antiquos erant sectæ ponētes diuersum finem vt patet de Stoycis & Epicuris.Vel fidem:& sic si aliquis diceret deum non esse trinum & vnum & fornicationem non esse peccatum,est hæreticus.Secundò ex parte electionis,quia eligens si non est pertinax,sed est paratus corrigi secundum ecclesię determinationem,& sic non est ex malitia sed ex ignorantia,non est hęreticus[Hunc ergo deuita]propter periculum.2.Timo.2,Sermo eorum vt cancer serpit.Item nec aliquis cōmunicet peccatis eorum,ne videatur eis consentire.2.Ioan.ca.vnico.Si quis venerit ad vos,& hanc doctrinā nō affert,&c.Item propter pœnam.Nume.16,Recedite à tabernaculis hominum impiorum,& nolite tangere quæ ad eos pertinent, &c. Vult tamen qꝑ moneatur,& si non dimittit,tunc est hęreticus & vitandus.Et dicit[post primam & secūdā correptionem.]Sic enim fit in ecclesia in excommunicationibus.Et ratio est,quia numerus omnis rei habet principium,medium,& finem.Ideo accipitur vt sufficiens ad omnia.2.Cor.vlti.Ecce iam tertio hoc venio ad vos,&c.Item propter perfectionem numeri ternarii.Ratio autem deuitationis est,quia cum errāte agendum à principio vt corrigatur.Mat.9,Non est opus valentibus medicus,sed malè habentibus.Et ideo non est dimittendum quousque videatur si curari poterit,sed si non potest sanari,tunc est dimittēdus.Luc. 19,Ex ore tuo te iudico serue nequam. ¶ Deinde cū dicit[Cùm misero.]Scribit quædam familiaria. Et primò quædam disponenda circa ipsum:secundò epistolam terminat in salute.Dicit ergo[Cū misero,&c.] Hi duo discipuli erant Apostoli.Alios misit quia volebat qꝑ Titus iret ad eum nec determinat ei tēpus, sed locum:eo enim indiguit in adiutoriū prædicationis,voluit tamen præmitti arthemam, & ostendit quid de eis disponat.secūdò obiectioni respondet,ibi[Discant autem & vestri.]Apollo iste de quo Act.19.erat episcopus Corinthiorum propter quorum culpam dimisit eos,& iuit Cretā ad Titū, sed correctis Corinthiis Apostolus reuocat eum.Vocat autem Zenā legisperitum,licet & Apollo esset valde doctus,quia in Iudaismo habuit hanc dignitatem.Ratio autem quare istos vult præmitti & non Titum,est,quia Titus necessariꝰ erat apud Cretam propter episcopatum,isti autem nō habebant aliquam curam.Et dicit[Vt nihil illis desit.]Quasi dicat.Si nō habes,prouideant subditi tui.Et ideo subiungit[Sic discāt vestri.]i.fideles prouidere sicut faciunt Iudæi.Et dicit vestri.i.subditi discant excellere Iudæos,& alios de Asia,qui suis prædicatoribꝰ & indigentibus prouident.Et dicit[ad vsus necessarios.]i.in casibus necessitatis.1.Timothe. 6, Habentes alimenta,& quibus tegamur his contenti simus.Ratio autem quare præsint:est[vt non sint infructuosi.]1. Cor.9,Quis plantat vineam,& de fructu eius non edit,&c.Populus ergo si est vt vinea domini,debet ferre fructum,non solùm spiritualem,sed etiam temporalem,vt exinde cultores sustententur, aliàs essent infructuosi.Mat.7,Omnis arbor quę nō facit fructū bonū excidetur,&c. ¶ Deinde salutat eos primò ex parte aliorū:secundò rogat qꝑ salutēt alios:tertiò ponit suā.Quantū ad primū dicit[Salutant,&c.]i.salutem optant.Secundò dicit,Saluta eos qui nos amant in fide Christi existentes,quia non est conuētio fidelis cum infideli.2.Parali. 19,Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris. Vel qui nos amant in fide.i.fideli affectu.Ecclę.6,Amico fideli nulla est cōparatio[Gratia dei.]s.quæ est principiū omnium bonorum.Ro.3,Iustificati gratis per gratiam ipsius.Et dicit[vobis]quia non scribit vni propter vtilitatem ipsius tantùm,sed propter totam ecclesiam.Deo gratias.

Explicit explanatio deuotissima cælici doctoris sanctissimi Thomæ Aquinatis ordinis fratrum prædicatorum super epistolā beatissimi Pauli Apostoli ad Titum.

Incipit expositio eiusdem angelici doctoris sancti thomae aquinensis ordinis fratrum prædicatorum super epistolam Apostoli Pauli ad Philemonem.

PROLOGVS.

SEruus si est tibi fidelis,sit tibi quasi anima tua,&c.Eccle.33,Ostendit sapiēs tria circa dominū & seruum.s.quid requiratur ex parte serui.Itē qualis debet esse affectus domini ad seruū.Itē qualis vsus serui.Ex parte serui requiritur fidelitas in qua est bonum serui,quia & quod est & omnia sua debet dare domino.Mat.24,Fidelis seruꝰ & prudens,&c.Et dicit,si est fidelis,quia fidelitas apud paucos est.Prou.20,Virū fidelem quis inueniet?talis ergo seruꝰ debet haberi à domino sicut amicus in affectu. Vnde dicit,Sit tibi sicut anima tua.Hoc enim est propriū amicorū,vt eorum anima vna sit in nolēdo & volēdo.Actu.4,Multitudinis credentiū erat cor vnū, & anima vna.In quo datur intelligi qꝑ est quidam cōsensus inter dominū & seruū,quia seruus fidelis transit in amicum. Vsus eius est vt tractetur vt frater,nā frater est & q̄tum ad generationem naturæ,quia eodem actore.

Iob 31,Si cōtempsi subire iudicium cum seruo meo.Mala.2,Nūquid nō vnus pater omniū nostrū? Nunqd nō deus vnus?Et q̄tū ad generationē gratiæ,quæ est eadē.Gal.3,Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christū induistis,non est Iudæus,neq; Græcus,non est seruus,neq; liber,nō est masculus,neq; fœmina, omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu.Mat.23,Omnes fratres estis.Hæc autem verba conueniunt materię huius epistolæ.Sicut enim suprà ostendit qualiter spirituales prælati habeant se ad subditos, sic hic qualiter temporales domini ad temporales seruos,& quomodo seruus fidelis quoad dominum eius.

Vide hic materiā huius epistolæ

Caput 1.

Salutatio.

PAulus uinctus Christi Iesu:& Timotheus frater,Philemoni dilecto adiutori nostro,& Appiæ sorori charissimæ,& Archippo cōmilitoni nostro,& ecclesiæ quæ in domo tua est.Gratia uobis & pax à deo patre nostro,& domino Iesu Christo.Gratias ago deo meo,semper memoriam tui faciēs in orationibus meis,audiens charitatem tuam,& fidem quam habes in domino Iesu,& in omnes sanctos: ut communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. Gaudiū enim magnum habui & consolationem in charitate tua,quia uiscera sanctorum requieuerūt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet,propter charitatem magis obsecro,cùm sis talis ut Paulus senex.

Narratio epistolaris in qua gratias agit materiam gratiarum ponit,& causam,eandēq; postulat.

¶ Epistolæ occasio ex hoc est.Apud enim Colossenses quidā christianus magnus habuit quēdā seruū qui furtim fugiēs Romā,ab Apostolo est baptizatus,pro quo & scribit.Et primò ponitur salutatio,secūdò epistolaris narratio.In salutatione primò ponit personas salutātes,secūdò salutatas,tertiò bona optata. Dicit ergo[Paulus]quod est nomen venerandū omnibus fidelibus qui sunt docti ab eo[Vinctus.].2.Tim.2,Laboro vsq; ad vincula.Nā tunc vinctus erat Romæ.Sed[Iesu Christi]vbi ostenditur causa vinculorū. Laudabile enim valde est vinctum esse propter Christum,in hoc enim,est beatificandus.Mat.5,Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā,&c.1.Pet.4,Nemo vestrū patiatur quasi homicida,aut fur, aut maledicus,aut alienorū appetitor,si autē vt Christianus,non erubescat,glorificet autem deū in isto nomine. Act. 5,Ibant apostoli,&c.[Et Timotheus frater]Fratres sunt q̄tum ad perfectam fidem.Phil.2,Neminē habeo tam vnanimem qui syncera affectione pro vobis solicitus sit.Ipsi autem Timotheū adiungit vt facilius impetret, quia impossibile est preces multorum non exaudiri. ¶ Deinde ponit personas salutatas.Et primò ponitur persona principalis salutata,secundò adiuncta.Item primò ponit maritum & vxorem qui dominiū domus habent,quibus obligatur seruus[Dilecto] dicit propter bona opera.Ioā.15,Hoc est præceptum meum,vt diligatis inuicem[Adiutori]quia subministrabat sanctis.Prouer.18,Frater qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.Secundò ponitur persona adiuncta,cū dicit[Archippo commilitoni nostro]qui ita erat potēs Colosis qꝑ oēs Christiani erāt sub vmbra eius.Et ideo inducit totā ecclesiā ibi,cuius erat episcopus,sic scribēs Col.vlt.Dicite Archippo,vide ministeriū quod accepisti,&c. Et dicit Archippo cōmilitioni qa oēs prælati sunt sicut spūales milites ecclesiæ.2.Co.10,Arma militiæ nostrę nō sunt carnalia,&c.Et addit[& ecclesię,&c.]Hos superinducit:vt moneant eū ad exaudiēdū.Bona optata exponūtur,vt cōsuetū est. ¶ Deīde cū dicit[Gratias ago]Ponitur epistolaris narratio.Et primò ponitur gratiarū actio,secūdò petitio, ibi [Propter qđ],tertiò cōclusio,ibi[Itaq; fratres.]Itē primò gratiarū actio ponitur,secūdò materia actiōis gratiarū, ibi[Audiēs.]tertiò causa ꝓpter quā deo gratias agit,ibi[Gaudiū ēm magnū]Dicit ergo[Gratias ago deo meo.]Colo.3,& grati estote.Phil.4,Cum gratiarū actione.q.d.Ita ago gratias de præteritis,vt orē tamen pro futuris.Et ideo dicit[Semper memoriā tui faciens,&c.]Phil.1,Eo qꝑ habeam vos in corde,& in vinculis meis. Esa.49,Nūquid potest mulier obliuisci infantem suū,&c. ¶ Ponendo autē materiā gratiarū actionis,ostēdit quid pro eo petendo orat.Materiam autem huius erat necessaria & bona Philemoni. s. & charitas & fides,sine enim charitate nihil aliorum valet,& per eam omnia habentur.1.Co.13,Si linguis hominum loquar,&c.Item sine fide nullus deum amare potest,quia non cognoscit verè deum. De spe autem mentionem non facit,quia media est:& in his intelligitur.Sed in quo habes fidē & charitatem?[In domino Iesu.]1.Cor.vlt,Si quis non amat dominū nostrum Iesum Christum anathema sit. Et hoc est necessarium, quia ex Christo dulcius dilecto,deriuatur dilectio ad mēbra:quia non diligit caput,qui nō diligit mēbra.1. Io.4,Qui nō diligit fratrem suū quē videt,deū quē nō videt quomodo potest diligere? [Et in oēs sanctos] fides innititur doctrinæ prout est manifestata per Christū,quia deū nemo vidit vnquā.1.Io.1.&.14, Creditis in deum,& in me credite,& ideo per fidē habemus Christū. Sed quoad sanctos pertinet,potest intelligi dupliciter.Vno modo,quia ex fide quā habēt ad Christū procedūt obsequia impēsa sāctis. Vel fides cōsistit in diuinitate principaliter prout est annuntiata per Christū,sed nō solū per Christū,sed etiam per sanctos. Mat.vlt.Euntes ergo docete omnes gentes,&c.Debemus ergo credere non solùm dicta per Christum,sed etiam per sanctos.Heb.2,Quæ cùm initium accepisset enarrari per dominum,ab eis qui audierunt in nos confirmata est[Vt communicatio fidei,]hoc continuatur dupliciter.Vno enim modo vt sit signum.Et est sensus,vt communicatio,&c.ideſt tanta est charitas tua,vt communicatio fidei tuæ,&c.Vel aliter.[Gratias ago & memoriam,&c.]vt.s.ostendat quid pro eo petat orando.Et potest intelligi communicatio fidei dupliciter,Vel quia in fide cōmunicabat cū omnibus sanctis,non habens aliam fidem nouam vt hęretici.1.Corint.1,Idipsum dicatis omnes,&c.Vel communicatio qua bona communicas sanctis, procedens ex fide.1. Timo.vlti.Diuitibus huius seculi præcipe non altū sapere,nec sperare in incerto diuitiarū, sed in deo viuo qui præstat no.&c.[Euidens fiat.1.]vt bonū latens in corde euidens fiat per bona opera[In agnitione omnis boni.]s.quod à te fit.Et hoc[in Iesu Christo.]i.pro Iesu Christo.Iaco.2,Ostende mihi fidem tuam sine operibus & ego tibi ostendam ex operibus fidem meam.Vel aliter.Multa sunt opera in mundo quæ sunt bona hominibus,& tamen deo non sunt bona,quia non rectè fiunt.Prouerbiorum 14,Est via quæ videtur homini recta,nouissima autem eius deducunt ad mortem. Ecclesiastici 8, Vidi impios sepultos,qui etiam cùm adhuc viuerent in loco sancto erant,& laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Sed hoc manifestatur per fidem rectam,quando consequitur præmium à deo qui non remunerat nisi recta,Et ideo dicit,In agnitione,ideſt,vt hoc euidens fiat qt.òd cognoscas omne bonum.Vel quòd cognoscatur in te omne

bonum quod est fruitio diuinitatis.Exod.31,Ostendã tibi omne bonum.Sap.7,Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. ¶Causa aũt propter quã gratias agit est,gaudium.Et ideo dicit[Gaudiũ enim magnũ habui.]3.Io.ca.vnico.Maiorem horum gratiam non habeo,q̃ vt audiam filios meos in veritate ambulare. Hoc enim gaudium alleuiabat præsſuras suas.Vnde addit[Et cõsolationẽ.]Psal.Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo cõsolationes tuæ lętificauerunt animam meã.Cuius rationem assignat, dicens[Quia viscera sanctorum requi.per te frater.]Col.3.Induite vos ergo sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ benignitatẽ,&c.3.Io.c.vnico,Charissime fideliter agis quicqd operaris in fratres, & hoc in peregrinos,&c. ¶Deinde eũ dicit[Propter quod,&c.]Ponitur petitio,& primo fiducia petendi,secũdo ipsa petitio,ibi[Obsecro.]tertiò ei⁹ ratio,ibi[Fortsitã.]Dicit ergo,Propter quod.i.qa,sic abũdas charitate [Multã fiduciam ha.in Christo Iesu.]q.d,Non ex me,sed ex authoritate Iesu Christi,in cuius fide te genui. Et ideo possum tibi imperare vt pater,sed quod[ad rem.]s.tuã[pertinet]vel cõmunẽ,aliàs prælatus nõ habet potestatẽ imperãdi sibi quicquam,nisi quod vel est ad eius vtilitatẽ,vel ecclesiæ, vel bonorum morum christianæ religionis.Tamen magis[propter charitatem obsecro.]Prouer.18,Cum obsecrationibus loquitur pauper. Et quare?Certè cùm sis talis,&c.Sunt duo propter quæ quis debet obsecrari.s. ætas senectutis. 1.Tim.4,Seniorẽ ne increpaueris,sed obsecra vt patrem,&c.Itẽ honestas virtutis,vbi enim non delinquimus,pares sumus.Eccl.32,Rectorẽ te posuerũt noli extolli,esto in illis quasi vnus ex ipsis.Dicit ergo[Cùm sis talis vt Paulus senex.]q.d.Si esses puer præciperẽ tibi hoc,sed tu es senex.Item si levis,sed talis es vitę q̃ es mihi similis.Non q̃ talis & tãtus sit simpliciter,sed aliquomodo similis,quod dicit ex sua humilitate.Ro. 12,Honore inuicẽ pręueniẽtes.Origenes,Paulus diu vixit in fide.Cõuersus eñ fuit adolescẽs,nũc dicit vt senex.Origenes,Raro vtilis doctor inuenitur in ecclesia quin sit longeuus.Exemplum de Petro & Paulo.

Lectio 2.

Ostendit Paulus pro quo petit & eius cõditiões: ponit petitionem & rationẽ cur in ea debeat exaudiri suscipiendo Onesimũ, pro quo orat, & allegat pro se Paulus suã ad Onesimum amicitiã: fideiubet pro eo de damno: & receptionis officiũ ostẽdit: adducitur̃que & cõmẽdatur obedientia Philemonis, vt indicatur ad petita impendia,si mul petitur parari Paulo hospitiũ: salutatiões, interponuntur,& solita imprecatione epistola claudit̃ur

NVnc autem & uinctus Iesu Christi:obsecro te pro meo filio quem genui in uinculis,Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit,nunc autem & mihi & tibi utilis,quem remisi tibi.Tu autem illum ut mea uiscera,suscipe. Quem ego uolueram mecum detinere,ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelii:Sine consilio autem tuo nihil uolui facere,uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset,sed uoluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te,ut in æternum illum reciperes:iam non ut seruum,sed pro seruo charissimum fratrem,maximè mihi,quantò autem magis tibi, & in carne,& in domino?Si ergo habes me socium,suscipe illum sicut me.Si autem aliquid nocuit tibi,aut debet:hoc mihi imputa.Ego Paulus scripsi mea manu:ego reddam:ut non dicam tibi quod & teipsum mihi debes.Ita frater, ego te fruar in domino,refice uiscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi:sciens,quoniam & super illud quod dico,facies.Simul & para mihi hospitium:nam spero per orationes uestras donari me uobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu,Marcus,Aristarchus,Demas & Lucas,adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi,cum spiritu uestro. Amen.

¶Posita fiducia Apostoli de bonitate Philemonis,ponit hìc suam petitionẽ.Et primò ostendit personam pro qua petit,secũdò ex hoc petitionẽ cõcludit,ibi[Tu autem illum]Circa primũ duo facit,quia primò describẽdo personã ostẽdit eã sibi acceptã ex spirituali generatione,secundò ex morũ mutatione.Dicit ergo, Verè sum exaudiendus,quia petitio continet honestatẽ & pietatẽ pro meo filio Onesimo de quo est præsens mea solicitudo.Et acquirens filiũ tẽpore defectus magis eũ diligit,vt senex filios in senectute genitos. Gen.37,Israel aũt diligebat Ioseph super oẽs filios suos,eo q̃ in senectute genuisset eũ.Hũc aũt genuit in vinculis.Secundò est mutatio in moribus.Si enim in peccato perseuerasset,nõ fuisset dignus venia. Et nota q̃ min⁹ dicit,& plus significat.Docet enim Tullⁱ⁹ q̃ quis factũ suũ debet attenuare q̃tũ potest.Sic Apostolus leuiter de culpa huius loquitur dicẽs[Inutilis.]i. nociuus in subtrahẽdo res tuas,nunc aũt cõuersus à malo ad statũ virtutis vtilis est ad seruitiũ dei & hominũ.2.Tim.2,Si quis ergo emũdauerit se ab istis,erit vas in honorẽ sanctificatũ.Prouer.25,Aufer rubiginẽ de argẽto,& egredietur vas purissimũ. ¶Deinde cũ dicit[Tu aũt illum.]Ponit petitionẽ suã,Et primò ponitur petitio,secundò respõdet quæstioni,ibi[Quem ego]Dicit ergo[Tu ergo illum vt mea viscera suscipe.]Et hoc ideo,quiavidi eũ emẽdatũ,cuius signũ est,qa eũ remisi tibi.Cõtrà.Deu.23,Nõ trades seruũ domino,qui ad te cõfugerit,&c.Respõdeo.Verũ est quando dominus quęrit eũ ad mortẽ,& ideo dicit[Tu aũt,&c.]Phil.1,Eo q̃ habeã vos in corde,& in vinculis meis & in defensione,&c.Et respõdet quæstioni,quia posset dicere,Si est vtilis tibi,quare nõ retines eum vsq; ad mortẽ?ideo dicit,Quæ est causa mittendi eũ.Primò aũt ostẽdit propositũ retinendi eũ,secundò quare desistit à proposito,ibi[Sine consilio aũt tuo,]Dicit ergo Philemoni,qui licet esset magnus,tamẽ Apostolo soli tus erat ministrare.Mat.20,Quicũq; voluerit inter vos maior fieri,sit vester minister.Vnde ex hac fiducia proposuit eũ tenere,vt loco eius sibi ministraret.Vnde di.[Quẽ ego voluerã mecũ detinere vt pro te.&c.] quod erat maximè necessariũ,quãdo erat in vinculis propter Christũ.Est enim prouidendũ quãdo quis patitur pro domino suo.Ratio autẽ quare destitit,est,quia noluit vti re aliena ignorante domino. Vnde dicit [Sine cõsilio,&c.]Quasi dicat,Si retinuissem eũ,iam placeret tibi nõ valẽti resistere,& esset quędã coactio. Sed sic nolui,immo magis volui q̃ voluntariè fieret.Exo.25,Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas.s.primitias.2.Cor.9,Nõ ex tristitia,aut ex necessitare,hylarẽ eñ datorẽ diligit deus. ¶Deinde cũ dicit[Forsitã eñ]Ponit rationẽ quare debet eũ recipere benignè.Et primò ex parte dei.secũdò ex parte ipsius Apostoli,ibi[Si ergo habes.]tertiò ex parte ipsius Philemonis,ibi[Cõfidẽs.]Ex parte dei,quia sepe dei ꝓuidẽtia id quod videtur malũ permittit fieri,vt exinde sequatur bonũ,vt patet de Ioseph vẽdito,vt libera ret AEgiptũ & familiã patris.Gen.45,Pro salute eñ vestra misit me deus ante vos.Et dicit[forsitã] qa incõprehẽsibilia sunt dei iudicia.Ro.11,Et dicit[pro seruo.]i.loco serui.Mat.25,Omnes aũt vos fratres estis. Et nõ solũ tibi,sed mihi in cõparatione ad deũ,licet sit filius ministerio[q̃tò magis tibi,& in carne,& in domino]quod dupliciter potest exponi? Vno modo q̃ referatur ad primã originẽ diuinæ creationis, & sic est frater.Deut.32,Nõne est ipse pater tuus qui possedit & fecit,& creauit te.Malach.2,Nũquid nõ pater vn⁹ omniũ nostrũ,nunqd nõ deus vnus creauit nos?Itẽ in deo per fidẽ,vel magis erat in bonũ Philemoni,qa affinis eius secundũ carnẽ,quia secũdũ eã erat seruus eius,quia hoc totũ quod erat ei carnaliter erat suũ.Vnde

duplici ratione q̃ mouetur ex charitate.s.ex amore secũdũ carnis originẽ,& ex amore spũali.Ex parte aũt Apo.primò allegat suã amicitiã,sub cuius obtẽtu vult eũ suscipi.secũdò fide iubet ꝓ eo de dãno.tertiò ostẽdit receptionis officium.Secundum ibi[Si autẽ]Tertiũ ibi[Itaq; frater.]Dicit ergo. Si ergo habes me so. sus.illũ.]1.Io.1,Si autẽ in luce ambulamus,sicut & ipse est in luce,societatẽ habemus adinuicẽ.Et dicit[Sicut & me]quia iunctus est mihi.Mat.10,Qui vos recipit,me recipit.Secundò aũt obligat se pro eo satisfacturum pro dãno.Dicit ergo[Si aliquid nocuit].s dimittens seruitium tuum[hoc mihi imputa] Quasi dicat,Ego satisfaciã.Gal.vlt.Alter alterius onera portate.Et plus,quia primò promittit se soluturũ . Secundò ostendit eũ esse debitorẽ ad hoc nõ necessitatis,sed volũtatis.Dicit ergo[Ego Paulus]Quasi dicat,vt certꝰ sis de restitutione[scripsi manu]Et hoc nõ est necessitas,quia tu debes mihi teipsum quẽ erui à morte æterna.Et talis debet se liberatori.To.9,Si meipsum tradã tibi seruũ,nõ ero cõdignus prouidẽtiæ tuæ. Et subiungit dicẽs[Itaq; frater ego te fruar.]Q.d.Si vis me habere sociũ,suscipe eum,& ego ita fruar te,frater.i.si feceris,implebis volũtatẽ meã gaudiis.Nã frui est vti fructu,& sicut est vti ad vtile,sic frui ad fructũ. Importat autẽ fructus dulcedinẽ.Canti.2,Et fructus eius dulcis gutturi meo.Itẽ finẽ,quia vltimum de arbore est fructus.Et ideò propriè est habere aliquid vt delectabile & finale.Et inde est q̃ dicit Aug.Fruimur cognitis in quibus voluntas delectatur propter dulcedinẽ.Itẽ frui est alicui inhærere propter se. Aliquando ergo accipiuntur frui & vti cõmuniter ꝓut important delectationẽ absq; cõtrario.Eccl.8,Fruere magnatis sine querela. Dicit ergo,Sic fruar quia in nullo mihi cõtrarius es.Et si in hoc mihi satisfacis,nihil erit in corde meo dẽ te quod cõtristet me,& sic delectabis me.Si aũt accipitur frui ꝓut finale quid est,sic nõ est fruẽdũ homine,sed solo deo.Cõtra quod est illud Sap.2,Fruamur bonis quæ sunt & vtamur creatura tanq̃ in iuuẽture celeriter,&c. Vnde iste addit[in dño.]i.fruar te in delectatiõe dei,gaudẽs de bono diuino in te,quia ei⁹ actus est dilectio,& fruitio effectus.s.charitat⁹.Ideo addidit[In hoc refice viscera mea]Reficitur enim homo spiritualiter quãdo satisfit desideriis animę suæ.Ac si dicat,Imple desideria intima cordis mei,& non in malis,sed[in Christo,]& ideo bona est impletio desiderii. ¶Deinde cũ dicit[Cõfidẽs.]Sumitur ratio ex parte Philemonis,& est cõmẽdatio obedientiæ eius.Et primò ostẽdit quomodo cõfidit de obedientia eius, se cũdò iniũgit ei aliud simile.Dicit ergo[Cõfidẽs,&c.]2.Co.7,Gaudeo ꝓ in omnib⁹ cõfido in vobis.1.Reg. 15,Melior est obedientia quã victimæ.Sed plus cautè scribit,qa homo magis exaudit aliquẽ, qñ sperat iterũ ipsum visurũ q̃ si desperat.Et ideo dicit[Simul & para mihi hospitiũ.]Solitus eñ erat cũ esset Colossis hospitari in domo sua.Chrysostomus,Iocũdũ verbũ,vt homo pauper diuiti mãdet vltra tot terrarũ spatia per epistolã præparationẽ hospitii.Quid eñ pro eo parãdũ erat,q̃ pane & vili pulmẽto cõtentus erat? Dicendũ ergo ꝓ nõ propter hospitii præparationẽ,sed ad insinuãdũ familiaritatẽ & dilectionẽ hoc dicit, & magis per hoc prouocat eũ ad obediendũ.Hęc ille.Nõ ergo hoc Apostolus dixit propter apparatũ exteriorẽ, sed ad deuotionẽ eius[Nã spero per orationes vestras,&c.]Contrà,nunquã fuit eis redditus,sed Romę est mortuus,ergo spes eius defecit.Respõdeo.Duplex est spes iusti.s.principalis ad ꝓpriũ bonũ.Et in hoc nunquã deficit pro se.Alia est secundaria.s.probatio aliorũ,& in hoc quãdoq; deficit,qa merita illorũ cõtrariantur,sicut iusti quãdoq; nõ exaudiuntur pro aliis.Sed nunqd fuit deceptus de sua fiducia?Dicendũ est ꝙ futura scire est solius dei,nõ aũt in cognitione humana nisi prophetica.Et nullus ꝓphetarũ sciuit omnia futura de seipso,nisi solus Christus,qui nõ habuit spiritũ sanctum ad mẽsurã.Sic Isaac magnus ꝓpheta fuit deceptus in Iacob.Vnde nõ est mirũ de Apostolo si nesciret. ¶Tunc terminat epistolã in salutationẽ,& primò ex parte aliorũ,secundò ex parte sua.Dicit ergo[Salutãt,&c.]De his omnibus habetur Col.4.Sed dubitatur de hoc quod dicit[Demas.]Quomodo potest hoc esse,quia dicitur.2.Tim.vlt.Demas dereliqt me diligẽs hoc seculũ.Quomodo ergo vtitur nomine eius?Dicẽdũ est ꝙ iã redierat ad eũ.Sed nec hoc videtur quia hæc epistola præcesserat secundã epistolã ad Timotheũ,quia hìc dicitur,Spero,&c.ibi prenũtiat mortẽ suã,dicẽs,Et tẽpus meæ resolutionis instat.Et ideo dicẽdum est ꝙ Paulus fuit Romæ ferè nouẽ annis, & hæc epistola fuit facta in principio.Secunda verò ad Tim.in fine vitæ suæ,& tunc Demas attediatus ex lõgis vinculis,dimisit eum.Et epistolæ Pauli nõ ordinantur secundum tempus,quia epistolæ ad Cor. fuerunt ante epistolam ad Roma.& hæc fuit ante vltimam ad Timo.Et præmittitur illa ꝓpter materiã, quia de digniori,Salutatio sua eadem est cum secunda ad Tim.Deo gratias.Amen.

Explicit deuotissima expositio sanctissimi doctoris Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum super epistolam glorioſi Gentium Apostoli sancti Pauli ad Philemonem.

Incipit profundissima, ac mirabilis explanatio eivsdem angelici doctoris sanctissimi Thomæ Aquinatis ordinis fratrum prædicatorum super epistolam eiusdem sanctissimi totius orbis apostoli Pauli ad Hebræos.

PROLOGVS.

AOn est similis tui in diis domine,& non est secundum ꝓpera tua.Psal.In verbis istis exprimitur Christi excellentia q̃tum ad duo.Et primò q̃tum ad cõparationẽ ad alios deos,cùm dicit [Nõ est similis tui in diis domine.]secundò per cõparationẽ ad effectus cũ dicit[Et nõ est secundũ ꝓpera tua.]Circa primũ sciendũ est ꝙ licet sit tantũ vnus deus naturaliter:tamen participatiuè & in cælo:& in terra sunt dii multi,1 Co.8,Sũt quidẽ dii multi & dñi multi.Dicuntur angeli dii.Nã Iob 1.& 2.Dicũtur filii dei.Itẽ Exo.6,Cõstitui te deũ Pharaonis,dicitur ad Moysen.Itẽ

de sacerdotibus.Exo.22,Diis non detrahes.Itē ibi,Si latet fur,dūs domus applicabitur ad deos. Angeli autem dicuntur dii propter abundantissimā refulgentiā diuinæ claritatis.Iob 25,Super quē non fulget lumē illius.Christus ergo multomagis est deus,q̄ est splēdor gloriæ,vt dicitur infrà.1.Eph.1,Cōstituēs eū ad dexteram suā in cælestibus supra oēm principatū,&c.Propheтę verò dicūtur dii,quia ad ipsos sermo dei factus est.Io.10,Ergo multò excellentius est deus Christus qui est verbū dei.Io.1,sacerdotes verò dicūtur dii,quia dei ministri. Esa.61, Vos sacerdotes domini vocabimini.Sed Christus multò fortius qui non est minister sed dominus vniuersorū.Hester 14,Itē Apoc.19,Dominus dominantiū.Et infrà tertio, Tanquā dominus in omni domo sua.Christus ergo deus magnus super oēs deos,quia splendor,quia verbū,quia dominus est. Secundò manifestatur hæc excellētia per effectus. ¶ Est aūt triplex opus excellēs Christi.Vnū quod se extēdit ad totā creaturā.Io.1,Omnia per ipsum facta sunt.Aliud quidē tantū ad creaturā rationalem,quę per Christū illuminatur.Ioā.1.Erat lux vera,&c.Tertiū q̄ tantū ad sanctos,qui per ipsum per gratiā viuificātē viuificantur & iustificantur.His enim tribus modis non possunt operari dii prædicti.Angeli enim nō sunt creatores.Psal.Qui facis angelos tuos spiritus,&c.Prophetæ etiā sunt illuminati nō illuminātes.Io.1, Non erat ille lux,&c.Sacerdotes etiā nō iustificabant,infrà 10,Impossibile est enim sanguine hyrcorū & taurorū auferri peccata.Si ergo manifestē in verbis istis demōstratur Christi excellētia,& hæc est materia huius epistolæ ad Hebræos,quæ ab aliis distinguitur,quia in quibusdā epistolis agitur de gratia noui testamenti quātū ad totū corpus mysticū ecclesiæ,& hoc in omnibus epistolis quas mittit ecclesiis.In quibusdā verò quantū ad mēbra principalia,sicut in his quas mittit singularibus personis.In ista verò cōmēdat ipsam gratiā q̄tū ad caput.s.Christū.In corpore enim ecclesię ista tria reperiūtur sicut & in corpore naturali.s.ipsum corpus mysticū,mēbra principalia.s.prælati & maiores,& caput à quo vita fluit in totū corpus.s.Christus. ¶ Sed sciēdū est q̄ ante synodū Nicenā,qdā dubitauerūt an ista epistola esset Pauli.Et q̄ nō, ꝓbāt duob⁹ argumētis.Vnū est,quia nō tenet hūc modū quē in aliis epistolis.Nō enim prēmittit hīc salutationē,nec nomē suū.Aliud est,quia nō sapit stylū aliarū,imo habet elegātiorē,nec est aliqua scriptura quæ sic ordinatè procedat in ordine verborū,& in sententiis,sicut ista.Vnde dicebāt ipsam esse vel Lucæ euāgelistę,vel Barnabæ,vel Clemētis Papæ.Ipse enim scripsit Athenięnsibus quasi per omnia secundū stylū istū. Sed antiq doctores præcipuè Dionysius,& aliqui alii accipiūt verba huius epistolæ pro testimoniis Pauli. Et Hieronymus illā inter epistolas Pauli recipit.Ad primū ergo dicēdū est q̄ triplex ratio fuit quare nō posuit nomē suū.Vna est quia nō erat Apostolus Iudæorū,sed Gentiū.Gal.2,Qui operatus est Petro in apostolatū,&c. Et ideo nō fecit mētionē de apostolatu suo in principio huius epistolæ.Secūda quia nomē suū Iudæis erat odiosum,vt patet Actu.22,Et ipsum tacuit,ne saluberrima doctrina huius epistolæ abiiceretur.Tertia,quia Iudæus erat,Hebræi sunt & ego.2.Cor.11.Et domestici nō bene sustinēt excellētiā suorū,Nō est propheta sine honore nisi in patria sua,& in domo sua.Mat.13.Ad argumētū secundū,dicendū est q̄ ideo est elegantior in stylo,quia & si sciebat omnē linguā.1.Corin.14,Omniū vestrū lingua loquor,tamen melius sciebat Hebraā tanquā sibi magis cōnaturalē,in qua scripsit epistolā istā.Et ideo magis ornatè potuit loqui,in idiomate suo,q̄ in aliquo alio.Vnde dicit,Et si imperitus,sermone,sed nō sciētia.2.Cor.11,Lucas autē qui fuit optimus prolocutor,istum ornatum transtulit de Hebræo in Græcum.

Caput 1.

Cur Paul⁹ scripserit hanc epistolam.

Multipariè multísque modis olim deus loquēs patribus in prophetis:nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio,quē constituit hæredem uniuersorum,per quem fecit & secula.

¶ Scripsit aūt epistolā istā cōtra errores quorūdā,q̄ ex Iudaismo ad fidē Christi cōuersi,volebāt seruare legalia cū euāgelio,quasi nō sufficeret gratia Christi ad salutē.Vñ & diuiditur ī duas partes.Primò em̄ multipliciter cōmēdat excellētiā Christi,vt per hoc præferat nouū testamētū veteri: secūdò agit de his per quæ mēbra iungūtur capiti.s.de fide.infrà 11.cap.ibi[Est aūt fides.]Intēdit aūt ostēdere excellētiā noui ad vetus testamentū,per excellētiā Christi,quātū ad tres personas solēnes in ipso veteri testamēto cōtentos.s.angelos per quos lex tradita est.Gal.3,Ordinata per angelos,&c.Quātū ad Moysen, à quo vel per quē data est. Io.1,Lex per Moysē data est.Et Deu.vlt.Nō surrexit vltrà ꝓpheta,&c.Quātū ad sacerdotiū per quod ministrabatur.infrà 9,In priori tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorū officia cōsumētes,&c.Vnde primò præfert Christū angelis,secūdò Moysi.3.cap.ibi[Vnde fratres.]Sed tertio sacerdotio veteris testamēti.5.cap.ibi[Omnis pōtifex]Circa primū duo facit,quia primò præfert Christū angelis in isto cap.Secūdò cōcludit qualis reuerētia exhibēda sit nouæ legi.2.cap.ibi[Propter hoc abūdātius.]Adhuc circa primū duo facit,q̄a primò excellētiā Christi ostēdit,secūdò probat q̄ hoc verū sit de Christo,& sic angelos deficere ab illa excellētia,ibi[Tātò melior.]Hoc aūt est in hac epistola singulare, q̄ singula verba habēt ordinē suū.Excellētiā verò Christi denotat quātū ad quatuor.Primò quātū ad proprietatē originis,secūdò quātū ad magnitudinē dominatiōis,ibi[Quē cōstituit.]tertiò quātū ad virtutē operationis,ibi[Per quē fecit.]quartò quātū ad sublimitatē dignitatis,ibi[Qui cū sit splēdor gloriæ.]Quia verò intēdit cōmēdare Christū vt hoc redūdet in nouū testamētū,per hoc præfert nouū testamētū veteri. Circa aūt vetus testamētū quinq; ponit:primò modū tradēdi,quia multipariè multísq; modis,&c.secūdò tēpus cū dicit[Olim]tertiò actorē,siue datorē,quia deus.quartò q̄bus sit traditū,quia patribus nostris:quintò quibus ministris,quia in ꝓphetis.Dicit ergo[multipariè]& hoc quātū ad diuisionē,quæ attēditur quantū ad tria.Primò quātū ad diuersas personas,quia nō vni personæ,sed pluribus.s.Abrahæ,Noe, & sic de aliis.Secūdò quātū ad diuersa tēpora,& hoc totū ad eius certitudinē.Vnde Mat.20,Exiit primò mane,& circa horā tertiā,&c.Itē quātū ad ea quæ ibi ostēsa sunt,q̄a diuina.Exo.3,Ego sum qui sum,&c.Itē euentus futuri. Sap.8,Signa & mōstra scit antequā fiāt,&c.Itē promissiones futurorū bonorū,saltē in figura.Eccl.3,Plurima super sensum hominū mōstrata sunt tibi.Itē multipariè quātū ad diuersas figuras,quia modò in figura leonis,modò in figura lapidis,sicut Dan.2,Absciſus est lapis de mōte sine manibus.Iob 11,Et q̄ multiplex sit lex oris ei⁹.Seq̄tur[Multísq; modis]qđ refertur ad tria diuersa genera visionū.s.ad visionē corporalē,sicut Dan.5,Apparuerūt digiti quasi man⁹ scribētis in pariete,&c.Aliq̄n aliq̄b⁹ per visionē imaginariā.Esa.

6,Vidi dominū sedentē,&c.Aliquibus verò apparebat per visionē intellectualē, sicut Dauid. Vnde de istis dicitur Osee 12, Ego visiones multiplicaui eis. Refertur etiā ad diuersos modos loquendi, quia aliquando planè loquebatur,aliquando verò obscurè,nec est aliquis modus loquendi quo scriptura veteris testamenti non loquatur.Prouer.22,Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia,&c.Tertiò quia arguēdo malos,alliciēdo iustos,instruendo ignorātes.2.Timo.3,Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendū,ad arguendū,&c.Secundò tangit tēpus quia[olim]. i. non subito,quia tam magna erāt quæ de Christo dicebātur q̄ non poterāt credi,nisi cum incremento temporū prius didicissent.Esa. 48, Priora ex tunc annuntiaui & ex ore meo exierūt,& audita feci ea,&c.Tertiò tangit authorē,quia[deus]qui loquitur. Psal.Audiā quid loquatur in me dominus.Hic est autē qui nō mentitur.Num.23, Nō est deus quasi homo vt mentiatur.Ex his autem tribus cōmendat vetus testamentū.s.ab authoritate,quia est à deo.A subtilitate & à sublimitate,quia multipariè multísq; modis.A firmitate,quia olim.Quartò ostendit quibus traditum sit,quia[patribus.]Et ideo est nobis familiare,& acceptū. Act.13,Annuntiamus vobis eā que ad patres nostros,&c.Sed 5.ostendit quibus ministris,quia non ioculatoribus,sed[in prophetis].i.per prophetas.Ro.1. Quod ante promiserat per prophetas.Act.10,Huic omnes prophetæ testimoniū perhibēt. ¶ Consequenter cùm dicit [Nouissimè.] Describit doctrinā noui testamenti, & ponit quinq;, quorum quatuor sunt diuersa à quatuor præmissis.vnum autem est idem vtrobiq;. Quod enim dixerat, Multipariè multisq; modis,&c.ostendit quia omnis multitudo ordinata, ad vnum debet referri.Ideo dicit q̄ licet sit modus multiplex,tamen totum ordinatum est ad istud nouissimum.Prouer.23,In timore domini esto tota die,& habebis spem in nouissimo.Esa.10,Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreuiationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terræ.Item illud olim in tempore expectationis & tenebrarum,sed istud[in diebus istis]id est tempore gratiæ.Rom.13,Nox præcessit,dies autem appropinquauit,&c. Sed tamen vtrobiq; dicit[Locutus est vel loquēs]& denotat eundē esse actorē veteris & noui testamenti cōtra Manicheum.Ephe.2,Per ipsum habemus accessum,ambo in vno spiritu,&c. Ro. 3,An Iudæorum deus tantùm?Nonne & Gētium? Item illud fuit traditū patribus nostris,sed istud[nobis] i.apostolis qui Christum in propria persona vidimus.Deut.5,Non cum patribus nostris iniuit pactum,sed nobiscum qui in prętentiarum sumus & viuimus.Item illud per prophetas,sed istud[in filio.] i.per filiū qui est dominus prophetarum.Io.1,Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ista occasione Apostolus introducit eum esse filium. ¶ Consequenter ostendit magnitudinem dominationis Christi cùm dicit [Quem constituit hæredem,]quia vt dicitur Gala.4, Si filius, & hæres per deum. In Christo autem sunt duæ naturæ.s.diuina & humana.Secundum ergo quòd est filius naturalis non est constitutus hæres,sed est naturalis:sed inquantum homo factus est filius dei.Rom.1, Qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem.Et secundum hoc,est constitutus hæres vniuersorum,sicut verus filius patris. Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas, &c.Et hoc quantum ad totam creaturam in qua accepit dominationem. Item nō tantùm quo ad vnum genus hominum,sed [vniuersorum] .s. tam Iudæorum quàm Gentium. Psal.Postula à me & dabo tibi,&c. ¶ Consequenter cùm dicit [Per quem fecit & secula.]Ostendit virtute operationis Christi, quare sit constitutus hæres vniuersorum, non quòd ipse sit factus in tempore, & hoc meruerit merito bonæ vitę,sicut dicit Fotinus,sed q̄ æque omnia facta sunt per ipsum sicut & per patrem.Per ipsum enim fecit pater secula. ¶ Sed sciēdum est q̄ ista præpositio,per,denotat causam actus.Sed hoc est dupliciter.Vno modo quia est causa factionis ex parte facientis, vt cùm. s.causale cui adiungitur, est causa actionis secundū quod exit ab agente. Semper enim factio est medium inter faciens & factum. Potest ergo denotare circa agens causam finalem vt artifex operatur per lucrum. Aliquando causam formalem, vt ignis calefacit per calorem.Aliquando verò causam efficientem,vt baliuus operatur per regem.Nullo istorum modorum est filius causa patris q̄ per illum operetur,sicut nec quod ab ipso sit. Aliquando verò causale est causa actionis secundum q̄ terminatur ad factum vt artifex operatur per martellum.Martellus enim non est causa artificis quod agat,sed est causa artificato quòd ab artifice procedat, vt ferro quòd recipiat operationem ab artifice,& sic filius est causa facti,& pater operatur per filium.Sed nunquid filius est minor patre? Nō,quia eadem virtus numero,& eodem modo est in patre,& in filio. Vnde dicit [Per quem fecit & secula,] id est, operantem genuit & secula.Seculum dicitur spacium rei temporalis. Secula ergo sunt successiones temporum:non ergo fecit tantùm tempora sempiterna secundum quòd Philosophi aliqui dixerunt deum tantùm fecisse sempiternum,& angelos creasse temporalia,sed etiam fecit temporalia quæ vocat hīc secula.infrà vndecimo,Fide intelligimus aptata esse secula.Ioan. 1, Omnia per ipsum facta sunt.In hoc ergo remouet errorem Manichei dupliciter.Primò in hoc q̄ dicit eum actorem veteris testamenti, secundò quòd dicit ipsum fecisse temporalia.

Lectio 2.

Ostenditur Christi excellētia q̄tū ad sublimitatē gloriæ & sublimitatis eius, &c.

Qui cùm sit splendor gloriæ,& figura substantiæ eius,portánsque omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens,sedet ad dextram maiestatis in excelsis.

¶ Superius ostendit Apostolus Christi excellentiam quantum ad originis proprietatem, quantum ad dominii maiestatem,& quantum ad operationis virtutem:hīc autem ostendit eius excellentiam quantum ad gloriæ & dignitatis sublimitatem. Et pars ista diuiditur in duo.Primò enim ostendit Christū esse idoneū ad dignitatem istam.secūdò ponit ipsam dignitatem ibi [Sedet ad dexteram.]Idoneitatem verò ostēdit ex duobus quæ reddunt aliquem idoneum ad aliquid magnū,vnum est facilitas administrandi, aliud est industria & strenuitas exequendi.Primò ergo ostendit eius facilitatem,secūdo eius strenuitatem, ibi [Purgationem peccatorū faciens.] ¶ Circa primū sciendū est q̄ tria requiruntur, quæ faciūt facilitatem ad dignitatem aliquam ministrandam.Primū quidem sapientia,ne erret gubernando.Eccl.10, Est & malū quod vidi sub sole,quasi per errorem à facie principis positum stultum in dignitate sublimi.Prouerb.8, Per me reges regnant.Secundum est generis prosapia,ne contemnatur præcipiendo.Prouer.vlt. Nobilis in portis vir eius cùm sederit cum senatoribus terræ. Tertium virtutis potentia in exequendo. Eccle. 7, Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Et quantum ad ista tria Apostolus ostendit in Christo

facilitatem ad dignitatem prædictam. Primò, quia non solùm est sapiens, sed etiam ipsa sapientia. Vnde dicit [Cùm sit splendor gloriæ.] Secundò quia non solùm est nobilis, sed est ipsa nobilitas, quia est [figura substãtię eius.] Tertiò, quia non solùm est potens, sed est ipsa potentia [Portans omnia verbo, &c.] Tria autẽ sunt vt suprà dictum est, quæ faciunt hominem idoneum, vt magnam dignitatem assequatur. Primum est sapientiæ claritas. Prouer. 3, Gloriam sapientes possidebunt. Et ideo ostendit Christi sapientiam, dicens [Qui cùm sit splendor gloriæ,] Vbi est considerandum ꝙ secundum Ambrosium gloria est clara cum laude notitia, quasi quædam manifesta notitia, quæ de bonitate alicuius habetur. Sed sicut dicitur Mat. 10, Nemo bonus, nisi solus deus. Et etiam Luc. 18, Vnde ipse est bonitas antonomasicè & per essentiam. Alia verò bona sunt per participationem, ita soli deo conuenit gloria antonomasicè. Esa. 42, Gloriam meam alteri non dabo. 1. Timot. 1, Regi autem seculorum immortali, inuisibili soli deo honor & gloria. Cognitio ergo diuinæ bonitatis excellenter & antonomasicè dicitur gloria. i. clara cum laude notitia bonitatis diuinæ. Ista aliqualiter habetur ab homine: quia nunc, cognosco ex parte. 1. Corinthiorum 13, Sed habetur excellentius ab angelis, sed à deo perfectè. Deum enim nemo vidit vnquam. Io. 1. verum est nec angeli comprehensiuè, sed ipse solus seipsum comprehendit. Ergo sola cognitio dei de seipso perfectè dicitur gloria, quia perfectam notitiã habet, & clarissimam de seipso. Quoniam autem splendor est illud quod à fulgente primò emittitur. Sapiẽtia verò est quidam fulgens. Eccles. 8, Sapientia hominis lucet in vultu eius. Inde est ꝙ prima conceptio sapientię est quasi quidam splendor. Verbum ergo patris, quod est quidam conceptus intellectus eius, est splẽdor sapientiæ, qua se cognoscit. Et ideo Apostolus filium vocat splendorem gloriæ, ideſt diuinæ clarę notitiæ. In quo ostendit ipsum nõ solùm sapientem, sed sapientiam genitam. Esa. 62, Donec egrediatur vt splendor iustus eius, &c. ¶ Secundum quod facit hominem idoneum ad magnam dignitatem, est generis nobilitas. Et hoc ostendit esse in Christo, quia dicit ꝙ est [figura substantiæ eius [Decet enim cum sapientia esse nobilitatem in principe. Deuter. 1, Tulíque de tribubus vestris sapientes & nobiles, & constitui eos principes, &c. Figura hîc ponitur pro caractere, vel imagine. q. d. imago substantiæ. Sciendum tamen ꝙ licet imago dicat similitudinem, non tamen quęlibet similitudo est imago. Albedo enim in pariete nõ est imago albedinis meæ, sed imago est similitudo in specie. Inter accidentia verò nihil ita est expressum signum, sicut speciei est figura. Vnde qui describit figuram animalis describit imaginẽ eius. Filius ergo qui est imago inuisibilis dei, Collocenses primo, propriè dicitur figura. Sed cuius? Substantiæ eius. Imago enim alicuius est multiplex. Aliquando enim est signum representans speciem in nullo cum ipsa conueniens, sicut imago hominis in pariete, quę in nullo habet veram speciem hominis. Aliquando verò assimilatur ei in specie, nõ tantùm in representando, sed etiam in essendo, sicut filius est imago vera patris. Genesis quinto, Adam genuit filium ad imaginem suam. Vnde dicit Augustinus, quòd filius est imago patris, quia assimilatur patri in natura speciei, sicut filius regis, est imago regis. Dicit ergo quòd est figura substantiæ. Sed quare non dicit quòd est figura naturę. Quia possibile est, quòd natura speciei multiplicetur ad multitudinem indiuiduorum in compositis ex materia & forma. Vnde filius sortis nõ habet eandem naturã numero cum patre suo. Substantia verò nunquam multiplicatur. Non enim alia est substantia patris, alia filii. Nec enim diuiditur secundum diuersa indiuidua. Quia ergo vna & eadem est numero natura in patre, & filio dei: ideo non dicit naturæ quæ diuiditur, sed substantiæ indiuisibilis. Ioã. 10, Ego & pater vnũ sumus, & 14, Ego in patre, & pater in me est. ¶ Tertium quòd facit hominẽ idoneum, est virtus & potestas. Vnde Eccle. 7, Noli quærere esse iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Et ideo ostendit virtutem cùm dicit [Portánsque omnia verbo virtutis suæ. Proprium autem principum & potentũ est portare. Iob 9, Sub quo curuãtur qui portant orbem. Ipse ergo portat, sed videndum est quid portat, & quo, vel per quid. ¶ Quantum ad primũ sciendum est ꝙ id quod de se nec stare, nec ambulare potest, indiget portari. Omnis autem creatura, de se nec subsistere, nec operari potest. primũ patet, quia remota causa remouetur effectus. Deus autem est causa omnis substantiæ, quia non minus est causa subsistentiæ rei quantum ad fieri, quàm domificator est causa fieri domus, inde sicut ad absentiã domificatoris cessat fieri domus: & ad absentiã solis cessat & fieri & esse luminis, in aere: Ita ad subtractionẽ virtutis diuinæ cessat & esse, & fieri, & subsistere omnis creaturę. Portat ergo omnia quantũ ad suũ esse. Portat etiam omnia quantũ ad operari: quia subtracta influentia eius, cessat omnis motio causarum secundarum, cùm ipse sit causa prima: & causa prima plus influit quàm secũda. Iob 38, Super quo bases illius solidatæ sunt. Sic ergo patet quòd omnia portat. Sed per quid portat? Verbo virtutis suæ. Quia enim Apostolus loquens de creatione rerum dixit, quòd deus omnia fecit per filium: quia. s. dixerat per quem fecit & secula. Ille autem per quem aliquis operatur, non videtur virtute sua operari, sed virtute eius qui per eum operatur. sicut baliuus per quem rex operatur, non operatur virtute propria. Ergo per hoc videtur quòd filius nõ operetur virtute propria. Ideo dicit Apostolus ꝙ portat verbo virtutis suæ, quia cum idẽ sit causa essendi, & conseruandi, cùm dicit quòd filius virtute sua est causa cõseruationis, ostendit ꝙ etiã est causa essendi. Sed nunquid non virtute patris? vtiq;, & eius virtute, quia eadẽ est virtus vtriusque. Operatur ergo & virtute propria, & virtute patris, quia virtutem suam habet à patre: nec tamen dicit Apostolus virtute sua, sed verbo virtutis suæ: ad ostendendum ꝙ sicut pater omnia per verbum produxit. Psalm. Ipse dixit & facta sunt, &c. In quo ostẽditur maxima virtus patris, ita filius eodẽ verbo, quod est ipse, omnia fecit. Et in hoc ostendit Apostolus potentiam virtutis suæ, quia eandem habet cum patre, quia eadẽ operatur, & per idem quo ille. Sed tunc est dubium: quia pater cùm dicit, producit verbum. Ergo filius cùm dicit, produceret verbum, & sic verbum patris esset verbum filii. Et ad hoc dicunt Græci, ꝙ sicut filius est imago patris, ita spiritusſanctus est imago filii. Et sic exponit Basilius, Portans verbo virtutis suæ, id est, spirituſſancto, Nam sicut filius est verbum patris, ita vt dicunt, spirituſſanctus est verbũ filii. Et ideo per ipsum facit filius, sicut per filium pater. Veruntamen propriè loquendo, verbum non dicitur nisi quod procedit, vt conceptus ab intellectu, ad quod sequitur procedere in similitudinem speciei. Spiritus autem sanctus & si sit similis, non tamen habet hoc ex modo suæ processionis: quia non procedit vt conceptus ab intellectu, sed vt amor à voluntate. Aliter autem exponit Gloss. Verbo virtutis suæ. i. imperio suo. ¶ Sed hîc

adhuc est dubium: quia imperium, vel est exterius per vocẽ prolatũ, & hoc non potest dici, quia nihil est ex trinsecũ à natura diuina procedens a filio, per quod omnia portentur, vel illud imperium est interius in corde conceptum, sed nec etiã hoc potest stare, quia nihil in mente dei ꝯcipitur, nisi verbum æternum. Ergo istud imperiũ sic conceptum in mẽte filii esset verbũ æternum, & sic essent duo verba æterna, quod nephas est dicere. Ideo ad argumentũ est dicendum sicut exponit Aug. illud Ioã. 12, Sermo quẽ locutus sum, ille iudicabit eũ. i. ipse ego qui sum verbũ patris iudicabo eum. Et similiter in proposito verbũ virtutis suæ. i. seipso qui est verbũ virtuosum. ¶ Per ista ergo tria, ostendit tria de Christo. Per hoc enim ꝙ est splendor, ostẽdit eius coæternitatẽ cum patre. In creaturis enim splendor est coęuus, sed ille est coęternus. Et hoc est contra Arrium. Sed cùm dicit imago substãtiæ, ostendit eius cõsubstantialitatẽ. Quia enim splendor nõ est eiusdem naturæ cum resplendẽte ne fortè aliquis credat ꝙ non sit similis in natura, dicit quòd est imago, vel figura substãtiæ. Sed quia filius & si sit eiusdẽ naturę cum patre, si tamen sit infirmus, deficit à virtute patris. Ideo subdit, Portãs omnia verbo virtutis suæ. Apostolus ergo in his tribus cõmendat Christum à tribus. s. à coæternitate, à consubstantialitate, & ab æqualitate potestatis. ¶ Deinde cùm dicit [Purgationẽ peccatorum faciens] ostendit secundũ quod facit ad idoneitatẽ dignitatis eius. s. strennuitas, & industria quã habuit in operando. Fuit eñ hoc magnę industriæ, vt qđ ei cõpetebat ex natura qua deus est, ipse meruerit per passionem in natura assumpta. Vnde Phili. 2, Factus est obediens vsq; ad mortẽ, propter quod & deus exaltauit illũ. Purgare ergo peccata & si cõueniat ei ex natura diuina, tamẽ cõuenit ei etiã ex merito passiõnis. Vnde Eccle. 47, Christus purgauit peccata eius, &c. Mat. 1, Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. ¶ Consequenter cùm dicit [Sedet ad dexterã.] Subiungit ipsam dignitatẽ. Quasi dicat, Non videtur indecens si sedet, &c. quia ipse est splendor, & figura & portat omnia, &c. In verbo autẽ sessionis tria solent importari. Vnum est sedẽtis authoritas. Iob 29, Cunq; sederẽ quasi rex circunstante exercitu, &c. In diuina autẽ curia multi assistunt, quia Daniel. 7, Milia milium ministrabant ei & decies centena milia assistebant ei. Sed nullus legitur ibi sedere. Quia omnes sunt ibi serui & ministri. infrà eodẽ, Omnes sunt administratorii spiritus in ministeriũ missi. Sed salus iste habet regiam dignitatẽ. Daniel. 7, Et vsq; ad antiquũ dierum venit. Et postea sequitur, Et dedit ei potestatẽ, & honorem, & regnũ, &c. Matt. 25, Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ. Et post sequitur, Tunc dicet rex his, &c. Secundũ est sedentis stabilitas. Luc. vlti. Sedete in ciuitate, &c. Dañ. 7, Potestas eius, potestas æterna, & infrà 13, Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Item aliquãdo sedere importat humilitatẽ, quia sedens inferior est stantibus. Psal. Tu cognouisti sessionẽ meam. Et sic non accipitur hîc sed primis duobus modis. sed cõtrà Act. 7, Ecce video cælos apertos, & Iesum stantẽ, &c. Et dicẽdum est ꝙ sedere & stare, & huiusmodi dispositiones de deo dicuntur, secundũ similitudinem. Et ideo secundũ diuersa, dicitur & sedens, & stans. Sedens quidẽ propter immobilitatẽ sed stans propter vtilitatẽ ad fortiter resistẽdum. Vnde stabat quasi paratus iuuare Stephanũ in agone constitutum. Sed addit Apostolus ꝙ sedet ad dexteram: ꝙ si referatur ad diuinã naturam est sensus ad dexteram. i. ad ęqualitatẽ patris. Si verò ad humanam, est sensus ad dexterã. i. in potioribus bonis patris. Marc. vlti. Sedet à dextris dei. Psal. & Mat. 22, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Sed inter eos qui habent assessores, quidã sunt simpliciter maiores, vt rex vel imperator, quidã verò non simpliciter maiores, sed secũdum quid, vt præpositi vel baliui. Sed Christus non sedet ad dexterã alicuius inferiorum iudicũ, sicut alicuius præpositi vt baliui, sed simpliciter maioris, quia ad dexterã maiestatis. Maiestas propriè est summa potestas. Esa. 6, Plena erat omnis terra maiestate eius. Prou. 25, Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Christus aũt & si sic sedeat ad dexteram maiestatis, habet tamen & ipse maiestatẽ, quia habet eandẽ cum patre. Mat. 25, Cùm venerit filius hominis in maiestate sua. Lu. 9, Hũc filius hominis erubescet cùm venerit in maiestate sua & patris. Dicit etiã non solùm maiestatis, sed etiã [in excelsis.] i. super omnẽ creaturam. Eccle. 24, Ego in altissimis habito. Sic ergo sedet in excelsis, quia eleuatus est super omnẽ creaturam. Psal. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Et secundũ quod dicit Chrysostomus, Apostolus in loco isto tenet modũ volẽtis instruere parũulum qui non statim proponit ei summa, sed paulatim perducit eum: modò loquendo ardua, modò proponendo infima, ita etiã modò proponit diuina, cùm dicit in filio, modò humana, cùm dicit, Quem constituit hæredem, &c. & sic de aliis, vt patet in glosa.

Lectio 3.

Ostenditur Christus excellẽtior angelis in filiatione, & probatur, & idẽ ostenditur quo ad dominium.

Tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium? Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes angeli dei, Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos, flammam ignis.

¶ Sicut suprà dictum est, Apostolus in toto capitulo intendit præferre Christũ angelis quantum ad excellẽtiam, vnde posuit quatuor pertinentia ad excellentiã Christi. s. quantũ ad originem: quia [filius] quantum ad dominationẽ, quia [hęres] quantum ad operationẽ, quia [ipse fecit secula.] Quantũ ad honorem, qura [sedet ad dexteram maiestatis.] Modò Apostolus in parte ista ostẽdit, ꝙ Christus quantũ ad ista quatuor excedit angelos: & primò quantũ ad filiationem, secundò quãtum ad dominationem, ibi [Et cùm iterũ introducit.] tertiò quantũ ad operationẽ creationis, ibi [Et tu in principio domine terrã fundasti.] quartò quantũ ad patris confessionẽ, ibi [Ad quem autẽ angelorum.] Circa primũ duo facit: quia primò pręmittit intentũ: secundò propositũ probat, ibi [Cui enim dixit.] Dicit ergo [Tantò melior angelis.] i. sanctior, & ideo propinquior, in quo proponit excellentiã Christi ad angelos. Ephe. 1, Constituens eum ad dexterã suam in cælestibus super omnem principatum & potestatem. Sed tunc oritur quæstio quomodo Apostolus hoc intelligit vtrum secundum diuinam naturam vel humanam, quia secundum diuinam non videtur verum, quia secundum illam genitus est, non factus: secundùm verò humanam non est melior angelis, vt infrà. 2. cap. Eũ autem qui modico quàm angeli, &c. Sed dicendum est ꝙ Christus secundum humanam naturam duo habuit in vita ista. s. infirmitatem carnis & sic fuit minor: infrà 2. cap. Eum qui modico, &c. Item habuit gratię plenitudinẽ, & sic etiam in humanitate maior fuit angelis in gratia & gloria. Io. 1, Vidimus eum quasi vnã-

geniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Sed hîc non est intellectus. Apostolus enim non intelligit quòd melior fuerit quantum ad gratiam: sed propter vnionem humanæ naturæ ad diuinam: & sic dicitur actus inquantum per illius vnionis factionem peruenit ad hoc. Et ideo subdit [Quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.] Et quantum ad hoc nomen, ostendit differentiam quantũ ad tria, scilicet, quantum ad nominis significationem, quia proprium nomen angelorum est quòd dicuntur angeli, quod est nomen ministri. Augelus enim idem est quòd nuntius. Nomen autem Christi est, quòd dicitur filius dei: & hoc nomen est valde differentius ab illo, quia quantancunque differentiam ponis, adhuc est maiorem dare, cùm distent in infinitum. Prouerbiorum 30, Quod nomen eius? & quod nomen filii eius si nosti? Est enim nomen filii eius sicut & patris incõprehensibile. Phili. 2, Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Sed fortè dices q̃ etiam angeli dicuntur filii dei. Iob 1, & 2. Dicendũ est q̃ si dicũtur filii dei, hoc nõ est essentialiter & per naturã, sed per quandam participationẽ. Ipse autem est essentialiter filius dei, & ideo habet nomen differentius præ illis, & hoc est secundũ: quia differunt quantum ad modum. Psal. Quis est similis deo in filiis dei? Quasi dicat, Nullus per naturã. Quantum ad tertiũ dicit q̃ illud nomen hęreditauit. Hæreditas enim consequitur originẽ. Vnde Christus quòd filius sit, habet ex origine: & per naturã, angeli autem ex dono gratiæ. Mat. 21, Hic est hæres. Vnde ipse nomen hæreditauit, non autẽ angeli, & hæc est tertia differẽtia. ¶ Deinde cùm dicit [Cui enim angelorũ] probat quod dixit, & primò agit de nomine secundũ quòd cõuenit Christo secundũ diuinitatẽ. secundò secũdum humanitatẽ, ibi [Et rursum, Ego ero, &c.] Quantũ ad primum inducit authoritatẽ. Psal. Dominus dixit ad me, &c. Et hoc est, Cui enim angelorũ, &c. q.d. Nulli angelorum dicta sunt hæc verba, sed tantũ Christo. Vbi tria possunt notari. Primò modus originis in verbo [dixi.] secũdò singularitas filiationis, ibi [Filius meus es tu.] tertiò eius authoritas, ibi [Ego hodie.] Modus iste non est carnalis, sed spiritualis & intellectualis. Deus enim spiritus est. Io. 4, Et ideo non generat carnaliter, sed spiritualiter & intellectualiter. Intellectus autẽ dicendo, generat verbum quod est conceptus eius, & ideo signanter dixit q̃ dominus dixit ad me. i. pater dixit filio. Dicere ergo intellectus patris nihil aliud est q̃ in corde verbũ concipere. Psal. Eructauit cor meum verbũ bonum. Iob 33, Semel loquitur, & secũdò idipsum non repetit. Eccle. 24, Ego ex ore altissimi prodii. Sed quantum ad secundum, generatio ista est singularis, quia dicit [Filius meus es tu.] q.d. Et si multi alii filii dicuntur, tamen esse filium naturalẽ est sibi proprium: alii autẽ dicuntur filii dei, quia sunt participes verbi dei. Io. 10, Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, sed Christus est ipsum verbũ. Mat. 17, Hic est filius meus dilectus. Sed quantũ ad tertium ista generatio nõ est tẽporalis, sed æterna, quia hodie genui te. Differt autem tẽpus ab æternitate, quia tempus variatur sicut motus, cuius mẽsura est in variatione & successione. Et ideo nominatur per successionẽ præteriti & futuri. Eternitas autẽ est mensura rei immobilis, & ideo nõ est ibi variatio per successionẽ, sed semper est præsens: & ideo notatur per aduerbiũ præsentis tẽporis. s. hodie. Verum quia illud quod fit, quia nondũ est, incõpletum per consequens est: quod autẽ factum est, cõpletum est, & ita perfectũ. Ideo non dicit genero te, sed genui, quia perfectus est. Sed tamen ne putetur esse generatio eius tota in præteritione & per cõsequens in defectione, addit hodie: vt sit sensus, perfectus es fili, & tamen generatio tua æterna est, & semper à me generaris: sicut lumen in aere perfectũ est, & tamen semper procedit à sole. Mich. 5, Egressus eius à principio à diebus æternitatis. Psal. Ex vtero ante luciferũ genui te. ¶ Consequenter cùm dicit [Et rursum ego ero illi in patrẽ, &c.] propositum ostendit secundũ quod conuenit Christo secundum humanitatẽ, & hoc per aliam authoritatẽ, secundum Glo. istud dicitur in Esa. Ego ero illi in patrẽ. Sed tamen non inuenitur aliquid huic simile in Esaia, nisi illud, Et filius datus est nobis. Sed 2. Reg. 7. & 1. Para. 28, Habentur ista eadẽ verba domini dicẽtis ad Dauid de Salomone, per quẽ figurabatur Christus. ¶ Sciendum est autẽ q̃ in veteri testamento quædã dicuntur de eo quod est figura non inquantũ quædam res, sed inquantũ est figura, & tunc nõ exponitur de illo, nisi inquantũ refertur ad figuratũ. Verbi gratia in Psal. quædã dicuntur de Dauid, vel de Salomone, inquantũ figurabant Christũ tantùm: quædam verò etiã secundum q̃ sunt homines quidã, & istorum dicta de ipsis possunt exponi & de Christo: sicut illud, Deus iudiciũ tuum regi da: quia illud potest conuenire Salomoni. Illa verò quæ dicuntur de ipsis inquantũ sunt figura, nunq̃ de ipsis possunt exponi, sicut illud, Et dominabitur à mari vsq; ad mare, &c. quia nullo modo verificari potest de Salomone, Sic & in proposito licet ista dicta sint de Salomone, tamẽ possunt exponi de Christo qui præfigurabatur per illũ. Dicit ergo, Ero, quod est futuri tẽporis, ad denotandũ q̃ incarnatio filii futura erat in tẽpore. Gala. 4, At vbi venit plenitudo tẽporis, &c. Suprà verò cùm loquebatur de æterna generatione, dixit Es tu? quasi sine motu? hîc autẽ cũ loquitur de tẽporali, dicit, In filium: quod denotat terminũ alicuius motionis. Assumptio enim importat motũ in filiationem. Et quia omnis motio fit per operationẽ alicuius terminatam ad aliquẽ effectum, ideo primò ponit operationẽ facientis, quia non virtute humanitatis facta est assumptio, sed diuinitatis, cùm dicit, Ego ero illi in patrẽ. i. assumam eum ad vnionẽ personę filii. Et subiungit effectũ consecutum, quia. s. est susceptus in vnitatẽ personalem filii, Erit mihi in filiũ. De primò dicitur Luc. 1, Virtus altissimi, s. facientis assumptionẽ, obumbrabit tibi. De secundo, Ro. 1, Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem. ¶ Deinde cùm dicit [Et cùm iterũ, &c.] Agit de dominatione Christi qua est hæres vniuersorũ. Vbi tria facit, quia primò ostendit dominiũ eius, & præcipuè super angelos: secundò ponit rationẽ dominii illius ex parte angelorũ, ibi [Et ad angelos.] Tertiò ex parte Christi, ibi [Ad filium autẽ.] Quantum ad primũ inducit authoritatẽ. Psal. cùm dicit, Adorate eum omnes angeli eius, hoc habetur in Psal. Dominus regnauit exul. &c. Adoratio enim nõ fit nisi domino, ergo si angeli eũ adorant, dominus illorũ est. Volens Apostolus inducere hãc authoritatẽ. Primò tangit intentionẽ Psalmistæ cùm dicit [Et cùm iterum introducit, &c.] vt Psalmista loquatur de aduentu Christi in mundũ. Et ideo dicit, Et cũ scriptura introducit. i. introducendũ dicit primogenitũ, &c. q.d. Iam dictũ est q̃ Christus est filius præ angelis, ergo est principaliter à patre genitus. Est ergo dicẽdus primogenitus. Ro. 8, Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hic autẽ primogenitus debebat introduci in orbẽ, &c. Et vide quàm ordinatè loquatur Apostol⁹. Primò enim dicit ipsum à patre, ibi [Ego ero illi in patrẽ.] Secũdò assumptũ in vnitate personę, ibi [Et ipse erit mihi in filiũ.] Sed modò

proponit eum in notitiã hominum. Vocat autẽ incarnationem introductionem in mũdum. Sed contrà: Ipse Christus vocat eam exitum. Io. 16, Exiui à patre & veni in mundũ. Et dicendum est q̃ exitus est etiam introductio, sicut si aliquis recõciliandus sit principi, primò exit ad eum mediator, & pòst introducit eũ. Simile habetur 1. Reg. 20. de Dauid ad Ionatã. Sic Christus mediator dei & hominũ primò exiit ad homines, & postea introduxit eos recõciliatos, infrà 2, Qui multos filios adduxerat in gloriã, &c. Vel introducit. i. inducit eum vsq; in corda hominum, quia scriptura loquẽs de aduentu Christi, dicit eum suscipiendũ intra corda hominũ. Ista autem receptio fit per fidẽ. Ephe. 3, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Psal. Annuntiate inter gentes gloriã eius. Quando enim scriptura dicit q̃ gentes debẽt credere, dicit q̃ Christus intraturus est in corde ipsorum. Hoc autem quod dicit Iterum, multipliciter exponitur. Dicit enim Chrys. quòd de incarnatione verbi, quæ dicitur introductio, nõ loquitur scriptura semel, sed iterũ atq; iterum. Vel aliter, quia ipse primò erat in mundo per potentiã diuinitatis inuisibiliter, sed iterum introducit eũ in mundum secũdum præsentiã humanitatis visibiliter. Vel aliter, quia suprà dixerat, ero illi in patrẽ. i. assumam in vnitatem personalem mei. Et cùm iterũ introducit eum. s. istum primogenitũ & assumptum ad vnitatẽ personæ, quia non sufficeret dicere q̃ introducitur nisi dicatur qualiter introducatur, quia non quasi vnus de mundo, nec sicut angeli, sed super omnes. Ideo dicit, Adorant eũ omnes angeli. Nec. 9, Exercitus cæli te adorat. Apoc. 7, Omnes angeli stabant in circuitu throni & ceciderunt & adorauerunt, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Et ad angelos, &c.] Ponitur ratio ex parte angelorũ quare eũ adorant. q.d. Iustũ est q̃ adorẽt, quia sunt ministri. Vnde dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flãmam ignis. Deus enim aliquando operatur illuminando intellectũ. Io. 1, Illuminat omnem hominẽ, &c. Aliquando verò mouet ad opus. Esa. 26, Omnia opera nostra operatus es in nobis. Et primũ facit deus in nobis mediantibus angelis. Psal. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Secundũ etiam facit in nobis ipsis mediantibus sicut dicit Dionys. 4. cap. cælestis hierarchiæ. Inquantũ ergo illuminat per ipsos dicuntur nuntii. Nuntii enim est nuntiare ea quæ sunt in corde domini sui. Inquantũ verò sunt mediatores operum diuinorũ, dicuntur ministri. Psal. Ministri eius qui faciunt voluntatẽ eius. Sunt ergo & nuntii & ministri, sed quales sunt describit eos per duas res corporales maximè ad hoc idoneas. Vna est aer, cuius proprietas multũ conuenit nuntio. Ministro autem proprietas ignis. Aer enim est receptibilis luminis & impressionis. Item optimè reddit receptã. Item habet velocẽ motum. Hæc autẽ debet habere bonus nuntius, vt. s. bene recipiat dicta, bene referat recepta, & vtrunq; velociter faciat. Ista bene conueniunt angelis. Optimè enim recipiunt diuinas illuminationes. Sunt enim angeli specula munda secundũ Diony. Mat. 18, Et Angeli eorũ in cęlis, &c. Item optimè reddũt, quod significatum est. Apoc. 1, Significauit deus quæ oportet fieri cito: loquens per angelũ suum seruo suo Ioanni &c. Item sunt veloces. Esa. 18, Itẽ angeli veloces, &c. Isti autẽ dicuntur spiritus, quia omnis substãtia inuisibilis dicitur spiritus. Vnde & aer dicitur spiritus. Item sunt ignis inquantũ ministri. Ignis autẽ inter omnia elementa est maximè actiuus, & efficax ad agendũ. Vnde in Psal. de angelis vbi dicuntur ministri eius, ibi additur, Et ministros tuos ignẽ vrentem. Item ignis calorẽ causat per quod designatur charitas. Can. 8, Lãpades ignis atq; flãmarum. Vnde describũtur in igne, & dicuntur seraphin. Esa. 6. Item ignis semper mouetur sursum, ita angeli & boni ministri omnia quę agunt semper referunt in gloriã dei, sicut patet de angelo. Thob. 12, Benedicite deũ cæli, &c. Non dicit benedicite me, sed deum cæli. Non sic de malo angelo qui dicit Mat. 4, Si cadens adoraueris me. Sed angelus bonus tanq̃ bonus minister dicit Apo. vlt. Vide ne feceris, & sequitur, deum adora.

Lectio 4.

Commẽdatur Christi regia dignitas, commẽdando eius authoritatẽ regiminis, æquitatẽ, et bonitatem, ac ad talem dignitatẽ, ostendendo idoneitatẽ.

AD *filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.*

¶ Suprà probauit Apostolus per authoritatẽ angelos esse ministros: hîc probat hoc per rationẽ sumptam, ex parte ipsius Christi. Vnde intendit hîc probare regiã dignitatem Christi, vbi duo facit. Primò enim commendat regiã dignitatem ipsius Christi. Secundò eius ad illam dignitatẽ ostendit idoneitatẽ, ibi [Propterea vnxit te deus.] Circa primũ tria facit. Primò commendat Christi regiã authoritatem. Secundò eius regiminis æquitatem, ibi [virga æquitatis.] Tertiò regiminis bonitatẽ, ibi [Dilexisti iustitiam.] Dicit ergo [Ad filiũ autem] dicit [thronus tuus, &c.] Et sunt verba dei patris loquentis per linguam prophetæ, sicut per calamũ scribæ. Dicit ergo, O deus fili thronus tuus, &c. In quo denotatur regia maiestas. Est enim thronus regis sedes, sed cathedra magistri, tribunal autẽ sedes iudicis. Competit autẽ thronus Christo secundum naturã diuinam inquantũ est deus. Psal. Rex omnis terræ deus: sed secundũ q̃ homo conuenit sibi ex merito passionis, victoriæ, & resurrectionis. Apoc. 3, Qui vicerit dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut ego vici & sedi in throno patris mei cum eo. Hic thronus est perpetuus. Luc. 1, Et regni eius non erit finis. Dan. 7, Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur. Patet autẽ q̃ regnum illud est æternum & inquantũ sibi conuenit ex natura, quia est deus. Psal. Regnũ tuum regnum omniũ seculorum. Item inquantum sibi conuenit vt homo, & hoc duplici ratione. Vna quia regnũ illud non ordinatur ad tẽporalia, sed ad æterna. Io. 18, Regnum meum non est de hoc mundo. Ad hoc enim regnat vt homines dirigat ad vitã æternam. Non autem sic est de regno hominum, vnde regnum illorum finitur cum vita præsenti. Alia ratio est, quia ecclesia quæ est regnum eius, durat vsq; ad finẽ mundi, & tunc tradet Christus regnum deo & patri cõsummandum & perficiendum. ¶ Consequenter cõmendat regnum eius ab æquitate, cùm dicit [Virga æquitatis, &c.] Conueniẽter autẽ describitur regnum per virgam. Differt enim regimen tyrannicum à regimine regis, quia regimen tyrãnicum est ad vtilitatẽ suam cum grauamine subditorum: regimen autẽ regis principaliter ordinatur ad vtilitatem subditorũ. Et ideo rex est pater, & pastor. Pastor enim non corrigit cum gladio, sed cum virga. Psal. Visitabo in virga iniquitates eorũ. Item pastor vtitur virga in directione gregis. Mich. 7, Pasce populũ tuum in virga tua. Virga etiã sustentat infirmos. Psal. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Item virga cõturbat hostes. Num. 24, Cõsurget virga de Israel & percutiet duces Moab. Sed est hæc virga æquitatis. Esa. 11, Arguet in æquitate pro mansuetis terræ. ¶ Sed sciendũ est q̃ aliquando aliquis regit in rigore iuris, sicut quando seruat ea quæ iuxta sunt secundum se. Contingit autẽ q̃ aliquid de se iustum est, quod ta

men cõparatum ad aliquid inducit detrimentum si seruetur:& ideo oportet q̃ ius cõmune ad hoc applicetur,& si hoc fiat,tunc est regimen æquitatis.Regnum veteris testamenti erat secundũ rigorem iustitię.Act. 15,Onus quod nec nos,nec patres nostri portare potuimus.Sed regnũ Christi est regnum æquitatis & iustitiæ,quia in ipso non imponitur nisi suauis obseruantia.Mat.11,Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. ¶ Consequenter cùm dicit[Dilexisti,&c.]bonitatẽ regentis cõmendat.Quidam enim seruant æquitatem,non tamen propter amorẽ iustitiæ,sed magis propter timorem vel gloriã vel metum,&tale regimen non durat.Sed iste seruat æquitatẽ propter amorem iustitiæ.Dicit ergo[Dilexisti iustitiam.]q.d.Hoc q̃ vir ga est æqua & directa,hoc est quia dilexisti iustitiã.Sap.1, Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Non autẽ est iustus qui non amat iustitiã.Mat.5,Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã.Sed aliqui quidem diligunt iustitiam,sed sunt remissi in correctione iniquitatis,sed Christus odit.i.reprobat iniquitatem.Psal.Iniquos odio habui.Sap.14,Similiter odio sunt duo,impius & impietas eius.Eccle.12,Altissimus odio habet peccatores & misertus est pœnitentibus. ¶ Deinde cùm dicit[Propterea vnxit te deus.] ostẽdit Christi idoneitatem ad exequendum & gubernandum,vbi dubitatio est de hoc quod dicit, propterea, &c. In verbis istis agitur de spirituali vnctione,qua Christus est repletus spiritussancto.Nunquid enim ideo repletus est,quia dilexit iustitiã?Ergo meruit gratiam,quod est contra illud Ro.11,Si ex operibus iam non ex gratia,& hæc est ratio cõmunis.Sed specialiter ad propositum,quia Christus in ipsa conceptione fuit plenus spiritussancto. Io.1, Plenũ gratia & veritate.Non ergo meruit.Respondeo,hîc est cauendus error Origenis.Voluit enim q̃ om nes spirituales creaturæ etiã anima Christi à principio creatæ fuerunt, & secundũ q̃ plus vel minus adhæse runt deo vel diuerterunt ab ipso per libertatẽ arbitrii sui facta, est distinctio inter angelos & etiam animas. Vnde in Peryarchõ dicit q̃ anima Christi quia vehemẽtius adhęsit deo diligẽdo iustitiã,propterea meruit hoc.Sed hoc est hæreticũ dicere,q̃.s.quęcũq; anima vel etiã anima Christi creata fuerit ante corpus,qđ etiã specialem rationem in Christo habet,quia in primo instanti simul creata fuit anima & formatũ corpus, & totum est assumptũ à filio dei.Quid ergo dicit,propterea.Vna glo.videtur sentire cum Origene.Sed si volumus eã saluare,dicemus q̃ in scriptura dicitur aliquid fieri quãdo innotescit,sicut cùm dicitur Phili.2,Factus est obediẽs,&c.Propter quod & deus exaltauit illũ & dedit illi no.&c.Nũquid Christus merito passio nis meruit esse deus?Absit.Hic enim est error Fotini.Dicendũ est ergo q̃ Christum esse deum excedit omne meritũ,sed per passionem meruit q̃ manifestetur vbiq; esse deum & q̃ deus dederat illi tale nomẽ, &c. Ita hoc quod dicit hîc,propterea vnxit te deus,&c.vt sit sensus.Ex hoc q̃ tu dilexisti iustitiã,meruisti quod hoc innotescat.Vel aliter & melius ita q̃ ly propterea,nõ dicat causam meritoriã,sed finalẽ.q.d.Ad hoc q̃ illa haberes.s.thronũ perpetuum virgam æquitatis,&c.quæ dicta sunt,propterea vnxit te deus oleo.s.sanctificationis,quod dominus mandauit fieri Exod.30, Quo vngebantur vasa & sacerdotes.Leui.8.& 9.Et reges vt patet de Dauid 1.Reg.16.& Salomone 3.Reg.1.Item prophetæ,vt patet de Heliseo 3. Reg.19. Sed quare fiebat ista sanctificatio per vnctionẽ?Ratio est literalis.Homines enim orientales pro celebritate vngebantur ne cõsumerentur,eo quod sunt in regione multũ calida.Pauperes etiam vngebãtur ad festiuitatẽ. 4.Reg. 4, Non habeo ancilla tua nisi parum olei quo vngar. In scriptura autẽ diuina traduntur nobis per modum quo homines solent vti.Quia ergo tunc vigebantur homines vel propter celebritatẽ festi,vel cele britatem personæ,ideo ad ostendendũ excellentiam Christi,dicit eum vnctũ[oleo exultationis.]Ipse enim est rex.Esa.32,Ecce in iustitia regnabit rex.Et 33,Dominus enim iudex noster,dominus legifer noster, dominus rex noster,ipse veniet & saluabit nos.Est etiã sacerdos.Psal.Tu es sacerdos inæternum secundũ ordi nem Melchisedech.Fuit etiã propheta.Deut.18,Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me susci tabit tibi dominus.Et conuenit sibi vngi oleo sanctificationis & exultationis.Ab ipso autẽ sunt sacramẽta, quæ sunt vasa gratiæ.Esa.22,Suspendã super eum omnem gloriã domus patris eius vasorum diuersa genera,&c.Conuenit etiã ista vnctio Christianis.Sunt enim reges & sacerdotes.1.Pet.2,Vos estis genus electũ, regale sacerdotiũ.Apoc.5,Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Item habet spiritũ sanctum qui est prophetiæ spiritus.Ioel 2,Effundã de spiritu meo super omnem carnẽ,&c.& ideo omnes vncti sunt inuisi bili vnctione.2.Cor.1,Qui autẽ confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos deus, & qui signauit nos & dedit,&c.1.Io.2,Vos vnctionem habetis à sancto & nostis omnia.Sed quæ cõparatio est,inter Chri stum vnctũ,& Christianos vnctos?Ista.s.quia ipse habet eam principaliter & primò, nos autẽ & alii ab ipso effusam.Psal.Sicut vnguentũ in capite,&c.Et ideo dicit[præ participibus tuis.]Io.1,De plenitudine eius omnes accepimus.Vnde alii dicũtur sancti,ipse verò sanctus sanctorũ.Ipse enim est radix omnis sanctitatis. Dicit autẽ oleo lętitiæ vel exultationis,quia ex ista vnctione procedit spiritualis lętitia.Ro.14, Non est regnum dei esca & potus,sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto.Gal.5,Fructus autẽ spiritus,est charitas,pax,gaudium.Psal.Vt exhilaret faciẽ in oleo. Esa.61, Oleum gaudii pro luctu,&c. Illud autẽ quod bis dicit[deus deus]dupliciter exponitur.Vno modo quòd repetatur nominatiuus casus,vt sit sensus, Vnxit te deus per seipsum deum,nos autẽ per te mediatorem dei,& hominum hominẽ Christum.2.Pet.1,Per quem magna & pretiosa nobis promissa donauit.Alio modo,quia secundũ Aug.in glo.alterum est nominatiui ca sus,alterũ vocatiui,vt sit sensus.O Christe qui es deus filius, deus pater vnxit te,&c. Et q̃ debet sic exponi magis patet in Græco.Sed cùm Christus non sit vnctus secundũ q̃ deus,quia sic non conuenit sibi recipere spiritum sanctũ,sed magis aliis dare,secunda expositio non videtur esse vera.Respondeo, dicẽdum est q̃ idem est in persona & deus & homo,tamen vnctus est inquantum homo.Et cùm dicitur ô deus,&c.& vngens est deus & homo,& vnctus similiter est deus & homo,& vnum cum ipso in persona.

Lectio 5.

Ostenditur Christus excedere angelos in virtute, quia ipse est crea

ET,*Tu in principio domine terram fundasti,& opera manuum tuarum sunt cæli.Ipsi peribunt,tu autem permanebis:& omnes ut uestimentum ueterascent.Et uelut amictum mutabis eos,& mutabuntur:tu autem idem ipse es& anni tui non deficient.*

¶ Suprà præmiserat Apostolus quatuor in quibus Christus excellit angelos,& probauit duo illorũ.s. & q̃ excedit eis quia est filius,& quia est hæres:nunc probat tertium.s.q̃ excedit eos in virtute operationis,quia

per eum pater fecit & secula.Hoc autem probat Apostolus ex authoritate eiusdem prophetię,& circa hoc duo facit.Primò ostendit virtutẽ operationis inquantum creator.Secundò quantũ ad differentiam creaturis ad creaturam,ibi[Ipsi peribunt.]Circa primũ duo facit,quia primò ponit creationem terræ, secũdò cælorum,ibi[Et opera manuum.]Sciendũ est autem circa primũ q̃ hoc potest dupliciter legi. Vno modo vt sit sermo directus ad patrẽ,vt sit sensus[Tu domine.]s.deus pater [fundasti terram in principio.]i.in filio qui est principium.Io.8,Ego principiũ qui & loquor vobis.Et hoc tantum valet ac si dixisset, Tu fundasti terrã per filium.Psal.Omnia in sapientia fecisti.Filius autẽ est sapientia genita,vt suprà dixit eum splendorẽ glorię.Et hoc quod dicit hîc,respondet huic quod suprà dixit,per quẽ fecit in secula.Alio modo q̃ sit sermo directus ad filium,sic[Et tu domine.]s. fili fundasti terrã in principio.s.temporis vel in principio.s.productionis rerum,vt excludat opinionẽ dicentium, corporalia non fuisse creata cum spiritualibus, sed post. Gen.1,In principio creauit deus cælũ & terram.Sciendum est autẽ q̃ tripliciter potest distingui terra à cælo.Vno modo & ad literã q̃ per terram intelligatur elemẽtum terræ: per cælum autẽ superiora corpora,vt sicut Moyses non facit mentionẽ de aere,quia est cum aqua:ita hîc intelligit per cælum , ipsum cælũ & alia duo elementa.s.aerem & ignẽ quæ magis accedunt ad naturam cæli,quod patet ex loco ipsorum.Sic etiam accipit Moyses.Gen.1,Et dicit[fundasti]quia sicut fundamentũ quod est prima pars ædificii est in imo,ita terra inter omnia elementa tenet locũ imum.Esa.48,Manus mea fundauit terrã.Psal.Aridam fundauerunt manus eius.Non autẽ dicit fecistũ cælos, sed [opera manuũ tuarum sunt cæli.] quia illud quod aliquis facit manibus,magis diligẽter videtur facere.Et ideo sic loquitur ad designandum nobilitatẽ & pulchritudinem ipsorum.Esa.48,Dextera mea mensa est cælos.Aliter verò q̃ per terrã intelligat totam naturam corporalem.Et sic terrã fundasti,quia materia est locus & fundamentum formarũ:per cælos autem,spirituales substantias.Psal.Laudate eum cæli cælorũ.Et hi sunt opera manuum eius,quia fecit eos ad imaginẽ & similitudinem suam.Vel per terrã imperfecti in ecclesia qui sunt fundamentum aliorũ,quia nisi esset actiua in ecclesia,contẽplatiua non subsisteret.Per cælos contẽplatiui.Et hæc facta in ecclesia in principio.i.per filiũ.Esa. 51,Posui verba mea in ore tuo vt fundes terrã.i.imperfectos & plantes cælos.i.perfectos. ¶ Consequenter cũ dicit[Ipsi peribũt]ostẽdit differentiã inter creatorẽ & creaturã,& hoc quantũ ad duo quæ sunt propria creatori,primũ est ęternitas,secũdũ est immutabilitas,de qua,ibi [Et omnes vt vestimentũ veterascet,&c.] Circa primum duo facit,quia primò ponit terminationẽ creaturæ.Secundò in terminationem dei,ibi[Tu autẽ permanebis.]Dicit ergo primò[Ipsi.]s.cæli[peribunt]Sed cõtrà.Eccle.1,Terra in æternum stat,ergo videtur q̃ multò plus cæli.Respondeo dicendũ est q̃ secundum Augu. & Philosophum in qualibet mutatione est generatio & corruptio. Vnde quicquid mutatur,perit à statu in quo erat. Ergo quod dicit q̃ cæli peribunt,non intelligitur quantũ ad substantiam,de qua Iob 37,Qui solidissimi quasi ære fusi sunt,sed quãtum ad statum quẽ nunc habent.Apoc.21,Vidi cælũ nouum & terrã nouam.1.Cor.7,Pręterit figura mundi huius . Sed quomodo mutabunt statum ? Diuersimodè,quia cæli superiores mouentur,sed non alterantur.Inferiores verò.s.ignis & aer & mouentur & alterãtur & corruptioni sunt subiecti.Sic ergo status omnium cælorum est mutabilis,sed tunc motus cessabit in superioribus,& corruptio in inferioribus , quia aer igne conflagrationis purgabitur.2.Pet.3,Cęli qui nunc sunt & terra eodẽ verbo repositi sunt,igni reseruati in die iudicii,&c.Omnes peribunt à statu in quo nũc sunt,& sic quodãmodo peribunt,sed tu domine permanebis.Psal.Tu autẽ domine in æternum permanebis.¶ Deinde cùm dicit[Et omnes,&c.]ostendit differentiam dei ad creaturã quantum ad immutabilitatem.& circa hoc duo facit.Primò enim ponit mutabilitatem creaturæ.Secũdò immutabilitatẽ dei,ibi[Tu autem idem.]Et adhuc circa primũ duo facit,quia primò describit rationẽ mutabilitatis creaturę.Secundò subdit illam mutabilitatẽ,ibi[Et velut amictum.]Circa primum autẽ sciendum est q̃ vetus & nouum,consequuntur tempus. Vnde veterascere non potest nisi quod aliqualiter mensuratur tẽpore.Motus autem cælorum mensuratur tẽpore,sed ipsum mobile mensuratur ipso nunc tẽporis:ergo in cælo possunt inueniri nouitas & vetustas.vnde non veterascẽt cæli quasi substantia eorũ minuatur vel corrumpatur in aliquo, sed tantum quantum ad diuturnitatẽ temporis quo amplius nõ mensurabuntur.Et ideo dicit,Sicut vestimentũ,&c. quia causa mutationis cælorum non erit propter defectum virtutis ipsorũ quæ in aliquo minuatur,quia si motus ipsorum cessaret propter defectũ virtutis,iam cessatio haberet causam naturalẽ & posset deprehendi ratione naturali cuius contrariũ dicitur Mar. 24,De die autẽ & hora illa nemo scit,&c.ergo erit propter necessitatẽ finis: quia omnes creaturæ corporales ordinãtur ad spirituales,& totus motus deseruiens generationi & corruptioni ordinatur ad generationem hominis.Cessante ergo generatione hominis,quod est quando cõpletus erit numerus electorũ & prædestinatorũ,cessabit motus ille.Et ideo dicitur vestimentũ, quod sumitur ad vsum, & cessante vsu deponitur,sicut homo calidũ vestimentum deponit veniente estate. Sic ergo status mũdi qui nunc est cõmodatus isti fini,cum cõpletus fuerit numerus ille electorum,iam amplius non erit accõmodatus nec necessarius, & ideo sicut vestimentũ deponetur.Luc.21,Cælum & terra transibunt. ¶ Consequenter ponit ipsam mutabilitatem,cùm dicit[Et velut amictũ mutabis eos.]s.cælos:& bene dicit,Mutabis tu deus,quia non propria virtute nec per se,sed virtute dei mutabuntur à motu,sicut amictũ qui ad vsum sumitur,& postvsum deponitur secundũ congruentiam temporis & finis.Et dicit amictum, quia per amictum gloria hominis & manifestatur & tegitur.Ita etiã deus per creaturas & occultatur nobis & manifestatur.Roma.1,Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur.Sap.13, A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit horũ creator videri,&c.Et dicit mutabuntur,quia in perpetuũ mutati permanebunt.Itẽ quantum ad cælos spirituales qui pereunt à vita prẽsenti per mortem corporis.Ro.14,Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terrã quę non reuertentur.Esa.57,Iustus perit & nemo est,&c.Item veterascent,quia vt dicitur infrà 8,quod antiquatur & senescit,prope interitũ est.Et mutabis,s.secundum corpora, quando corporale hoc induet incorruptionẽ.1.Cor.15,Et mutabũtur secundum mentẽ,quando à visione enigmatica assumentur ad speciei visionẽ. Iob 14,Cunctis diebus quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. ¶ Deinde subiungit immutabilitatẽ dei,cùm dicit [Tu autem idẽ ipse es.] Vbi duo facit.Primò

tor. Item quia est immutabilis, & creaturæ sunt immutabiles.

enim ponit hoc.Secundò ostendit hoc per signum,ibi[Et anni tui.]Dicit ergo,Isti peribunt[tu autē.]s.dei filius,& hoc contra Arrianos[idem ipse es.]i.idem perseueras & nunq̄ mutaris. Malac.3, Ego deus & non mutor.Iac.1,Apud quē non est transmutatio,&c.Et signū huius est[anni tui non deficient.]Anni enim dei dicuntur duratio eius,sicut anni hominis duratio hominis,quæ deficit,& secundū partes: quia cùm sit tem poralis,vna pars succedit alteri,& vna adueniente,deficit altera.Deficit etiā secundum totum, quia ex toto desinit esse.In duratione verò dei neutrū horum est,quia non deficit secundū totum,quia est semper. Psal. Tu autem altissimus in æternum domine. Item nec secundum partes,quia æternitas est tota simul,& quid stans.Iob 36,Numerus annorū eius inæstimabilis,&c.Sed cùm sit vna & immutabilis,quare anni vocātur. Ratio huius est,quia intellectus noster accipit cognitionē intelligibilium per sensibilia, quia omnis nostra cognitio incipit à sensu.Vnde & deus qui est omnino simplex,describitur sub similitudine corporaliū.Esa. 6,Vidi dominum sedentem,&c.Ita etiā duratio eius à nobis describitur per aliqua nobis nota, cùm tamen sit vniformis & simplex.Vnde aliquando dicitur annus, aliquando dies & mensis , quia omnes differentias temporis includit.

Lectio 6.

Probatur q̄ Christus sit angelis excellentior ī dignitate sessione ad dexteram maiestatis in excelsis.

AD *quem autem angelorū dixit aliquādo,Sede à dextris meis,quoadusq; ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū? Nónne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.*

¶Suprà probauit Apostolus tria de Christo in quibus excedit angelos:hīc probat quartum q̄ præmiserat de ipso.s.q̄ sedet ad dexterā maiestatis,quod pertinet ad dignitatē eius. Et circa hoc duo facit. Primò enim inducit authoritatem Dauid.Secundò ostendit angelos ab hac dignitate deficere,ibi[Nónne omnes sunt.] Circa primū duo facit,quia primò describit dignitatem Christi.Secundò ostendit per signū,ibi[quoadusq; ponam,]Dicit ergo[Ad quem autē angelorum dixit aliquando deus.]q.d.Non inuenitur q̄ hoc deus dixe rit angelo,sed dixit Christo.Et ipse est Christus.Mat.22,Inducit hoc de se dictū.Hoc autē quod dicit [Sede à dextris meis]potest referri ad diuinā naturam in qua Christus æqualis est patri, quia habet & iudiciariam & regiam potestatē æqualem patri.Ioā.16,Omnia quæ habet pater,mea sunt.Ipse verò pater ab æterno dixit:quia dicendo filiū generauit,& generando dedit ei æqualitatē patris. Potest etiam referri quantum ad humanā naturam,secundum quam sedet in bonis potioribus patris.Tunc autē pater dixit, quando humanæ naturæ verbū suum vniuit.Hoc autem magis suprà expositum est vbi dixerat,Sedet ad dexteram.

¶Consequenter cùm dicit[quoadusq;]ostēdit per signū dignitatē Christi:vbi occurrit duplex dubitatio. Vna quia ab æterno omnia sunt subiecta filio.Item quia in resurrectione Christus dicit,Data est mihi omnis potestas.Quid ergo expectat subiiciendū scabello suo? ¶Et sciendum est q̄ aliquid potest esse in potestate alicuius dupliciter.Vno modo quantū ad authoritatem,& sic omnia ab æterno quantū ad præordinationem fiendorum & in tēpore quo fuerunt,subiecta sunt filio dei inquantū deus,sed à principio cōceptionis inquantū homo.Alio modo quantum ad exercitiū potestatis,& sic non sunt ei omnia subiecta, sed tantùm in fine mundi,quia nondū exercet potestatem in omnia,subiiciendo sibi omnia.Phil.3, Secundū operationē qua posit etiā subiicere sibi omnia.Sed quid est q̄ dicit scabellū ? Potest dici q̄ per hoc nihil aliud intelligitur quā plena &perfecta subiectio.Illud enim dicitur pfectè subiectū alicui quod ipse potest conculcare pedib⁹.Aliter etiā & faciendo vim in verbo,quia sicut deus est caput Christi.1.Cor.11,Caput Christi deus,ita pedes Christi,humanitas eius.Psal.Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.Ponam ergo scabellum.i.nō solùm subiiciam inimicos tuos tuæ diuinitati,sed etiā humanitati tuæ.In hoc autē errauit Origenes.Ipse enim voluit & intellexit tantùm vnum modū subiectionis,dicens,Sicut enim nihil aliud est subiici luci quā illuminari:ita cùm Christus sit veritas, iustitia & bonitas , & quicquid tale potest dici , nihil est aliud subiici saluatori quā saluari . Et ideo voluit q̄ in fine omnia,etiā dæmones,saluarentur,quia aliter nō subiicerentur omnia Christo.Sed hoc est contra illud quod dicitur Mat.25,Ite maledicti in ignem æternū. Vnde sciendum est q̄ duplex est modus subiectionis.Vnus per voluntatem subditorum sicut boni ministri subiiciuntur domino suo,puta regi,& sic soli boni subiiciuntur Christo.Alius per voluntatē domini , & sic est quædā violentia ex parte subditorum.Et sic mali subiicientur Christo,non q̄ velint dominium eius,sed quia Christus faciet de ipsis voluntatē suam puniendo eos qui noluerūt hīc facere voluntatē suam.Et hoc propriè designatur per scabellū,quia quod calcatur comprimitur.Esa.66,Cælum mihi sedes est.i.cęlestes, & boni,sed terra.i.terreni & mali scabellum pedū tuorum. ¶Alia dubitatio est de hoc quod dicit,quoadusq;,&c.quia si sedebit quoadusq; ponat:ergo cùm posuerit non sedebit.Respōdeo quòd,donec &,quoadusq; quandoq; ponuntur finitè,quādo.s.designant terminum eius cui coniungitur,sicut cùm dico,Sede hīc donec veniam. Aliquando autē tenentur infinitè,quando.s.non ponitur terminus vt cùm dicitur,Iste non pœnituit donec vixit,quia nec post mortē pœnituit.Sicut enim dicit Hiero. illud oportet designari de quo potest esse dubium.Illud autē quod nō est dubium relinquitur intelligenti. Dubium autē est vtrum in vita sua pœniteat,sed q̄ non post mortē suā,nulli est dubiū.Sic & in proposito,cū enim modò multi impugnēt & blasphemēt Christū,videtur dubiū vtrū modò sedeat,sed nō est dubiū,vtrū sedeat:quando omnia subiecta erunt ei,& ideo nō exprimitur illud. ¶Cōsequēter ostendit q̄ dignitas hęc angelis nō cōuenit,cū dicit [Nónne omnes sunt admi.spiritus.]Vbi tria facit,quia primò ostēdit ipsorū officium.Secundò executionē officii,ibi[in ministeriū.]Tertiò fructū executiōis,ibi[vt hæreditatē.] Dicit ergo.Nónne omnes,&c. Psal. Ministri eius qui facitis voluntatem eius.Sed cōtrà.Dañ.7,Milia milium ministrabāt ei,&c. Vbi dicit Gre. Aliqui ministrāt,alii sunt qui assistunt.Non ergo omnes ministrāt. Respondeo,dicendum est q̄ sicut videmus in artificibus q̄ duplex est genus artificum.Quidā enim sunt quasi manu exequētes vt manu artifices. Alii autē non exequuntur nec operantur manu,sed sunt artifices disponentes, & quasi præcipiētes quid agendum,ita & in angelis est,quia quidā sunt quasi exequentes , quidā verò quasi præceptores præcipientes ea quæ agenda sunt.Accipiendo ergo largo modo administratores tam pro exequētibus , quàm etiam pro imperantibus,sic omnes sunt administratores vel administratorii.Sed si dicantur administratorii qui exequuntur,alii autē qui immediatè accipiunt à deo assistentes,sic quidā ministrant,quidā assistunt & tradunt aliis.Sed cōtrà hoc est,quia hīc tāgitur executio officii cùm dicit[In ministeriū missi]ergo videtur per hoc

quòd omnes exequātur.Psal.Immittit angelus domini in circuitu eius,&c.& Esa.6,Volauit ad me vnus de seraphin,qui sunt de supremo ordine.Ergo si illi mittuntur,multò fortius alii.Sed cōtra hoc est Dionysius qui dicit quòd accepit ab Apostolo quod soli inferiores mittuntur,& nō superiores. Respondeo,quidā dicunt q̄ superiores mittuntur & exeunt aliquādo aliquibus causis subortis ad exteriora, sed videtur mihi q̄ superiores quatuor.s.seraphin,cherubin,throni,& dominationes nunq̄ mittuntur, sed inferiores mittūtur quod patet ex eorū nomin bus.Virtutes enim mittuntur admirabilia facienda. Potestates ad arcendū potestates aereas. Principatus ad gubernandum cōmunitatem vel regnum,& sic de aliis. Dominationes autē dicuntur,quia ordinant omnia hæc inferiora. Alii autē tres ordines accipiunt nomina ex operatione quam immediatè exercent circa deum,& illa dispensant in alios.Quod ergo dicit,missi. Dicendum est q̄ duplex est missio.Vna quę motū localē importat,& sic mittuntur solùm inferiores.Alia est missio quę fit per applicationem & directionē nouī effectus in creatura,& sic mittuntur filius & spiritussanctus,& hoc modo mittuntur superiores,quia virtus eorū immittitur in inferiores,immittenda aliis.Et quod dicit, volauit,&c.Dicendum q̄ inferiores vtuntur nōminibus illorum quorum virtute & authoritate agunt, & eis attribuunt operationes suas.Et quia ille inferior officium suum exequebatur in virtute seraphin, ideo vocatus est nomine seraphin,non quòd esset natura seraphin. ¶Deinde subiungit fructum officii cùm dicit[qui hæreditatem capiunt salutis.] Et licet omnes sint vocati,non tamen omnes capiunt hæreditatem.Qui ergo capiunt,illi percipiunt fructum missionis. Hiere.51, Curauimus Babylonem & non est sanata.

Caput 2.

Ex excellētia Christi super angelos,inferitur hoc quod hīc dicitur, s. q̄ magis est obediendum nouo testamento quod est doctrina Christi,q̄ veteri, & ponitur ratio.

PROpterea *abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus : ne fortè pereffluamus . Si enim qui per angelos dictus est sermo,factus est firmus, & si omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem:quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem ? Quæ cùm initium accepisset enarrandi per dominum,ab eis qui audierunt,in nos confirmata est,contestante deo signis , & portentis, & uariis uirtutibus, & spiritussancti distributionibus secundum suam uoluntatem.*

¶Suprà ostendit Apostolus multipliciter eminentiam Christi ad angelos:hīc ex hoc concludit quòd magis obediendum est doctrinæ Christi,scilicet nouo testamento,quàm veteri testamento . Et circa hoc tria facit. Primò enim ponit conclusionem intentam. Secundò inducit rationem ad conclusionem intentam. Tertiò confirmat consequentiam rationis . Primum in principio . Secundum , ibi [Si enim qui per angelos.]Tertium,ibi [Non enim angelis.] Circa primum sciendum est quòd Exodi vigesimotertio , Datis præceptis legis in iudicibus , subiungit , Ecce ego mitto angelum meum , &c . Et sequitur , Obserua igitur & audi, &c. Si igitur mandatum angeli per quem lex data est seruaretur , introitus disponeretur ad patriam.Vnde & Mat.19. dictum est,Si vis ad vitam ingredi,serua mandata.Oportet ergo seruare mādata illa legis,ergo oportet magis obedire mādatis eius qui maior est āgelis per quos lex data est.Et hoc est quod dicit[Propterea abundantius obseruare oportet ea quæ audiuimus.]Abdiæ 1,Auditum audiuimus à domino.Abac.3,Domine audiui auditū tuum & timui.Oportet ergo obseruare abūdantius,quia.s.à maiore dicta sunt.Psal.Ideo dilexi testimonia tua,&c.Et hoc propterea.i.propter imminens periculū [ne fortè pereffluamus.]Aliquis enim fluit per pœnas corporales.2.Reg.14, Quasi aquæ dilabimur super terram: effluit per culpā, sed pereffluit corporaliter per dānationem æternam. ¶Consequenter inducit rationē ad hoc, quæ continet vnā conditionalē continentem cōparationem nouī & veteris testamenti.In antecedenti ponitur conditio veteris testamenti.In cōsequenti conditio nouī testamenti. Circa vetus autē tria ponit. s. legis authoritatē.Secundò firmitatem veritatis,ibi[Qui factus est firmus.]Tertiò necessitatē obseruandi,ibi[Et omnis præuaricatio.]Primò ponit authoritatē,quia non humana ratione data est lex,sed per angelos.Gal. 3,Ordinata per angelos,&c. Act.7, Hic Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in mōte Sina,&c.Nec hoc est mirū, quia vt probat Dionysius,reuelationes diuinarū illuminationum ad nos perueniunt mediātibus angelis.Firmitatē veritatis ostendit,cùm dicit [Factus est firmus.] quia totū impletur quod ibi mandatū est Matt.5, Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. ¶Necessitatē ostendit qua puniuntur præuaricantes.Vnde dicit[Et omnis præuaricatio & inobedientia, &c.]Vbi ponit vnū quod respondet duplici culpæ.s.peccato omissionis & transgressionis.Primum respōdet præceptis affirmatiuis,aliud negatiuis.Primū notatur nomine inobedientiæ.Sed nunquid inobedientia est peccatum generale?Et videtur q̄ sic,per hoc quod dicitur hīc.Ad quod dicendum est q̄ peccatum dicitur esse speciale ex intētione specialis finis.Vnde quando aliquis non seruat præceptū hac intentione vt cōtemnat præceptū,sic est speciale peccatum,sed quando ex aliqua causa,puta quādo ex concupiscentia, tunc est cōditio consequens peccatum,non tamen speciale peccatum.Aliud autē vocatur præuaricatio.Psal.Præuaricantes reputaui,&c.Item aliud ponit ex parte pœnæ,cùm dicit, Accepit iustā mercedis retributionem. Retributio enim respicit quantitatē culpæ,vt qui magis peccauit,magis puniatur.Mercesverò respicit qualitatē vt qui igne libidinis peccauerit,igne crucietur.Accipiet ergo mercedem bonā pro bonis, & malā pro malis.Et sic merces accipitur in bonū & in malum, inquantum importat iustitiā distribuendi. Iustum dicit propter æqualitatē pœnæ,vt.s.secundum mensuram peccati sit plagarū modus. De pœnis autē habetur Leuiti.26.& Deut.28.Glo.dicit,Iustum,ne putetur perire iustitia propter misericordiam. ¶Consequenter cùm dicit[Quomodo nos effugiemus,&c.]Ponit consequens suæ cōditionalis in quo describit conditionē nouī testamenti vbi tria facit.Primò enim ostendit necessitatē obseruandi . Secundò originem nouī testamenti.Tertiò firmitatē veritatis ipsius.Secundum ibi[Quæ cum initiū accepisset.]Tertium ibi [Contestāte deo.] Dicit ergo, Si sermo factus per angelos punit præuaricatores & inobedientes,quomodo nos effugiemus,&c.In quo denotat periculū quod imminet non obseruantibus.Suprà autē vetus testamentum vocauit salutē.Cuius ratio est,quia sermo ordinatur ad cognitionē tantùm, hoc enim facit vetus testamētum, quia per ipsum est cognitio peccati.Ro.3,Per legē cognitio peccati.Psal.Non fecit taliter omni nationi.Et alibi,Notus in Iudæa deus,&c.Non tamen conferebat gratiā,sed in nouo testamento confertur gratia. Io. 1.Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.Et 6,Domine ad quem ibimus,verba vitæ æternæ habes.

·Psal. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et dicit [tantam.] i. valde magnam. Et certè valde magna est si consideres à quibus periculis liberat: quia non solùm liberat à periculis mortis corporalis, sed etiam spiritualis. Mat. 1, Ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Item magna est, quia est vniuersalis. i. non vnius populi tantũ, nec ab vno periculo, sed est omnium hominũ & ab hostibus omnibus. 1. Timo. 4. Qui est saluator omniũ, maximè autem fidelium. Luc. 1, Sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati, &c. Item magna est, quia æterna. Esa. 45, Saluatus est Israel in domino salute sempiterna. Et ideo non est negligẽda, sed debemus esse soliciti ad obtinendũ eam. Iudic. 18, Vidimus terram valde opulentam & vberem. Et sequitur, Nolite negligere, nolite cessare, &c. Et verè non debemus negligere, quia si negligẽtes fuerimus, puniemur, non tantùm perdendo bonũ, sed etiam incurremus malum. s. æternæ dãnationis, quod effugere non poterimus. Ideo dicit [Quomodo nos effugiemus?] Mat. 3, Quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Iob 11, Effugiũ peribit ab eis. Psal. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ¶ Originẽ doctrinæ noui testamenti ostendit, cùm dicit [quæ cum initiũ accepisset, &c.] Vbi ponit duplicem eius originem. Prima fuit non per angelos, sed per ipsum Christum, supra 1, Locũtus est nobis in filio. Io. 1, Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et ideo dicit [Quæ cũ accepisset initium enarrãdi per dominum] quia habet duplex initium. Vnũ simpliciter, & illud est ab æterno, & hoc est per ipsum verbũ. Eph. 1, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ. Aliud est initium enarrationis, & istud fuit in tẽpore per verbum incarnatum. Secunda osigo fuit per apostolos qui audierunt à Christo. Vnde dicit [ab eis qui audierũt.] i. per ipsorum prædicationẽ. 1. Ioan. 1, Quod fuit ab initio quod vidimus & audiuimus, &c. Luc. 1, Sicut narrauerunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. Firmitatẽ deinde eius ponit, quæ maior est q̃ firmitas veteris testamẽti, quod ostendit ex testimonio dei qui mentiri non potest. Vnde dicit [confirmata est deo contestãte, &c.] ¶ Sciendum est autẽ q̃ testimonium est per loquelam: loquela est signũ sensibile. Deus autẽ duplici signo sensibili contestatus est. s. miraculis, & donis spiritussanctꝰ. Quantũ ad primũ dicit q̃ [confirmata est contestãte deo signis] quo ad minora miracula, vt sanatio claudi vel febris. De primo, Act. 3. & 14. De secũdo autem Act. vlti. [Portentis.] quantũ ad maiora, sicut suscitatio mortui. Act. 9, Thabita surge, &c. Dicitur autẽ portentum quasi porro vel procul tensum, quod. s. aliquid in longinquũ demonstrat. 2. Paral. 32, In legatione principũ Babylonis qui missi fuerant ad eum vt interrogarent de portento, quod. s. fuerat sol retrogressus, &c. Præcipuũ verò portẽtum est q̃ deus factus est homo. Esa. 8, Ego & pueri mei quos mihi dedit deus in portentũ, q̃. s. ego sum homo, & q̃ pueri mei hoc crederẽt. Mirum enim fuit q̃ cor humanum hoc potuit credere. Dicit [Variis virtutibus] vt signa & portenta referantur ad ea quæ excedunt virtutẽ naturæ vt signum dicatur quod est præter & supra naturam, non tamen contra. Sed portentũ est quòd est contra naturam vt partus virginis, suscitatio mortui. Sed virtus referatur ad ea quæ sunt secundũ naturam quãtum ad substantiã facti, sed non quantum ad modũ fiendi, sicut sanatio febris, quod vtiq; possunt medici, licèt non statim. Vel virtutes referantur ad virtutes mentis, quas dominus suis prædicatoribus dedit. s. fidẽ, spẽ, & charitatẽ. Sed quantũ ad secundũ. s. quantũ ad dona dicit [Et spiritussancti distributionibus.] Sed contrà: vt dicitur Sap. 7, Spiritussanctus vnus est. Quomodo ergo distribuitur? Dicendũ est q̃ non distribuitur secundum essentiã, sed inquantum dona eius distribuuntur. 1. Cor. 12, Diuisiones gratiarũ sunt, idem autem spiritus. Omnes autẽ gratiæ attribuuntur spiritui sancto, quia dantur ex amore. Amor verò appropriatur spiritui sancto. Grego. Certè spiritussanctus amor est. Vel distributionibus. i. per distributiones quæ fiunt à spiritu sancto, quia alii datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii operatio miraculorum, alii prophetia, & sic de aliis. Et hoc totum non pro meritis, nec ex necessitate naturæ, sed per ipsius voluntatem. Ioã. 3, Spiritus vbi vult spirat, &c. Mat. vlti. Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis,

Lectio 2.

Probatur Christus esse maior angelis, quia dominꝰ est & ex hoc probatur cõsequẽtia immediatè præcedente. s. si puniti sunt transgressores veteris testamẽti, à fortiori trãsgressores noui.

NOn enim angelis subiecit deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est autẽ in quodam loco quis, dicẽs, Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuũ tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei.

¶ Suprà fecit Apostolus quandam cõparationem ostendens esse maiorem necessitatem obseruandi præcepta Christi q̃ legis datę per angelos: hìc confirmat consequentiam, vbi duo facit. Primò enim confirmat dictam consequentiã ostendens maiorem esse potestatem Christi q̃ angelorum. Secundò probat idẽ per authoritatem, ibi [Testatus est autem quidam.] Dicit ergo. Ita dixi q̃ maiora supplicia sustinebunt. q̃ qui faciunt contra mandata angelorũ, quia ipse Christus dominus est, & magis punitur qui peccat contra dominum, quã qui peccat contra seruos. Et q̃ Christus sit dominus ostendit, quia non subiecit deus orbem terræ futurum subiectũ Christo, angelis. Et duo facit. Primò quia orbis non est subiectus angelis. Secundò ostendit de quo orbe intendit, ibi [De quo loquimur.] Orbis enim est subiectus angelis. Iob. 34, Quem cõstituit alium super terrã, aut quem posuit super orbem quẽ fabricatus est. Sed cõtrà. Dan. 10. dicitur, Angelus princeps regni Græcorũ & Persarum. Et Deu. 32, Constituit fines populorum iuxta numerũ filiorum dei, secũdum aliam literam. Et dicendum est q̃ non est eis subiectus vice dominii, sed vice cuiusdam ministerii. Tota enim creatura corporalis ministratur per angelos. ps. Ministri eius qui facitis, &c. suprà 1, Omnes administratorii dicuntur. Vel non enim subiecit orbẽ terræ angelis, orbem dico futurum. s. mundũ istum qui dicitur futurus, quia in scriptura quandoq; dicitur futurum non respectu nostri, sed respectu eius cui cõparatur, sicut idem Apostolus dicit Ro. 5, de Adam respectu Christi, qui est forma futuri, Christus enim non est futurus respectu sui, sed respectu Adę. Sic hic orbis futurus dicitur, non respectu nostri, sed respectu Christi. qui est ab æterno, cùm orbis sit in tẽpore. Et quia Manichæi dicunt orbẽ subiectum malo deo, non autẽ bono, ideo subdit [de quo loquimur] quia, nõ de alio, sed de isto. Vel quia suprà 1. dixerat, Ipsi peribunt. s. cæli & mutabuntur, quod sicut ibi dictũ fuit intelligitur quo ad statum, non quo ad substantiã, ita quòd duplex est status mundi. Vnus qui nunc est præsens. 2. Pet. 3, Cæli qui nunc sunt, &c. eodẽ verbo repositi, sunt reseruati igni, &c. Et alius est futurus. In orbe autẽ, sed isto qui nunc est, nec omnia sunt ei subiecta, vt suprà dictum est,

ctum est, & hoc per executionem potentiæ, licet subiecta sint per authoritatem: sed tunc in illo statu futuro erit ei orbis subiectus. Et ideo subdit, de quo loquimur. ¶ Consequenter probat per authoritatem, cùm dicit [Testatus est autem quidam.] Vbi tria facit. Primò enim cõmendat authoritatem testimonii inducendi. Secundò inducit testimonium, ibi [Quid est homo quòd memor es eius?] Tertiò explicat sensum testimonii, ibi [In eo enim quòd ei omnia.] Circa testimonium verò ponit primò, quòd verba veteris testamenti sunt quædam testimonia Christi. Ioannis quinto, Scrutamini scripturas, &c. Et paulò pòst, Et illę sunt quæ testimonium perhibent de me. Et ideo dicit, testatus est autem. Secundò quia apud Iudæos erant quædam scripturæ minus notæ, & quædam magis notæ, & ideo maioris dignitatis sunt scripturæ psalmorum quibus ipsi vtebantur in omnibus sacrificiis suis. Et ideo dicit [In quodam loco] noto, scilicet & manifesto. Tertiò ponit authoritatem dicentis, scilicet Dauid, qui scilicet fuit maximę authoritatis. 2. Regum. 23. Dixit vir cui constitutum est de Christo dei Iacob, egregius psaltes Israel. ¶ Deinde inducit testimonium cùm dicit [Quid est homo, &c.] Vbi tria facit. Primò enim ponit ministerium incarnationis. Secundò passionis, ibi [Minuisti cum paulominus ab angelis.] Tertiò ministerium exaltationis, ibi [Gloria & honore.] Dicit ergo [Quid est homo quòd memor es eius?] Et debet legi despectiuè. q. d. Homo valde modicũ quid est respectu dei. Esa. 40, Omnes gentes quasi non sint sic coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Si enim aliquis diligit aliquem & dimittit eum diu in miseriis nec subuenit, videtur eius obliuisci. Deus autem humanum genus dilexit, & quia ipsum fecit ad imaginem suam, & quia in medio paradisi ipsum posuit. Sed post peccatum quia non statim ei subuenit, videtur eius fuisse oblitus. Psalmist. Memento nostri domine in beneplacito tuo, &c. Et ideo dicit, Quid est homo, &c. quasi dicat. Si consideremus vtilitatem hominis, mirum est quòd memor es eius. Si ergo primò ponit causam incarnationis. Secundò ponit ipsam incarnationem cùm dicit [Filius hominis] In scriptura enim sacra Christus vocatur filius hominis, sicut patet Daniel. 7. Et in euangelio in multis locis, & huius ratio est, quia alii sunt filii hominum. Psalm. Filii hominum vsquequo graui corde. Sed Christus tantùm filius est hominis, scilicet virginis beatæ. Et ipse adeo visitatur. Aliquando visitatio in scriptura refertur ad gratiam, sicut dicitur Genes. 21, Visitauit dominus Saram, &c. Quandoque autem ad pœnam. Psalm. Visitabo in virga iniquitates eorum. Hic autem refertur ad beneficium. [Visitas.] id est, excellentissimum beneficium ei confers, quia facis eum filium dei, ex hoc scilicet quòd humanitas assumpta est à verbo in vnitatem suppositi. Vel hoc dicit propter plenitudinem Christi. Ioannis primo, Plenum gratia & veritate, &c. Vel referendum est vtrumque ad Christum vt sit sensus, Memor es eius in incarnatione in qua humanitas assumpta est à Christo, sed visitas in resurrectione. Vel referendum est vtrunque ad humanum genus. Quilibet autem filius hominis est homo, non autem quilibet homo est filius hominis. Adam enim non fuit filius hominis. Dicitur ergo, Homo, qui gerit imaginem hominis terreni, Adæ scilicet. Et iste homo dicitur peccator, sed filius hominis, dicitur qui gerit imaginem hominis cælestis, scilicet Christi qui dicitur filius hominis. primæ Corinth. 15, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Homo ergo simpliciter dicitur peccator. Et quia iste longè est à deo, quia longè à peccatoribus salus, dicitur deus eius esse memor, sicut aliquis non memoratur eius quod longè est ab ipso. Sed cùm de peccatore fit iustus, & sic filius hominis visitatur per gratiam. Iob decimo, Visitatio tua custodiuit spiritum meum. ¶ Consequenter ponit mysterium passionis, cùm dicit [Minuisti eum paulominus ab angelo.] Vbi sciendum est quòd ordine naturæ corruptibilia ac passibilia minora sunt incorruptibilibus & impassibilibus. Angeli autem secundum naturam sunt impassibiles & immortales. Vnde quando Christus dignatus est passionem & mortem sustinere, minoratus est ab ipsis, non quòd plenitudinem suam amiserit, vel in aliquo diminutus fuerit, sed prauit atem nostram sibi assumpsit. Et hoc significatum fuit Lucæ vigesimosecundo, Vbi dicitur apparuit illi angelus domini confortans eum, non quòd indigeret ipso, sed vt ostenderet se minoratum ab ipsis per passionem. Dicit autem [paulominus] propter duo. Primò quia omnis creatura corporea est modicum quid per comparationem ad rationalem, quia corporea comprehenditur certis limitibus quantitatis, non autem rationalis, sed semper plus ponit in magis intelligibile: Christus autem est minoratus ab angelis, non quantum ad diuinitatem, nec quantum ad animam, sed solo corpore. Et sic dixit paulominus propter quantitatem. Secundò dicitur paulominus quantum ad durationem, quia modicum durauit. Esa. 54, In modico dereliqui te, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Gloria & honore, &c.] Ostendit mysterium exaltationis. Vbi tria facit. Primò ostendit eius gloriam. Secundò honorem, ibi [Et honore.] Tertiò potestatem, ibi [Constituisti eum.] Apocalyp. quinto, Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem in omnem creaturam, &c. Dicit ergo primò [coronasti eum gloria] id est, claritate. Gloria enim claritatem importat. Christus duplici gloria coronatus est, scilicet claritate corporis. Philipenses tertio, Qui reformabit corpus humanitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Ista claritas sibi promittitur. Ioannis, duodecimo, Et clarificaui, animam scilicet implendo splendoribus gratiæ, & iterum clarificabo, scilicet corpus immortalitatis gloria. Alia claritas est in confessione omnium populorum. Philipenses, secundo, Et omnis lingua confiteatur. Psalm. Gloriam & magnum decorem impones super eum. ¶ Consequenter ostendit eius honorem, cùm dicit [Et honore.] Differt autem honor à gloria, sicut effectus à causa. Est enim honor reuerentia exhibita in testimonium excellentiæ, vnde est testificatio bonitatis eius. Honor ille est vt omnis creatura reuereatur ipsum sicut & patrem. Ioannis quinto, Vt omnes honorificent filium sicut & patrem. Et dicit [coronasti] scilicet in signum victoriæ, quia corona datur vincenti. primæ Corinthio. 9, Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, &c. secundæ Timot. 2, Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit: Christus autem per certamen passionis meruit hanc gloriam. Philipen. 2, Factus est obediens vsque ad mortem: & sequitur, Propter quod & deus exaltauit illum, &c. Ista autem prout conueniunt Christo inquantum deus est, non sunt præmium, sed magis illi naturalia, sed inquantum homo est, sunt præmium victoriæ passionis eius. ¶ Sed potestatem eius ostendit, primò quantum ad authoritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Secundò quātum ad effectū, ibi [Omnia subiecisti.] Quantū ad primū dicit [constituisti] quod potest tripliciter intelligi. Vno modo q̄ cōstitutus est super omnia loca & hoc in ascensione. Ephe. 4, Ascēdit sup omnes cęlos. Secūdò dignitate. Ephe. 1, Cōstituens eum ad dexterā suā super omnē principatū & potestatem, &c. Tertiò potestate, quia super omnem creaturam. Mat. vltimo, Data est mihi omnis potestas in cęlo, &c. Sed Christus inquantum deus non est constitutus, sed natus, sed constitutus est inquantum homo. suprà 1, Quem constituit hæredem vniuersorum, &c. Effectus potestatis est, quia [omnia subiecisti sub pedibus eius.] Vtitur autem propheta præterito pro futuro propter maiorem certitudinem. Iam enim factū est in æterna dei prędestinatione. Et dicit sub pedibus eius. i. humanitate, vel cum omnimoda subiectione. Psal. Donec ponam inimicos tuos, &c. Esa. 45, Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, &c. ¶ Consequenter cùm dicit [In eo enim, &c.] Exponit sensum testimonii. Vbi Apostolus duo facit. Primò enim exponit quantum ad eius sublimitatem. Secūdò quātum ad minorationem, ibi [Eum autē qui modico.] Circa primum duo facit, quia primò ostendit qualiter dictum prophetæ sit intelligendum. Secundò ostendit illud nondum esse impletū, ibi [Nunc autem.] Cùm ergo dicit [In eo enim quòd ei subiecit.] Ostendit qualiter sit intelligendum, quia enim scriptura dicit omnia subiecta esse Christo [nihil dimisit non subiectum ei.] Vnde ly omnia, non est distributio accommoda ad aliqua genera, sed absolutè ad omnia, quia omnia generaliter ei & vniuersaliter subiecta sunt. Verùm est præter eum qui subiecit sibi omnia, vt dicitur 1. Corint. 15. sicut dicitur, Cælum tegit omnia. Verū alia à se. Sed tunc arguit sic Arrius. Pater omnia subiecit filio, ergo filius minor est ipso patre. Respōdeo dicendū est, q̄ verum est q̄ pater omnia subiecit filio secundū naturam humanam in qua minor est patre. Ioan. 14. Pater maior me est, sed secundum naturam diuinā ipse Christus subiecit sibi omnia. ¶ Consequenter cùm dicit [Nunc autem necdum videmus o. s. ei] Ostendit hoc nondum esse impletum, quia infideles nondum sunt ei subiecti. Ro. 10, Sed non omnes obediunt euangelio. Exod. 10, Vsquequo nōvis mihi subiici, &c. Et sic peccatores non sunt subiecti Christo, per rebellionem voluntatis, sed per potentiam omnes subiiciuntur ei modò quantum ad authoritatem, sed in futuro omnes quantum ad executionem. Vnde hæc est expositio eius quod suprà dixit, orbem terræ futurum.

Lectio. 3.

Quia Paulus dixit de Christo q̄ est modicū minoratus ab angelis, quod videtur repugnare excellētiæ Christi quā hic intēdit Paulus ostendere supra angelos, ideo illud hīc exponitur, ostēdēdo illā minorationē esse secūdum passionem, ostendēdo simul conuenientiam passionis.

EVm autem qui modico quàm angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatū, ut gratia dei, pro omnibus gustaret mortē. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, authoritatē salutis eorū, per passionē consummari. Qui enim sanctificat & qui sanctificantur: ex uno omnes. Propter quā causam non cōfunditur fratres eos uocare: dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterū, Ego ero fidens in eū. Et iterū, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. ¶ Suprà Apostolus volēs probare excellentiā Christi super angelos induxit authoritatē prophetæ in qua aliquid erat quod pertinet ad Christi dignitatē, sicut illud, Omnia subiecisti, &c. Et ipse illud exposuit. Aliquid autē quod pertinet ad eius passionē. s. minuisti eū, &c. Istud autē videtur repugnare suo principali intēto, quo. s. intendit Christum præferre angelis. Et ideo hoc in parte ista diffusè exponit. Vbi duo facit, q̄a primò ostendit secundū quid sit ista minoratio intelligenda, quia. s. secundum passionem: secundò agit de cōuenientia passionis, ibi [Decebat enim.] Circa primum duo facit, quia primò ostendit illud quod est dictū. Secundò describit ipsam passionē, ibi [Vt gratia dei.] Dicit ergo, Eum autem, &c. Continuetur sic, ita dictum est, quid est homo, &c. Gloria & honore, &c. Omnia subiecisti, &c. Minuisti eū, &c. Et hęc ꝓpheta de Christo prædixit, sed iam multa de istis videmus impleta. Pro certo ergo tenemus q̄ quæ restant sunt implenda. s. quòd omnia subiicientur ei, &c. Greg. Præteritorū exhibitio, futurorū est certitudo. Et potest sic construi, [Nos eum qui modico q̄ angeli minoratus est, videmus esse Iesum] nec solùm hoc, sed [gloria & honore coronatum, propter passionem mortis] quæ fuit causa illius coronationis. Philip. 2, Propter quod & deus exaltauit illum, &c. Et dicit mortis, quia non qualemcunq; passionem sustinuit, sed acerrimam & turpissimā. Sap. 2, Morte turpissima condemnemus eum. Vel aliter, Nos videmus Iesum. Et quasi quæreretur ab ipso quē diceret: ideo respōdens dicit. s. eum qui per passionē mortis modico minoratus est quā angeli, cū gloria & honore coronatum. q. d. Hæc minoratio non est intelligenda nisi propter passionem mortis. Nec est mirum, quia quantum ad hoc non solùm angelis sed etiam hominibus est minor. Esa. 53, Desiderauimus eum nouissimum virorum, &c. Dicit autem Glo. & est Augustini contra Maximū, q̄ Christus nō est minoratus ab angelis propter conditionē naturæ humanæ, sed ꝓpter passionē. Natura enim mētis humanæ, quā Christus sine peccato assumpsit, nihil est maius q̄ sola trinitas. Minor ergo angelis corpore, quia passio est secūdū corpus, quod videtur esse cōtra Diony. qui dicit. 4. ca. angelicæ hierarchiæ, quòd angeli naturali participatione luminis maiores sunt quàm homines. Et dicendum est quòd de natura mentis humanæ dupliciter possumus loqui. Vel secundum naturalia sola, & sic natura angelorum excellentior est quàm natura mentis humanæ, quia angelus accipit cognitionem diuinæ veritatis in quadā excellentia & plenitudine intellectualis luminis, sed homo ex creaturis. Alio modo possumus accipere naturam vtriusque sine peccato, in ordine ad beatitudinem obtinendā, & sic sunt æquales. Luc. 20, Erunt sicut angeli in cœlo: Christus tamen quantū ad excellentiam gratię, secundum mētem humanam maior est angelis. Ista igitur minoratio nō est secundū naturam diuinitatis, nec absolutè secundum naturā humanam nisi inquantum passus est secundum illam. ¶ Deinde cùm dicit [Vt gratia dei.] Describit ipsam passionem & describit eam tripliciter. Primò ex causa cū dicit, Vt gratia dei. Secūdò ex vtilitate cùm dicit, Pro omnibus. Tertiò ex modo cùm dicit, Gustaret. Causa enim fuit sola gratia dei. Vnde cōtinuatur sic, Videmus Iesum qui minorat⁹ est, ex hoc [vt gratia dei, &c.] Ex ipsa enim factum est quòd filium suum vnigenitum dedit. Io. 3, Sic enim dilexit deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ro. 5, Cōmendat deus charitatem suam in nobis, quia cùm adhuc peccatores, &c. Vel secundum quòd dicit glo. Augustini, vt gratia. i. ipse Christus qui est gratia dei. Et sic gratia est nominatiui casus. Dicitur autem Christus gratia, quia author est gratiæ. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vel quia est gratis datus. Esa. 9, Filius datus est nobis. vt sit sensus, quòd ipse minoratus est, vt

ipse qui est gratia dei, &c. Vtraque positio est secundū glo. [Pro omnibus] ecce vtilitas. Pro omnibus autem dupliciter potest intelligi. Vel vt sit distributio accōmoda. s. pro omnibus prædestinatis, pro istis enim tātū habet efficaciam. Vel absolutè pro omnibus, quantum ad sufficientiam. Sufficiens enim quantū ad se omnibus est. 1. Tim. 4, Qui est saluator omniū, maximè autē fidelium. Chrysostomus. Pro omnibus hominibus generaliter mortuus est, quia omnibus pretium sufficit. Et si omnes non credunt, ipse tamen quod suum est impleuit. [Gustaret] ecce modus. Gustat enim qui non multū comedit nec bibit. Quia ergo Christus non perseuerauit in morte, sed statim surrexit, ideo gustauit. Psalmus, De torrente in via bibit, &c. Viator festinat. Item gustus est discretiuus saporis. Vnde qui gustat magis discernit, quàm qui bibit. Vt ergo desinet q̄ mortem & dolorē sensit, & sic mors non fuit fantastica, vt dicit Manicheus & Apollinaris, ideo dicit, gustauit. Tren. 1, O vos omnes qui transitis per viam, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Decebat enim eum, &c.] Ostendit conuenientiā ex vtilitate. Deus enim pater est qui fuit causa mortis. Ipse enim est [per quē omnia] sicut per causam efficientē, & propter quē omnia, sicut per causam finalē. Propter enim ipsum sunt omnia, quia propter bonitatē suam cōmunicandā. Et hæc fuit causa mouēs ad producēdū res, & ita finaliter sunt omnia propter deū. Prou. 16, Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Sunt etiam effectiuę per ipsum. Psalmus, Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Est ergo omnium principium, & finis. Apoc. 1, Ego sum alpha & o, principium & finis. Ro. 11, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Decebat ergo ipsum, quia actor est omnium omnibus prouidere. Sap. 6, Equaliter illi cura est de omnibus. Secū dò conueniens fuit ex parte causæ, quæ, vt dictū est, fuit gratia dei, gratia verò ordinatur ad gloriam. Rom. 6. Gratia dei vita æterna, Deus autem ab ęterno prædestinauit, quos debet adducere in gloriam. Et isti sunt omnes illi qui sunt participes filiationis eius, quia si filii, & hæredes. Ro. 8, Et ideo dicit [Qui multos filios in glos. ad.] q. d. Ipse habet vnum filium perfectū naturaliter. Mar. 12, Adhuc ergo habens filium vnū charissimum, &c. Qui est naturaliter splendor gloriæ: suprà. 1. Alii autem sunt adoptiui, & ideo adducendi sunt in gloriam. Vnde dicit, Qui adduxerat. i. adducendos præordinauerat. Et quid decebat eum? Hoc. s. q̄ ipse est qui est actor salutis eorum, &c. Salus ista in duobus consistit. s. q̄ fiant filii, & q̄ inducantur in hæreditatem. Quòd autem sint filii habent per filium naturalem. Quos præsciuit & prædestinauit cōformes fieri imaginis filii sui. Ro. 8, Gloriā autem & hæreditatem non consequuntur nisi per eum cuius naturaliter est hæreditas qui est splēdor gloriæ: quia ergo per filiū cōsequimur ista duo, ideo ipse cōueniēter dicitur auctor salutis Mat. 1, Ipse saluū faciet populū suū à peccatis eorū. infrà 12, Aspiciētes in actorē fidei, & consummatorē Iesum. Decebat ergo q̄ pater actorē salutis mitteret. s. filiū, vt expositū est, q̄ multos filios adduxerat p ipsum in gloriā. Et sic patet conuenientia ex parte causæ. [Per passionem cōsummari]. i. per fidē. Ipse enim inquātū est filius naturalis est totaliter perfectus, sed quia in passione minoratus fuit, debuit per meritū passionis perfici. Ex ista ergo consummatione, patet cōuenientia modi, de quo dixerat quòd gustauit. Tantū enim gustauit mortem, quia nō accepit eā, nisi vt per meritū passionis consummaretur. Ipsa enim eius cōsummatio est eius glorificatio. Luc. vltimo, Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriā suam. Gustauit etiā, quia cū ipse adduxerit filios in gloriā, sicut medicus gustat medicinā ne infirmus abhorreat, sed vt securius bibat, ita ipse gustauit mortē, vt quia sine morte ingredięte necessitatē nō est salus, nullus mortē refugiat. ¶ Consequēter cùm dicit [Qui enim sanctificat.] Probat quod dixerat. Vbi duo facit, quia primò probat propositū suum ex parte patris cōsummantis. Secundò ex parte Christi consummati, ibi [Quia ergo pueri.] Adhuc circa primū duo facit, quia primò proponit intentū. Secundò probat per authoritatē, ibi [Propter quā causam [Dicit ergo. [Qui enim sanctificat & qui sanc. ex vno omnes.] Sciendum est autē quòd supra Apostolus tria dixerat: Primò q̄ Christus est causa salutis, in quo ostendit nos dependere ab ipso. Secundò ostendit q̄ pater est consummator ipsius Christi per meritum passionis. & in hoc Christus dependet à patre. Tertiò q̄ pater nos adducit in gloriam, in quo etiam nos dependere à deo ostendit, & secundum hoc, Apostolus hic tria facit. Primò enim ostendit q̄ dependemus à Christo. Sanctificatus enim dependet à sanctificato, Christus autem est sanctificās. infrà 13, Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem, &c. Bene ergo dictum est, q̄ quia est actor & sanctificator, dependemus ab ipso, ipse verò à patre à quo habet quod sanctificet, quod est secundum. Sed omnes, ipse. s. qui sanctificat & nos qui sanctificamur, ex vno. s. ex patre, quod est tertiū. Romanorum octauo, Hæredes dei, cohæredes autem Christi, ¶ Consequenter ista tria probat per tres authoritates. Et primò q̄ Christus tanquam mediator & actor salutis ea quæ dei sunt in nos refert. Vnde dicit [Propter quam causam] quia scilicet nos & ipse ex patre dependemus & sumus ex vno deo patre [non cōfunditur eos vocare fratres [quia. s. ex eodem patre. Malac. 2, Nunquid non pater vnus omnium nostrum? ideo dicitur in psal. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Et Ioannis 2, Vade ad fratres meos. ¶ Sed nota q̄ dicit, Non confunditur, &c. Quia aliqui de vili plebe nati si promouentur, confundun tur cognoscere consanguineos suos. Prou. 19, Fratres hominis pauperis oderunt eum. Non sic autē Christus, sed dicit [Nūtiabo nomen tuū fratribus meis.] Ioan. 17, Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Ioan. 1, Vnigenitus qui est in sinu patris, &c. Istius annuntiationis ostendit fructū, cùm dicit [In medio ecclesiæ laudabo te.] quasi dicat, per hoc congregatur tibi magna ecclesia, in cuius medio laudabo te. Et dicit in medio, quia sicut columna in medio domus ipsam sustentat, lucerna in medio domus illuminat, cor in medio corpus viuificat, ita Christus in medio ecclesiæ. Ea ideo de ipso conuenienter dicitur, q̄ stetit Iesus in medio, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Et iterum, &c.] Ostendit q̄ ipse Christus dependet ex patre per hoc quod dicit [Ego ero fidens in eum.] Hoc secundum Hieronimū habetur. Esa. 8, Vbi nos habemus, Expectabo dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, &c. Sed Esa. 12. expressè habetur, Fiducialiter agā, & non timebo. Ego ero fidens in ipso pro gloria capitis & membrorū, quod suprà dixit consummationem. Psal. In te domine speraui. Ostendit autem quā spem habet, quia non quācunq;, sed firmā quæ dicitur fiducia. Spes enim & si non sit de impossibili, tamen habet timorem coniunctum quandoque, & tunc propriè dicitur spes. Spes quandoque est firma & sine timore, & tunc propriè dicitur fiducia. Et istam habuit Christus. ¶ Deinde cùm dicit [Et iterū, &c. Ostendit tertium. s. quod refert nos in deū, dicēs [Ecce ego.] Et habetur.

Esa.8.q.d.Relatus sum in deũ,ego,inquã,qui sum fidens[& similiter pueri mei] quos in deũ reduco.s.discipuli mei.Ioan.vltimo,Pueri nunquid pulmentarium habetis?[Quos dedit mihi deus.]Ioan. 17, Tui erant, & mihi eos dedisti.Isti dicuntur pueri propter puritatẽ.1.Regũ 21, Si mundi sunt pueri & maximè à mulieribus,& paulò pòst ibidem sequitur,Fuerunt vasa puerorum sancta.Item propter simplicitatẽ.1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus,sed malitia paruuli estote.Item propter humilitatẽ.Mat.18,Nisi conuersi fueritis,& efficiamini sicut paruuli,&c.Istos autem pueros dedit mihi dominus,quia Ioan.6,Nemo potest venire ad me,nisi pater qui misit me traxerit eum. Lect. 4.

QVia ergo pueri cõmunicauerunt carni & sanguini:& ipse similiter participauit eisdem:ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium,id est,diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus aßimilari,ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad deum, ut repropitiaret delicto populi. In eo enim in quo passus est,ipse & tentatus:potens est & eis qui tentantur auxiliari.

¶Suprà ostendit Apostolus cõuenientiã mortis Christi ex parte patris mortẽ deponentis,hìc ostendit idẽ ex parte ipsi⁹ Christi mortẽ patiẽtis.De Christo verò dixit ꝙ erat actor salutis fideliũ,ideo hìc intẽdit ostẽdere quomodo per passionẽ effectus est actor salutis eorũ.Et circa hoc tria facit.Primò enim ostendit cõditionẽ naturæ,per quẽ mori potuit.Secundò ostendit vtilitatem quã per mortẽ attulit,ibi [Vt per mortẽ.] Tertiò ꝓbat,quod ꝓposuerat,ibi[Nusq̃ enim angelos.]Dicit ergo,Ita dixi ꝙ ipse & pueri sunt ex vno omnes,& ꝙ vocauit eos fratres,ergo conueniens fuit ꝙ esset eis similis,nõ tantũ quia impartitur eis participationẽ naturæ diuinæ quod est ex dono gratiæ,sed etiã quia ipse naturã eorum assumpsit.Vnde dicit [Quia ergo pueri cõmunicauerunt carni & sanguini & ipse similiter participauit eisdẽ.] Nomine carnis & sanguinis,aliquãdo ipsa natura carnis & sanguinis intelligitur.Gene.2,Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea.Aliquando verò vitia carnis & sanguinis.Mat.16, Caro & sanguis nõ reuelauit tibi.Aliquãdo verò ipsa corruptibilitas carnis & sanguinis.1.Cor. 15,Caro & sanguis regnũ dei non possidebunt, neq; corruptio incorruptionẽ.Sed hìc nõ intelligitur de vitiis:Christus enim assumpsit naturã sine peccato,sed cũ passibilitate,quia assumpsit carnẽ similem peccatrici.Roma.8,In similitudinem carnis peccati.Ipse ergo communicauit vel pueris,vel etiam carni & sanguini.Et totũ similiter,quia. s.non carni fantasticè vt dixit Manicheus:nec accidentaliter,vt dixit Nestorius,sed veræ carni & sanguini,sicut & pueri,&in vnitate personę. ¶Consequẽter ostendit vtilitatẽ quã per mortẽ attulit cùm dicit,Vt per mortẽ destrueret,&c.Et circa hoc facit duo.Primò enim ostendit vtilitatẽ istam ex parte diaboli qui tenebat.Secundò ex parte nostra,qui tenebamur,ibi[Vt liberaret eos.]Dicit ergo,Ideo participauit.i. assumpsit naturã in qua posset pati & mori, quod nõ poterat in diuina[vt per mortẽ destrueret eum qui habebat mortis imperiũ].i.diabolum. ¶Sed quomodo habet diabolus mortis dominiũ?Hoc enim est solius dei.1.Reg.2, Dominus viuificat,& mortificat.& Deut.32,Ego occidã,& viuere faciã.Respondeo,Dicendũ est ꝙ aliter habet dominiũ mortis iudex, quia scilicet quasi mortẽ infligens,cũ per mortem punit,aliter latro quasi scilicet mortẽ sibi ex demerito acquirens.Primo modo deus habet mortis imperium.Gene.2, Quacunq; die cõmederis ex eo morte morieris.Secundo modo diabolus,qui suadẽdo homini peccatũ,morti ipsum addixit.Sap.2,Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ.Dicit autẽ destrueret,non quantũ ad substantiam quã habet incorruptibilem,nõ quantum ad malitiã,vt aliquando diabolus bonus fiat (vt dicit Origenes) sed quantũ ad potestatis dominium.Io.12,Nunc iudiciũ est mũdi,nunc princeps mundi huius eiicietur foras.Col.2.Expolians principatus & potestates traduxit confidenter,palàm triumphans illos in semetipso. Et hoc factum est per mortem Christi triplici ratione. Vna est ex parte Christi.Iustitiæ enim est vera ratio,vt victor victum sibi subiiciat. 2.Pet.2,A quo enim quis superatus est,huius & seruus est.Christus enim vicit diabolũ.Apocali.5,Vicit leo de tribu Iuda.Et ideo iustum est diabolũ sibi esse subiectum.Luc.11,Cùm fortis armatus custodit atriũ suũ, &c. Alia ratio est ex parte diaboli. Iustitia eñ exigit,quod qui malè vtitur potestate sibi cõcessa,amittat eã. Diabolo autẽ data est permissiua in peccatores quos seduxit, sed non in bonos.Quia ergo hanc extendere præsumpsit,etiam in ipso Christo,qui peccatũ non fecit.Ioan.14,Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam,ideo meruit illam perdere . Tertia ratio est ex parte nostri,quia iustum est quòd victus sit seruus victoris,vt dictum est.Homo autem per peccatũ seruus erat diaboli.Ioan.8,Qui facit peccatum seruus est peccati,& ita subiectus dyabolo, & obnoxius peccato . Christus autem soluit pretium pro peccato nostro. Psal. Quæ non rapui tunc exoluebam . Sublata ergo causa seruitutis,scilicet peccato , per Christum est homo liberatus. ¶Sciendum est autem quòd nulla alia satisfactio fuit conueniens. Homo enim erat debitor,vnus autem bene potest satisfacere pro alio ex charitate.Nullus autem pro tota humana natura,quia non habet potestatem super illam.Nec etiam ipsum humanum genus sufficiẽter poterat satisfacere,quia totũ erat peccato obnoxium.Nec etiam angelus,quia ista satisfactio est ad gloriam,quæ excedit facultatem naturæ angeli.Oportuit ergo esse hominẽ qui deberet satisfacere,& deum qui solus habet potestatẽ super totum humanũ genus, qui posset pro toto humano genere satisfacere . Per mortem ergo dei & hominis destruxit eum qui habet mortis imperium. ¶Consequenter cùm dicit[Vt liberaret eos,&c.] Ponitur alia vtilitas ex parte nostra.Homo enim intantũ est seruus peccati,inquãtum inducitur ad peccandũ. Inter omnia verò duo sunt quæ inducunt ad peccandũ efficacissimè.s. præsentium bonorũ amor malè inflãmans,præsentium etiam pœnarum,timor malè humilians.De his Psal.Incensa igni,quantum ad primum, & suffossa,quantum ad secundum.Hæc autem duo in idem reducuntur,quia quantò quis amat bonum aliquod,tantò timet malum sibi contrarium.Ista sunt quibus homo ligatur & detinetur in peccato, magis tamen per timorem mouetur quàm per amorem. Vnde videmus quòd sæuæ bestiæ, pœnarum timore retrahũtur à maximis voluptatibus,& sic timor maximè ligat homines.Inter omnes autẽ,timor mortis est maximus.Est enim finis terribilium.Vnde si homo timorem istũ superat,supat omnes,&hoc superato,superatur omnis amor mundi inordinatus.Et ideo Christus per mortem suam fregit hoc ligamen, quia abstulit timorem mortis,& per consequens,amorem vitæ præsentis.Quando enim considerat homo quòd filius dei dominus mortis,mori voluit,nõ timet mori.Vnde prius dicebat ille.Eccles.41,O mors quã amara est memoria tua.Sed pòst clamat Apostolus.Phil.1,Desideriũ habens dissolui & esse cũ Christo.Vnde Mat.10, Nolite timere eos qui occidũt corpus,&c.Dicit ergo[Vt liberaret eos qui timore mortis,obnoxii erãt seruituti,scilicet peccati,per totam vitã quam nimis appetebãt.Vel aliter.Homo enim duplici seruituti erat obnoxius,scilicet legis.Vnde Actu.15,Lex dicitur iugũ,quod nec nos nec patres nostri portare potuimus.Manus enim Moysi erãt graues.Exod.17.Gal.4,Vt eos qui sub lege erãt redimeret . Erãt enim obnoxii seruituti peccati.Ab ista duplici seruitute Christus nos liberauit.Differentia autẽ inter nouũ & vetus testamentũ est timor,& amor.In nouo est amor.Ioan.14,Si diligitis me mandata mea seruate.Vetus autem fuit lex timoris.Romanos.8,Nõ enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore.Et ideo dicit, Vt liberaret eos qui timore mortis corporalis,quam infligebat lex,per totam vitam obnoxii erant seruituti legis. ¶Consequenter cùm dicit[Nusquam enim angelos apprehendit.]Probat Apostolus vtilitatem, quam mors Christi attulit. Et circa hoc tria facit.Primò enim ostendit quòd Christus per mortem nos liberauit,quod probat ex conditione naturæ passibilis quam assumpsit.Secundò concludit similitudinem,ibi [Vnde debuit] Tertiò ostendit similitudinis vtilitatem,ibi [Vt misericors fieret.] Dicit ergo, Ita dixi quòd Christus per mortem suam liberauit nos à peccatis & morte.Nec est dubium quòd quantum ad conditionẽ naturæ angelus maior est homine,sed quia angelus non fuit obnoxius seruituti , nec dignus morte, ideo non assumpsit angelum.Quòd si assumpsisset angelum,hoc vtique fuisset propter dignitatem naturæ, sed nusquam legimus ꝙ assumpsit eum[sed tantùm semen Abrahæ]id est humanã naturam,non tamẽ ydealem, sed in indiuiduo & athomo,& ex semine Abrahæ.Mat.1.Filii Abraham,&c.Et hoc addit,vt Iudæi magis vererẽtur Christum Signanter verò dicit[Apprehendit] quia illud propriè dicitur apprehendi quod fugit . Non solùm autem ipsa natura humana fugiebat à deo,sed etiam ipsi filii Abrahę.Zacha.7,Auerterunt scapulã,&c.Glo.Chryso.Magnum & mirabile & stupore plenum est carnem nostram sursum sedere & adorari ab angelis & archangelis.Hoc ego sepius in mente versans excessum patior,magna de genere humano imaginans. ¶Deinde cùm dicit[Vnde debuit per.o.f.asi.]Ex prędictis concludit similitudinem.Quasi dicat,Quia ergo nõ apprehendit angelos,sed semen Abrahæ,ideo debuit per omnia assimilari fratribus.Per omnia,inquam, in quibus sunt fratres,non in culpa sed in pœna,& ideo debet habere passibilem naturam.Vnde infrà 4,Tentatũ autem per omnia pro similitudine absque peccato.quantum,scilicet,ad pœnam,non tentationẽ culpæ. Item sunt fratres quantum ad gratiam.1. Io.3, Videte qualem charitatem dedit nobis deus pater, vt filii dei nominemur & simus.Romano.octauo,Quos præscIuit & prædestinauit conformes fieri,& cætera. ¶Cõsequenter ponit vtilitatẽ istius similitudinis,dum dicit[Vt misericors fieret.]Vbi duo facit, quia primò ponit eam,secundò exponit ipsam,ibi[In eo enim, &c.] Nam Christus secundum quòd mediator est, duplex habet officium.Vnum quod pręponitur toti humano generi sicut iudex.Io.5,Potestatem dedit ei iudicium facere,&c.Aliud per comparationem ad deum apud quem pro nobis quasi aduocatus interpellat,quia assistit vultui eius pro nobis.infrà 9.&.1.Ioan. 2, Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum,&c. In iudice autem maximè desideratur misericordia, & præcipuè à reis . In aduocato desideratur fidelitas . Inquantum est iudex desiderabat misericordiam,inquantũ aduocatus fidelitatem.Et ista duo exhibuit Christus per passionẽ.Vnde quantũ ad primum dicit ꝙ per passionẽ adsimilatus est fratribus,vt misericors fieret.Sed nũquid nõ fuit misericors ab æterno?quia miserationes eius super omnia opera eius.Psal.Itẽ ab initio habuit misericordiã.Iob 31,Ab infantia creuit mecũ miseratio.Respõdeo.Dicendũ est ꝙ miseratio dicitur quasi miserũ cor super aliena miseria,& hoc est dupliciter.Vno modo per solã apprehẽsionẽ,& sic deus sine passione nostrã miseriã apprehẽdit.Ipse enim cognouit figmentũ nostrũ,vt dicitur in Psal. Alio modo per experientiã,& sic Christus potissimè in passione expertus est miseriã nostrã . Itẽ ipse est fidelis aduocatus.Et ideo dicitur[Fidelis pontifex].infrà 9,Christus assistens pontifex futurorum bonorũ. Et requiritur ꝙ sit fidelis.1.Cor.4,Hic iam quæritur inter dispensatores,vt fidelis quis inueniatur,& hoc totũ[vt repropiciaret delicta populi].s.pro quo mortẽ sustinere voluit.Ipsa enim passio allegatio est, & fideliũ interpellatio. ¶Deinde cùm dicit[In eo enim,&c.]Exponit istam vtilitatem & continuatur sic.Quasi dicat, Non loquor de Christo inquantum deus,sed inquantum est homo. Et ideo [in eo,]id est, in illa natura quam assumpsit,vt experiretur in se nostram causam esse suam.Vnde dicit[Et tentatus,& passus est]ideo [potẽs est & eis qui tẽ.aux.]Vel aliter.Ideo factus est misericors & fidelis,quia in eo quòd passus & tentatus est,habet quandam conuenientiam ad hoc quòd misereatur.Et dicit tentatus,non à carne,sed ab hoste.Mat. 4, Ductus est Iesus in desertũ à spiritu,vt tentaretur à diabolo.In ipso enim non fuit aliqua rebellio patris inferioris ad superiorem,sed passus est in carne pro nobis.1.Pet.2,Christus passus est pro nobis,&c.Et.4,Christo ergo in carne passo,& vos eadem cogitatione armamini. Cap. 3.

Præfertur Christus Moysi & Aaron,ponendo primò conditionem eorũ, quibus logtur Paulus, et illius de quo loquitur. s. Christi & ipsum Christum comparat Moysi, ponendo ea in quib⁹ cõuenerint tãdẽ Christum Moysi præferẽdo.

VNde fratres sancti uocationis cælestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum:qui fidelis est ei qui fecit illum,sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam . Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit,deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius,tanquam famulus,in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus uerò tanquam filius in domo suа:quæ domus,sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque ad finem,firmam retineamus.

¶Sicut suprà dictum fuit lex vetus ex tribus habuit authoritatem,scilicet ex angelo,ex Moyse,&ex Aaron pontifice.Apostolus autem suprà prætulit Christũ actorem noui testamenti angelis per quos lex data fuit, hìc intendit ipsum præferre Moysi qui fuit promulgator,& quasi legislator vetus testamenti.Et circa hoc facit duo.Primò enim præfert Christum Moysi.Secundò cõcludit ex hoc quòd sit efficacissimè obediendũ Christo,ibi[Quapropter sicut]Circa primũ tria facit.Primò præmittit dignitatẽ Christi. Secũdò ostendit quid sit cõmune Christo & Moysi,ibi[Amplioris.]Circa primũ duo facit,quia primò ponit conditionem eorum ad quos loquitur,secundò ponit cõditionẽ eius de quo loquitur,ibi [Cõsiderate.]illos autẽ ad quos loquitur describit tripliciter.Primò ex charitate.Vnde dicit[Fratres]quasi diceret, quia ex semine Abrahæ

fratres estis inter vos adinuicem. Mat. 23, Omnes vos fratres estis, &c. Item fratres Christi. suprà. 2, Non cõfunditur eos vocare fratres. Hanc autẽ fraternitatem facit Charitas. Psal. Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum, &c. Secundò etiã describit eos ex sanctitate, cùm dicit [sancti.] Et hoc propter sacramentorũ perceptionẽ. 1. Cor. 6, Sed abluti estis, sed sanctificati estis, &c. Tertiò describit eos ex vocatione cũ dicit [Vocationis cælestis participes.] Ista autẽ vocatio dupliciter potest intelligi cęlestis esse. Vel quia vocati sunt ad cælestia regna. 1. Thes. 2, Vocauit nos ad suum regnũ & gloriam. Vel vocauit nos vocatione cælesti, quia non humana adinuentione, sed cælesti gratia. Gal. 1, Vocauit per gratiã suam. Ro. 8, Quos autem prædestinauit hos & vocauit. Esa. 41, Quis suscitauit ab oriente iustũ, vocauit eum, vt sequeretur se. ¶ Consequenter describit illum de quo loquitur, cùm dicit [Considerate.] Infrà 12, Aspicientes in auctorẽ fidei, & cõsummatorem Iesum, &c. Sed quem? [Apostolũ, inquit, & pontificem cõfessionis nostræ Iesum.] Apostolus enim in sequẽtibus præfert Christum Moysi & Aaron, & ideo ascribit ei vtriusq; dignitatem, Moysi. s. quia missus fuit à deo. Psal. Misit Moysem seruũ suum. Aaron verò qui pontifex fuit. Exod. 28, Applica quoq; ad te Aaron, &c. Christus autẽ excellentius missus fuit Apostolus, quàm Moyses. Exod. 4, Obsecro domine mitte quẽ missurus es, quasi dicat alium digniorem missurus es. Item ipse est pontifex & sacerdos. Psal. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quasi ergo præmittit hîc conditionem suam principalem, dicens, Vnde. i. ergo fratres considerate Apostolũ, Q. d. Prætermittatis considerare illũ Apostolũ. i. missum Moysen & pontificẽ Aaron & considerate Apostolum & pontificẽ cõfessionis nostræ. i. illum quẽ nos cõfitemur. Hoc est enim necessariũ ad salutem, vt cõfiteamur eum. Romano. 10, Corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem, vel cõfessionis, id est, sacrificii spiritualis. Omnis enim sacerdos ordinatur ad sacrificia offerẽda. Duplex autem est sacrificium scilicet corporale vel tẽporale. Et ad hoc institutus fuit Aaron. Aliud autem est sacrificium spirituale, quod est in fidei confessione. Psal. Sacrificium laudis honorificabit me. Et ad istud sacrificium institutus est Christus, non ad tauros. Esaiæ primo, Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorũ nolui. Et paulò pòst ibidem sequitur, Ne offeratis vltra sacrificium frustrà. ¶ Deinde cùm dicit [Qui fidelis, &c.] Comparat Christũ Moysi. De Aaron infrà facit mentionem specialem. Et ponit primò hîc vt dictum est, illud in quo cõueniunt. Sciẽdum est autem quòd totũ hoc quod hîc dicitur de Moyse, fundatur super illud quod habetur Numeri. 12, Vbi dominus ostendit excellentiam Moysi postquã iurgati sunt cõtra ipsum Aaron & Maria, vbi ponũtur hæc verba quæ Apostolus hic allegat. Ibi enim dicitur sic. At nõ talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Hoc autẽ potest cõuenire & Christo & Moysi. De Moyse enim patet ex ipsa hystoria allegata. De Christo etiã intelligitur, quia ipse secundũ q̃ homo [fidelis est ei qui fecit eũ] scilicet deo patri, qui eum secũdum humanitatem fecit. Romanos 1, Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ. Secundũ enim quòd deus non est factus, nec creatus, sed genitus. Fidelis autẽ fuit deo patri, quia gloriã eius quærebat, non suam. Ioan. 8, Ego gloriam meã non quæro. Et 7. dicitur, Qui quærit gloriã eius, qui eũ misit, hîc verax est & in iustitia in illo non est. Fidelis ergo est Christus ei qui fecit eũ [sicut Moyses] & hoc in omni domo eius, quæ domus est vniuersitas fidelium de qua. ps. Domum tuam decet sanctitudo domine. ¶ Deinde cùm dicit [Amplioris enim gloriæ] Præfert Christum Moysi, & hoc quantum ad duo. Primò quantum ad potestatem. Secundò quantum ad conditionem, ibi [Et Moyses.] Commẽdando autẽ Christum, cõmendat ipsum habuisse honorem in omni domo sicut Moyses, sed q̃ Christus ipsum excellat ostẽdit. Vbi primò ponit rationem. Secundò manifestat, ibi [Omnis nanq;] Ratio autẽ Apostoli est quòd maior gloria debetur illi qui fecit domũ, quã illi qui eam inhabitat, Christus autem fabricauit domum. Psal. Tu fabricatus es aurorã & solẽ. Prouer. 9, Sapientia ædificauit sibi domũ. i. ecclesiã. Ipse enim Christus per quẽ gratia & veritas facta est, tanquam legislator ædificauit ecclesiam. Moyses autem tanquam legis pronuntiator, & ideo solùm vt pronuntiatori debetur gloria Moysi. Vnde & resplẽduit facies eius, de qua Exo. 34. &. 2. Cor. 3, Ita vt non possent filii Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius. Cõtinuatur ergo sic litera, Tu dicis quòd Christus est fidelis sicut Moyses, quare ergo dimittemus ne consideremus? Certè quia [amplioris glorię dignus est habitus præ Moyse quantò ampliorẽ gloriã habet dominus domus qui fabricauit illã.] Q. d. Et si Moyses multum sit honorabilis, tamen Christus honorabilior est sicut fabricator domus, & sicut legislator principalis. Iob. 36, Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Si ergo debetur gloria Moysi, ampliori dignus est Christus. 2. Corint. 3, Si ministratio dãnationis in gloria est, multò magis ministerium iustitiæ erit in gloria. ¶ Consequenter probat minorem suæ rationis cùm dicit [Omnis nanque domus fabri, ab aliquo.] Minor autem est quòd Christus fabricauit domum istam, & hoc probat primò, quia omnis domus indiget fabricatore: secũdò quia ista domus de qua loquitur, à Christo fabricata est, ibi [Qui autem omnia.] Primò ergo probat quòd ista domus sicut & quęlibet alia indiget fabricatore, quia diuersa non coniunguntur nisi ab aliquo vno, sicut patet de domo artificiali, in qua ligna & lapides ex quibus composita est vniuntur ab aliquo. Aggregatio autem fideliũ quæ est ecclesia & domus dei, ex diuersis collecta est. s. Iudæis & Gentibus, seruis & liberis. Et ideo ecclesia sicut & omnis domus ab aliquo vniente fabricatur. Huius rationis ponit tantùm conclusionem supponens veritatem præmissarum ex facti euidentia. 1. Pet. 2, Ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales, &c. Ephe. 2, Superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Qui autem creauit omnia deus.] Probat quòd Christus sit istius domus ædificator, ipse enim est deus qui fecit omnia. Et si hoc intelligitur de toto mundo, planum est. Plasmus, Ipse dixit & facta sunt, &c. Est autem alia creatio spiritualis, quæ fit per spiritum. Psalmus, Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem, &c. Et hæc fit à deo per Christum. Iac. 1, Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturę eius. Ephe. 2, Ipsius factura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis. Deus ergo istã domũ. s. ecclesiam ex nihilo. s. de statu peccati, in statum gratiæ creauit. Ergo Christus per quẽ fecit omnia. suprà. 1, Per quẽ fecit & secula. Ioã. 1, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso, &c. est excellẽtior, vt pote qa habet potestatẽ factoris, quã Moyses q̃ solũ fuit, pnũtiator. ¶ Deĩde cũ dicit [Et Moyses quidẽ] Pręfert Christum Moysi quantum ad conditionẽ, & circa hoc duo facit. Primò enim ponit rationem suam: secundò manifestat eam, ibi [Quæ domus.] Apostolus valde diligenter notat verba illa scripta de Moyse in quibus duo dicuntur de ipso: vocatur enim seruus, vocatur etiã fidelis non in domo propria, sed in domo dei nostri. Et quantũ ad ista duo præfert Christum Moysi. Primò enim ostendit quid cõueniat Christo ibi [Christus verò tanq̃ filius.] Dicit ergo [q̃ Moyses fidelis erat tanq̃ seruus.] 1. sicut fidelis dispensator. Mat. 25, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam. Christus autem quodãmodo seruus est. s. secundum carnẽ, Philip. 2, Formam serui accipiens, sed Moyses fuit famulus dei in verbis dei proponendis filiis Israel. Ex quo patet q̃ quia erat fidelis famulus, illa quæ dicebat ordinabantur ad aliud. s. ad Christũ. Et hoc erat [in testimonium eorũ quæ dicenda erant.] Io. 5, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit Act. 10, Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent. Quia ergo erat famulus, ideo erat nõ in domo propria, sed in aliena. Et quia ea quæ dicebat erãt in testimonium eorum quæ dicenda erant de Christo: ideo Moyses omniquaq; minor in Christo. ¶ Deinde cùm dicit [Christus verò.] Ostendit quid conueniat Christo, quia. s. [Christus] non est sicut seruus, sed tanq̃ filius in domo patris & per consequens [sua] quia hæres naturalis: suprà 1, Quẽ constituit hæredem vniuersorum, &c. Ecclesia enim est domus Christi. Prou. 14, Sapiens mulier ædificat domum. Psal. Dominus dixit ad me filius meus es tu, &c. Mat. 3, Filius meus dilectus, &c. Est ergo non seruus, sed filius, & in domo sua, sed Moyses est seruus, & in domo aliena. Io. 8, Filius manet in æternum. ¶ Deinde cùm dicit [Quæ domus sumus nos] ostendit quæ sit ista domus. Ista domus sunt fideles, & sunt domus Christi, qui credunt in Christum. 1. Tim. 3, In domo dei quæ est ecclesia. Et etiã quia Christus habitat in ipsis. Philip. 3, Habitare Christum per fidẽ in cordibus vestris: Hæc ergo domus, nos fideles sumus. ¶ Ad hoc autem q̃ simus domus dei, quatuor oportet, quæ requirũtur circa domũ, quę nõ sunt in tabernaculo. Et ista tangit Apostolus. Primò q̃ spes nostra & fides sit certa & permanens: tabernaculum autẽ, & si sit firmum, tamen cito moueri potest. Et significat illos qui ad tẽpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et ideo dicit [Si retineamus fiduciam] dictum est suprà, q̃ fiducia est spes cum expectatione firma & sine timore. 2. Cor. 3, Fiduciã talem habemus per Christũ ad deum. Secundò q̃ sit ordinatè disposita. Et ideo dicit [Spei gloriam.] i. ad gloriam dei ordinatè, ita q̃ contemptis aliis gloriemur in spe gloriæ. Hiere. 9, In hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me. Tertiò q̃ perseuerans. Vnde dicit [Vsq; in finẽ] Mat. 10, Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Quartò q̃ sit firma, vt. s. nulla aduersitate moueatur. Vnde dicit [Firmam] infrà 6, Confugimus ad tenendam propositã spem, quam sicut anchorã habemus animæ tutam & firmam.

Lectio 2.

Quapropter sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri: probauerunt, & uiderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic: & dixi, Semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt uias meas: quibus iurani in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Concluditur ex eo q̃ Christus est excellentior Moyse q̃ ei est magis obediendũ, & ꝓbatur authoritate in qua ponitur monitio culpa & pœna.

¶ Suprà probauit Apostolus q̃ Christus est maioris excellentiæ quã Moyses: hîc concludit q̃ magis est obediendũ Christo. Et hoc facit propter authoritatem prophetæ Dauid in Psalm. Vbi tria facit quia primò proponit authoritatem quæ continet quandam exhortationẽ: secundò exponit eam, ibi [Videte fratres.] tertiò ex authoritate & expositione arguit. 4. c. ibi [Timeamus ergo.] Circa primum tria facit. Primò enim insinuat authoritatem verborũ sequentium. Secundò ponit exhortationẽ quæ est in authoritate, ibi [Hodie si vocem.] Tertiò ponit quandã similitudinem, ibi [Sicut in exacerbatione, &c.] Authoritas verborum est ex hoc quòd non sunt prolata humana adinuentione, sed à spiritu sancto. Vnde dicit [Quapropter sicut dicit spiritus sanctus.] Ipse autẽ verba veteris testamenti allegat pro nouo, ne credatur quòd tantũ sint referenda ad vetus testamentũ, immo etiam ad nouum, & ad aliud tẽpus referri debent. Et sunt verba spiritus sancti, quia vt dicitur 2. Pet. 1, Non humana voluntate allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Ipse enim Dauid dicit 2. Reg. 23, de seipso, Spiritus domini locutus est per me. In hoc ergo ostendit authoritatẽ esse veram, quia. s. est à spiritu sancto, contra Manicheũ. ¶ Deinde cùm dicit [Hodie si vocem, &c.] Ponit monitionẽ vbi facit tria. Primò enim describit tempus cùm dicit [Hodie] Secũdò subdit beneficiũ, ibi [Si vocem.] Tertiò subiungit monitionẽ suam, ibi [Nolite obdurare.] Tẽpus est [hodie.] s. tempus diei. Tẽpus enim legis veteris dicebatur nox, quia erat tẽpus vmbræ, infrà 10, Vmbrã enim habens lex futurorũ bonorum. Sed tẽpus noui testamenti, quia repellit vmbrã noctis legis, dicitur dies. Ro. 13, Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c. Et in hac die exhibetur nobis beneficiũ. Nam sequitur [Si vocẽ eius audieritis] quia audimus vocẽ eius, quod nõ erat in veteri testamẽto, in quo audiebãtur tantùm verba prophetarũ, suprà 1, Olim deus loquens patribus in prophetis, nouissimè verò diebus istis locutus est nobis in filio. Esa. 52, Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Can. 2, Sonet vox tua in auribus meis. In hoc enim exhibetur nobis beneficiũ tantũ desideratũ. Lu. 19, In hac die tua quę ad pacẽ tibi, &c. Si ergo tantũ est beneficiũ, ecce monitio [Nolite obdurare corda vestra.] Cor durũ sonat ĩ malũ. Durũ est quod nõ cedit, sed resistit impellẽti. Et sic dicitur cor hominis durũ quando nõ cedit diuinæ iussioni. Eccl. 3, Cor durũ malè habebit in nouissimo. Ro. 2, Secundũ duritiã tuã, & cor tuũ impœnitens thesaurizas tibi irã in die iræ. Hæc autẽ induratio ex duobus causatur. Ex vno quasi negatiuè. s. ex deo non apponẽte gratiã. Ro. 9, Cuius vult deus miseretur: & quẽ vult indurat. Ex alio verò positiuè, & hoc modo indurat peccator seipsum non obediẽdo deo, & non aperiendo cor suũ gratiæ. Zacha. 7, Cor suum posuerunt vt adamantẽ: ne audirent legẽ & verba quæ misit dominus exercituũ spiritu suo per manum prophetarũ priorum. Nolite ergo obdurare corda vestra. i. nolite corda claudere spiritui sancto. Act. 7, Vos semper spiritui sancto restitistis. ¶ Consequẽter ponit similitudinem cùm dicit [Sicut in exacerbatione.] Intentio autẽ Apostoli est ex factis priorem, concludere per similitudinem suum propositũ, quia vt dicitur Ro. 15, Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt. Facit autem duo circa hoc, quia primò proponit exẽplum in generali ponendo culpam: secundò in speciali, ibi [Vbi tentauerũt me, &c.] Vt autẽ sequamur expositionem Apostoli, oportet ponere in ista litera sensus

qui conueniunt expositioni. Legimus autem inter alias duas culpas filiorum Israel grauissimè punitas. Vna fuit inobedientia quâ habuerunt in facto exploratorum, de quo Nume. 13. & 14. Pro quo facto indignatus dominus voluit totũ populum delere. Vnde iurauit ꝙ nullus intraret terrã promissionis exceptis duobus, s. Caleph & Iosue. Istud autẽ vocat specialiter exacerbationem, quia licet per alia peccata offendissent deũ tamen per illud exacerbauerunt ipsum, quia sicut fructus acerbus, qui opponitur maturo, non est aptus ad cibum, sic tunc ira dei fuit inflexibilis. Baruch 4, Exacerbastis eum qui fecit vos. Aliud peccatũ fuit peccatũ tentationis. Frequenter enim tentauerunt deũ, quia quandoq; pro aqua, quandoq; pro carnibus, quandoq; verò pro pane: ita ꝙ decies tentauerunt ipsum. Posset autẽ aliquis putare ꝙ idem esset peccatum exacerbatio & tentatio: ita ꝙ vellet Apostolus dicere, Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione quæ fuit in die tentationis. Sed hoc est contra expositionẽ Apostoli. Ideo dicendum est sic, Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione: & iterũ, sicut in die tentationis, ita ꝙ sint duo peccata. Vnde Psalm. Conuersi sunt, & tentauerunt deum, & sanctũ Israel exacerbauerunt. ¶ Consequenter prosequitur culpas in speciali, cùm dicit [Vbi tentauerũt me patres vestri, &c.] Et circa hoc duo facit, quia primò ponit peccatũ tentationis: secundò peccatum exacerbationis, ibi [Et dixi semper.] Circa primũ tria facit. Primò ponit peccatum tentationis. Secũdò ostendit eius grauitatẽ, ibi [probauerũt.] Tertiò ponit pœnam, ibi [Propter quod offensus fui.] Dicit ergo, Peccatum tentationis, quia secundum diem tentationis, inquit, in deserto. Tentare autem est experimentum sumere de re quam quis ignorat. Vnde quòd quis tentat deum, procedit ex infidelitate. Sed sciendum est ꝙ aliquando aliquis tentat deum, non cum intentione tentandi & experiẽdi, veruntamen se habet ad modũ tentantis. Qui enim vtitur re sua propter vtilitatem, non tentat propriè: puta si aliquis fugiens currat super equum suum & si tentat, non tamen cũ intentione tentãdi. Sed quando ad nihil vtile est quod facit, tunc tentat. Item si aliquis exponat se alicui periculo cõpulsus necessitate, sub spe diuini auxilii, non tentat deum. Si autẽ sine aliqua necessitate, tunc tentat deũ. Et sic dicit ipse Mat. 4, Non tentabis dominum deum tuum, quia necessitas nulla erat ꝙ mitteret se deorsum. Sic isti tentauerunt dominum, quia dubitauerunt de potestate dei, clamantes contra Moysen, ac si deus non posset eis dare cibum.

¶ Deinde ponitur grauitas culpæ cùm dicit [Probauerunt me, &c.] Quantò enim aliquis maiora beneficia dei recipit, & maiorẽ certitudinem diuinæ potestatis, tantò grauius postmodũ peccat. Isti verò viderunt signa & prodigia in terra AEgypti, apertionẽ maris, & alia miracula, & tamen nõ cessauerunt. Vnde Num. 14, Homines qui viderunt maiestatẽ meam, & signa quæ feci in AEgypto & in solitudine & tẽtauerunt me iam per decem vices, &c. Et ideo dixit [Probauerunt.]i. experiri voluerũt [& viderunt.]i. experti sunt [opera mea.]i. effectus qui non poterant esse, nisi virtutis infinitæ esset ille qui opera faciebat. Et hoc totum nõ vno die, sed [quadraginta annis] quibus. s. manserunt in deserto, quia semper habuerunt manna & colũnam ignis & nubis, vel probauerunt & viderunt me. quia. s. in nullo defeci eis. Illud tamen quod dicit, quadraginta annis, secundũ intentionem Apostoli refertur ad priora, sed secundum intentionẽ Psalmistæ refertur ad sequentia, vt dicatur quòd offensus vel infensus ei fuit 40. annis. Et sic habet litera Hieronymi. ¶ Deinde cùm dicit [Propter quod offensus fui.] Ponitur pœna peccati, & est duplex litera. s. offensus, vel proximus, & idem est [propter quod. i]. propter peccatũ, fui offensus. i. indignatus, non ꝙ ira fit in deo, nisi similitudinariè, quia punit sicut iratus: de qua pœna frequẽter habetur in Exod. & in lib. Numerorũ, Sæpe enim prostrati sunt. Vnde 1. Cor. 10. agit de pœna istius peccati, vel [proximus fui.] s. puniendo ipsos. Quando enim dominus subuenit bonis, & punit malos, tunc est prope ipsos, sed quãdo dissimulat peccata hominum propter pœnitentiã, & dissimulat afflictionem iustorũ, vt crescat ipsorum meritum, tunc videtur etiam longè. Iob 22, Nubes latibulũ eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. Vel proximus, quantũ ad diuinam misericordiam quia hoc ipsum ꝙ punit eos temporaliter magnum misericordiæ signum est. ¶ Deinde cùm dicit [Et dixi, &c.] Ponit peccatũ exacerbationis. Et hoc patet per hoc quod infrà dicitur, Quibus iurauit non introire, &c. Et circa hoc facit duo. Primò enim ponit culpã. Secundò subdit pœnam, ibi [Quibus iurauit in ira mea, &c.] Culpam autẽ duplicem ponit. Vna est in obstinatione in malo. Alia est in recessu à bono. Et istã ponit ibi [Ipsi verò non cognouerunt vias meas.] Dixit ergo. Ego sic fui eis proximus. s. puniendo eos [& dixi.] s. præuisione æterna [hi errãt corde semper.] Deut. 31 Semper cõtentiosè egistis contra dominũ. Hiere. 13, Si potest Ethiops mutare pellem suam, &c. Sic ergo vno modo aliquis exacerbat deum, quãdo obstinatè adhæret malo. Alio modo, quando contẽnit bonum. Vnde dicit [Ipsi verò non cognouerunt vias meas] hoc est non quantũ ad simplicem ignorantiam, sed ad affectatã. Iob 21, Scientiam viarum tuarũ nolumus. Psal. Noluit intelligere vt bene ageret. Vel nõ cognouerunt. i. non approbauerunt, sicut dicit Apostolus 2. Timo. 2, Cognouit dominus qui sunt eius. ¶ Consequenter ostendit pœnã cùm dicit [Quibus iurauit.] In quo verbo ponit immobilitatẽ: in hoc ꝙ vult iuramenta firma, quando enim deus vel angelus inueniuntur iurare, signum est immobilitatis eius de quo iuratur. Psal. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, &c. Veruntamen aliquando non iurat nisi sub conditione, quia. s. si non pœniteant, hæc mala euenient eis. Ponit etiam ꝙ pœna ista non est ad cõminationem, sed magis ad exterminationem, quia dicit [in ira.] Psal. Domine ne in ira tua corripias me. Iurauit ergo in ira [si introibũt in requiẽ meã.] Cõstructio est defectiua ad modum irati, qui truncat verba sua. Et accipitur ly si, pro non. i. non introibunt in requiem meam. Est autem triplex requies. Vna est temporalis, de qua Luc. 12, Habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, &c. Secunda est requies conscientiæ. Eccle. 51, Modicum laboraui & inueni requiem multam. Tertia est requies gloriæ æternæ. Psal. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Ipsi verò nec in terram promissionis, nec in requiem fruitionis æternæ introierunt.

Lectio 3

Ponitur monitio & cõditio monitionis, vtrũq; expo

Videte fratres, ne fortè sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo uiuo. Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus. Dum dicitur, Hodie si uocem eius audieritis: nolite obdurare corda uestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes,

exacerbauerunt: sed non uniuersi qui profecti sunt ab AEgypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius: nisi illis qui increduli fuerunt? Et uidemus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem.

nendo ponitur etiã culpa & pœna malorũ Iudæorum

¶ Suprà Apostolus per authoritatẽ psalmistæ ostendit ꝙ firmiter obediendũ est Christo. In authoritate verò posuit tria, monitionẽ, culpam, & pœnam, hîc ponit ista tria per ordinẽ. Primũ facit, hic videte: secundum, ibi [Quidã.] tertiũ, ibi [Quibus autem iurauit.] In admonitione verò sunt duo. s. ipsa monitio, & ipsi⁹ monitionis conditio. Vnde ista duo exponit. Primò primum hîc. Secundo secundũ, ibi [Participes eñ Christi.] In prima verò admonitione ad duo hortatur. s. ad solicitã cõsiderationẽ, secundò ad mutuã admonitionem, ibi [Sed adhortamur.] Dicit ergo [Videte.] Vnusquisque enim in se debet considerare in quo statu sit. Gal. 6, Opus suum probet vnusquisque. Hier. 2, Vide vias tuas in conualle. [Videte ergo fratres] quantũ ad quẽlibet in se, quia quilibet est pars societatis, & vnicuique mandauit deus de proximo suo. Eccle. 17, Videte. i. probate vnus aliũ, ne fortè sit in aliquo vestrũ, &c. Q. d. Multi inter vos sunt in statu perfecto, tamẽ propter fragilitatem, & arbitrii libertatẽ posset esse malum in aliquo vestrum. Iob 4, Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, q̃tò magis hi qui habitant domos luteas, & terrenũ habent fundamentum. Io. 6, Nonne ego duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Non ergo aliquis sit tantũ solicitus de se: sed etiã de quolibet suæ societatis. Sed quid? Ne sit in aliquo vestrũ cor malum incredulitatis. Ecce malũ de quo loquitur Apostolus. s. cor incredulũ. i. non firmum in fide, in quo cõsistit malitia animæ: quia sicut bonũ animæ in adhærendo deo. ps. Mihi aũt adhærere deo bonũ est, quod. s. est per fidem, ita recedere à deo per incredulitatẽ est malum hominis. Hier. 2, Scito & vide Israel, quia malũ & amarum est reliquisse te dominũ, &c. Et ideo dicit [discedendi] quia per incredulitatẽ recedit [à deo viuo.] Hie. 2, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Sed si inueniatur istud malum in aliquo, nunquid desperandũ est? Non, sed magis debet exhortari. i. admoneri. Ideo dicit [Sed exhortamini vosmetipsos per singulos dies.] i. continuè. s. discutiendo conscientiã suã, & inducendo ad bonũ [Donec hodie cognominatur.] i. donec durat præsens tempus gratiæ, quod est totũ sicut vnus dies. Io. 9, Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Et hoc ideo [vt non obduretur aliquis ex vobis fallacia peccati] Sicut enim suprà dictum est, Cor obduratur per obstinationem in malũ. Sed per hoc, aliquis firmiter inhæret peccato, quia fallitur. Naturale enim est appetitui adhærere bono, sed recedit à bono quia decipitur. Prouer. 14, Errant qui operantur malũ. & Prouer. 13. secundũ aliã literã, Animæ dolosæ errãt in peccatis. Sapiẽ. 5, Ergo errauimus à via veritatis. ¶ Consequenter cùm dicit, Participes, &c. Exponit conditionẽ monitionis. Q. d. Ista conditio magis est efficax q̃ illa, quia illi tantũ audierunt, nos autẽ, participes facti sumus Christi. Et loquitur propriè, quia in veteri testamẽto erat tantũ auditus, nec cõferebatur gratia ex ope operato, sed in nouo testamẽto & est auditus fidei, & datur gratia ipsi operanti. Vnde sumus facti participes Christi. Io. 1, De plenitudine eius accepimus omnes. Sumus autẽ participes gratiæ. Primò per susceptionem fidei. Eph. 3, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Secundò per sacramenta fidei. Gala. 3, Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Tertiò per participationem corporis Christi. 1. Cor. 10, Panis quem frangimus: nonne participatio corporis domini est? ¶ Sciendũ aũt ꝙ duplex est participatio Christi. Vna imperfecta, quę est per fidem & sacramenta. Alia verò perfecta, quę est per p̃sentiã & visionẽ rei, primam iam habemus in re, sed secũdam in spe. Tamen cũ hoc spes habet hanc eõ ditionẽ. s. si perseueramus. Vnde dicit [Si tamẽ initiũ, &c.] Quicunq; enim in Christo baptizatur, suscipit quandã nouã naturã, & formatur quodãmodo Christ⁹ in ipso. Gal. 4, Filioli mei quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus. Hoc quidẽ in nobis verè perficietur in patria, sed hîc tantũ initiũ & hoc per fidẽ formatã: quia informis mortua est. Iaco. 2, Fides sine operibus mortua est. Vnde ista nõ est nobis initiũ participationis Christi, sed fides formata. Infrà 10, Est autem fides sperandarũ substãtia rerũ. i. fundamentũ, & quasi initiũ. Dicit ergo, Sumus participes Christi (si tamen tenemus vsque in finem firmum initiũ substãtiæ eius.) s. fidẽ formatã. Sed cõtrà. Videtur ꝙ timor magis sit initiũ, quia dicit. ps. Initiũ sapientiæ timor domini. Respondeo. Dicẽdũ est ꝙ fides formatur per charitatẽ. Charitas aũt nõ est sine timore casto. Et ideo fides formata semper habet timorẽ istũ secum annexũ. Vnde & fides & timor sunt initiũ. Illud autẽ quod addit dũ dicitur, hodie, &c. totum expositũ est. ¶ Deinde cũ dicit [Quidã enim audiẽtes.] Exponit quod dixerat de culpa illorũ. Q. d. Vos estis effecti participes Christi, si nõ obdurueritis corda vestra sicut isti qui audierũt, sed exacerbauerũt [sed nõ vniuersi.] i. non tamen omnes. Duo enim. s. Caleph & Iosue permanserunt, vt habetur Num. 14, Et alios etiam cõfortabãt. Et per hoc datur intelligi ꝙ cũ nõ tota ecclesia cadat, sed tantũ aliqui, licet plures, ꝙ nihilominus mali punientur, sed non boni, sicut in istis duobus. 3. Reg. 19, Reliqui mihi septẽ milia virorum, qui non curuauerunt genua sua Baal. Ro. 11, reliquiæ secundum electionem dei saluæ factæ sunt. ¶ Deinde cũ dicit [Quibus aũt, &c.] Exponit illud quod dixerat de pœna. Et primò illud quod dixerat offensus fui, secundò illud quod dixerat. Iuraui in ira, &c. ibi, Quibus autẽ iurauit, &c. Dicit ergo [Quibus autẽ offensus est quadraginta annis. Nõne, &c.] Ex quo patet ꝙ istud quod suprà dixit, quadraginta annis, refertur ad illud offensus fui. Vnde dicit ꝙ fuit eis offensus per illos quadraginta annos. Vnde sciẽdũ est ꝙ omnes q egressi sunt de AEgypto mortui sunt in deserto, sicut dicitur Iosue 5, Non tamẽ oẽs prostrati sunt, sed aliqui, vel à deo, sicut quãdo aperta est terra, & deglutiuit Datã & Abiron, sicut dicitur in ps. Et de hoc habetur Nume. 16. Aliqui verò prostrati sunt à Moyse, sicut patet in conflatione vituli, sicut patet Exo. 22. Aliqui verò ab hostibus, sicut patet in pluribus locis. Et ista satis habentur 1. Co. 10. Aliqui verò morte propria mortui sunt. Non ergo omnes prostrati sunt. Vnde non fuit pœna generalis, sed pœna specialis fuit. Et nullus præter illos duos q dicti sunt introierunt terram promissionis. Et de ista terra dicit [Quibus autẽ iurauit.] i. firmiter statuit [non introire in requiem] nisi illis qui fuerũt increduli verbis. s. exploratorũ? Vnde patet ꝙ propter incredulitatẽ nõ potuerunt intrare in requiem ipsius, & propter hoc dicit [Videmus.] quia experti sunt ꝙ propter incredulitatem suam nõ potuerunt intrare. Vel videmus nos. s. per pœnã illã quæ dicta est, quia non potuerunt, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput 4.

Arguit Paulus ex authoritate Dauid iam citata, solicitando ad intrandũ in requiem dei æternam.

TImeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex his quæ audierunt. Ingrediemur enim in requiem, qui credimus: quemadmodum dixit, Sicut iurauí in ira mea, si introibunt in requiem meam: & quidem operibus ab institutione mundi: perfectis. Dixit enim in quodã loco de die septima sic, Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto, rursum, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & hi quibus prioribus annuntiatũ est, non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quendam, hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut suprà dictum est, Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur post hac die.

¶Præmisit suprà Apostolus authoritatẽ Dauid & exposuit, nũc aũt arguit ex ipsa. Et circa hoc facit duo. Primo enim inducit solicitudinẽ introeũdi, secũdo monet ꝙ properemus ingredi, ibi[Festinemus ergo] Circa primũ duo facit. Primò enim incutit solicitudinẽ timoris. Secundò ostẽdit ꝙ de hoc debet solicitudo imminere, ibi[Et enim & nobis] Dicit ergo. Dictũ est ꝙ infensus est illis qui nõ crediderũt, ita ꝙ iurauit ꝙ nõ introibunt in requiem eius[ergo & nos timeamus.] ſ. timore casto & solicitudinis. Prou. 28, Beatus homo q̃ semper est pauidus. Sed quid timere debemus? [Ne fortè relicta pollicitatione, &c.] Beatitudo enim siue fœlicitas in hoc cõsistit, vt homo ingrediatur illã. Tob. 13, Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndũ claritatem Hierusalẽ. Infrà 12, Cõtemplãtes ne fortè quis desit gratiæ dei. Quia vt dicit Chrysostomus, Maior est pœna dãnatis de hoc ꝙ sunt excluſi à visione dei, q̃ aliæ pœnæ quas habent. Et dicit[Existimetur.] ſ. diuino iudicio. Mat. 25, Ite maledicti in ignem æternũ. Vel existimetur secundũ humanã opinionẽ. Ephe. 5, Hoc scitote intelligentes ꝙ omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus quod est idolorũ seruitus nõ habet hæreditatem in regno Christi & dei. Timẽdũ est ergo ne aliquis ex vobis existimetur deesse, quia vobis facta est promisio intrandi, Esa. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulẽta. Apo. 14, A modò iam dicit spiritus, vt requiescãt à laboribus suis. Timẽdũ est ergo ne propter culpam nostrã nõ ingrediamur relicta pollicitatione. i. promisione, quã relinquimus deferendo spem, fidẽ, & charitatẽ per quã possumus introire. Et hoc fit per peccatum mortale. ¶Consequenter cùm dicit [Etenim nobis] ostendit ꝙ nobis imminet ista solicitudo. Et circa hoc facit duo. Primò enim proponit intentionẽ suã. Secundò probat eam, ibi[Ingrediemur.] Circa primũ duo facit, quia primò ostendit ꝙ nobis facta est ista promisio, secũdò ꝙ ista promisio, non sufficit, ibi[Sed non profuit,] Dicit ergo[Etenim nonun.] i. nobis promissum est. Vnde sciendũ est ꝙ illa quæ in veteri testamento promissa sunt temporaliter, intelligenda sunt spiritualiter. Omnia enim in figura contingebant illis. 1. Cor. 10, & Rom. 15, Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt. ¶Deinde cùm dicit[Sed nõ profuit, &c.] ostendit ꝙ nõ sufficit promisio, quin nihilominus debeamus esse soliciti. Vnde dicit ꝙ sermo auditus, & nõ creditus, in nullo eis profuit. Nõ enim auditores legis iustificabuntur, sed factores. Ro. 2, Et dicit[Nõ admixtus fidei] quia sicut ex intellectu & intellecto fit vnum, ita ex corde credentis, & ipsa fide formata fit vnũ. 1. Corin. 6, Qui adhæret deo vnus spiritus est. Illud aũt ꝙ dicit[ex his quæ audierũt] potest esse ratio quare sermo nõ est admixtus fidei. Hoc enim fuit ex his quæ audierũt ab exploratoribus, quibus fuerunt increduli. Vel potest esse determinatio fidei, quæ debet esse ex his quæ audierũt. Ro. 10, Verba enim dei sic sunt efficacia: ꝙ statim audita debent esse credita. Psal. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. ¶Deinde cũ dicit[Ingrediemur enim, &c.] probat propositũ, & circa hoc facit tria. Primò enim ostendit quòd nobis est necessariũ credere sicut & illis. Secundò adducit duas authoritates ad probandũ intẽtum suũ, ibi[Et quidẽ operibus.] Tertiò ex illis arguit, ibi[Quoniã ergo supereſt] Dicit ergo, Nobis factus est sermo sicut & illis, quia[ingrediemur in requiẽ] Psal. In pace in idipsum dormiã & requiescã. Iob 11, Requiesces, & non erit qui te exterreat. Est autem duplex requies. Vna in bonis exterioribus, & ad istã egreditur homo à requie mentis. Alia est in bonis spiritualibus quę est intima & ad istã ingreditur. Mat. 25, Intra in gaudium domini tui. Can. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Deinde ponit authoritatẽ. Sicut iuraui, &c. & hoc expositum est. Deinde cũ dicit[Et quidem operibus, &c.] ponit duas authoritates. Vnã legis quę habetur Gen. 2, Aliã quæ frequẽter posita est, quæ habetur in Psal. dicit ergo q̃tũ ad primũ [& quidẽ operibus ab institutione huius mũdi perfectis dixit, &c.] Hoc potest legi dupliciter. Vno modo ꝙ nõ sit, ibi em̃, sed dixit, in quodam loco, &c. Et est planior litera, vt sit sensus. Dico quòd ingrediemur in requiem quæ præfigurata est ab institutione mũdi, de qua requie prefigurata per diẽ septimã[dixit.] ſ. spiritussanctus qui loquitur in scriptura: quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. 2. Pe. 1. [in quodam loco] famoso. ſ. Gene. 2, [de die septima] Et sic requieuit deus ab operibus suis. Operibus, inquã ab institutione mũdi perfectis. Vel dixit spirituſſanctus in quodã loco de die septima, & hoc dixit postquã narrauerat opera sex dierũ ipsis perfectis ab institutione mundi. Si verò sit ibi. Dicit enim, sic est defectiua constructio, & est sensus. Nunciatũ est nobis quòd ingrediemur, & hoc operibus ab institutione mundi perfectis, sed quando & quomodo nũtiatum est, quia dixit, in quodã loco, &c. Dicit autem operibus perfectis ad denotandum opera sex dierum, quæ fuerunt perfecta. Dicit verò ab institutione mundi, quia primò constitutus est mundus, & post sex dies distinctè perfectus est in singulis partibus suis. De distinctione autem istorum dierum diuersimodè loquuntur sancti. Aliter enim accipit Aug. ab aliis sanctis, sicut patet prima parte summæ quasi. 74. Art. 2. & 3. Tamẽ quomodocũq; dicatur manifestũ est quòd opera illa perfecta fuerũt. Est enim in ipsis duplex perfectio. Vna secundũ partes mũdi, quæ sunt cælũ, & quatuor elemẽta. Et hæc attenditur penes earũ essentias, sicut habetur in prima parte summæ quasi vbi suprà. Et hoc fuit per opus creationis, quod fuit prima die. Et per opus distinctionis, quod fuit secunda & tertia die. Et in hoc concordat Aug. cũ aliis. Alia perfectio est secũdum singulas partes. Et hæc perfectio pertinet ad opus ornatus. Et iste ornatus q̃tũ ad superiora fuit quarta die, q̃tũ ad mediã. ſ. aerem & aquã quinta die, q̃tum verò ad terrã quæ est infimũ elementũ, fuit sexta die. Ista verò perfectio cõuenit numero senario q cõsurgit ex suis partibus aliquoties simul sumptis, quæ sunt

vnũ, duo, & tria, quia sexies vnũ, sunt sex, similiter ter bis & bis ter & vnũ duo tria, sunt sex, quia ergo senarius est primus numerus perfectus, quia licet ternarius cõueniat aliqualiter his quæ dicta sunt, quia ter vnũ, tria sunt, & vnũ & duo, tria sunt, tamen bis vnum non faciunt tria, similiter semel duo, non faciunt tria, sed tantùm duo. Ideo per ipsum senarium designatur perfectio rerum. Post perfectionem verò promittitur quies, quæ nulli datur nisi operanti. Et sic in septima die qua mutatus est status mũdi, sicut in qualibet alia erat quædã variatio. Vnde in ipsa incœpit status propagationis, propter quod & cõnumeratur aliis, ideo in septima mundi ætate, est status quiescentium. Secũdũ Aug. tamen ista septima dies nihil aliud est q̃ cognitio angelica relata ad quietem dei ab operibus. Sed contrà. Si quieuit die septima, quis ergo fecit eã, si non est op⁹ dei? Præterea Io. 5, Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor. Respondeo est dicendũ ꝙ accipitur ibi quies, non secũdũ ꝙ opponitur labori, sed secundũ ꝙ opponitur motui. Deus enim & si producendo non moueatur, tamen quia de ipso nõ loquimur nisi per sensibilia, in quibus nõ est operatio sine motu, ideo omnis operatio largè loquendo, dicitur motus, & sic dicitur quieuisse, quia cessauit nouas species producere: qa illa quæ post ea facta sunt fuerunt in illis rebus tunc productis: vel secundũ virtutẽ actiuã sicut in animalib⁹ perfectis, vel secundũ rationes seminales, vel secundũ materiã sicut mineralia. Ideo tunc non fuit mortuus suscitatus, sed fuit factũ corpus quod posset suscitari. Quædam autẽ fuerunt tunc secundũ similitudinẽ vt animæ rationales quæ tantùm fiunt à deo. Sic ergo requieuit deus ab operibus producẽdis, quia omnia aliquo modo præcesserunt vt dictũ est, tamen vsque modò operatur cõseruando & gubernando quæ condidit. Et sic septimam diem deus fecit sicut qualibet aliã, quia tunc fuit aliquid additũ, quia tunc incœpit stat⁹ propagationis. Quælibet autem additio variabat statũ mundi, vt dictum est, & faciebat vnum diẽ. Vel secũdum Aug. non dicit simpliciter requieuit, sed[requieuit ab operibus suis.] Ab æterno enim requieuit in seipso, sed tunc etiam requieuit non in operibus, sed ab operibus. Aliter enim operatur deus, & quilibet alius artifex. Artifex enim agit propter indigentiam suã, sicut domificator facit domũ vt in ipsa quiescat. Similiter faber facit cultellum propter lucrũ. Vnde desiderium cuiuslibet artificis quietatur in opere suo. Sed nõ sic est de deo, quia non agit propter indigentiam suam, sed propter bonitatem communicandam. Vnde nõ quiescit in opere, sed ab opere producendo, & quiescit tantùm in sua bonitate. Consequenter autem ponit authoritatem Dauid quæ iam exposita est. ¶Consequenter cũ dicit[Quoniã ergo supereſt, &c.] arguit ex præmissis. Et circa hoc facit duo. Primò enim accipit sensum secundæ authoritatis illius. Si vocem eius audieritis, &c. Secũdò arguit ex primo ibi[Itaque relinquitur, &c.] Circa primũ duo facit, quia primò trahit duo à secunda authoritate, secundò ostendit ꝙ hæc duo intelligũtur in ipsa, ibi[Nã si eis Iesus.] Accipit ergo duo quæ intelliguntur in ipsa, ibi[Nã iustũ est.] ſ. quòd antiqui patres non introierunt. Aliud est quòd tẽpore Dauid adhuc restabat alia quies præstanda. Licet enim ipsis fuisset promissa requies præstãda in terra promissionis, tamen per hoc quòd post longum tempus dicit, Hodie si vocẽ, &c. ostẽdit quòd alia requies restat. Aliter enim nõ faceret mentionẽ de requie, dicẽs, Hodie, &c. Est ergo quædã requies in quã nobis introndũ est, in quã illi non intrauerunt propter incredulitatẽ. Et ideo quoniã illi nõ intrauerunt, restat ergo quosdã intrare quibus promissio facta est, quia hi quibus prius nũtiatũ est non introierunt. i. Iudæi quibus promissio facta est, & ideo[terminat] idest, determinat nobis diẽ septimã. i. diẽ gratiæ dicẽdo in Dauid, Hodie si vocẽ, &c. Et repetit aathoritatẽ quæ exposita est. ¶Sciendũ est autem quòd deus homini præparauit beatitudinem pro requie. nec vult istã præparationẽ esse fruſtrà, sed si vnus nõ intrabit, alius intrabit, sicut ostendit in illa parabola de nuptiis. Mat. 22. Vnde Apoc. 3, Tene quod habes, vt nemo accipiat coronã tuã. Quasi dicat, Si tu non accipias, ãlius habebit. Iob 34, Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis, ¶Deinde cũ dicit[Nam si eis Iesus, &c. Probat quòd supersit alios intrare, quia si Iesus naue. i. Iosue filius Israel[finalem requiem præstitisset, nunquam de alia, &c.] idest, non immineret nobis alia requies nec de alia aliqua propheta Dauid loqueretur post illam diem. Vnde manifestum est quòd illa requies fuit signũ requiei spiritualis.

Lectio 2.

Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem est nobis sermo.

Concluditur quies æterna ex authoritate Gene. & ponitur ratio cõsequẽtiæ: inducimurque ad festinandũ ad introitũ eius cũ ratione monitionis, triplex requies.

¶Suprà Apostolus duas authoritates assumpsit, vnã de. 2. Gen. Aliam verò de Psal. & cõclusit intentionẽ suã ex secunda authoritate. ſ. Psal. hîc concludit idẽ ex prima. Et circa hoc facit duo. Primò enim ponit conclusionem, secũdò ponit rationẽ consequentiæ, ibi[Qui enim ingressus.] Circa primũ sciẽdũ est quòd Apostolus in serie omniũ istorũ verborũ facit mentionem de triplici requie. Prima est requies dei ab operibus suis. Secũda est requies temporalis, quam habuerũt filii Israel in terra promisionis. Tertia est requies æterna, quæ per istas duas designatur. Sed Apostolus hîc antequã faciat mẽtionem de requie æterna, dicit quòd post terrenam adhuc[relinquitur.] i. remanet[sabbatismus populo dei] qui in veteri lege per sabbatum, repræsentabatur. ſ. requies æterna. Esa. 58. Vocaberis sabbatũ delicatum & sanctum domini. Esa. 66, Erit mẽsis ex mense & sabbatũ ex sabbato. i. requies perpetua. Et dicit sabbatismus, quia sicut in veteri lege sabbatum repræsentabat requiem dei ab operibus suis, de qua dicitur Gen. 2, Ita illa requies erit sanctorũ ab operibus suis. Apoc. 14, A modò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Vnde subdit[Qui enim ingressus est re. eius.] quia sicut deus sex diebus operatus est, & septima requieuit, ita per sex dies præsens tempus propter perfectũ numerũ significatur. Qui ergo perfectè operatur, in septima [requiescit ab operibus suis, sicut & à suis deus] nõ autẽ à quibuscunque operibus, quia sunt ibi quædam opera perpetua, videre. ſ. amare, & laudare. Apoc. 4, Non habebant requiem nocte ac die dicẽtia, sanctus, sanctus, sanctus, &c. Sed ab operibus laboriosis. Esa. 40, Qui sperant in domino mutabunt fortitudinẽ, assumẽt pẽnas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. ¶Deinde cũ dicit[Festinemus.] Inducit ad festinationem. Et circa hoc facit duo. Primò enim ponit monitionem, secundò subdit rationem de introitu illius

requiei,ibi[Viuus est.]Item circa primũ duo facit.Primò enim monet ad festinandũ,secũdò ostẽdit tardãtis periculũ ibi[Vt ne in idipsum.]Dicit ergo,Quia igitur relinquitur sabbatismus,&c.[Festinemus ergo ingredi in illã requiẽ.]Et signanter dicit ingredi,quia non est in bonis exterioribus,ad quæ est egressus, sed est in bonis interioribus.Exo.15,Introduces eos,& plantabis,&c.Mat.25,Intra in gaudium domini tui.Est ergo multiplex ratio,quare festinandum est intrare.Vna est,quia longinqua est via.Prouer.7,Abiit via lõgissima.Luc.19,Homo quidam nobilis abiit in regionẽ longinquã.Dicitur aũt longinqua propter distantiã status,quia ibidẽ plenitudo omnis boni,& immunitas ab omni malo:est etiam desideranti perfecta visio & tentio,hîc aũt sunt omnia cõtraria istis.Itẽ festinandũ est,quia tempus est valde breue.Iob 14,Breues dies hominis sunt.Itẽ quia istud tempus cũ hoc quòd est breue & modicũ,est etiam incertũ.Eccl.9,Nescit homo finem suũ.Itẽ propter vrgentẽ vocationẽ.Interior enim vocatio vrget nos per stimulũ charitatis. Esa.59,Cùm venerit quasi fluuius violentus,quẽ spiritus domini cogit,&c.2.Corint. 5,Charitas Christi vrget nos.Psal.Viã mandatorũ tuorũ cucurri.Itẽ propter periculũ tardantis,sicut patet de fatuis virginib⁹. Mat. 25,Quæ tardè venientes intrare non potuerũt.Et ideo dicit[Vt ne in idipsum quis in.incre.ex.]Q.d. Antiqui nõ potuerũt ingredi propter incredulitatẽ.Vnde caueamus alienæ culpæ exemplo,ne simus incredu li,& exẽplo pœnæ,vt.s.non excludamur sicut ipsi.Luc.1,Abiit in montana cũ festinatiõe.Ad hoc enim ostẽduntur nobis præteritæ pœnæ aliorũ,vt caueamus.Prou.19,Pestilẽte flagellato stultus sapientior erit.Glo. Peius est nisi caueatis.Ex hoc videtur q̃ ille qui nõ corrigitur punitione alterius,grauius punietur. Sed cõtrà,quia iam peccatũ Adæ qui nõ peccauit exẽplo alterius esset minus graue.Respondeo:dicẽdũ est q̃ sem per iste locutiones intelligendæ sunt cæteris paribus.Contingit enim duo peccata in se cõsiderata, nõ esse vnũ grauius altero,tamen propter aliquã circunstãtiã aduenientẽ,aggrauatur vnũ & non aliud: sicut duo adulteria de se æqualia sunt,tamen illud quod est ex certa malitia grauius est,q̃ illud quod est ex pasione vel infirmitate.Et similiter verbum otiosum grauius est,quando fit ex certa malitia. ¶Deinde cùm dicit [Viuus est enim sermo dei,&c.]Ponit rationẽ prædictæ monitionis,& præcipuè q̃tũ ad periculũ.Hæc autem ratio sumitur ex parte Christi.In ipso aũt est duplex natura.Vna.s.diuina secũdũ quã est verbũ patris. Alia est humana secũdũ quã est pontifex offerens se in cruce.Primò ergo ponit rationẽ sumptã ex parte diuinitatis,secundò rationẽ sumptã ex parte humanitatis,ibi[Habẽtes igitur.]De filio autẽ dei dicit tria. Primò enim assignat eius virtutẽ,secũdò eius cognitionẽ,ibi[Et discretor,]tertiò eius authoritatẽ,ibi[Ad quẽ nobis sermo]Virtutẽ eius ostẽdit tripliciter.Primò q̃tũ ad naturã,secũdò q̃tũ ad potestatẽ,ibi[Et efficax.] tertiò quantũ ad operationem,ibi]Et penetrabilior.]Dicit ergo[Viuus est sermo dei]Ista litera de se videtur habere difficultatem,tamen considerando aliã translationẽ planior est.Vbi enim nos habemus, sermo, in Græco habetur,logos,quod est idẽ quòd verbũ.Vnde sermo.i.verbum.Et sic etiam exponit Aug. illud Io.12,Sermo quem locutus sum.i.ego ipse qui sum verbũ.Sap.18,Omnipotens sermo tuus domine exiliẽs de cælo à regalibus sedibus venit.Et similiter hic sermo dei est viuus.i.verbũ dei viuũ.Verbũ enim dei ab æterno cõceptũ,in paterno intellectu est verbum primordiale,de quo Eccl.1.dicitur,Fons sapientiæ verbũ dei in excelsis.Et quia est primordiale,ideo ab ipso deriuantur omnia alia verba,quæ nihil aliud sunt quã quædã conceptiones expressæ in mẽte angeli,vel nostra.Vnde illud verbũ est expressio omniũ verborum, quasi fons quidã.Et illa quæ dicuntur de illo verbo quodãmodo aptantur ad alia verba secũdũ suũ modũ. De illo aũt dicitur q̃ est viuus.Dicitur autẽ res viua,quãdiu habet motũ & operationẽ suã.Sicut enim fons scaturiens dicitur viuus,sic & verbũ illud quod habet perpetuũ vigorẽ.Psal.In æternũ domine verbũ tuum permanet in cælo.Io.5,Sicut enim pater habet vitã in semetipso,sic dedit & filio vitam habere in semetipso.Vel potest referri ad humanã naturã.Est enim viuus,licet ab aliis reputetur mortuus,Apoc.1,Fui mortuus,& ecce sum viuens in secula seculorum.Similiter etiã sermo scripturæ est viuus & indeficiens.Roma. 9,Non autẽ quòd exciderit verbũ dei. ¶Consequẽter cũ dicit[Et efficax.]Ostendit eius potestatem. Dicitur aũt verbũ efficax propter maximam virtutem & infinitã vim effectiuam,quam habet.Per ipsum enim facta sunt omnia.Io.1.& Psal.Verbo domini cæli firmati sunt.Itẽ est efficax quia ex ipso omnia verba prolata à deo mediante angelo vel homine,efficaciã habent.Eccl.8,Sermo illius potestate plenus est. Esa.55, Verbũ quod egredietur de ore meo nõ reuertetur ad me vacuũ,sed faciet quodcũq; volui,&c.Deinde cùm dicit[Et penetrabilior]ostendit eius operationẽ.Et circa hoc facit duo.Primò ponit eius operationẽ,secũdò exponit,ibi[Et pertingens.]Dicit ergo[Et penetrabilior.]Illud propriè dicitur penetrare,quod ingreditur profunda rei.Hoc autẽ potest esse dupliciter.Vno modo quia operatur in intimis rei.Esa.26,Omnia enim opera nostra operatus es in nobis.Alio modo quia cognoscit intima rei.Io.2,Opus ei non erat vt q̃s testimonium perhiberet de homine,ipse enim sciebat quid esset in homine.Eccl.24,Penetrabo inferiores partes terræ.Operatio enim dei & cognitio pertingit & penetrat intima rei.Vnde dicit[Omni gladio anciptiti.]Inter omnia enim gladius est penetrabilior propter acumen,& maximè gladius anceps,qui.s.est acutus ex duabus eius partibus.Et ideo quia verbũ dei acutũ est,& ad operandum,& ad cognoscendũ,ideo cõparatur gladio ancipiti.Ephe.6,Et gladium spiritus,quod est verbum dei.Esa.27,In illa die visitabit dominus in gladio suo duro,& grandi,& forti,&c.Vel dicitur anceps quia habet aciem ad bona promouenda,& mala destruenda,Apoc.1,Ex ore ipsius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus.In ordine enim causarũ videmus q̃ semper causa prior intimius operatur q̃ causa posterior.Vnde illud quod natura producit est intimius q̃ illud quod producitur per artem.Quia ergo deus est prima causa simpliciter,ideo eius operatiõe producitur illud quod est intimius ipsi rei,scilicet esse eius. ¶Consequenter cùm dicit[Et pertingens,&c.] manifestat quod dixerat de operatione.Et circa hoc facit duo,quia primò ostendit hoc q̃tum ad spiritualia secundò q̃tũ ad corporalia ibi,Compagũ quoq; & medullarum.Secundũ enim Apostolũ tria sunt in homine.s.corpus,anima,& spiritus.1.Thes.5.Integer spiritus vester,anima & corpus,&c.Quid enim sit corpus notũ est.Anima autẽ est quæ dat corpori vitã:spiritus verò in rebus corporalibus dicitur quid subtile, & ideo significat substantias immateriales.Esa.31,AEgyptus homo & non deus,& equi eorum caro & non spiritus.Spiritus ergo in nobis dicitur illud per quod communicamus cũ substantiis spiritualibus. Anima

verò illud per quod cõmunicamus cum brutis.Et sic spiritus est mens humana.s.intellectus & volũtas. Ex hoc autẽ dicunt aliqui q̃ in nobis sunt diuersæ animæ.Vna.s.quæ perficit & viuificat corpus,& ista dicitur anima propriè.Alia verò est spiritus habens intellectũ quo intelligimus,& volũtatẽ qua volumus. Et ideo ista duo magis dicuntur substãtiæ,quã animæ.Hoc autẽ damnatũ est in lib.de ecclesiasticis dogmatibus.Et ideo dicendũ est q̃ vna & eadem est essentia animæ,quæ per essentiã suã viuificat corpus,& per potentiã suam quæ dicitur intellectus,est principium intelligẽdi.Et per istam intelligit ęterna,quod quomodo sit,sic patet.Videmus enim q̃ q̃tò forma est perfectior,tantò operatio eius minus subditur materię:sicut patet q̃ formæ elementorũ,quia sunt imperfectissimæ,non extendũtur vltra materiam.Cùm ergo anima inter omnes formas sit nobilissima,oportet q̃ habeat aliquã operationem & pręcipuè anima rationalis,quæ omnino excedit potẽtiam materiæ.Et istã operationẽ vocamus intelligere ad quam sequitur sua inclinatio.s.vel le.Est autẽ triplex differentia inter operationes animæ,ita q̃ anima dicatur ad quã pertinẽt potentiæ, quibus anima operatur cum corpore.Ad spiritũ verò ille quibus operatur sine corpore.Prima autẽ differentia inter istas potentias & operationes ab ipsis procedentes,est ipsius rationis ad sensualitatẽ(quæ est potẽtia,per quam anima operatur cũ corpore)quia ratio apprehẽdit immaterialia:sensualitas verò materialia & sensibilia.Secũda differentia est partiũ sensualitatis,quia aliũ statũ & ordinẽ habet sensualitas secundum q̃ tendit propriũ obiectũ ex natura sua,& aliũ secũdũ q̃ regulatur à ratione.Ipsa enim cõcupiscibilis aliter cõsideratur vt est vis quęda in ordine ad obiectũ suũ,& aliter vt participat ratione. Tertia differentia est partiũ ipsius rationis secũdũ diuersa obiecta ipsius,quia vel tendit in deũ:& hoc est supremũ in ipsa, vel in effectus spirituales,vel in effectus temporales.Omnes autẽ istas diuisiones & differẽtias operatur,& discernit verbũ dei.s.quomodo sensualitas distinguatur à ratione,differentiã etiã ipsius sensualitatis in se,differẽtiam etiã partiũ rationis,& quid proueniat in anima ex consideratione spiritualiũ & terrenorum. ¶Consequenter cùm dicit[Compagum quoque & medullarum]declarat illud quod dixerat de operatione dei,& q̃tum ad temporalia. ¶Sciendum est autem q̃ aliquid non potest penetrando pertingere ad aliquid propter duo.Vnum est propter colligationem,Aliud aũt est propter inclusionẽ.Neutrũ istorũ potest impedire verbũ dei.In nobis quidã sunt quædã colligationes.s.neruorũ & arteriarũ.Quędã etiã sunt valde inclusa & occulta,sicut medulæ quæ in ossibus includuntur,omnia autem ista diuino prospectui manifesta sunt & subdita.Et ideo nihil est ei difficile ad penetrandũ.Vel per compages potest intelligi coniunctio quæ est inter partes animæ adinuicem,vt inter animam & spiritũ.q.d.Non solùm pertingit ad cognoscendum differentiã & diuisionẽ animę & spiritus,sed etiam ad cognoscendum quomodo coniunguntur.Cognoscit em̃ quomodo sensualitas regitur ratione.Medula autem potest intelligi illud quod latet in ratione & sensualitate.Mat.10,Timete eum q̃ potest & animã & corpus mittere in gehennam. ¶Deinde cũ dicit]Et discretor cogitationum.]agit de cognitione verbi.Et circa hoc facit duo.Primò enim ostendit q̃ omnia subduntur cognitioni eius.Secundò ostendit quomodo cognoscit,ibi[Omnia autẽ nuda]Ex duobus autem contingit q̃ aliquid nõ cognoscatur.s.aut quia est intra aliquod occultatũ.Et sic maximè sunt occulta quæ latent in corde,quia ipsum est valde profundũ & inscrutabile.Hier.7,Prauũ est cor hominis & inscrutabile. Secũdũ verò septuaginta interpretes habetur sic,Profundũ est cor hominis,&c.In cordeverò latent cogitationes.Istas aũt cognoscit verbũ dei.Esa.1,Auferte malũ cogitationũ vestrarũ ab oculis meis.Et ideo q̃tũ ad hoc dicit[discretor cogitationũ.]Alio modo nõ cognoscitur aliquid quia est omnino ignotum & inuisibile,& sic ea quæ sunt in volũtate sunt ignota.In volũtate autem est ipsa intentio finis,quæ de natura sua est inuisibilis.Quid enim homo facit vel cogitat manifestatur per opus,sed qua intentione hoc faciat,penitus est incertũ.Ista aũt nõ sunt occulta deo.Ideo adiungit[Et intentionũ cordis.]Psal.Scrutans corda & renes.i.cogitationes & intentiones. ¶Sciendũ est aũt q̃ illud quod dicit penetrans,referri potest ad operationem vt dictũ est.Et sic differunt penetrans & discretor.Si aũt referatur ad cogitationẽ,tunc quod hîc dicit,Et discretor,est expositio illius.q.d.Tu dicis q̃ est penetrabilior,&c.Verum est quia est etiã discretor compagũ & medullarum.i.cogitationũ & intentionũ.Compages enim dicuntur quędã colligatiões, & sic cogitatio in qua est,quasi quædã colligatio terminorũ,potest dici cõpago,dũ de vno tẽdit in aliud. Esa.58, Dissolue colligationes impietatis.Itẽ Esa.5,Vel qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis.Item medulla est intima latens in ossibus.Iob 21,Medullis ossa illius irrigantur. ¶Deinde cũ dicit[Et non est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius]ostendit q̃ illud quod secũdũ naturã est inuisibile,nõ est occultũ deo. Quod enim aliquid non videatur à nobis,hoc est quia simplicius & subtilius est oculo nostro siue corporali siue intellectuali:sicut sunt substãtiæ separatæ,quas in vita ista videre non possumus.Diuino autẽ intellectu nihil est simplicius vel subtilius,ergo nulla creatura est inuisibilis in conspectu eius. Sed nunquid cognoscit in vniuersali tantùm sicut quidã voluerunt?Non,sed[omnia nuda & aperta sunt oculis ei⁹.] Per oculũ autẽ intelligitur vis cognitiua.Intelliguntur enim spiritualia per sensibilia.Signãter aũt dicit in plurali oculos ꝓpter diuersitatẽ intellectorũ,quia non cognoscit vnum tantùm,sed etiam multitudinẽ rerum. Dicit etiam nuda & aperta.Dupliciter enim cognoscitur aliquid.Vno modo in superficie.Alio modo in profundo, sicut homo nudus videtur in superficie,nõ autẽ vestitus,sed omnia deo manifesta sunt quæ vidẽtur in superficie.Nihil enim est extra quod impediat cognitionem dei,sicut vestis impedit ne videatur homo. Et ideo dicit,nuda.Iob 26,Nud⁹ est infernus coram illo.Dicit etiã aperta,quia nihil est ita occultum in re quòd dei cognitionẽ effugiat. ¶Cõsequenter ostendit perfectionẽ authoritatis ipsius cùm dicit[Ad quẽ nobis sermo]Ista verò authoritas est authoritas iudicãdi.Act.10,Ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorum ac mortuorum.Ad istum ergo nobis sermo,vt.s.reddamus rationẽ de operibus nostris.2.Co. 5, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonũ, siue malum sit.Et ideo quia sicut est potens,sic sciens,& sic magnus,festinemus ergo ingredi,&c.

Lectio 3.

Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos Iesum filium dei:teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro simili- *Inducit Paulus ad*

festinandũ ad ingressũ in requiem æternã, ponendo magnitudinẽ Christi q̃tũ ad humanã naturã, ponẽdo ipsius Christi dignitatẽ & pietatẽ, & inducendo ad fiduciã in ipsum.

tudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

¶ Suprà Apostolus monuit ad festinandũ ingredi in requiem dei, & ad hoc inducendum posuit magnitudinem Christi q̃tum ad diuinã naturam, hîc ostendit idem q̃tum ad humanam naturã, & circa hoc tria facit. Primò enim ponit eius dignitatẽ, secũdò ostẽdit eius pietatem ibi [Non enim habemus] Tertiò inducit ad habendum de eo fiduciam, ibi [Adeamus] Dicit ergo, Ita dictum est q̃ nobis est sermo ad eum qui est vnus sermo, verus iudex, & pontifex [Ergo habentes pontificem magnũ] Psal. Tu es sacerdos inęternũ, &c. Nec tãtùm põtifex, sed etiam magnus. Zach. 3, Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnũ stantẽ corã angelo, &c. Hic autẽ dicitur magnus, quia non est pontifex tantùm bonorum temporalium, sed & futurorum. infrà 9, Christus assistens põtifex bonorum, &c. Duo autem pertinebant ad magnum pontificẽ. Vnum quo ad officium. s. semel in anno cum sanguine intrare in sancta sanctorum. sicut habetur infrà 9, & Leui. 16, Hoc autem præcipuè conuenit Christo. Ille enim intrat cum sanguine in sancta figuralia, sed Christus per proprium sanguinẽ intrauit in sancta. i. sacra cælestia, & ideo dicit [Qui penetrauit cælos] Secundũ est q̃ debebat esse ex certa tribu, scilicet de stirpe Aaron: sicut dicitur Exo. 29, & Nume. 16. & 17. Hoc autem competit Christo qui est nobilioris originis. Vnde dicitur filius dei, Mat. 3, Hic est filius meus dilectus. Psal. Filius meus es tu, &c. Quia ergo habemus hunc pontificem teneamus confessionẽ, idest, inhæreamus corde. quia vt dicitur Ro. 10, Corde creditur ad iustitiã, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Hanc autẽ confessionẽ requirit à nobis Christus pontifex maximus. Mat. 10, Qui me confessus fuerit corã hominibus, &c. Sed dicit [spei nostræ] quod dupliciter potest intelligi. Vno modo q̃ confessio prout hîc sumitur, sit confessio fidei. Fides autẽ est principiũ spei, sicut habetur ex glo. Mat. 1. Abrahã autem genuit Ysaac. i. fides genuit spẽ, non quidem quantũ ad habitũ, sed quantũ ad ordinẽ actus. Nullus enim potest sperare nec debet, nisi quod potest consequi. Quod aũt possumus consequi æterna habemus per fidem. Vel cõfessionem spei, idest, eĩ⁹ de quo speramus, scilicet videre primã veritatem. ¶ Deinde cùm dicit [Non enim habemus põtificem] ne fortè credatur q̃ non possit aliquid agere præter id quod exigit eius iustitia, ostendit in ipso etiã esse misericordiam & pietatem, & ista respiciunt miseriam, & hoc præcipuè conuenit Christo. Vnde dicit [Qui nõ possit compati infir. nostris.] ¶ Sciendum est autem q̃ ly posse, aliquando importat non nudã potentiã, sed prõptitudinem & aptitudinem Christi ad subueniendũ, & hoc quia scit per experientiam miseriam nostram, quam, vt deus, ab æterno sciuit per simplicem notitiã. Psal. Misericors est deus timentibus se, quoniã ipse cognouit figmentum nostrum. Vnde subdit [Pro similitudine]. s. nostri [tentatum.] Est autem triplex tentatio. Vna quæ est à carne quando. s. caro concupiscit aduersus spiritum, vt dicitur Gal. 5. Et ista non est sine peccato, quia vt dicit Aug. Nonnullũ peccatum est cùm caro concupiscit aduersus spiritum, quia hoc est carnem concupiscere. Sed hoc non fuit in Christo, & ideo dicit [Absque peccato. i. absque minimo motu peccati. 1. Pet. 2, Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo dicitur, agnus dei. Io. 1. Alia est tentatio ab hoste, & à mundo, & hoc dupliciter. Vel alliciendo per prospera, vel terrendo per aduersa. Et his duobus modis fuit tentatus Christus. Fuit enim allectus prosperis. Quicquid enim pertinet ad prosperitatem huius vitę, vel pertinet ad concupiscentiã carnis, vel ad concupiscentiam oculorum, vel ad superbiam vitæ. De primo enim tentauit eum diabolus quando tentauit eum de gula, quæ est mater luxuriæ. Mat. 4, Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiãt. Item de inani gloria, cùm dicit, Mitte te deorsum. Itẽ de concupiscentia oculorum dicens, Hæc omnia tibi dabo, &c. Luc. 4. Consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Item fuit tentatus per aduersa & insidias à phariseis, quia volebant eum capere in sermone. Mat. 22. Item per contumelias. Mat. 27, Vah qui destruis templum dei, &c. Itẽ per flagella & tormenta. Excepta ergo tentatione quæ est cum peccato, per omnia similis nobis tẽtatus est. Dicit autẽ secundũ similitudinem, quod potest dupliciter exponi. Vno modo q̃ ly secundum, denotet causam finalem. q. d. Ideo tentatus est vt daret nobis exemplum vt secundum similitudinem eius tentationem sustineremus & omnia conaremur vincere. 1. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Vel potest denotare consequentiam, quasi dicat, Ideo tentatus est vt per omnia tam in tẽporalibus quã in omnibus aliis, nisi in solo peccato, similis esset nobis. Si enim fuisset sine tentationibus, nõ fuisset eas expertus, & sic non compateretur. Si verò habuisset peccatum, non potuisset nos iuuare, sed magis indiguisset adiutorio. ¶ Deinde cũ dicit [Adeamus cum fiducia, &c.] inducit ad habẽdã fiduciam de ipso, quasi dicat. Ex quo sic potest cõpati [Adeam⁹ cũ fiducia.] Esa. 12, Ecce de⁹ saluator meus fiducialiter agã, &c. Adeamus dico [ad thronum.] Thronus dicitur sedes regis, Christus autem rex est. Hier. 23, Regnabit rex & sapiens erit, &c. Hic autem thronus duplicem habet statum. Vnum iustitiæ in futuro. Psal. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam. Hoc erit in futuro. Psal. Cùm accepero tempus ego iustitias iudicabo. Est alius thronus gratiæ de quo hîc. Ideo additur [gratiæ.] s. in præsenti quando est tempus miserendi. Zach. 4, Exquabit gratiam gratiæ. Per gratiam autem Christi liberamur ab omni miseria, quia liberamur à peccato, quod facit miseros populos. Prouer. 14, Et ideo dicit [Vt misericordiam consequamur.] Item per gratiam Christi iuuamur ad bona operanda. Et ideo dicit [Et gratiam inueniamus.] Luc. 1, Inuenisti gratiam apud dominum. Et hoc [in auxilio opportuno] quo adiuuemur ad bene operandum. Psal. Auxilium meum à domino, Istud autem auxilium est per gratiam. 1. Cor. 15, Abundantius illis laboraui, non autem ego, sed gratia dei mecum. Hoc autem oportet esse congruo tempore. Ideo dixit, Auxilio opportuno. Omni enim negotio tempus & opportunitas. Ecclesia. 8, Hoc est tempus præsens, quod est tempus miserendi.

Caput 5.

Prosequitur P. excellentiam sacerdotii Christi su-

Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui uocatur à deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationésque ad eum qui posit illum saluum facere à morte, cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

pra sacerdotiũ Aaron & vsq; ad 7 C. ostendit Christũ esse sacerdotem seu põtificem de quo multa dicit: & hîc quidem ostẽdit quæ requirãtur ad pontificem, ostendendo tandem illa cõuenire Christo, & concludendo ipsum esse pontificem.

¶ Sicut à principio huius epistolæ dictum fuit, intentio Apostoli est ostendere Christum excellentiorem esse omnibus his ex quibus lex habet authoritatem. s. angelis quorum ministerio data fuit. Gala. 3, Ordinata fuit per angelos, &c. Et Moyse, qui fuit legislator. Ioan. 1, Lex per Moysen data est. Et sacerdotio & pontificatu Aaron per quem lex administratur. Expeditis ergo duobus primis, hîc prosequitur de tertio. 1. de eminentia sacerdotii Christi ad sacerdotium Aaron. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit Christũ esse pontificem. Secundò ostendit ipsum esse excellẽtiorem pontifice veteris legis in 7. Capi. ibi [Hic enim Melchisedech.] Item in prima parte duo facit. Primò ostendit Christũ esse pontificem. Secũdò præparat aures auditorum ad consequentia, ibi [De quo nobis grandis] Adhuc circa primum duo facit. Primò ostendit quæ requirantur ad pontificem. Secundò ostendit illa conuenire Christo, & sic concludit ipsum esse põtificem, ibi [Sic & Christus nõ semetipsum, &c.] Itẽ in prima parte tria facit. Primò describit pontificale officium. Secundò ostendit pietatem quæ pontifici necessaria est, ibi [Qui condolere.] Tertiò ostendit modum perueniendi ad põtificatum, ibi [Nec quisquã sumit.] ¶ Circa officium quatuor ponit. Primò cui cõuenit. Secundò vtilitatem, ibi [Pro hominibus.] Tertiò materiam, ibi [In his quæ ad deum] Quartò actum, ibi [Vt offerat dona.] Istud autem officium conuenit homini, non angelo. Et ideo dicit q̃ ita dictum est q̃ habemus pontificem magnũ, & talis est Christus [Namque] pro quia [omnis pontifex ex hominibus assum ptus] & sic debet etiam esse de numero hominũ. Voluit autem deus vt homo habeat similem sui ad quem currat. Vnde & ecclesia ordinauit q̃ quãdo vtilis inuenitur aliquis de collegio, non eligatur extraneus. Osee 2, Dabo eis vinitores ex eodẽ loco. Deute. 17, Eum constitues quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorũ. Non poteris alterius gentis hominẽ regẽ facere qui non sit frater tuus. Dicit aũt assumptus quia debet alios excellere, sicut patet de Saule. 1. Reg. 10. Et ideo Christus. Io. vlti. interrogat Petrum quem volebat præficere, si diligeret ipsum plus aliis. Finis & vtilitas est, quia [pro hominibus constituitur.] idest, pro ipsorum vtilitate. Non enim constituitur propter gloriam, non propter cumulãdas diuitias nec propter consanguineos ditandos. 2. Cor. 4, Nos autem seruos vestros per Iesum. & vlt. Secundum potestatem quam deus dedit mihi in ædificationẽ, & nõ in destructionem. Si verò aliquis quærit quod suum est, nõ est pastor, sed mercenarius. Materia dignitatis est quia pontifex principatur. Nam sicut principatur dux vel rector in ciuitate, ita iste pontifex [in his quæ ad deũ] supple ordinantur. Exo. 4, Tu eris ei in his quæ ad deum pertinent, &c. 2. Cor. 10, Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, &c. Sicut ergo illa quæ pertinent ad dei cultum excedunt temporalia, ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo põtifices debent se implicare negotiis secularibus prætermissis his quæ sunt ad deum. 2. Tim. 2, Nemo militãs deo, &c. Actus pontificis est [vt offerat dona] id est voluntariè oblata, non extorta. Exod. 25, Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis [& sacrificia pro peccatis.] i. quæ sibi offeruntur pro satisfactione peccatorum. Leui. 4, Pro eis rogabit sacerdos & pro peccatis eius, & dimittentur ei. In quo designatur q̃ omne quod offertur siue voluntarium & votiuum, siue pro satisfactione: debet offerre secundum dispositionẽ prælati. ¶ Consequenter cùm dicit [Qui condolere.] Ostendit quid requiratur ad vsum. s. pietas. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit q̃ ad vsum pontificis requiritur misericordia & pietas. Secũdò ostẽdit q̃ requiritur misericordiæ motiuum, ibi [Quoniam & ipse.] Tertiò ostendit misericordiæ signum, ibi [Et propterea.] Dicit ergo dico q̃ debet esse in his quæ ad deũ, tamen debet esse medius inter hominem & deum. Deut. 5, Ego medius & sequester fui inter dominum & vos. Sicut ergo per deuotionem orationis debet tãgere deum tanquam vnum extremum, sic per misericordiam & compassionem debet tangere alterum extremum. s. hominem. Et ideo dicit [Qui condolere possit]. secundæ Corin. 11, Quis infirmatur & ego non infirmor? Econtrario Amos 6, Nihil patiebantur super contritione Ioseph. Duplex est autẽ defectus. Quidam enim deficiunt ex ignorantia. Et ideo dicit [His qui ignorant] Est autem propriè ignorare, carere scitia eorum quæ quis debet scire. Quidam verò ex certa scientia. Et quantum ad hoc dicit [Et errant.] Motiuum pietatis ponit cũ dicit, Quoniam & ipse, &c. Istud motiuum est infirmitas. Et illi qui præsunt aliquando infirmãtur. 2. Corint. 4, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, Et ratio huius est vt ex se aliorum infirmitatibus compatiãtur, & ideo dominus permisit cadere Petrũ. Eccl. 31, Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. Et ideo dicit [Quoniam & ipse circundatus est infirmitate.] s. q̃tum ad pœnalitates, & culpam. ps. Miserere mei deus quoniam infirmus sum. Sap. 9, Homo infirmus, & exigui temporis, &c. Et nota q̃ dicit, Circundatus. Carnales enim habent infirmitatẽ peccati in interioribus. Ratio enim & voluntas in ipsis subditæ sunt peccato. Sancti verò habent in exterioribus: quia non sunt subiecti peccato, tamen sunt circundati fragilitate carnis. Ro. 7, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati: signum autem huius est, quia & in veteri lege sicut patet Leui. 9. & 16. & etiã modò sicut patet in canone missæ cùm dicitur, Nobis quoq; peccatoribus, statutum est quòd sacerdos offerat etiam pro se, quod non fieret nisi esset infirmitas peccatorum, quibus est circundatus, non oppressus. Si enim sit in mortali peccato non debet celebrare. Et ideo dicit [Propterea debet quemadmodum pro populo etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Consequenter ponit modum perueniendi ad pontificatum, cùm dicit [Nec quisquam.] Hoc est enim contra naturam q̃ aliquid perducat se ad statum altiorem sua natura, sicut aer non facit seipsum ignem, sed fit à superiore. Vnde disciplina dei non habet quòd quisquam sibi sumat honorem fauore, pecunia, potentia. Amos 6, In fortitudine enim nostra assumpsimus nobis cornua. Osee 8, Ipsi regnauerunt & non ex me. Sed debet vocari à deo sicut Aaron. Exo. 28, Applica ad te Aaron. Et ideo dominus cõfirmauit sacerdotiũ eius, sicut patet Numeri 17, per virgam quæ floruit. Tales ergo debent assumi qui non se ingerunt. Vnde antiquitus signo visibili ostendebantur, sicut patet de beato Nicolao, & multis aliis. ¶ Consequenter cũ dicit [Sic & Christus, &c.] ostẽdit quomodo Christus sit pontifex. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostẽdit quomodo dicta cõueniunt Christo. Secundò ex hoc cõcludit intentum, ibi [Appellatus est à deo, &c.] Circa primũ tria facit.

Quid requiratur ad vsum sacerdotii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primò enim ostendit q̃ Christus factus est pontifex non à se,sed à deo.Secundò agit de ipsius officio,ibi [Qui in diebus carnis.]Tertiò de ipsius misericordia,ibi[Et quidem cùm esset.]Circa primum duo facit, quia primò ostendit q̃ Christus non promouit seipsum.Secundò ostendit à quo sit promotus,ibi [Sed qui locutus.]Dicit ergo[Christus non semetipsum clarificauit,]Circa quod sciendum est q̃ nõ dicit,non fecit seipsum pontificem,sed dicit nõ clarificauit,&c.Sunt enim quidam qui se clarificant vt fiant sicut hypocritæ,qui demonstrant in se aliqua vt eligantur,vel præbendas consequantur,nullus tamen facit se pontificẽ: Christus verò non solùm nõ fecit se pontificẽ,sed nec se clarificauit[vt pontifex fieret.]Io.8,Ego gloriam meam non quæro.Et paulò pòst sequitur.Est pater meus qui glorificat me.Et hoc est verum inquantũ homo,quia inquantum deus habet eandam gloriam cum patre. ¶ Deinde cùm dicit[Sed qui locutus] ostendit à quo est promotus.Et primò ostendit à quo est clarificatus.Secũdò quomodo est pontifex designatus, ibi[Et in alio loco.]Clarificatus autem est diuino iudicio,quia.s.[dominus locutus est ad ipsum]in ps.Filius meus es tu,&c.Et hoc est expositum suprà.Item Mat.3,Hic est filius meus dilectus,&c.Cùm ergo ostẽdit eum ab æterno genitum,ostendit gloriam eius.suprà 1,Qui cũ sit splendor gloriæ,&c.pontificatus etiã accipitur à deo inquantum homo(quemadmodum in alio loco dicit).s.in ps[Tu es sacerdos,&c.] Vtitur autẽ Apostolus authoritate.ps.Tanquã magis famosa & maioris authoritatis.vt pote magis frequẽtata.Dicit autem sacerdos,quia se obtulit deo patri.Ephe.5,Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiã deo.Et ne credatur tale esse sacerdotiũ Christi sicut fuit in veteri lege,distinguit ipsum quãtum ad duo.Primò quantum ad dignitatem,quia[inæternum.]Illud enim fuit temporale,erat enim figurale,& ideo non est perpetuum,sed transit veniente figurato.Sed sacerdotiũ Christi est æternum,quia est de veritate quæ est æterna.Item hostia eius habet virtutem introducendi in vitam æternã.Item durat in æternum.Secundò q̃tum ad ritum,quia offerebantur animalia,hic autẽ panis & vinum.Et ideo dicit, Secundũ ordinem Melchisedech.]Istud autem infrà exponetur. ¶ Deinde cùm dicit[Qui in diebus,&c.]ostẽdit q̃ illud quod pertinet ad officium pontificale conuenit Christo.Et primò ostendit eius conditionem.Secundò actum eius,ibi[Preces.]Tertiò efficaciam,ibi[Cum clamore valido]Cõditio eius est q̃ fuit vnus ex hominibus,quia vt dictum est,pontifex ex hominibus assumitur.Et ideo dicit[Qui in diebus carnis suæ.] ponitur autẽ hic caro pro tota natura humana,sicut illud Io.1.Verbum caro factum est. Sed nunquid modò non sunt dies carnis eius?Et videtur quòd sic, per illud Luc. vlti.Spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere.Quare ergo magis dicitur tempus ante passionem & resurrectionem suam tempus vel dies carnis,quàm nunc.Dicendum est q̃ caro quandoque sumitur pro fragilitate carnis.sicut 1.Corin. 15, Caro & sanguis regnũ dei possidere non possunt.Christus autem tunc habuit carnem fragilem & corruptibilem.Et ideo dicit,In diebus carnis suæ,ideſt,in quibus gerebat carnem similem peccatrici,non peccatricem.Actus autem eius fuit,quia obtulit preces & supplicationes,hoc est spirituale sacrificiũ quod Christus obtulit.Dicuntur autem preces,ideſt,petitiones.Iaco.vlt.Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Supplicationes verò dicuntur quantum ad humilitatem orantis,sicut genuflexiones. Matt.26,Procidit in faciem suam orans.Ad quem[Ad deũ]scilicet deum patrem[qui saluum illum facere posset à morte.] Hoc autem poterat facere dupliciter.Vno modo ne moreretur.Vnde dicitur Mat.26,Pater si fieri potest,&c.Itẽ vt mortuum resuscitaret.ps.Non derelinques in inferno animam meam.Item,Tu autem domine miserere mei & resuscita me.Ad istud sacrificiũ spirituale ordinatur sacerdotium Christi.Vnde respondet ei quod dictum est suprà.Vt offerat dona,&c.Psal.Sacrificium laudis honorificabit me.Osee 14,Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Efficacia ostenditur ex modo orandi.Duo autem sunt necessaria oranti,scilicet feruens affectio.Itẽ dolor & gemitus.De his duobus.Psal.Domine ante te omne desiderium meum,q̃tum ad primũ.Et gemitus meus à te non est absconditus,quantum ad secũdũ.Christus autem ista duo habuit,ideo propter primum dicit[Cũ clamore valido].i.cũ intentione efficacissima.Luc.22,Factus in agonia,&c. Et 23.clamans ait,Pater,&c.Secundũ cùm dicit[Et lachrymis.]Hoc autem non legitur in euangelio,sed probabile est q̃ sicut ipse lachrymatus est in resurrectione Lazari,ita & in passione sua. Nam ipse multa fecit quæ non sunt scripta.Non tamen fleuit pro se,sed pro nobis quibus passio sua profuit.Sibi autem profuit inquantum per ipsam meruit exaltari.Phi.2,Propter quod & deus exaltauit illum,&c.Et ideo [exauditus est pro sua reuerentia]quam scilicet super omnes habebat ad deum.Esa.11,Et replebit eũ spiritus timoris domini.Sed contrà,videtur q̃ non fuit exauditus,primò pro se,quia non transiuit calix ab ipso,quod tamẽ petebat.Item nec pro aliis,quia non fuit indultum Iudæis quibus petebat indulgeri.Luc. 23,Pater dimitte illis,&c.Dicendum est q̃ Christus in omnibus quæ voluit fieri,fuit exauditus.Ipse autem secundum appetitum sensualitatis & secundum voluntatem,inquantum est quidam appetitus naturalis,refugiebat mortẽ. Et quantum ad hoc orabat,vt ostenderet se verum hominem.Sed voluntate consequente rationem deliberatam,volebat mori.Vnde dicit,Veruntamen nõ sicut ego volo,sed sicut tu.Item nolebat q̃ ignosceretur omnibus,sed illis tantùm qui crediderunt.Et multi postea conuersi sunt.

Lectio 2.

Prosequitur misericordiã & pietatẽ quã põtifex debet habere ostẽdẽdo illa conuenire Christo.

Et quidem cùm esset filius dei,didicit ex iis quæ passus est obedientiam:& consummatus,factus est omnibus optẽperantibus sibi causa salutis æternæ,appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad docendum:quoniam imbeciles facti estis ad audiendum.Etenim cũ deberetis magistri esse propter tempus:rursum indigetis ut uos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum dei:& facti estis quibus lacte opus sit,non solido cibo.Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ:paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus:eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

¶ Suprà posuit tria quæ pertinent ad pontificem,& ostendit duo illorum cõuenire Christo.s.officium,& modum perueniendi ad ipsum,hic prosequitur tertiũ.s.pietatẽ & misericordiã quã pontifex debet habere. Et circa hoc duo facit.Primò ostendit illud quod passus est.Secũdò quæ vtilitas cõsecuta est etiam aliis,ibi [Et cõsummatus.]Dicit ergo,Ita dixi q̃ pontifex debet esse talis q̃ possit compati.Talis autem est Christus.

stus.Cùm enim sit filius dei,ab æterno & secũdum hoc nec pati posset,nec cõpati, assumpsit naturã in qua posset pati,& sic etiam posset compati.Et hoc est quod dicit,Quia[cùm esset filius dei].s.ab æterno[didicit obedientiam]ex tempore.Contrà:addiscere est ignorãtis,Christus autem ab æterno,vt deus,& ab instãti conceptionis suæ habuit plenitudinem scientiæ inquãtum homo,ergo nihil ignorauit,nec per consequens didicit.Respondeo:Dicendum est q̃ duplex est scientia.s.simplicis notitiæ.Et quãtum ad istam procedit argumentum:quia.s.ignorauit. Est etiam scientia experientiæ,& secũdum istã didicit obedientiam.Vnde dicit[didicit ex iis quæ passus est].i.expertus est.Et loquitur Apostolus sic:quia qui didicit aliquid, volũtariè accesit ad illud sciendum.Christus autem voluntariè accepit infirmitatem nostram.Et ideo dicit quòd didicit obedientiam.i.quàm graue sit obedire: quia ipse obediuit in grauissimis & difficillimis: quia vsque ad mortem crucis.Philippen.2.& Rom.5,Per obedientiam vnius,iusti constituti sunt multi.Deinde cùm dicit [Et consummatus,&c.] ostendit fructum passionis,qui fuit duplex. Vnus in Christo, alius in mẽbris eius. In Christo fructus fuit glorificatio.Et ideo dicit,Et consummatus. Nã ab instanti cõceptionis suæ fuit consummatus perfectus quantum ad beatitudinem animæ,inquãtum ferebatur in deum:sed tamen habuit passibilitatem naturæ.Sed pòst passionem habuit impassibilitatem. Et ideo quia secundum hoc ex toto perfectus est,conuenit sibi alios perficere.Hæc est enim natura perfecti,quòd possit sibi simile generare. Et ideo dicit quòd perfectus est. Quia enim per meritum obedientiæ peruenit ad istam cõsummationem.Prou.21, Vir obediens loquitur victorias.Factus est omnibus obtemperãtibus sibi causa salutis,non temporalis,sed æternæ.Esa.45,Saluatus est Israel in domino salute æterna.Et ideo dicit,Appellatus à deo põtifex iuxta ordinem Melchisedech,& hoc est suprà expositum. ¶ Deinde cùm dicit[De quo nobis grandis sermo,&c.] præparat animos auditorum ad sequentia,quæ dicenda sunt de pontificatu Christi.Et circa hoc duo facit. Primò enim ostendit eorũ tarditatem.Secundò suam intentionem,cùm dicit 6.cap. Quapropter intermittentes.Iterum prima in duas: quia primò ostendit tarditatem: secundò ostendit ipsam esse culpabilem,ibi [Etenim cùm deberetis.]Item circa primã partem duo facit:primò ostendit dicendorũ magnitudinem:secundò ipsorum tarditatem ad ea capienda,ibi[Quoniã imbecilles.]Dicit ergo,Ita dixi,q̃ appellatus est põtifex[de quo].s.põtificatu[grãdis nobis sermo]est,quia de magnis.Prou.8,De rebus magnis locutura sum. Item grãdis,quia de vtili.s.de salute animarũ.1.Tim.1,Fidelis sermo & omni acceptione dignus,quia Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere.[Iste sermo est interpretabilis ad docẽdum]quod potest dupliciter exponi. Vel q̃ fiat ibi vis negationis interpretabilis.i.non exponibilis: quia non potest ad perfectum exponi. Quę enim ad Christum pertinent nullus sermo exprimere potest.Eccle.43,Glorificantes dominum quantũcunq; potueritis,superabit adhuc & admirabilis magnificentia eius: benedicentes dominum,exaltate illum quãtum potestis,maior enim est omni laude.Alio modo affirmatiuæ interpretabilis.i.indigens interpretatione propter altitudinem & magnitudinem & profunditatẽ eius.Prou.1,Animaduertet parabolã & interpretationem,&c.Interpretatio enim scripturæ numeratur inter dona spiritus sancti.1.Cor.12,Indiget etiã vt dicatur interpretatio eius propter tarditatem nostrã.Et ideo subdit, ipsarũ tarditatem,cùm dicit[Quoniã imbecilles facti estis.]Illi qui sunt debilis intellectus nõ possunt alta intelligere,nisi eis exponatur per singula.Io.16,Adhuc multa habeo vobis dicere,sed non potestis portare modò.1.Cor.3,Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibus,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Etenim cùm deberetis.]ostendit istã tarditatem esse culpabilem:& circa hoc tria facit:primò enim ostendit culpã tarditatis:secundò adhibet similitudinem,ibi[Et facti estis.]Tertiò exponit,ibi[Omnis enim qui lactis.]Culpa enim alicuius est quãdo diu audiuit,si adhuc sit tardus:secus autẽ est,si sit nouus auditor.Negligentia enim nõ est sine culpa.Ideo dicit[Cùm deberetis esse magistri].s.aliorũ [propter tempus]quo.s.audierãt legem & prophetas. Io.5,Scrutamini scripturas,&c.Item ipsum Christũ.Item apostolos & multos ab ipsis cõuersos.Io.14,Tanto tempore vobiscũ sum,& nõ cognouistis me.[Rursum indigetis.]q.d.Magis deberetis docere, q̃ doceri: tamen indigetis[vt vos doce.quæ sint elementa exordii ser.dei.] Elemẽta enim dicũtur illa quæ primò tradũtur in grãmatica,quãdo ponũtur ad literas:Ista verò sunt ipsæ literæ.Exordia ergo sermonũ dei,& prima principia & elementa,sunt articuli fidei,& præcepta decalogi. Qui ergo diu studuisset in theologia, & illa nesciret,tẽpus curreret cõtra ipsum.Ideo dicit,Indigetis vt doce.quæ sint ele.exor.sermo.dei.i.prima principia.2.Tim.3,Sẽper discentes,& nunq̃ ad scientiã veritatis peruenientes.Esa.65,Puer centũ annorum morietur,peccator cẽtum annorũ maledictus erit. ¶ Deinde cùm dicit[Et facti estis.]ponit ad hoc similitudinem.Sciẽdum est ergo q̃ doctrina sacra est sicut cibus animæ.Eccl.15,Cibauit illũ pane vitę & intellectus. Et 24,Qui edũt me, adhuc esurient:& qui bibũt me, adhuc sitient.Sacra ergo doctrina est cibus & potus: quia animã potat & satiat.Aliæ enim scientiæ tãtùm illuminãt intellectũ,hæc autẽ illuminat animã.Psa.Præceptum domini lucidum illuminans oculos.Et etiam nutrit & roborat animã.In cibo autem corporali est differentia.Alio enim cibo vtũtur pueri,& alio perfecti.Pueri enim vtuntur lacte quasi magis tenui & conuenienti,& de facili cõuertibili:sed adulti vtũtur cibo solidiori.Sic in sacra scriptura illi q̃ de nouo incipiũt, debẽt audire leuia,quæ sunt quasi lac:sed eruditi debent audire fortiora.Et ideo dicit[Facti estis quibus lacte opus sit].s.sicut pueris.1.Pet.2,Sicut modò geniti infantes rationabiles sine dolo lac cõcupiscite, &c.1.Cor.3,Tãquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi,nõ escã.hoc est quod sequitur [Nõ solido cibo.] ¶ Deinde cùm dicit[Omnis enim qui lactis.]exponit similitudinem: & primò exponit illud quod dixit de lacte:secũdò illud quod dixit de solido cibo,ibi[Perfectorũ autem.]Circa primũ duo facit: primò enim ponit expositionem:secundò expositionis rationem,ibi[Paruulus enim.]Dicit ergo,Ita dico q̃ indigetis lacte sicut pueri.[Omnis enim qui lactis est particeps,expers est sermonis iustitiæ].i.omnis qui indiget nutriri lacte,expers est.i.non potest habere partem in sermonibus iustitiæ perfectæ intelligendis.Mat.5, Nisi abũdauerit iustitia vestra plusq̃ scribarum.Prou.15,In abundãti iustitia, virtus maxima est.Huiusmodi autem nõ sunt participes pueri.Esa.28,Quem docebit scientiam,aut quem intelligere faciet auditum?ablactatos à lacte,auulsos ab vberibus.Sed cõtrà:quia Apostolus superius multa valde difficilia tradidit eis,scilicet de mysterio trinitatis,& de sacramẽto incarnationis,& multa alia ardua,ergo vel nõ erãt paruuli,vel talia tradẽda

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt paruulis. Respondeo dicendum est secundū Aug. ꝙ non est intelligendum ꝙ in doctrina fidei alia sunt tradenda maioribus & perfectis, & alia imperfectis. Nō enim est inter eos ista differentia. Eadē enim vtrisq; sunt tradenda, sed paruulis proponēda sunt, sed nō exponenda nec pertractanda: quia intellectus eorū magis deficeret, quàm eleuaretur. Lac secundū glo. est, sicut verbū caro factum est. Contrà: nō minoris difficultatis est hoc intelligere, quàm quomodo verbum erat apud deum. Vnde August. dicit ꝙ istud inuenitur in libris Platonis, nō tamen illud. Ipse autem Augu. non poterat suspicari quid sacramenti haberet, verbum caro factum est. Respondeo: Dicendū est ꝙ cognoscere, verbum caro factum est, per simplicem fidem est satis facile, quia potest cadere in imaginatione, & aliqualiter in sensu, sed verbū apud deum, omnino excedit omnem sensum, & nō nisi per rationem potest & cū multa & maxima difficultate cōprehendi. ¶ Consequenter asignat rationem cùm dicit [Paruulus enim est] non quidem ætate, sed sensu. Tripliciter autem aliquis dicitur paruulus. Est eim aliquis paruulus per humilitatem. Matt. 11, Reuelasti ea paruulis. Aetate. Gal. 4, Quanto tempore hæres paruulus est, &c. Sensu. 1. Corint. 4, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti sitis. Et isto modo accipitur hic paruulus. ¶ Deinde cū dicit [Perfectorū autem est, solidus cibus] exponit illud quod dixerat de cibo solido. Hoc enim patet in corporalibus, ꝙ quādo homo peruenit ad ætatem perfectā, vtitur fortiori & nobiliori & solidiori cibo. Sic spiritualis quando peruenit ad perfectionem spiritualē debet ei proponi doctrina solidior. Ista autē perfectio duplex est. Vna est perfectio secūdum intellectum, quādo aliquis habet iudicium intellectus ad rectè discernendum & iudicandum de his quæ sibi proponūtur. Alia est perfectio secūdum affectū, quam facit charitas, quæ est cū aliquis totaliter deo inhæret. Vnde Mat. 5. Post præcepta charitatis dicitur, Estote ergo perfecti, &c. Est autē perfectio charitatis, vt dicit Aug. vbi nulla est cupiditas. Quantò enim quis magis ascendit in deum, tantò plus contemnit temporalia. Psal. Quid enim mihi in cælo, &c. Hoc enim habet sacræ scripturæ doctrina ꝙ in ipsa non tantū traduntur speculanda, sicut in geometria, sed etiam approbanda per affectum. Vnde Matt. 5, Qui autē fecerit & docuerit, &c. In aliis ergo scientiis sufficit ꝙ homo sit perfectus secundum intellectum: in istis verò requiritur ꝙ sit perfectus secundū intellectum & affectum. Loquenda sunt igitur alta mysteria perfectis. 1. Corin. 2, Sapientiā loquimur inter perfectos. Vnusquisq; enim secūdum ꝙ est dispositus sic iudicat, sicut iratus aliter iudicat durante passione, & aliter ipsa cessante. Et similiter incontinens aliter iudicat aliquid esse bonū tēpore passionis, aliter post. Et ideo dicit Philosophus ꝙ vnusquisq; qualis est, talis sibi finis videtur, & quia quæ in sacra scriptura tradūtur, pertinent ad affectū & non tantùm ad intellectum, ideo oportet esse perfectū in vtroque. Et ideo Apostolus volens ostendere qui sint perfecti, quibus sit tradendus iste solidus cibus, dicit ꝙ sunt isti qui pro sua cōsuetudine habent sensus exercitatos. Vnde in ista perfectione quatuor sunt attendēda. s. ipsa perfectio in se in quo consistat, & quantum ad hoc dicit [Qui habent sensus exercitatos] Et conueniēter loquitur. In hoc enim exprimit vtrāque perfectionē, quia (vt dicit Philosophus) intellectus prout iudicat de appetēdis & agendis dicitur sensus: quia est relatus ad aliquid particulare. Vnde nō accipitur hic sensus pro sensu exteriori. Qui ergo sentit quæ dei sunt, pfectus est. Phili. 3, Quicūq; perfecti sumus, hoc sentiamus. 1. Cor. 2, Nos autem sensum Christi habemus. Qui verò non sentiunt nisi carnalia, deo placere non possunt: vt patet Rom. 8. Secundò attendēda est dispositio eius in quo est, quia debet esse exercitatus. 1. Tim. 4, Exerce teipsum ad pietatem. Qui enim non est exercitatus, non potest habere rectū iudicium, quod ad hoc requiritur. Eccle. 34, Vir in multis expertus cogitabit multa. Item qui nō est expertus, pauca recognoscit. Tertiò causa huius exercitationis, est cōsuetudo: non. s. otium, sed frequētia actus. Et ideo dicit [Pro consuetudine]. s. rectè agendi. Prou. 22, Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, nō recedet ab ea. Si ergo vis esse perfectus, non des te otio, sed assuesce te bonis à iuuentute. Quartò finis huius exercitii, quia. s. [ad discretionem boni & mali.] Tunc enim perfectus est quando discernit inter bonum & malum. Esa. 7, Sciat eligere bonum, & reprobare malum. Hæc autem sunt tria. s. discretio inter bonum & malum, inter bonum & melius, inter malum & peius. In his enim requiritur rectitudo iudicii.

Caput 6.

Dixerat ermo de Christo futurus erat difficilis ꝓpter imbecilitatē audientiū ꝓpter quam indigebant doctrina elementorū Christiani, &c.

QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamētum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad deum baptismatū doctrinæ, impositionis quoq; manuum, ac resurrectionis mortuorū, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siquidē permiserit deus. Impossibile enim est illos qui semel sunt illuminati, gustauerūt etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei uerbum, nirtutēsque seculi uenturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes.

¶ Suprà Apost. fecit mentionem de pōtificatu Christi secūdum ordinem Melchisedech, & ostēdit tarditatem eorum quibus scribebat: hic redit ad suū propositum. Et circa hoc tria facit: quia primò aperit intētionem suā. Secundò ostendit eius difficultatem, ibi [Et hoc faciemus.] Tertiò declarat intentionē, ibi [Confidimus. [Circa primum duo facit, quia primò manifestat suum propositum: secundò exponit quod dicit, ibi [Non rursum.] Propositū suum est quòd prætermissis his quæ pertinent ad inchoationē doctrinę Christia næ, vult ꝓsequi alia altiora. Vnde dicit, Iam dictū est quòd perfectis opus est solido cibo [quapropter intermittentes sermonem inchoationis doctrinæ Christi per quam Christus inchoat esse in nobis, quod est per doctrinā fidei. Ephe. 3, Habitare Christū per fidem in cordibus nostris [Feramur ad perfectionem]. i. ad ea quæ spectant ad perfectionem doctrinæ Christi. 1. Cor. 13, Quando factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Hoc autem secundum glo. ad duo referri potest. s. vel ad intellectum, vt. s. ex quo homo proficit, debet intermittere puerilia & vacare perfectis. 1. Cor. 2, Sapientiam loquimur inter perfectos. Vel ad effectum. Et est sensus quòd non semper est standū in sensu incipientium, sed oportet tendere ad statum perfectorum. Gen. 17, Ambula coram me & esto perfectus. ¶ Hic est duplex obiectio: & primò de hoc quod dicit, intermittentes inchoationem, quia nūquam debet intermitti inchoatio. Psal. Et dixi nunc cœpi. Iob 27, Iustificationem quam cœpi tenere non deseram. Respondeo: Dicēdum est quòd cōtingit dupliciter intermittere inchoationē. Vel quātum ad æstimationē, & sic semper debet homo esse sicut incedens & tendens

ad maiora. Philip. 3, Non quòd iam ceperim aut quòd iam perfectus sim. Vel quantum ad progressum ad perfectionem, & sic semper debet niti homo transire ad statum perfectū. Phil. 3, Quæ retrò sunt obliuiscēs, ad ea quæ priora sunt me extendens. In via enim dei non progredi (ait Ber.) est regredi. ¶ Alia obiectio est de hoc quòd dicit, Feramur ad perfectionem. Perfectio enim consistit in consiliis. Mat. 19, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, &c. non omnes autem tenentur ad consilia, igitur. Respōdeo: Dicendum est ꝙ duplex est perfectio. Vna. s. exterior quæ consistit in actibus exterioribus qui sunt bgna interiorum, sicut virginitas, volūtaria paupertas. Et ad hanc non omnes tenentur. Alia est interior quæ consistit in dilectione dei, & proximi. Col. 3, Charitatem habete quod est vinculū perfectionis, & ad perfectionem huiusmodi nō omnes tenentur, sed omnes tenētur ad eam tendere, quia si quis nollet plus diligere deū, non faceret quod exigit charitas. Dicit autem, feramur, & hoc secūdum impulsionē à spiritu sancto. Ro. 8, Qui spiritu agūtur, hi filii dei sunt. Vel sicut portati à deo, qui portat infirmitatem nostrā. Esa. 46, Audite me domus Iacob, & omne residuū domus Israel qui portamini à meo vtero. Vel sicut portati ab inuicē. Gal. 6, Alter alterius onera portate. ¶ Deinde cùm dicit [Nō rursum.] exponit quod dixit: & intēdit ostēdere quæ sunt illa quæ faciūt ad inchoationē doctrinæ Christi: & vtitur similitudine. Per fidem enim anima ædificatur in spirituali ædificio. Sicut ergo in corporali ædificio, primò ponitur fundamētum, ita hic prima rudimēta doctrinæ Christi, sunt quasi fundamenta. Sed cōtrà: quia infrà 11. ponitur fides esse fundamentum: fides autem vna est. Ephe. 4, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma: hic autem ponit sex fundamenta: ergo videtur ꝙ malè. Respō deo: Dicendum est, ꝙ fides fundamentū est virtutum. Ista autem quæ ponit hic, sunt fundamenta doctrinæ Christi. Dicit [Nō rursum iacientes fundamentū] quasi ita firmiter ponamus ꝙ nō oporteat iteratò ponere. Vel quia dudū posuistis, & nō oportet iterare. Multū autem signanter ordinat ista Apost. Sicut enim in via generationis & cuiuscūq; motus, prius est recessus à termino à quo, & post accessus ad terminū ad quem: ita dicit hic, quia pœnitētia est recessus à peccato, & sic est quasi quoddā fundamentū in ista vita. Nemo enim secūdum Aug. suæ volūtatis arbiter potest nouā vitam inchoare, nisi pœniteat eum præteritæ. Vnde dominus in principio prædicationis dicit, Pœnitentiam agite. Mat. 4. Et ideo dicit, Pœnitentiæ ab operibus mortuis. Opera enim mortua dicūtur vel quæ secūdum se sunt mortua, vel quæ sunt mortificata. Res dicitur viua, quādo habet officiū propriæ virtutis, à quo cùm deficit, dicitur mortua. Opera nostra sunt ordinata ad beatitudinē, quę est finis hominis. Et ideo quādo nō ducūt ad beatitudnem, nec ordinari possunt, dicuntur mortua: & hæc sunt opera facta in peccato mortali. infrà 11, Sanguis Christi qui per spiritū sanctū obtulit se ipsum immaculatū deo, emūdabit cōscientias nostras ab operibus mortuis. Opera verò facta in charitate, per peccatum mortificātur: vnde nō habent virtutem, vt mereātur vitam æternā. Ezec. 18, Omnes iustitiæ eius quas fecerat, nō recordabūtur. Pœnitentia verò facit quòd ista reuiuiscunt: vnde tunc iterū reputantur ad vitam æternā. In accessu verò ad terminū primò est fides. Et ideo dicit, Fundamētum [fidei ad deū.] Prius autē fidei est ꝙ credat homo & assentiat non visis à se, sed testimonio alterius. Hoc autem testimonium vel est hominis tantùm, & istud nō facit virtutem fidei: quia homo & fallere & falli potest. Vel istud testimoniū est ex iudicio diuino, & istud verissimū & firmissimum est: quia est ab ipsa veritate, quæ nec fallere, nec falli potest. Et ideo dicit, Ad deum, vt. s. assentiar his quæ deus dicit Ioan. 14, Creditis in deum, & in me credite. Secūdò in isto processu sunt sacramēta fidei. Hæc autem sunt duo sacramenta intrātium, de his enim tantùm agit hic Apostolus. Et ista sunt baptismus primū, & secundū est confirmatio. Quātum ad primum dicit [Baptismatum.] Sed contrà. Ephe. 4, Vna fides, vnum baptisma. Non ergo plura sunt baptismata. Respondeo: Dicendum est quòd triplex est baptismus. s. fluminis, flaminis, & sanguinis: sed duo vltima nō habent vim, nisi referātur ad primum: quia illud oportet habere in proposito, si non adsit facultas, in habentibus vsum liberi arbitrii. Et ideo nō sunt tria sacramenta: sed vnum sacramentū per quod regeneramur ad salutē. Io. 3, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Inter ista verò baptismus sanguinis plus habet de effectu baptismi, si tamen primū fuerit in proposito, vel cōtrarium nō teneatur in mēte sicut patet de innocentibus, qui non erāt in oppositā dispositione. Baptismus enim virtutē habet ex merito passionis Christi. Rom. 6, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Sicut ergo qui baptizatur, conformatur morti Christi sacramentaliter, ita martyr realiter. Et ideo istud baptisma habet totum effectū baptismi, quātum ad hoc quòd purgat omnem culpā & pœnam peccati, nō tamen imprimit characterem aliquem. Et ideo si recipiens martyrium sine baptismo aquæ resurgeret, esset baptizandus. Pœnitentia verò non tātùm habet de effectu baptismi, quia non tollit omnem pœnam, licet tollat culpam. Sicut autem martyr conformat se morti Christi per exteriorem passionem, ita pœnitens per interiorem. Gal. 5, Qui Christi sunt, carnem suā crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Ideo potest esse tanta, ꝙ tolleret omnem culpā & pœnam, sicut patet in Latrone & Magdalena. Vnde pœnitentia dicitur baptismus, inquātum supplet baptismi vicem. Et quia non licet illud iterari, ideo instituta est pœnitentia. Ista ergo dicuntur baptismata, quia habent effectum baptismi: sed tantùm vnum baptisma, quia non agunt nisi illud habeatur in proposito. ¶ Secundū sacramentum intrātium est in ipsa manuū impositione. Ideo dicit, Impositionis quoque ma. Hæc autem est duplex. Vna est miracula faciens, sicut quando Christus per manus impositionem curabat infirmos. Luc. 4, Singulis manus imponens curabat eos. Alia est sacramentalis, & hæc est duplex. Vna in sacramento ordinis. 1. Tim. 5, Manus nemini citò imposueris. Alia est in sacramento confirmationis ad renouationem. Tit. 3, Per lauachrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, &c. In confirmatione enim datur spiritus sanctus ad robur. Sicut enim in esse naturæ prius generatur homo, & postea augetur & roboratur, ita in esse gratiæ. Tertiò sequitur terminus motus, ad quem motus terminātur, & ille est duplex. Duo enim expectamus: primum est resurrectio corporum, & ista est fidei fundamentum: quia sine hac inanis est fides nostra. 1. Cor. 15. Ideo dicit [De resur. mort.] Item expectamus remunerationē quæ fiet per iudicem. Eccles. 12, Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium. Et ideo dicit [Iudicii æterni.] non ꝙ illud iudiciū duret per mille annos, sicut voluit Lactātius, sed totū erit in momēto: sed dicitur, æternū, quia sententia quæ ibi dabitur, in æternū durabit. Mat. 25, Ibunt hi in supplicium æternū:

iusti autem in vitam æternã. Et sciẽdum est quòd omnia ista quæ dicit se velle hîc tractare, sunt quasi quædam rudimẽta fidei. Vnde prædicat ea nouitiis. Act. 17. & in multis aliis locis. ¶ Deinde cùm dicit [Et hoc faciemus.] ostendit difficultatem propositi sui exequẽdi. Difficile enim est, & in se, & respectu auditorum. Vnde tria facit. Primò innuit quòd in hoc potissimè indigeat diuino auxilio. Secundò subdit quorundam imbecillitatem, ibi [Impossibile est enim.] Tertiò adducit quandam similitudinem, ibi [Terra enim.] Dicit ergo, Feramur ad perfectum, & hoc faciemus siquidem permiserit deus. Minus autem dicit, & plus significat. Nam non est tãtùm necessarium, quòd dominus permittat: sed oportet quòd omnia faciat. Sapien. 7, In manu dei nos & sermones nostri: & ideo debet omnia ponere sub cõfidentia diuini auxilii. ¶ Deinde cùm dicit [Impossibile est] ostendit imbecillitatem eorum: erant enim imbecilles ad audiendum. Sicut enim in corporalibus nullus status est ita periculosus, sicut recidiuãtium, ita in spiritualibus, qui post gratiã cadit in peccatũ, difficilius surgit ad bonũ. Et circa hoc facit tria: primò proponit bona quæ perceperãt: secundò difficultatem causatam in eis ex recidiuo, ibi [Et prolapsi sunt.] Tertiò assignat rationem, ibi [Rursus crucifigentes.] Bona autẽ quædã sunt præsentia, quædam verò futura. Ipsi verò in præsenti habuerunt spiritualẽ regenerationem, & quantum ad hoc dicit [Illuminati] Ephesiorum 5, Eratis aliquãdo tenebræ, nunc autẽ lux in domino. Ista autem illuminatio fit per fidem. Act. 15, Fide purificans corda eorũ. Habent etiam bonorũ dei participationẽ, & quantum ad hoc dicit [Et gustauerunt donum cæleste] Donũ istud est gratia & dicitur cæleste, quia à cælis deus eã dat. Psal. Dedit dona hominibus. & Iac. 1, Omne datũ optimũ, & omne donũ perfectum desursum est descendẽs à patre luminum. Est etiam in eis participatio diuinę bonitatis. 2. Pet. 1, Per quẽ. s. Christum maxima nobis & pretiosa promissa donauit. Ideo dicit [Participes facti spiritus sancti] Omnia enim dona dantur ex amore: & ideo istam participationẽ attribuit spiritui sancto. Est autẽ participare, partẽ capere. Solus autem Christus spiritũ sanctum habuit ad plenitudinem. Io. 3, Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Alii enim sancti de eius plenitudine receperunt, & participes facti sunt, nõ quidem substantię, sed distributionum eius: supra 2, Et variis spiritus sancti distributionibus. 1. Corinth. 12, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, &c. Item in præsenti habuerunt doctrinæ eruditionem. Et quantum ad hoc, dicit [Gustauerunt nihilominus bonum dei verbum.] Verbum istud dicitur bonum, quia est verbum vitæ æternæ. Ioannis 6, Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Psalm Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicit autem, gustauerunt, quia nõ solùm illuminat intellectum, sed etiam reficit affectum, in quo est quædam saporatio. Psalm. Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Bona autem futura habuerunt in spe. Roman. 8, Spe salui facti sumus. Et ideo dicit [Virtutésque seculi venturi.] Horum autem quædam habent non solùm in spe, sed etiam in quadam inchoatione, & illæ sunt dotes animæ, scilicet visio, tentio, & fruitio, & illa habentur in quadam inchoatione, inquantum fides, spes, & charitas, quæ istis respondent, habentur in præsenti. Alia autem sunt bona quæ solùm habentur in spe, vt dotes corporis. s. subtilitas, agilitas, impassibilitas, claritas. ¶ Consequenter cùm dicit [Et prolapsi sunt] ostendit difficultatem ad resurgẽdum, causatã ex casu. Vbi notãdum est q̃ non dicit, lapsi, simpliciter, sed prolapsi. i. totaliter lapsi: quia si lapsi tantũ essent, nõ ita difficile foret resurgere. Proue. 24, Septies in die cadit iustus, & resurgit. Quòd si diceret Apostol⁹ illos qui prolapsi sunt impossibile esse resurgere, tũc posset dici quòd in hoc notat maximã difficultatem resurgendi. s. & propter peccatũ, & propter superbiã, sicut patet in dæmonibus. Sed quia dicit illos, qui semel prolapsi sunt non posse rursus renouari ad pœnitentiam, nec est aliquod peccatũ in hoc mundo à quo nõ posset homo pœnitere, ideo aliter est intelligendũ. Vnde sciendũ est q̃ ex hoc loco sumpsit nouatus quidã, qui fuit presbyter ecclesiæ Romanæ, occasionẽ errandi. Voluit enim q̃ nullus post baptismũ poterit ad pœnitentiã resurgere. Sed ista positio falsa est, sicut dicit Athanasius in epistola ad Serapionẽ: quia ipse Paulus recepit incestuosum Cor. Sicut patet 2. Corin. 2. & similiter. Gal. 4, quia dicit Filioli mei quos iterum parturio, &c. Est ergo intelligendũ sicut Aug. q̃ non dicit q̃ impossibile est pœnitere, sed q̃ impossibile est [rursus renouari.] i. baptizari. Tit. 3, Per lauacrum regenerationis & renouationis, &c. Nunquam enim posset homo sic pœnitere q̃ posset iterum baptizari. Et hoc dicit Apostolus, quia secundum legem, Iudæi multotiens baptizantur, sicut patet Marc. 7. Et ideo ad istum errorem remouendum, dicit hoc Apostolus. ¶ Deinde cùm dicit [Rursus crucifigentes, &c.] assignat rationem quare baptismus non iteratur, quia baptismus est quædam configuratio morti Christi, sicut patet Roma. 6, Quicunq; Christo baptizati sumus. Hæc autem non iteratur, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Roma. 6, Qui ergo iteratò baptizantur, rursum Christum crucifigunt. Vel aliter q̃ denotetur repugnantia gratiæ Christi, vt. s. velint frequenter peccare, & post iterum baptizari, vt. s. non referatur ad iterationem baptismi, sed ad lapsum eorum qui peccant. Qui. s. quantum in ipsis est rursus crucifigunt Christum, quia Christus pro peccatis nostris mortuus est semel. 1. Petr. 3. Cùm ergo peccas baptizatus, quantum in te est, das occasionem, vt iterum Christus crucifigatur, & sic contumelia fit Christo, in cuius sanguine te lotum maculas. Apocal. 1, Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Lectio 2.

Similitudo q̃ eo q̃ statim dixit impossibile est &c. renouari, &c.

TErra enim sæpe uenientem super se bibens imbrem & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo. Proferens autem spinas ac tribulos reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.

¶ Suprà ostendit Apostolus difficultatem ad suum propositum exequendũ, prouenientem ex eorũ culpa: hîc adducit ad hoc quandã similitudinem. Et primò quantum ad bonam terram. Secundò quantum ad malam, ibi [Proferens autem.] Sciẽdum est autem quòd secundum vnam expositionẽ suprà voluit Apostolus illos qui semel baptizati sunt, non posse iterum baptizari, vel renouari ad pœnitẽtiam. Alia autẽ est expositio quæ ibi dimissa fuit, q̃ impossibile est eos qui in hac vita semel illuminati sunt, rursum in alia vita renouari ad pœnitentiam. Ecclesiast. nono, Quicquid potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos, &c. Ioannis 9, Venit nox, quando nemo potest operari. Rursus ergo exponatur, id est, post hanc vitam. Et huius ratio est. Duo enim causant pœnitentiam.

Vnum est quod dat efficaciam. s. meritum passionis Christi. 1. Io. 2, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Aliud autem est exẽplum pœnitẽdi, quod habemus in Christo per considerationẽ. s. considerando austeritatem, paupertatẽ & tãdem passionẽ. 1. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exẽplum, &c. Sic ergo intelligitur quod dicit [Rursus crucifigentes.] i. crucis Christi fructum percipientes, & hoc quantum ad id quod dat efficaciam pœnitentiæ [Et ostentui habentes] quantum ad exẽplum pœnitendi. Et sic accipitur ostentũ in bonum. Ista verò similitudo quæ ponitur hîc, de terra. Potest referri vel ad id quod suprà dictum est, Feramur ad perfectionem, & tunc erit sensus, q̃ si feramur, habebimus benedictionẽ sicut terra bona. Vel potest continuari ad dictum immediatè, secundum expositionem vtranque, sicut de baptismo, siue de alia vita. Illa tamen de baptismo magis est literalis: & sic est sensus, Sicut terra culta, si iteratò profert spinas, non colitur, sed comburitur: sic homo peccans post baptismum, vlterius non abluitur. Et tangitur circa bonam terram primò beneficium impensum: secũdò fructum quem profert, ibi [Et generans herbam.] Tertiò præmium, ibi [Accipit benedictionem.] Terra ista est cor humanum. Luc. 8, Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo, &c. quod dicitur terra, quia sicut terra indiget pluuia, ita homo indiget gratia dei. Psal. Visitasti terram, & inebriasti eam. Esa. 55, Quomodo descendit imber & nix de cælo, & illic vltrà non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam & germinare eam facit, &c. Sed beneficium quod percipit, & doctrina fidei, est quasi imber superueniens, quam pluit in cordibus auditorum mediantibus prædicatoribus & doctoribus. Esaiæ 5, Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem. Iob 36, Effudit imbres ad instar gurgitũ qui de nubibus fluũt, &c. Hunc imbrem bibit, quando quod audit, intelligit: & ad illud afficitur. Esa. 55, Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Ista doctrina est super se, id est, de super veniens, & hoc quãtum ad principium huius doctrinæ: vel super se, quia quædam doctrina est de terra, qua, scilicet homo inhæret terrenis. Alia est de cœlis, quæ, scilicet, docet cælestia. Iacob. 3, Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. & post sequitur ibidem, Quę autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, &c. Vel super se, id est, super facultatem humanæ rationis. Eccle. 3, Plurima super sensum hominũ monstrata tibi sunt. Dicit autem nõ semper, nec raro, sed [sępe] quia vt dicit Aug. & habetur hîc in glo. Si semper vilescit, si rarò, non sufficit, & negligitur. Iob 16. Audiui frequenter talia. ¶ Fructus est quia [generat herbam opportunam cultoribus.] Ista sunt bona opera, quæ facit homo per doctrinam susceptam. Gen. 1, Germinet terra herbam virentem, &c. Ista terra colitur primò à deo. Ioan. 15, Pater meus agricola est, &c. Colitur etiam à prælato. 1. Corin. 3, Ego plantaui, Apollo rigauit, &c. Colitur etiam ab homine ipso. Prou. 24, Diligenter exerce agrum tuum. Est autem opportuna deo ad gloriam. 1. Corinth. 10, Omnia in gloriam dei facite. Aliis, ad meritum. & ad gloriam. 1. Thessalonic. 2, Vos enim estis gloria nostra & gaudiũ. Ipsi verò operanti ad vitã æternã. Ro. 6, Habetis fructum vestrũ in sanctificationem: finem verò vitam æternam ¶ Deinde cùm dicit [Accipit benedictionem à deo.] ostendit præmium, scilicet, benedictionẽ diuinam. Ista autem benedictio nihil aliud est quàm factio bonitatis in nobis: quæ quidem in præsenti vita fit imperfecta, sed in futuro erit perfecta. 1. Petr. 3, In hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis. ¶ Deinde cùm dicit [Proferens, & cætera.] agit de mala terra: de qua primò supponit beneficiũ quod dictum est. Secundò ponit malum fructum, dicens, Proferens autem. Tertiò ostendit pœnam, ibi [Reproba est.] Fructus ergo sunt spinæ, id est, minora peccata: & tribuli, id est, maiora quæ pungunt conscientiam propriam, quandoque etiam alienam, illa, scilicet, quæ sunt contra proximos. Gene. 3, Spinas & tribulos germinabit tibi. In pœna verò ponit tria, scilicet diuinam reprobationem, iudiciariam condẽnationem, ibi [Maledicto proxima.] Et finalem punitionem, ibi [Cuius consummatio, &c.] Quãtum ad primum, dicit [Reproba est.] Sicut enim prædestinatio est principium remunerationis, ita reprobatio signum est condemnationis. Quòd ergo aliquis frequenter rigetur præceptis salutaribus, signum est reprobationis, si perfistat in peccatis. Hiere. 6, Argentum reprobum vocate eos, quia dominus proiecit eos. Condemnatio est, quia [proxima maledicto.] Matth. 25, Ite maledicti in ignem æternum. Punitio est, cuius consummatio in combustionem. Esaiæ 9, Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.

Lectio 3.

Ostẽdit P. ea quæ dixit, se dixisse vt eos à periculis retraheret, ostẽdendo fiduciã quã habet de eis & subdendo rationẽ cõfidẽtiæ ex bonis præteritis ipsorũ.

COnfidimus autem de uobis dilectissimi meliora & uiciniora saluti: tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est deus, ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus autem unũquenque uestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei usque in finem, ut non segnes efficiamini, uerùm imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.

¶ Quia Apostolus multa quæ dura videbantur de statu istorum dixerat, modo ne ex illis desperarent, ostendit qua intentione hoc dixerit, scilicet vt ipsos à periculis retraheret. Vnde circa hoc duo facit. Primò enim ostendit fiduciam quam de ipsis habebat: secundò subdit rationem confidentiæ, ibi [Non enim iniustus est deus.] Dicit ergo, Ita dixi quòd terra quæ profert spinas & tribulos, & cætera. Et ne credatis quòd ego tales vos reputem [confidimus de vobis dilectissimi] & hoc propter fidem & charitatem [meliora & viciniora saluti.] Vbi cõmendat statum ipsorum ex duobus, scilicet, ex eo quod iam erant: quia ex quo dicit, meliora supponit quòd erant in bono statu, & ex eo quòd expectabant in futurum, vnde dicit viciniora saluti. Romanorum 13, Nunc autem propior est nostra salus quàm cùm credidimus. Quantò enim quis proficit in bonis: tantò magis appropinquat saluti. Sequitur [Tametsi ita loquimur] id est, quia & si sic loquimur, hoc est, vt reddamus vos cautos, & hoc procedit ex charitate. Psalmista, Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, & cætera. ¶ Deinde cùm dicit [Non est enim iniustus deus, vt obliuiscatur, & cætera.] ostendit rationem confidentiæ, quæ duplex est. Vna ex bonis ipsorum præteritis. Alia ex promissione dei, ibi [Abrahæ nanque, & cætera] Quia verò Apostolus duo dixerat: vnum, scilicet, quod de ipsis cõfidebat. Aliud quod asperè ipsis loquebatur, ideo duo facit: primò enim assignat rationem primi. Secundò rationem secundi, ibi [Cupimus, &c.] Ratio autem quare ipse de his confidebat, hæc est, quia recordatur multorũ bonorum quæ ipsi fecerunt. Vnde dicit [Cõfidimus autem, &c.] Et quare? [quia non est iniustus deus, vt obliuiscatur operis vestri.] Cõtrà: Eze. 18, Si auerterit se iustus à iustitia sua, &c. Et paulò

post ibidem sequitur, Omnes iustitiæ eius non recordabuntur. Et ibi subditur, Non est æqua via domini. Respondeo, dicendum est q̃ homo qui cadit post gratiam, dupliciter potest se habere. Vno modo q̃ in malo perseueret, & tunc deus omnes iustitias eius obliuiscitur. Alio modo q̃ pœniteat, & tunc bonorũ præcedentium recordatur, quia reputantur sibi ad meritum. Vnde dicit glosa quòd mortificata reuiuiscunt. Sed tunc videtur dubium, quia constat quòd iustitia respicit meritum: si ergo iustitia domini exigit q̃ deus non obliuiscatur si pœniteat, sicut dicit glo. ergo cadit sub merito q̃ resurgat à peccato, sic meretur gratiã, quod est impossibile. Respondeo: Dicendum est q̃ duplex est meritum. Vnum quod innititur iustitię, & istud est meritum cõdigni. Aliud q̃ soli misericordiæ innititur, quod dicitur meritum congrui. Et de isto dicit q̃ iustum est, id est congruum, quòd homo qui multa bona facit, mereatur. Ista enim misericordia est adiuncta quodãmodo iustitiæ, plusquam in illo qui nũquam aliud fecit. Et isto modo non obliuiscitur deus operis & dilectionis. Soli enim charitati debetur vita æterna, Ioan. 14, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Quicquid enim non est ex charitate, non est meritorium. 1. Corint. 13, Charitatem non haheam: nihil prodest. Et ideo hîc non dicit tantùm operis vestri, sed addit [dilectionis] quia etiam sicut dicit Greg. Non est amor dei otiosus. Operatur enim magna si est, si operari renuit, amor non est. 1. Io. 3, Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Ideo subdit [Quam ostendistis in nomine ipsius] Coloss. 3, Omne quod cunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, &c. Quid autem ostenderunt & in quo ostendit? quia [ministratis sanctis] scilicet subueniẽdo necessitatibus sanctorum. Mat. 20, Quicunque voluerit inter vos fieri maior, sit vester minister. Roman. 12, Necessitatibus sanctorum cõmunicantes. Et quia in omnibus est necessaria continuatio, ideo subdit [Et ministratis] Et ideo si peccastis, ex diuina misericordia adiuncta iustitiæ dabit veniam. ¶ Cõsequenter cùm dicit [Cupimus autem.] Assignat rationem quare ita durè locutus fuerat. s. ex desiderio salutis ipsorum. Vnde circa hoc tria facit: quia primò ostendit suum desiderium. Secundò subdit imminens periculũ, ibi [Vt non segnes efficiamini] Tertiò declarat per exẽplum, ibi [Verũ imitatores.] Diximus ista nõ quasi desperãtes de vobis, sed magis [quia cupimus vnumquẽque]. i. de vnoquoq; [Vestrum] Philip. 1. Testis est mihi deus quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Sed quid cupimus? [Ostendere eandem solicitudinem]. i. vt sitis soliciti ostendere per exhibitionem operis, hanc solicitudinem ad bona, quam semper habuistis. Vnde patet q̃ ad opera pietatis requiritur solicitudo. Luc. 10, Martha, Martha solicita es, &c. Item ad propriam salutem. 2. Tim. 2, Solicitè cura teipsum probabilem exhibere deo. Et quare? [Ad expletionem spei]. s. adimplendo quod cœpistis, cõsequamini quod speratis. Rom. 5, Spes non confundit. Et hoc totum [vsque in finem.] Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. ¶ Deinde cùm dicit [Vt segnes efficiamini.] ostẽdit periculum quod est pigritia. Et est segnities timor futurę bonæ operationis propter timorem. s. vel ne deficiat, vel ne pœniteat. Prou. 22, Piger dicit, Leo est in via. Vnde pigri semper allegant impedimenta. ¶ Deinde cùm dicit [Verùm imitatores, &c.] ponit exẽplum. q. d. Non sitis pigri, sed magis imitamini accipiendo exemplum in prophetis. Iaco. 5, Accipite exemplum patientiæ, &c. Et sequitur, Prophetas. Et in aliis sanctis, scilicet, apostolis. 1. Corinth. 2, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. [Sitis ergo imitatores eorum qui fide] sine qua impossibile est placere deo. Infrà 11. [& patientia] contra aduersa [hæreditabunt promissiones.] Per fidem enim formatam, & patientiam, acquiritur hæreditas promissa. Infrà vndecimo, Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt, &c.

Lectio 4.

Ostendit Paulus q̃ de istis cõfidebat, ex p̃missione facta patrib⁹ ipsam p̃missionẽ p̃nendo, cũ iuramẽto factã & ostendit finem iuramenti.

Abrahæ nanque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicens, Nisi benedicens benedicam te, multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius uolens deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consilij sui: interposuit iusiurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatiũ habeamus qui confugimus ad tenẽdam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedẽtem usq; ad interiora uelaminis, ubi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum.

¶ Supra Apostolus ostendit causam quare de istis confidebat, & hoc propter bona quæ fecerunt: hîc ostendit idem ex promissione facta patribus. Vnde circa hoc facit duo. Primò enim præmittit promissionem, secundò assignat rationem dictorum, ibi [Homines enim.] Circa primum tria facit: primò enim ostẽdit cui facta sit promissio: secundò ostendit promissionis modum esse cõuenientem, ibi [Quoniam neminem, &c.] Tertiò promissionis effectũ, ibi [Et sic lõganimiter.] Promissio facta est Abrahæ. Gal. 3, Abrahæ dictæ sunt promissiões, &c. Et huius est ratio: quia per fidẽ inhęremus deo & ideo per fidẽ cõsequimur promissiones. Primũ enim exẽplum fidei fuit in Abrahã, & hoc quia primus recessit à consortio infideliũ. Gen. 12, Egredere de terra tua, &c. Secũdò quia primus aliquid credidit quod erat supra naturã. Ro. 4, Qui cõtra spẽ, in spe credidit. Vnde Gen. 15, Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Primus enim accepit signaculum fidei. s. circũcisionem. Rom. 4. ¶ Modus promissionis est quãtum ad duo: primò quantum ad iuramentum interpositum. Secundò quãtum ad verba promissionis, ibi [Nisi benedicens benedicam tibi, &c.] Dicit ergo, Deus volens ostendere promissionem suam firmam & stabilem [quia non habuit maiorem se per quem iuraret.] Psal. Excelsus super omnes gentes dominus, &c. Iurauit per semetipsum.] Gene. 22, Per memetipsum iuraui, dicit dominus, &c. In quo habes exemplum quòd iuramentum de se non est illicitum, quia scriptura nihil deo attribuit quod de se sit peccatum. Intẽdit enim scriptura nos ad deũ ordinare & ducere. Ephe. 5, Estote imitatores dei sicut filii, &c. Tamẽ interdicitur frequẽtia iuramenti. Eccl. 23, Iurationi nõ assuescat os tuũ, &c. Itẽ iuramẽtum in vanũ. Exod. 20, Nõ assumes nomen dei tui in vanũ. ¶ Cõsequenter cũ dicit [Nisi benedicẽs, &c.] ostẽdit modũ promissionis. q. d. Nõ credatur mihi, nisi benedicã tibi, vt sit modus iurãdi quasi per execrationẽ. Dicit autẽ [Benedicẽs] quod pertinet ad bonorũ collationem. Benedictio enim domini diuites facit, sicut dicitur Pro. 10. [Et multiplicãs multiplicabo te] quod etiã pertinet ad prolis numerositatem. Et vtrũq; fuit Abrahæ promissum, sicut patet Gen. 14. & 25. Ingeminat autem dicẽdo [Benedicẽs benedicã] vt designet bona tẽporalia & spiritualia, & cõtinuitatẽ benedictionis. Vel benedicens benedicam in multitudine prolis sanctę, quæ Gen. 22. designatur per stellas cœli, vbi dicitur, Suspice cælum & numera stellas, si potes, &c. Et multiplicans multiplicabo in numerositate prolis malæ & peruersę. quæ ibidem. s. 22. cap. designatur per arenam maris. Ingeminatur etiam multitudo quod est propter numerositatẽ prolis bonæ vel malæ. Vel propter cõtinuitatem multitudinis. Vel benedicã in bonis gratiæ: & multiplicabo in bonis gloriæ. Psa. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, &c. ¶ Effectus promissionis fuit, quia [lõganimiter ferens adeptus est repromissionem.] Lõganimitas est nõ solùm in faciẽdo magnum aliquid, sed etiã in expectãdo in lõgum. Abrahã autem promissionẽ habuit: nec vnq̃ passum pedis terræ possedit, vt dicitur Act. 7, Et vsq; in senectutẽ prolem nõ susceperit, & tamen à spe nõ decidit. Iac. 5, Accipite exẽplum fratres mei mali exitus, & lõganimitatis, & laboris, & patiẽtiæ prophetas, &c. Esa. 51, Attẽdite ad Abrahã patrem vestrũ, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Homines enim per maiorem sui iurãt] ponit rationem prędictorũ: & circa hoc facit tria. Primò enim ponit humanã consuetudinem: secundò assignat rationẽ consuetudinis, ibi [In quo abundãtius.] Tertiò subdit fructũ rationis, ibi [Vt per duas res immobiles.] Cõsuetudo enim humana duplex ponitur: vna q̃tum ad id per quod iuratur. Alia q̃tum ad effectũ iuramẽti, ibi [Et omnis cõtrouersiæ.] Illud autẽ per quod iuratur, est maius, & hoc rationabiliter. Nihil enim aliud est iurare, nisi dubium cõfirmare. Sicut ergo in scientiis nihil cõfirmatur, nisi per id quod est maius notũ: ita quia nihil certius est apud homines q̃ deus: ideo per ipsum tanq̃ per maius & certius iuratur. Sed cõtrà: Quãdoq; enim iuratur per filiũ qui minor est, vt cũ dicitur per Christũ. Aliquãdo verò per creaturã, sicut Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. Gen. 42. Respondeo: Dicendum est q̃ duplex est modus iurãdi per deum: vno modo per simplicem attestationẽ: vt cùm absolutè dicitur, Per deum ita est. q. d. Testis est mihi deus q̃ ita est sicut dico. Ro. 1, Testis est mihi deus, cui seruio in spiritu meo. Aliquando verò per execrationẽ, quod fit quãdo aliquid obligatur ad vindictã deo, si nõ sit ita, putà caput, vel anima, vel aliquid huiusmodi, sicut iurauit Apost. 2. Cor. 1, Testem deũ inuoco in animã meam. q. d. Obligo animã meam pro testimonio, pro quo ipsum nomen dei assumo: & istud est grauissimũ. Per creaturã autem iuratur non inquãtum est talis: sed inquãtum in ipsa relucet aliquod iudiciũ diuinæ potestatis. Quia enim omnis potestas à deo est. Rom. 13. inquãtum aliquis exercet potestatem super aliquã multitudinem: si iuratur per ipsum, iuratur per deum cuius potestas in ipso relucet. Et sic iurauit Ioseph, per salutem Pharaonis. Hoc est ergo quod dicit, Homines per maiores sui iurãt. ¶ Deinde cũ dicit [Et omnis cõtrouersiæ, &c.] ponit effectũ iuramẽti qui in hoc consistit q̃ per iuramẽtum finitur omnis cõtrouersia: sicut enim in scientiis, quãdo resoluitur vsq; ad prima principia demonstrabilia, quiescitur: ita diuina lege introductũ est quòd cũ peruenitur ad primã veritatem est status, quod fit quãdo ipsam in testimoniũ inuocatur. Exo. 22. applicabitur ad deos, & iurabit, & sic sopitur omnis quæstio & cõtrouersia. ¶ Deinde cùm dicit [In quo abundãtius.] ponit rationẽ quare deus voluit iurare. s. ad ostendẽdam firmitatẽ promissionis suæ. Vnde dicit [In quo]. i. eo ipso deus interposuit iuramẽtum [volens abundãtius ostendere, &c.] Abundans enim fuit, quod promisit: sed abundãtius fuit quod iurauit. Volens, inquam, ostendere hæredibus pollicitationem. i. rei pollicitæ. Rom. 9, Qui filii sunt promissionis æstimãtur in semine. Ostendere, inquam, immobilitatem. ¶ Sciendum est q̃ in his quæ à deo procedunt, duo sunt cõsideranda. s. ipse processus rerum, & cõsilium dei à quo talis processus causatur. Cõsilium dei est omnino immobile. Esa. 46, Cõsilium meũ stabit, & omnis volũtas mea fiet. Sed dispositio est bene mutabilis. Nam dominus aliquãdo pronũtiat aliquid secũdum quod exigit ordo & processus rerũ, sicut patet Esa. 31, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Habebat enim cursus infirmitatis q̃ ex illa moreretur. Et similiter Ionæ 3, Adhuc quadraginta dies & Niniuæ subuertetur. quia ipsa meruerat submersionem sui ipsius. Hie. 18, Repentè loquar aduersus gẽtem, & aduersus regnũ, vt eradicẽ, & destruam, & disperdã illud. Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerẽ ei. Et tunc prophetia est cõminationis. Quãdoq; verò pronuntiatur aliquid secũdum quod respicit cõsilium dei æternum: & super hoc deus nũquam pœnitet, nec illud retrahit. 1. Reg. 15, Triũphator in Israel nõ parcet, & pœnitudine nõ flectetur. Tamen sciendũ est q̃ quandocũq; dominus promittit aliquid sub iuramento, est prophetia prædestinationis, quæ est ostensiua diuini cõsilii: & ista promissio penitus immutabilis est. ¶ Deinde cùm dicit [Vt per duas res, &c.] ostẽdit fructum promissionis: & primò ostendit quis sit ille fructus: secũdò quis cõsequatur hunc fructum, ibi [Quam sicut anchoram.] Fructus autem est, vt spes nostra sit certa. Vnde dicit [Vt habeamus fortissimũ]. i. firmissimum [solatium] spei [per duas res immobiles, quibus impossibile est mẽtiri]. s. per deum qui promittit, qui nõ mentitur. Numer. 23, Non est deus vt filius hominis, vt mentiatur, & per iuramẽtum: in quo est maior confirmatio veritatis. Sciendum est autem quòd sicut delectatio sensibilis est experientia sensibilis, & memoria de præterito, ita spes de futuro. 1. Machab. 2, Omnes qui sperant in ipso, non infirmantur. Esa. 40, Qui sperant in domino, mutabũt fortitudinem, assument pẽnas, vt aquilæ, current, & nõ laborabũt, &c. Habeamus, inquã, nos [qui cõfugimus] à malis. s. mundi ab impugnatione hostis [ad tenendã propositam nobis spem.] Psal. Domine refugium factus es nobis. Prouer. 18, Turris fortissima nomen domini. Ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. ¶ Deinde cùm dicit [Quam sicut anchoram.] ostendit q̃ fideles promissionem istã consequãtur, & vtitur quadã similitudine. Cõparat enim spem ipsi anchoræ, quæ sicut in mari nauem immobilitat, ita spes animã firmat in deo in hoc mũdo, qui est quasi quoddã mare. Psa. Hoc mare magnũ & spatiosum manibus. Ista tamen anchora debet esse secura, vt. s. nõ deficiat. Vnde fit de ferro. 2. Ti. 1, Scio eẽ cui credidi, & certus sum, &c. Itẽ debet esse firma, vt. s. nõ citò à naui remoueatur, ita homo debet alligari isti spei, sicut anchora naui alligatur. Est autẽ differẽtia inter anchorã & spẽ, quia anchora in imo figitur: sed spes in summo. s. in deo. Nihil enim in præsenti vita est firmũ, vbi posset anima firmari & quiescere. Vnde Gen. 8. dicitur, q̃ colũba nõ inuenit vbi requiesceret pes eius. Et ideo dicit q̃ debet incedere vsq; ad interiora velaminis. Apostolus enim per sancta quæ erãt in tabernaculo, intelligit statum præsentem ecclesiæ, sed per sancta sanctorũ quæ per velum distinguebãtur à sanctis, intelligit statum futuræ gloriæ. In illo ergo vult quod figatur anchora spei nostræ, qui est modò velatus ab oculis nostris. Esa. 64, Oculus non vidit deus absq; te, quæ præparasti

expectantibus te.Psal. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abscõdisti timẽtibus te. Hanc ibi fixit præcursor noster,qui ibi ingressus est.Vnde Io.14,Vado parare vobis locũ.Mich.2,Ascendit pandens iter ad eos.Et ideo dicit q̃ ipse tanq̃ præcursor pro nobis ingressus est in interiora velaminis,& ibi fixit spem nostrã,sicut dicitur in collecta,in vigilia, & in die ascensionis.Tamen quia intra velum nõ licebat intrare nisi summo sacerdoti:Leuit.16.Ideo dicit q̃ [Iesus qui pro nobis ingressus est,factus est pontifex in ęternum secũdum ordinem Melchisedech.]Ecce quàm elegãter redit Apostolus ad propositũ suum.Ipse enim cœperat loqui de sacerdotio,& tamen fuerat multum digressus:sed nunc ad istud redit,sicut patet.

Caput 7.

Redit Paulus ad sacerdotiũ Christi volendo ipsum ostendere excellentius sacerdotio Leuitico,quod facit vsque ad mediũ, &c.

HIc enim Melchisedech,rex Salem,sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum,& benedixit ei: cui& decimas omniũ diuisit Abraham. primũ quidem qui interpretatur rex iustitiæ:deinde autem& rex Salem,quod est rex pacis,sine patre,sine matre,sine genealogia,neque initium dierum,neque finem uitæ habens, assimilatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum.

¶Suprà Apostolus 5.cap.probauit Christum esse sacerdotem.In 6.autẽ cap.interposuit quædã ad præparãdos animos auditorũ: hîc redit ad suũ propositũ. Intẽdit enim probare excellẽtiam sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticũ.Et circa hoc facit duo:primò enim ostẽdit excellẽtiam sacerdotii Christi ad sacerdotium veteris testamenti:secũdò ostendit quòd fideles debent sacerdoti Christo reuerenter subdi. Et hoc in medio decimi cap.ibi[Habentes itaq; fratres fiduciam.]Circa primũ duo facit.Primò enim ostẽdit prærogatiuam sacerdotii Christi super Leuiticu ex parte personæ ipsius sacerdotis: secundò ex parte ministerii,8. cap.ibi[Capitulũ autem.]Circa primum duo facit: quia primò ostẽdit existentiã sacerdotii Christi ex promissione diuina:secundò ostendit necessitatem sacerdotii eius,ibi [Talis enim decebat.]Promissionẽ verò ostẽdit per illud.Psal.Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum,&c.Vnde tria ostẽdit ad propositũ suum probãdum.Primò illud quod dicitur,secũdum ordinẽ Melchisedech.Secũdò illud quod dicitur,iurauit, ibi[Et quãtum est nõ sine iureiurãdo.]Tertiò illud quod dicitur,Tu es sacerdos,ibi[Et alii quidem plures.] Circa primũ duo facit:quia primò ostendit similitudinem ad Melchisedech. Secundò ex hac similitudine præfert sacerdotium Christi Leuitico,ibi [Intuemini autem.] Circa primũ duo facit:quia primò describit conditiones Melchisedech.Secundò ostẽdit quomodo cõueniunt Christo, ibi [Primũ quidem.]describit autem Melchisedech:primò ex nomine,cùm dicit[Hic autẽ Melchisedech.] Sic enim nominat eũ scriptura Gen. 14.Vbi habetur historia,quã Apost.hîc supponit.Et secũdum Glo.Hebræi dicũt ipsum fuisse Sem primogenitum Noe,& tunc quãdo Abrahã habuit victoriã erat annor.390.aliàs 309.& occurrit Abrahę nepoti suo.Secũdò describit eum à dignitate.Erat enim rex & sacerdos. Quãtum ad primũ dicitur[Rex Salẽ.] Et secũdum aliquos,Salem dicitur,Hierusalẽ.Sed cõtra est Hieronymi in quadã epistola:quia vt ipse dicit,nõ poterat esse quòd ei occurreret à Hierusalem,quod probat ex situ. Alii autem dicunt q̃, Salem dicitur ille locus,de quo dicitur Ioan.3.q̃ iuxta illum Ioannes baptizabat,& mœnia illius loci erãt adhuc tẽpore Hieronymi.Quãtum ad secũdum,dicit, Sacerdos dei summi. Antiquitus enim ille qui inter filios erat antiquior, erat sacerdos.Sed verũ est q̃ tẽpore Abrahæ multũ inualuerat cultus idolorum.Et ideo ne crederent q̃ esset sacerdos idolorũ additur,Dei summi.s.per essentiã,nõ per participationem,vel nũcupationem.Deus enim est creator omnium eorum qui dicũtur dii, siue per participationem,siue per errorem.Psal.Rex magnus super omnes deos.Esa.61,Vos sacerdotes domini vocabimini,&c. Tertiò describit eum ab officio,ibi [Qui obuiauit,&c.]Sacerdos enim medius est inter deũ & populũ.Debet eñ aliquid populo cõferre.s.spiritualia,& aliquid ab ipso accipere.s.tẽporalia.1.Co.9,Si nos vobis spiritualia seminauimus,nõ magnũ est si carnalia vestra metamus. Primò ergo debet exhibere cõfortationem per bona monita.Vnde dicitur Ge.14. q̃ quatuor reges vicerũt quinq; reges,& captiuũ duxerunt Loth nepotem Abrahæ.Isti quatuor reges sunt quatuor vitia principalia oppositа quatuor cardinalibus virtutibus,quæ captiuũ detinent affectum nepotẽ rationis,victis quinq; sensibus corporis. Qui enim superat & liberat affectum,debet cõfortari à sacerdote. Esa.21,Occurrentes sitienti ferte aquam.& Esa.35,Cõfortate manus dissolutas,&c.Secundò per sacramentorum administrationem benedicendo.Vnde [Benedixit ei.]Psal. Benediximus vobis in nomine domini. Hoc autem fit impendendo sacramenta per quæ cõfortatur homo in gratia.Nume.6,Inuocabunt nomen meum super filios Israel,& ego benedicam eis.Nã deus benedicit authoritate,sed sacerdos ministerio. [Et decimas].s.ad sustentationem[diuisit].s. Abraham.i.rectè distribuit. Sed cõtrà:quia vt patet Nume.18.ex lege est datio decimarum,non ergo sunt ante legem.Respõdeo:Dicendum est q̃ cerimonialia veteris testamenti sunt quædã determinationes præceptorũ iuris naturalis, & præceptorum moralium. Et ideo quantum ad hoc quòd habebant de iure naturali,seruabãtur ante legem tantùm pro voto obseruantium,& sine aliquo pręcepto. Quòd enim aliquid offeratur deo in recognitionem creationis & dominii,hoc est naturale:sed quòd offeratur vitulus & hœdus,hoc est cerimoniale.Similiter de iure naturali est q̃ ministri seruientes deo,sustẽtentur à populo,sicut patet Gen.47. quòd hoc seruabatur etiam apud Gentiles.Vnde sacerdotes,quia pascebãtur de horreis publicis,non sunt cõpulsi vendere possessiones suas:& ideo fuerunt ante legem.Sed determinatio huius partis est per legem.Leuit.27,Omnes decimæ domini sunt.Et in huius signũ Iacob ante legem, in loco in quo postea fuit ædificatum tẽplum,vouit se daturũ decimas:& hoc specaliter, quia ad hoc dei cultus propriè exhibetur,vt significetur q̃ homo quicquid habet,à deo accepit:& totã perfectionem suã ab ipso expectat.Numerus enim denarius est perfectus,quia cõsurgit ex partibus suis aliquotis:quia vnum,duo,tria,quatuor faciunt decem.Vsq; etiam ad ipsum ascẽdit numerus,& omnes alii nõ sunt nisi quædã repetitio & additio super denariũ.Omnes ergo sunt imperfecti vsq; dum peruenitur ad ipsum. Et similiter à deo est omñis perfectio.Vt ergo significaret q̃ à deo est complementum omnis perfectionis, ideo dedit decimas.Deinde cùm dicit[Primũ quidem.]ostendit similitudinem Christi & Melchisedech:& circa hoc facit duo:primò enim inducit similitudinem quãtum ad conditionem personæ:secundò quãtum ad sacerdotium,ibi[Assimilatus autem filio dei.] Prima in duas:quia primò ponit similitudinem quantum ad ea quæ in scriptura commemorantur. Secundò quantum ad ea quæ in ipsa tacentur, ibi [Sine patre.]

In scriptura autem duo dicũtur de ipso. [Primũ quidem] nomen.s.Melchisedech [quod interpretatur rex iustitiæ]& significat Christum,qui fuit rex.Hier.23,Et regnabit rex,& sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Nec solùm dicitur iustus, sed etiam rex iustitiæ:quia factus est nobis sapientia & iustitia.1. Cor.1,Aliud quod dicitur de ipso,est conditio.Vnde dicitur[rex Salem,quod est rex pacis] hoc autem conuenit Christo. Ipse enim est pax nostra.Ephe.2.Et in hoc docet Apostolus vti interpretatione nominũ in prædicationibus.Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.Et bene coniungit iustitiam & pacem, quia nullus facit pacem qui nõ seruat iustitiam.Esa.32,Erit opus iustitiæ,pax.In mundo isto gubernãtur in iustitia:sed in futuro in pace.Esa 32,Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. ¶Deinde cùm dicit[Sine patre.]ponit similitudinem quãtum ad ea quæ tacentur de ipso,quia [in scriptura non fit mentio de patre vel matre eius,nec de genealogia ipsius.]Vnde ex hoc aliqui antiqui assumpserunt materiam erroris:vt quia solus deus est sine principio & sine fine,dicerent istum Melchisedech fuisse filium dei.Istud autem dãnatũ est sicut hæreticum. ¶Vnde sciendum est quòd in veteri testamento quandocũque fit mentio de aliqua solenni persona,narrantur pater & mater,& tempus nativitatis & mortis,sicut de Isaac & multis aliis: hîc autem subitò introducitur Melchisedech nulla penitus facta mentione de generatione sua,& pertinentibus ad ipsam.Et hoc vtiq; rationabiliter.Inquãtum enim dicitur[Sine patre.]significatur nativitas Christi de virgine,quæ fuit sine patre.Mat.1.Quod enim in ea natum est,de spiritu sancto est. Illud autem quod est proprium dei:non debet attribui creaturæ.Solius verò dei patris est esse patrem Christi.Ergo in natiuitate illius qui ipsum præfigurabat,non debuit fieri mentio de patre carnali. Item quantũ ad generationem æternam,dicit[Sine matre.]Et hoc ne intelligas istam generationem esse materialem sicut mater dat materiam genito,sed est spiritualis:sicut splendor à sole:supra 1,Qui cùm sit splendor, &c. Item quando fit generatio à patre & matre, non totum est à patre, sed materia administratur à matre. Ad excludendum ergo imperfectionem à Christo,& ad designandum quòd totum quod habet,est à patre,nõ fit aliqua mentio de matre.Vnde versus, Est sine matre deus,est sine patre caro. Psal.Ex vtero ante luciferum genui te.s.ego solus[sine genealogia.]Et dupliciter non ponitur genealogia eius in scriptura:vna ad designãdum quòd generatio Christi est ineffabilis.Esa.53, Generationem eius quis enarrabit? Alia ad designadum quòd Christus qui introducitur vt sacerdos,nõ pertinet ad genus Leuiticum, nec ad genealogiam veteris legis.Et hæc est intentio Apostoli. Vnde subdit[Neq; initium dierum habens,neque finem vitæ.] Hoc autem dicit,nõ quia Christus nõ sit natus in tempore,neque mortuus,sed propter æternam eius generationem,in qua natus est sine initio cuiuscũq; tẽporis.Vnde Ioan.1,In principio erat verbum i.tempore quocunq; dato:antè erat verbum,vt exponit Basilius.Est enim ante omnes dies,quia per ipsum factus est mundus, cum quo incœperunt dies.Item nec finem vitæ:verum est quantum ad diuinitatem,quæ est æterna. Quãtum etiam ad humanitatẽ:iam nõ habet finem vitæ,quia Christus resurgens ex mortuis,iam nõ moritur.Rom.6.& infrà 13,Christus Iesus heri & hodie,ipse & in secula. ¶Deinde cùm dicit [Assimilatus autẽ filio dei,&c.]ostẽdit similitudinem q̃tum ad sacerdotium. ¶Sciendum est tamen q̃ solet dici quòd posteriora assimilantur prioribus, & nõ ecõuerso. Et ideo ne credatur q̃ sacerdotiũ Christi sit posterius sacerdotio Melchisedech: hoc remouet Apostolus,quia & si Christus inquãtum homo natus sit post eum & ex tẽpore,tamen inquãtum deus & filius dei est ab æterno.Et ideo Melchisedech secũdum omnia ista [assimilatus est illi qui est filius dei]& hoc inquãtum[manet sacerdos in perpetuum]quod potest dupliciter exponi.Vno modo, quia non fit mentio de fine sacerdotii eius,nec successore ipsius.Osee 12,In manibus prophetarum assimilatus sum. Item est sacerdos in perpetuum, quia figuratum eius.s.sacerdotium Christi, in perpetuum est. Vnde & in scriptura pluries repetitur,ritu perpetuo.Exod.27,Cultus perpetuus erit.Leu.24,Cultu, ritúq; perpetuo, quia illud quod figurabatur per istud,perpetuum erat. Per hoc enim Apostolus continuat sequentia ad præcedentia.

Lectio. 2

Intuemini autem quantus sit hic,cui& decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem,id est, à fratribus suis: quanquam& ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio non annumeratur in eis,decimas sumpsit ab Abraham,& hunc qui habebat repromissiones,benedixit.Sine ulla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicitur.Et hîc quidem,decimas morientes homines accipiunt,ibi autem contestatur,quia uiuit.Et ut ita dictum sit per Abrahã& Leui qui decimas accepit,decimatus est.Adhuc enim in lũbis patris erat,quando obuiauit ei Melchisedech.

Ostenditur excellentia sacerdotij Melchisedech super sacerdotiũ Leuiticum excitando primò attẽtionem,& ipsa excellentiam, ostendit primò quãtũ ad id i quo Melchisedech vł est suo sacerdotio,& secũdò quantũ ad cõditionem sacerdotij,tãdẽ soluitur vna obiectio.

¶Suprà ostendit Apostolus quomodo Melchisedech assimilatus est filio dei: hîc ostendit præeminẽtiam sacerdotii Melchisedech ad sacerdotium Leuiticũ.Et circa hoc facit duo.Primò enim excitat attentionem: secundò ostendit propositum,ibi[Et quidem de filiis.]Excitat autem ipsos,quia grandia & maxima dicturus erat.Prou.8, Audite me quia de rebus magnis locutura sum.Et ideo dicit [Intuemini].i.diligenter cõsiderate[quantus].i.quam magnę dignitatis[sit hic cui Abraham patriarcha decimas soluit]& hoc de præcipuis.Mala.1,Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum:& votum faciens,immolat domino debile.Dicitur autem Abraham patriarcha.i.princeps patrum:nõ quia nõ habuerit patrem,sed quia sibi facta est promissio de paternitate gentium.Gen.17,Eris pater multarũ gentium.Eccle.44,Abrahã magnus pater multitudinis gentium.Rom.4,Patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti. ¶Deinde cùm dicit.[Et quidem de filiis.]ostendit præeminentiam sacerdotii Melchisedech ad Leuiticũ.Et circa hoc facit duo.Primò enim ostendit propositum: secundò ex hoc concludit intentum.s. q̃ sacerdotium Christi præfertur sacerdotio Leuitico,ibi[Si ergo consummatio.]Iterum prima in duas: quia primò ostendit propositum:secundò remouet quandam respõsionem,ibi[Et vt ita dictum.]Prima iterum in duas.Primò ostẽdit præeminentiã quantum ad id in quo ipse vsus est sacerdotio suo.Secundò quantum ad conditionem sacerdotii,ibi[Et hic quidẽ decimas.]Ad sacerdotem verò duo pertinent,vt dictũ est suprà s.accipere, & benedicere.Duo ergo facit.Quia primò ostendit excellentiam quantum ad acceptionem decimarum:secũdò quãtum ad benedictionem,ibi[Et hunc qui habebat.]Circa primum adhuc duo facit:quia primò ostendit de quibus competit accipere decimas:secundò quomodo hoc excellẽtius faciebat Melchisedech,ibi[Cuius

autem generatio.]Dicit ergo[Et quidem accipiẽtes ſacerdotiũ de filiis Leui.]In hoc oſtendit quibus competit accipere decimas,quia ſacerdotibus.Sciendum eſt autem ꝙ illi de tribu Leui erãt deputati diuino cultui.Inter ipſos autem ſoli illi de ſtirpe Aaron,erãt ſacerdotes.Exod.28,Applica Aaron,&c. Et iſti quia per Aaron erant de tribu Leui, ſumebant decimas. Sed contrà. Ergo ſecũdum hoc ſoli ſacerdotes accipiebant decimas:quod eſt contra illud Nume.18,Filius Leui dedi omnes decimas Iſraelis.Reſpõdeo: Dicendum eſt quòd Leuitæ non accipiebãt eas,niſi quia miniſtrabãt ſacerdotibus.Et ita non propter ſe,ſed propter ſacerdotes dabãtur eis.Item Leuitæ accipiebãt decimas decimatas,ſicut Nume.18.Et ita ſoli ſacerdotes accipiebant,& non ſoluebant.Secundò oſtendit quo iure accipiebant,quia ex mandato legis.Vnde dicit[Mandatum habent decimas ſumere. ¶Contrà?Si hoc eſt mandatum legis,cùm ſeruare mãdata legis modò ſit peccatum,videtur illicitũ modò dare,vel accipere decimas.Reſpõdeo: Dicendum eſt ꝙ in lege fuerunt quædã purè ceremonialia,ſicut circunciſio, immolare agnum,& huiuſmodi. Et iſta quia erant figuratiua tantùm, non licet modò ſeruare.Erant enim figura futuri.Vnde qui modò ſeruaret,ſignificaret Chriſtũ adhuc futurum.Quædam verò erant purè moralia,& iſta modò ſeruanda ſunt:& de talibus fuit datio decimarum, ſicut ſupra dictum eſt.Vnde decimatio & in in lege data eſt,& in nouo teſtamento.Mat.10, Dignus eſt operarius cibo ſuo.Luc. 10,Dignus eſt operarius mercede ſua.Sed determinatio talis portionis,eſt ab eccleſia, ſicut & in veteri teſtaměto fuit ex lege.Alia verò fuerunt partim cerimonialia,& partim moralia,ſicut iudicialia:& iſta quantum ad id quòd cerimonialia ſunt nõ licet ſeruare:ſed quãtum ad morale,debent: tamen nõ eſt neceſſe in propria forma ſeruari. ¶Alia obiectio,quia ſi eſſet mandatũ,& adhuc eſt,ergo peccat qui non accipit,& peccant vbi non accipiũtur.Reſpondeo: Dicendum eſt ꝙ aliqui dicunt quòd nulli licet abrenuntiare iuri accipiendarũ decimarum:ſed bene licet dimittere vſum accipiẽdi propter ſcãdalum,& hoc exemplo Apoſtoli,qui ſumptus nõ accipiebat ab aliquibus. Et ſic dicunt mãdatum eſſe quod iuri nõ renũtient.Melius tamen dici poteſt ꝙ nõ eſt intelligendum ꝙ eis præceptũ ſit ſumere,ſed pro ſe habent introductum hoc mãdatum quòd accipere poſsint, & alii teneãtur reddere. ¶Tertiò oſtẽdit à quibus accipiebãt, quia[à populo.ſ.à fratribus ſuis ſecũdum'legem,quãquam ipſi] Leuitæ[exierint de lumbis Abrahæ.]Quia enim aliquis poſſet dicere quòd ſicut Melchiſedech accepit decimas ab Abrahã,ita Leuitæ à filiis eius,ergo nõ præfertur illud ſacerdotiũ iſti.Ideo hoc excludit,& dicit quòd ipſimet Leuitę erãt de ſemine Abrahæ,& ſic erant inferiores eo cui decimas ſoluerunt.ſ.Abraham. ¶Deinde cùm dicit.[Cuius autẽ.]oſtendit quomodo excellentius conueniebat Melchiſedech accipere decimas, quia nec ipſe erat de genere Abrahã,vnde [generatio eius non annumeratur cum eis] .ſ.Leuitis.Item ex mandato legis licebat eis ſumere decimas: & ſic eorum ſacerdotium erat ſubiectũ obſeruantiis legis, ſed ille non ex mandato cuiuſcunq; legis, ſed per ſe [ſumpſit decimas.]Ideo ſacerdotium eius erat figura ſacerdotii Chriſti, quod non eſt ſubditum legi. Item ipſi accipiebant à populo infimo,ſcilicet à fratribus,ille autem à ſummo.ſ.ab Abrahã. ¶Deinde cùm dicit [Et hũc qui habebat,&c.]oſtendit excellentiã eius ex parte benedictionis,& eſt ſua ratio talis.Gen.14.dicitur ꝙ Melchiſedech benedixit Abrahæ,& maior eſt qui benedicit,illo cui benedicit:ergo,&c.Et ideo dicit ꝙ Melchiſedech ipſe benedixit Abraham [qui habebat repromiſsionem]Contrà:infrà 11,Non acceperunt repromiſsionem,&c.Reſpondeo:Dicendum eſt ꝙ non accepit Abraham repromiſsionem.i.rem promiſſam quia non fuit eam cõſecutus, habuit tamen ipſam in fide, & ſpe,& ad ipſum ſpecialiter facta eſt repromiſsio. ¶Deinde cùm dicit [Sine vlla autem cõtradictione quod minus eſt à meli.be.]ponit maiorem ſuæ rationis . Sed hîc ſunt tres obiectiones. Prima eſt de hoc quòd dicit ꝙ minor à maiore benedicitur. Et ex iſto loco pauperes Lugdunenſes dicunt ꝙ quicunque iuſtus, maior eſt peccatore: & ſic iuſtus laicus non benedicitur,à malo ſacerdote: ſed ecõuerſo.Vnde volũt ꝙ omnis iuſtus eſt ſacerdos,& nullus peccator,eſt ſacerdos. Reſpõdeo: Dicendum eſt quòd iſte error nimis pernitioſus eſt:quia ſi bonitas miniſtri requiratur ad collationem ſacramenti,in quo eſt ipſa ſalus,ſequitur quòd nullus ſit certus ſuæ ſalutis,nec ſciret ſe rectè baptizatũ,quia nõ poteſt ſcire ſi ſacerdos ſit iuſtus. Nullus etiam poterit eſſe miniſter, quia nemo ſcit vtrũ odio,vel amore dignus ſit.Eccle.9.Et ideo dicendum eſt ꝙ aliquis poteſt aliquid facere dupliciter: aut authoritate propria,aut authoritate alterius. Quãdo autem authoritate propria,tunc requiritur ꝙ ſit iuſtus. Sacerdos autem tantùm eſt miniſter.Vnde non agit niſi in virtute Chriſti.1.Cor.4, Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti,& diſpenſatores miniſteriorum dei.Et ideo non nocet ſiue bonus,ſiue malus fuerit:quia Chriſtus eſt qui in ipſo benedicit & ſic ſine vlla contradictione,qui benedicit, maior eſt. Secunda obiectio eſt,quia cùm Chriſtus ſit maior omni ſacerdote,quomodo poteſt corpus Chriſti à ſacerdote conſecrari?Reſpondeo:Dicendum eſt quòd ſacerdos benedicit materiam,non autem corpus Chriſti.Item non agit authoritate propria,ſed authoritate Chriſti,qui inquãtum deus maior eſt corpore ſuo. Item tertia obiectio eſt,quia non videtur verum quòd maior benedicat ſemper minorem: quia papa cõſecratur ab epiſcopo,& archiepiſcopus à ſuffraganeo,qui tamen ſunt minores.Reſpondeo:Dicendum eſt,nec epiſcopus conſecrat papam,nec ſuffraganei archiepiſcopum,ſed hunc hominem,vt ſit papa,vel archiepiſcopus.Item facit hoc miniſter dei,qui maior eſt quàm papa. ¶Deinde cùm dicit[Et hîc quidem,&c.]oſtendit præeminentiam ſacerdotii ex parte ſacerdotis ex cõditione ipſius,& facit talem rationem,Illud eſt excellẽtius quod nõ corrũpitur,ſed [in ſacerdotio Leuitico homines morientes].i.per mortem ſuccedentes [accipiũt decimas] ſed[ibi].i.in ſacerdotio Melchiſedech[conteſtatur]ſcriptura [quia viuit].i.non facit mentionem de morte eius:non quia non mortuus ſit,ſed quia ſignificat ſacerdotium quod manet in æternum. Chriſtus enim reſurgens à mortuis,iam non moritur.Rom.6.& Apoc.1,Fui mortuus,& ecce ſum viuus,&c. ¶Conſequenter,cùm dicit[Et vt ita dictum ſit,&c.]reſpondet cuidam obiectioni,Poſſet enim dici,verum eſt quòd Melchiſedech maior eſt quàm Abraham qui ei dedit decimas,ſed Leui maior eſt quàm Melchiſedech. Et ideo dicit Apoſtolus ꝙ hoc non valet,quia[vt ita dictum ſit per Abraham]id eſt mediante Abrahã[& Leui decimatus eſt]ab eo ſupple[qui decimas accepit].i.à Melchiſedech.Et ſic adhuc eſt ipſe maior q̃ Leui. ¶Sed contrà:Si alicuius epiſcopi pater dat decimas,nõ tamen propter hoc oportet ꝙ epiſcopus ſit minor illo qui decimas recipit.Ergo nec ſimiliter in propoſito.Reſpondeo: Dicendum eſt ꝙ non eſt ſimile, quia tota di-

gnitas illius generis etiam ſacerdotum, erat ex Abraham, non autem ſic eſt de epiſcopo, quia tota dignitas eius ex Chriſto eſt,non ex patre ſuo. ¶Deinde cùm dicit[Adhuc enim in lumbis,&c.] manifeſtat quod dixerat,& dicit ꝙ[Leui adhuc erat in lumbis patris Abraham quãdo dedit decimas Melchiſedech qui occurrit ſibi] & ſic Abraham decimato,decimatus eſt etiam Leui. ¶[Sed contrà: quia ſic etiam erat Chriſtus in lumbis eius,ſicut & Leui.Mat.1,Filii Dauid,filii Abraham.Et ideo ſi propter hoc maior eſt Melchiſedech, quàm Leui:quia Leui fuit decimatus, non videtur ratio quare Chriſtus non fuerit decimatus : & ſic adhuc Melchiſedech maior Chriſto erit.Et eadem difficultas eſt de peccato originali:quia vt dicitur Roma.5, In quo omnes peccauerunt.i.in Adam.Et ideo videtur quòd Chriſtus,qui eodem modo fuit in ipſo ſicut nos, ipſum peccatum originale contraxerit.Reſpondeo: Dicẽdum eſt quòd totum hoc intelligitur in his qui in Abraham,ſiue in Adam fuerunt ſecundum rationem ſeminalem & corpulentã ſubſtãtiam,quomodo Chriſtus non fuit ibi, ſed tantùm ſecundum corpulentam ſubſtantiã: Chriſtus enim fuit conceptus quo ad corpus de materia puriſsima & ſanctiſsima beatæ virginis, vt habetur declaratum tertii ſententiarum, tertia diſtinctione.

Lectio 3.

Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat (populus enim, ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſariũ fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dic.? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt ut & legis tráſlatio fiat. In quo enim hæc dicũtur de alia tribu eſt, de qua nullus altario præſto fuit. Manifeſtum eſt enim quòd ex Iuda ortus ſit dominus noſter, in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. Et amplius adhuc manifeſtum eſt ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem uitæ inſolubilis. Conteſtatur enim quoniam tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris ſpei per quam proximamus ad deum.

Cõcluditur excellentia ſacerdotij Chriſti ſup Leui ex excellentia ſacerdotij Melchiſedech ſuper Leui tã oſtẽſa, & ſtratio qua cõcluditur ſacerdotium Chriſti præferri Leuitico, & ſua alia qua concluditur ſacerdotium Chriſti euacuare Leuiticum.

¶Suprà probauit Apoſtolus præeminentiam ſacerdotii Melchiſedech ad Leuiticũ:hîc ab eodem cõcludit excellentiam ſacerdotii Chriſti,reſpectu ſacerdotii Leuitici.Sicut etiã ſuprà dictum eſt à principio huius ſeptimi cap.Apoſtolus per tria probat in authoritate Pſalmiſtæ propoſitũ ſuũ . Et primò per illud, ſecũdum ordinem Melchiſedech.Probauit ergo præeminẽtiam Melchiſedech ad Leui.Et ideo ſecundũ ordinem ſacerdotii Melchiſedech, probat præeminentiam Chriſti ad ſacerdotium Leuiticum. Vnde facit hîc magnã vim de iſto verbo,ſecundum ordinem.Et facit duas rationes, quarum vna cõcludit ꝙ ſacerdotium Chriſti præfertur ſacerdotio Leuitico.Secũda ꝙ etiam euacuat illud,& illã ponit,ibi [Et amplius adhuc manifeſtũ eſt,&c.] In prima ratione quæ eſt cõditionalis,ponit duo antecedentia,& per conſequens duo conſequentia,ibi[Quid adhuc,&c.] Et ratio ſua talis eſt,Si ſacerdotiũ Leuiticũ fuiſſet perfectũ, per cuius myniſteriũ erat adminiſtratio legis,nõ fuit neceſſarium ꝙ ſurgeret alius ſacerdos ſecũdum aliũ ordinem,per quem etiã alia lex miniſtraretur,ſicut per Leuiticũ:lex vetus.Sed ſurgit alius ſacerdos ſecundum alium ordinem.ſ.ſecũdum ordinem Melchiſedech.Ergo illud imperfectũ erat.Sicut ergo ſurgit ſacerdotium,ita neceſſe eſt ſurgere aliã legem. ¶In iſta ratione manifeſtum eſt ꝙ ſunt duo antecedẽtia.Vnum pertinet ad ſacerdotiũ:aliud ad legem.Dicit ergo quãtum ad primum antecedẽs,quòd[ſi eſſet cõſummatio per ſacerdotium Leuiticũ.] Quãtum verò ad ſecundũ,dicit ꝙ ſi per ſacerdotium lex adminiſtraretur,quod probat[quia ſub ipſo].i.per eius adminiſtrationem[populus legem accepit]non ꝙ ſacerdotium præcederet legem,ſed magis ecõuerſo. Vnde iſtud ſecundum antecedens ponit ibi,cùm dicit[Sub ipſo enim,&c.]Malach.2,Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam & legem de ore eius requirent.Facit autem mentionẽ ſpecialiter de ſacerdotio,vt trãſferat ſe ad legem,quæ per officiũ ſacerdotale adminiſtrabatur:non enim vt dicit gloſ. poteſt eſſe ſacerdos ſine teſtameẽto,& lege & præceptis. Sacerdotium verò non cõſummabat.i.perficiebat. Tota enim perfectio ſua erat per legem quam adminiſtrabat.Sed vt iam dicetur nullum ad perfectũ adduxit lex:quia nec ad perfectionem iuſtitiæ.Math.5,Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquam ſcribarum,&c. Item nõ dabat cõſummationem patriæ,quia non introducebat in vitam. Et in huius ſignum ipſe legiſlator nõ potuit intrare terram promiſsionis.Deute.vlt.Has autem duas perfectiones habemus per Chriſtum.Eſa.10,Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam.Rom.9,Verbum cõſummans & abbreuiãs in æquitate. Hæc ſunt ergo antecedentia.Conſequentia verò ponit,cùm dicit[Quid adhuc,&c.]Et hoc quãtum ad primum.q.d.Si illud fuiſſet cõſummatũ & perfectum[quid adhuc fuit neceſſariũ ſurgere alium,&c.]i.non dixiſſet,ſecũdum ordinem Melchiſedech,ſed ſecundum ordinem Aaron:quod quia non fecit, ergo erat imperfectum. Hæc eſt tota prima ratio per quam patet ꝙ ſacerdotium Chriſti præfertur Leuitico.Secunda ratio probat ꝙ etiam ipſum euacuat,quia perfectum euacuat imperfectum.1.Cor.13,Cùm venerit quod perfectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt.Ergo ſacerdotiũ Chriſti euacuat ſacerdotium Leuiticũ. Eſt ergo primum cõſequens ꝙ ſacerdotiũ Chriſti euacuat ſacerdotiũ Leuiticũ. Secundum cõſequens eſt ꝙ etiam euacuatur lex qua per illud adminiſtrabatur:& iſtud ponit,cùm dicit ꝙ[tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat]Erat enim lex ſub adminiſtratione ſacerdotii: ergo mutato ſecerdotio neceſſe eſt ꝙ lex mutetur. Et huius ratio eſt,quia mutato fine, neceſſe eſt ꝙ mutentur ea quæ ſunt ad finem,ſicut qui mutat propoſitũ eundi per aquam mutat propoſitum quærendi nauem . Omnis autem lex ordinatur ad conuerſationem humanã ſecũdum aliquod regimen.Vnde ſecundum philoſophum in politicis,Mutata conuerſatione,neceſſe eſt mutari legem.Sicut autem lex humana ordinatur ad regimen humanũ, ita ſpiritualis & diuina ad regimen diuinum.Hoc autem regimen deſignatur per ſacerdotiũ.Tranſlato ergo ſacerdotio,neceſſe eſt trãsferri legẽ. Signanter autem loquitur quia non dicit,ſacerdote tranſlato. Lex enim non reſpicit perſonam ſacerdotis. Vnde mortuo ſacerdote,nõ mutatur lex,niſi fortè ſit illa introducta propter perſonã eius:ſed mutato ſacerdotio mutatur totus modus,& ordo regiminis.Et de iſta mutatione habetur Hier.3, Feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum,non ſecundũ pactum quod pepigi cum patribus veſtris,&c.Ro.8, Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu,liberauit me à lege peccati & mortis. Lex enim vetus dicitur lex peccati & mortis, per occaſionem acceptam, quia.ſ.gratiam non conferebat ex opere operato : ſicut ſacramenta nouæ legis. Sed obiicit hîc Manicheus:Si lex vetus fuit data per diuinam prouidentiam,cùm illa ſit immutabilis,etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa lex esset immutabilis,& per consequens non debuit mutari.Cùm ergo mutata sit,ergo nõ est data per diuinam prouidentiã.Respõdeo:Dicendum est secundũ quòd dicit Aug.contra Faustũ,Sicut sapiens dispẽsator vna & eadem dispositione & prouidentia secũdum diuersitatem tẽporum & personarum dat alia, & alia præcepta:sicut & alia hyeme,alia estate,alia pueris,alia senibus,alia perfectis,alia imperfectis,& tamen est eadẽ prouidentia:ita diuina prouidentia immobili permanente,mutata est lex propter mutationem tẽporum:quia ante aduentum debuerunt dari præcepta quæ figurarent venturum,sed post aduentum quæ significent venisse.Item data sunt illis præcepta sicut pueris:in nouo verò sicut perfectis.Vnde lex dicitur pædagogus,quod est propriè puerorum. Vnde si in lege dicitur aliquid quod sonet in perpetuitatem, hoc est ratione figurati.Item glo.dicit hîc q̃ ista translatio sacerdotii fuit figurata.1.Reg.2, Quando sacerdotium fuit translatum ad Samuelem:qui non fuit de tribu Leui.Contrà: quia Samuel non fuit sacerdos,immo magis hoc fuit figuratum in translatione sacerdotii Abyathar ad Sadoch:qui etiam erat Leuita. Et dicendum est q̃ licet Samuel nõ esset sacerdos,tamen aliquid sacerdotale egit:quia & sacrificium obtulit:& reges vnxit.s.Saul & Dauid.Et quãtum ad hoc,translatum est ad ipsum sacerdotium. Et sic dicitur in Psal. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius,& Samuel inter eos qui inuocãt nomen eius.Itẽ contra illud quod dicit glo. quòd nõ erat de tribu Leuitico:quia 1.Paral.6,Helcana qui fuit pater eius,& ipse numeratur inter filios Leui.Respõdeo: Dicẽdum est q̃ Samuel quãtum ad aliquid,fuit de tribu Iuda,& hoc quãtum ad matrem:sed quãtum ad patrem de tribu Leui,nõ tamen de Aaron:sed quantũ ad locum,fuit de monte Ephraim. Licet enim vndecim tribus habuerint certas prouincias,nõ tamẽ trib⁹ Leui:sed inter ipsas accepit possessionem, & sic habitabat in mõte Ephraim. ¶ Deinde cũ dicit[In quo enim,&c.]manifestat quod dixit:& primò q̃ sacerdotium sit trãslatum:secundò hoc exponit,ibi[Manifestũ est enim.]Dicit ergo dictum est, quòd trãslatum est sacerdotium:quia ille cui dixit Propheta[Tu es sacerdos] est de alia tribu.s.de Iuda,non de Leui:sicut patet Mat.1. [De qua]tribu[nullus præstò fuit altario].i.altaris ministerio.s.de Iuda. Sed contrà: Rex Ozias ingressus est templum,vt poneret incensum.2.Paralip.26. Respõdeo:Dicendum est quòd licitè nullus præstò fuit altari, vel etiam nullus impugnè. Ipse enim Ozias grauiter fuit punitus,quia vsque ad mortem, fuit leprosus. Et si dicas contra illud quod dicitur,nullus, quòd beata virgo fuit de tribu & stirpe Aaron,quia erat cognata Elizabeth,quæ fuit de filiabus Aaron. Luc.1. Respondeo: Dicendum est quòd inter stirpes, sacerdotalis & regia erant præclariores, vnde & frequenter coniunctæ fuerunt per matrimonium, sicut patet de primo summo sacerdote qui accepit vxorem filiam Aminadab sororem Naason,qui fuit dux in tribu Iuda.Exod.6.& etiam 4.Reg.11.& 2.Paral.22, Ioiada sacerdos duxit in vxorem Iosabeth filiã regis Ioram,vnde potuit esse quòd aliqua parte Elizabeth esset de tribu Iuda. ¶ Deinde cùm dicit[Manifestum est.]exponit quod dixit, dicẽs,quòd[manifestum est] quòd dominus ortus est de tribu Iuda. Matt.1. Apoc.5,Vicit leo de tribu Iuda,&c. De qua nihil,&c.Lex enim mandauit nullum assumi ad ministeriũ tabernaculi,nisi tantùm de tribu Leui,vnde in tribu Iuda nihil de sacerdotibus locutus est Moyses. ¶ Deinde cùm dicit [Et amplius adhuc, &c.] quia superius posuit vnam rationem ad probãdum quòd sacerdotiũ Christi præfertur Leuitico,& ipsum euacuat, ideo hîc ponit aliam in qua ostẽdit rationem euacuationis,& transmutationis illius:& vtitur quadã conditionali:in qua primò ponit duo antecedentia:secundò duo consequentia,ibi[Reprobatio.]Circa primum duo facit:quia primò ponit illa antecedentia : secundò manifestat quod dixit,ibi [Contestatur enim.]Ratio sua talis,Si nouus sacerdos surgit,hoc non erit secundum legem carnalis mandati,sed secũdum legem vitæ æternæ & insolubilis.Et huius ratio est,quia primus fuit secundum legem illam , oportet ergo quòd nouus sit secundum aliam legem , si tamem surgit aliquis nouus. Sed dicendum est quòd surgit alius nouus.In maiori ergo sunt duo,quorum vnum pertinet ad vetus testamentum.s.quòd est mandatũ carnale, & hoc quia habebat quasdã obseruantias carnales, sicut circuncisionem,& purificationes carnales.Item quia promittebat pœnas & præmia carnalia.Esa.1, Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis.Infrà 9,Iustitiis carnis vsque ad tẽpus correctionis impositis. Et istud antecedens ponit, cùm dicit,Amplius manifestũ est &c.Et patet quòd pertinet ad nouum testamẽtum,quod non dispensatur per carnalia,sed cõsistit in spiritualibus. Est enim,secundũ spiritualem virtutem per quam generatur in nobis vita perpetua.Ex hoc quia promittuntur in ipso bona & pœnæ perpetuæ.Infrà 9, Christus assistens pontifex,&c. Matth.25,Tunc ibunt hi in supplicium æternum,iusti verò in vitam æternam. Item non consistit in carnalibus obseruãtiis sed in spiritualibus.Ioan.6,Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.Et dicit q̃ est secũdum virtutẽ vitæ insolubilis. ¶ Cõsequenter cùm dicit[Contestatur enim,&c.]Manifestat quod dixerat,& facit vim in hoc quòd dicit,In æternum,quia si sacerdotium est æternum, manifestum est quòd dicit perpetuitatem. ¶ Deinde cùm dicit [Reprobatio quidem fit,&c.] Ponit duo consequentia.Et primò de euacuatione veteris testamenti:secundò de institutione noui,ibi[Introductio verò.]Primum est q̃ vetus testamentũ fuit per legem carnalis mandati,& introducitur aliud,ergo primũ mutatur.Et hoc est quod dicit q̃ fit prioris mãdati reprobatio.Sed contrà: Non reprobatur nisi malũ. Esa.11,Vt sciat reprobare malum.Illud autem mandatum non est malum.Ro.7,Lex quidem sancta, & mãdatum sanctũ,& iustũ & bonum.Respondeo:Dicendum est q̃ non erat malum secũdum se,sed vt inconueniens tẽpori.Nõ enim seruanda sunt in nouo sacerdotio,quæ fuerunt in antiquo.Psal.Holocaustum & pro peccato non postulasti,tunc dixi,ecce venio.Et ideo dicitur q̃ illud reprobatur,& hoc propter infirmitatẽ & inutilitatem. Illud autem dicitur infirmũ quod non potest exequi affectum suum: proprius autẽ effectus legis & sacerdotii est iustificare.Hoc autẽ nõ lex potuit facere.Ro.8,Nã quod erat impossibile legi,in quo infirmabatur secũdum carnem. Gal.4,Quomodo cõuertimini iterũ ad infirma & egena elementa,quibus denuo vultis seruire.Item inutile dicitur quod non valet ad finem cõsequendum.Hoc autem nõ potest lex, quia non adducebat ad beatitudinem quæ finis est hominis.Sed tamen suo tempore fuit vtilis, inquantum disponebat ad fidem.Infrà 11,Iuxta fidem omnes defuncti sunt,non acceptis repromissionibus. Quare autem sit infirmũ & inutile,ostendit cùm dicit,Nil enim ad perfectum,nec.s.iustitiæ,nec patriæ adduxit.Vnde erat imperfecta,sed perfecta fuit per Christũ. ¶ Consequenter cùm dicit[Introductio verò.]ponit con-

sequens secũdum ex secũdo antecedente,dicens[Introductio verò melioris spei] supple fit per nouũ sacerdotẽ[per quem proximamus ad deũ.] Si enim nouus surgit,est secũdum virtutẽ vitæ indissolubilis, hoc est antecedens & introductio melioris,&c.& hoc est consequẽs.1.Pet.1,Regenerauit nos in spem viuã per resurrectionem Iesu.Item per ipsum proximamus deo.Per peccatũ enim diliũgimur ab ipso.Esa.59,Iniquitates vestræ diuiserũt inter vos & deum vestrũ, & peccata vestra abscõderunt faciẽ eius à vobis. Hic est ergo ille qui hoc remouet,quod facit nos approximare deo,hic autem est ille nouus sacerdos.s.Christus,qui tollit peccata mũdi.Io.1. Rom.5, Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deũ per dominum nostrũ Iesum Christum,per quem accessum habemus in gratiam istam. Lectio 4.

Probat ad. aliis rationibus vtpote duab⁹ sacerdotiũ Christi præferri Leuitico.

ET quantum est non sine iureiurando(alij quidem,sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum,Iurauit dominus,& non pœnitebit eum:tu es sacerdos in æternum)intantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere:hic autem eo quòd maneat in æternum,sempiternum habet sacerdotium.Vnde & saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad deum:semper viuens ad interpellandum pro nobis.Talis enim decebat,ut nobis esset pontifex sanctus,innocens,impollutus,segregatus à peccatoribus,& excelsior cælis factus. Qui non habet necessitatem quotidie(quemadmodum sacerdotes)prius pro suis delictis hostias offerre,deinde pro populi.Hoc enim fecit semel,se offerendo. Lex enim constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi qui post legem est, filium in æternum perfectum.

¶ Suprà Apostolus ex vna parte authoritatis Psalmistæ probauit q̃ sacerdotium Christi præfertur Leuitico,& ipsum euacuat:hîc idẽ probat ex aliis duabus partibus: q̃ primò ex hoc quod dicit,Iurauit dominus. Secundò ex hoc quod dicit,Tu es sacerdos,ibi[Et alii quidem plures,&c.]Facit autem primò talem rationem:Illud quod instituitur sine iuramento,minus validum est,quàm quod constituitur cum iuramento:sacerdotium autem Christi institutũ est cum iuramẽto,sicut patet:quia dicit,Iurauit dominus. Sacerdotium verò Aaron,non:sicut patet Exodi 28,Applica ad te Aaron,&c.ergo,&c.Quantum ad maiorem dicit[Et quantũ est][supple,quod[non sine iureiurãdo alii quidem sine iureiu.sacerd.facti sunt,hic autem,&c.]Omnia ista ponuntur ad probãdum q̃ sacerdotium Christi sit firmius,quia supradictum est, omnis promissio facta in veteri testamẽto per iuramentũ,signum est consilii diuini immobilis.Et ideo, quia ad Dauid,& ad Abraham facta fuit ista promissio de Christo cum iuramento , specialiter dicitur Christus filius ipsorum. Mat.1,Istud autem iuramentum designat æternitatem potestatis Christi.Dani.7,Potestas eius,potestas æterna. Luc.1, Et regni eius non erit finis. [Intantum melioris,&c. quia sacerdotium est firmius]quod patet,quia per iuramentũ ordinatum est: ideo oportet aliquid melius & firmius per ipsum haberi.Vnde potest legi præcedens litera suspensiuè vsq; huc:quòd inquantum est nõ sine iuramento,intantũ melioris,&c.

¶ Sciendum est autem q̃ sacerdos est medius inter deum & populũ. Deut.5, Ego medius & sequester fui. Et ideo quia sequester est mediator,sacerdos debet deum & populũ ad concordiã reducere.Et hoc fit quasi per pactũ de bonis temporalibus in quibus non cõquiescebat affectus nisi carnalium,secũdum illud Psal. Quid enim mihi est in cælo,&c.Et ideo oportuit vt superueniret alius sacerdos,qui esset sponsor.i.promissor melioris testamenti,& melioris pacti,quia de bonis spiritualibus & stabilibus.Et hic est Iesus.Hie.31,Feriam domui Iuda fœdus nouũ, non secũdum pactum quod pepigi,&c.Matt.4, Pœnitentiam agite,appropinquabit enim regnũ cælorum. ¶ Deinde cùm dicit [Et alii quidẽ plures,&c.] vtitur alia clausula posita in authoritate,Tu es sacerdos,in æternum.Et circa hoc facit duo.Primò enim ostendit quare hęc clausula, in æternum apponitur.Secundò ex hoc ostẽdit sacerdotium Christi esse maioris efficacię, quàm sacerdotiũ veteris testamenti,ibi[Vnde & saluare.] ostendit autem quòd iste sit verus sacerdos,quia alii prohibebantur morte permanere,quia omnes necessitatem habebãt moriendi.Vnde Aaron mortuo,successit Eleazar, sicut patet Nume.20,Et sic deinceps. Sicut autem videmus in naturalibus, quæ sunt signa spiritualium,q̃ incorruptibilia non multiplicantur sub eadem specie . Vnde non est nisi vnus sol,ita in spiritualibus in veteri testamento, quod fuit imperfectũ multiplicati fuerunt sacerdotes. Et hoc fuit signum q̃ illud sacerdotium erat corruptibile,quia incorruptibilia nõ multiplicantur in eadem specie vt dictum est,sed iste sacerdos.s.Christus est immortalis.Manet enim in ęternum,sicut verbum patris æternum,ex cuius ęternitate redundat etiam æternitas in corpus eius,quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Ro.6.Et idcirco[ex eo quod manet in æternum,habet sacerdotium sempiternum] Et ideo solus Christus est verus sacerdos,alii autem ministri eius.primæ Corinthiorum quarto,Sic nos existimet homo vt ministros Christi.

¶ Deinde cùm dicit[Vnde & saluare,& cętera]ostendit efficaciam eius.Et circa hoc duo facit,quia primò ostendit efficaciam eius, secundò modum ipsius efficaciæ,ibi [Accedens.&c.] efficacia eius est, quia causa est semper potentior suo effectu, & ideo causa temporalis non potest producere effectum æternum. Sacerdotium verò Christi est ęternum non autem Leuiticum , vt est probatum . Ergo Christus [potest saluare in perpetuum]Hoc autem non potest fieri,nisi haberet virtutem diuinam.Esa.45,Saluatus est Israel in domino salute æterna. ¶ Modus autem est quia [accedens,&c.]Et describit istum modum à tribus.s.ab excellentia virtutis naturæ,& pietatis.Virtutis quidem,quia[accedit per semetipsum]Sed cõtrà.Accedens ad aliquem distat ab ipso, Christus autem non distat à deo . Respondeo. Dicendum est quòd Apostolus in verbis istis ostendit duplicem naturam .s. humanam secundũ quam conuenit ei accedere, quia in ipsa distat à deo, non autem accedit à statu culpæ ad statum gratiæ:sed per contemplationem intellectus , & affectus,& adeptionem gloriæ.Et naturam diuinam, per hoc quod dicit eum per semetipsum accedere ad deum .Si enim esset purus homo,non posset per se accedere.Io.6, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum.Et ideo cùm Apostolus dicit q̃ per semetipsum accedit,ostendit virtutem eius. Esa.63, Gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ergo accedit in quantum homo,sed per semetipsum inquantum deus.Excellentiam verò naturæ ostendit inquãtum dicit [Semper viuens.] Aliter enim sacerdotium eius finiretur. Apoc.1, Fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum . Excellentiam pietatis ostendit , quia dicit [Ad interpellandum pro nobis]quia licet sit ita potens,ita altus: tamen cum hoc est pius,quia interpel

lat pro nobis.1.Cor.2,Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum,&c.Interpellat autem pro nobis,primò humanitatem suã quam pro nobis assumpsit repræsentãdo. Item sanctissimæ animæ suæ desiderio,quod de salute nostra habuit,exprimendo cũ quo interpellat pro nobis. Alia litera,accedẽtes per ipsum & tunc designãtur illi quos saluat, quia accedentes per fidem eius ad deum. Ro.5, Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum per dominũ Iesum Christũ per quem accessum habemus. ¶ Deinde cùm dicit [Talis enim decebat, &c.] ostendit ex excellentia Christi, excellentiam eius sacerdotii. Et circa hoc facit duo. Primò enim ostendit quòd ei conueniunt perfectiones conditionum, quæ requirebãtur ad sacerdotium veteris legis.Secũdò ostendit ꝙ sibi desunt imperfectiones eius,ibi[Qui non habet necessitatem.]ponit autem quatuor conditiones de ipso,quæ debent esse in sacerdote legali.Primò sanctitas.Leui.21,Incensum enim domini & panes dei sui offerunt,& ideo sancti erunt.Hanc autem perfectè habuit Christus. Sanctitas enim importat puritatem consecratã deo.Christus autem à principio conceptionis suæ deo cõsecratus fuit.Luc.1,Quod enim ex te nascetur,sanctũ vocabitur.Matt.1, Quod enim in ea natum est,de spiritu sancto est.Et Dan.9,Vngatur sanctus sanctorum.Secundò innocẽtia.Leuit.22,Custodiã præcepta mea,vt non subiaceant peccato.Propriè autem dicitur innocẽtia,puritas ad proximũ.Psal.Innocens manibus,&c. Christus autem summè innocens fuit,vtpote qui peccatum nõ fecit. Psal.Ego in innocentia mea ingressus sum.Tertiò quòd esset impollutus,& hoc quo ad se.Leuit.21,Homo de semine tuo qui habuerit maculam, non offerat panes dei sui. De Christo autem dicitur in figura.Exod.12, Erit autem agnus sine macula,&c. Quartò ꝙ non cõmiscereturcum coinquinatis.Leui.21,Non cõmisces stirpẽ generis sui, vulgo gentis suæ. Christus autem fuit perfectissimè à peccatoribus segregatus. Psal. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum,&c.Quod quidem verum est quãtum ad similitudinem vitæ.Sapi. 2, Dissimilis est aliis vita illius. Non tamen quantum ad conuersationem,quia cum hominibus conuersatus est.Baruch 3, Et hoc propter illorum cõuersationem.Mat.9,Quare cum peccatoribus mãducat magister vester?Et intantum segregatus est ꝙ etiam[factus est excellẽtior cælis].i.super omnem cælestem creaturam, sublimata est humana natura in ipso.Suprà 3,Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis,&c.Ergo iste est sacerdos valde sufficiens. ¶ Consequenter cùm dicit[Qui non habet,&c.]remouet ab eo quod erat imperfectionis in sacerdote legali.Hoc autem erat quia ille indigebat sacrificio expiationis:vt patet Leuit.16,Immolabit vitulum pro se,& hircum pro populo.Ergo orabat pro se.Item non tãtùm semel orabat pro se,sed frequenter.Et huius ratio est,quia [lex instituit sacerdotes habentes infirmitatẽ.]Sapiẽ.9,Homo infirmus & exigui temporis,&c. Sed sermo diuinus qui post legẽ est,interposito iureiurando constituit filium, qui nullam de istis imperfectionibus habet,sed omnino perfectum,in æternum.s.sacerdotem duraturum.Nõ enim obtulit pro peccatis suis,sed tãtùm pro nostris.Esa.53,Vulneratus est propter iniquitates nostras.Item nec frequenter pro nobis, sed tantùm semel.1. Pet.3,Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.Vnica enim eius oblatio sufficit ad exhaurienda peccata totius generis humani.

Caput 8.

Ostenditur excellentia sacerdotij Christi sup Leuiticum, ex parte ipsius sacerdotij,& hoc i generali, to to isto capi. & hic qi dẽ ponitur mod⁹ dicendi, ꝓmittitur quod debet dici de Christo, ostẽdendo dignitatẽ sui officij,ea explicãdo in speciali,& ostẽdẽdo ꝙ Christus nõ est minister legalium.

Capitulum autem super ea quæ dicuntur, Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis:sanctorum minister,& tabernaculi ueri,quod fixit deus,& non homo.Omnis enim pontifex,ad offerendum munera & hostias constituitur.Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat.Si ergo esset super terram,nec esset sacerdos:cùm essent qui offerrent secundum legem munera,qui exẽplari & umbræ deseruiunt cælestium:sicut respõsum est Moysi, cùm consummaret tabernaculum.Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.

¶ Suprà probauit Apostolus excellentiã sacerdotii Christi ad sacerdotium Leuiticũ ex parte personæ: hîc probat idẽ ex parte ipsius sacerdotii. Et circa hoc facit duo. Primò enim ostendit sacerdotium Christi esse excellẽtius sacerdotio veteris legis:& primò hoc in generali:secũdò in speciali,ibi [Habuit quidẽ & prius.] s.9.capit.Prima in duas.Primò enim ponit intentũ: secundò manifestat propositum suũ,ibi [Omnis enim pontifex.]Circa primũ duo facit:quia primò ponit modum tradendi:secundò præmittit quæ debet dicere, ibi[Talem habemus pontificem.&c.]Dicit ergo [Capitulum &c.]Capitulum est breuis complexio continens multa. Et dicitur à capite, quia sicut in capite virtute & quasi summariè continentur omnia quæ sunt in corpore,sic in capitulo illa quæ dicenda sunt.Ergo dicemus in quodam capitulo, & quasi in quadã summa[Super ea quæ dicuntur] ly super,potest dicere appositum,& tunc erit sensus,Quæ summariè dicenda sunt superapponentur præmissis. Vel potest designare excessum,& tunc est sensus.Ea quæ dicenda sunt in summa,& capitulo sunt maiora. ¶ Deinde cùm dicit[Talem habemus pontificem &c.] præmittit quæ debet dicere.Et primò dignitatẽ huius sacerdotii: secundò officium eius,ibi [Sanctorum minister.] Dignitas eius est,quia[talem habemus pontificem qui consedet ad dexterã sedis magnitudinis in excelsis.] Sedes est iudiciaria potestas,quæ aliquibus conuenit tanquam ministris dei,sicut omnibus regibus,& adorabũt eum omnes reges terræ,vt dicitur in Psal.& omnibus prælatis.1.Corinthi. 4, Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Sedes ergo magnitudinis est excellentissima potestas iudicandi. Item pars dextera est potior in animal, & significat bona spiritualia. Quia ergo Christus habet iudiciariam potestatem, dicitur sedere.Pater enim omne iudicium dedit filio. Ioan. 5. Quia verò post deum habet hoc, excellentissimè, sedet in dextera magnitudinis in excelsis,id est, in potioribus bonis: suprà 1, Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.Hoc autem quod dicitur consedere, vel consedet, potest referri ad Christum secũdum quod est deus, & sic consedet,quia habet eandem authoritatem iudicandi quam habet pater,sed distinctus est in persona. Et sic,ly magnitudinis,accipitur pro persona patris.Vel secũdum quod homo,& hoc magis propriè ad intentionem Apostoli,quia loquitur de pontificatu Christi, qui est pontifex inquantum homo. Et sic consedet,quia humanitas assumpta habet quandã associationem ad deitatem,& consedet ad iudicandũ.Psa.Eleuata est magnificẽtia tua super cælos.Io.5, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Et sic apparet dignitas sacerdotis. ¶ Consequenter cùm dicit[Sanctorum minister.]ostendit dignitatem officii eius. Dicitur autem[minister sanctorum,]id est sanctarum ædium,scilicet sanctuariorum. Ministri enim

antiqui accipiebant ministerium,vt custodirent sacra,& seruirent tabernaculo.Hoc autem excellentius habet Christus qui est minister,non quidem inquantum deus, quia sic est author, sed inquantun homo. Luc. 12,Transiens ministrabit illis.Humanitas enim Christi est,sicut organum diuinitatis.Est ergo minister sanctorum,quia ministrat sacramenta gratiæ in præsenti,& gloriæ in futuro.Item[est minister tabernaculi veri]quod est vel eius ecclesia militans.Psalmist. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum.Vel triumphans.Esa.33,Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit.Psal.Domine quis habitabit in tabernaculo ? &c. Homo autem Christus minister est, quia omnia bona gloriæ per ipsum dispensantur.Dicit autem [veri] propter duo.Primò propter differentiam ad vetus, quod erat figurale istius.1.Corint.10,Omnia in figura illis contingebãt.Istud autem est veritas istius.Est ergo verum,id est,veritatem continens respectu figuræ.Secũdò quia illud factum est per hominem:istud autem,scilicet vel gratiæ, vel gloriæ est à solo deo.Psal.Gratiam & gloriam dabit dominus.Rom.6,Gratia dei,vita æterna. Et ideo dicit [Quod fixit deus.]2. Corint.5, Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ex deo habemus domum non manufactã æternam in cælis. ¶ Deinde cùm dicit[Omnis enim pontifex,&c.]explicat in speciali.Et circa hoc facit tria.Primò enim ostendit Christum esse ministrum aliquorum sanctorum. Secundò quòd non veteris legis,ibi [Si ergo esset.] Tertiò quòd aliquorũ maiorum,ibi [Nunc autem melius.]Facit autem primò talem rationem, Omnis põtifex ad hoc constituitur,vt offerat munera & hostias, & secundum hoc dicitur,Minister sanctorum.Christus autem est pontifex,vt suprà probatum est.Ergo necesse est ipsum habere aliqua quæ offerat.suprà 5,Omnis põtifex ex hominibus assumptus, &c. Hostia est de animalibus,munera de quocunque alio.Leuitic.21,Incensum & panes dei sui offerunt.Quia verò necesse fuit Christum habere quod offerret,ipse seipsum obtulit.Fuit autem talis oblatio munda,quia caro eius nullam maculam peccati habuit.Exod.12, Erit agnus sine macula, masculus anniculus. Item fuit congrua, quia congruum est quòd homo pro homine satisfaciat.Infrà 9,Obtulit semetipsum immaculatum deo.Item apta ad immolãdum,quia caro eius mortalis erat. Rom.8, Mittens deus filium suum in similitudinem carnis peccati.Item est idem ei cui offertur.Ioan.10,Ego & pater vnum sumus.Item vnit deo illos pro quibus offertur. Ioan. 17, Vt omnes vnum sint,sicut tu pater in me,& ego in te,vt & ipsi in nobis vnum sint. ¶ Deinde cùm dicit[Si ergo esset] ostendit quòd Christus nõ est minister legalium.Et circa hoc facit tria: quia primò inducit quandam consequentiam: secundò ostendit ipsam rationem, ibi[Cùm essent.]Tertiò probat eam per authoritatem,ibi[Sicut responsum est Moysi.] Consequentia verò talis est.[Ergo si esset super terram] hoc est antecedens. [Nec esset sacerdos] & hoc est consequens. Vnde consequentia est vna conditionalis.Et legitur multis modis.Primò sic,& secũdum glo.nec ponitur hîc nominatiuus: & ideo sic intelligitur,Si enim illud quod offertur esset super terrã,&c. quod dupliciter intelligitur. Vno modo, vt sit sensus,Si illud quod offertur esset aliquod terrenum,Christus non esset sacerdos.Quasi dicat,Nulla necessitas esset sacerdotii eius: quia multi essent qui talia offerrent. Sed nunquid caro Christi terrena non erat? Respondeo:Dicendum est quòd materialiter est terrena.Iob 9,Terra data est in manus impii. Sed dicitur non esse terrena:primò ratione vnionis. Ioan.3, Qui de cælo venit, super omnes est,id est,filius dei qui illam sibi vniuit. Item ratione virtutis actiuæ,scilicet spiritus sancti qui eam formauit. Item ratione fructus: quia oblatio eius non ordinatur ad consequendũ aliquid terrenum,sed cæleste.Ioan.8,Vos de mundo hoc estis,ego non sum de hoc mundo: hæc est prima expositio & melior. Secunda talis est,Et si,id est, quanuis illud quod offertur,esset super terram, quia necessarium est aliquid offerri,non esset sacerdos,sed alius idoneus : quia nullus posset idoneus inueniri ad offerendum istud.Tres sunt aliæ lecturæ in quibus subintelligitur offerens:& primò in generali,vt sensus sit,Si esset aliquis sacerdos terrenus,qui posset offerre pro cælestibus,Christus non esset sacerdos. Alia est de Christo specialiter,sic, Si Christus esset sacerdos terrenus, non competeret ei ius sacerdotii,cùm essent qui secundum legem offerrent munera. Aliter sic, Si Christus adhuc esset super terram,ita,scilicet quòd nondum ascendisset,non esset sacerdos,quia non compleuisset sacerdotium suum. Sed secundum primam expositionem continuatur litera sic: & probat quia multi essent qui secundum legem offerrent talia munera,scilicet illi qui deseruiunt exemplari & vmbræ cælestium. Sacramenta legalia fuerunt figura aliorum quãtum ad duo, scilicet quãtum ad cognitionem, & quantum ad rerum expletionem.Quantum ad cognitionem, cùm dicit [Exemplari.] quia in veteri lege, quasi in quodam exemplari poterat legi id ad quod nostra cognitio debet ferri. Sed videtur quòd loquatur impropriè. Exemplar enim prius est exemplato,quod propriè dicitur exemplum. Sed cælestia sunt priora, nec facta sunt ad similitudinem veteris legis,sed magis econuerso.Respondeo:Dicendum est quòd prius dicitur dupliciter.Vno modo simpliciter, & sic procedit obiectio.Vel quo ad nos,& sic verum est quòd illa non sunt priora.Quantum ad secundum, dicit[Vmbræ]quia sicut vmbra representat corpus: nec tamen illud attingit,ita & illa representabant nouum testamentum. Infrà 10,Vmbram habens lex futurorum,&c. ¶ Consequenter probat per authoritatem rationabilitatem consequentiæ cùm dicit [Sicut responsum est Moysi,] scilicet,à domino.Exod.25,[Vide,]scilicet,diligenter considerando [& facito omnia secundum exemplar,&c.] Quia naturaliter inferiora tendunt in similitudinem superiorum. Dominus enim per sensibilia, voluit vos ad intelligibilia & spiritualia manuduci. Iob 38, Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?&c.

Lectio 2.

Ostenditur Christũ esse ministrum meliorũ ꝙ fuerint legalia: et ponũtur cõditiones noui testamenti ex eius editione.

Nunc autem melius sortitus est ministerium quantò & melioris testamenti mediator est:quod in melioribus repromissionibus sancitum est.Nam si illud prius culpa uacasset, non utique secundi locus inquireretur.Vituperãs enim eos dicit, Ecce dies uenient, dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti,quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas.

¶ Suprà Apostolus probauit Christum esse pontificem,& per consequens ministrũ sacramentorum, non

tamen ſecundum veterem legem:hîc oſtendit ipſum eſſe miniſtrum maiorum & meliorum quàm illa fuerint. Et circa hoc facit tria:primò enim præmittit intentum:ſecundò aſsignat cauſam eius:tertiò probat ſecundum,ibi[Quantò & melioris.]Tertium,ibi[Nam ſi illud.]Dicit ergo: Dico quòd nõ habet aliquid terrenum offerre.[Sed nunc,]id eſt,tempore gratiæ[ſortitus eſt,]id eſt,ſorte accepit[melius miniſterium,]id eſt,dignius ſacerdotium.Dicitur ſacerdotium Chriſti,miniſterium,quia non competit niſi inquantum homo fuit miniſter.Rom.15,Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe,& cætera.Dicit autem ſortitus eſt, id eſt,ſorte accepit,quia illud quod habetur per ſortem,expectatur à domino.Pſalm.In manibus tuis ſortes meæ.Et ideo omnia quæ fiunt ſecundum diſtributionem diuini arbitrii,dicuntur ſorte dari,& talia ſunt effectus gratiæ.Ephe.1,Sorte vocati ſumus,id eſt,diuina electione, quia quando contingit deficere iudicium humanum ſolent ſe homines conferre ad electionem & diſpoſitionem diuinam,mittentes ſortem,ſicut patet Actuum 1.de electione Mathiæ.Vnde Prouerb.16,Sortes mittuntur in ſinum,ſed à domino temperantur,Chriſtus quidem iſtud miniſterium,ſorte,id eſt,diſpoſitione diuina, cõſecutus eſt. ¶Deinde cùm dicit [Quantò melioris,&c.] aſsignat cauſam quare miniſterium hoc maius eſt.Omnis enim ſacerdos mediator eſt.Iſte autem mediator eſt melioris fœderis.ſ.hominis ad deum. Mediatoris enim eſt extrema cõciliare.Iſte verò ad nos diuina attulit:quia per ipſum facti ſumus diuinæ conſortes naturæ,vt dicitur 2.Pet.1.Ipſe etiam noſtra offert deo. Et ideo dicit Apoſtolus 1.Tim.2, Mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Ibi promittebãtur temporalia.Eſa.1,Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis.Hic autem cæleſtia,ſicut ſupradictum eſt. Sic ergo iſtud melius eſt quantum ad id quod dominus hominibus promittit. Item in illo dicuntur quædam quæ pertinent ad cultum dei, & iſta ſunt cerimonialia: quædam verò quæ ad rectitudinem vitæ,& iſta ſunt præcepta moralia,quæ manent:alia verò,non.In nouo autem adduntur conſilia iſtis præceptis,quæ dantur perfectis, qui ſunt capaces ſpiritualium.Et ſic manent præcepta eadem: ſed promiſſa diuerſa.Item ſacramenta ſunt diuerſa:quia ibi erat figura tantùm:hîc autem figuræ veritas expreſſa.Per omnia ergo teſtamentum iſtud eſt melius. ¶Deinde cùm dicit[Nam ſi illud,&c.]probat quòd illud teſtamentum cuius Chriſtus mediator eſt,melius eſt:& facit talem rationem,Si primum teſtamentum non habuiſſet culpam,non quæreretur aliud ad corrigendũ defectum ipſius,ſed quæritur,ergo,&c. Antecedens ponitur,& patet in litera.Sed contrà.Rom.7,Lex ergo peccatum eſt?Abſit.Ergo malè dicit quòd non vacabat à culpa.Reſpondeo:Dicendum eſt quòd aliquid poteſt conuenire legi dupliciter.Vel ſecundum ſe,& ſic erat bona,vel ratione illorum quibus data eſt, & ſic dicitur habere culpam propter duo. Primò quia nõ dabat virtutem ad purgãdum commiſſa. Infrà 10, Impoſsibile eſt ſanguine taurorum aut hycorum auferri peccata. Secundò quia non dabat gratiam ad intereſſe ad vitãdum peccata,ſed ad cognoſcendũ tantùm: & ſic erat occaſio peccati.Rom.7,Concupiſcentiam neſciebam,niſi lex diceret,Non concupiſces,& ſic dicitur non vacaſſe à culpa,quia homines in ipſa relinquebantur in culpa.Sed dicit [Nõ inquireretur locus.] Sicut enim corpus nunquam perfectè quieſcit,ſed ſemper mouetur quouſque pertingat ad locum ſuum:ſic quandiu habetur aliquid imperfectè non quieſcit deſiderium,ſed ſemper tendit vltrà, vſque dum veniat ad perfectum. Inquirebatur ergo locus iſtius ab homine qui deſiderabat , ſed magis à deo qui propter noſtræ ſalutis deſiderium dicitur inquirere. ¶Deinde cùm dicit[Vituperans enim,&c.]probat veritatem conſequentis.ſ.quòd inquiritur locus teſtamẽti,& hoc per authoritatem. Hie.31,Ecce venient dies,&c. Et circa hoc facit duo. Primò enim præmittit authoritatem. Secundò arguit ex ipſa,ibi [Dicendo autem nouum.] Prima in duas.Primò enim præmittit prophetiam de noui teſtamenti datione. Secũdò deſcribit ipſum,ibi [Nõ ſecũdum teſtamẽtum,&c.] Iterũ prima in tres. Primò enim oſtendit tẽporis dationis opportunitatẽ. Secundò noui teſtamẽti perfectionem,ibi [Conſummabo teſtamentũ nouum.]Tertiò quibus datum fuit, ibi[Super domum Iuda.]Dicit ergo[Vituperans enim] dominus,non quidem legem,ſed[eos]qui.ſ.erant ſub lege dicit[Ecce dies veniunt,&c.]Hæc eſt authoritas quæ eſt Hie.31. & non habetur omnino ſub iſtis verbis,ſed mutantur pauca. Ibi enim dicitur ſic,Ecce dies veniũt dicit dominus, & feriã domui Iſrael,& domui Iuda fœdus nouũ : nõ ſecũdum pactũ quod pepigi cum patribus veſtris in die qua extẽdi manum meã vt educerem eos de terra Aegypti,pactũ quod irritum fecerũt,& ego dominatus ſum eorũ.Sic ergo patet q̃ pacta mutãtur. Dicit ergo q̃tum ad tẽporis opportunitatem.[Ecce dies veniũt].i. tempus gratiæ,quod cõparatur diei,quod illuminatum eſt à ſole iuſtitiæ.Ro.13, Nox præceſsit,dies autem appropinquauit.Quãtum ad perfectionẽ noui teſtamenti,dicit [Cõſummabo nouũ teſtamentum.]Et dicit conſummabo,quod ſonat ad perfectionem.Apoc.21,Ecce noua facio omnia.Iſtud autem verbum,Conſummabo,non habetur ibi,ſed vtitur eo Apoſtolus ad deſignãdum perfectionem noui teſtamenti.Eſa.10,Cõſummationem & abbreuiationem faciet dominus ſuper terram.Fuit enim nouum teſtamentum perfectum quantum ad eruditionem vitæ, quæ non extenditur tantùm ad generalem iuſtitiæ eruditionem , ſed ad perfectam . Matth.5, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra,& cætera. Item in veteri teſtamento erant tantùm figuralia:in nouo verò, veritas figurarum:& ita nouũ cõſummat,& perficit vetus. Quãtum ad tertium dicit[Super domum Iſrael, & Iuda.]Sed nunquid datur tãtùm Iudeis?Non.Ro.9,Non omnes qui ſunt ex Iſrael,hi ſunt Iſraelitæ.Et ſequitur,Non qui filii carnis,hi ſunt filii dei,ſed qui filii ſunt promiſsionis,æſtimantur in ſemine.Illi ergo qui ſortiti ſunt gratiã dei,ſunt Iſrael per fidem,& Iuda per cõfeſsionem.Ro.10, Corde creditur ad iuſtitiã,&c. Dicitur autem[ſuper domũ,&c.]triplici ratione.Vna quia Chriſtus in propria perſona prædicauit Iudæis, non Gẽtibus.Mat.15,Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt domus Iſrael.Secunda quia Gentiles facti ſunt participes noui teſtamenti,ſicut oleaſter inſertus in bonã oliuam participat pinguedinem eius.Ro.11. Alia quia tempore Roboã & Ieroboam diuiſum fuit regnũ Iuda, à regno decem tribuũ,quæ quidẽ remãſerunt in idolatria,ſed regnum Iuda magis adhæſit deo,licet non ex toto. Et ideo vtroſq; tetigit. ¶Deinde cùm dicit[Nõ ſecũdum teſtamẽtum.]deſcribit nouum teſtamentũ:& primò per differentiã ad vetus: ſecundò per proprias cõditiones,ibi[Quia hoc eſt teſtamẽtum.]Iterũ prima in duas. Primò oſtẽdit diſtinctionẽ noui & veteris teſtamẽti.Secũdò infirmitatẽ veteris,ibi [In die in qua.]Poſſet enim aliquis dicere, Nũquid iſtud nouũ eſt iſti ſimile?Ideo quaſi reſpõdens dicit, Nõ: [quia nõ ſecũdum id quod feci cũ patribus eorũ.]

in quo

in quo oſtendit q̃ non eſt ſeruandum vetus cũ nouo.Gal.5,State & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.Matt.9,Neq; mittunt vinum nouum in vtres veteres,&c.Et Ro.7,Seruiamus in nouitate ſpiritus,& nõ in vetuſtate literæ.Quia ſi aliquid inueniatur in veteri quod gentibus indicatur ad ſeruandum,referendum eſt ad intellectum ſpiritualẽ,ſicut dicitur Eſa.19,Colent eũ in hoſtiis & muneribus,quod totũ eſt ſpiritualiter intelligendum. ¶Deinde cùm dicit[In die qua apprehendi,&c.]oſtendit defectũ veteris teſtamenti. Et primò ex eius traditione,ſecundò ex euentu,ibi[Quoniã ipſi.]Vetus enim teſtamentũ traditum eſt ſeruis & infirmis.Seruis quidẽ,quia quandoq; exierunt de ſeruitute Aegypti.Et q̃tum ad hoc dicit[Vt educerem illos,&c.]Gala.4,Vnum quidem in ſeruitutẽ generans,&c.Item quia erat lex timoris ſeruilis. Rom.8, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,&c.Aug.Breuis differentia veteris & noui teſtamenti, timor & amor.Item infirmis,quia per ſe non poterant ſe iuuare.Et q̃tum ad hoc dicit[Apprehendi manũ eorũ]quod eſt infirmorum.Pſal.Tenuiſti manum dexteram meã.Ro.8,Quod impoſsibile erat legi in quo infirmabatur.Dicit autẽ[patribus eorum.]ſ.Abraham Iſaac,& Iacob,cum quibus iniit fœdus ſpeciale.Pſal. Memor fuit in ſeculũ teſtamenti ſui verbi quod mãdauit in mille generationes,quod diſpoſuit ad Abrahã, &c.Sed iſtis in exitu de Aegypto promiſit carnalia. ¶Deinde cùm dicit[Quoniam ipſi non,&c.]oſtendit defectum veteris teſtamenti ex euentu,& primò quãtum ad culpam,& ideo dicit[Quoniam ipſi nõ permãſerunt in teſtamento meo]quia.ſ.non erat ſcriptum in cordibus ipſorum.Vnde ſtatim poſt legẽ datam fecerunt vitulum conflatilem.Exo.32.Et Pſal.Fecerunt vitulum in Oreb & adorauerũt ſculptile.Et quantũ ad pœnam . Ideo dicit[Et ego neglexi eos.]Illud enim aliquis dicitur negligere quod permittit perire.Et ſic neglexit eos,quia permiſit eos perire ab exterminatore,vt dicitur.1.Cor.10.& Pſal.Spreuiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis.Alia litera[Et ego dominatus ſum eorum,]ideſt,puniendo oſtẽdi me eſſe dominũ ipſorum. ¶Deinde cùm dicit[Quia hoc eſt teſtamentum,&c.]Diſcribit conditiones noui teſtamenti. Et circa hoc facit duo.Primò ponit modum editionis eius.Secundò effectum ipſius,ibi[Et ero eis in deum.] Dicit ergo[Quia hoc eſt.]i.tale eſt[teſtamentum quod diſponam domui Iſrael, &c.]diſpoſitio importat cõgruitatẽ ordinis.Et ideo dicit[poſt dies illos.]i.poſt legem datã.Debuit enim poſt legẽ veterẽ dari noua lex,ſicut primò datur pædagogus,poſtea magiſter,vt prius homo recognoſcat infirmitatẽ ſuam.In hoc ergo patet cõgruitas temporis dandi nouũ teſtamentum.Modus autem tradendi duplex eſt.Vnus per exteriora,ſicut proponendo verba ad cognitionem alicuius.Et hoc poteſt homo facere,& ſic traditum fuit vetus teſtamentum.Alio modo interius operando.Et hoc proprium eſt dei.Iob 32,Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam.Et hoc modo datum eſt nouũ teſtamentum,quia conſiſtit in infuſione ſpirituſanctẽ,qui interius inſtruit.Non autem ſufficit tantùm cognoſcere,ſed requiritur operari.Et ideo primò illuminat intellectum ad cognoſcendum.Et ideo dicit[Dabo leges meas,&c.]Et dicit in plurali,propter diuerſa præcepta & conſilia.Et hoc facit ſpirituſanctus.1.Io.2,Vnctio eius docet vos.Io.14,Ille vos docebit omnia,&c. Item ad bene operandũ inclinat affectũ,vnde imprimitur cordi.Et q̃tum ad hoc dicit[In corde eorum ſuperſcribam eas.]i.ſuper cognitionem,ſcribã charitatẽ.Super omnia autẽ charitatem habete,&c. Collo.3. & Roma.5,Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,&c.Et hæc eſt epiſtola de qua ſubdit.2.Cor.3,Non atramento,ſed ſpiritu dei viui,non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus.

Lectio 3.

Ponuntur hîc tres effectus noui teſtamenti .ſ. coniunctio hominis ad deũ,perfecta dei cognitio, & peccatorũ remiſsio.

ET *ero illis in deum, & ipſi erunt mihi in populum.Et non docebit unuſquiſque proximum ſuum, & unuſquiſque fratrem ſuum,dicens,cognoſce dominum:quoniam omnes ſciẽt me à minore uſque ad maiorem,quia propicius ero iniquitatibus eorum:& peccatorum eorum iam non memorabor.Dicendo autem nouum,ueterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit,prope interitum eſt.*

¶Suprà poſuit Apoſtolus conditiones noui teſtamenti ex editione ipſius,nunc ponit tres effectus ipſius. Primus eſt hominis ad deum perfecta coniunctio.Secundus eſt dei perfecta cognitio,ibi[Et non docebit.] Tertius eſt peccatorũ remiſsio,ibi[Quia propitius ero.]Circa primũ ſciendũ eſt q̃ ad hoc q̃ homo iungatur deo,requiritur auxilium diuinæ gratiæ,quia ad hoc non poteſt propria virtute. Hiere.31, In charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te miſeratus.Primò ergo tangitur illa coniunctio ex parte dei.Secũdò ex parte hominis ibi[Et ipſi erũt.]Dicit ergo[Ero illis in deum.]Nomen dei ſignificat vniuerſalem prouidentiã. Tunc ergo eſt nobis in deum,quando habet curam de nobis & corda noſtra ad ſe trahit,& hoc eſt reſpectu iuſtorum ſpecialiter.Ex hoc ergo q̃ ero eis in deum,ſequitur ſecundum.ſ.q̃[ipſi erũt mihi in populũ.]i.ex hibebũt ſe mihi in populũ.Sicut enim dicit Aug.2.de ciui.dei.cap.21,Populus eſt cœtus multitudinis,iuris cõſenſu & vtilitatis cõmunione ſociatus.Quando ergo cõſentiũt in ius diuinæ legis vt ſint adinuicẽ vtiles & tendant in deũ,tunc eſt populus dei.Apoc.21,Ipſi populus eius erunt,& ipſe deus cũ eis erit eorũ deus. ¶Deinde cũ dicit[Et non docebit,&c.]ponit ſecundũ effectũ noui teſtamenti.Et circa hoc duo facit.Primò enim ponit ſignum effectus illius.Secũdò effectum ipſum,ibi[Quia omnes,&c.]Signũ perfectæ cognitionis eſt quando quis nõ indiget doceri,quia doctrina eſt via ad acquiſitionẽ ſcientiæ,& ideo ceſſat doctrina,acquiſita perfectè ſcictia.Sed nũquid in nouo teſtamento vnus nõ docet alium?Et videtur q̃ nõ per literã iſtã.Sed cõtrà,quia Apoſtolus vocat ſe doctorẽ Gentiũ.Tit.2.& Eph.4,Alios paſtores,& doctores.Ro.12 Siue qui docet in doctrina.Reſpõdeo,dicendum eſt q̃ hoc quod dicitur hîc,poteſt dupliciter intelligi.Vno modo de præſenti ſtatu,& ſic nõ verificatur vniuerſaliter de omnibus,ſed tãtũ de primis fundatoribus noui teſtamenti.ſ.apoſtolis qui immediatè fuerũt inſtructi à deo,quando aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas.Luc.vlt.Apoſtoli ergo facti ſunt perfectè cognoſcentes,& non ab aliis inſtructi,ſed ſimul à Chriſto acceperũt ſapientiã infuſam.Alio modo quòd referatur ad ſtatũ patriæ futurũ,ad quam per nouum teſtamentũ introducimur,nõ per vetus.Et ſic vniuerſaliter verũ eſt quod dicitur hîc.Sed cõtrà.Homines beati ſunt æquales angelis,nõ maiores,ſed ſecundũ Diony.vnus angelus docet aliũ illuminãdo ipſum,ergo & homo beatus aliũ docebit.Reſpõdeo,dicendũ eſt q̃ duplex eſt cognitio in beatis angelis.Vna quæ beatos facit.ſ.cognitio diuinitatis,quæ ſola beatos facit,ſicut dicit Aug.in lib.confeſ.Beatus qui te nouit,&c. Alia eſt quæ omniũ quæ ſunt aliud à deo,cuiuſmodi ſunt effectus dei,& iſta nõ beatificãt. Quãtũ ergo ad primã

vnus nõ docet aliũ:quia vnus nõ beatificatur mediante alio,sed à deo immediatè.Psal.In lumine tuo videbimus lumen.Sed q̃tum ad aliã quæ est aliquorũ mysteriorum,vnus docet alium.Et hoc fortè vsq; ad finẽ mundi,quãdiu durat executio effectuũ dei,& ideo addit,dicens[Cognosce dñm].q.d.Non accipit dei cognitionẽ.Et dicit[proximũ suũ & fratrem suũ]quia & si secundũ Aug.oẽs homines sint ex charitate diligendi,si tamen non possis omnibus prodesse,tamen illis specialiter debes prodesse qui tibi coniunguntur. Vel naturaliter,sicut sunt cõsanguinei,quos hic vocat fratres.Vel alia cõiunctione,& sic proximus est[Omnes enim sciẽt me à minimo vsque ad maiorẽ eorũ.]Hæc est causa quare vnus non docebit alium,quia omnes noscent dominũ.1.Io.3,Videbimus eum sicuti est.In hac verò visione cõsistit beatitudo.Io.17,Hęc est vita æterna vt cognoscant te solũ verũ deũ,&c.Hier.9,In hoc glorietur qui gloriatur,scire & nosse me.Et hanc doctrinã habent beati,non ab aliquo alio,sed à solo deo tãtùm.Esa.54,Ponã vniuersos filios tuos doctos à domino.Illud aũt quod dicit à minimo potest dupliciter intelligi.Vno modo q̃ dicãtur maiores sancti antiquiores.Et sic maior & minor dicũtur secundũ ordinem tẽporis.Omnes ergo cognoscẽt,quia singuli accipient singulos denarios.Mat.20.Vel hoc dicit ad ostendẽdum differentiã præmiorũ,quia licet omnes cognoscant,tamẽ vnus magis alio cognoscet.Mat.5,Qui fecerit & docuerit,hic magnusvocabitur in regno cælorũ.Prẽmium enim correspondet merito,& hoc contra illos qui dicunt pœnas & omnia merita esse æqualia,& per consequens præmia æqualia.Contra quos dicitur.1.Cor.15,Stella differt à stella in claritate. ¶ Deinde cũ dicit[Quia propitius,&c.]ponit tertiũ effectũ qui est culpæ remissio,quod nõ poterat vetus testamentum.infrà 10,Impossibile est sanguine taurorũ & hircorũ auferri peccata.Dicit ergo [propitius ero.]Differunt autẽ iniquitas & peccatũ,quia iniquitas opponitur iustitiæ,quę quidẽ propriè semper est ad aliũ.Ideo iniquitas dicitur qua quis nocet alteri.Iob 35,Homini qui similis tui est, nocebit iniquitas tua.Peccatũ autẽ dicitur omnis defectus actionis,quia importat deordinationẽ,& sic iniquitas propriè est in proximum,sed peccatum est in seipsum,& hoc propriè loquendo,largè tamen idem est iniquitas & peccatum.Et q̃tum ad hoc dicit[Quia propitius ero iniquitatibus eorum.]s.in præsenti pœnã relaxãdo [nec memorabor peccatorum eorum.]s.in futuro peccata puniendo.Eze.18,Omniũ iniquitatũ eius quas operatus est nõ recordabor.Psal.Propitius esto peccatis nostris,&c.Itẽ ne memineris iniquitatũ nostrarũ, &c. Ro.11,Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei,&c.i.deus non pœnitet q̃ hic peccata remiserit,quasi iterum puniendo. ¶ Deinde cũ dicit[Dicendo aũt nouũ,&c.]quasi posita authoritate arguit ex ipsa & facit talẽ rationẽ.Nouũ nõ dicitur nisi in cõparatione ad vetus,sed omne quod dicitur vetus significat quasi sit prope cessationẽ,ergo[dicẽdo nouũ veterauit prius.i].dedit intelligere quod prius sit vetus[Quod autem antiquatur & senescit prope interitũ est]Si ergo illud est vetus,abiiciendũ est.Leui.26,Nouis superuenientibus vetera proiicietis. Dicendo ergo nouũ,designat cessationẽ veteris.Propriè aũt nihil antiquatur nisi quod subiacet tẽpori,quæ aũt subiacẽt tẽpori cessant in tempore.Oportet ergo illud vet⁹ cessare. Dicit autem[antiquatur]propter res inanimatas,sed[senescit]propter animatas.Sciendũ tamen est,q̃ vbi habemus,peccatorum,alia litera habet,peccati,& tunc refertur ad peccatum originale,quod omnibus est commune.

Caput 9.

Ostenditur excellentia noui testamenti super vetus, cõparando eam quæ sunt veteris testamẽti,ad ea quæ sunt noui, & hĩc̃ dem describitur cõditio veteris testamnti.

Habuit quidem & prius,iustificationes culturæ,& sanctum seculare.Tabernaculum enim factum est primum,in quo erant candelabra,& mensa,& propositio panũ,quæ dicitur sancta.Post uelamentum autem secũdum,tabernaculũ,quod dicitur sancta sanctorum:aureum habens thuribulum,& arcam testamẽti circunctectam ex omni parte auro,in qua urna aurea habens manna, & uirga Aaron quæ fronduerat,& tabulæ testamenti:superq́; eã erant Cherubin gloriæ obũbrantia propitiatoriũ de quibus nõ est modò dicẽdũ per singula. ¶ Suprà ostẽdit Apostolus dignitatẽ noui testamẽti respectu veteris in generali:hìc ostendit idẽ in speciali descendẽdo ad singula quæ erãt in vtroq; testamento.Et circa hoc facit duo.Primò enim cõparat ea quæ sunt veteris testamenti ad ea quæ sunt noui,vt super hoc ostẽdat dignitatẽ noui.Secũdò manifestat quædã quæ suppoſuerat 10.cap.ibi[Vmbrã enim habens.]Circa primũ tria facit,quia primò exponit illud quod fuit in veteri testamento.Secundò ostẽdit significatũ suũ,ibi[Hoc significãte spiritu.]Tertiò ex his arguit ad propositum,ibi[Et ideo no.testa.]Iterum prima in duas.Primò enim describit conditionẽ veteris testamenti.Secundò prosequitur,ibi[Tabernaculum enim factũ.]Circa primum sciendum est q̃ tã vetus q̃ nouum testamentum ad hoc instituta sunt vt anima accedat ad deum.Ad hoc aũt duo sunt necessaria.s.recessus à peccato,& vnio ad deum.Primũ fit per iustificationẽ.Secũdum per sanctificationẽ & in vtroq; testamento fit iustificatio,& sanctificatio. Vnde dicit sic dictum est quòd prius veterauit.Sed quale fuit illud vetus.Tale q̃[habuit iustificationes culturę.]s.latriæ secundum græcum.In veteri enim fuerũt quædã ablutiones per quas mundabãtur,nõ quidẽ à macula peccati sed à quibusdã irregularitatibus quibus impediebãtur à cultu dei,sicut ex tactu mortui vel alicuius immundi non poterãt intrare tabernaculũ,nisi expiati per aliquas ablutiones.Et ideo dicebantur iustificationes culturæ,quia.s.per ea fiebat idoneus ad cultũ diuinũ. Et de hoc habetur Leui.22.Hiero.Iustificationes.i.ablutiones,quibus purificatis licebat accedere.Sed sanctificatio eorũ erat[sanctum seculare,]Seculum quãdoq; sumitur pro quacunq; duratione.Psal.In seculum seculi.Quandoq; significat mundũ istum.1.Ti.4,Demas me dereliquit diligens hoc seculum.Illa ergo sanctificatio potest dici secularis,quia trmporalis erat:& non perpetua.Sed litera græca non sic accipit,quia dicit sanctum mundari.Vnde est differẽtia inter nouum testamẽtum & vetus,quia licet vtrunq; sit corporale,tamen nouum cõtinet gratiã,& sacrum est,in quo sub tegumẽto rerum visibilium diuina virtus salutem secretius operatur quod nõ erat in veteri testamento,quoniã in se nullã continebat gratiã.Gal.3,Quomodo iterũ conuertimini ad infirma & egena elementa? ¶ Deinde cũ dicit[Tabernaculum,&c.]exponit illud quod dixit. Et primò q̃tum ad dispositionem tabernaculi.Secundò q̃tum ad ministerium sacerdotum,ibi [His verò ita,&c.]Circa primum propter intellectum literæ,sciendum est q̃ dominus in deserto præcepit fieri tabernaculũ quod haberet 30.cubitos vel passus in longitudine,& decẽ in latitudine,ita q̃ ostium erat ad orientẽ,ante quod dependebat velum super quatuor columnas,& quoddam tentorium in quo erat altare holocaustorum,sed de hoc nihil ad propositum,quia Apostolus de hoc non facit aliquam mentionem.

sed in tabernaculo versus occidẽtem spacio decẽ cubitorũ longitudinis, & decẽ latitudinis appendebatur velũ super quatuor colũnas,& istud diuidebat partẽ vnã decẽ cubitorũ ab alia 20.cubitorũ.Pars aũt 20.cubitorũ dicitur sancta,& tabernaculũ primũ,sed illa decẽ dicuntur sancta sanctorũ & tabernaculũ secundũ. Ista distinctio dupliciter potest exponi.Vno modo,quia ea quæ fuerunt in veteri testamẽto,fuerunt figura noui testamenti.Nouũ etiam est figura cælestis patrię.Sic ergo per primũ tabernaculum,vetus testamentũ: & per secũdum,nouũ.Alio modo per primũ tabernaculũ,præsens ecclesia:per secũdũ,cęlestis gloria.Inquãtum ergo significat vet⁹ testamẽtum,est figura figuræ,sed inquãtum significat præsentẽ ecclesiã,quæ adhuc significat futurã gloriam,est figura veritatis quantũ ad vtrumq;.Circa hoc ergo duo facit,quia primò describit illud quod erat in primo.Secundò illud quod erat in secundo,ibi[Post velamẽtum.]In primo autẽ tria erant.s.cãdelabrũ aureũ,ad meridiẽ,quod ita erat factũ.Ex vno ẽm lõgo hastili procedebãt sex calami quasi sex brachia.s.tres à dextris,& tres à sinistris.Et sic in summitate erant septẽ rami,& in quolibet erat vna lucerna quæ ardebat.Itẽ in quolibet calamo erant quatuor.s.calamus qui erat ex tribus partibus quasi tribus petiis.s.cyphi,spherulæ,& lilia:quia ibi duæ partes iungebãtur.In fine cuiuslibet partis erat quasi quidã ciphus in quo duo ciphi iunguntur in nucis modũ,& duæ spherulæ volubiles,& duo quasi folia lilii hinc & inde.Itẽ in parte Aquilonari erat mensa aurea in modum altaris super quã ponebantur in sabbato 12.panes calidi,& super quemlibet thus lucidum in patena aurea.Et stabãt illi panes qui dicebantur propositionis vsque ad diẽ sabbati,vbi oportebat illos amoueri & reponebantur alii loco illorũ.Itẽ in medio erat altare aureũ ad adolendũ thymiama boni odoris,& hoc ad literã,ne domus fœterẽt propter multitudinem immolaticii sanguinis,Per candelabrũ aũt quod illuminat,& per mensam designatur ad literã,quod qui altari seruit de altari viuat.Dicit ergo[tabernaculũ prius.]i.anterior pars tabernaculi[factum est,in quo erant cãdelabra]quæ vnũ erat q̃tũ ad substãtiam,sed plura q̃tum ad ramos,& hoc ad meridiẽ[& mẽsa]ad Aquilonem[& propositio panũ.]i.panes propositionis per ypallagen,sicut perflauit fistula buccas,& ista pars[dicitur sancta.]De hoc habetur diffusè Exo.25.26.&.27. ¶ Deinde cum dicit[Post velamentũ,&c.]Describit ea quæ erãt in secũdo tabernaculo.s.[arca testamẽti]de lignis sethin imputribilibus[circũtecta ex omni parte.]i.tam intus quã extra[auro.]In arca autẽ erant tria.s.[vrna aurea habẽs mãna]& hoc in memoriã illius beneficii eis præstiti.Exo.16.[Et virga Aaron quæ frõduerat.]Num.17.In memoriã sacerdotii Aaron ne alius extraneus præsumeret accedere[Et tabulæ testamenti.]Exo.25.In memoriã legis.Itẽ super aream duo Cherubin qui tegebant se duabus alis,& tangebant alis duabus latera tabernaculi. Inter duas aũt alas quibus tangebant se,erat tabula aurea eius lõgitudinis & latitudinis,cuius & arca.s.duorum cubitorũ in lõgitudine,cubiti & semis in latitudine,& erat superemineẽs quæ dicebatur propiciatoriũ. Vnde erat quasi sedes de qua deus exaudiret ad repropiciandũ populo.Psal.Qui sedes super Cherubin,&c. Arca verò erat quasi scabellũ pedũ.Illi duo Cherubin versis vultibus ad seipsos respiciebãt.Hìc aũt addit Apostolus quartũ.s.[thuribulũ aureũ]de quo dicũt aliqui quòd erat altare inter sancta,vt dictũ est.In sancta quod erat exterius introibat sacerdos omni die,ad expletionẽ mysteriorũ,sed in sancta sanctorũ sacerdos summus semel in anno cũ sanguine,& tũc implebat thuribulũ illud thymiamate,ita quòd ex fumo ascenderet nebula quę operiret sancta sanctorum ne possent videri ab his qui extra erant.Ista ergo sunt illa quæ erant post velamẽtũ quod erat secũdũ,quod dicitur sancta sanctorũ pro dignitate,dicitur virgo virginũ antonomasicè, aureũ habẽs thuribulũ,& arca in qua erat vrna,&c.super quã.s.arcã,nõ q̃ haberet super eã pedes, sed alas tantũ [Cherubin gloriæ.]i.gloriosè facta [obũbrãtia propiciatoriũ.]s.alis suis[de qbus nõ est modo dicẽdũ.]i. prosequẽdũ[per singula.]Sed cõtrà,qa 3.Reg.8.dicitur q̃ in arca nõ est aliud nisi duæ tabulæ.Respõdeo dicẽdũ est q̃ verum est ex principali intentione,quia ad hoc fuit arca principaliter facta,sicut patet Exo. 25. ¶ Quid aũt ista significent.Sciendũ est q̃ oẽs cerimoniæ legis ordinabantur ad vnum,secundũ statũ illũ: ad aliud verò,secũdũ q̃ erãt figuratiua.prout.s.representabãt Christũ.Quo ad primũ omnia instituta fuerunt ad representãdũ magnificentiã dei.Illa aũt non representabãtur,nisi in effectibus.Isti aũt effectus habẽt quasi duplex seculũ.Vnũ superius.s.substãtiarũ incorporearũ,& istud representatur per sancta sanctorum.Aliud est istius mundi inferioris sensibilis,& istud representatur per sancta.In mũdo autẽ sup eriori sũt tria.s.deus,rationes rerũ,& angeli.Deus aũt omnino est incõprehẽsibilis,& ideo erat sedes sine sedẽte,qa nõ potest cõprehendi à creatura nisi ex affectibus.Illa aũt sedes erat propiciatoriũ,vt dictũ est. ¶ Angeli autẽ significãtur per Cherubin propter sapientiã.Vnde & philosophi angelos dicunt substãtias intellectuales. Erãt duo,ad designãdum q̃ nõ erãt ibi positi ad colẽdum quia dictum erat eis.Deuterono.4,Audi Israel, dñs deus tuus vnus est.Quod respiciũt in propiciatoriũ designat q̃ nõ recedũt à cõtẽplatione dei.Mat.18, Angeli eorũ in cælis semper vidẽt faciẽ patris,&c.Rationes rerũ signãtur per arcã.Illa verò quę sunt in hoc mundo,vel pertinẽt ad sapientiã quæ per tabulas significatur, vel ad potẽtiã quæ per virgã,vel ad bonitatẽ quæ per mãna,quod erat dulce,qa quicquid est dulcedinis in creatura,totũ est ex bonitate dei. Quia verò rationes rerum quæ sunt intelligibiliter in deo,sunt sensibiliter in creaturis corporalibus,ideo sicut in tabulis erat lumẽ intellectuale,ita in sanctis erat lumẽ corporale.Ibi mãna,hìc panes.Ibi virga,hìc altare pertinet ad officium sacerdotis. ¶ Sed inquãtũ per ista figurabatur Christus omnia ista inueniuntur in ipso. Et primò q̃tum ad sancta.Ipse enim est cãdelabrum luminis.Io.8,Ego sum lux mundi.In isto sunt sex ordines, tres à sinistris.s.perfecti veteris testamẽti,& tres à dextris.s.noui testamẽti.Isti designãtur Eze.14,Per Noe prælati:per Daniel,contẽplatiui:per Iob,actiui.Isti calami lumen accipiunt & infundunt,quia sicut dicitur 1.Pet.4,Vnusquisque sicut accepit gratiã in alterutrũ illã administrãtes.Ciphi sunt propinãtes potũ sapiẽtiæ.Spherulæ propter promptitudinẽ obedientiæ.Lilia propter finẽ vitę æternæ.Septẽ lucernæ,sunt septem dona spiritussancti. ¶ Itẽ Christus est mẽsa refectionis.Duodecim panes,sunt doctrina duodecim Apostolorum & successorum suorum,q̃ ponuntur in sabbatc spei vsq; ad sabbatum spei,& si interim vnus remouetur per mortẽ,alter substituitur.Sed in magno sabbato remouebũtur omnes. ¶ In interiori erat ꝓpitiatoriũ,& Christus est ꝓpitiatio ꝓ peccatis nostris.1.Io.2,Duo angeli sunt duo testamẽta cõcorditer Christũ respicientia.Vel omnes angeli Christo seruiẽtes cõcorditer & vnanimiter.Mat.4,Accesserũt angeli &

miniſtrabãt ei.Dani.7,Milia miliũ miniſtrabãt ei.ſuprà 1,Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritꝰ. Ipſi deſiderãt in Chriſtum proſpicere.1. Pet.1.Item obũbrãt propitiatorium.i.Chriſti eccleſiã cuſtodiũt.Vel quia ipſorũ miniſterio fiebãt viſiones & apparitiones in quibus obumbratoriè figurabatur Chriſtus.Arca aurata de lignis ſethin eſt caro Chriſti pura & pretioſiſsima,quæ & dicitur vrna aurea propter ſapientiã, plena dulcedine diuinitatis.Tabulæ ſunt eius ſapientia.Virga eſt ſacerdotiũ eius æternum,Vel virga eſt poteſtas Chriſti.Manna dulcedo gratiæ quæ datur per ſacerdotium Chriſti,vel per obedientiam mandatorum,ſicut homo obedit poteſtati.Sed quia nullus habet ſic gratiam quin peccet,excepto Chriſto & matre eius,ideo neceſſe eſt habere propitiatorium.Sciendum eſt autem quòd glo.ſuper locũ iſtum multũ diffuſè iſta exponit.

Lectio 2.

Ponitur officiũ ſacerdotũ i ſancta & in ſancta ſanctorũ

His uerò ita compoſitis,in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes,ſacrificiorum officia conſummãtes.In ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex,non ſine ſanguine quem offerret pro ſua & populi ignorantia: hoc ſignificante ſpiritu ſancto,nondum propalatam eſſe ſanctorum uiam,adhuc priore tabernaculo habente ſtatum:quæ parabola eſt temporis inſtantis,iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur,quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem,ſolummodo in cibis, & in potibus,& in uariis baptiſmatibus,& iuſtitiis carnis uſque ad tempus correctionis impoſitis.

¶Suprà deſcripſit Apoſtolus ea quæ pertinent ad vetus teſtamentum q̃tum ad diſpoſitionem tabernaculi: hîc proſequitur de officio miniſtrorum.Et primò de his quæ ſpectant ad ſancta.Secundò autem de his quę ſpectãt ad ſancta ſanctorum,ibi [In ſecundo autem.] Ad intellectum autẽ literæ huius, ſciendum eſt q᷑ ſicut ſuprà dictũ eſt in parte anteriori ipſius tabernaculi circa medium erat altare thymiamatis vel incenſi, quod idẽ eſt,& candelabrum.Ex parte verò meridionali,& ex oppoſito menſa propoſitionis. Sacerdos ergo quolibet die manè & veſperè intrabat ſancta propter duo.ſ.ad parandũ lucernas,& adolendum thimiama vt lumen & bonus odor iugiter eſſet in ſanctis.Dicit ergo[His.]ſ.quę pertinent ad ſpeciem tabernaculi [ita cõpoſitis.] i.ordinatis[ſemper.]i.quotidie.manè.ſ.& ſero[intrabant ſacerdotes cõſummãtes officia ſacrificiorũ]non q᷑ in ſancta ſacrificarent,quia ſacrificabãt ſuper altare holocauſtorũ,quod erat ante fores tabernaculi ſub diuo,ſed adoletionem thimiamatis & deuotionẽ offerentium,vocat ſacrificium. ¶Deinde cùm dicit[In ſecundo autẽ.]Ponit officium miniſtrorum quantum ad ſancta ſanctorũ.Circa quod ſciendũ eſt q᷑ ſicut dicitur Leuit.16,Summus ſacerdos in die expiationis quæ fiebat decima die ſeptimi menſis.ſ. Septẽbris qui ſeptimus eſt à Martio noſtro,qui apud Hebræos concurrit pro parte cũ Aprili in quo incipiunt anni.Exod.11,Menſis principiũ vobis menſium primus erit in menſibus anni: ipſi enim incipiunt menſem in lunatione quæ ſemper incipit in Martio,niſi impediat emboliſmus,offerebat pro ſe & tota domo ſua vitulum,& hircũ pro peccato populi,& iſtis immolatis accipiebat de ſanguine ipſorum & implebat thuribulum prunis altaris holocauſtorum quod erat in atrio ante fores tabernaculi & cum omnibus his intrabat in ſancta ſanctorũ,& cum ſanguine expiabat tabernaculum aſpergendo ſanguinẽ contra velum,& poſt egrediebatur.Et cũ eodẽ ſanguine liniebat cornua altaris thymiamatis:hoc autẽ ſemel ĩ anno faciebat.Vnde dicit[In ſecundo autẽ.]ſ.tabernaculo, quod dicitur ſancta ſanctorũ [ſemel in anno intrabat ſolus pontifex.] Glo. dicit q᷑ pluries poterat ſine ſanguine, ſed nõ eum ſanguine niſi ſemel.De hoc tamen non habetur niſi tantùm quando mouẽda ſunt caſtra,quia tunc intrabant Aaron & filii eius & inuoluebant & diſpenſabant onera Leuitarũ,ſicut patet Nume.4. [Semel tamen in anno intrabat ſummus ſacerdos ſolus cũ ſanguine, quãdo offerebat pro ſua & populi ignorantia.]i.pro peccatis noſtris.Proue.14,Errant qui operãtur malũ. Omnis enim malus ignorat,vt habetur 3.Ethico.De hoc habetur Leuit.16. vbi traditur ritus iſte. ¶Myſticè verò per primũ tabernaculum deſignatur præſens eccleſia in qua fideles debẽt ſeipſos ſacrificare. Ro. 12,Exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentem,ſanctam, deo placentẽ.Pſal.Sacrificium deo ſpiritus cõtribulatus.Item debẽt ſacrificare ſua in eleemoſinis.infrà 13,Talibus enim hoſtiis promeretur deus,ſed in ſancta ſanctorũ.i.in patriam cæleſtẽ intrat ſolus pontifex.ſ.Chriſtus in anima & corpore. ¶Tamen ſecundũ literam intẽtio Apoſtoli eſt q᷑ per ſancta intelligatur vetus lex,per ſancta ſanctorũ ſtatus noui teſtamẽti & cælum,quia per nouã legẽ intratur in cælũ.Et ideo ſubdit[Hoc ſignificante ſpiritu ſancto.] Vbi exponit quid ſignificatur per hoc.Et primò quantũ ad vetus teſtamentũ.Secũdò quantũ ad nouũ,ibi[Chriſtus aſsiſtẽs.] Item in prima parte primò ponit officiũ miniſtrorum quantũ ad primũ. Secũdò ſubdit poſitionis rationẽ, [iuxta quã munera.] ¶Sciendũ autẽ q᷑ in primo intrabãt ſacerdotes quotidie:ſed in ſecũdo quod erat vltra velum,nõ niſi pontifex ſolus ſemel in anno.Vnde quantũ ad miniſtros illos erant ibi duo.Vnũ q᷑ in primo quotidie intrabãt.Aliud q᷑ ante ſecundũ erat eis velum.Vnde interpoſitio veli ſignificat q᷑ cæleſtia erãt eis velata.Item q᷑ non intrabãt,ſignificat q᷑ vetus teſtamentũ non eſt via intrãdi cælum ante aduentũ Chriſti. Dicit ergo,Dico q᷑ hoc ſic perfectũ eſt hoc ſignificante ſpiritu ſancto.2.Pet.1,Non humana voluntate allata eſt aliquãdo prophetia,ſed ſpiritu ſancto inſpirati,locuti ſunt ſancti dei homines.Et hoc eſt contra hæreticos qui dicũt vetus teſtamentũ non eſſe à ſpiritu ſancto,ſed à deo malo. ¶Quid ſignificãte?[Nondũ propalatam eſſe ſanctorũ viam adhuc priore tabernaculo.]i.veteri teſtamẽto ſignificato per primũ tabernaculum[habente ſtatum.]Durãte enim veteri teſtamẽto via ſanctorũ.ſ.Chriſtus qui dicit Io.14,Ego ſum via. nondũ venerat,ipſe enim eſt oſtiũ per quod patet introitus in ſancta ſanctorũ.Io.10,Ego ſum oſtium. Sed non erat propalatus,quia adhuc latebat ſub figuris literę obũbratus.infrà 10, Vmbrã habens lex futurorũ, &c.[Quæ parabola eſt inſtantis.]i.præſentis [tẽporis.] Vel inſtantis.i.ducens nos ad ea quæ cõtingunt in præſenti tẽpore. ¶Deinde cùm dicit[Iuxta quam.]Ponit rationẽ quare durante ſtatu veteris legis non patebat introitus in ſancta ſanctorũ. In illa enim ſancta nullus intrat niſi perfectus.Eſa.35,Via ſancta vocabitur,non tranſibit per eam pollutus.Et ideo vbi non erat mundatio & perfectio,nec erat introitus in illam. Sed vetus teſtamentum non poterat perfectum facere ſeruientem,quia nondum erat oblatum ſacrificium ſatisfaciens pro peccato totius humani generis.Et ideo dicit[Iuxta quam.]ſcilicet,vel parabolam vel figuram[offeruntur munera & hoſtiæ.] Quod refertur ad illud quod dicit ſacrificiorum officia cõſummantes: quia oblationes & munera quæ ſunt de omnibus:hoſtiæ autem quæ tantùm ſunt de animalibus, non offe-

rebantur in ſancta ſanctorum,ſed in ſancta vel ad fores tabernaculi.Iſta autem non poterant mũdare, quia [non poſſunt facere perfectum ſeruientem]ſeruitute latriæ,quæ pertinet ad cultum diuinũ. Perfectũ dico [iuxta conſcientiam.] Eſt enim duplex mundatio.Vna à macula,& reatu peccati.Et eſt q̃tum ad cõſcientiã. Hoc non poteſt lex.Infrà 10,Impoſsibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.Eſa.1,Ne offeratis vltra ſacrificiũ fruſtrà,Mich.6,Nunquid placari poteſt deus in milibus arietum:aut in milibus hircorum pinguium?Alia mundatio erat q̃tum ad culturam,vt.ſ.liceret eis miniſtrare in illis ſacrificiis,& ſic mũdabat.Sed nunquid in veteri lege fuerunt multi perfecti?Et videtur quòd ſic.Dictũ eſt enim Abrahæ Geñ. 17,Ambula coram me & eſto perfectus.Moyſes etiam & multi alii valde ſancti & perfecti fuerunt. Reſpõdeo,dicendũ eſt q᷑ licet tunc multi perfecti & ſancti fuerint,hoc tamen non fuit ex operibus legis.ſuprà 7, Nihil ad perfectum adduxit lex.Sed hoc fuit per fidem Chriſti.Geñ.15,Credidit Abraham deo,& reputatum eſt illi ad iuſtitiam.Hoc ergo non erat virtute cerimoniarum aut legalium.Vnde frequenter ibi dicitur,Orabit pro eo ſacerdos & dimittetur illi.Leui.5.Et in multis aliis locis.Quòd ergo mundaret,hoc erat ex fide.Sed in nouo teſtamento dicitur Mat.vlti.Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit.Sine ſacramentis enim nouæ legis non eſt ſalus.Io.3,Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,&c. Sed quare non mundabant cõſcientiam?quia conſiſtebant in cibis & potibus,peccatum verò eſt in conſcientia. Illud autem quod eſt purè corporale non mundat animam,quia non agit in animam.In ſacrificiis autẽ illis erãt cibi & potus,&c.quæ pertinent ad corpus,& ideo nõ poterant mundare conſcientiam.Dicit ergo[in cibis & potibus.]i.in diſcretione ciborum & potuũ interdictorum in veteri lege,quia abſtinere ab his non mundat conſcientiã,vel vt hoc referatur ad vſum ſacrificiorum,quia comedebãtur à ſacerdotibus illa quæ offerebantur pro peccatis,& ab aliis quæ pro aliis.Iſta enim non mundabant cõſcientiam.Hiere.11, Nunquid carnes ſanctæ auferẽt à te malitias tuas?[Et variis baptiſmatibꝰ.].i.lotionibus,quia ſicut dicitur Mat. 7,Iudæi ſeruabant baptiſmata calicum & vreeorum,& à foro redeũtes nõ comedũt niſi baptizẽtur.Contra quos dicit dominus Mat.23,Væ vobis ſcribæ & Phariſęi hypocritæ,qui mundatis quod de foris eſt calicis & parapſidis,intus autem eſtis pleni rapina & immunditia.Veruntamen Apoſtolus nõ loquitur hîc de ſuperſtitionibus Phariſęorũ,& ideo oportet currere ad alias lotiones præceptas in lege:ſicut eſt de aqua in qua lauabantur ſacerdotes,& de aqua purificationis in mundatione leproſi vel polluti.Vnde frequenter dicitur.Lauabant veſtimenta ſua,&c.Et hæc dicũtur hîc baptiſmata[Et iuſtitiis carnis]hoc addit vniuerſaliter de omnibus.Vocat iſta cerimonialia iuſtitias carnis.i.carnales,quia pertinebant tantùm ad corporalem munditiam,nec erat in eis aliqua virtus ſpiritualis.Et ne aliquis dicat,quare ergo inſtituta ſunt ſi non poterant perficere,quia iam videretur q᷑ deus ea inutiliter inſtituerit.Hoc remouet cũ dicit[Vſq; ad tẽpus correctionis impoſitis.]q.d.Hoc verum eſt q᷑ fuiſſent inutiliter inſtituta ſi ſemper deberent durare. Sed ſicut puero primò oportet dare pædagogum,quando autem iam peruenit ad ætatem perfectam, tunc datur ei modus ſe habendi ſecundum iudicium rectoris reipublicæ.Ita in veteri lege ea quæ ſpectant ad imperfectionem inſtituta fuerunt,ſed quando venit tempus perfectum,tunc debuerunt inſtitui illa quæ ducunt ad perfectionem.Et ideo dicit,Vſq; ad tempus correctionis,ideſt,in quo corrigerentur,nõ quidem ſicut mala,ſed ſicut imperfecta.Lex enim bona eſt.Ro.7,Pſalmiſt.Superuenit manſuetudo,& corripiemur.

Lectio 3.

Ingreſſus ſumi ſacerdotis in ſancta ſanctorum applicatur ad Chriſtum, & nouũ teſtamentum hoc enim ſignificabat.

Chriſtus autem aſsiſtens põtifex futurorum bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum non manufactum ideſt,non huius creationis,neque per ſanguinem hircorum,aut uitulorum,ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta,æterna redemptione inuenta.Si enim ſanguis hircorum,aut taurorum,& cinis uitulæ aſperſus,inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis,quantò magis ſanguis Chriſti qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo uiuenti?

¶Suprà poſuit Apoſtolus ſignificationem eorum quæ pertinent ad vetus teſtamentum & primum tabernaculum:hîc ponit conditiones eorum,quæ pertinent ad ſecundum tabernaculum,quod repreſentabat nouum teſtamentum.Et circa hoc facit duo.Primò enim ponit illã ſignificationem.Secundò probat quoddã quod ſuppoſuerat,ibi[Si enim ſanguis hircorum.]Sciendum eſt autem q᷑ ſi conſiderentur ſupradicta quæ dicta ſunt de ſecundo tabernaculo.ſ.quis intrabat,quia ſolus pontifex.Secundò dignitas & cõditio loci quò intrabat, quia dicebatur ſancta ſanctorum.Tertiò quomodo intrabat,quia cum ſanguine.Quartò quando intrabat,quia ſemel in anno.Quinto quare intrabat,quia prò expiatione peccatorum.Hîc autem Apoſtolus illa quinque explicat.Et primò quis ſit ille qui intrat,quia Chriſtus.Pontifex enim eſt princeps ſacerdotum.Talis autem eſt Chriſtus.primæ Petri quinto,Cùm apparuerit princeps paſtorum,&c.ſuprà 4,Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos Ieſum,&c.Si quilibet pontifex diſpẽſator eſt alicuius teſtamenti.In quolibet autem teſtamento duo conſideranda ſunt,ſcilicet finis repromiſſus in illo teſtamento.Bona autem repromiſſa in veteri teſtamento erant bona temporalia.Eſa.1,Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis.Ille ergo pontifex erat bonorum temporalium.Sed Chriſtus eſt pontifex bonorum cæleſtium.Matth.quinto,Gaudete & exultate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis[Eſt ergo pontifex futurorum bonorum.]quia per pontificatum eius introducimur in bona futura.Pſalmiſt.Replebimur in bonis domus tuæ.Item in veteri diſpẽſabantur figuralia,ſed Chriſtus diſpenſat ſpiritualia quę per illa figurabantur.Lucæ vndecimo,Pater veſter de cælis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Sic ergo per bona futura poſſunt intelligi vel bona cæleſtia, & hoc reſpectu noui teſtamenti.Vel bona ſpiritualia reſpectu veteris quod eorum figura erat.Iſte pontifex non eſt negligens,ſed[aſsiſtens.] Pontifex enim mediator eſt inter deum & populum:Chriſtus verò mediator eſt.primæ Timo.2,Mediator dei & hominũ Chriſtus Ieſus.Deutero.5,Ego medius & ſequeſter fui inter dominum & vos.Et ideo ipſe aſsiſtit patri ad interpellandum pro nobis:ſuprà 7.Romano.8,Chriſtus Ieſus qui etiam interpellat pro nobis. Item aſsiſtens nobis ad auxiliandum.Pſalmiſt. A dextris eſt mihi ne commouear. Actuum 7,Ecce video cælos apertos & Ieſum ſtantem à dextris dei. Sic ergo patet quis intrabat. ¶Secundò oſtendit dignitatem interioris tabernaculi,quia dicit [Peramplius] & conditionem, quia & [perfectius] vtpote quia eſt

immobile.Esa.33,Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam,tabernaculum quod nequaquã vltra transferri poterit.Hoc autem est tabernaculum cælestis gloriæ.ps.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?Dicitur autem tabernaculum,quia est locus peregrinorum.Non enim debetur nobis ex conditione naturæ.sed tantùm per gratiam.Esa.32,Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,in tabernaculis fiduciæ,in requie opulenta.Est ergo peramplius propter multitudinem bonorum immensam,quod designatur in authoritate prædicta,Sedebit,&c.Baruch 3,O Israel quã magna est domus dei.Illud autem quod dicitur per amplius dupliciter legitur.Vno modo ꝙ sit vna dictio quasi valde peramplius,& sic construitur litera, Christus assistens pontifex futurorum bonorum introiuit in sancta sanctorum,dico quæ sunt tabernaculũ peramplius.Alio modo,quòd ly per,sit præpositio quod magis exprimitur in græco,& tunc construitur sic: Christus introiuit in sancta per tabernaculum amplius,i.magis amplum & perfectum.Item perfectius,quia ibi cessabit omnis imperfectio.1.Cor.13,Cùm venerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est. Item est alterius conditionis,quia istud factum fuit manu hominis,hoc autem non: sed manu dei.Exo.15, Sanctuarium tuum domine quod fundauerunt manus tuæ dominus,&c.2.Corin.5,Scimus enim, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur,ꝙ ædificationem habemus ex deo domum nõ manufactam,sed æternam in cælis.Infrà 11,Expectabat enim fundamenta habentẽ ciuitatem,cuius artifex est & conditor deus.Et ideo dicit[Non manufactum.]i.non huius creationis,quia non est manufactum, sicut vetus:nec est huius creatiõis.1.in bonis sensibilibus creatis,sed est in bonis spiritualibus. ¶Vel per tabernaculũ potest Christi corpus intelligi in quo contra diabolum pugnauit.ps.In sole posuit tabernaculum suũ. Quod est per amplius:quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.Collo.1. Item perfectus est,quia vidimus gloriam eius,gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis.Ioan.1.Item non manufactũ,quia non ex viri li semine.Dan.2,Abscisus est lapis de monte sine manibus. ¶Tertiò ostẽdit quomodo intrabat,quia non sine sanguine,sed ille cum sanguine vitulorum & hircorum, sicut dicitur. Leui.16.Christi verò non sic.s.sanguine alieno,ideo dicit[Neq; per san.hir.aut vitulorum,sed per propriũ sanguinem]quem pro salute nostra immolauit in cruce.Mat.26,Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorũ.Dicit autem pluraliter[vitulorum & hircorum]non ꝙ simul essent plures,sed quia per diuersos annos pluries intrabat.Christus autẽ significatur per hircum propter similitudinẽ carnis peccati.Ro.8.Item per vitulũ propter fortitudinẽ.Et quia vtitur duobus testamentis tanquã duobus cornibus.Abac.3,Cornua in manibus eius.Quartò quando intrabat: quia semel in anno,Christus autem per totum tempus quod est quasi vnus annus[introiuit semel in sancta]& semel etiam fudit sanguinẽ suum.1.Pe.3,Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.Ro.6,Quòd enim mortuus est peccato,mortuus est semel.Item semel intrauit,nam ex quo intrauit cælestia,semper est ibi.Et ideo dicit ꝙ intrauit semel in sancta. ¶Quintò ostendit quare intrauit,quia ad offerendũ pro populi ignorantia,nõ pro sua quia non habebat.Sanguis enim Christi magis quã ille valet ad hoc,quia per ipsum [inuenta est æterna redemptio.]q.d.Per istum sanguinem redempti sumus,& hoc in perpetuum, quia virtus eius est infinita.Infrà 10,Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.Psal. Redemptionem misit dominus populo suo.Hoc autem ꝙ dicit[inuenta]ad duo potest referri.s.& ad desideriũ dei quod habebat de salute nostra.Iob 33,Inueni in quo ei propicier.Ezec.18,Nolo mortẽ peccatoris.Item ad desiderium patrum quo desiderabant redimi.Nullus autem inuenit modũ ita congruum sicut Christus.Et ideo signanter dicit inuenta. ¶Deinde cũ dicit[Si enim sanguis,&c.]Probat vnũ quod suppositum.s. istud vltimũ. Aeterna redẽptione inuenta.q.d.Ita dixi ꝙ per propriũ sanguinẽ fecit æternã redemptionẽ,in quo apparet eius maxima efficacia.Quòd aũt ita sit probo per locum à minori.quia si sanguis brutorũ animalium faciebat quod minꝰ est,sanguis Christi poterit facere quod maius est.Vnde circa hoc facit duo.Primò ẽm ponit antecedens.Secundò consequens,ibi[Quantò magis sanguis Christi.]Circa primũ sciendum est ꝙ in veteri lege erat duplex mũdatio.Vna quæ fiebat in die expiationis,de qua habetur.Leui.16.Et de ista iam dictũ est.Et ista videbatur directè ordinari ad emundationẽ à peccato.Alia erat cõtra irregularitatẽ legis de qua dicitur Nume.16,Quòd præcepit dominus ꝙ Eleazar acciperet vaccam ruffam à Moyse sine macula ætatis integræ quæ non traxisset iugum,& eductam extra castra immolaret in cõspectu populi,& tingeret digitum in sanguine eius & aspergeret septies contra tabernaculum & quod cõbureret totam.s.carnem,pellem: & etiam fimum eius cum ysopo,ligno cedrino & cocco bis tincto,quo facto vir mundus colligebat cineres & in loco mundo effundebat extra castrà.Et de ipsis ponebantur in aqua,qua immundus,qui.s. tetigisset cadauer mortui,aspergebatur die tertio & septimo cũ ysopo,& ita mundabatur,nec aliter poterat mundari.Ista est sententia Apostoli.Itaque q̃tum ad primũ dicit[Si enim sanguis hircorum aut taurorũ.]Quantũ verò ad secundũ dicit[Et cinis vitulæ aspersus sanctificat inquinatos]non gratiã cõferendo,sed[ad emundationem carnis.]i.ab irregularitate qua carnaliter impediebantur,quasi immũdi à cultu diuino non tamẽ auferebant peccata.Sed tantùm vt dicit Augustinus,aliquãdo virtute illius aspersionis mũdabantur à lepra corporali.Et ideo dicit,Ad emundationem carnis. ¶Deinde cũ dicit[Quantò magis,&c.]Ponit cõsequẽs q.d. Si sanguis & cinis hoc possunt,quid poterit sanguis Christi?Certè multò plus.Et ponit Apostolus tria quę ostendũt efficaciã sanguinis Christi.Primò quis est ille cuius est sanguis iste,quia.s.est Christus.Ex quo patet ꝙ eius sanguis mundat.Matt.1,Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ.Secundò causam quare Christus sanguinem suum fudit,quia hoc fuit spiritussanctus cuius motu & instinctu.s.charitate dei,& proximi,hoc fecit.Esa.59,Cùm venerit quasi fluuius violentus quem spiritus domini cogit.Spiritus autem mundat.Esa.4,Si abluerit dominus sordes filiarum Syon,& sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii & spiritu ardoris.Et ideo dicit[Per spiritum sanctum obtulit semetipsum]Eph.5, Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorẽ suauitatis. Tertiò conditionem eius,quia est immaculatus.Exo.12,Erit agnus absque macula masculus anniculus. Eccles. 34,Ab immundo quis mundabitur?Sed nunquid sacerdos immundus potest mundare?Respondeo,dicendum est ꝙ non,si ageret in propria virtute:sed agit virtute sanguinis Christi,qui est sicut causa prima. Et

ideo non egisset nisi fuisset immaculatus. ¶Sciendũ tamen ꝙ sanguis illorum animalium mundabat tantùm ab exteriori macula.s.à contactu mortui,sed sanguis Christi mundat interius conscientiã quod fit per fidem.Act.15,Fide purificans corda eorum,inquantum.s.facit credere ꝙ omnes qui Christo adhærẽt per sanguinem eius mundantur.Ergo iste emundat cõscientiam.Item ille mundabat à tactu mortui,sed iste ab operibus mortuis.s.peccatis quæ tollunt deum ab anima,cuius vita est per vnionem charitatis.Itẽ ille mundabat vt possent accedere ad figurale ministeriũ,sed sanguis Christi ad spirituale obsequiũ dei.ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.Et ideo dicit[Ad seruiendũ deo.]Itẽ deus est vita.Io.14, Ego sum vita.Et Deut.32,Viuo ego in æternũ.Cõuenienter ergo est vt seruiens ei sit viuens.Ideo dicit[viuenti.] Et secundũ rectorem vel iudicem populi,sic & ministri eius,vt dicitur Eccles.10,Qui ergo vult deo dignè seruire,debet esse viuens sicut & ipse.Totam istã figurã diligẽter exponit glo.& est Augustini de quæstionibus numeri.

Lectio 4.

ET ideo noui testamenti mediator est,ut morte intercedente,in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento,repromissionem accipiant qui uocati sunt,æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.Testamentum enim,in mortuis confirmatum est:alioquin nondum ualet,dum uiuit qui testatus est.Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.Lecto enim omni mãdato legis à Moyse uniuerso populo:accipiens sanguinem uitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & ysopo,ipsum quoque librũ & omnem populum asperjit,dicens,Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad uos deus. Etiam tabernaculum & omnia uasa ministerii sanguine similiter asperjit.Et omnia penè in sanguine secundum legem mundãtur:& sine sanguinis effusione non fit remissio.

Infertur ex dictis ꝙ Christus est mediator noui testamẽti quod suo sanguine cõfirmauit, & sic est excellentius ueteri.

¶Suprà exposuit Apostolus illa quæ agebãtur in veteri testamẽto,& aperuit illorũ mysticã expositionẽ, hic ex his arguit ad propositum.s.ꝙ nouũ testamentũ prefertur veteri:quia potest quod nõ poterat vetus. Et circa hoc facit duo.Primò enim proponit conclusionẽ intentam.Secũdò probat quoddã quod supposuerat,ibi[Vbi enim testamẽtũ.]Iterũ prima in duas.Primò enim cõcludit ex dictis ꝙ Christꝰ est mediator. Secundo hoc ostẽdit nõ potuisse vetus testamẽtũ,ibi[Quæ erãt sub priori.]Dicit ergo.[Et ideo]quia.s. Christus intrauit in sancta,æterna redẽptione inuẽta.i.perducẽs ad æterna,quod vetus nõ poterat facere, vnde oportet ꝙ istud testamẽtũ sit aliud ab illo,sicut nouũ à veteri.Hier.31,Feriam domui Israel & domui Iuda, &c.Apoc.21,Ecce noua facio omnia[Ideo huius noui testamẽti mediator est Christus]inter deũ & hominem.1.Tim.2,Mediator dei & hominũ,homo Christus Iesus.In omni autẽ testamẽto est aliquid quod ꝓmittitur & aliquid per quod testamẽtũ cõfirmatur.In nouo autẽ testamẽto promittuntur cælestia & spiritualia.Itẽ ista promissio per mortẽ Christi cõfirmata est.Et ideo Christus mediator est noui testamẽti, vt repromissionẽ æternę beatitudinis ac hæreditatis æternę[recipiãt qui vocati sunt.]Et dicit vocati,quia hoc munus nõ est ex operibus,sed ex vocatione dei.Ro.8,Quos aũt prædestinauit hos & vocauit.1. Thessa.2, Cõtestati sumus vt ambularetis dignè deo,qui vocauit vos in suũ regnũ & gloriam.Vnde dicit,Aeternę hęreditatis.i.æternæ gloriæ,quæ est hæreditas nostra.1.Pet.1,Regenerauit nos in spẽ viuã per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis,in hæreditatẽ incorruptibilẽ,& incõtaminatã & immarcesibilẽ cõseruatã in cælis. ps.Ecce hæreditas domini.Itẽ dominus pars hæreditatis meæ.Istã aũt hæreditatẽ habemus per mortẽ Christi.Vnde dicit[Vt morte intercedẽte.]1.Pet.3,In hoc vocati estis,vt benedictionem hæreditate possideatis. Huius mortis effectus est redẽptio à præuaricatione peccati.1.Pet.1,Nõ corruptibilibus auro & argẽto redẽpti estis de vestra vana conuersatione,sed pretioso sanguine agni immaculati.Sed nũquid in veteri testamento poterat fieri ista redẽptio à peccatis?Et respõdet ꝙ nõ,quia[illę præuaricationes erãt sub priori testamẽto.]q.d.Quia virtute sacramẽtorũ prioris testamẽti remoueri non poterãt.Ro.3, Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.Sed cõtrà,quia Dauid & multi alii sancti habuerũt remissionẽ peccatorũ.Respondeo,dicẽdũ est ꝙ q̃tum ad istũ effectũ,qui est introitus cæli,nõ,quia per mortẽ Christi aperta est ianua vitæ.Nullus enim ante mortẽ Christi intrauit.Zach.9,Tu verò in sanguine testamẽti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non est equa.Sed q̃tũ ad maculã,sic ipsi cõsecuti sunt:sed nõ virtute sacramẽtorũ veteris legis,sed in fide Christi.Sic ergo nouũ testamẽtũ est excellẽtius quã vetus,quia cõfirmatum est morte Christi,per quã remittũtur peccata,& quia exhibet promissionẽ. ¶Deinde cũ dicit[Vbi enim testamentũ.]Probat illud quod suppositum.s.ꝙ nouũ testamẽtũ sit cõfirmatũ per mortẽ Christi.Et primò ꝓbat hoc per authoritatẽ legis humanæ.Secũdò per authoritatẽ legis diuinæ,ibi[Vnde nũc primũ.]Dicit ergo. Dictũ est ꝙ nouũ testamentũ cõfirmatur per mortẽ Christi intercedentẽ,quia[ad hoc quòd testamentũ valeat oportet quòd mors testatoris interueniat]ideo nouũ testamẽtum nõ haberet robur, nisi interuenisset mors Christi.Vnde ille dixit.Io.11,Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo.Mors aũt ad duo necessaria est.Primò vt testamentũ habeat firmitatẽ,quia cũ sit expressiuũ vltimę volũtatis,potest semper mutari ante mortẽ.Vnde dicit ꝙ[testamẽtũ cõfirmatũ est in mortuis.]i.per mortẽ.Et isto modo cõfirmatum est nouũ testamẽtũ per mortẽ Christi.Mat.26,Hic est sanguis meus noui testamẽti.s.cõfirmator & dedicator.Secũdò necessaria est mors testatoris ad hoc vt testamẽtũ valeat & habeat efficaciã.Vnde dicit[Alioqn nõdũ valet,]quia nullus potest petere aliquid,nec etiã hęres hęreditatẽ ex vi testamẽti,nisi post mortẽ testatoris.Ideo Christus voluit mortẽ suã pro nobis interponere. ¶Deinde cũ dicit[Vnde nec primũ.]Hoc idẽ probat per authoritatẽ legis diuinæ.s.per illud quod habetur in veteri testamẽto.Et circa hoc duo facit.Primò enim ostẽdit cõuenientiã inter vtrũq; testamẽtũ.Secũdò ostẽdit differentiã,ibi[Necesse est ergo.]Circa primũ duo facit,qa primò proponit.Secũdò manifestat ibi[Lecto enim.]Dicit ergo.Ita dictũ est ꝙ ad hoc quòd testamẽtũ valeat necesse est ꝙ mors testatoris interueniat.Nec hoc debet videri mirũ, quia[nec primũ testamentũ dedicatũ.]i.confirmatũ est sine sanguine.Ille aũt sanguis figurabat sanguinem Christi. Omnia enim in figura cõtingebãt illis.1.Cor.10. ¶Deinde cũ dicit[Lecto enim.]Probat ꝓpositũ.s. quòd illud testamentum nõ est cõfirmatũ sine sanguine.Et probat hoc q̃tum ad tria in quibus fuit vsus sanguinis.Primò q̃tum ad legis æditionem.Secundò q̃tum ad tabernaculi consecrationem,ibi[Etiam tarbernaculũ.]Tertiò quantum ad vasorum expiationem,ibi[Et omnia penè in sanguine.]Circa primũ sciendum

est ꝙ Apostolus tangit hîc hystoriam quæ habetur.Exo.24,Vbi dicitur ꝙ postquam Moyses legerat coram populo mandata domini,ipsiſq; respondentibus,omnia quæ locutus est dominus faciemus & erimus obedientes.Accepit Moyses sanguinem quem præceperat seruare de duodecim vitulis,& aspersit librũ legis & populum quasi in confirmatione testamenti.Et ideo dicit,Lecto enim omni mandato,&c.quia necessarium fuit vt legeretur.Illa enim lectio fuit legis promulgatio.Oportebat enim legem promulgari [Accipiens,&c.]Hîc est duplex obiectio literalis.Vna quia Exo.24.Nulla fit mentio de hirco,sed de.12. vitulis. Secundò quia ibi etiam non fit mentio de aqua & cocco & ysopo.Responsio ad ista duo est duplex.Vna.s. quia Apostolus nutritus erat in lege.Vnde sciebat ꝙ ille vsus erat in emundationibus secundum legẽ quòd aspersio fiebat de sanguine hircorum & vitulorum & aqua admixta cum ysopo & lana coccinea tanquam aspersorio,& ideo licet non agatur de his in Exodo,tamen Apostolus hoc accepit ex consuetudine ritus legalis.Vel potest dici,ꝙ ista fuit prima consecratio.Et ideo quasi virtute continebantur in ipsa aliæ sanctificationes futuræ,inter quas potissimè fuit illa quæ fiebat in die expiationis,de qua.Leui.16.Et alia de vitula rufa.Nume.16.In prima aũt erat sanguis vituli & hirci.In secunda verò aqua & lana coccinea & ysopus. Quia ergo illa prima continebat istas duas,ideo Apostolus totũ retulit ad istam.Dicit ergo[Accipiens sanguinem,&c.]librum & omnem populum aspersit,dicens[Hic est sanguis testamenti quod mãdauit ad vos deus].s.confirmator testamenti.Eccles.24,Legem mandauit nobis Moyses in præceptis iustitiarum . Iste enim sanguis fuit figura sanguinis Christi,per quem nouum testamentũ confirmatũ est . Et ideo Christus verbis istis vsus est.Mat.26,Hic est sanguis noui testamenti confirmatiuus.s.Figurabatur autem per sanguinem hirci propter similitudinem carnis peccati,& vituli propter fortitudinem.Miscetur autẽ cũ aqua, quia baptismus à sanguine Christi efficaciam habet:aspergitur autẽ cũ ysopo qui mundat pectus,per quod significatur fides.Act.15,Fide purificans corda eorum.Et lana coccinea,quæ est rubei coloris,per quam significatur charitas.Can.5,Dilectus meus candidus & rubicundus,quia per fidem & dilectionem passionis Christi mũdatur populus.Aspergitur & liber legis,quia passio Christi adimpleuit legem.Io.19,Cõsummatum est. Mat.5,Non veni soluere legem,sed adimplere. ¶ Deinde cùm dicit[Etiam tabernaculum.] Ponit consecrationem tabernaculi,quia[tabernaculum & omnium vasa ministeriorum similiter aspersit sanguine.[Sed contrà,quia nondum factum erat tabernaculum,sed.25.cap.mandatur de consecratione tabernaculi.Respondeo,dicendum est ꝙ licet non sit idem sanguis quo aspersus est populus & tabernaculũ, tamẽ etiam tabernaculum[mundatum est sanguine.]Vnde potest sic construi,vsus est sanguine,etiam quãdo sanctificauit tabernaculum.Sed contrà,quia Numeri & Leuiti.8.dicitur quòd vnxit tabernaculũ oleo.Respõdeo,dicendum est ꝙ non loquitur de illa sanctificatione qua primò consecratum est tabernaculum & vasa eius,sed de illa quæ fiebat in die expiationis.Vel melius dicendum est ꝙ etiam in prima vsus est sanguine, quia ibi dicitur ꝙ vnxit illud oleo,& postea quòd aspersit.Oleum autem non est aspersiuum,vnde iutelligitur quòd primò vnxit illud:& postea aspersit sanguine.Et ista duo sunt necessaria ad sanctificationem.s. virtus sanguinis Christi,& oleum misericordiæ,quibus sanctificatur tabernaculum.i.ecclesia,& vasa.i. ministri. ¶ Deinde cũ dicit[Et omnia penè in san,se.le.mundantur.]Exequitur de cæteris mundationibus legalibus.Erat autem duplex mundatio.Vna à corporali macula sicut lepra,Alia à spirituali.s.peccato: prima poterat pertinere ad res manifestas,sicut patet de lepra domorum.Et mundatio ab ista immunditia fiebat cum sanguine animalis immolati,vel aqua expiationis,quæ erat confecta cũ sanguine vitulæ rufæ.Et ideo dicit[Penè omnia]& non omnia simpliciter,vel penè omnia ita quòd ly,penè sit determinatiuũ de,ly mũdantur,idest penè mundantur,quia non perfectè mundabantur sanguine,quia vt dicitur Nume.31 . Quicquid potest ignem sustinere purgatur per ignem:quæ verò non poterant,purgantur aquã expiationis. Sed ad mundationem à macula peccati,necessaria est sanguinis effusio,quia requirebantur ad sacrificiũ.Et ideo dicit ꝙ[sine sanguinis effusione nõ fit peccatorũ remissio]Per quod figurabatur ꝙ remissio peccati erat fiẽda per sanguinem Christi.Vnde in veteri lege non virtute sacramenti,sed virtute fidei Christi fiebat remissio peccatorum.Vnde frequenter ibi dicitur.Rogabit pro eo sacerdos,& remittetur,

Lectio 5.

Ostenditur esse melior & perfectior mundatio in nouo testamẽto quàm in veteri.

Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium,his mundari:ipsa autem cælestia,melioribus hostiis quàm istis.Non enim in manufacta Iesus introiit,exemplaria uerorum:sed in ipsum cælum,ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Neque ut sæpe offerat semetipsum,quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi:nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati,per hostiam suam apparuit.Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori,post hoc autem iudicium sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata,secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se,in salutem.

¶ Suprà ostendit Apostolus quid sit commune nouo & veteri testamento,inquantũ vetus & nouum cõueniunt,hîc ostendit differentiam vtriusq;.Et circa hoc duo facit.Primò enim ostendit ꝙ in nouo est melior mundatio.Secundò quomodo perfectior,ibi[Neque vt sæpe]Iterum prima in duas. Primò enim ostendit ꝙ q̃tum ad illud quod mũdatur,& q̃tum ad id quod mũdatio efficitur,sit melior mundatio in nouo.Secũdò manifestat quod dixit,ibi[Nõ enim in manufacta.]Dicit ergo [Necesse est ergo exẽplaria cælestiũ .]s. ipsum tabernaculũ quod quoad nos,est exẽplar,licet simpliciter sit exẽplatũ & figura illius,& ideo minoris dignitatis,quia figuratũ nobilius est quã figura,sicut corpus quã vmbra[his.s.sacrificiis mundari.]Ipsa autem cælestia].s,nouũ testamẽtũ[melioribus hostiis quã istis]melioribus quidẽ,quia alia mundabantur sanguine animalium,sed in nouo testamento fit mundatio sanguine Christi.Semper autẽ meliora melioribus mundantur.Ista autem erant cælestia.i.figura cælestiũ.Si ergo illa mundabantur sanguine,oportet ista cœlestia mundari meliori sanguine.Sed cõtrà ,In cælo nulla est immunditia.Respondeo.Dicendũ est quod cælestia intelliguntur secundũ glo.ea quæ pertinẽt ad statum præsentis ecclesiæ quæ dicuntur cælestia.Itẽ homines fideles gerunt imaginẽ cælestiũ,inquãtũ mẽte cõuersantur in cælis.Vel aliter & melius,ꝙ per cælestia intelligatur cęlestispatria.Et loqtur hîc Apostol⁹ eo modo quo ĩ veteri testamẽto dicebãtur emũdari taber

naculum,non quòd haberet in se aliquam immunditiam, sed quia mundabantur quædam irregularitates, quibus impediebantur accedere ad sanctuarium.Et dicuntur mundari cælestia,inquantum per sacramentum nouæ legis purgantur peccata quæ impediunt ab ingressu cœlestium . Item dicit, Hostiis in plurali. Contrà,quia tantùm est vna hostia Christi.infrà 10,Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos.Respondeo,licet vna sit in se,tamen pluribus hostiis veteris legis figurabatur.Ex hoc loco habetur quòd hostiæ veteris legis erant bonæ.Melius enim non dicitur nisi respectu boni. ¶ Deinde cũ dicit [Non enim in manufactis, &c. Ostendit quòd cœlestia mundantur melioribus hostiis . Pontifex enim expiabat sanctuarium quod erat manufactum,sed[Christus intrauit non in manufacta sancta]quæ erant quo ad nos [exemplaria verorum,sed in ipsum cœlum]quod non in se,sed quo ad nos expiauit, vt dictum est, sed non expiauit carnalibus hostiis,quia Christus non venit ad offerendum talia.Psal.Holocaustum & pro peccato non postulasti.Item,holocaustis non delectaberis.Item suprà 7.Manifestum ꝙ de tribu Iuda ortus est dominus de qua nullus præsto fuit altario,sed introiuit in ipsum cælum.Mat.vlti. Dominus quidem Iesus assumptus est in cęlum.Actu.1.Hîc Iesus qui assumptus est à vobis in cælum.Sed quare?[Vt appareat pro nobis vultui dei.]Et loquitur Apostolus alludendo ritui veteris legis secundum quam pontifex qui intrabat sancta sanctorum,stabat coram propiciatorio vt oraret pro populo,ita & Christus intrauit cælum secundũ ꝙ homo,vt astaret deo pro salute nostra.Sed ista differenter,quia sacerdos impediente fumo qui ascendebat de thuribulo non videbat sancta sanctorum, nec videbat aliquem vultum, sed Christus apparet vultui dei,non ꝙ sit sibi facies corporalis,nec aliqua nebula,sed cognitio manifesta.Sed nunquid Christus existẽs in terra,nõ poterat apparere vultui dei,cũ deꝰ oĩa videat?Respõdeo.Dicẽdũ ꝙ sicut Aug. loquẽs deo dicit, mecũ eras,& tecũ non erã,quia.s.deus est in oĩbus per essentiã,præsentiã,& potẽtiã, mali autẽ non sunt cũ deo per gratiã,ita dicitur Christus introisse vt appareat vultui dei:quia licet semp videret eũ clara visione, vt perfectè beatus,tamẽ status viatoris inquantũ huiusmodi nõ habet hoc,sed tantũ status cælestis. Et ideo quãdo ascendit perfectè beatus in corpore & anima intrauit,vt appareat vultui dei.i.intrauit locũ vbi deus manifestè videtur,& hoc pro nobis.Ad hoc enim ascendit vt pararet nobis viam. Ioan . 14, Vado parare vobis locum.Item iterum veniam & assumam vos ad meipsum. Mich.12, Ascendit pandens iter ante eos. Corpus enim debet sequi caput suum.Matth.24,Vbicunque fuerit corpus,ibi congregabuntur & aquilæ. ¶ Deinde cùm dicit[Neque vt sæpe.] Ostendit ꝙ mundatio noui testamenti est perfectior quàm veteris. Hoc autem ostendit per duo. Primò per hoc ꝙ illa reiterabatur quolibet anno, hæc autem tantùm semel. Item quantũ ad effectum,quia illa non poterat auferre peccata,quod ista potest. Circa hoc ergo duo facit. Primò enim ostendit primum.Secundò secundum,ibi[Vmbram habens.]Sciendum est autẽ ꝙ Apostolus suprà dixerat tria de Christo. Primò.s.ꝙ est pontifex. Secundò quæ sit dignitas loci quem intrauit. Tertiò quomodo introiuit.hîc declarat quando intrauit,quia sicut pontifex legalis semel in anno, Christus semel tantùm.Et hoc erat quartum.Vnde circa hoc tria facit.Primò enim ostendit quid fiebat in veteri testamẽto.Secundò quòd esset inconueniens istud fieri in nouo testamento, quia sequeretur maximum inconueniens,quia cùm Christus intraret per proprium sanguinem[sequeretur ꝙ oportuisset eum frequẽter pati ab origine mundi.]Non sic autem est de veteri hostia, quia illa offerebatur pro peccatis filiorum Israel.Ille autem populus incœpit spiritualiter quando data fuit lex,& ideo non oportet eam offerri ab origine mundi.Christus autem seipsum obtulit pro peccatis totius mundi, quia ipse propiciatio nostra factus est pro peccatis nostris , & totius mundi. primę Ioannis secundo . Et sic si sæpe offerretur , oportuisset ipsum nasci, & pati ab origine mundi , quod fuisset maximum inconueniens. Sed contrà. Apocalyp.decimotertio. Agnus qui occisus est ab origine mundi . Respondeo verum est, occisus,id est,præfiguratus ab origine mundi occidi, sicut in occisione Abel. ¶ Deinde cùm dicit[Nunc autem.] Ostendit quid fiat in nouo,& circa hoc facit duo. Primò quare non iteratur hostia in nouo testamento, dat duas causas . Secundò explicat eas,ibi[Et quemadmodum,&c.]Dicit ergo. [Nunc ergo Christus semel apparuit in consummatione seculorum.]1.Cor.10,Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Et hoc dicit propter numerum annorum,quia iam sunt plus quàm mille anni ex quo hoc dixit. Aetates enim mundi accipiũtur secundum ætates hominis,quæ principaliter distinguuntur secundum statum proficiendi,non secundũ numerum annorum.Ita prima ætas fuit ante diluuium in qua nec lex scripta,nec punitio,sicut infantia. Alia à Noe vsque ad Abraham,& sic de aliis, ita ꝙ vltima ætas est status præsens , post quem non est alius status, sicut nec post senium.Sicut autẽ in aliis ætatibus est numerus annorum determinatus, non autem in senio, quia senium incipit à 60.anno,& aliqui viuunt per.100.& 20.annos,ita non est determinatum, quantum iste status mundi debeat durare,tamen est consummatio seculorum, quia non restat alius ad salutẽ . In isto autem Christus semel apparuit,cuius ponit duas rationes, quia.s.semel tantùm offerebatur.Prima est,quia in veteri testamento non auferebantur peccata,quod fit per hostiam Christi. Alia est, quia sacerdos legalis non offerebat proprium sanguinem,sicut Christus.Vnde dicit ꝙ[apparuit ad destitutionẽ peccati per hostiam].s.suipsius,& ideo illa reiteratur,non autem ista.1. Petri 3, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. ¶ Deinde cùm dicit[Et quemadmodum.] Explicat istas rationes, Et primò secundam . Secundò primam,ibi [Vmbram habens lex.] Secundam explicat per similitudinem aliorum hominum. Vnde circa hoc facit duo.Primò enim ostendit quid accidit aliis hominibus . Secundò ostendit quid accidit Christo, ibi[Sic &Christus semel.]In quolibet enim homine duo inuenimus,scilicet necessitatem moriendi.Item ꝙ resurgat,non vt emundetur, sed vt iudicetur de factis eius . Primum tangit cùm dicit [Et quemadmodum statutum est ho.se.mori.]Sed contrà,videtur ꝙ hoc non sit statutũ, sed magis homo peccando hoc fecerit,

quia Sap.1.dicitur quòd deus mortem nec fecit, non lætatur in perditione viuorum. Et paulò pòst. Impii autem manibus & verbis accersierunt sibi illam. Respondeo. Dicendum est quòd in morte tria sunt considerandа. ſ. causa naturalis,& quantum ad hoc ex conditione naturæ,ſtatutum est hominem ſemel mori,inquantum componitur ex contrariis. Secundò donum inditum, & quantum ad hoc in conditionem datum est homini beneficium originalis iuſtitiæ, per quam anima continebat corpus vt poſſet non mori. Tertiò meritum mortis,& ſic homo peccando meruit illud beneficium amittere,& ſic mortem incurrit. Vnde dicit quòd impii manibus.ſ.pomum vetitum contrectando, accerſierunt mortem. Homo ergo demerendo cauſa est mortis,ſed deus vt iudex. Stipendia enim peccati mors. Rom.6. Semel: Quod quidem verum est de communi conſuetudine, licet aliqui fuerint reſuſcitati,ſicut Lazarus & filius viduæ, qui poſtea mortui ſunt. Quantum autem ad ſecundum dicit[Poſt hoc autem iudicium]quia poſtquam reſurgent,non iterum morientur,ſed ſtatim iudicium ſequetur. Omnes enim manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſsit,vt dicitur 2.Corin.5. ¶ Deinde cùm dicit[Sic & Chriſtus,&c.] Oſtendit quomodo hæc conueniunt Chriſto. Et quantum ad primum dicit ꝙ [ſic Chriſtus ſemel oblatus eſt.]Et in hoc conuenit cum aliis. Sed differt in duobus: primò quia cùm Chriſtus non deſcenderit ab Adã per rationem ſeminalem,ſed quantum ad corpulentã ſubſtantiam, non contraxit peccatum originale, & ideo non fuit debitor illius ſtatuti. Gene.2,In quacunque die comederis ex eo,morte morieris. Sed propria voluntate mortem aſſumpſit. Ioan.10,Nemo tollit à me animam meam, &c. Ideò dicit quòd oblatus eſt. Eſa.53,Oblatus est quia ipſe voluit. Et.1. Petri 3,Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Secundò differt,quia mors noſtra eſt effectus peccati. Romano.6, Stipendia peccati mors. Sed mors Chriſti eſt deſtructiua peccati. Ideo dicit[Ad multorum exhaurienda peccata]. i. remouenda. Nec dicit omnium, quia mors Chriſti,& ſi ſit ſufficiens pro omnibus,non tamen habet efficaciam niſi quantum ad ſaluandos. Non enim omnes ſubiiciuntur ei per fidem & bona opera. Quantum ad ſecundum dicit[Secundo autẽ ſine peccato apparebit.]De ſecundo aduentu dicit duo. Primò ponit differentiam eius ad primum, quia ſecundus erit ſine peccato. In primo enim & ſi peccatum non habuerit,tamen venit in ſimilitudinem carnis peccati. Rom.8. Item in primo factus eſt hoſtia pro peccato. 2.Corin.5,Eum qui peccatum non nouerat pro nobis peccatum fecit. In ſecundo verò iſta non erunt, ideo dicit ꝙ apparebit ſine peccato. Secundò ponit illud quod eſt proprium ſecundo aduentui,quia non apparebit vt iudicetur,ſed vt iudicet, remunerans pro meritis. Vnde dicit quòd apparebit. Et quidem licet omnibus, etiam his qui eum pupugerunt ſecundum carnem,tamen ſecundum diuinitatem ſolùm electis[expectantibus ſe]per fidem[in ſalutem] eorum. Eſa. 30, Beati omnes qui expectant eum. Phil.3,Saluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,configuratum corpori claritatis ſuæ.

Caput 10.

Oſtenditur quòd vetus teſtamentũ nõ poterat mundare à peccatis & probaturtũ ratione, tũ ſcriptura.

Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere: alioquin ceſſaſſent offerri,ideo quòd nullam haberent ultrà conſcientiam peccati cultores ſemel mundati: ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. Impoßibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi: holocauſtomata & pro peccato, non tibi placuerunt, Tunc dixi, Ecce uenio: (In capite libri ſcriptum eſt de me:) ut faciam deus uoluntatem tuam. Superius dicens, quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata & pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur, tunc dixi, ecce uenio ut faciam deus uoluntatem tuam: aufert primum, ut ſequens ſtatuat. In qua uoluntate ſanctificati ſumus, per oblationẽ corporis Chriſti Ieſu ſemel. Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias quæ non poſſunt auferre peccata: hic autem unam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera dei, de cætero expectans, donec ponãtur inimici eius ſabellum pedum eius. Vna enim oblatione, conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Conteſtatur autem nos & ſpiritusſanctus. Poſtquam enim dixit, Hoc autem teſtamẽtum quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum ſuperſcribam eas: & peccatorum, & iniquitatum eorũ iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remißio, iam non eſt oblatio pro peccato.

¶ Suprà Apoſtolus conſideratis his quæ aguntur in vtroque teſtamento oſtendit præeminentiam noui teſtamenti ad vetus, hîc probat vnum quod ſupponit,ſcilicet ꝙ vetus non poterat mundare peccata. Et hoc eſt vltimum illorum quinque quæ præmiſerat de Chriſto. Et circa hoc duo facit. Primò enim oſtendit defectum veteris teſtamenti circa abolitionem culpæ. Secundò ex hoc comparat ſacerdotem noui teſtamenti ad ſacerdotem veteris teſtamenti,ibi[Omnis quidem ſacerdos.]Iterum prima in duas. Primò enim proponit quod intendit. Secundò probat per authoritatem ſcripturæ,ibi[Ideo ingrediens mundum.] Itẽ prima in duas. Primò enim proponit intentum ſuum. Secundò probat,ibi[Alioquin ceſſaſſent.] Circa primũ ſciendum eſt quòd Apoſtolus ex conditione & ritu veteris legis concludit ipſum defectum. Per peccatum autem fit priuatio futurorum bonorum,& ideo quaſi illud peccatum pertineat ad bona futura,ſcilicet cæleſtia. Ad illa bona ſe habet lex vetus ſicut vmbra ad corpus,ſed noua lex ſicut imago. Vmbra autem & imago quantum ad hoc conueniunt quod vtrunque repreſentat,ſed vmbra in communi: imago verò in particulari,& quantum ad naturam indiuidui,& in ſpeciali. Sic etiam noua lex quantum ad bona futura repreſentat expreſsius quàm vetus. Primò quia in verbis noui teſtamenti fit expreſſa mentio de bonis futuris & promiſsio,non autem in veteri,ſed tantùm de carnalibus. Secundò quia virtus noui teſtamenti conſiſtit in charitate,quæ eſt plenitudo legis. Et iſta charitas licet ſit imperfecta,ratione fidei cui inhæret,tamen eſt ſimilis charitati patriæ. Vnde noua lex dicitur lex amoris. Et ideo dicitur imago,quia habet ſimilitudinẽ expreſſam bonorum futurorum. Sed lex vetus illam repreſentat per quædam carnalia, & valde à remotis. Et ideo dicitur vmbra. Colloſ.2,Quæ ſunt vmbra futurorum[Hæc eſt ergo conditio veteris teſtamenti quòd habet vmbram futurorum,non rerum imaginem.]Ritus autem erat quòd per ſingulos annos offerebant in feſto expiationis eaſdem hoſtias.ſ.ſanguinem hircorum & taurorũ pro eodem.ſ.pro peccato,ſicut patet

Leui.23.Ex his duobus concludit intentum.ſ.quòd[lex habens vmbram futurorum bonorũ non rerũ imaginem,non poteſt facere perfectos accedẽtes.]ſ.pontifices [eiuſdem hoſtiis, quas offerunt indeſinenter].i. per ſingulos annos,ſuprà 7. Neminẽ ad perfectum adduxit lex. Sed iſta perfectio reſeruatur nouæ legi, quæ conſiſtit in charitate,quę eſt vinculũ perfectionis. Col.2. Ideo dicitur Mat.5,Eſtote ergo perfecti. ¶ Deinde cùm dicit[Alioquin ceſſaſſent.]Probat ex duobus intentũ:& primò ex ritu:ſecundò ex conditione obla torum,ibi[Impoſsibile enim.]Ad probandũ autem ꝙ lex non mundabat perfectè,aſſumit duo. Primũ eſt ꝙ in ipſa fiebat frequens reiteratio earũdem hoſtiarum,& eſt ratio talis[Cultores ſi fuiſſent per eaſdem ho ſtias ſemel mundati,quia nõ haberent vltra conſcientiã peccati,ceſſaſſent offerre]& ſi ceſſaſſent,nõ offerre indigerent. Nunc autẽ non ceſſabãt,quia vt dictum eſt,per ſingulos annos eaſdẽ hoſtias offerebãt. Quia ergo non ceſſabant idẽ ſemper offerre,ſignũ eſt ꝙ nõ mundabantur. Mat.9,Non eſt opus valentibus medicus,ſed malè habẽtibus. Sed contrà quia poſſet dici ꝙ ratio nõ eſt efficax. Poſſet enim dici ꝙ mũdabat illa oblatio à præteritis,nõ à futuris,& ideo quia frequenter peccabant,oportebat frequẽter iterari oblationẽ. Reſpondeo,dicendũ eſt ꝙ modus loquendi Apoſtoli hoc excludit:quia cùm peccatũ ſit quoddã ſpirituale, quod opponitur cęleſti,oportet illud per quod mundatur peccatum,eſſe ſpirituale & cæleſte,& per conſequens habere virtutẽ perpetuam. Vnde ſuprà loquens de virtute ſacrificii Chriſti,attribuit ei virtutẽ perpetuam,dicens,æterna redẽptione inuenta. Quòd autẽ habet virtutem perpetuã ſufficit ad cõmittenda,& cõmiſſa,& ideo nõ oportet ipſum amplius iterari. Vnde Chriſtus vna oblatione mundauit in æternũ ſanctificatos,ſicut dicitur infrà. Item hoc quod hîc dicitur ꝙ non iteretur,cõtrà,quia nos quotidie offerimus. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ non offerimus aliam quã illam quam Chriſtus obtulit pro nobis.ſ.ſanguinẽ ſuum. Vnde non eſt alia oblatio, ſed eſt cõmemoratio illius hoſtiæ quam Chriſtus obtulit. Mat.26,Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Secundum quod præmittit eſt, quia in veteri teſtamento fiebat cõmemoratio per ſingulos annos de peccatis ſuis & populi,ergo non erãt abolita. Vnde dicit ꝙ[in ipſis fit commemoratio, &c.]quod verũ eſt. In generali enim fiebat mẽtio de peccatis.ſ.ꝙ erat cõſcius peccati, ſed in ſpeciali fit mẽtio in nouo. Iaco.5,Confitemini alterutrũ peccata veſtra. ¶ Deinde cùm dicit[Impoſsibile eſt enim,&c.] Probat idẽ ex conditione oblatorum, Solennius enim quod erat inter ipſa, erat oblatio hyrcorũ & vitulorum,quæ fiebat in die expiationis. Et cùm iſta eſſet quædã repreſentatio obſcura & imperfecta cæleſtiũ,ſicut vmbra [impoſsibile eſt ſanguine iſtorũ auferri peccatum.] Quod verũ eſt propria virtute. Sed ſi alicui dimittebãtur,hoc erat virtute ſanguinis Chriſti,qui in illo præfigurabatur. Hier.11,Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas,in quibus gloriata es? Q.d. Non. ¶ Deinde cùm dicit [Ideo ingrediens mundũ, &c.]Inducit authoritatẽ ſcripturæ,& circa hoc facit duo. Primò enim ponit eam. Secũdò exponit eam, ibi [Superius dicens.]Iſta authoritas poteſt diuidi in duas ſecundũ glo. quia primò agit de incarnatione Chriſti præfigurata in legalibus. Secundò de paſsione Chriſti,ibi [Tunc dixi] Tamen ſecundum intentionem Apoſtoli poteſt aliter dici,quòd primò tangit illud quod pertinet ad reprobationem veteris teſtamenti. Secundò illud quod pertinent ad acceptionem noui teſtamenti, ibi [Tunc dixi.] Iſta autem authoritas conuenit Chriſto ſecundum quod ingreditur in mundum, ergo quia illa non poterant auferre peccata,ideo [filius dei ingrediens in mundum, dicit.] Contrà,quia dicitur Ioannis primo, In mundo erat. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ verum eſt ꝙ erat in mundo quaſi regens totũ inquantum dicitur eſſe in omnibus per eſſentiã,præſentiam,& potentiã,ſed eſt extra mũdum,quia à mundo non cõprehenditur,ſed habet bonitatem ſeparatã à toto mũdo à quo cauſatur bonitas vniuerſi. Sed quia propter nos factus eſt humanę naturæ ſuppoſitũ,dicitur ingredi in mundum propter eius aſſumptionẽ,ſicut ſuprà 1,Cùm iterum introducit primogenitũ in orbem terræ,&c. Ingrediens ergo in mundũ dicit. Sed quid dicit? [Hoſtiã & oblationẽ noluiſti]Ponit autẽ quatuor quæ erant in veteri teſtamento,quia ſacrificiũ aut erat de inanimatis, vtà pane vel thure,& tunc dicebatur oblatio. Vel de animatis,& tunc vel ad placandũ deum,& dicitur holocauſtum quod erat digniſsimũ,quia totum cõburebatur,& cedebat in honorẽ dei. Aut erat pro emundatione peccati,& dicitur ſacrificiũ pro peccato. Et iſtud habebat duplicem partẽ,quia vna pars cõburebatur in altari, altera cedebat in vſum miniſtrorũ. Aut erat pro beneficiis dei,& iſtud minus dignũ,quia tãtùm tertia pars cõburebatur,& dabatur miniſtris vna,alia offerentibus. Et iſtud dicitur ſacrificiũ pacificorum. Iſtis omnibus in nouo teſtamẽto reſpõdet oblatio corporis Chriſti,quia per corpus Chriſti placatus eſt deus.ſ.in oblatione ipſius in cruce. Ro.5,Cùm inimici eſſemus reconciliati ſumus deo per mortẽ filii eius. Item per ipſum,ablatũ eſt peccatum. 1.Pet.3,Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Item per ipſum introducimur in bona æterna & promeremur beneficia dei. Dicit ergo[Hoſtiam.ſ.ſacrificiũ, & oblationem noluiſti.]Et interponit poſt[Corpus autẽ aptaſti mihi.]i. aptũ feciſti immolationi. Et hoc quantum ad duo. Primò quia fuit puriſsimũ,vel deleret omne peccatum. Exod.12,Erit agnus abſq; macula. Item quia fuit paſsibile,vt poſſet immolari. Rom.8,Miſit deus filium ſuũ in ſimilitudinem carnis peccati. Iſtud autẽ corpus eſt vera hoſtia & vera oblatio. Ephe.5,Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ,& hoſtiam deo in odorẽ ſuauitatis. [Holocauſtomata & pro peccato nõ tibi placuerunt.]Maius eſt placere q̃ velle,quia illa placẽt quæ inſe habent aliquid vt ea velimus. Volumus autẽ aliquando aliqua non propter ſe,ſed propter aliud. Quia ergo holocauſta digniora erant,de quibus tamen dicit quòd nõ placuerunt,ergo multò minus alia. Sed contrà,quia Leui.1.dicitur quòd adolebat ea ſacerdos ſuper altare in holocauſtũ, & ſuauem odorem domino. Præterea ſi noluit ea,quare præcepit hæc ſibi offerri. Reſpõdeo. Dicendum eſt ꝙ hoc quòd deus dicit illa nolle,poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ non vult ea pro tẽpore iſto, in quo aduenięte veritate ceſſat vmbra,vnde modò peccaret qui ea offerret. Alio modo ꝙ non vult ea propter peccata offerentium. Eſa.1, Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Tertia reſponſio ad quã Apoſtolus intendit eſt,quia iſta nunq̃ ſecundum ſe placuerunt deo,nec accepta fuerunt,ſed propter duo dicuntur accepta. Primò quia erant figura Chriſti,cuius paſsio deo accepta fuit. Non enim delectabatur in occiſione animaliũ,ſed in fide paſsionis eius. Omnia enim in figura contingebant illis. 1.Cor.10,Secundò vt nos ab idolatria reuocaret per iſta ſacrificia,vnde in prima legis datione nulla fit mẽtio de ſacrificiis,ſed tantùm poſtq̃ fecerunt vitulũ. Vnde Hie

re.7,Non ſum locutus cum patribus veſtris,& nõ præcepi eis in die qua eduxi eos de terra AEgypti,de verbo holocauſtorum & victimarum. ¶Deinde cùm dicit[Tunc dixi,&c.]Proſequitur de approbatione noui teſtamenti,& ſecundũ glo.ſic legitur[Tunc.]ſ.quando aptaſti corpus mihi.ſ.in cõceptione dixi[Ecce venio.]i.venire propoſui.ſ.ad paſsionẽ.1.Ioan.5,Hic eſt qui venit per aquã & ſanguinem Ieſus Chriſtus.Vel melius eſt q̃ referatur ad aduentum in mundũ ſic[Tunc.]ſ.quando holocauſta nõ placuerunt tibi[dixi venio]per incarnationẽ.Ioan.16,Exiui à patre,& veni in mundũ.Et hoc vt offeram me ad paſsionẽ.Et ideo dicit[Ecce.]Sed nunquid iſtud ſacrificiũ erit acceptum?Certè ſic,quia[in capite libri ſcriptum eſt de me.]Iſte liber eſt Chriſtus ſecundũ humanam naturam,in quo ſcripta ſunt omnia neceſſaria homini ad ſalutẽ. Eſa.8,Sume tibi librũ grãdem.Caput autem Chriſti eſt deus.1.Cor.11,In capite libri.i. in ordinatione dei qui eſt caput Chriſti,qui eſt liber:ſcriptũ eſt q̃ filius dei incarnari deberet & mori.Vel liber.i.pſalteriũ,cuius primus pſalmus eſt de Chriſto.Vel melius liber vitæ qui nihil aliud eſt q̃ notitia,quã deus habet de prædeſtinatione ſanctorũ qui ſaluantur per Chriſtum. Ergo in iſto libro ſcriptũ eſt de me, quia ſancti per me prædeſtinati ſunt.Ephe.1,Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.Rom.8,Quos præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filii ſui.Si ergo prædeſtinatio dicitur liber,manifeſtũ eſt q̃ Chriſtus caput eſt libri.Apoc.21,Qui non ſunt ſcripti in libro vitæ agni.Qui ſimpliciter eſt prædeſtinatus.Roma.1, Qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute.Ergo in capite libri.i.in me ſecundũ diuinam naturam, ſcriptũ eſt de me ſecundũ naturam humanam[vt faciã voluntatem.ſ tuam.]i.hoc præordinatũ eſt,vt per gratiam tuam faciam voluntatẽ tuam offerendo meipſum ad redẽptionem humani generis. ¶Deinde cũ dicit[Superius dicens.]Exponit authoritatẽ præmiſſam,& circa hoc facit duo. Primò enim aſsignando ordinẽ dicendorum ponit differentiã inter nouum & vetus teſtamentũ.Secundò exponit ſpecialiter quoddã ſuppoſitum in authoritate,ibi [In qua voluntate.] Dictum eſt autẽ q̃ duo tangebantur in authoritate allegata. Vnum quod pertinet ad reprobationẽ veteris teſtamenti.Aliud autẽ ad approbationẽ noui teſtamenti.Reprobatur autẽ vetus teſtamentum dupliciter,tum quia deus ſacrificia eius non vult,tum quia ſibi non placent, & ſic Dauid propheta[dicens ſuperius.]i.in principio,quid dicit?[Quia hoſtias & oblationes,& holocauſtomata,& pro peccato noluiſti.]Eſa.1,Holocauſtũ arietum,& adipem pingium,& ſanguinẽ vitulorum,& agnorum & hircorũ,nolui,&c.[Noluiſti]verum eſt ſecundũ ſe[nec placita ſunt tibi quæ ſecundum legẽ offeruntur.]i.in his non delectaris.Pſal. Holocauſtis non delectaberis,niſi quia ſunt figura, vel inquantũ per ipſa retrahebantur ab idolatria.Hoc ergo primò dicens ſubiungit [Tunc dixi.] ſ.quãdo carnẽ aptaſti mihi ad paſsionẽ,vel quando iſta non placuerunt[ecce venio]vel ad incarnationẽ vel ad paſsionem,ſed ad quid? [Vt faciam voluntatẽ tuam.]Io.6,Deſcendi de cælo vt faciam voluntatẽ eius qui miſit me.Io.4,Meus cibus eſt vt faciã voluntatem eius qui miſit me.Propheta ergo hoc dicens[aufert primum vt ſequens ſtatuat] in quo oſtendit differentiã veteris & noui teſtamenti,quia loquens de veteri dicit q̃ non vult, nec placent deo.ſ.ſecundũ ſe.Ergo auferuntur,ſed quãdo de nouo loquitur,dicit q̃ vult, quia ad hoc venio vt faciã voluntatẽ tuam.Ergo nouum ſtatuitur.i.firmatur eſſe ſecundũ voluntatem dei.Leui.26, Vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. ¶Deinde cùm dicit [in qua voluntate.] Exponit illud quod dixerat de voluntate dei ad quã implendam venit Chriſtus.ſ.quæ ſit illa voluntas .Hæc autẽ eſt ſicut dicitur 1.Theſſa.4,Hæc eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra,ideo dicit[In qua voluntate ſanctificati ſumus]& hoc [per oblationẽ corporis Chriſti Ieſu.]ſ.factam.Ephe.5,Obtulit ſemetipſum oblationẽ & hoſtiam deo.Et hoc[ſemel.]1.Petr. 3,Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. ¶Deinde cùm dicit[Et omnis quidẽ ſacerdos.]Oſtendit cõparationem ſacerdotis noui,& veteris teſtamenti.Sciendum autẽ q̃ in lege erant duo ſolennia ſacrificia.Vnum in die expiationis,quod fiebat per ſolum ſummũ pontificem,de quo multa iam dicta ſunt.Aliud erat iuge ſacrificiũ,in quo vnus agnus offerebatur in mane,& alius in veſpere de quo Num.28.De iſto etiã intendit hîc Apoſtolus,& circa hoc tria facit.Primò enim ponit illud quod pertinet ad ſacerdotẽ veteris teſtamenti.Secundò ponit illud quod pertinet ad ſacerdotẽ noui.Tertiò confirmat per authoritatẽ, ſecundũ, ibi[Hic autẽ vnam.]Tertium ibi[Conteſtatur autem.]Dicit ergo,Omnis ſacerdos,&c.Dicit [omnis] ad differentiã ſacrificii expiationis,quod tantùm per ſummũ ſacerdotem fiebat,ſed in iſto[omnis ſacerdos] præſto eſt tota die miniſtrans,& ſæpe offerens eaſdẽ hoſtias, quia ſemper offerebat agnum [quæ.] ſ.hoſtiæ feriales[non poterant auferre peccata]quia iterabantur.Hiere.11,Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es ? Per iſtud iuge ſacrificium figuratur Chriſtus, & æternitas eius qui eſt agnus immaculatus. ¶Deinde cùm dicit[Hic autẽ vnam pro peccatis.] Oſtendit illud quod pertinet ad ſacerdotium Chriſti.Et circa hoc facit duo.Primò enim ponit intentũ.Secundò aſsignat rationem,ibi[Vna enim.] Dicit ergo. [Hic autem.]ſ.Chriſtus [offerens vnam hoſtiam pro peccatis] auferentem.ſ.peccata. Illa verò vetus lex multas offerebat hoſtias nõ expiantes peccata:hic ergo.ſ.Chriſtus, offerens vnam hoſtiã, quia ſemel pro peccatis noſtris ſemetipſum obtulit [ſedet] non tanq̃ miniſter ſicut ſacerdos legalis qui ſemper præſto eſt,ſed tanq̃ dominus.Pſal.Dixit dominus domino meo ſede à dextris meis.Mat.vlt.Sedet à dextris dei[In dextera dei]patris,quantũ ad æqualitatem poteſtatis ſecundũ diuinitatem , ſed in potioribus bonis ſecundũ humanitatem.ſuprà 1,Sedet ad dexterã maieſtatis,&c.Et hoc[in ſempiternum. Non enim iterum morietur,quia Chriſtꝰ reſurgẽs ex mortuis,&c.Ro.6.& Dañ.7,Poteſtas eius, poteſtas æterna.[De cætero expectans donec ponãtur inimici eius ſcabellum pedũ eius.]Iſta expectatio nõ innuit aliquã anxietatem in Chriſto ſicut in hominibus,ſpes quæ differtur affligit animã,vt dicitur prouerb.13.Sed deſignat voluntatẽ miſerendi,quã deus habet erga nos.Eſa.30,Expectat dominus vt miſereatur noſtri.Subiiciuntur ergo pedibus eius.i.humanitati Chriſti aliqui volentes,& in hoc ſalus ipſorũ conſiſtit in faciendo voluntatem eius. Exod.10,Vſquequo nõ vis mihi ſubiici?Sed mali,nolentes ipſi ſubditi ſunt,quia & ſi voluntatẽ eius per ſe non implent,tamen de ipſis impletur quantũ od opus iuſtitiæ.Et ſic omnia ſunt ei ſubiecta aliquo iſtorum modorũ.Pſal.Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. ¶Deinde cùm dicit[Vna enim oblatione.] Aſsignat rationem.ſ.quare ſedet tanq̃ dominus,& non tanq̃ miniſter ſicut ſacerdos legalis,quia ille per hoſtiam vnam non auferebat peccata,& ideo oportebat plures alias offerre & frequenter.ſuprà 8,Omnis enim põtifex ad

offerenda munera & hoſtias conſtituitur:ſed hoſtia,quam Chriſtus obtulit,aufert omnia peccata. ſuprà 9, Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhaurienda peccata. Et ideo dicit q̃[vna oblatione cõſummauit.] i.perfecit,quod fecit reconciliando & coniungẽdo nos deo tanq̃ principio [ſanctificatos in ſempiternum] quia hoſtia Chriſti qui deus eſt & homo habet virtutẽ æternam ſanctificandi.Infrà 13,Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinẽ populum,&c.Per Chriſtum enim perficimur,& coniungimur deo.Ro.5, Per quem acceſſum habemus ad deum. ¶Deinde cùm dicit[Conteſtatur autem.]Confirmat quod dixerat per authoritatem quæ ſumpta eſt ex Hiere.31.quæ quia ſuprà octauo expoſita eſt,ad præſens intermittatur.Et tamen poteſt diuidi in duas partes.Primò ponit authoritatem.Secundò ex ea arguit,ibi[Vbi autem horum remiſſio.]Et facit talem rationẽ quia in nouo teſtamento remittuntur peccata per oblationem Chriſti , quia in remiſsionem peccatorum effuſus eſt ſanguis Chriſti:ergo in nouo teſtamento , in quo peccata & iniquitates remittuntur,vt dictum eſt in authoritate[non eſt oblatio pro peccato]ſupple,amplius iterãda. Matt.9, Non eſt opus valentibus medicus,ſed malè habentibus.Vbi ergo eſt horum remiſsio,&c.Fieret enim iniuria hoſtiæ Chriſti.

Lectio 2.

Reſumitur ritus ſacerdotij Chriſti, & eius dignitas & monet Apoſtolus ad hoc q̃ fideliter adhæreamus Chriſto,fide,ſpe, et charitate

HAbentes itaq; fratres fiduciã in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti:quam initiauit nobis viam nouã & viuentem per uelamen.i.carnẽ ſuam:& ſacerdotem magnũ ſuper domũ dei,accedamus cũ uero corde in plenitudine fidei,aſperſi corde à conſcientia mala,& abluti corpus aqua mũda,teneamus ſpei noſtræ confeſsionẽ indeclinabilẽ (fidelis enim eſt qui repromiſit) & cõſideremus inuicẽ in prouocationem charitatis,& bonorũ operũ:non deſerentes collectionem noſtrã ſicut cõſuetudinis eſt quibuſdam,ſed conſolãtes,& tantò magis quantò uideritis appropinquantẽ diem.

¶Poſtquam oſtendit Apoſtolus multiplicẽ eminentiam ſacerdotii Chriſti reſpectu ſacerdotij legalis : hîc conſuetudinẽ ſuam concludit,monẽdo q̃ iſti ſacerdotio fideliter inhærendũ eſt. Hoc enim ſemper ſuprà fecit quod poſt cõmendationem ponit ammonitionẽ,quia ad hoc ſuſceperat cõmendare gratiã Chriſti,vt alliciat eos ad obediendũ Chriſto,& recedendũ à cerimonialibus legis.Circa hoc ergo duo facit, quia primò ponit monitionẽ,ſecundò aſsignat rationem,ibi [Voluntariè enim.]Sciendũ eſt autem circa primũ q̃ duo dixerat de ſacerdotio Chriſti.ſ.virtutẽ ritus eius,quia per proprium ſanguinẽ.Item dignitatẽ ipſius,quia põtifex inæternum.Et ideo in monitione ſua reſumit iſta duo. Vnde monendo q̃ fideliter obediendũ eſt deo Chriſto.Primò ponit illa duo.Secũdò ponit ſuam monitionẽ,ibi[Accedamus cum bono corde.] Item prima in duas,quia primò reſumit ritũ ſacerdotii eius:ſecundò dignitatẽ,ibi[Et ſacerdotem magnũ.]Dicit ergo[Itaq; fratres.]ſ.per mutuã charitatem[habentes fiduciã in introitu,&c.]Ephe.3,In quo habemus fiduciam & acceſſum in cõfidentia,&c.Exod.15,Introduces eos,& plantabis in mõte hæreditatis tuæ firmiſsimo habitaculo,&c.Pſal.Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi,in domũ domini ibimus.Et hoc[in ſanguine Chriſti]quia hic eſt ſanguis noui teſtamenti.i.nouæ promiſsionis.ſ.cæleſtiũ.Sed quomodo habeamus fiduciã introducendi,oſtendit,quia Chriſtus per ſuum ſanguinẽ[initiauit.]i.inchoauit[nouã viam.]Mich.2, Aſcendit pãdens iter ante eos.Io.14,Si abiero & præparauero vobis locum,&c.Eſa.35,Sancta via vocabitur,& pollutus non tranſibit per illã.Hæc eſt ergo via eundi in cælũ.Et eſt[noua]quia ante Chriſtum nullus inuenit eam,quia nemo aſcendit in cælũ niſi qui deſcendit de cælo.Io.3.Et ideo qui vult aſcendere, debet ipſi,tanq̃ membrum capiti ſuo,adhærere.Apoc.2,Vincenti dabo edere de ligno vitæ,quæ eſt in paradiſo dei mei.Et cap.3,Et ſcribam ſuper eum nomẽ nouũ,& nomen ciuitatis nouæ Hieruſalẽ,quia.ſ.de nouo introducuntur[viuentẽ.]i.ſemper perſeuerãtem,in quo apparuit virtus deitatis,quia ſemper viuit.Sed quæ ſit iſta via oſtẽdit ſubdens[Per velamẽ.]i.carnem ſuam.Sicut enim ſacerdos per velũ intrabat in ſancta ſanctorum,ita ſi volumus intrare ſancta gloriæ oportet intrare per carnẽ Chriſti,qui fuit velamẽ deitatis. Eſa. 45,Verè tu es deus abſconditus.Non enim ſufficit fides de deitate,ſi non aſsit fides de incarnatione.Io.14, Creditis in deum,& in me credite.Vel per velamen.i. per carnẽ ſuam, datam nobis ſub velamento ſpeciei panis in ſacramẽto.Non enim proponitur nobis ſub ſpecie propria propter horrorem, & propter meritũ fidei. ¶Conſequenter cõmendat dignitatem ſacerdotis cùm dicit [Et ſacerdotẽ magnum] qui.ſ.nobis initiauit viam.q.d.Habentes fiduciã intrandi per ſacerdotẽ.ſ.Ieſum.Pſal.Tu es ſacerdos inæternum. Qui dicitur magnus,quia ſacerdotiũ eius non eſt tantùm ſuper vnum populũ,ſicut Aaron,ſed[ſuper domũ dei]totam.ſ.eccleſiã militantem & triũphantem.1.Tim. 3, Vt ſcias quomodo oporteat te conuerſari in domo dei quæ eſt eccleſia.Et dicit ſuper,quia Moyſes fuit fidelis in omni domo,tanq̃ famulus.Num.12.Sed Chriſtus ſuper totã domum,ſicut filius qui eſt dominus omniũ.Mat.vlti.Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.De hoc etiã ſuprà 3. ¶Deinde cùm dicit[Accedamus]ponit monitionẽ ſuam,vt.ſ.ex quo talis & tantus eſt,fideliter eſt ei adhęrendũ,quod fit tribus modis.ſ.per fidem,ſpem,& charitatẽ.1.Cor.13,Nunc autẽ manent fides,ſpes,charitas.Primò ergo monet ad ea quæ ſunt fidei.Secũdò ad ea quæ ſunt ſpei,ibi[Teneamus ſpem.]Tertiò ad ea quæ ſunt charitatis,ibi[Et conſideremus.]Sed quantũ ad primum duo ſunt neceſſaria.ſ.ipſa fides,quia ſine fide impoſsibile eſt placere deo.Et fidei ſacramentum. Quantũ ad primum dicit [Accedamus]ad ipſum[cum vero]non ficto[corde.]4.Reg.20.& Eſa.38,Memẽto quomodo ambulauerim coràm te in veritate,& in corde perfecto. Hoc autẽ fit quando opus concordat cordi. Accedamus etiam in plenitudine fidei.]Infrà 11,Accedentẽ ad deum oportet credere,&c.Nec ſufficit qualiſcunq; fides,ſed requiritur fides plena,quod fit duobus modis.ſ.& quantũ ad materiam fidei, vt credantur omnia quæ proponuntur ad credendũ,& q̃ ſit fides formata,quod eſt per charitatẽ.Ro.15, Plenitudo enim legis eſt dilectio. Quantum ad ſacramentũ fidei dicitur[Aſperſit corda]veſtra,quod alludit ei quod dicitur Nume.19. Vbi ponitur ritus vitulæ rufæ,de cuius aqua aſpergebatur mundandus die tertiò,ſed die ſeptimo alia aqua lauabatur corpus eius & veſtimẽta.Per aſperſionẽ aquæ vitulæ rufæ figurabatur paſsio Chriſti,quia die tertia.ſ. in fide trinitatis in baptiſmo,mundamur à peccatis.Et quantũ ad hoc dicit,Aſperſit corda,non corpora.Infrà 12,Acceſsiſtis ad ſanguinis aſperſionẽ.Aſperſi ergo corda non à tactu mortui ſicut per aquã vitulę rufæ, ſed[à cõſcientia mala.] ¶De ablutione quæ fiebat ſeptima die dicit[Et abluti corpus aqua munda.] Non enim in baptiſmo operatur tantùm virtus paſsionis,ſed etiã infunduntur in ipſo dona ſpirituſſancti. Vnde in ſeptima die.i.in plenitudine donorũ ſpirituſſancti totus homo abluitur intùs & extrà ab omni peccato

tam actuali quã originali,quod eſt quaſi corporale,quia anima ipſum contrahit per vnionẽ ad carnem fœdam.Dicitur autẽ ſpirituſſanctus aqua,quia mundat. Act.5,Fide purificans corda iplorũ.Ezech.36, Effundam ſuper vos aquã mundam,& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris,& ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos.Zach.13,Erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hieruſalẽ in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.Tit.3,Per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpirituſſancti.Et in huius ſignũ ſuper Chriſtũ baptizatum deſcendit ſpirituſſanctus in corporali ſpecie. ¶ Deinde cùm dicit[Teneamus ſpei noſtræ.]ponit illud quod pertinet ad ſpem.Et circa hoc facit duo.Primò enim hortatur ad ſpei certitudinẽ. Secundò ſubdit rationẽ,ibi [Fides enim eſt quæ.]Sciẽdum eſt autẽ ꝙ per fidem Chriſti datur nobis ſpes ſalutis æternæ,& introitus in cælum.1.Pet.1,Regenerationis in ſpem viuam.Vnde dicit[Teneamus]& nõ dicit ſpẽ,ſed[ſpei noſtræ confeſsionẽ]quia nõ ſufficit habere ſpem in corde,ſed etiã oportet cõfiteri ore.Ro.10,Corde creditur ad iuſtitiã,ore autem confeſsio fit ad ſalutẽ.Item oportet confiteri eam non ſolùm verbo,ſed etiã factis,contra quoſdã,de quibus Tit.1,Confitentur ſe noſſe deum, factis autẽ negant. Fit autem iſta cõfeſsio per opera,per quæ tenditur ad res ſperatas.Apoc.3, Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuam[Indeclinabilẽ.]i.vt ab iſta confeſsione non declinemus,neq; per proſpera,neq; per aduerſa.Pſal. Declinantes autẽ in obligationes adducet dominus cum operãtibus iniquitatẽ. Eſa.30,Hæc eſt via, ambulate in ea,& non declinetis,neq; ad dexterã,neq; ad ſiniſtram.Et ratio huius eſt,quia[ille qui repromiſit eſt fidelis]& ideo mentiri nõ poteſt.Pſal.Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis Deut.32,Deus fidelis,& abſq; vlla iniquitate. ¶ Conſequẽter cùm dicit[Et cõſideremus,&c.]ponit illud quod pertinet ad charitatẽ,& circa hoc facit tria.Primò enim facit quod dictũ eſt.Secundò remouet contrariũ charitati,ibi [Non deſerentes.] Tertiò aſsignat rationem ex congruitate tẽporis,ibi[Et tantò magis,&c.]Circa primum ſciendũ eſt ꝙ licet charitas principaliter inhæreat deo,tamen manifeſtatur per charitatẽ proximi.1.Ioan.4,Qui enim non diligit fratrẽ ſuum quem videt,deum quẽ non videt quomodo poteſt diligere?Ergo ad charitatẽ pertinet quòd diligatur proximus.Ideo dicit[Conſideremus inuicẽ]vt.ſ.ea quæ ſunt proximi ſolicitè faciamus. Eccle.17,Et vnicuiq; mandauit deus de proximo ſuo.Sed quia aliqui ea quæ ſunt proximi cõſiderant zelo inuidiæ,aliqui verò zelo odii.Cõtra quos dicitur Prouer.24, Ne quæras impietatẽ in domo iuſti,ideo dicit [In prouocationẽ charitatis.]i.vt prouocemus eos ad charitatem.Ro.11, Quãdiu Apoſtolus Gentiũ ſum miniſterium meũ honorificabo,ſi quo modo ad ęmulandũ prouocem carnem meam & ſaluos faciã aliquos ex illis.Iſta autẽ prouocatio procedit ex dilectione quæ extenditur ad opus exterius.1.Io.3,Non diligamus verbo neq; lingua,ſed opere & veritate.Sicut enim dicit Greg. Non eſt amor dei otioſus. Operatur enim magna ſi eſt.Si autẽ operari renuit,amor nõ eſt.Probatio ergo dilectionis,exhibitio eſt operis. Ideo ſubdit [Et bonorũ operum.]Collo.1,In omni opere bono fructificantes. ¶ Deinde remouet contrariũ charitatis cùm dicit[Non deſerẽtes,&c.]Quia enim charitas eſt amor,propriũ autem amoris eſt vnire, quia vt dicit Dionyſius,Amor eſt vis vnitiua.Io.17,Vt ſint vnũ ſicut & nos vnũ ſumus,& cognoſcat mũdus, quia dilexi eos ſicut & me dilexiſti:ideo recedere ab inuicẽ,eſt directè oppoſitum charitati.Et ideo dicit[Non deſerentes collectionẽ noſtram.]ſ.eccleſiæ,quam aliqui deſerunt tripliciter.ſ.propter perſecutiones apoſtatãtes à fide.Et iſti ſignificantur per illos de quibus dicitur Io.6.ꝙ abierunt retrò,& iam cum illo nõ ambulabant.Mat.13,Facta tribulatione & perſecutionibus propter verbũ continuè ſcandalizantur.Luc.8,Ad tempus credunt & in tẽpore tentationis recedunt.Secundò mali prælati qui dimittunt oues in periculo.Io.10, Mercẽnarius fugit quia mercẽnarius eſt. Aliqui verò ex ſuperbia,quia cùm poſſent eſſe vtiles ad regendũ eũ nota ſuperbiæ ab aliis ſe ſeparant.Iudæ 1,Hi ſunt qui ſegregant ſe ab aliis,animales,ſpiritum non habentes. Quaſi ſub ſpecie maioris perfectionis. Et fortè tales erant in tẽpore illo.Ideo ſequitur[Sicut con.eſt qui.] cõtra quod dicitur 1. Cor.11,Si quis videtur cõtentioſus eſſe,nos talem conſuetudinẽ nõ habemus in eccleſia dei.Sed quid debent facere,ſubdit [Sed cõſolantes.]q.d.Si videas ꝙ ſocius tuus malè ſe habet,non deſeras eum,ſed cõſolare,non ſicut illi qui deſerunt collectionẽ de quibus dicit , Sicut eſt cõſuetudinis quibuſdã &c. ¶ Conſequenter cùm dicit[Et tãtò magis] aſsignat cauſam huius.Poſſet enim aliquis dicere,quare debemus nos in fide proficere,quia motus naturalis quãtò plus accedit ad terminũ,magis intenditur.Contrarium eſt de violento.Gratia autẽ inclinat in modum naturæ,ergo qui ſunt in gratia quantò plus accedũt ad finem,plus debent creſcere.Et ideo dixit,Non deſerentes ſicut quidã,ſed conſolantes.Et hoc[tantò magis quantò videritis appropinquantem diem.]i.terminum.Roma.13,Nox præceſsit,dies autem appropinquauit.Prouerb.4,Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens proficit,& creſcit vſque ad perfectum diem.

Lectio 3.

Cõtinuatur monitio ꝙ rationẽ, terrendo cõmunatione iudicij diuini

Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam ueritatis,iam non relinquitur pro peccatis hoſtia,terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio,quæ conſumptura eſt aduerſarios.Irritam quis faciẽs legem Moyſi:ſine ulla miſeratione,duobus uel tribus teſtibus moritur:quanto magis putatis,deteriora mereri ſupplicia qui filium dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit,in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit,mihi uindictam, & ego retribuam.Et iterum,quia iudicauit dominus populum ſuum. Horrendum eſt incidere in manus dei uiuentis.

¶ Suprà Apoſtolus poſita cõmendatione excellentię ſacerdotii Chriſti,& ſubiuncta admonitione vt illius ſacerdotio adhæreant per fidẽ & charitatem,hîc probat monitionem ſuam per rationẽ.Et hoc facit dupliciter,primò terrẽdo,ſecundò demulcẽdo,ibi [Rememoramini autẽ priſtinos dies.] Circa primũ duo facit, quia primò terret eos ad obſeruandũ monitionem ſuam propter ſubtractionẽ remedii:ſecundò propter expectationẽ iudicii,ibi[Terribilis autem.]Dicit ergo,Volũtariè,&c.Quod dupliciter exponitur. Vno modo ſecundũ Glo.quæ videtur facere differentiã inter peccantes volentes & volũtariè,ita ꝙ volens peccat,qui quaſi paſsione ductus conſenſit in peccatũ de quo ante non cogitauit: voluntariè autẽ qui ex certa malitia, cuius voluntas prona eſt ad peccandũ,vt ſtatim cedat.Hiere.8,Omnes cõuerſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equus vadens impetu ad prælium,nec poſtea pœnitet.Prouerb.2,Lętãtur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſsimis.Ergo[volũtariè peccantibus.]i.in voluntate peccandi permanentibus.Et exaggerãdo ſubdit

[Poſt acceptam notitiam veritatis.]2.Pet.2,Melius erat illis viam iuſtitiæ non agnoſcere,quàm poſt agnitionem retrorſum cõuerti[Iam non relinquitur hoſtia pro peccatis.]i.hoſtia quã Chriſtus obtulit pro remiſsione peccatorũ,non eſt nobis vtilis,quia illis dimittũtur peccata qui de ipſis pœnitẽt.Mat.26, Hic eſt ſanguis noui teſtamenti,qui pro multis effundetur.ſ.efficaciter,ſed de malis dicitur Eſa.49, In vacuũ laboraui ſine cauſa,& vanè fortitudinẽ meã cõſumpſi.Hiere.6,Fruſtrà cõflauit cõflator,malitiæ eius nõ ſunt cõſumptæ.Sed melius poteſt dici,& ſecundũ intentionẽ Apoſtoli,quia ſecundũ Aug. liberum arbitrium habet multiplicẽ ſtatum,quia in ſtatu extra gratiam anteq̃ reparetur per gratiã,nõ eſt in poteſtate noſtra peccare mortaliter vel nõ peccare,& hoc propter præconceptionẽ finis,& habitum inclinantẽ: quod quidem verum eſt ſecundũ magnum tẽpus,ſed per aliquam morã,ſi operetur ex præmeditatione, poteſt vitare hoc peccatũ vel illud.Sed poſtq̃ per gratiam reparatus eſt homo omnino, in poteſtate eius eſt vitare peccatũ mortale,& etiã veniale in particulari,non autẽ omnino in vniuerſali,& hoc eſt propter auxilium gratiæ ſaluantis.Et ideo dicit[Nobis peccãtibus voluntariè poſt acceptam notitiã veritatis.]i.poſt acceptam gratiã per quã habetur notitia peccati,quia ante notitiã peccati peccatum noſtrũ à deo nobis non imputatur:vnde quaſi dicitur ipſum ignorare,quia nõ imputat nobis.Sed poſt[iã non eſt ꝙ peccatis hoſtia]ante enim reparationẽ quę facta eſt per Chriſtũ,relinquebatur hoſtia iſta quæ expectabatur,ſed nunc iam non expectatur alia mors eius,ita nec poſt baptiſmũ ſemel acceptum expectatur alius baptiſmus. ¶ Deinde cùm dicit [Terribilis autẽ]deterret expectationẽ diuini iudicii.Et circa hoc duo facit,primò enim terret,ſecũdò ſubdit rationem,ibi [Irritã quis faciens.] Sic ergo dictum eſt ꝙ non relinquitur vltra hoſtia.Quid ergo?Illud quod ſuprà dictũ eſt 9.cap.ꝙ poſt mortem eſt iudiciũ.Iob 19,Scitote eſſe iudicium. Iſtius iudicii expectatio eſt valde terribilis,tum propter conſcientiã peccatorum. Iac.3,In multis offendimus omnes,tum etiam propter imperfectionẽ iuſtitiarum noſtrarũ.Eſa.64,Iuſtitiæ noſtræ quaſi pãnus menſtruatæ. Pſal. A iudiciis tuis timui.Abac.3,Audiui & cõturbatus eſt venter meus.Eſt afflictiua. Vnde dicit,Et ignis æmulatio.i. pœna ignis quæ infligitur ex zelo & æmulatione diuinæ iuſtitiæ.Exod.20,Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes,&c.zelus autẽ eſt amor ſponſi.Sicut ergo ſponſus nõ parcit ſpõſæ malæ, ſic nec deus animæ peccatrici.Prouer.6,Zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ.Sequitur, Quæ cõſumptura eſt aduerſarios. Pſal.Ignis ante ipſum præcedet,& inflãmabit in circuitu inimicos eius,quia ignis qui præcedet in faciẽ iudicis corpora viuentiũ incinerabit,& reprobos detrudet in infernũ,& corpora eorum conſumet,nõ totaliter cõſumendo,ſed in perpetuum cruciãdo. ¶ Conſequẽter cùm dicit[Irritã quis faciens.] probat quod dixerat de terrore iudicii,& primò per locũ à minori,ſecundò per authoritatẽ,ibi[Scimus autem illum.]Primum accipit ex lege.Tantò enim aliquis eſt reus maioris pœnæ,quãtò rem magis ſacram contẽnit.Cùm ergo vetus teſtamentũ non ſit ita ſanctum ſicut nouum,& trãſgreſſor illius grauiſsimè puniebatur,ergo trãſgreſſor noui longè grauius debet puniri.Circa iſtud argumentũ duo facit:primò enim ponit iſtud quod fiebat in veteri:ſecũdò illud quod fiendũ eſt in nouo,ibi[Quãtò magis.] Quantũ ad vetus ponit culpã & pœnam.Culpã cùm dicit[Irritã quis faciens legem Moyſi.]Irritum dicitur quod non ſortitur debitum finem. Lex autẽ non ſolũ vetus,ſed etiã quęlibet datur vt inducat homines ad virtutẽ,& faciat abſtinẽtes à vitiis. Et ideo qui trãſgreditur legem,& vacat vitiis,quantũ eſt in ſe,legem irritã facit.Mat.15,Irritum feciſtis mãdatum dei propter traditiones veſtras.Geñ.17,Maſculus cuius pręputii caro circunciſa nõ fuerit,peribit de populo ſuo,quia pactũ meum irritum fecit.Et pœnã oſtendit cùm dicit[Sine vlla miſeratione.]Et iſta pœna eſt valde grauis,quia infligit mortem.Vnde dicit[Moritur]Exo.22,Maleficos non patieris viuere.Item quia irremiſsibilis.Vnde dicit [Sine vlla miſeratione.] Deute.19,Morietur,nec miſereberis eius. Sed nunquid lex dei excludit miſericordiã.Conſtat ꝙ non.Oſee 6,Miſericordiã volui,& non ſacrificium. Reſpondeo,dicendũ eſt ꝙ differunt miſericordia, clemẽtia & venia:quia miſericordia eſt quãdo homo ex quadam paſsione cordis & animi mouetur ad remittendum pœnã,& hoc aliquãdo eſt contra iuſtitiam,& iſtam prohibet.Venia autem eſt quãdo propter aliquam vtilitatem publicã remittit aliquid de pœna debita.Clementia eſt quãdo non ſolùm de pœna aliquid,ſed etiã de culpa remiſsius iudicat.Iſta duo non prohibentur, ſed miſericordia primo modo dicta,quia eſt contra iuſtitiã,& inducit diſſolutionem.Moritur ergo & hoc[duobus vel tribus teſtibus] ſupple conuictus.Deut.17,In ore duorũ vel trium teſtium ſtat omne verbũ.Cauſa autẽ quare lex numerum teſtium determinat ſecundũ Augu.eſt vt per hoc deſignetur immobilitas veritatis,quæ eſt in ſancta trinitate.Nec refert ſi nominentur duæ perſonæ vel tres,quia ſemper in duabus intelligitur tertia.ſ.ſpirituſſanctus qui eſt nexus amborũ.Iſta ratio myſtica eſt, ſed literalis eſt vt quia in iudicio vnus affirmat,alter negat,nõ plus credendum eſt vni q̃ alteri.Multitudini autẽ eſt credendum. Omnis autẽ multitudo cõpletur numero ternario.Et ideo ſufficit ꝙ ſint duo cũ accuſãte,ſed tertius teſtiũ ſuperadditur ex abundãti. ¶ Deinde cùm dicit[Quãtò magis.]ponitur id quod ſpectat ad nouum teſtamẽtum. Et primò ponit pœnã,ſecundò culpam,ibi [Qui filium dei.]Quantum ad pœnam dicit [Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia.]Quia enim in nouo teſtamento per Chriſtũ prædicatum eſt,ideo peccãs in ipſo,grauius punitur.Mat.11.Veruntamen dico vobis quòd Tyro & Sydoni remiſsius erit q̃ vobis in die iudicii.Sed nunquid plus punitur peccator Chriſtianus,q̃ infidelis? Quia ſi ſic melius eſſet ꝙ omnes eſſent in fideles.Reſpondeo.Dicendũ eſt ꝙ aliud eſt de illis qui fidẽ contemnunt,quia iſti propriè ſunt contẽptores. Aliud de illis qui ex ignorãtia fidem non annuntiatã,non tenent,& talibus peccatum infidelitatis non imputatur.Sed qui fidem annuntiatã contemnit,grauius punitur , quia peccatũ infidelitatis maximum eſt . Si ergo cõparamus Chriſtianum & Iudæũ qui non contẽnit,& vterq; ſit adulter,tunc grauius punietur Chriſtianus q̃ Iudæus,quia non ſolùm pro adulterio,ſed etiã quia magis ingratus eſt.Sed nunquid vniuerſaliter verum eſt quòd ſemper idẽ peccatum in ſpecie,grauius punitur in maiori?Reſpõdeo.Dicendum eſt ꝙ dupliciter peccatur.Vno modo ex ſurreptione.Et ſic quando aliquis dat ſe operibus diuinis,ſi ex ſurreptione peccat,minus punitur.2.Paralip.30,Dominus bonus propitiabitur conuictis,qui in toto corde requirunt deum patrũ ſuorum.Pſal.Cùm ceciderit nõ collidetur.Sed ſi ex contẽptu , magis peccat, quia cùm ſit in ſtatu altiori, magis contẽnit. Et de talibus loquitur hîc,qui ſunt magis ingrati. Quantum verò ad culpã dicit

[Qui filium dei conculcauerit.]Sciẽdum verò est ꝙ Apostolus grauitatem culpæ eorum qui peccãt in nouo testamento,ostẽdit ex beneficiis nobis à deo in illo collatis. Deus autem nobis dedit quicquid maximũ & pretiosum habebat.s.filium suũ vnigenitum.2.Pet.1, Per quem maxima nobis & pretiosa promissa donauit.Dedit etiã spiritum sanctum.Ioe.2,Effundã de spiritu meo super omnem carnem.Ro.5,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis.Ingratitudo autem super tãtis beneficiis aggrauat peccatum. ¶ Circa ingratitudinẽ verò super datione filii duo considerãda sunt ac ponderanda.s.mysteriũ incarnationis,in qua datus est nobis.Esa.9,Et sacramẽtum passionis,in qua pro nobis se obtulit.suprà 6,Sanguis Christi qui per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit immaculatũ deo,&c.Et ideo quãtum ad primũ dicit[Qui filiũ dei.]s.pro nobis incarnatũ[conculcauerit.]i.vilipẽderit.s.nõ credendo ꝙ fides filii dei sit sufficiẽs ad salutẽ,sicut illi qui legalia seruabant.Gal.3,Ante quorũ oculos Christus proscriptus est.Itẽ non obediendo eius mãdatis,nec viuendo secundũ doctrinã eius.1.Reg.10,Qui autẽ contẽnũt me erunt ignobiles.Quantũ ad secundũ dicit,Et sanguinẽ testamenti.i.Christi sanguinẽ confirmatiuũ noui testamẽti.Mat.26,Hic est sanguis meus noui testamẽti,&c.[Pollutũ duxerit.]i.reputauerit pollutũ,vt.s. nõ possit mundare,sicut pollutus in se nõ mundat.Eccle.34,Ab immũdo quid mũdabitur? q.d.Nihil.s.secundũ ꝙ mundatio tantũ fiebat per sanguinẽ animaliũ.Item pollutũ duxit,qui virtute eius in baptismo ablutus,peccat redeũdo ad vomitũ.Apo.1,Dilexit nos,& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.Et ideo dicit[In quo sanctificatus est.]i.per quẽ sanctificatus est.1.Corin.6,Abluti estis,sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi.Malac.1,In omni loco offertur oblatio munda nomini meo quia magnũ est nomen meũ in Gentibus.Itẽ qui peccat post alia sacramẽta,etiã potest dici sanguinẽ Christi pollutũ ducere. Itẽ aggrauatur peccatum ex contẽptu spirituſſancti.Et ideo dicit[Et spiritui gratiæ,iniuriã fecerit.]i.cõtumeliam quã facit qui nõ credit ꝙ gratia spirituſſancti sit data per Christum,vt habetur Io.14,Rogabo patrẽ,& alium paracletũ dabit vobis qui sufficiat ad salutẽ sine legalibus,vt.s.remissionẽ peccatorum ascribat obseruãtiis legis.Vel[conculcat Christũ]qui liberè absq; timore [sanguinẽ Christi polluit] qui eo indignè cõmunicat[spiritui] gratis dato vt Eph.2,Donũ enim dei est,& non ex operibus.Iniuriã facit qui Christũ per peccatũ à se abiicit.Sap.1,Corripietur.i.expelletur , à supueniente iniquitate.Ephe.4,Nolite cõtristare spiritum sanctũ dei.1.The.5,Spiritũ nolite extinguere. ¶ Deinde cùm dicit[Scimus enim,&c.],pbat quod dixit per authoritates.Et circa hoc facit duo:primò enim ,pbat ponẽdo authoritates: secundò concludit ex eis,ibi[Horrendũ est.]Dicit ergo,Scimus illũ qui dixit Deut.32.secũdum aliã literã[Mihi vindictã] supple seruate.Litera nostra habet.Mea est vltio.Et nũquid reddes?immo[Et ego retribuã.]Sed cõtrà.Si soli deo seruatur vindicta quare iudices vindicãt?Respõdeo,ad hoc respõdet Apostolus Ro.13.ꝙ iudex est minister dei.Vnde nõ iudicat,,ppria authoritate,sed dei. Secũda authoritas est ibidẽ [Iudicabit dominus populum suũ.]Si suũ,ergo multò magis inimicos.1.Pet.4, Si iustus vix saluatur,impius & peccator vbi parebit? Vel populũ suum.i.qui fidẽ suam nõ contẽnunt,quia infideles dãnabuntur,& nõ iudicabũtur iudicio discussionis.In iudicio enim,vt dicit Greg.quatuor erũt ordines.Quidã qui nõ iudicabũtur,sed iudicabũt & saluabũtur.s.apostoli,& apostolici viri.Quidã qui iudicabũtur & saluabũtur,vt mediocriter boni.Quidã qui iudicabuntur & dãnabuntur,vt mali fideles.Quidã qui nõ iudicabuntur, & damnabuntur, vt omnes infideles. ¶ Deinde cũ dicit[Horrendũ est.]ponit cõclusionẽ.Ex quo enim vindicta reseruãda est deo qui iudicabit populũ suum[horrendũ est incidere in manus dei viuẽtis.]Quãtò enim iudex iustior & fortior est,tãtò magis timendũ est.Psal.Deus iudex iustus & fortis.Ergo horrendum est incidere in manus eius. Dañ.13,Melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras.Eccl.2,Si pœnitentiã nõ egerimus, incidemus in manus domini,& nõ in manus hominum.Sed cõtrà 2.Reg.vlti. Dauid tanꝙ melius præelegit incidere in manus dei. Respõdeo.Dicendũ est ꝙ homo peccat offendẽdo hominẽ,& offendẽdo deũ.Melius autem est incidere in manus hominis offendẽdo ipsum,quã in manus dei ipsum offendẽdo.Vel dicendũ est ꝙ melius est peccantem & contẽnentem incidere in manus hominis,peccantẽ verò sed pœnitentem in manus dei.Et sic elegit Dauid.Vel dicendum est ꝙ vsq; ad iudicium non est horrendum in manus dei incidere,qui iudicat misericorditer quandiu est pater misericordiarum,sed post iudicium horrendum est incidere in manus dei,quando sicut deus vltionum iustitias iudicabit.Modò enim sicut circundatus infirmitate, quam aliquãdo expertus est,ex compassione misericorditer iudicat.

Lectio 4.

Inducit ad inhærendũ Christo per rationes demulcentes, reducẽdo ĩ memoriam bona q̃ fecerãt, siue patiendo, siue alio modo. Et hortando ad implẽdũ qd restat

Rememoramini autẽ pristinos dies:in quibus illuminati,magnũ certamẽ sustinuistis passionũ, & in altero quidẽ opprobriis & tribulationibus spectaculũ facti,in altero autẽ socij taliter cõuersantiũ effecti.Nã & uinctis cõpassi estis,& rapinã bonorũ uestrorũ cũ gaudio suscepistis,cognoscẽtes uos habere meliorẽ & manẽtẽ substãtiã.Nolite itaq; amittere cõfidentiã uestrã:quæ magnã habet remunerationẽ.Patiẽtia enim uobis necessaria est:ut uolũtatẽ dei faciẽtes, reportetis ,pmissionẽ.Adhuc enim modicũ aliquãtulũq; q uẽturus est ueniet et nõ tardabit:iustꝰ autẽ meus ex fide uiuit: qã si subtraxerit se,nõ placebit animæ meæ.Nos aũt nõ sumus subtractiõis filij in pditionẽ,sed fidei in acqsitionẽ animæ, ¶ Suprà Apostolus monuit ad inhærendũ Christo per fidẽ,spem,& charitatẽ,ad quod induxit p rationes terrentes:hìc ponit rationes demulcẽtes,sicut bonus medicus postq̃ secuit,ponit vnctiones lenientes. Inter omnia enim cõmendatio de bene gestis,est vnũ quod maximè prouocat ad bonũ inceptum cõtinuandũ. Virtus enim laudata crescit in immẽsum.Põdus & immẽsum gloriæ calcar habet.Et circa hoc facit duo:primò enim cõmemorat eis bona quæ fecerãt.Secundò hortatur ad implendũ quod restat,ibi [Nolite itaq; amittere.]Circa primũ facit tria:primò enim in generali cõmemorat tribulationes , quas pro fide passi sunt: secundò describit tribulationũ modos ibi[Et in altero.]tertiò exponit eas in speciali,ibi [Nam & vinctis.] Quia ergo ex bene gestis homo exercitatur ad melius,sicut aliquãdo ex malis ecõtrario desperat de seipso, ideo recitat bona eorũ,dicẽs[Rememoramini.]Hiere.2,Recordatus sum tui.i.bonorũ quæ egisti [Dies pristinos.]i.primordia cõuersionis vestræ[in quibus illuminati] per fidẽ quæ illuminat animã & purgat. Act. 15,Fide purificãs corda eorũ.Esa.60,Surge illuminare Hierusalẽ.Hoc autẽ est per fidẽ Christi.Ephe.3, Habitare Christũ per fidẽ,&c.Lu.1,Illuminare his qui in tenebris,& in vmbra mortis,cordib ꝰ vestris sedẽt.Primum enim lumen animę est fides[Sustinuistis magnũ certamen passionum.]i.magnas passiones cõtra vos certantes,

certantes,vobis illatas ab his qui Christum persequebantur in vobis.Act.9,Saule,Saule,quid me persequeris? me,inquam,in membris meis,quia vt dicit Augustin.in sermone super verbo isto,Membris in terra positis caput de cælo clamat.Sap.10,Certamen fortè dedit illi vt vinceret.2.Timoth.4, Certaui bonum certamen.Sicut enim dicitur Act.8,Facta est persecutio magna in ecclesia post mortem Stephani.1. Thessal. 2, Vos enim imitatores facti estis ecclesiarum dei quæ sunt in Iudæa,quoniam eadem passi estis & vos à contribulibus vestris,sicut & ipsi à Iudęis.Si ergo à principio incœpistis sustinere:vituperabile esset modò deficere. ¶ Consequenter cùm dicit[Et in altero.] ostẽdit quæ fuerint illę tribulationes.Dupliciter enim patitur aliquis.s.& in se tribulationem sustinendo,& in alio alienæ tribulationi compatiendo.Vtroq; autem modo illi passi sunt. Quantum ad primum dicit [in altero.]s.quantum ad vos [facti estis spectaculum opprobriis]quod grauissimum est sapienti.Quòd enim vnus fatuus irridetur, non est graue, etiam si multa ei irrisio ab aliis inferatur:sapienti verò graue est,sed si tribuletur & irrideatur à tribulante,hoc grauissimum est. In hoc ergo ostendit magnitudinem afflictionis ipsorum,quia facti erant spectaculum.i.quia nullus eis cõpatiebatur,immo magis irrisori congaudebant in afflictionibus ipsorum.s.in opprobriis. Psal. Opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt super me.[Et tribulationibus.]Psal.Multæ tribulationes iustorũ.1.Cor. 4,Spectaculum facti sumus mũdo.s.ad irrisionem,& angelis ad congratulationem,& hominibus.s.ratione vtentibus ad imitationem.Quantum ad secundũ dicit quòd [in altero effecti sunt socii taliter conuersantium.]i.eorum qui talia patiebantur:& hoc per cõpassionem,& per subministrationem.Ro.12, Necessitatibus sanctorum ¶ Deinde cùm dicit[Nam & vinctis cõpassi estis]ponit quod dixerat,& primò quãtum ad secũdum.s.quomodo sunt cõpassi.Inter Iudæos enim multi erant vincti,sicut de Paulo dicitur Act.8.ꝙ deuastabat ecclesiam tradens in custodiã viros & mulieres.Istis cõpassi sunt ministrando necessaria.Mat.25,In carcere eram,& venistis ad me.Quantum ad primũ dicit [& rapinam bo.vest.] s.pro hac causa factam,quia.s. vinctis ministrabant [cum gaudio suscepistis.]Iaco.1,Omne gaudium existimate fratres,&c. Act.5, Ibant apostoli gaudentes,&c.Sed quare cum gaudio?Nunquid amandę sunt tribulationes?Certè videtur ꝙ non, quia dicit Aug.Tolerari iubes eas,non amari.Respõdeo,Dicendum est ꝙ non amantur propter se,sed propter aliud,& sic isti amabant eas.Vnde subdit[Cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam.]s.alias diuitias principaliores,quæ augentur ex subtractione istarum,quibus dicuntur meliores.Temporales enim vanæ sunt,quia sunt in his quæ sunt infra hominem,spirituales autem in ipso deo.s.in fruitione dei.Esa.33,Diuitiæ salutis sapiẽtia & scientia,timor domini ipse thesaurus eius.Item sunt manẽtes,quia istę deficiunt in se & auferri possunt,illę verò non.Mat.6, Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo & tinea demolitur,& vbi fures effo,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Nolite itaq;.]ostẽdit quid eis restat faciendum.s.confidentiam acceptam ex bonis operibus conseruare.Et circa hoc facit tria: primò enim ponit monitionem:secundò docet modũ monitionem seruandi,ibi [patientia enim.] tertiò probat per authoritatem,ibi[Adhuc enim modicum.]Dicit ergo,Ex quo tot bona in primordiis conuersationis vestræ operati estis ex quibus multã cõfidentiam debetis habere apud deum[nolite itaq; amittere confidentiã vestram] quod profectò sequeretur si à bonis desisteretis [quæ magnã habent remunerationem.]Mat.5,Gaudete in illa die & exultate,quoniã merces vestra copiosa est in cælis.Gen.15,Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. ¶ Modus seruãdi est patientia.Vnde dicit[Patientia enim vobis necessaria est.] Sicut autem mansuetudo est moderatiua iræ,ita patiẽtia ponit modum in tristitiis,vt.s.non excedant modum rationis. Contingit autẽ aliquando tristitia ex malis illatis,aliquando verò ex bonis dilatis.Prouer.13,Spes quæ differtur affligit animam.Quantũ autem ad primum dicitur patientia,sed quantũ ad secundum dicitur longanimitas:hìc accipitur patiẽtia pro vtroq;,& quantum ad sufferentiã malorum,& quantum ad longanimitatem bonorum dilatorum.Dicit ergo ꝙ quantũ ad vtrunq;,patientia nobis necessaria est. Prouerb.16,Melior est patiens forti viro.Luc.21,In patientia vestra possidebitis animas vestras.Iac.1, Patientia opus perfectum habet.Et ad quid est necessaria?[Vt voluntatẽ dei facientes repo.repromiſ.]i.implentes volũtatem dei.s.voluntatẽ signi.Sic enim aliquando accipitur volũtas dei in scriptura.Psal.Ministri eius qui facitis voluntatem eius.Et sic reportabitis promissionẽ.i.rem promissam,quæ operantibus dãtur.Mat. 20, Voca operarios:& redde illis mercedem.Luc.21,In patientia vestra possidebitis animas vestras.Mat.24,Qui perseuerauerit vsq; in finẽ,hic saluus erit.Hiere.18,Repente loquar aduersus gentẽ,& aduersus regnũ vt eradicem & dissperdã illud,&c. ¶ Deinde cùm dicit[Adhuc autẽ modicum] probat quod dixit per authoritatẽ. Et circa hoc facit duo:primò enim ponit eã:secundò applicat ad propositũ,ibi[Nos autem.] Prima in tres. Primò enim proponit proximũ aduentũ remunerationis. Secundò ostẽdit conditionẽ remunerationis, ibi [Iustus autẽ meus.]Tertiò declarat periculũ,ne perdatur remuneratio,ibi[Quod si subtraxerit.]Circa primum sciendũ est ꝙ authoritas ista sumpta videtur de Abac.2.tamen principiũ sumptũ est de Aggeo 2.ca. Quod ideo fortè fecit,quia vtrũq; intellexit de eodẽ aduentu.Abacuch enim sic dixit,Adhuc vilus procul. Aggeus autẽ,Adhuc modicũ.Et ideo vtitur verbis vnius quasi verbis alterius,Vel melius,quia Apo.loquitur de tẽpore suo.s.post incarnationẽ & resurrectionẽ à quo minus restat vsq; ad iudiciũ quã à tẽpore prophetæ.Et ideo magis vtitur verbo Aggei quantũ ad principiũ,tamẽ in fine authoritatis cõcordant.Vel etiã potest dici ꝙ loquitur quasi ex seipso, cui nõ minus credendũ est q̃ prophetæ.Est autẽ duplex aduẽtus domini secundũ duplex iudiciũ.Vnus generalis:s.in fine in vniuersali iudicio.Alius specialis in morte vniuscuiusq;. Quantũ ergo ad vtrunq; dicit[Adhuc modicũ] quantum ad breuitatẽ temporis.Et quidẽ quantum ad primũ,& si multũ sit quantũ ad tractum tẽporis & quo ad nos, breue tamen est quantũ ad æternitatem. Psal.Mille anni ante oculos tuos tanquã dies hæsterna quæ præteriit.Apoc.vlti.Ecce venio cito. Sed quantum ad specialẽ qui est in morte,de quo Io.14,Iterum veniã & accipiam vos ad meipsum:non multùm refert vtrum fit parũ vel multùm,quia talis erit vnusquisq; in iudicio qualis exibit. Et ideo studendum est vt in morte appareamus boni,quia vbi te inuenero,ibi te iudicabo.Et ideo dicit [modicùm & aliquantulum] quia tribulationes non sunt multùm magnæ duratione,quia si multùm præmũt,interimunt: si verò parum præmunt,non cito finiuntur.2.Corinthio.4,Id enim quod in præsenti est tribulationis momentaneum &

leue, ſupra modum operatur in nobis æternum gloriæ pondus. Veniet ergo cito [& non tardabit] ſiue in morte ſiue in iudicio. Iaco. 5, Ecce iudex ante ianuam aſsiſtit. ¶ Qui ſunt etiam remunerandi, oſtēdit cùm ſubdit [Iuſtus autem meus ex fide viuit.] Hæc eadem authoritas habetur Roma. 1. & Gal. 3, Solis autem iuſtis debetur remuneratio. Pſal. Salus autem iuſtorum à domino. Eſt autem duplex iuſtitia, Vna quo ad humanum iudicium. Ro. 10, Ignorantes dei iuſtitiam & ſuam quærentes ſtatuere. Alia quo ad diuinum. Luc. 1, Erant autē iuſti ante deum. Iſtam autem iuſtitiam requirit deus. Et ideo dicit [Iuſtus meus.] ſ. iuſtitia quę ad me ordinatur. i. qui eſt mihi iuſtus & propter me. Illud autem per quod homo iuſtificatur eſt fides. Ro. 3, Iuſtitia dei eſt per fidē Ieſu Chriſti. Cuius ratio eſt, quia per hoc eſt homo iuſtus quod ordinatur in deū: illud autem per quod primò homo ordinatur in deū, eſt fides. Et ideo dicit, Iuſtus meus [ex fide.] infrà 11, Accedentem ad deum oportet credere. Nec ſolùm per fidem iuſtitia, ſed etiam per fidē iuſtificatus [viuit.] Sicut enim per animam viuit corpus, ita anima per deum. Vnde ſicut per illud per quod primò vnitur anima corpori, viuit corpus, ita per id per quod primò vnitur deus animæ, viuit anima, hoc autē eſt fides, quia fides eſt primum in vita ſpirituali. Eſaiæ 7, Si non crediderit non permanebitis, ſicut domus non permanet deſtructo fundamento. Gala. 2, Quòd autē nunc viuo in carne, fide viuo filii dei. Fides autē ſi non eſt formata charitate, mortua eſt, & ideo non viuificat animam ſine charitate. Gal. 5, Fides que per charitatem operatur. 1. Ioā. 3, Nos ſcimus quia tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus. Vel iuſtus meus ex fide viuit. i. apud me reputatur & habet vitam gloriæ, ſine actuali paſsione, ſi non datur opportunitas patiendi. ¶ Deinde cùm dicit [Quòd ſi ſubtraxerit ſe.] oſtendit periculum imminens non permanenti in iuſtitia fidei. Quia enim in poteſtate habētis fidē eſt ipſam perdere vel ſeruare, ideo dicit [Si ſubtraxerit ſe.] ſ. à fide & à iuſtitia [nō placebit animę meæ.] Litera noſtra habet. Nō erit recta anima eius. Et eſt idē ſēſus. Dicit Hiero. ꝙ vbicūq; aliter ſcriptū eſt in Hebræo q̄ in ſeptuaginta, Apoſtolus vtitur ſicut didicit à Gamaliele, ad cuius pedes didicit legē. Non placebit ergo animę meę. i. volūtati meæ. Volūtas enim dei debet eſſe regula actionū noſtrarū. Qui ergo non cōcordat voluntati dei, nō eſt recta anima eius. ¶ Deinde cū dicit [Nos autē non ſumus.] Adaptat ad propoſitū. q. d. Sic erit his qui ſe fidei ſubtrahūt. Sed [nos nō ſumus filii ſubtractionis in perditionē.] Ille dicitur filius alicuius qđ in ipſo dominatur. Et ſic dicitur aliquis filius mortis. ſ. in quo dominatur illud per quod à deo reprobatur. Canonica Iudæ, Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales ſpiritum non habentes. In perditionem. ſ. animæ. Pſalm. Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Pſal. Et iter impiorum peribit [ſed filii dei.] i. renati in Chriſto per fidem [in acquiſitionem.] i. in ſalutem [animæ.] Qui enim mandata dei cuſtodit, ſaluat animam ſuam. Mat. 19, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. 1. Theſſal. 5, Non ſumus filii noctis neque tenebrarum. Ergo non deficiamus à fide.

Caput 11.

Deſcribitur fides.

Est autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

¶ Suprà Apoſtolus multipliciter oſtendit excellentiam Chriſti præferens ipſum angelis, Moyſi & Aaron, & monuit cōiungi ipſi Chriſto, quæ coniunctio, quia præcipuè & inchoatiuè fit per fidem. Ephe. 3, Habitare Chriſtum per fidē in cordibus veſtris. Ideo Apoſtolus procedit ad cōmendationē fidei. Et circa hoc facit tria: primò enim deſcribit fidē: ſecundò ponit exēpla diuerſa de ipſa, ibi [In hac enim.] tertiò hortatur ad ea quæ ſunt fidei. 12. ca. ibi [Ideoq; vos tantam.] Diffinitionē fidei ponit cōpletè quidem, ſed obſcurè. Vnde ſciendum eſt ꝙ volens perfectè diffinire virtutē aliquam, oportet ꝙ tāgat materiā eius propriā circa quam eſt, & finē eius: quia habitus cognoſcitur per actū, & actus per obiectū. Et ideo oportet tangere actū & ordinem ad obiectum & finē. Sicut volens diffinire fortitudinem, oportet tangere propriā eius materiam circa quam eſt. ſ. timores & audacias, & finē. ſ. bonum reipublicę, vt dicatur ꝙ fortitudo eſt virtus moderatiua illorum, propter bonū reipublicæ: cum autē fides virtus theologica habeat idē pro obiecto & fine. ſ. deum: primò ergo ponit ordinē & finem: ſecundò materiam propriā, ibi [Argumentum non apparentiū.] Sciendum verò eſt ꝙ actus fidei eſt credere, qui eſt actus intellectus determinati ad vnū, ex imperio voluntatis. Vnde credere eſt cum aſſenſu aliquid cogitare, vt dicit Aug. in lib. de prędeſtinatione ſanctorū. Et ideo obiectum fidei & finis voluntatis oportet ſibi correſpondere. Veritas autem prima eſt obiectū fidei, in quo quidem conſiſtit finis voluntatis. ſ. beatitudo, quæ differenter eſt in via & in patria, quia in via veritas prima nō eſt habita, & per conſequens nec viſa, quia in his quæ ſunt ſupra animā, idē eſt videre & habere, vt dicit Aug 83. Quæſtione, ſed tantū eſt ſperata. Roma. 8, Quod enim non videmus ſperamus. Quod enim videt quis quid ſperat? Ergo veritas prima non viſa, ſed ſperata eſt finis voluntatis in via, & per conſequens obiectum fidei, quia idem eſt ſibi pro fine & obiecto. Finis autem vltimus ſimpliciter ipſius fidei in patria, quem intendimus ex fide, eſt beatitudo que in aperta viſione dei conſiſtit. Ioā. 17, Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum deum, &c. & 20, Beati qui non viderunt & crediderunt. Huiuſmodi autē eſt ſpes fidelium. 1. Pe. 1, Regenerauit nos in ſpem viuam. Finis ergo fidei in via eſt aſſecutio rei ſperatæ. ſ. beatitudinis æternæ. Et ideo dicit [Sperandarum rerum.] Sed quæritur hîc quare cùm fides ſit prior quàm ſpes, diffinitur per ipſam: quia poſterius debet diffiniri per prius, & nō econuerſo? Reſpondeo, dicendum eſt ꝙ ex iam dictis patet ſolutio, quia dictum eſt ꝙ idem eſt obiectū & finis fidei. Cùm ergo aſſecutio rei ſperatæ ſit finis eius, oportet ꝙ etiā ſit obiectum ipſius. Dicebat autē ſuprà, ꝙ omnis habitus debet diffiniri per ordinē actus ad obiectum. Verum autē & bonum & ſi in ſe conſiderata conuertantur quantū ad ſuppoſita, tamen inquantū differunt ratione diuerſo ordine ſe habēt ad inuicē, quia & verū eſt quoddā bonum, & bonū eſt quoddam verū. Et ſimiliter intellectus & voluntas quæ diſtinguūtur penes diſtinctionē veri & boni, habent inter ſe diuerſum ordinē. Inquantū enim intellectus apprehendit veritatē & quicquid in ipſa cōtinetur, ſic verū eſt quoddā bonū & ſic eſt bonū ſub vero. Sed inquantū volūtas mouet, ſic verū eſt ſub bono. In ordine ergo cognoſcēdi intellectus eſt prior, ſed in ordine mouēdi, volūtas eſt prior. Quia ergo intellectus mouetur ad actū fidei ex imperio volūtatis, vt dictū eſt, in ordine mouēdi volūtas eſt prior. Ideo nō diffinitur prius per poſterius, quia vt dictū eſt in diffinitione fidei, oportet ponere ordinem actus ad obiectū, quod idē eſt ꝙ finis. Finis autē & bonū idē ſunt, vt habetur 2. Phiſicorū. In ordine

autem ad bonum voluntas cuius eſt ſpes ſicut ſubiecti, eſt prior. ¶ Quare autē non dicit diligendarum? Ratio eſt, quia charitas eſt præſentiū & abſentium. Quia ergo finis non habitus, eſt obiectū fidei, ideo dicit ſperandarō rerum. Nec obſtat ꝙ res ſperanda eſt obiectū ſpei. Quia oportet ꝙ fides ſicut ad finem ordinetur ad obiectū illarum virtutū quibus perficitur voluntas, cùm fides pertineat ad intellectū ſecundū quod imperatur à volūtate. ¶ Sed cùm fides ſit vna, quia ab vnitate obiecti dicitur habitus vnus, quare non dicitur rei ſperādæ, ſed rerū ſperādarum? Reſpōdeo, dicendū eſt ꝙ beatitudo quæ in ſe eſſentialiter eſt vna, quia cō ſiſtit in dei viſione quæ in ſe eſt vna, eſt principiū & radix ex qua multa bona deriuātur, quæ ſub ipſa cōtinentur: ſicut dotes corporis, ſocietas ſanctorū & multa alia. Vt ergo oſtēdat omnia iſta pertinere ad fidē, loquitur in plurali. ¶ Illud autē quod dicitur [ſubſtātia] poteſt multipliciter exponi. Vno modo cauſaliter, & tūc habet duplicē ſenſum. Vnū quod eſt ſubſtātia. i. faciēs in nobis ſubſtare res ſperādas, quod facit duobus modis. Vno modo quaſi merēdo. Ex hoc enim ꝙ captiuat & ſubmittit intellectū ſuum his quæ ſunt fidei, meretur ꝙ aliquando perueniat ad videndum hoc quod ſperat. Viſio enim eſt merces fidei. Alio modo quaſi per ſuā proprietatē præſentialiter faciat ꝙ id quod creditur futurū in re, aliquo modo iam habeatur cūmodo credat in deum. Alio modo exponi poteſt, ſubſtātia eſſentialiter quaſi fides ſit ſubſtātia. i. eſſentia rerū ſperandarum. Vnde in Græco habetur hypoſtaſis rerū ſperandarū. Eſſentia enim beatitudinis nihil aliud eſt quā viſio dei. Io. 17, Hæc eſt vita æterna vt cognoſcāt te ſolum verū deum, &c. Vnde primò de tri. ca. 10. dicit Aug. Hæc contēplatio promittitur nobis actionū omniū finis, &c. Ipſa ergo plena viſio dei eſt eſſentia beatitudinis. Hoc autē videmus in ſciētiis liberalibus ꝙ ſi quis aliquā velit adiſcere, oportet eū primò accipere principia ipſius quæ oportet credere cùm ſibi tradūtur à magiſtro. Oportet enim credere eū qui diſcit: vt habetur primo priorū. Et in illis principiis quodā modo cōtinetur tota ſcientia, ſicut cōcluſiones in præmiſsis, & effectus in cauſa. Qui ergo habet principia illius ſciētiæ, habet ſubſtantiā eius, puta geometriæ. Et ſi geometria eſſet eſſentia beatitudinis, qui haberet principia geometriæ, haberet quodā modo ſubſtantiā beatitudinis. Fides autē noſtra eſt vt credamus ꝙ beati videbunt & fruētur deo. Et ideo ſi volumus ad hoc peruenire, oportet vt credamus principia iſtius cognitionis. Et hæc ſunt articuli fidei qui continent totā ſummā huius ſcientiæ, quia beatos nos facit viſio dei trini & vnius. Et hic eſt vnus articulus. Vnde hoc credimus, & ideo dicit, Subſtātia rerū ſperandarū. 1. Cor. 13, Videmus nūc per ſpeculū & in enigmate, tunc autē facie ad faciē. q. d. Tunc erimus beati quādo videbimus facie ad faciē, illud quod nūc videmus in ſpeculo & in enigmate. In his ergo verbis oſtēditur ordo actus fidei ad finem, quia fides ordinatur ad res ſperādas quaſi quoddā inchoatiuū, in quo totū quaſi eſſentialiter cōtinetur, ſicut cōcluſiones in principiis. ¶ Conſequēter cùm dicit [Argumētum nō apparentiū] tangit actū fidei circa propriā eius materiā. Actus autē proprius fidei & ſi ſit in ordine ad voluntatē, vt dictū eſt, tamen eſt in intellectu ſicut in ſubiecto, quia obiectū eius eſt verū, quod propriè pertinet ad intellectū. In actibus autē intellectus differentia eſt. Quidā enim ſunt habitus intellectus qui importāt omnimodā certitudinē ad cōpletam viſionē eius quod intelligitur, ſicut patet de intellectu, qui eſt habitus primorū principiorū, quia qui intelligit quòd omne totū eſt maius ſua parte, videt hoc & eſt certus. Hoc etiā facit habitus ſciētiæ, & ſic talis habitus intellectus, & ſcientia, faciunt certitudinē & viſionē. Quædā verò alia ſunt quæ neutrum faciunt. ſ. dubitatio & opinio. Fides verò tenet medium inter iſta, quia dictū eſt ꝙ fides facit aſſenſum in intellectu, quod poteſt eſſe dupliciter. Vno modo quia intellectus mouetur ad aſſentiendū ex euidētia obiecti quod eſt per ſe cognoſcibile, ſicut in habitu principiorū, vel cognitū per aliud quod eſt per ſe cognoſcibile, ſicut patet in ſcientia aſtronomiæ. Alio modo aſſentit alicui nō propter euidentiā obiecti à quo nō mouetur ſufficienter. Vnde nō eſt certus, ſed vel dubitat. ſ. quādo non plus habet rationē ad vnam partē q̄ ad aliam. Vel opinatur, ſi habet quidē rationē ad vnam partē non omnino quietantē ipſum, ſed cū formidine ad oppoſitū. Fides autē neutrū horū dicit ſimpliciter, quia nec cū primis eſt ſibi euidens, nec cū duobus vltimis dubitat, ſed determinatur ad alterā partē, cum quadā certitudine & firma adhæſione per quandā electionē voluntariā. Hanc autē electionē facit diuina authoritas per quā electionē determinatur intellectus vt firmiter inhæreat his quæ ſunt fidei, & eis certiſsimè aſſentiat. Et ideo credere eſt cū aſſenſu cognoſcere. Propria ergo materia habitus fidei ſunt nō apparētia. Apparentia enim agnitionē habent, non autē fidē, vt dicit Grego. Actus autē fidei eſt certa adhæſio quā vocat Apoſtolus argumentū, accipiēs cauſam pro effectu, quia argumētum facit fidē de re dubia. Eſt enim argumentū ratio rei dubiæ faciens fidē, vt dicit Boet. Vel ſi ſequamur ethimologiā nominis qua dicitur, argumentū quaſi arguens mentē & tunc accipit effectū pro cauſa, quia ex certitudine rei prouenit quòd mēs cogatur ad aſſentiendū. Vnde argumentū dicitur nō apparentiū. i. certa apprehenſio eorū quæ non videt. Quòd ſi quis velit verba iſta ad debitā formā reducere, poſſet dicere ꝙ fides eſt habitus mentis qua inchoatur vita æterna in nobis, faciēs intellectū aſſentire non apparētibus. Vbi enim nos argumentū habemus, habet alia litera cōuictio, quia per authoritatē diuinā conuincitur intellectus ad aſſentiendū his quę nō videt. Patet ergo ꝙ Apoſtolus cōpletè diffinit fidē, licet obſcurè. Per iſtam enim diffinitionē diſtinguitur fides ab opinione, dubitatione & ſuſpitione, quia per iſta nō habetur firma adhæſio intellectus ad aliquid. Per hoc autē quod dicitur nō apparentiū, diſtinguitur ab habitu principiorū & ſciētia. Et per hoc quod dicitur rerū ſperandarū, diſtinguitur à fide cōmuniter ſumpta quæ nō ordinatur ad beatitudinē. Nā per propriā diffinitionē vndecunq; innoteſcit & diſtinguitur à quolibet alio ſicut eſt hic. Vnde & ad iſtā omnes aliæ reducuntur. Sed videtur ꝙ maledicat, nō apparentiū, quia vt dicitur Io. 20, Thomas vidit & credidit. Item credimus eſſe deum vnū, quod tamen demōſtratur à philoſophis. Reſpōdeo, dicendū eſt ꝙ fides dupliciter accipitur. Vno modo propriè, & ſic eſt nō viſorū & non ſcitorū, vt patet ex prædictis. Et propterea ꝙ nō poteſt maior certitudo haberi de cōcluſione quā de principio à quo elicitur: quia ſemp principia ſunt notiora cōcluſionib⁹, ideo cū principia fidei nō habēt euidētiā, nec ꝑ conſequēs cōcluſiones. Et ideo intellect⁹ nō aſſentit cōcluſionib⁹ tanq̄ ſcitis nec tanq̄ viſis. Alio modo cōmuniter, & ſic excludit omnē certā cōcluſionē, & ſic loquitur Aug. in. q. euāgelii ꝙ fides eſt de quibuſdā q̄ videtur. Apo. autē loqtur de prima. Et quidē de Thoma dicendū eſt ꝙ ſicut dicit Gre. Aliud vidit, aliud credidit, qa vidit humanitatē, & credidit diuinitatē. Ad iſtud

de demõstratione, dicendum est q̃ nihil prohibet aliquid esse visum vni quod est creditũ alteri, sicut patet in diuersis statibus. Quod enim nõ est visum in via, videtur in patria. Vnde quod ego credo, angelus videt. Similiter quod est visum à prophetis, vt q̃ deus est vnus incorporeus, hoc est credendũ ab idiotis, sicut idiota credit eclypsim, quam astrologus videt. Et de talibus est fides secundũ quid tantùm. Quædã autem sunt quæ simpliciter excedunt statum præsentis viæ, & de talibus est fides simpliciter. Lectio 2.

Ostenditur descriptio fidei, exẽplo eam cõmendando senũ & patrum veterum.

IN *hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide, intelligimus aptata esse secula verbo dei: ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide, plurimam hostiam Abel quàm Cayn, obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur: quia transtulit illum deus. Ante translationem enim, testimoniũ habuit placuisse deo. Sine fide autem impoßibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide, Noe responso accepto de his quæ adhuc non uidebantur: metuens, aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus.*

¶ Suprà posuit descriptionẽ fidei: hic ostendit eã per exemplũ. Et circa hoc facit duo. Primò enim in generali manifestat propositũ suum. Secundò in speciali, ibi [Fide intelligimus.] Quantũ ad primũ sic cõtinuatur. Sic ergo describo & commendo fidem, nec hoc est de nouo [in hac enim.] s. fide [senes.] i. sancti patres testimoniũ consecuti sunt. i. crediderũt & per fidẽ instituti sunt. Gen. 15, Credidit Abrahã deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Psal. Credidi propter quod locutus sum. Inter omnes autẽ patres veteris testamẽti illi duo specialiter. s. Dauid & Abrahã habent testimoniũ fidei. ¶ Fide intelligimus, &c. In speciali declarat propositum per exẽpla antiquorũ. Et primò quantũ ad id quod crediderunt & docuerũt. Secundò quãtum ad id quod fecerũt, ibi [Fide Abel.] Tertiò quantũ ad id quod passi sunt, ibi [Alii autẽ distenti sunt.] Doctrina autẽ in veteri testamẽto duplex fuit. Vna apertè posita. Alia verò sub velamine figuratũ & mysteriorũ velata fuit. Prima de vnitate dei & creatione mundi. Secũda de mysterio incarnationis & reparationis. Vnde sicut ipsi in memoriã creationis colebant sabbata, ita nos in memoriã resurrectionis seruamus dominicã. Quantum ergo ad doctrinã de mundi creatione, dicit [Fide intelligimus, &c.] Quod potest dupliciter legi. Vno modo quod, verbo dei sit ablatiui casus. Et est sensus [Nos] sicut antiqui [Fide.] i. per doctrinã fidei. s. veteris testamẽti. Gen. 1, Dixit deus, fiat, &c. Psal. Ipse dixit & facta sunt. Intelligimus secula esse aptata. i. disposita [verbo dei.] i. per imperiũ dei. Hoc autẽ pertinet ad fidem quod. s. hoc intelligimus, quia cũ fides sit de inuisibilibus, etiã secula facta sunt de inuisibilibus. s. de materia prima quæ nuda & priuata omni forma inuisibilis est, & omni specie & dispositione carens. Ideo dicit [Vt ex inuisibilibus visibilia fierent.] Sed hoc est satis ruditer dictum, licet sit verum. ¶ Secũdo modo q̃, verbo sit datiui casus. Et tunc est sensus, Intelligimus per fidẽ, vt prius secula essent aptata. i. conuenientia & correspõdentia verbo, vt ex inuisibilib⁹, &c. Propter quod sciendũ est q̃ verbum dei est ipse cõceptus dei quo seipsum & alia intelligit. Deus autẽ cõparatur ad creaturã, sicut opifex ad opus suum. Hoc autẽ videmus q̃ artifex illud quod producit extra, producit in similitudinẽ conceptus sui. Vnde facit domũ in materia ad similitudinẽ domus quam in mente sua formauit, q̃ si domus extra cõueniat domui præcõceptæ, est opus debito modo ordinatũ, si non, non. Quia verò tota creatura optimè dispositа est, vt pote producta ab artifice in quo nõ potest cadere error vel aliquis defectus, ideo plenissimè secũdum modũ suum cõuenit diuino cõceptui. Vnde Boetius de cõsolatione, Pulchrũ pulcherrimus ipse mundũ, mente gerẽs similíq; imagine formãs. Ideo dicit [Intelligimus fide secula.] i. totam vniuersitatẽ creaturæ [aptata.] i. cõueniẽter respondentia [verbo.] i. cõceptui dei, sicut artificiatũ arti suæ. Eccle. 1, Effudit illã. s. sapientiã suam, super omnia opera sua. ¶ Sequitur, Vt ex inuisibilibus, &c. Sed quia apud antiquos cõmunis animi cõceptus erat quòd ex nihilo nihil fit. 11. Phisicorũ. Ideo quando videbant aliquod nouũ opus, dicebant quòd esset factũ ex aliquibus inuisibilibus. Vnde vel ponebãt quodlibet esse in quolibet, sicut Empedocles & Anaxagoras de quo nihil ad præsens. Alii verò latitationẽ formarum, sicut ipse Anaxagoras. Alii ab ydæis, sicut Plato. Alii ab intelligẽtia, sicut Auicenna. Vnde secũdum omnes istos visibilia facta sunt ex inuisibilibus rationibus ydæalibus. Nos autẽ dicimus secundũ modũ prædictũ, q̃ ex inuisibilibus rationibus ydealibus in verbo dei per quod omnia facta sunt, res visibiles sunt productę. Quę rationes, & si idẽ sunt, tamẽ per diuersos respectus cõnotatos respectu creaturę differũt secundũ rationẽ. Vnde alia ratione conditus est homo, & alia equus, vt dicit Augu. in lib. 83. q. Sic ergo secula aptata sunt verbo dei [vt ex inuisibilibus] rationibus ydæalibus in verbo dei [visibilia.] i. omnis creatura [fierẽt.] Omnia autẽ ista verba expressè sunt contra Manicheos. Ipsi enim dicunt q̃ nõ est curandũ quid homo credat, sed tantũ quid faciat. Sed Apostolus principiũ omnis operis ponit fidẽ. Vnde dicit q̃ est substãtia. i. fundamentũ. Sine fide ergo frustrà sunt opera. Item dicũt q̃ non est credendum nisi vnde habetur ratio. Contra quod dicit, non apparentiũ. ¶ Item dãnant vetus testamentũ dicentes q̃ à malo principio. s. à diabolo conditum sit. Contra quod dicit, q̃ in hac fide testimonium consecuti sunt senes. ¶ Deinde cùm dicit [Fide Abel. &c.] ostendit quid patres antiqui fecerunt. Et primò hoc ostendit de patribus ante diluuiũ. Secundò de patribus qui fuerunt ante legẽ, ibi [Fide qui vocatur Abrahã.] Tertiò de his qui fuerunt sub lege, ibi [Fide Moyses.] Ante diluuiũ fuerunt tres specialiter deo accepti. s. Abel. Gen. 4. Enoch. Gene. 5. Noe. Gen. 6. Primò ergo ponit fidẽ Abel. Secũdò fidem Enoch, ibi [Fide Enoch. Tertiò fidem Noe, ibi [Fide Noe.] De Abel autẽ ostendit quid per fidem fecerit, & quid inde consecutus sit. Per fidem Abel obtulit sacrificiũ. Vnde sicut confessio est testimoniũ fidei interioris, ita ex cultu exteriori in sacrificio cõmendatur fides eius. Et ex eo quòd obtulit sacrificiũ electum, quia de primogenitis gregis & de adipibus eorum, ostẽditur electa fides eius. Optimũ enim sacrificium signum fuit electæ fidei & probatæ. Malach. 1, Maledictus fraudulentus qui habet in grege suo masculũ, & votum faciẽs immolat debile domino. ¶ De sacrificio autẽ Cayn nulla fit mentio quantũ ad excellentiã, sed solũ q̃ obtulit de fructibus terræ. Dicit ergo q̃ [Abel fide obtulit plurimã hostiã] non quãtitate sed pretiositate [quã Cayn.] i. meliorẽ hostiam obtulit q̃ Cayn. s. [deo] quia ad honorẽ dei. Aliter enim nõ placuisset deo. Glo. dicit, Fide plurima, sed hoc nõ habetur in Græco, quia plurima est ibi accusatiui casus: qd̃ patet ex modo loquẽdi q̃ est cõparatiu⁹, nisi dicatur fide plurima. i. meliore &

vide magistrum desolo ad romanos p̃ vtu ut sint excusabiles &c. & 2. 2ae q. 2. ar 7. & 8. & v. augusti. li. l. ep̃ distinct c. 3. & d. augusti. li. 9. contra faustum c. 14. tenet oñs q̃ dicte loca alegata & q̃ d. paulus ad galatas 3. c. in fine frustra iustificabenizea &c. & 1 mag. in 3. d. 28. & ibidem ad galatas. 2. c. quones patesmodi &c. fide mediatoris salui facti sunt, & ad gala 4. et dicit ibidem & d. augusti tentatu 45. super ioh. & in epistolã ad galat. 157. & in li. non tenduns epistolas pelagia nos c. 21. vide q̃ multa & optima

præstãtiore quã Cayn obtulisse, quia vt dictũ est, sacrificium exterius signũ fuit fidei interioris. Ex fide autem duo cõsequuntur, vnũ in vita. s. testimoniũ iustitiæ. Vnde dicit [Cõsecutus est testimoniũ esse iustus.] s. per fidẽ. Mat. 23, A sanguine Abel iusti, &c. tamen nõ propter hoc testimoniũ Christi dicit ipsum consecutum fuisse testimoniũ iustitię, quia nõ intendit hîc introducere nisi authoritates veteris testamẽti. s. propter id quod dicitur Gen. 4, Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, quia respectus domini est specialiter super iustos. Psal. Oculi domini super iustos. Et hoc [testimoniũ perhibente deo munerib⁹ eius.] Quod fortè fuit, quia igne cęlesti incẽdebantur munera. Et hoc fuit respectus dei. Prius tamẽ respexit ipsum offerentẽ quàm oblationẽ eius, quia ex bonitate offerẽtis acceptatur oblatio, quę nõ est sacramẽtalis, quia sacramentalem bonitatẽ non immutat malitia ministri: quantũ autem ad offerentẽ vt sibi prosit oblatio, requiritur bonitas in ipso. Aliud testamentũ consecutus est post mortẽ. Vnde dicit [Et per illã defunctus adhuc loquitur] quia vt dicit Glo. post mortẽ adhuc cõmendatur fides eius, quia datur nobis materia loquẽdi de ipso, vt de fide eius, & patiẽtia, demus exẽpla ad exhortandũ alios ad patientiã. Sed hęc non est intentio Apostoli, quia omnia quæ accipit hîc sumit ex scripturis. Vnde intelligitur de eo quod dicitur Gen. 4, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. infrà 11, Melius loquẽtem quã Abel. Hoc enim accepit per illam. i. per meritũ fidei, quòd defunctus. i. sanguis defuncti clamet ad deũ & loquatur deo. ¶ Deinde cùm dicit [Fide Enoch, &c.] Cõmendat Enoch. Et primò ponit intẽtum suũ. Secundò probat ibi [Et nõ inueniebatur.] Non facit autẽ Apostolus mẽtionẽ de operibus eius, quia scriptura modicũ loquitur de hoc, sed tantũ ostendit quid ei fecerit deus, quia [fide.] i. per meritũ fidei [translatus] à cõuersatione huius vitæ, in alia cõseruatur à morte. Vnde dicit [Ne videret mortẽ.] Gen. 5, Non apparuit, quia tulit eũ deus. Et verũ est q̃ nõdum est mortuus, sed tamen quandoq; morietur, quia sententia quã dominus primis parẽtibus peccãtibus inflixit, quocunq; die comederis, &c. in omnes quocũq; modo nascũntur ex Adã permanebit, sicut etiã in Christo. Psal. Quis est homo qui viuet & nõ videbit mortẽ? Mors autẽ duorũ dilata est. s. Enoch & Heliæ. Et ratio est, quia doctrina veteris testamẽti ordinatur ad promissa noui testamẽti, in quo nobis spes vitæ æternæ promittitur. Mat. 4, Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cælorũ. Et ideo data sentẽtia mortis voluit dominus ducere homines in spem vitæ: quod fecit in patribus vtriusq; status. s. naturæ, legis, & gratiæ. Vnde in primo statu dedit spẽ euadendi necessitatẽ mortis, & hoc in Enoch, in lege, in Helya. In tẽpore gratiæ, in Christo per quã datur nobis effectus huius promissionis. Et ideo alii moriẽtur, sed Christus resurgens ex mortuis iã nõ moritur. Sed duo primi moriẽtur per antichristũ. Sic ergo trãslatus est ne videret mortẽ, non solũ vt nõ sentiret mortẽ & hoc in illa generatione. ¶ Deinde cùm dicit [Et nõ inueniebatur, &c.] Probat q̃ hoc habuit per meritũ fidei: & primò probat q̃ translatus est: secũdò q̃ hoc propter fidẽ habuit, ibi [Ante translationẽ enim.] Et primũ probat per authoritatẽ. Gene. 5, Quã sub aliis verbis ponit, quia ibi dicitur, nõ apparuit, quia tulit eũ deus. Hîc autẽ dicit [Et non inueniebatur, quia trãstulit eũ deus.] Et idẽ est sensus. Sap. 4, Placens deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores trãslatus est. Sicut enim conueniens fuit q̃ homo propter peccatũ expelleretur de paradiso, ita q̃ iustus introduceretur. Iste enim per Seth septimus ab Adã optimus fuit, sic Lamech per Cayn septimus ab Adã pessimus fuit vt pote qui contra naturã primus introduxit bigamiã. ¶ Deinde cùm dicit [Ante translationẽ.] probat q̃ propter meritũ fidei fuerat translatus, quia antequã trãsferretur dicit de ipso scriptura q̃ ambulauit eũ deo, quod est cõsentire & placere deo, propter hoc autẽ tulit eum deus, sed sine fide impossibile est ambulare eũ deo & deo placere, ergo, &c. Totam istam rationẽ quantũ ad præmissas ponit. Et primò maiorẽ, quia [habuit testimoniũ ante translationẽ placuisse deo.] Et ideo [transtulit eũ deus.] Eccle. 44, Enoch enim placuit deo & trãslatus est in paradisum, vt det gẽtibus sapientiã. Quod autẽ placuerit ostendit scriptura quæ dicit q̃ ambulauit cũ deo. Mal. 2, In pace & in æquitate ambulauit mecũ. Psal. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Minorẽ subdit, dicens [Sine fide autẽ impossibile est placere deo.] Eccle. 1, Beneplacitũ est illi fides. Ro. 3, Arbitramur iustificari hominẽ per fidem. Probat autẽ minorem cũ dicit [Accedentẽ ad deũ oportet credere.] Nullus enim potest deo placere nisi accedat ad ipsum. Iac. 4, Appropĩquate deo & appropinquabit vobis. Psal. Accedite ad eũ & illuminamini. Sed nullus accedit ad deũ nisi per fidem, quia fides est lumen intellectus. Ergo nullus potest deo placere nisi per fidẽ. Accedentẽ autẽ per fidẽ oportet credere domino. Sicut enim videmus in quolibet motu naturali q̃ oportet q̃ mobile ex motu duo intendat ne motus sit frustrà. s. aliquẽ certũ terminũ & certã causam quare moueatur prius autem est terminus quã effectus motus consequatur, sic etiã in motu quo aliquis accedit ad deũ terminus motus est ipse deus. Vnde dicit [Oportet credere accedentẽ quia est.] Quod dicit propter eius æternitatẽ. Exod. 3, Qui est misit me. Secundò q̃ sciat q̃ deus habeat prouidentiã de rebus. Aliter enim nullus iret ad ipsum, si nõ speraret aliquã remunerationem ab ipso. Vnde dicit [Et inquirentibus se remunerator sit.] Esa. 40, Ecce dominus veniet, ecce merces eius cũ eo. Merces autẽ est illud quod homo quærit in labore. Mat. 20, Voca operarios, & redde illis mercedem. Quæ merces nihil est aliud quàm deus, quia nihil extra ipsum debet homo quærere. Gene. 15, Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. Deus enim nihil aliud dat nisi seipsum. Psalm. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Treñ. 3, Pars mea dominus dixit anima mea, &c. Et ideo dicit, Remunerator est inquirentibus eum. Non aliud. Psal. Quærite dominũ & confirmamini, quærite faciem eius semper. Sed nunquid duo hæc sufficiunt ad salutem? Respondeo, dicendum est q̃ post peccatum primi parentis nemo potuit saluari à reatu culpæ originalis, nisi per fidem mediatoris, sed ista fides diuersificata est quantũ ad modum credendi secundum diuersitatem temporũ & statuũ. Nos autem quibus est tãtum beneficiũ exhibitũ magis tenemur credere quã illi qui fuerũt ante aduentũ Christi: tunc etiã aliqui magis explicitè: sicut maiores, & illi quibus facta fuit aliquãdo reuelatio specialis. Illi etiã qui sub lege, magis explicitè quã ante legem, quia data fuerũt eis aliqua sacramenta quibus quasi per figurã representabatur Christus, sed gentiles qui fuerũt saluati, sufficiebat eis q̃ crederent deũ esse remuneratorem, quæ remuneratio non fit nisi per Christũ. Vnde implicitè credebant in mediatorem. ¶ Contra autem illud quod dicit q̃ oportet credere q̃ deus est, quod dictum est suprà, q̃ creditum non potest esse scitum nec visum, deum autem esse, est demonstratum. Respondeo, dicendum est q̃

de deo potest multipliciter haberi notitia. Vno modo per Christū, inquātum. s. est pater vnigeniti & cōsubstātialis, & alia quæ specialiter Christus de deo patre & filio & spiritu sancto docuit quantū ad vnitatem essentiæ, & æternitatē personarum. Et hoc tantū est creditū, nec in veteri testamento fuit explicitè creditū nisi à maioribꝰ tantū. Secūdo modo q̄ solus deus colēdus est, & sic etiā erat creditū à Iudæis. Tertio modo q̄ est vnus deus, & hoc notū est etiam ipsis philosophis, & nō cadit sub fide. ¶ Deinde cùm dicit [Fide Noe.] ostendit quid Noe fecit per fidē, & quid inde cōsecutus est, ibi [Et iustitiæ] de ipso autē narrat quinq; quæ fecit. Primò q̄ dictis dei credidit de futuro iudicio, quod tamen nondū videbatur. Vnde dicit [Fide Noe responso accepto de his quæ adhuc nō videbantur] supple crediderat. Secundò ex fide timuit. Fides enim est principiū timoris. Eccle. 25, Timor dei initiū dilectionis eius, fidei autē initium agglutinandū est ei. s. timori. Et ideo dicit [Metuēs.] s. diluuiū promissum, quod tamē nō videbatur. Ergo fides est de inuisibilibꝰ. Tertiò mandatū dei impleuit faciēdo aream. Vnde dicit [aptauit arcā.] i. secundū dispositionē dei conuenientē fecit. Quartò à deo salutē sperauit. Vnde dicit [In salutem domus suæ.] i. familiæ suæ, quia illi soli salui facti sunt. 1. Pet. 3, Pauci. i. octo animæ saluæ factæ sunt per aquā. Quintò ex hoc q̄ propter fidē prædictam fecit [dānauit mundū.] i. mundanos dānabiles ostēdit. Reuelatio autē sibi de fabricāda arca, responsum fuit desiderio eius & iustitiæ quæ est per fidē. ¶ Deinde cū dicit [Et iustitiæ quæ.] ostēdit quid per fidē cōsecutus est. Sicut enim post mortē alicuius aliquis succedit in hereditatē eius, sic etiā quia à principio mūdi nō totaliter defecerat iustitia in mūdo, quia adhuc durabat mūdus, sed in diluuio quasi totꝰ periit mūdus, ideo ipse Noe quasi heres factus est propter fidē suā [vel iustitiæ quæ habetur per fidē.] Vel sicut patres sui iustificati fuerūt per fidē, ita ipse factus hæres est iustitiæ per fidē. s. imitator per fidē paternæ iustitiæ. Lectio 3.

Alia exēpla fidei.

FIde, qui uocatur Abrahā obediuit in locū exire quē accepturus erat in hæreditatē: & exiit, nesciēs quò iret. Fide, de moratus est in terra repromissionis tanq̄ in aliena, in casulis habitādo cū Ysaac & Iacob coheredibus repromissionis eiusdē. Expectabat enim fundamēta habētē ciuitatē: cuius artifex & cōditor, deus. Fide, & ipsa Sara sterilis uirtutē in cōceptione seminis accepit, etiā præter tēpus ætatis quoniā fidelē credidit esse eū qui repromiserat. Propter q̄d & ab uno orti sunt (& hoc emortuo) tāquam sidera cæli in multitudinē, & sicut arena quæ est ad orā maris, innumerabilis.

¶ Suprà posuit Apostolus exēplum fidei in patribus qui fuerūt ante diluuiū qui fuerunt cōmuniter patres tam Gētilium q̄ Iudæorū: hīc specialiter descēdit ad patres qui fuerūt post diluuiū qui specialiter fuērūt patres Iudęorū. Et primò ponit exēplum fidei Abrahæ qui fuit pater credētiū. Vnde & primus accepit signaculū fidei ante legē. Et primò ostēdit quid fecerit Abrahā. Secūdò quid fecerit Ysaac. Tertiò quid fecerit Iacob. Quartò quid fecerit Ioseph. Secundū, ibi [Fide de futuris.] Tertiū, ibi [Fide Iacob.] Quartū, ibi [Fide Ioseph.] Iterū prima in duas. Primò enim ponit quid fecerit quantū ad exteriorē & humanā cognitionem. Secūdò quid fecerit quantū ad deum, ibi [Fide obtulit.] ¶ Circa primū tria facit. Primò enim ostendit quid fecerit quantū ad habitationē. Secundò quid fecerit quantū ad generationē, ibi [Fide & ipsa Sara.] Tertiò quid fecerit quantū ad suam cōuersationē, ibi [Iuxta fidē.] Item quantū ad habitationē duo ostendit: primò quid fecerit quantū ad primā loci mutationē: secundò quantū ad alterius inhabitationē, ibi [Fide moratus.] Vt autē ostendat exēplum suum de Abrahā magnę authoritatis esse. Primò ponit celebritatē nominis eius, dicens, Ille qui vocatur. s. à deo. Gen. 17, Vocaberis Abrahā. Itē vocātur ab hominibus. Eccl. 44, Abraham magnus pater multitudinis gentiū. Talis ergo à deo vocatus & ab hominibus prędicatus, dignus est exēplo. Secūdò ponit exēplum eius, dicens [Quia fide obediuit.] Per fidē enim informantur ad obediendū deo de inuisibilibꝰ. Ro. 1, Ad obediendū fidei, &c. [Exire in locū quē accepturus erat in hæreditatē] de quo Ge. 12, Egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui, & veni in terrā quam monstrauero tibi. Dominus autē terram illā debebat sibi dare in hæreditatē. Gen. 13, Omnē terram quā conspicis tibi dabo. ¶ Sed nūquid non ipse cū patre suo Thare exierat de terra sua. Ergo nō exiuit ex præcepto domini, sed per patrē. Respondeo dicendū est q̄ cū patre exiuerat reuersurus iterū, sed ex præcepto domini exiuerat in Mesopotamiā Syriæ, vbi mortuo patre intendebat remanere, sed ex mādato domini venit in terrā Chanaam. Et nūquid erat hoc mirabile, vt sic de hoc oporteret habere fidē, & credere deo? Sic, quia [exiuit nesciēs quo iret.] i. vt iret ad rem ignotā. Quod autē est ignotum, est inuisibile. Per illam obedientiā Abrahæ, nobis designatur quòd debemus ab omni affectione carnali exire si volumus hæreditatē nostrā habere. Psal. Obliuiscere populū tuum & domū patris tui. Esa. 64, Oculus nō vidit deus absq; te quæ præparasti expectātibus te. Vnde hæreditas ista est nobis ignota. ¶ Deinde eū dicit [Fide demoratus est, &c.] ostendit quid per fidē fecerit quantū ad inhabitationē. Et primò quid fecerit, ostendit. Secūdò subdit causam quare, ibi [Expectabat enim.] Videmus enim q̄ aliquādo aliquis exit de terra natiuitatis suæ & vadit alibi, vt faciat mansionē suam perpetuā. Sic nō fecit Abraham, sed sicut aduena fuit in terra Chanaā, & sicut aduena mortuus est in ipsa, quod patet, quia nō fecit ibi domum nec firmam mansionē, sed habitauit in casulis & tabernaculis, quæ sunt habitacula mobilia. Vnde semper fit mētio de tabernaculis quādo loquitur de Abrahā. Vnde ex præcepto domini habitauit ibi vt aduena. Act. 7, Non dedit illi in ea hęreditatē nec passum pedis. Gen. 21, Fuit colonus terræ Philistinorū diebꝰ multis. Quod quidē verū est quantū ad id quod dominus ei gratis donatu rus esset, nō quātū ad id quod emit. Vnde dicit q̄ [fide demoratus est in terra repromissionis] quia fuit ei frequēter promissa, sicut patet Gen. 12. vsq; ad 21. ca. [tanq̄ in aliena] quod patet, quia [habitando in casulis] quæ dicuntur à cadendo, & in tentoriis mobilibus, & quia animo nō redeundi in patriā suam, etiā si plus vixisset, patet quia [cum Ysaac & Iacob habitauit] nō quidem simul, sed successiuè, qui erāt filii promissionis quia ipsis facta est promissio. Gene. 17. & 28. Et dicit [coheredibus repromissionis] in quo datur nobis intelligi q̄ in mundo isto debemus conuersari sicut alieni & aduenæ. 1. Cor. 17, Qui vtuntur hoc mūdo tanq̄ nō vtantur. infrà vlti. Non enim habemus hīc manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus. ¶ Deinde eū dicit [Expectabat enim.] ostendit quare morabantur sicut aduenæ, quia, scilicet non reputabant se aliquid habere super terram, sed quærebant hæreditatem cælestē ciuitatem. Psal. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem: Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Esa. 33, Oculi tui videbunt Hierusalem habitationē opulentam tabernaculum quod nequaquā vltra transferri poterit. Non tabernaculū mobile. Et dicitur ciuitas

primò propter ciuiū vnitatē, quæ vnitas est per pacem. Psal. Lauda Hierusalē dominū, &c. Et sequitur, Qui posuit fines tuos pacē. Esa. 32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: & in tabernaculis fiducię, & in requie opulēta. Ioā. 17, Vt sint vnū sicut & nos vnū sumus. Secundò est ordinata, quod fit maximè propter iustitiā, & non ad malū faciendū. Ibi autē est perpetua iustitia. Eze. 48, Nomē ciuitatis ex illa die, dominus, ibidē. Tertiò p se sufficiens ad omnia quæ sunt necessaria. Quodcūq; enim necessariū perfectissimè ibi erit, quia ibi est status bonorū omniū aggregatione perfectus. ps. Hierusalē quę ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Ista ciuitas habet fundamēta, in quo significat eius stabilitatē. Esa. 33, Tabernaculū quod nequaq̄ vltra transferri poterit. Sunt autē fundamēta prima pars ædificii. Vnde angeli sunt eius ciuitatis fundamēta. ps. Fādamēta eius in mōtibꝰ sanctis. Homines em̄ assumētur ad ordines angelorū. Ecclesiæ verò fundamēta sunt Apostoli. Apoc. 21, Author autē huius ciuitatis est ipse deus, nō humanę artis sapiētia. 2. Cor. 5, Scimus quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q̄ ædificationē à deo habemus domū non manufactā, sed æternā in cælis. Ad cuiuslibet autē ciuitatis ædificationē duo requirūtur. Primū est authoritas prīcipis, qua mediāte firmetur, qui dicitur cōditor eius à quo & ipsa nomē accipit, sicut à Romulo Roma. Et sic illius ciuitatis dicitur deus cōditor eius. ps. In ciuitate dei nostri deus fundauit eā in æternū. Secundū est modus dispōndi ipsam, qui cōmēdat sapientiā artificis. Et sic deus dicitur artifex eius, quia ordinata est secundū dispositionē & sapientiā dei. ps. Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri, &c. Debita em̄ dispositio operis cōmendat opificē. Nusquā autē ita relucet diuina sapiētia sicut ibi. Et ideo ibi nimis laudabilis dicitur. ¶ Deinde cū dicit [Fide & ipsa Sara.] ostēdit quid ibi per fidē vxor eius cōsecuta est. Et circa hoc duo facit, quia primò ostendit quid consecuta est ipsa: secūdò quid consecutū est in filiis: ibi [Propter quod & ab vno.] In vxore autē eius Sara duo defectus erāt propter quos omnino videbatur quasi impossibile ipsam posse cōcipere. Vnde credere illa fuit magnę fidei. Vnū erat quia sterilis. Gen. 11, Erat autē Sara sterilis. Aliud quia iam propter defectū ætatis nō erat naturaliter apta ad generationem. Gen. 18, Desierāt Saræ fieri muliebria. Itē ipsa dicit ibidē, Ego iā senui, & dominus meus vetulus est. Istos duos defectus tāgit Apostolus. Primū cùm dicit [Sara sterilis.] Secundū cùm dicit [Et præter tēpus ætatis.] Tamen his nō obstātibus [ipsa accepit virtutē in cōceptione seminis fide.] s. vel sua vel Abrahæ, quia & si erat impossibile secundū naturā q̄ nonagenaria de centenario cōciperet, tamen vterq; credidit deo, cui nihil est difficile. Vnde dicit q̄ [fidelē credidit esse eū qui repromiserat.] s. cōtrà: quantū ad Abrahā, & videtur q̄ non credidit, quia Gen. 17. dicitur q̄ risit dicens in corde suo, Putas ne cētenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Iterū quantū ad Saram. Gen. 18. dicitur q̄ risit occultè, dicēs, Postq̄ ego consenui & dominus meus vetulus est: voluptati operā dabo? Respondeo, dicendū est q̄ quantū ad Abrahā, risus eius nō fuit dubitationis, sed admirationis. Vnde Ro. 4, Non hæsitauit diffidētia, sed cōfortatus est fide dans gloriam deo plenissimè, sciens q̄ quicquid promisit deus, potēs est & facere. Vnde nec repræhēditur risus eius à deo qui corda omniū nouit. Sara autē primò dubitauit in prima promissione, sed quādo angelus recurrit ad potentiā dei, cū dixit, Nunquid deo quicquā est difficile? tūc credidit, & hæc fuit quasi secūda promissio. Et ideo dicit q̄ repromisit, quia in promittēdo primò non credidit, sed in repromittēdo. Sed sciendū est q̄ omnes cōceptus miraculosi qui fuerūt in veteri testamēto, fuerūt quasi figura illius maximi miraculi qđ fuit in Christi incarnatione. Oportuit enim natiuitatē eius ex virgine per aliqua præfigurari, ad præparādos animos ad credendum. Non tamē potuit præfigurari ex ęquo, quia necessariò figura deficit à figurato. Et ideo scriptura partū virginis ostēdit per partū sterilū. s. Saræ, Annæ, & Elizabeth. Sed differentia est, quia Sara à deo miraculosè accepit virtutē concipiēdi, sed tamen ex humano semine. Et ideo dicitur hīc in cōceptionē seminis. Beata verò virgo sine semine. Vnde in Sara virtus diuina præparauit materiā ad concipiendū tantū ex semine: sed in beata virgine etiā præparauit illā purissimam materiā ex sanguine, & cū hoc fuit ibi virtus spiritussancti loco seminis. Non enim ex virili semine, sed mystico spiramine factum est verbum dei caro. ¶ Deinde cū dicit [Propter quod & ab vno.] ostendit quid consecutū est in filiis ex virtute dei. s. multiplicatio seminis, Vbi primò considerāda est radix huius multitudinis, quæ fuit vna. s. Abrahā, vbi dicit [Propter quod.] s. meritū fidei [ab vno.] s. Abraham. Esa. 51, Vnū vocaui eū & benedixi ei & multiplicaui eū. Secūdò cōsideranda est cōditio eius quia iam emortuus. Vnde dicit [Et hoc emortuo] quia iā vetulus erat, vt suprà dictū est. Sed cōtra, quia mortua Sara multos filios genuit ex alia vxore, sicut patet Gen. 13. ergo malè dicit emortuo. Respōdeo, dicendū est q̄ vetulus bene generat ex iuuencula, nō autē ex vetula. Et sic erat in ipso mortua virtus generādi quantū ad Saram, nō tamen ad alias. Vel dicendū est q̄ intelligitur ab vno. s. vtero Saræ, iam emortuo. Ro. 4, Et emortuā vuluam Saræ. Esa. 51, Attendite ad Abrahā patrem vestrū & ad Sarā quæ peperit vos. Tertiò cōsideranda est differētia inter illos qui ex Abrahā processerūt. Sicut enim nō omnes, vt dicitur Ro. 9, qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, sic nec hi qui sunt ex semine Abrahæ omnes sunt filii, sed qui filii sunt ꝓmissionis æstimātur in semine. Ideo eius progenies diuiditur in duas. s. in bonos & malos. Boni significātur per stellas de quibus dicit q̄ orti sunt tanq̄ sidera cæli in multitudinē. Bar. 3, Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lętatę sunt. Mali verò significātur per arenā maris contiguam, quia mali Iudæi de semine Abrahæ cōformantur gētilitati. Arena autē fluctibus maris vndiq; cōcutitur, ita & mali turbinibus mūdi. Esa. 57, Cor impii quasi mare feruens. Iudæi autē non omnino fuerūt arena, sed quasi arena, quia cōmunicabant cū Gentibus in malis. Vnde possunt dici terminus maris. Hiere. 5, Posui arenā terminū mari. Itē arena sterilis est & infructuosa. Ita etiā peccatores sunt steriles ab omni opere boni fructus. Vnde dicit q̄ etiā [orti sunt sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis.] Et est sermo hyperbolicus. Vel dicitur innumerabilis, nō quia nō possit numerari: sed quia nō de facili potest numerari. Gen. 22, Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris. Lectio 4.

Cōmendatur fides Abrahæ, quātum ad suā cōuersationem vsque ad mortē.

IVxta fidem defuncti sunt omnes isti: non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes, & confitentis, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt: significant se patriam inquirere. Et siquidem ipsius meminissent de qua exierunt: habebant utiq; tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cæleste m. Ideo non confunditur deus uocari deus eorum, Parauit enim illis ciuitatem. Fide, obtulit Abraham Ysaac, cum

tentaretur: & unigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones (ad quem dictum est, quia in Ysaac uocabitur tibi semen) arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. Vnde eum & in parabolam accepit.

¶ Suprà cõmendauit Apostolus fidẽ Abrahæ quantũ ad habitationẽ, & generationẽ: hîc cõmendat ipsum quantũ ad suam conuersationẽ vsq; ad mortẽ. Et circa hoc facit tria: primò enim ostẽdit quid per fidẽ fecit: secũdò ponit vnũ quod pertinet ad fidẽ, ibi [Qui enim hoc dicũt.] tertiò ostẽdit quid per fidem recepit, ibi [Ideo nõ confunditur deus.] Fidẽ Abrahæ & filiorũ eius cõmendat ex perseuerãtia, quia vsq; ad mortẽ perseuerauerũt in fide. Mat. 10. & 24, Qui autẽ perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit: ideo dicit [Iuxta fidẽ omnes isti defuncti sunt] præter Enoch. Vel omnes isti. s. Abrahã, Ysaac, & Iacob. Et hoc est melius dictũ, quia istis solũ facta est promissio. Item cõmendat eos à lõga promissorũ dilatione. Vnde dicit [Nõ acceptis repromissionibus] Sed contrà, videtur q̃ receperint promissionem. Ezech. 33, Vnus erat Abraham & hæreditate possedit terrã. Respõdeo dicendũ est q̃ possedit. i. posſidendi primus promissionẽ accepit, nõ tamen actu possedit, vt patet Act. 7. Sequitur [Sed à lõge eas aspicientes] quod erat per fidẽ. q.d. Intuẽtes visu fidei. Et fortè de loco isto sumptũ est illud responsoriũ in prima dominica aduẽtus, Aspiciens à lõgè, &c. Esa. 30, Ecce nomẽ domini venit de lõginquo [Et salutãtes.] i. venerãtes. Et loquitur secundũ Chryso. ad similitudinem nautarũ, qui quãdo primò vident portũ, prorũpunt ad laudẽ, & salutant ciuitatẽ ad quã vadũt. Ita sancti patres vidẽtes per fidẽ Christum venturũ, & gloriam quã per ipsum cõsecuturi erãt, salutabãt. i. venerabantur ipsum. Psal. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus. Io. 8, Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meum, vidit & gauisus est. Item cõmendat fidẽ ipsorũ ex sincera cõfessione, quia vt dicitur Ro. 10, Corde creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Et ideo dicit [Et cõfitentes, quia peregrini & hospites sunt super terrã] isti enim tres vocauerũt se aduenas & peregrinos. Nam Genẽ. 23. dicit Abraham, Aduena sum & peregrinus apud vos. Dicitur etiã à domino ad Ysaac. Genẽ. 26, Quiesce in terra quã dixero tibi, & peregrinare in ea. Iacob etiã. 47. dicit, Dies peregrinationis vitę meę. Dicitur autẽ peregrinus qui est in via tendẽdi ad aliũ locum. Esa. 23, Dicent eã longe pedes sui ad peregrinandũ. Sed aduena est ille qui habitat in terra aliena nec intẽdit vlterius ire. Isti autẽ nõ solùm confitebãtur se esse aduenas, sed etiam peregrinos. Sic etiã sanctus vir nõ facit mansionẽ suam in mũdo, sed semp̃ satagit tendere ad cælũ. Psal. Aduena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei. ¶ Deinde cùm dicit [Qui enim hoc dicunt.] ostẽdit q̃ ista confessio pertineat ad fidẽ. Nullus enim est hospes & peregrinus nisi qui est extra patriam & tendit ad illã. Cũ ergo isti cõfitentur se esse hospites & peregrinos super terrã, significant se tẽdere ad patriã suam. s. cælestẽ Hierusalẽ. Gala. 4, Illa quæ sursum est Hierusalẽ libera est. Et hoc est quod dicit [Qui enim hoc dicũt significant. se patriã inquirere] Sed quia fortè posset aliquis dicere q̃ verum est q̃ ipsi erãt peregrini in terra Philisteorũ & Chananeorũ inter quos habitabãt, tamen intendebãt redire in terram vnde exierãt, hoc remouet, dicẽs [Et siquidẽ ipsius.] s. patriæ suæ [meminissent de qua exierãt: habebãt vtiq; tẽpus reuertendi [quia propè erãt [Nunc autẽ meliorem appetunt. i. cælestẽ.] Vnde Genẽ. 24. dixit Abraham seruo suo, Caue ne quãdo filium meũ reducas illuc. Psal. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis quã habitare in tabernaculis peccatorũ. Item, Vnã petii à domino, hanc requirã, vt inhabitẽ in domo domini omnib⁹ diebus vitæ meæ. Ipsi ergo patriã istam inquirebãt, non domũ paternã vnde exierunt. In quo significatur q̃ illi qui exeũt de vanitate seculi, nõ debent illuc redire mẽte. Psal. Obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui. Lu. 9, Nemo mittens manũ ad aratrum & respiciẽs retro, aptus est regno dei. Philip. 3, Quæ retrò sunt obliuiscens, in anteriora me extẽdens. Patet autẽ q̃ ista eorum verbo & facto cõfessio, pertinet ad fidẽ, quia ipsi illud quod solùm eis promissum fuerat nec exhibitũ, firmissimè crediderunt etiã vsq; ad mortẽ. Vnde [iuxta fidẽ.] i. iuxta se habẽtes fidẽ suã quasi sociam & inseparabilẽ [defuncti.] Apoc. 2. Esto fidelis vsq; ad mortẽ. ¶ Deinde cùm dicit [Ideo nõ cõfunditur.] ostẽdit quid ex fide sua meruerũt accipere, hoc autẽ fuit honor maximus. Reputatur autẽ maximus honor quãdo denominatur aliquis ab aliquo solẽni officio vel seruitio, magni & excellẽtis domini vel prĩcipis, sicut notarius papæ, vel cãcellarius regis. Maior autẽ honor est quã do ille magnus dominus vult nominari ab his qui seruiũt ei. Sic autẽ est de istis tribus Abrahã Ysaac. & Iacob, quorũ dominus rex magnus sup omnes deos specialiter vocat se eorũ deũ, vnde Exo. 3, Ego sum deus Abrahã, deus Ysaac, & deus Iacob: vnde dicit [Ideo nõ confunditur deus vocari deus eorũ.] Et huius potest triplex ratio assignari. Prima quia deus p fidẽ cognoscitur. Isti autẽ legũtur primò separasse se per cultũ spe ciale ab infidelibus: vnde & Abrahã primus accepit signaculũ fidei. Ro. 4, Vt fieret pater multitudinis gentiũ. Et ideo ꝓponũtur nobis in exẽplum, sicut illi per quos deus primò cognit⁹ est: & per eos deus nominatus est vt obiectũ fidei. Et idcirco ab eis voluit nominari. ¶ Secũda secundũ Aug. in glo. quia in istis latet aliquod mysteriũ. In istis em̃ inuenimus similitudinẽ generationis qua deus regeneravit filios spirituales. Videmus autẽ in ipsis quadruplicẽ modũ generandi. Primus modus est liberorũ, per liberas, sicut Abrahã per Sarã genuit Ysaac, qui genuit pRebeccã Iacob. Iacob autẽ octo patriarchas per Lyam & Rachelẽ. Secũdus modus fuit liberorũ per ancillas, sicut Iacob per Balã & Zelpham genuit Dam, & Neptalin, Gad, & Aser. Tertius modus fuit seruorũ per liberas, sicut Ysaac genuit per Rebeccam Esau, de quo dictũ est, Maior seruiet minori. Quartus modus fuit seruorũ per ancillã, sicut per Agar genuit Abrahã Ysmael. In hoc ergo designatur diuersus modus, quo dominus spirituales filios generat, quia aliquando bonos per bonos sicut Timotheum per Paulum. Aliquãdo bonos per malos, & ista est generatio liberorum per ancillas. Aliquando malos per bonos, sicut Symonem magum per Philippum. Et ista est generatio seruorum per liberas. Malorum autẽ generatio per malos reputatur in semine. Vnde Gala. 4, Eiice ancillam & filium eius. ¶ Tertia ratio & videtur magis secundum intentionem Apostoli, quia consuetum est quòd rex vocatur à principali ciuitate, vel à patria tota, sicut rex Hierusalẽ, rex Romanorũ, rex Franciæ. Et ideo deus propriè vocatur rex & deus illorum qui specialiter spectant ad ciuitatem illam Hierusalem cælestem, cuius artifex & conditor est deus. Et quia isti verbo & facto ostendebant se ad illam ciuitatem pertinere, ideo dicitur deus illorum, vnde dicit [Parauit enim illis ciuitatem] id est, conditor ciuitatis illius, quam ipse habebat propriam.

¶ Deinde cùm dicit [Fide obtulit.] ponit vnum aliud exẽplum insigne circa fidem Abrahæ, inquantũ respicit deum. s. illud maximum sacrificium eius, quando ad mandatũ domini voluit vnigenitũ suum immolare filium. Genẽ. 22. Et de hoc ostendit tria. Primò quid fecerit. Secũdò q̃ hoc ad fidẽ pertinet, ibi [Et vnigenitum.] Tertiò quid ex hoc recepit, ibi [vnde eũ & in parabolã] Dicit ergo [Abraham cùm tentaretur, obtulit.] i. offerre voluit [fide Ysaac] sicut patet per totũ duodecimũ cap. Genẽ. ¶ Hîc est duplex quæstio. Vna quia innocentem occidere est contra legem naturæ, & ita peccatũ: ergo volendo offerre peccauit. Respondeo dicendum est q̃ ille qui ex mandato superioris interficit, si ille licitè præcipit, alius licitè obedit, & potest licitè exequi ministerium suum. Deus aũt habet mortis & vitæ authoritatem. 1. Reg. 2, Dominus mortificat & viuificat. Deus autẽ subtrahendo vitã alicui etiã innocenti, nulli facit iniuriã. Vnde & quotidie dispositione diuina multi nocentes & innocẽtes moriuntur. Et ideo dei mandatũ licitè poterat exequi. ¶ Itẽ quæritur de hoc quod dicit [cũ tentaretur.] Deus enim nullũ tentat, quia tentare est ignorãtis. Respondeo, dicendũ est q̃ diabolus tentat vt decipiat. 1. Thes. 3, Ne fortè tentauerit vos qui tentat. Hoc patet in tentatione qua tentauit Christũ. Mat. 4. Homo verò tentat vt cognoscat. 3. Reg. 10. dicitur de regina Sabba quæ venit ad Salomonem vt tentaret eũ in enigmatibus. Sic non tentat deus qui omnia nouit, sed tentat vt homo sibiipsi innotescat quãtæ fortitudinis & fragilitatis sit in se. Deut. 8, Vt tentaret te, & nota fierẽt quæ in animo tuo versabantur. Itẽ vt alii tentatũ cognoscant, qui ex hoc eis proponitur in exemplũ, sicut Abrahã & Iob. Eccle. 44. & 1. Mach. 2, Abraham in tentatione inuentus est fidelis. ¶ Deinde cùm dicit [Et vnigenitum, &c.] Multũ subtiliter ostendit q̃ illa obediẽtia pertinebat ad fidẽ. Sicut enim suprà dictũ est, Abraham licet multum senex credidit deo promittenti quòd in Ysaac benedicturus esset ei in semine, credebat etiã deũ posse mortuos suscitare. Cùm ergo præcipiebatur ei q̃ occideret, non erat spes vltra iam de Sara iam valde antiqua, quia Ysaac erat iam adolescens, posse habere filium. Et ideo cùm crederet obediendum mandato dei, nõ restabat nisi q̃ crederet resuscitari Ysaac per quem debeat ei vocari semẽ. Vnde dicit [& vnigenitum.] s. Saræ [in quo.] s. filio nato, debebat deus pactũ promissum cõplere, sicut patet Genẽ. 17. Vel vnigenitum. s. inter liberos. Genẽ. 22, Tolle filium tuum vnigenitum Ysaac [in quo susceperat repromissiones. Ad quẽ etiam dictũ est.] i. ratione cuius, &c. [Arbitrans.] i. firmiter credens [quia à mortuis potens est deus eũ suscitare.] Hoc ergo fuit argumentũ fidei maximũ, quia articulus resurrectionis est vnus de maioribus. ¶ Deinde cùm dicit [Vnde eum & in parabolam accepit.] Ostendit quid per fidem meruit, quia cũ iã nõ restaret aliud nisi immolari ipsum, vocauit eũ angelus, & arietẽ hęrentem cornibus, loco filii immolauit. Hoc autẽ fuit parabola. i. figura Christi futuri. Aries enim hærens cornibus inter vepres, est humanitas con fixa cruci, quæ passa est. Ysaac. i. diuinitas, cuasit cùm Christus verè mortuus est & sepultus. Et sic patet q̃ ista figura valde incompletè adęquat figuratum. Accepit ergo eum. s. Ysaac in parabolam. i. figuram Christi crucifigendi & immolandi.

Lectio 5.

Fide, & de futuris, benedixit Ysaac, Iacob, & Esau. Fide, Iacob moriens, singulos filiorũ Ioseph benedixit: & adorauit fastigium virgæ eius. Fide, Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est & de ossibus suis mãdauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis: eo q̃ uidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias, æstimans thesauro AEgyptiorum improperiũ Christi. Aspiciebat enim in remunerationem.

Hîc Apostolus ponit exẽplũ de fide Ysaac, Iacob, & Ioseph.

¶ Suprà posuit Apostolus exemplum de fide Abrahę: hîc ponit exemplum de fide Ysaac, Iacob, & Ioseph. Et primò de fide Ysaac. Dicit ergo q̃ [Ysaac fide de futuris] ideſt, quæ se extendebant ad futura [benedixit Iacob & Esau] Vel [benedixit de futuris.] i. pro futuris vel benedictione quæ se extẽdebat ad futura. Verba enim sua non habebant efficaciam nisi ex virtute dei, per quam quidẽ benedictionem minor prælatus fuit maiori. Quod non fuit q̃tum ad personas eorum, sed quantum ad duos populos qui ex ipsis exierunt. p̃s. In Idumæam extendam calciamentum meum. Fuerunt enim Idumæi qui egressi sunt de Esau subiecti filiis Israel. In quo significabant quòd minor populus. s. gentium, per fidem debebat præuenire populum maiorẽ s. Iudæorum. Mat. 8, Multi ab oriente & occidente venient & recumbẽt cũ Abraham, Ysaac, & Iacob in regno cælorũ, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ista verò benedictio quæ erat de fide Gentiũ futura, per fidem facta fuit, quia respicit aliquid futurum. ¶ Deinde cùm dicit [Fide Iacob moriẽs sin. filio. benedixit] Prosequitur de fide Iacob, & ponit illud quod ipse fecit in benedicendo duobus filiis Ioseph, sicut habetur Genẽ. 48, vbi dicitur q̃ cũ nuntiatum fuisset Ioseph quòd pater eius egrotaret, adduxit duos filios suos, quibus Iacob benedixit cancellatis manibus, in hoc præferẽs Effrain Manasse q̃tum ad dignitatẽ, quia de Effrain fuit dignitas regalis. s. Ieroboam. Hæc autẽ benedictio fuit per fidem, quia reuelatũ ei fuit q̃ ita futurũ erat. Quæ quidẽ benedictio referebatur ad populum qui egressus est ab ipsis, non ad personas ipsorum. Item [per fidem adorauit fastigium virgæ eius] hoc habetur Genẽ. 50. vbi dicitur q̃ fecit Ioseph iurare q̃ sepeliret eum in sepulchro patrum suorũ, & post iuramentũ, tanquã securus de promisso, adorauit ad caput lectuli, vt dicit litera nostra. Vel fastigiũ virgæ eius vt dicunt 70. Vel super fastigiũ vt habetur in grẽco. Et totũ hoc potest stare, quia ipse erat senex, & ideo portabat virgã, vel recepit sceptrũ Ioseph donec iurasset, & antequã redderet ei adorauit, non ipsam virgã, nec Ioseph, vt quidam malè putauerũt, sed ipsum deũ innixũ ad cacumen, vel super fastigiũ virgę eius. Ad quod motus fuit ex consideratione potestatis Christi, quã potestas Ioseph præfigurabat. Ipse enim tanquam præfectus Aegypto portabat sceptrũ, in signũ potestatis Christi. p̃s. Reges eos in virga ferrea. Vel si adorauit fastigiũ, idẽ est sensus, quia adorauit Christum significatum per virgam illam, sicut & nos adoramus crucifixum & crucẽ ratione Christi passi in ipsa. Vnde propriè nõ adoramus crucem, sed Christum crucifixum in ipsa. ¶ Deinde cùm dicit [fide Ioseph.] Prosequitur exemplum de fide Ioseph, vbi ponit duo quæ habentur Genẽ. vltim̃. vbi dixit fratribus suis. Visitauit vos dominus & mandauit ossa sua inde portari. Vnde fides eius fuit quantum ad duo, primò quia credidit promissionem factam debere impleri per reditum filiorum Israel in terram promissionis, secundò quia in ipsa credebat Christum esse nasciturũ, & resurrecturum, & multos cũ ipso, vnde desiderabat habere partem in illa resurrectione. Et hoc est quod dicit q̃ [Ioseph moriens fide.] i. per fidẽ memoratus est de profectione

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiorum Israel & hoc quantum ad primum[& de ossibus suis mandauit] quantum ad secundum. ¶Sed quare non fecit se statim portari sicut pater suus. Respondeo dicendum q̃ hoc non potuit, quia non habebat tunc tantam potestatem sicut habebat in morte patris. Et ideo tunc poterat, quod tamen circa mortẽ suam non potuit. Secundò quia sciebat q̃ multas afflictiones debebant sustinere filii Israel post mortẽ eius. Vt ergo haberẽt certã spem de liberatione sua, & reditu ad terram promissionis, voluit ad solatium corpus suum remanere cum ipsis. Vnde & Moyses tullit illud secum, sicut & quælibet tribus corpus patris sui, vt dicit Hiero. ¶Deinde cùm dicit[Fide Moyses.]Prosequitur de patribus qui fuerunt sub lege. Hoc enim tẽpus incœpit à Moyse. Eccle. 24, Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarũ. Io. 1, Lex per Moysen data est. Istud autẽ tempus distinguitur in tria. Sante exitum de Aegypto, in exitu, & post exitum. Vnde tria facit. Primò enim ostendit quid factum sit ante exitum. Secundò quid in exitu, ibi[Fide reliquit Aegyptum.] Tertiò quid in terra promissionis, ibi[Quo adhuc dicã.]Circa primum duo facit. Primò enim ostendit quid sit factum in natiuitate Moysi. Secundò quid ipse fecit, ibi[Fide Moyses.]Vbi tangitur historia quæ ponitur Exo. 1. q̃ Pharao mandauit occidi masculos ne multiplicarentur. Secũdò habetur q̃ parẽtes Moysi videntes ipsum elegantẽ, absconderũt eũ mensibus tribus, quod attribuit Apostolus fidei ipsorum. Credebant enim aliquẽ nasciturum qui liberaret eos ab illa seruitute. Vnde ex elegantia pueri æstimabant aliquã virtutem dei esse in illo. Ipsi enim erant rudes & rustici: sudantes in operibus luti & lateris. Eccl. 19, Ex vsu cognoscitur vir. Ex quo habetur q̃ licet fides sit de inuisibilibus, tamen per aliqua signa visibilia possumus niti ad ipsam. Mar. vlt. Sermonẽ confirmante sequentibus signis. Quòd autẽ ipsi hoc fecerũt ex fide non ex affectu carnali patet, quia non timuerunt regis edictum. Vnde exponebant se periculo personarum, quod non fecissent nisi credidissent aliquid magnum futurum de puero. Mat. 10, Nolite timere eos qui occidunt corp⁹, &c. ¶Sed cõtrà, quia ipsi postea exposuerũt ipsum: ergo nõ propter fidẽ seruabãt ipsum. Respõdeo: Dicẽdũ est q̃ exposuerũt ipsũ nõ ad necãdũ, sed ne surriperetur eis, vnde posuerũt eũ ĩ ficella, cõmittẽtes eũ diuinæ prouidẽtiæ. Credebant eñ probabiliter quod fuisset interfectus si fuisset apud eos inuẽtus. ¶Deinde cũ dicit[Fide grandis effectus.]Ostẽdit q̃d ipse Moyses per fidẽ fecerit. Et primò q̃d fecit. Secũdò ostẽdit q̃ illud factũ pertinebat ad fidẽ, ibi[Aspiciebat enim.]Tangit enim hystoriã quæ habetur. Exo. 2. vbi dicitur quòd filia Pharaonis fecit ipsum à matre pueri nutriri, & quòd adoptauit eũ in filium. Ipse autẽ[negauit se esse filiũ eius]non quidem verbo, sed facto, quia contra voluntatem Pharaonis interfecit Aegyptũ qui lædebat Hebræum. Et hoc est quod dicit[Grandis effectus]per fidẽ[negauit se esse filium filiæ Pharaonis]Quo autem affectu hoc fecerit ostendit cùm subdit[Magis eligens.]In quo ostenditur mirabilis virtus eius. ¶Duo enim sunt quæ maximè homines appetunt. s. iocunditatem & abundantiam circa bona exteriora, & his contraria maximè fugiunt. s. dolorem & afflictionem quæ opponitur primo, paupertatẽ & abiectionem quæ opponitur secundo. Ista autem duo elegit Moyses. s. quia præposuit dolorem & afflictionem iocunditati peccati temporalis, quæ. s. semper est cum peccato. Item paupertatẽ prępposuit diuitiis propter Christum. Prou. 16, Melius est humiliari cum mitibus, quã diuidere spolia cũ superbis. Psal. Elegi abiectus esse in domo dei magis quã habitare in tabernaculis peccatorum. Quantum ergo ad primum dicit [Magis eligens affligi cũ populo dei]. s. quem Pharao affligebat[quàm habere iocunditatem peccati temporalis .i. transitorii. Quod fuisset si cum Aegyptiis afflixisset filios Israel. Quantum autem ad secundũ. s. q̃ prælegit paupertatem dicit[Maiores diuitias æstimans improperium Christi]. i. pro fide Christi, eadem enim est fides antiquorum & nostra. Vel improperium Christi quod. s. sustinuit à fratribus suis, sicut dictũ est, Nunquid interficere tu me vis sicut occidisti heri Aegyptium? Quod improperium fuit figura q̃ Christus susciperet deberet improperium à Iudæis. Psal. Improperium expectauit cor meũ & miseriam[Maiores autem diuitias credidit esse duo prędicta thesauris Aegyptiorũ.]Esa. 33, Diuitię salutis sapiẽtia & scientia. ¶Deinde cùm dicit[Aspiciebat enim.]Ostendit q̃ prædicta facta Moysi pertinebant ad fidem Christi. ¶Sciendum est autem q̃ quædam sunt secundũ se bona & delectabilia, quædã autem secundũ se tristia & mala. Mala autem nullus propter se prędelegit, sed propter finem, sicut infirmus prælegit potionem amaram, & tristia delectabilibus ratione alicuius maioris boni quod per hoc potest cõsequi, præponũtur. Et sic sancti propter spẽ finis vltimi æternæ fœlicitatis: prędeligunt afflictiones & paupertatem diuitiis & voluptatibus, quia per ista impediuntur à cõsecutione finis sperati. Matt. 5, Beati eritis cũ maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, &c. Et sequitur, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Gen. 15, Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Et ideo dicit q̃ hoc faciebat, quia[aspiciebat]oculis. s. fidei[in remunerationem]quam. s. ex hoc sperabat. Vnde fides est substantia sperandarum rerum, &c.

Lectio 6.

Hic ostenditur virtus fidei.

Fide, reliquit Aegyptum: non ueritus animositatem regis. Inuisibilem enim tanquã uidens sustinuit. Fide, celebrauit pascha: & sanguinis effusionem: ne qui uastabat primitiua, tangeret eos. Fide, transierunt mare rubrum tanquã per aridam terram: quod experti Aegyptii, deuorati sunt. Fide, muri Hierico corruerũt, circuitu dierum septem. Fide, Raab meretrix non periit cum incredulis: excipiens exploratores cum pace.

¶Suprà posuit Apostolus fidẽ Moysi quantum ad id quod fecit in Aegypto: hîc q̃tum ad id quod fecit in exitu de Aegypto. Et circa hoc facit tria. Primò enim ostendit quid fecerit in exitu de Aegypto. Secundò ostẽdit modum exeũdi, ibi[Fide celebrauit.]Tertiò quid per fidem factum est cum populo infideli, ibi[Fide Raab.]Dicit ergo q̃[Moyses fide.]i. per fidem[reliquit Aegyptum]Sicut autem habetur Exo. 2, Primò fugit de Aegypto interfecto Aegyptio. Secũdò autem exiuit quando simul omnes filios Israel eduxit. Glo. autem exponit de secundo exitu, quia sequitur[Non veritus animositatem.]i. indignationem[regis]In primo enim exitu legitur Exo. 2. eum timuisse. Prouer. 14, Iracundiam regis inutilis sustinebit. In secundo verò non timuit. Prouerbi. 8, Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Potest tamen referri ad primum. Sed nunquid tunc non timuit? Respondeo. Dicendum est q̃ in timore duo consideranda sunt. Vnum quod aliquando potest esse vituperabile. s. quando propter timorem facit aliquid non faciendum, vel dimittit faciendum. Et sic non timuit Moyses, quia propter timorem non dimisit iuuare fratres suos. Aliud est quod

potest esse laudabile, quando. s. salua fide, refugit periculum propter timorem instantem. Mat. 10, Cũ persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliã. Si enim aliquis salua honestate sua posset vitare periculum & non vitaret, stultus esset, & tentaret deum, quod est diabolicum. Et sic Iesus cessit volẽtibus ipsum lapidare, nec ad suggestionem diaboli voluit se præcipitare: ita & Moyses confidens de diuino auxilio, fugit propter timorem regis ad tempus. Et probat q̃ hoc fecit ex fide, quia fides est de inuisibilibus[& iste sustinuit.]i. expectauit[deum inuisibilẽ]& eius adiutoriũ[tanquam videns.]Psal. Confortetur cor tuum, & sustine dominum. 1. Tim. 1, Regi aũt seculorum immortali, inuisibili, &c. Moyses enim in vtroque exitu expectabat dei adiutoriũ, vnde in primo dicit Exo. 2, Deus patris mei adiutor meus. In secundo verò Exo. 14, Vos tacebitis & dominus pugnabit pro vobis. ¶Deinde cũ dicit[Fide celebrauit pascha]Ostendit quid fecerit quãtum ad modũ transeundi. Et primò ponit illud quod fuit factũ ad præparationem transitus. Secũdò quantũ ad ipsum transitum, ibi[Fide transierũt.]Tertiò q̃tum ad id quod per fidem factum fuit q̃tum ad introitũ terræ promissionis, ibi[Fide muri]Quantum ad primũ ponit hystoriam quæ habetur Exo. 12. vbi dominus mandauit illis ante exitum filiorum Israel. s. eadem nocte immolari agnum & de sanguine eius vtrunq; postem & super liminare liniri. Carnes eius assas cum azimis & lactucis agrestibus comedi, cũ multis aliis quę obseruanda erant, vt ibi habet videri. Et hoc vocabatur pascha. s. eius agni, & effusio sanguinis, quæ duo cõcurrebant ad transitum illum quem facturi erant in proximo. Dicitur autem pascha à paschin græcè, quod latinè est, passio, vel à phase quod Hebraicè idem est quòd transitus. In hoc autẽ figurabatur q̃ Christus per passionem transiret ex hoc mundo. Io. 13, Vt transeat ex hoc mundo. Itẽ q̃ nos per meritum mortis eius à terrenis ad cælestia, ab inferno transimus ad cælum. Eccl. 24, Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Quod quidem fuit per virtutem sanguinis Christi. supra 10, Habentes itaque fiduciã fratres in introitu sanctorum in sanguinem Christi. Fuit autẽ in illo pascha duplex transitus. Vnus quo transibat dominus percutiens Aegyptios, alius quo populus transibat. Sic etiam sanguine Christi, qui est agnus immaculatus, debẽt liniri postes fidelium, intellectus. s. & affectus. Dicit ergo[Fide.]i. per fidem[celebrauit pascha.]i. esum agni [& sanguinis effusionem]ad liniendum postes domorum. Et quare hoc faciebat? [Ne. s. qui vastabat primogenita]Aegyptiorum[tangeret eos.]Psal, Percussit omne primogenitum in terra Aegypti. ¶Sed quęritur quorum ministerio hoc factum fit, vtrum. s. bonorum vel malorum angelorum, quia videtur q̃ per malos. Psal. Immissionem per angelos malos. Respondeo. Dicendum est q̃ non est inconueniens de quibuscũque. Vnde sciendum est q̃ pœnarum inflictio fit interdum per bonos angelos. Sicut enim dicit Dionysius. 4. ca. dedi. no. Punire malum non est malum, sed malum facere est malum. Punitio enim est opus iustitiæ, sicut patet de angelo qui contriuit castra Assyriorum. Esa. 37, qui creditur fuisse bonus angelus. Vnde talis punitio indifferenter fit per bonos & malos, sed differenter à bono & à malo, quia bonus non punit nisi exercẽdo iustitiam diuinã in malos. Et in scripturis operatio tam diaboli q̃ boni angeli, cuiusmodi est hęc, attribuitur deo. Malus autem & si obsequatur diuinæ iustitiæ, tamen non ex intẽtione iustitiæ hoc agit, sed ex peruersitate voluntatis suæ affligit bonos & malos, & libentius bonos si permittatur, sicut patet de Iob. Iste angelus qui dixit Moysi, Transibit dominus percutiens Aegyptum, bonus angelus fuit, cũ ipse aliquãdo loquatur in persona sua. Bono autem angelo aliquando subministrat spiritus nequã, vnde adhibitũ fuit ibi ministerium eius, licet ex intentione suę malæ & peruersæ voluntatis voluntariè operantis ad cædẽ. Et ideo dicit immissionem per angelos malos. Non ergo tangebat eos qui erant sanguine signati malus angelus terrore & timore dei, vtpote non permissus. Bonus autem inde terrebatur admirando virtutem dei. ¶Deinde cũ dicit[Fide transierunt, &c.]Ostendit quid egit in ipso transitu. Et primò ostendit hoc. Secundò ostendit q̃ illud pertinebat ad fidẽ, ibi[Quod experti]Dicit ergo quòd[fide]. i. est, per fidem [transierunt mare rubrum tanquam per aridam terram.]Duo enim ibi per fidem facta sunt. Vnum quod homo fecit. s. quod cõmiserunt se ad transeundum, quod non fuit nisi per fidem. Aliud fuit ex parte dei, scilicet quòd aquæ fuerunt eis pro muro. Hoc etiam fuit per fidem. Operatio enim miraculorum attribuitur fidei. Mat. 17, Si habueritis fidem sicut granum synapis, dicetis monti huic transi hinc & transibit, ergo hoc fide factũ est, id est, hoc meruit fides. Et hoc habetur Exod. 14. &. 15. Deinde ostendit q̃ hoc pertinet ad fidem, quia [Aegyptii hoc experti]id est, volentes experiri[deuorati sunt]quia scilicet non habuerunt fidem. Exod. 15, ¶Deinde cùm dicit[Fide muri Hierico corruerunt, ci. di. septem.]Agit de eo quod per fidem factum est in introitu terræ promissionis. De hoc habetur Ios. 6. vbi dicitur q̃ ad mandatum domini sacerdotes septẽ diebus cum arca testamenti circuierunt primam ciuitatem vltra Iordanem, scilicet Hierico, & septima die septimo circuitu muri eius corruerunt: hoc fuit aliquid ex parte hominis, scilicet quòd ex mandato domini circuierunt credentes mandatum domini debere impleri. Aliquid autem ex parte dei. s. q̃ sic ad circuitum eorum muri corruerunt. Moraliter Hierico interpretatur luna siue defectus, & significat mundum istũ. Muri eius sunt impedimenta quibus aliquis detinetur in mundo. Per buccinas quibus Leuitæ & sacerdotes intonabant, vox prædicatorum significatur. Per circuitum septem dietum totus designatur decursus præsentis temporis, qui per septem dies completur. Per quæ datur intelligi q̃ omnia impedimenta mundi cadunt ad continuam vocem prædicationis. 2. Cor. 10, Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. ¶Deinde cũ dicit[Fide Raab meretrix]Ostendit quid factum sit per fidem ab aliquo de populo infideli, scilicet à Raab, de qua Ios. 5. &. 6. Cùm enim Iosue misisset exploratores ad explorandum Hierico, ipsi euaserunt auxilio istius mulieris, quæ dicitur meretrix, id est, idolatra. Vel ad literam, meretrix erat, ad quam ingressi sunt non ad peccandum, sed ad latendum. Domus enim talium patent maximè de nocte. Isti etiam venerant de nocte. Domus etiam eius cõiuncta erat muro. Meretrices autem absque exceptione accipiũt indifferenter, & ideo melius poterant apud eam occultari. Ista ergo per fidẽ liberata fuit. Vnde dicit[Raab meretrix fide]id est, per fidem[recipiens exploratores cum pace nõ periit cum incredulis]qui corporaliter perierunt, quia exploratores iurauerant ei ipsam liberare & omnem domum patris sui quod & fecerunt. ¶Quare autem magis declinauerint ad ipsam potest dici, quia vt ipsa minus posset inculpari, indifferenter

omnes recipiens. Nec erat conueniens vt salus ipsorum fieret alicui saluâti ipsos occasio mortis. In hoc autem quod ex ipsa receptione ipsorum liberata est, designatur ꝙ recipientes prædicatores euangelii liberantur à morte æterna. Mat. 10, Qui recipit prophetam in nomine prophetę, mercedem prophetæ accipiet.

Lectio 17.

Hic narrat Apostolus exempla illorũ qui fuerunt in terra promissionis.

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem, de Gedeon, Barach, Sanson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidem uicerunt regna operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonũ, extinxerunt impetũ ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.

¶ Suprà posuit Apostolus ea quæ facta sunt à patribus per fidem ante introitum, & in ipso introitu terræ promissionis, hic accedit ad narrandum exempla illorum qui fuerunt in ipsa terra promissionis, quæ quia multa sunt, ideo breuiter præmissis nominibus patrum ponit in generali præcipua facta ipsorum, ponens causam illius breuitatis. Et circa hoc facit tria. Primò ponit nomina patrum & causam quare breuiter vult eorum facta pertransire. Secundò ostendit quid fecerunt per fidem, ibi [Qui per fidem vicerunt.] Tertiò quid per fidem receperunt, ibi [Adepti sunt.] Dicit ergo [Quid adhuc dicã?] q.d. Perueni vsque ad tempus introitus terræ promissionis, in quo pauca respectu dicendorum dicta erant. Remanent enim tot dicenda, ꝙ non possent explicari [Deficiet enim tempus me enarrantem]. 1. si velim enarrare nõ sufficiet mihi tempus epistolaris enarrationis, quæ debet esse succincta. Vnde Hie. ad Paulinũ 6. c. Neque enim epistolaris angustia longius euagari patiebatur. Vel tempus, intellige vitæ. Isto modo loquitur Io. vlti. Sunt quidem alia multa quæ fecit Iesus, &c. vbi dicit Gl. ꝙ loquitur hyperbolicè, nec tamen est falsum, sed est figuratiua locutio. ps. Vbi nos habemus, annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Dicit litera Hieronymi, Si annuntiare voluero, plura sunt q̃ narrari queant. ¶ Sciendum tamen ꝙ aliqui istorum aliqua mala fecerunt, & aliqua bona, vnde non numerantur hic nisi quantum ad bona quæ fecerunt vel receperunt. Tamen probabile est ꝙ oẽs fuerint finaliter sancti, ex quo Apostolus nominat eos in cathalogo sanctorũ. Primò ergo ponit Gedeonẽ, de quo Iudic. 6. Quẽ præmittit, & quia nihil mali fecit, & quia fecit factũ multum insigne, & fortè. etiam quia accepit maximum signum incarnationis Christi in vellere & rore, de quo dicitur in psal. Descendit sicut pluuia in vellus. Secundò ponit Barach, de quo Iudic. 4. Qui nõ fuit ita insignis sicut Gedeon, cui etiam illa victoria nõ fuit reputata, sed magis mulieri, & ideo fortè postponit ipsum. Tertiò ponit Sanson, de quo Iudic. 13. De quo specialiter videtur ꝙ non deberet hîc numerari, quia in morte peccauit interficiendo se. Aug. autem. 1. de ci. dei dicit ꝙ excusatur quia creditur hoc fecisse mandato dei, cuius signum est, quia non potuisset domũ tantam propria virtute subuertere, sed virtute dei, quæ non adiuuat ad malum. Quartò ponit Iepte, de quo Iudic. 11. Istum postponit Sansoni, quia non fecit tot facta insignia sicut ille. ¶ Dubitatur autem de Iepte si immolando filiam suam ex voto peccauerit, videtur ꝙ non, quia dicitur ibi, Irruit spiritus domini in Iepte. Et post hoc sequitur votum suum & victoria. Contrà. Dicit Hiero. ꝙ fuit in vouendo indiscretus, & in reddendo impius. Respondeo. Dicendũ est ꝙ fuit ibi aliquid à spiritu sancto. s. motus ad vouẽdũ in generali, ꝙ. s. immolaret quicquid occurreret sibi immolabile, aliquid autem ex proprio suo spiritu. s. ꝙ immolauit quod non debuit, & in hoc peccauit, sed post pœnituit. Similiter Gedeon peccauit faciendo Ephot, & in tentando deum in petitione signi in vellere, & postea pœnituit, sicut & Dauid, de quo subdit dicens, Et Dauid & Samuel, de quibus. s. in libris Regum agitur, Et aliis prophetis, de quibus si vellet dicere, tempus deficiet. ¶ Sed tunc quæstio est vtrũ omnes isti qui dicti sunt fuerunt prophetæ. Respondeo, dicendum est ꝙ spiritussanctus mouet mentem prophetæ, sicut agens principale mouet instrumentum suum. Potest autem spiritussanctus mouere ad tria. s. ad cognoscendum, ad loquendũ & ad faciẽdum. Et quodlibet istorum dupliciter. Ad cognoscendum, s. quandoque cum intellectu, eius quod videtur, sicut fuit Esaias & alii prophetæ, vnde dicti sunt & videntes. 1. Reg. 19. Qui hodie dicitur propheta, olim dicebatur videns. Aliquando autem sine cognitione eius quod videtur, sicut patet in somnio Pharaonis, & in visione Baltasar. Ad loquendum etiam mouet dupliciter, quandoque ac sciendũ id de quo loquitur, sicut patet de Dauid: quandoque autem nescit, sicut Cayphas, & fortè Balaam. Similiter etiam quandoque mouet ad faciendum, & scit quid facit, sicut Hieremias qui abscondit lumbare suum super Euphratẽ. Quãdoque autem nescit sicut dicit. Aug. super Io. de militibus qui diuiserunt sibi vestimẽta Christi, non tamen cognoscebant misteriũ ad quod illa diuisio ordinabatur. Hoc est ergo de ratione prophetæ, ꝙ cognoscat illud quod videt, vel dicit, vel facit. Quando autem non cognoscit, non est verè prophe ta, sed participatiuè tantùm. Et sic dicit Ioannes Cayphã prophetasse, quia habuit aliquid prophetiæ. Iste autem motus spiritus sancti dicitur instinctus secũdum Augustinum. ¶ Deinde cùm dicit [Qui per fidem vicerunt regna.] Ostendit quid sancti de quibus locutus est, fecerunt, & primò ostendit hoc in generali. Secundò descendit ad quædam specialia, ibi [Obturauerunt ora leonum.] Primò autem ponit facti ipsorũ meritum. Secundò præmium, ibi [Adepti sunt] Circa primum sciendũ est ꝙ inter omnes actus exteriores virtutũ moralium actus fortitudinis & iustitiæ videntur esse præcipui, quia maximè pertinent ad bonum commune. Per fortitudinem enim respublica defenditur ab hoste, per iustitiam verò conseruatur. Vnde Apostolus ex vtroque actu commẽdat sanctos patres. Ab actu quidem fortitudinis, cùm dicit quod isti [per fidem vicerunt regna] idest, reges, vel etiam regna ipsorum, sicut Dauid & Iosue. Nihilominus tamen sancti spiritualiter per fidem vicerunt regna, scilicet regnum diaboli, de quo Iob 41, Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Item carnis. Ro. 6, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Item regnum mundi. Io. 18, Regnum meum non est de hoc mundo. Isti autem vincũt per fidem. 1. Io. 5, Hæc est victoria quę vincit mundum fides nostra. Nullus enim potest præsentia cõtemnere, nisi propter spem futurorum bonorũ. Per contemptum enim principaliter vincitur mundus. Et ideo quia fides ostẽdit nobis inuisibilia, propter quæ contemnitur mundus, ideo, vincit mundum fides nostra. Ab actu autem iustitiæ commendat eos cùm dicit [Operati sunt iustitiam] Aliquando autem iustitia est virtus generalis, quando scilicet obedit legi diuinæ. Psal. Iustus dominus, & iustitias dilexit. Et. 2. Mach. 9, Iustũ est subditũ esse deo. 1. Io. 3, Qui iustitiã facit iustus est. Aliquando autem est virtus specialis, & ista consistit in actionibus & communicationibus humanis, quando scilicet reddit quis vnicuiq; quod suum est. Vtranq; autem iustitiam habuerunt sancti. Esa. 54, Hæc est hæreditas seruorum dei, & iustitia apud me, dicit dominus. Eccle. 1. Concupiscens sapientiam serua iustitiam, scilicet obediendo mandatis. Item ipsam exercendo in populo. Psal. Feci iudicium, & iustitiã, &c. ¶ Deinde cùm dicit [Adepti sunt] Ostendit quid receperunt, quia [adepti sunt repromissiones.] Promissio enim dei efficax est, quia nunquam deficit deus in promissis. Ro. 4, Quæcunque promisit deus potens est & facere. Psal. Fidelis deus in omnibus verbis suis. ¶ Sed contrà. Suprà eodem, Iuxta fidẽ defuncti sunt, non acceptis repromissionibus. Respondeo. Dicendum est ꝙ illud quod hîc dicitur tripliciter potest intelligi. Vno modo ꝙ promissio dei sit illa specialis qua promittit sanctis vitam æternam. Et istam nullus accepit ante aduentum Christi. Rom. 15, Ad confirmandas promissiones patrum. Secundò pro promissione de terra promissionis habenda. Et istam nõ acceperunt priores patres tres. s. Abraham, Ysaac, & Iacob, sed tãtùm patres posteriores, sicut Iosue & alii sancti. Tertiò pro promissione particulari. s. eius quod vnicuique promissum fuit, sicut Dauid regnum, & Ezechiæ sanitas. Et istas promissiones consecuti sunt. ¶ Deinde cùm dicit [Obturauerũt ora leonum] Ponit quæda ꝛ particularia beneficia aliquibus colata. Et primò quę pertinent ad remotionem mali. Secundò illa quæ pertinent ad executionem boni, ibi [Fortes facti sunt in bello] Malum autem nociuum hominis est duplex. Vnum exterius, & aliud interius. Secundum ponit ibi [Conualuerunt] Exterius autem malũ est duplex, quia aut illatũ est à creatura irrationali, aut rationali. Secundum ponit, ibi [Effugauerunt.] Ab irrationali duplex, scilicet vel ab inanimata, vel ab animata. Nocumẽtum illatum ab inanimata tangit, ibi [Extinxerunt impetum.] ¶ Quantum ergo ad animata dicit [Obturauerunt ora leonum.] Loquitur autem in plurali, licet non fuerit nisi vnus, scilicet Daniel: sicut etiam dicitur. Mat. 2, Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Nullus autem tunc quærebat Christũ occidere nisi solus Herodes. Cuius ratio est, quia loquitur de omnibus sanctis communiter, quasi de vno collegio sanctorum. Et quod vnus facit imputatur aliis, & etiam omnibus, quod fit per virtutem spiritussancti quæ est cõmunis omnibus. Vnde etiam in isto contextu loquitur tanquam de pluribus. Potest etiam dici ꝙ hoc cõpletum est in Dauid, qui sicut ipse dicit 1. Reg. 17, Leonẽ & vrsum interfecit. Et etiã Sanson Iudicũ 14. Per leonem aũt spiritualiter intelligitur diabolus. 1. Pet. 5, Aduersarius vester diabolus, &c. Qui ergo in sultus eius reprimit, os leonum obturat. Iob 29, Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam. ¶ Nocumentum à re inanimata remouet cùm dicit [Extinxerunt impetũ ignis] [sicut habetur de tribus pueris in Dan. 3. Irẽ ad preces Moysi & Aaron extinctus est ignis, qui missus à domino deuorabat populũ murmurantẽ, sicut patet Nume. 11. 16. Ignis iste est interior motus cõcupiscentię vel iræ. Qui ergo refrenat illum motum, extinguit impetum ignis. Psal. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. ¶ Remotionem nocumenti per rationalem creaturam illatam tangit cùm dicit [Effugauerunt aciem gladii] .i. aciẽ hostis cum gladiis acutis. Hoc autem frequentissimè factum fuit per ipsos, sicut patet de Iosue, Gedeone, & Dauid. Per gladium autem mala suasio intelligitur. Psal. Linguæ eorum gladius acutus. Istos gladios fugat qui malam linguam tacere facit. Eccle. 28, Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Prouerb. 25, Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Nocumentum internus est infirmitas, de cuius remotione dicit [Conualuerunt de infirmitate] sicut specialiter apparet de Eze. 4. Reg. 20. & Esa. 38. Ista autem infirmitas est peccatum. Psal. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Conualescit ergo qui resurgit. ¶ Deinde cùm dicit [Et fortes facti sunt.] Ponit beneficia quantũ ad affectionem boni, & ponit tria. Primũ pertinet ad hoc quod fortiter egerũt. Vnde dicit [Fortes facti sunt in bello] sicut patet de Iosue. Eccl. 46. fortis in bello Iesus naue, successor Moysi in prophetis, &c. Sic patet etiã de multis aliis. Secundũ pertinet ad effectum illius fortitudinis. Vnde dicit [Castra verterunt exterorum] sicut patet de Machabeis, & de Dauid. Psal. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meũ. Sed tertium pertinet ad effectum fortitudinis diuinæ. Vnde dicit [Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos] idest, per resurrectionem. Quod aliqui malè intelligentes exposuerunt mortuos suos, idest, viros suos resuscitatos, per hoc asserentes ꝙ per mortem non soluitur matrimoniũ, quod falsum est etiam si resurgeret. Et est contra Apost. Ro. 7, Si dormierit vir eius liberata est à lege viri. Vnde sciendum est ꝙ etiam in effectibus sacramentorum est quædam differentia. Quędam enim sacramenta imprimunt characterem, sicut baptismus, confirmatio, & ordo. Et quia character in anima perpetuò manet, ideo baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, si resuscitaretur non debet iterari aliquod illorum sacramentorum. Alia verò sacramenta non imprimũt characterem sicut pœnitentia extrema vnctio, & sic de aliis, quia sunt contra aliquid iterabile, & ideo iterari possunt. Inter illa autem est matrimoniũ, & ideo non dicit viros, sed mortuos, quia matres filios suos mortuos receperunt per resurrectionem, quorũ resurrectio fuit quoddam præsagium futuræ resurrectionis inchoatę per Christum. De istorũ resurrectione, vel magis resuscitatione, habetur 3. Regum 17. & 4. Reg. 4. Tamen isti sic resuscitati sunt iterum mortui, Christus autem resurgens ex mortuis iam non moritur. Ro. 6. Vnde resurrectio eius fuit initium futuræ resurrectionis. 1. Cor. 15, Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormiẽtium. Sicut autẽ ista temporalia beneficia illis data sunt tanquã infirmis, ad sustentationem per meritũ fidei ipsorum, ita fuerunt figura futurorum bonorum, quæ nobis ex merito fidei dabuntur. Mat. vlti. Signa autẽ eos qui crediderint hæc sequentur, &c. Quæ Gregorius exponit de bonis spiritualibus.

Lectio 8.

Exponit Apostolus exempla illorum, qui propter fidẽ passi sunt multa.

Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut inuenirent meliorẽ resurrectionem. Alij uerò ludibria & uerbera experti, insuper & uincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperũt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur.

¶ Suprà posuit Apostolus exẽpla sanctorũ patrũ antiquorũ qui multa & magna fecerũt ꝓpter fidẽ: hîc ponit exempla illorũ qui multa propter fidẽ passi sunt. Et circa hoc facit duo. Primò enim ostẽdit quomodo

passi sunt propter fidem. Secundò ostendit quomodo promissiones eis factæ dilatæ sunt, & quare ibi [Et hi omnes testimonio.] Circa primũ duo facit, quia primò ponit mala ab aliis eis illata. Secundò mala propria voluntate assumpta, ibi [Circuierunt in melotis] ab aliis autem illata sunt eis mala dupliciter, quia quædam in vita, quædam verò in morte. Et ista duo ponit, ibi [Lapidati sunt.] In vita verò mala tripliciter illata sunt eis, quia quædam quantum ad corporalem afflictionem, quædam quantum ad irrisionem, quædam quantũ ad inclusionem. Quantum ad primum dicit, Alii autem, &c. Q.d. Ita dictum est ꝙ quidam multa bona receperunt propter fidem, vel in amotione mali, vel in executione boni temporalis, in quibus figuratur vetus testamentum quod conferebat bona temporalia. Sed alii multa propter fidem passi sunt quorum [quidam distenti sunt] in æculeis sicut dicitur 1. Mach. 2. &. 2. Mac. 6. de pueris suspensis ad ceruices matrum. Et 7. de septem fratribus. In istis sanctis primò figurabatur nouum testamentum. Vnde dicit [Non suscipientes redemptionem] ideſt, liberationẽ. Qui enim subiicitur pœnæ, est quodammodo seruus pœnæ. Et ideo liberari à pœna, dicitur redemptio. Psal. Die qua redemit eos de manu tribulantis. Sed quare non fuerunt liberati ostendit, quia hoc non fuit propter hoc quin deus haberet prouidentiam de ipsis, sed vt inueniret vitã æternam, quæ melior est quã liberatio in quacunq; pœna præsenti, vel quæcunq; resurrectio vitæ præsentis, & ideo dicit [Vt meliorem inuenirent resurrectionem.] Iob 19, In nouissimo die de terra surrecturus sum. Esa. 26, Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Vel dicit meliorem, quia ex hoc ipso quod maiora pro Christo passi sunt, maius præmiũ recipient. Sicut enim dicitur 1. Cor. 15, Stella differt à stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum. Qui enim fuerunt maiores in merito maiores erunt in præmio. Et ideo apostoli preferũtur martyribus, martyres verò omnibus aliis. Maiores enim merito, maiores sunt præmio. Præcipua verò sunt merita martyrum. Io. 16, Maiorem hanc dilectionem nemo habet, &c. Nec tamen quilibet martyr maior est quolibet confessore, sed aliquis martyr potest esse maior aliquo confessore, & econuerso aliquis confessor aliquo martyre, licet non vniuersaliter. Potest enim comparari vnus alteri vel quantum ad genus operis, vel quantum ad gradus charitatis. Nullus autem actus quantum est de se, est ita meritorius, sicut quo quis moritur propter Christum, quia dat illud quod habet carius. s. vitam propriam. Mat. 5, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Si verò cõsideretur radix omnis meriti, quæ est charitas. 1. Cor. 13. Sic opus procedens ex maiori charitate, est magis meritorium. Et sic potest vnus simplex cõfessor esse maioris meriti apud deum. Apostolus autem loquitur in genere operis, dicens, Vt scilicet meliorem, id est, maiorem & clariorem inuenirent resurrectionem. Vnde, ly meliorem, importat cõparationẽ status præsentis vitæ ad futuram resurrectionem, vel comparationẽ claritatis resurrectionis vnius resurgentis ad claritatem alterius. ¶ Deinde cũ dicit [Alii ludibria.] Ponit mala illis illata in vitam quantum ad irrisionem factã in verbis, dicẽs ꝙ [alii experti sunt ludibria] sicut patet de Sanson. Iudic. 16. de Thobia & Iob, & Esaia. Esa. 50, Faciem meã non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Hieremias etiam dicit, Hiere. 20, Factus est mihi sermo domini in opprobrium & derisum. ¶ Quantum verò ad facta dicit ꝙ [experti sunt verbera] sicut patet de Michea, de quo 3. Re. vlt. &. 2. Para. 18. dicitur ꝙ percussit eum Sedechias in maxillam. In quibus omnibus præsignabantur passiones noui testamenti. 1. Cor. 4, Spectaculũ facti sumus mundo & angelis & hominibus. ¶ Deinde cùm dicit [Insuper & vincula.] Ponit mala sanctis illata quãtum ad inclusionem. Vnde dicit [Insuper & vincula] sicut Hieremias, de quo Hiere. 20. dicitur ꝙ positus in neruo. Nec solùm vincula, sed [etiam carceres] sicut Hieremias. Hiere. 37. &. 38. Et Micheas. 3. Regum vlti. ¶ Consequenter ostendit mala illata quantum ad mortem cùm dicit [Lapidati sunt.] Quod quidem genus mortis tunc erat cõmune apud omnes Iudæos. Mat. 23, Hierusalẽ Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Sic lapidatus est Naboth. 3. Reg. 21. Et Hieremias. s. de quo legitur ꝙ Iudæi lapidauerunt eum in Aegypto lapidibus quos absconderat sub muro latericio domus ipsius Pharaonis. Et licet Epiphanius dicat ꝙ fuit tractus, tamen cõmuniter ponitur ꝙ fuit lapidatus. Zacharias etiam filius Ioiade fuit lapidatus, vt legitur 2. Para. 24. ¶ Secundum genus mortis inconsuetum & crudele ponit cùm dicit [Secti sunt.] Hoc dicit propter Esaiam, quem Manasses fecit secari serra lignea. Et loquitur pluraliter, licet non fuerit nisi vnus. secundũ cõsuetudinem scripturæ, propter causam supradictam. ¶ Tertium genus cùm dicit [Tentati sunt] vt. s. consentirent. Quod dicit propter Matathiam & filios eius. 1. Mach. 2. Et propter Eleazarũ. 2. Mac. 6. Et propter hystoriam de septem fratribus. 7. cap. Et tandem occiderunt eos. Tre. 4, Melius fuit occisis gladio. quàm interfectis fame. Specialiter tamen Vrias fuit occisus à Dauid. 2. Reg. 11. Et Iosias 4. Reg. 23. ¶ Deinde cùm dicit [Circuierunt in melotis] ponit mala voluntariè assumpta. Et ista ad tria reducuntur. s. ad exteriorem cultum, ad personæ statum, ibi [Egentes] & ad habitationis locum, ibi [In solitudinibus.] Quantum ergo ad cultum, dicit [Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis] Melota est vestis secta de pilis camelorum, vt cuidam dicunt. Vel melius quòd taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis quæ dicitur melota. Pellis caprina cum hoc quòd est hirsuta, est etiam vilis. Et hæc dicũtur de Helya. 4. Reg. 1. ꝙ erat vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Et de talibus vestibus dicit Aug. in li. de sermone domini, quòd potest esse in tali veste intentio mala, si quis vtatur ad vanã gloriã, bona autẽ, si ad contemptum mundi, & macerationem carnis. Præcipuè autẽ qui profitentur statum pœnitentiæ, debent ostendere signa professionis. Et ideo licet eis vti talibus vestibus, non tamen ad ostentationem, & sic vtebantur prophetæ. ¶ Quantum autẽ ad statum personæ dicit [Egentes] quia carebãt diuitiis, in quo præfigurabant statum perfectionis noui testamenti, de quo dicitur Mat. 19, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ possides. Et hoc fuit specialiter de Helya, qui pastus fuit à coruis, & à muliere vidua. 3. Reg. 17. Psal. Pauper ego sum in laboribus. Idem, Egenus & pauper ego sum. Itẽ [angustiati] sicut patet de Helya, qui fugit à facie Iezabel. 3. Reg. 19. Et de Dauid qui fugit à facie Absalon. 2. Regum 15. Item afflicti labore corporali, sicut de Helya qui dormiuit lassus subter vnam Iuniperum. Et subdit [Quibus dignus non erat mundus] Sicut dicit Dionysius in epistola ad Ioannem euangelistam. Mali aliquãdo per ea quæ faciunt, ostendunt indicia suæ damnationis, vnde dicit ꝙ per hoc quòd mali separauerunt à se beatum Ioannem, ostẽdebat deus ꝙ erant indigni societate eius. Et ideo dicit Apostolus ꝙ mundus non erat dignus eis. q.d. Quia mundani

non erant digni societate iustorum. Io. 15, Ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. ¶ Deinde cùm dicit [In solitudinibus.] Ostendit hoc quantum ad locum, quia propriam mansionem non habebant, sed [errabant in solitudinibus, & in montibus, & in speluncis & in cauernis terræ] quæ sunt loca apta ad contemplationem & pœnitentiam. Dicitur autem spelunca quæ fit arte, sed cauerna quæ est à natura, vel ab aliquo accidente, sicut ex corrosione aquarum. Ista patent de Dauid. 1. Regũ 22. &. 23. Et de Helya. 3. Reg. 19. ¶ Deinde cùm dicit [Et hi omnes.] Ostendit ꝙ eis dilatæ sunt promissiones. Et ne putetur ꝙ hoc fuerit propter defectum meriti. ideo secundò designat rationem illius dilationis, ibi [Deo pro nobis.] Dicit ergo ꝙ [hi omnes testimonio fidei inuenti sunt probati]. i. per fidem habent testimoniũ ꝙ sunt probati. i. approbati à deo. 2. Cor. 10, Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est, sed quem deus cõmendat. Sap. 3, Tanquam aurũ in fornace probauit eos. Et tamen [non acceperunt repromissionẽ.] s. gloriæ, vel promissam vitam vsque ad Christum. Psal. Distulisti Christum. Temporales enim acceperunt, non autem spirituales. Suprà eodem, Defuncti sunt non acceptis promissionibus. ¶ Deinde cùm dicit [Deo pro nobis.] Ostendit rationem dilationis, ex quo aliqui sumpserunt causam, vel occasionem erroris, qui dicũt ꝙ nullus in paradisum intrabit vsque ad vltimam consummationem, quæ erit per finalem resurrectionem. Sed hoc est cõtra Apostolum. 2. Cor. 5, Scimus ꝙ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ꝙ ædificationem habemus ex deo domum non manufactã, sed æternã in cælis. Ista ergo cõsummatio de qua loquitur Apostolus, potest referri ad præmiũ essentiale. s. beatitudinem quæ habetur per Christum Micheæ 2, Ascendit pandens iter ante eos, quã non habuerunt sancti veteris testamenti. Vel potest referri ad stolã corporis, quæ non dabitur vniuersaliter, vsque post resurrectionem vniuersalẽ, licet fortè aliqui iam habeant ipsam ex speciali priuilegio. Non ergo sine nobis consummantur, sed perficiuntur duplici stola, vt sicut dicit glo. in cõmuni gaudio omnium maius fiat gaudiũ singulorũ. Vnde in hoc nobis deus prouidit. Et ideo dicit [Deo pro vobis aliquid melius prouidente.] Psal. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Magis enim gaudet homo cum pluribus gaudentibus. Glo. Si isti tenuerunt fidem qui tandiu expectauerũt regem, multòmagis teneamus nos qui statim recipimus. Luc. 23, Hodie mecũ eris in paradiso.

Caput 12.

Apostolus hic ponit monitionẽ moralẽ, exhortãs vt fidẽ quã corde tenent, operibus demonstrent.

Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus: & circunstans nos peccatum, per patientiam, curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis uestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.

¶ Suprà Apostolus multipliciter commendauit fidem per quam membra Christo capiti coniunguntur: hic ponit moralem monitionem exhortans vt fidem quã tenent corde, operibus demonstrent, sicut etiam monet Iac. ca. 2. canonicæ suæ. Et primò docet quomodo se debeant habere circa mala. Secundò quomodo debeant se habere circa bona. ca. 13, ibi [Charitas fraternitatis]. Est autem duplex malum. s. pœnæ & culpæ. Primò ergo docet quomodo se debent habere circa mala pœnalia tolleranda. Secundò circa mala culpæ vitanda, ibi [Propter quod remissas, &c.] Ad tolerandum autem malũ pœnæ. Primò inducit exẽplo antiquorum. Secundò exemplo Christi, ibi [Aspicientes in authorẽ.] Tertiò authoritate scripturæ, ibi [Et obliti estis.] Quantum ergo ad primũ dicit [Ideoque nos habentes tantam nubẽ testiũ impositam.] q.d. Ita dictum est ꝙ sancti testimonio fidei probati, nec tamen habuerunt promissiones, & tamen cùm hoc non defecerunt in expectando, ergo nos qui habemus tantam nubem testium interpositam, &c. Sancti dicuntur testes dei, quia verbo & facto glorificabatur deus per eos. Mat. 5, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ qui in cælis est. Esa. 44, Vos testes mei dicit dominus. Dicuntur autem sancti, nubes. Primò propter conuersationis sublimitatem. Esa. 60, Qui sunt isti qui vt nubes volant. Secundò propter doctrinæ fœcunditatem. Iob 26, Qui ligat aquas in nubibus suis vt non erumpant pariter deorsum. Et 36, Effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt. Tertiò propter spiritualis consolationis vtilitatem. Sicut enim nubes præstant refrigerium, sic exempla sanctorũ. Esa. 18, Et sicut nubes roris in die messis. Hanc ergo nubem testiũ habemus impositam, quia ex vita sanctorum quodãmodo inducitur nobis necessitas ad imitandum. Ia. 5, Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, laboris, & patientiæ prophetas. August. Sicut spiritussanctus loquitur in scriptura, ita in gestis sanctorum quæ nobis sunt forma, & præceptum vitæ. Hoc est ergo exemplum sanctorum quod inducit. Sed quia ad confirmandum se ad aliquod exemplar, interdum ex impedimento superueniente impeditur homo, ideo remouet illud quod potissimè potest impedire. Illud autem est pondus peccati. Tribulatio autẽ est, quasi quidam agon. 1. Corin. 9, Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Sicut autem in cursu & certamine oportet omnia aggrauantia deponere, ita & in agone tribulationis. 2. Tim. 4. Bonũ certamen certaui, cursum consummaui. Qui ergo in tribulatione vult bene ad deum currere, oportet impedimenta deponere. Ista ipse impedimenta vocauit Apostolus pondus & circunstans peccatum. Per [pondus] autem potest intelligi peccatum perpetratum, quod dicitur pondus, quia animam deprimit ad infima, & inclinat ad aliud. Psal. Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Grego. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Per [circunstans peccatum] potest intelligi occasio peccandi, quæ quidem est in omne quod circunstat, scilicet in mundo, carne, proximo dæmone [Deponentes ergo omne pondus,] ideſt, peccatum, perpetratũ, quod dicitur pondus [& circunstans nos peccatum] scilicet occasionẽ peccandi. 1. Pet. 2, Deponentes omnem malitiam & omnem dolũ. Vel pondus potest intelligi tedium tribulationis, Sic enim frequenter tribulatio dicitur onus per prophetas, sicut onus damasci. i. tribulatio, quasi dicat, Non sit vobis graue pati pro Christo. Circunstans peccatum dicitur tentatio nobis immissa ex circuitu hostis. 1. Pe. 5, Aduersarius vester diabolus. &c. Vel pondus affectio terrena, per circunstans peccatũ affectio carnalis, quæ scilicet causatur in nobis à carne circunstante. q.d. Deponatis affectionem tam tempo-

ralium quàm carnaliũ,si vultis liberè currere.Vnde subdit monitionem dicens[Curramus per patientiam ad certamen nobis propositum]non solùm illatũ,quod tamen sustineamus patienter.Sed nos ipsi voluntariè curramus.Psal.Viam mandatorũ tuorũ cucurri.Hoc aũt certamen nobis propositũ est cũ iustitia. Eccl. 4.Vsque ad mortem certa pro iustitia. ¶ Deinde cùm dicit[Aspicientes,&c.]Ponit exemplũ Christi. Et circa hoc duo facit.Primò enim ostendit quare passio Christi habenda est in exemplum,& quid in ipsa considerandum est.Secundò ostendit fructum istius considerationis,ibi[Recogitate eum] Sicut enim dicitur Ephe.2,Gratia saluati estis per fidem:Christus autem est author fidei.Si ergo vis saluari,debes intueri exẽplar illud.Vnde dicit[Aspicientes in Iesum]passum.Hoc significatum fuit per serpentem æneum eleuatũ pro signo in quem aspicientes curabantur.Nu.21.& Io.3,Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis vt omnis qui credit in ipsum non pereat,sed habeat vitam æternam. ¶ Si ergo vis saluari,respice in faciem Christi tui.Ipse enim est author fidei dupliciter.Primò eam docendo verbo.Suprà 1,Locutus est nobis in filio.Io.1,Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit.Secũdò eã in corde imprimendo.Phi.1,Vobis donatum est pro Christo non solũ vt in ipsum credatis,&c.Item ipse est consummatio fidei dupliciter.Vno modo ipsam miraculis confirmando.Io.10,Si mihi non vultis credere,operibus credite.Item fidem præmiando.Cùm enim fides sit imperfecta cognitio eius præmium consistit in ipsius cognitionis perfectione.Ioan.14,Ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum.Hoc autem significatum fuit.Zach.4.vbi dicitur,Manus Zorobabel fundauerunt domũ istã.s.ecclesiã,cuius fundamentum est fides,& manus eius perficiẽt eam.Nam manus Christi qui de genere Zorobabel descendit,fundat ecclesiã in fide,& fidem gloria cõsummat.Videmus enim nunc in speculo,& enigmate,tunc autẽ facie ad faciem.1. Cor.13.Aug.1.de trinit.ca.10,Contemplatio est merces fidei,cui mercedi per fidem corda mũdantur, sicut scriptum est.Fide mundans corda eorũ. ¶ In passione enim Christi tria consideranda sunt.Primò quid cõtempsit.Secũdò quid sustinuit.Tertiò quid promeruit.Quantum ad primũ dicit[Qui proposito sibi gaudio]istud autẽ gaudiũ fuit istud gaudium terrenum quo à turba quã pauerat quærebatur vt facerent eũ regem,quod ipse cõtempsit fugiẽdo in montẽ.Io.6.Vnde Ecc.2,Risum reputaui errorẽ,& gaudio dixi quid frustrà deciperis.Vel proposito sibi gaudio æternæ vitæ pro præmio[sustinuit crucem]hoc est secundũ.s. quid sustinuit,quia crucẽ.Phi.2,Humiliauit semetipsum factus obediens,vsque ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis.In quo ostenditur & cruciatus acerbitas,quia ibi affixus fuit manibus & pedibus, & mortis vilitas & ignomia,quia hoc erat ignominiosum genus mortis,Sapien.2,Morte turpissima condemnemus eũ.Quantum autem ad tertiũ.s.quod promeruit,quia sessionẽ ad dexteram patris.Vnde dicit[Atque in dextera sedis dei sedet]Exaltatio enim humanitatis Christi,fuit præmiũ passionis eius.& eiusdẽ.1,Sedet aũt ad dexteram maiestatis in excelsis. ¶ Deinde cùm dicit[Recogitate eum]ostendit quis sit fructus huius considerationis.Et primò monet ad diligentẽ exempli considerationem.Secundò ostendit vtilitatem,ibi[Vt non fatigemini]Tertiò subdit rationem,ibi[Non enim vsque]Dicit ergo.Ita dictũ est[Aspicientes,&c.]Nec hoc solũ,sed etiã[recogitate eum.]i.iterum cogitate,Prouer.3,In omnibus viis tuis cogita illum. Et huius ratio est,quia in quacunque tribulatione,inuenitur eius remedium in cruce.Ibi enim est obedientia ad deũ. Phil.2,Humiliauit semetipsum factus obediens.Item pietatis affectus ad parentes.Vnde ibi gessit curã de matre sua.Item charitas ad proximum,vnde ibi pro transgressoribus orauit.Luc.23,Pater dimitte illis,non enim sciunt quid faciũt.Ephe.5,Ambulate in dilectione sicut Christus dilexit, & tradidit semetipsum pro vobis. Itẽ fuit ibi patiẽtia in aduersis.Psal.Obmutui & humiliatus sum,& silui à bonis,& dolor meus renouatus est.Esa.53,Sicut ouis ad occisionem ducetur,& quasi agnus coràm tondẽte se obmutescet,& nõ aperiet os suũ.Itẽ in omnibus finalis perseuerantia.Vnde vsque ad mortem perseuerauit.Lucæ 23,Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ.Vnde in cruce inuenitur exemplũ omnis virtutis.Aug.Crux nõ solùm fuit patibulum patientis, sed etiam cathedra docentis[Recogitate ergo eũ qui sustinuit]Sed quid cogitãdũ? Tria s.genus passionis,vnde[sustinuit contradictionem].i.afflictionem in verbis,Vnde dicebãt,Vah qui destruis templum dei.Psal.Eripies me de contradictionibus populi.Ro.10,Expandi manus meas ad populum non credentem,sed contradicentem mihi.Luc.2,Et in signum cui contradicetur.Et[contradictionem talem.] i.tam grauem & ignominiosam.Tren.1,O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.Secundò à quibus passus est,quia[à peccatoribus]pro quibus patiebatur.1. Pet.3, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,iustus pro iniustis.Tertiò persona patiẽtis,Ante passionẽ enim ab origine mũdi,passus est in membris suis,sed tũc in propria persona.Vnde dicit[Aduersus semetipsum] Esa.46,Ego feci & ego ferã.Psal.Quæ non rapui tunc exoluebam.1.Pet.2,Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. ¶ Vtilitatem ostendit cùm dicit[Vt non fatigemini.]Consideratio enim passionis Christi facit nos nõ deficere.Gre.Si passio Christi ad memoriã reuocatur nihil à deo durũ est quod nõ æquanimiter toleretur.Vnde non deficiatis,tanquam fatigati animo,à veritate fidei Esa.40,Current & nõ laborabunt,ambulabunt & non deficient.2.Thes.3,Nolite deficere benefacientes.Rationem autem huius ponit dicens[Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis.]q.d.Non debetis deficere in tribulationibus vestris pro vobis,quia nondum tantum sustinuistis sicut Christus.Ipse enim sanguinem suum fudit pro nobis.Mat.26,Hic est sanguis noui testamenti,qui pro multis effundetur.Vos autem rapinam bonorum vestrorum sustinuistis.Maius autem est de genere operis vitam dare,quàm substantiam corporalem,licet aliquando ex radice operis.s.ex charitate possit esse minus,sicut suprà dictum est,vnde dicit, Nondum enim restitistis]repugnantes aduersus peccatum[vsque ad sanguinem.]s.fundendum pro Christo.

¶ Lectio 2.

Apostolus monet hic ad idem,ex authoritate scripturæ.

ET obliti estis consolationis,quæ uobis tanquàm filiis loquitur,dicens,Fili mi,noli negligere disciplinã domininæque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat,flagellat autem omnem filium quem recipit.In disciplina perseuerate,Tanquã filiis,uobis offert se deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis,cuius participes facti sunt omnes:ergo adulteri,& non filii estis, Deinde patres quidẽ carnis nostræ, eruditores habuimus,& reuerebamur eos:num multò magis obtẽperabimus patri spirituũ & uiuemus? Et illi quidẽ in tempore

tempore paucorum dierum,secundum uolũtatem suam erudiebant nos:hìc autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in præsenti quidem uidetur non esse gaudij, sed mœroris,postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam,reddet iustitiæ.

¶ Suprà induxit Apostolus ad mala patienter sustinenda exemplo antiquorum patrum & Christi: hìc monet ad idem ex authoritate scripturæ.Vnde circa hoc tria facit. Primò enim ponit authoritatem . Secundò ostendit sensum eius, ibi [In disciplina perseuerate.] Tertiò arguit ad propositũ ex præmissis:ibi [Quòd si extra disciplinã.]Ponit autẽ authoritatem quæ habetur Proue.3.sed sub aliis verbis quàm litera nostra habeat.Ibi enim habemus sic,Disciplinã domini fili mi ne abiicias,nec deficias cùm ab eo corriperis.Quem enim diligit dominus,corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Quia verò Apostolus inducit authoritatem istam causa consolationis, ideo vtitur aliis verbis.Vnde dicit [Et obliti estis consolationis.] Quasi dicat,Mirum est si obliti estis.Psalm. Secũdum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animã meam.Idem,in æternum non obliuiscar iustificationes tuas.Dicit autem,cõsolationis,id est,dei consolantis,& est emphatica locutio.2. Corint.1,Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi,pater misericordiarũ, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.Sequitur[Quæ vobis,]id est deus consolationis[loquitur tanquã filiis.]Ergo si punit, non odit: sed eius punitio ordinatur ad bonũ,quia loquitur vobis tanq̃ filiis.Verba autem authoris ponit,dicẽs [Fili mi,&c.]Et subdit rationem,ibi[Quem enim diligit,&c.]In authoritate verò prohibet duo: quia prohibet odium disciplinæ,& impatientiam ad ipsam.Propter primum,dicit[Fili mi noli negligere] sicut quidã qui odiunt disciplinam, de quibus dicitur Prou.9, Noli arguere deriſorem,ne oderit te.Amos 5, Odio habuerunt loquentem in porta,& corripientẽ perfectè abominati sunt.Dicit ergo Apostolus.Noli negligere disciplinam domini.q d. Cùm deus te flagellat causa disciplinæ, noli negligere,id est, negligenter habere fastidiendo.Sapien.3,Sapientiam & disciplinam qui abiicit,infœlix est. Propter secũdum,dicit [Et ne fatigeris dum ab eo argueris.] Quidã enim & si correctionem durã non odiãt,tamen impatienter portãt.Et ideo dicit,Ne fatigeris,&c.Tunc enim homo spiritualiter,fatigatur, quãdo contristatur intantum q̃ deficit. suprà eodẽ,Vt nõ fatigemini animis vestris deficientes.Eccle.6,Ne accidieris in vinculis illius. ¶ Deinde cùm dicit[Quem enim diligit dominus,castigat.]Assignat causam,sicut autem dicit Philosophus,Verbum castigationis cõmuniter accipitur in pueris,& in concupiscẽtia:dicimus enim castum,cuius concupiscentia castigata est.Similiter puer dicitur castigatus,qui est bene disciplinatus:quod enim de se habet pronitatem ad malum,indiget refrenante.Talis autẽ est cõcupiscentia,& puer quę de se sequũtur impetus suos.Ideo indigent castigante.Ille ergo qui castigat, ideo hoc facit ne tendant in malum.Et quia sensus nostri,& cogitatio nostra prona sunt ad malũ,vt dicitur Gen.8.Ideo dominus castigat nos,vt retrahat nos à malo.Psal.Castigãs castigauit me dominus,& morti nõ tradidit me.Hie.31,Castigasti me,& eruditus sum quasi iuuenculus indomitus.In hoc autem castigat,quia flagellat,nõ quidẽ ad condẽnationem,sed ad salutẽ.Vnde dicit q̃ flagellat omnem filiũ quem recipit.]Et ideo qui nõ flagellãtur,non sunt de numero filiorũ.Psal.In labore hominum nõ sunt,& cum hominibus nõn flagellabũtur.Vnde est signum quasi æternæ reprobationis.Ezec.16, Auferetur zelus meus à te.Nec mirum si flagellat omnem filiũ quem recipit per adoptionem:quia proprio filio suo non pepercit.Luc.vlt.Oportuit Christũ pati.Consequenter cùm dicit[In disciplina perseuerate.] ostendit sensum authoritatis præallegatæ: & primò ostendit sensum monitionis. Secundò sensum rationis assignat,ibi[Tanquam filiis.]Tertiò ostendit rationem istã esse cõuenientem,ibi[Quis enim filius.]Monitio autẽ Apostoli fuerat,q̃ non debebãt negligere disciplinã domini,nec etiam fatigari.Vtrunq; autem cõprehendit in his verbis.Non negligere enim,nec etiã fatigari sub disciplina,nõ est aliud q̃ in disciplina perseuerare.Vnde Iob 6,Hæc mihi sit consolatio,vt affligens me dolore,non parcat.Psal.Apprehendite disciplinam, &c. Quare autem non debemus negligere, dixerat:quia quem diligit dominus,&c.Vnde hìc dicit [Tanquam filiis vobis se offert deus.Quasi dicat,Ideo perseuerate,quia offert se tanquam filiis. Hierem.3, Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis . ¶ Consequenter ostendit istam rationem esse conuenientem,dicens [Quis enim filius quem non corripit pater?] Ad patrem enim pertinet corrigere filium suum.Prouer.13,Qui parcit virgæ,odit filium suum:qui autem diligit illum,instanter erudit. Ecclesiast.30, Equus indomitus euadet durus,& filius remissus euadet præceps.Et ideo necessaria est correctio:sicut Paulo datus stimulus carnis,ne per superbiam corrueret.2.Corinth.12. ¶ Deinde cùm dicit[Quia si extra disciplinam,& cætera.]arguit ex præmissis:& primò deducendo ad inconueniens.Secundò ex quodam exemplo,ibi[Deinde patres,&c.]Tertiò ex vtilitate cõsequente,ibi[Omnis autem disciplina,&c,] Circa primũ facit talem rationem. Omnes sancti qui deo placuerunt per multas tribulationes transierunt, per quas filii dei facti sunt. Ergo qui in disciplina non perseuerat, non est filius,sed magis adulter,id est, de adultero natus.Istius rationis ponit tantùm conclusionem,dicens[Si estis extra disciplinam,non estis filii, sed adulteri: quia disciplinæ facti sunt participes omnes,]scilicet, sancti.2.Timothæi 3,Omnes qui piè viuere volunt in Christo,persecutionem patientur.Iudith 8,Omnes qui deo placuerunt,per multas tribulationes transierũt fideles.Nec oportet quòd semper sancti habeant exteriores tribulationes, cùm interius affliguntur ex mala conuersatione peruersorum.2.Pet.2,Habitans Loth apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.Filius autem propriè dicitur,qui est ex legitimo patre.Mater nostra est ecclesia, cuius sponsa est ipse deus.Osee 2,Sponsabo te mihi in fide.Adulter autem est diabolus & mundus. Qui ergo nati sunt ex spiritu diaboli vel mundi,sunt filii adulterini.Esa.57,Accedite huc filii auguratricis & adulteri & fornicariæ. Patet ergo quòd propriè non sunt filii,nisi de legitimo patre nati. ¶ Consequenter cùm dicit [Deinde patres,&c.]ponit secundã rationem sumptã ex eo quod experti sumus.scilicet ex correctione paterna. Quæ quidem ratio procedit ex duplici differentia,quæ est inter deum patrẽ,& patrem carnalem.Est autem hæc prima differẽtia dei patris ad patrẽ carnalem . Homo enim generat hominẽ quãtum ad corpus, non quãtum ad animã,quæ est per creationem,& nõ traducitur.2.Machab.7,Neque enim ego spiritum & animã donaui vobis.Vnde dicit q̃ [nos habuimus patres carnis nostræ eruditores.]Eccle.7, Filii tibi sunt,

erudi illos. [Et reuerebamur eos.]Exodi vigesimo,Honora patrem tuum & matrem, & cætera. Deus autem exellentius est pater noster, scilicet, quantum ad animam,quam immediatè creat.Ecclesiastes vltimo. Spiritus redeat ad deum,qui dedit illum.Item iustificat animam adoptando nos in filios. Roma.8, Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filii dei.Ideo dicit[Non multò magis optemperabimus patri spirituum]id est animarum nostrarum,quæ dicuntur spiritus: quia non sunt ex materia.[Et viuemus?] Finis enim obedientiæ,est vita æterna.Ioan.8, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.Suprà 5, Factus est omnibus obtemperãtibus ei causa salutis æternæ. Secunda verò differẽtia est correctionis humanæ ad diuinã, quæ in duobus differũt:& primò quãtum ad finem, quia finis humanæ correctionis est aliquid transitorium. Est enim ad bene conuersandum in hac vita, quæ est paucorum dierum.Secundò quãtum ad rationem:quia homo corrigit secũdum voluntatem quæ falli & errare potest,& tamen obedimus ei.In correctione autem diuina,non sic:quia erudit nos ad aliquid vtile in sempiternum.s. ad recipiendum sanctificationem,quæ,scilicet,est ipsemet deus.Esa.8,Dominum exercituũ ipsum sanctificate.Ipse pauor vester,ipse terror vester,& erit vobis in sanctificationem. Et ideo dicit[Et illi quidem eruditebant nos in tempore paucorum dierum.]Et hoc quãtum ad primum.[Et secũdum voluntatem suam.] Et hoc quãtum ad secundum [Hîc autem ad id quod vtile est.]Esa.48, Ego dominus docens te vtilia. Et hoc [in recipiendo sanctificationem,]id est,in sanctificationem ab ipso recipiendam,& ideo debemus magis recipere disciplinã eius. ¶ Sequitur [Omnis autem disciplina,&c.] hæc est tertia ratio quæ sumitur ex vtilitate correctionis.Cùm autem pœnæ sint quædam medicinæ,idem iudicium videtur esse de correctione,& de medicina.Sicut autem medicina in sumptione cuidam amara est & abominabilis: tamen eius finis est valde dulcis & desiderabilis,ita de disciplina,quòd grauis est ad sustinendum:sed adducit fructum optimum. Sciendum est autem ꝙ disciplina dicitur à discendo. Pueri autem qui adiscunt, flagellis erudiuntur. Et ideo disciplina aliquando sumitur pro scientia,vt in principio primi posteriorũ. Omnis doctrina,& omnis disciplina &c.quæ Grecè dicitur episteme.Aliquando autem sumitur pro correctione,& Grecè dicitur pedia,sed in Latino non habet nomina ita distincta. Dicit ergo ꝙ [omnis disciplina]quæ.s.est eruditio per flagella & molestias[in præsenti videtur esse non gaudii sed mœroris]quia exterius habet tristitiam in sustinendo,sed interius habet dulcedinem ex intentione finis.Et ideo dicit[videtur]& non dicit,est.2.Corinth. 6,Quasi tristes,semper autem gaudẽtes.Ioan.16,Mulier cùm parit,tristitiam habet.&c. 2.Corint.4, Id enim quod in præsenti est momentaneum,& leue tribulationis nostræ,supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis . Et ideo dicit [Postea reddit fructum .] Fructus enim importat dulcedinem. Vnde frui est delectari in fine adepto. [Pacatissimum .] fructus enim habetur hîc cum perturbatione exteriorum incõmodorum,& tentationum interiorum, & ideo non est pacatissimus, sicut ibi. In gloria siquidem nihil erit interius remordens conscientiam,nec impellẽs est ad culpam,nec exterius cõtristans. Ibi enim vt dicit Augusti. erit quicquid voles:ergo ille fructus est pacatissimus. Pacatus quidẽ in tranquilitate cõscientię,pacatior in susceptione primæ stolæ,sed pacatissimus in susceptione.2.Esa.32, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis:in tabernaculis fiducię:in requie opulenta.Prou.3,Primi & purissimi fructus eius[Reddet ergo fructũ iustitiæ]id est,quem meretur iustitia.Seminãti enim iustitiam merces fidelis.Prou. 11.Ibidem,Fructus iusti,lignum vitæ. Vel iustitiæ, ad iustitã apprehendẽdam. Osee 10, Seminate vobis in veritate iustitiam,& metite in ore misericordiæ.Psal.Euntes ibant & flebant,&c. Sed non redditur fructus nisi[exercitatis per eam,]id est, per disciplinam.suprà.5,Perfectorum est cibus solidus eorũ qui pro cõsuetudine exercitatos habent sensus.

¶ Lectio 3.

PRopter quod remissas manus, & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans quis erret,magis autem sanetur.Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam:sine qua nemo uidebit deum:cõtemplantes ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.Ne quis fornicator,aut prophanus,ut Esau:qui propter unam escam uẽdidit primitiua sua . Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem,reprobatus est. Non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam.

¶ Suprà monuit Apostolus qualiter nos debemus habere ad mala pœnalia sustinenda: hîc monet qualiter nos debemus habere ad mala culpę vitanda.Et circa hoc duo facit.Primò enim ponit monitiones suas.Secundò assignat rationes ipsorum, ibi [Non enim accessistis .] Circa primum duo facit.Primò enim monet hominem peccantem.Secundò nondum peccantem, ibi [Pacem sequimini.] Est autem duplex peccatum, scilicet, omissionis, & transgressionis. Primò ergo monet ad dimittendum peccatum omissionis. Secundò ad dimittendũ peccatum trãsgressionis,ibi[Et gressus rectos.]Peccatũ autem omissionis duplex est.Vnum quando quis omittit bonum facere. Aliud omittendo mala & aduersa tolerare. Quantum ad primum,dicit [Propter quod.]scilicet, quia disciplina affert fructum pacatissimum : ideo vt vos hunc fructum percipere possitis[erigite manus remissas.] Manus enim cùm sit organorum remissa dicitur, quando vacat ab eius operibus,& ideo erigenda est per rectam intentionem ad operãdum quæ deo placent. Trenorum tertio. Leuemus corda nostra cum manibus ad deum.Psalm. Eleuatio manuum mearum,& cætera. Manus enim remissa inducit egestatem & seruitutem . Prouerbiorum decimo, Egestatem operata est manus remissa , manus autem fortium diuitias parat. Item capit.12, Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tributis seruiet.In huius signum quando Moyses eleuabat manus, vincebat Israel:quando verò remittebat,superabat Amalech.Exodi decimoseptimo. ¶ Quantum ad aliud peccatum omissionis,dicitur [Erigite genua dissoluta.] In genibus totum pondus corporis sustentatur. Habent ergo genua dissoluta , qui non habent fortitudinem fortiter tolerandi aduersa,hæc ergo remissio abiicienda est.Iob 4,Manus lassas roborasti,& genua trementia cõfortasti,vacillãtes confirmauerũt sermones tui.Esa.trigesimoquinto, Confortate manus dissolutas & genua debilia roborate.Manus ergo & genua erigite,vt nec otio torpeatis,nec hæsitare debeatis. ¶ Deinde cùm dicit[Et gressus rectos.]Improbat peccatum trãsgressionis.Istud autem peccatum est obliquitas quædam & curuitas.Rectũ enim dicitur cuius medium non exit ab extremis,id est,cuius

operatio non recedit ab intẽtione & fine debito.Triplex autem est obliquitas,scilicet in affectu,in operatione & intellectu. Istas tres monet declinare . Ex affectione autem iniqua, sequitur obliquitas in intellectu, & deprauatio in affectu.Et ideo quãtum ad primum,quod est aliorum radix,dicit[Facite gressus rectos pedibus vestris].i.rectas affectiones.Sicut enim pedes portant corpus,ita mentẽ portant affectiones. Recti ergo pedes sunt affectiones rectæ.Ezech.1,Pedes eorũ,pedes recti.Rectificate ergo affectiones,quibus totum corpus portatur spiritualiter. Esa.40, Rectas facite in solitudine semitas dei vestri. Hoc est ꝙtum in vobis est date operã ad hoc.Sed propriè rectificare est solius dei.Psal.Dirige gressus meos in semitis tuis. ¶ Quãtum ad secundũ,dicit[Vt non claudicãs quis]quãtum ad actionẽ exteriorẽ. Sicut enim tibia dicitur clauda, quãdo nõ sequitur regulã potẽtiæ gressiuæ,ita operatio claudicat,quãdo siue ad dexterã.i.in prosperis,siue ad sinistram.i.in aduersis non sequitur regulã legis diuinæ.Esa.30,Hæc est via,ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexteram neq; ad sinistrã.Vel claudicat qui cerimonialia obseruat cum euãgelio.Quãtum ad obliquitatem intellectus,dicit[Erret.]Malã enim operationem sequitur error intellectus.Prou.14, Errant omnes qui operãtur malum.Sapiẽ.2, Hoc cogitauerunt & errauerunt,excæcauit enim eos malitia eorum. Qui ergo vult illas duas curuitates cauere,habeat pedes & affectiones rectas.Et ideo dicit[Magis autem sanetur.]Sicut enim sanitas corporis consistit in contemperatione humorum,ita sanitas spiritualis in ordinatione affectuum.Hierem.17,Sana me domine,& sanabor. ¶ Deinde cùm dicit[Pacem sequimini,&c.]monet non peccãtem ad vitãdum peccatum:& circa hoc duo facit. Primò enim præmittit quædã remedia quæ valẽt ad omnia peccata vitãda.Secũdò specialiter monet ad vitationẽ eorum,ibi[Ne qua radix.]Circa primum sciendũ est quòd actionum humanarũ sunt diuersi fines. Quædã enim ordinãtur ad aliũ sicut iustitia quæ ordinat hominem ad proximũ.Et istarum finis est pax.Vnde Esa.32,Erit opus iustitiæ pax. Quædam ad ipsum operãtem sicut ieiunare.& istorum finis est puritas.Nõ enim ieiunamus,nisi propter munditiã & puritatẽ. Quãtum ergo ad primũ,dicit[Pacem sequimini].i. nõ sosũm habete, sed quæratis quomodo cum aliis habeatis.Rom.12,Si fieri potest quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.Psal. Inquire pacem,& persequere eam.Quãtum ad secũdum dicit[Et sanctimoniam.]2.Cor.7,Mũdemus nos ab omni inquinamẽto carnis,& spiritus. Quod autem ista remedia sint necessaria,ostendit per duo dãna, quæ incurrimus sine ipsis.s.dãnum gloriæ in futuro, & gratiæ in præsenti. Quãtum ad primum dicit quòd[sine pace & sanctimonia nemo videbit deum]in quo consistit beatitudo.Ioan.17, Hæc est vita æterna &c.q.d. Sine pace quo ad proximum, & munditia & puritate quo ad seipsum,nemo potest esse beatus.Mat.5,Beati pacifici,quoniam filii dei vocabuntur. Solùm autem filiis debetur hæreditas diuinæ visionis.Item Apoc. 21.Non intrabit in ea aliquid coinquinatũ.Psal.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,&c.Item,Quis ascendet in montem domini,&c.Quãtum ad secũdum damnum,scilicet gratiæ dei. Gratia enim per discordiam & immũditiam amittitur.1.Corinth.14,Non est deus dissensionis,sed pacis.Psal.In pace factus est locus eius.Abacuch 1,Mundi sunt oculi tui domine,ne videant malum,& respicere ad iniquitatem non poteris.Sapien.1,Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum,& corripietur à superueniente iniquitate. Figuratiuẽ autem loquitur Apostolus.Gratia enim & si nõ habeatur ex meritis,alioquin gratia non esset gratia:tamen oportet quòd homo faciat quod in se est. Deus autem voluntate sua liberalissima dat eam omni præparanti se.Apoc.3,Ecce sto ad ostium & pulso,si quis aperuerit mihi intrabo ad eum.1.Timoth.2,Qui vult omnes homines saluos fieri.Et ideo gratia dei nulli deest,sed omnibus quantum in se est,se communicat: sicut nec sol deest oculis cæcis. Dicit ergo, Contemplantes ne quis desit gratiæ dei. ¶ Sed contrà:quia si gratia non datur ex operibus,sed tantùm ex hoc quòd aliquis nõ ponit obstaculum, ergo habere gratiam dependet ex solo libero arbitrio,& non ex electione dei,quod est error Pelagii.Respõdeo:Dicẽdum est ꝙ hoc ipsum quod aliquis non ponit obstaculum,ex gratia procedit.Vnde si aliquis ponat & tamen moueatur cor eius ad remouendũ illud,hoc est ex dono gratiæ dei vocantis per misericordiã suam.Gal.1,Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam,&c. Hoc autem donum gratiæ non est gratum faciens. Quòd ergo à quibusdam remouetur istud obstaculum,hoc est ex misericordia dei: quòd autẽ non remouetur,hoc est ex iustitia eius.Non autem dicit,ne tu desis,sed ne quis,id est quicunq; : quia quilibet debet esse solicitus de proximo.Eccl.17,Vnicuiq; mandauit de proximo suo. ¶ Deinde cùm dicit [Ne qua radix.] Specialiter descendit ad monitionem vitationis peccatorum cõtrariorum vnicuique prædictorum remediorum.Et primò monet vitare peccata cõtraria paci. Secundò contraria sanctimoniæ, ibi[Ne quis fornicator.]Dicit ergo,Ne qua radix amaritudinis,& cætera. Illud dicitur amarum, quod non potest gustari nisi cum offensa.Conuersatio ergo alicuius dicitur amara, quando nõ potest esse sine offensa eorum cum quibus conuersatur.Quod cõtrà dicitur de sapientia.Sapiẽ.8, Non habet amaritudinem conuersatio illius,nec tedium conuictus eius,sed lętitiam & gaudium.Qui ergo in sapientia scit cõuersari, non est amaræ conuersationis, quod non habet dura verba vel facta. Et ideo dicit [Contemplantes ne qua radix amaritudinis,] id est, amaritudo paulatim inchoata & in corde radicata [sursum germinans impediat] pacem,& per consequens gratiã & visionem dei.Deut.29,Ne sit inter vos radix germinans fel & amaritudinẽ.Osee 12,Ad iracũdiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis.Vel radix amaritudinis est mala cogitatio noxiæ delectationis quæ sursum germinat,quãdo per cõsensum ad opus venitur.[Et per illam inquinantur multi] quia non solũ ille in quo est,sed & alii malo eius exemplo.1.Cor.5, Modicum fermentum totam massam corrũpit. ¶ Deinde cùm dicit[Ne quis fornicator.]monet vitare peccata cõtraria sanctimoniæ,cui specialiter opponũtur peccata carnalia.s.luxuria & gula,quæ perficiuntur in delectatione carnali,per quam mens inquinatur.Vnde ista mẽtem & carnẽ inquinant.Et ideo specialiter monet ista vitari. Et primò luxuriã,dicens,Contemplãtes.Et non solùm quilibet in seipso,sed ne quis fornicator,ita ꝙ quilibet in proximo suo hoc contẽpletur.Aug. Inuicem vestrã pudicitiam custodite.& Ephe.5,Fornicatio autẽ & omnis immũditia aut auaritia nec nominetur in vobis,sicut decet sanctos.Thob.4,Attende tibi ab omni fornicatione.Secundò,phibet gulã,dicẽs[Aut ꝓphanus]& dicitur quasi ꝓcul à phano,& tales sunt gulosi qui de vẽtre suo deũ faciunt,[Sicut Esau.] Quod dixerat,ostẽdit in exẽplo Esau qui propter gulã vẽdidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

primogenita.Sic etiã guloſus pro minima eſca vẽdit hęreditatem æternã.Prou.6,Pretiũ ſcorti,vix eſt vnius panis. Eſau autem nõ ſolùm fuit guloſus, ſed etiã luxurioſus: quia cõtra volũtatem parentum duxit vxores alienigenas. Ius autem primogeniti erat,q̃ habebat duplicem portionẽ:& antè ſacerdotiũ Aaron habebat honorem ſacerdotalẽ.Vnde in hoc cõmiſit ipſe ſymoniã:ergo videtur q̃ etiam Iacob qui illud emit,ſimiliter cõmiſit ſymoniam,quod falſum eſt. Iacob enim per ſpiritũ ſanctũ intellexit illud ſibi deberi, iuxta illud Malac.1,Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.Et ideo nõ emit,ſed quod ſibi debebatur ab iniuſto poſſeſſore redemit.Et hoc eſt quod dicit[quĩ].ſ.Eſau[propter vnam eſcã vendidit primitiua ſua] vel primogenita, vt dicitur Gen.25.& 27. ¶Et pœnam conſecutã oſtendit,ſubdens [Scitote enim quoniã & poſtea cupiẽs hæreditare benedictionem,reprobatus eſt.] Sicut enim dicitur Gene.27, Poſtq̃ Yſaac benedixerat Iacob, venit Eſau & petiit benedictionem,quod tamen non obtinuit,licet pater feciſſet ignorans, quia in illo ſtupore quem habuit,factus in extaſi,edoctus eſt à ſpiritu ſancto q̃ nõ retractaret quod fecerat.Vnde dicit, Benedixi ei, & erit benedictus. Et ſic Eſau conſilio ſpirituſſancti reprobatus fuit.In quo datur intelligi, quòd nullus debet negligere dum adhuc viuit benefacere , quantũcunq; ſit reprobatus in præſentia diuina, quia poſt vitã ad hæreditatẽ dei,etiam ſi deſideretur,naturaliter non peruenitur. ¶Sequitur[Non enim inuenit pœnitentiæ locũ quãquam cum lachrymis inquiſiſſet eam.] Sicut enim dicitur Gene.27, Irrugiit clamore magno,&c.Sed contrà:quia dicitur Ezec.18,Quacũque hora ingemuerit peccator,&c.Reſpondeo:Dicendum eſt quòd quandiu præſens vita agitur , poteſt agi vera pœnitentia . Interdum tamen aliquis pœnitet, non propter amorem iuſtitiæ,ſed propter timorem pœnæ vel damni temporalis.Et ſic pœnituit Eſau:non quia vendiderat primogenita,ſed quia perdiderat .Vnde non dolebat de peccato venditionis, ſed de dãno perditionis. Et ideo pœnitentia eius non fuit accepta, quia non erat vera. Sic enim pœnitent dãnati in inferno,vt dicitur Sap.5,Pœnitentiam agentes,non quia peccauerunt,ſed quia excluſi ſunt.Tamen ſecundũ glo.hoc quod dicit hîc, fornicator & prophanus, aliter intelligi poteſt,vt fornicator dicatur , qui cum fide carnales cerimonias obſeruat: ſicut habens concubinam cum vxore propria. Sed prophanus,id eſt, procul à phano,ſicut penitus infidelis.

Hîc aſsignat Apoſtolus ratiõnẽ monitionis,quã ſumit ex comparatione veteris & noui teſtamenti.

Lectio 4.

NOn enim acceſsiſtis ad tractabilem mõtem & acceſsibilẽ ignem,& turbinem,& caliginem, & procellã,& tubæ ſonum,& uocẽ uerborum,quam qui audierunt,excuſauerũt ſe ne eis fieret uerbũ.Non enim portabãt quod dicebatur,Et ſi beſtia tetigerit mõtem,lapidabitur.Et ita terribile erat quod uidebatur, Moyſes dixit,Exterritus ſum& tremebũdus. Sed acceſsiſtis ad Syon mõtem,& ciuitatem dei uiuẽtis,Hieruſalẽ cæleſtem, & multorũ milium angelorũ frequẽtiam,& eccleſia primitiuorum qui conſcripti ſunt in cælis,& iudicem omniũ deum, & ſpiritum iuſtorũ perfectorum,& teſtamenti noui mediatorem Ieſum,& ſanguinis aſperſionem,melius loquentem quàm Abel.

¶Suprà poſuit Apoſt.monitionem ad vitãdum mala culpę:hîc aſsignat iſtius monitionis rationẽ,quam ſumit ex cõparatione noui & veteris teſtamẽti. Et circa hoc duo facit : primò enim ponit cõparationem illã: ſecundò ex ipſa arguit,ibi[Videte ne recuſetis.] Circa primũ duo facit:quia primò proponit ea quæ pertinent ad vetus teſtamẽtum:ſecũdò ea quæ ad nouũ teſtamẽtum,ibi[Sed acceſsiſtis.]Circa primum ſciẽdum eſt q̃,vt dicit Aug.Breuis differentia legis & euãgelii eſt timor & amor.Lex enim tanq̃ pædagogus noſter fuit in Chriſto:paruuli autem terroribus ducendi ſunt.Prou.19,Peſtilente flagellato,ſtultus ſapientior erit. Et ideo hîc dicit Apoſtolus q̃ in datione legis , facta ſunt quædam terribilia.Vnde primò ponit illa quibus territi ſunt hi quibus lex dabatur:ſecũdò agit de terrore legiſlatoris,ibi[Moyſes dixit.] Quãtum ad primũ tria ponit.ſ.terrorem quãtum ad viſa:ſecundò quãtum ad audita,ibi[Et procellam.]Tertiò quãtum ad cõminationes,ibi [Et ſi beſtia tetigerit.] Et iſta tria referuntur ad tria quæ ibi erant terribilia.ſ. ex parte dei, ex parte legis datę,& ex parte miniſtrorum legis. Quãtum ad primum.ſ.ex parte dei,ponit tria terribilia.ſ. Zelum ad puniendum,ſeueritatem pœnæ,& occultationem dantis legem.Zelus deſignatur Deu.4, Dominus deus tuus, ignis cõſumens eſt,deus æmulator.Malac.3,Ipſe enim quaſi ignis conflãs.Vnde ipſe deus frequenter vocat ſe Zelotem,quia crimen ſpõſæ non dimittit inultum.Exo.20,Ego enim ſum dominus deus tuus fortis Zelotes.Et 34,Dominus Zelotes nomen eius.& Proue.6, Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.Vnde dicitur hîc,Non enim acceſsiſtis ſicut illi ad tractabilem & acceſsibilem ignem. Ille enim ignis,vt dicitur Exod.19,erat corporalis & ideo palpabilis & ſenſibilis,& etiã in certo loco,vt ad ipſum poſſet accedi.In noua autem lege datus fuit ignis ſpirituſſancti.Actu.2, Sicut enim Iudæis quinquageſimo die ab egreſſu de Aegypto, apparuit ignis æmulationis,ita diſcipulis quinquageſimo die à die reſurrectionis,ignis ſpirituſſancti non palpabilis,ſed mẽte perceptibilis.Treñ.1,De excelſo miſit in oſsibus meis ignem & erudiuit me.Iſte ignis infinitus eſt natura & loco.Lucem enim habitat inacceſsibilem.1.Tim.6,Et ideo nõ eſt acceſsibilis.Seueritas pœnę ſignificatur per turbinem,qui eſt vẽtus cum aqua.Iob 9, In turbine cõteret me.Vel poteſt referri ad tentationes.Lex enim non refrenabat cõcupiſcentiam:quia non dabat gratiã adiutricẽ ex opere operato:ſed tãtum cohibebat actum,& ideo generabat turbinem tẽtationum.Occultatio autem dãtis legem,ſignificatur per caliginem:in qua figurabatur q̃ ſtatus legis occultus erat.i.velatus. 2.Cor. 3,Vſq; in hodiernum diem,cùm legitur Moyſes,velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Sed in noua lege iſtud velamen ablatum eſt,in cuius ſignum in paſsione Chriſti velum templi ſciſſum eſt:quia nos reuelata facie gloriã domini ſpeculamur,vbi ſuprà.Itẽ caligo illa ſignificabat diuinã excellentiã.Sicut enim illud quod in caligine eſt,clarè videri nõ poteſt,& lux excellens hebetat oculũ,ita & facit ipſum caligare qui lucẽ habitat inacceſsibilẽ. ¶Deinde cùm dicit[Et procellã.]ponit terribilia q̃tum ad auditũ,quæ ſumũtur ex parte legis.In lege autẽ tria erãt valde terribilia.ſ.magnitudo cõminationum,grauitas præceptorũ,& multiplicatio ipſorũ.Quãtum ad primũ,dicit,Et procellã,quæ ,ppriè eſt cõturbatio maris:largè autẽ dicitur turbatio aeris cũ turbine & pluuia:vnde ſignificat auſteritatẽ cõminationũ q̃ erãt in veteri lege.Deu.29,Sonitus tubę ſignificat grauitatẽ pręceptorũ,ad quorum adimpletionẽ,indicebatur homini quaſi bellũ cõtra ſeipſum. Vox verborũ ſignificat multitudinẽ pręceptorũ.Verborũ,inquã,dei p ſubiectã creaturã.ſ.per angelũ.Ga.3, Ordinata per angelos,&c. Deus enim per angelos ibi loquebatur,quę omnia à deo terribilia fuerunt[q̃ illi qui vocẽ illã audierũt,excuſauerũt ſe,ne eis fieret verbũ.]Vnde dicitur Exo.20,Perterriti,atq; timore perculſi fuerũt,& ſteterunt procul dicentes Moyſi,Loquere tu nobis, & audiemus:nõ loquatur nobis dominus,ne moriamur.Cauſam autẽ huius excuſationis ſubiungit,dicens, Quia nõ poterant verba dei portare. Vnde[non portabãt].i.nõ ſuſtinebãt[quod dicebatur]Deut.5, Quid eſt omnis caro,vt audiat vocẽ dei viuẽtis,qui de medio ignis loquitur,ſicut nos audiuimus, & poſsit viuere? Tunc autẽ dicuntur nõ portari verba dei,quãdo vel intellectu nõ capiũtur,vel excedũt affectum. ¶Cõſequenter ponit pœnę cõminationem, dicẽs[Et ſi beſtia tetigerit mõtem,lapidabitur.Exo.19.vbi dicitur,Omnis qui tetigerit mõtem, morte morietur.Manus nõ tãgent eũ,ſed lapidibus opprimetur aut cõfodietur iaculis,ſiue iumentũ fuerit,ſiue homo, nõ viuet.Apoſt.autẽ ad maiorem terrorẽ non facit mẽtionem hîc,niſi de iumẽtis quæ iubẽtur in lege occidi ad oſtendẽdum grauitatẽ peccati. Tamen myſticè mons eſt altitudo myſteriorũ diuinorum: beſtia verò eſt homo beſtialiter viuẽs.Pſal.Homo cùm in honore eſſet,nõ intellexit,cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus, &c.Hæc beſtia duobus modis tãgit mõtem.Vno modo blaſphemãdo.Pſal.Poſuerũt in cælũ os ſuum. Leui. 24,Educ blaſphemũ extra caſtra,& lapidet eum vniuerſus populus. Alio modo ingerẽdo ſe indignè diuinis.Prou.25,Qui perſcrutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria. ¶Ex his cõcludit quod intendit.ſ.quòd iſta valde terribilia erãt, quia etiam nec iumẽtis parcebatur:inde dicit q̃ ita terribile eſt quod dicebatur, in quo deſignatur differẽtia noui & veteris teſtamenti:quia vetus teſtamẽtum datũ fuit in terrore,vt corda Iudæorũ quæ prona erant ad idolatriã terrerentur.Nouũ autem datũ eſt in amore.Ro.8,Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorũ in quo clamamus, abba pater.Vnde & Chriſtus nõ terrores in principio prædicationis ſuæ præmiſit,ſed regnum cælorũ promiſit.Mat.4,Pœnitentiam agite,appropinquabit enim regnũ cælorum.Pro.vlt.Lex clementiæ in lingua eius. ¶Deinde cũ dicit[Moyſes dixit]agit de timore legiſlatoris.ſ.Moyſi. Lex enim per Moyſen data eſt.Ioan.1, Si ergo ipſe Moyſes in legis datione territus fuit,ita vt diceret,vt dicit Apoſt.hîc [exterritus ſum].ſ.interius [& tremebundus]exterius qui fuit perfectiſsimus inter omnes,ſignum erat q̃ ipſa lex terribilis erat etiam ipſis perfectis,quia non dabat gratiã vt dictum eſt, ſed tãtùm oſtendebat culpam.Vnde ipſa fuit graue iugũ,de quo dicit Petrus,Act.15,q̃ hoc eſt iugum quod neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus,Sed lex Chriſti iugum ſuaue eſt, qua charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Ro.5. ¶Vnde ſciendũ eſt q̃ iſta litera quam ponit hîc Apoſtolus non eſt Exod.20.Sed fortè accepit eam Apoſt. Exod.3.vbi in viſione rubi territus fuit & dixit,Non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius.Ex quo dixit facto ſaltẽ,& ſi non verbo exterritus ſum & tremebundus.Vel fortè Apoſt. vtitur alia litera quam nos nõ habemus.Ex quo apparet q̃ lex vetus fuit lex timoris. ¶Deinde ponit cõditiones noui teſtamẽti,dicens[Sed acceſsiſtis.]Vbi oſtendit quæ nobis in ipſo proponuntur. Et ſunt tria nobis promiſſa.ſ. ſpes futuræ gloriæ, participatio eccleſiæ,& familiaritas dei. ¶Secundũ oſtendit cùm dicit [Et eccleſiã primitiuorum.]Tertiũ, ibi[Et iudicem omniũ deum.]In cæleſti autem gloria duo ſunt quæ potiſsimè bonos lætificabunt.ſ.fruitio deitatis & cõmunis ſanctorum ſocietas.Nullius enim boni poſſeſsio iocunda eſt ſine ſocio vt dicit,Boet.& Pſal.Ecce q̃ bonum,& q̃ iocundum habitare fratres in vnum.Fruitio autẽ in duobus conſiſtit.ſ.in viſione intellectus,& in delectatione affectus, vt enim dicit Aug.Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata cõquieſcit.Propter viſionem enim dicit[Acceſsiſtis ad montem Syon.]Syon enim ſignificat altitudinem diuinæ contẽplationis.Eſa.33,Reſpice Syon ciuitatem ſolennitatis noſtræ. Iocũditas & delectatio affectus ſignificatur per[Hieruſalem,ciuitatem cęleſtẽ dei viuentis.]Ibi enim erit viſio experimẽtalis pacis,quia nihil erit perturbans ſiue interius ſiue exterius.Vnde dicitur ciuitas dei.i. ciuium vnitas. Pſalm.Hieruſalem quæ ędificatur vt ciuitas.Itẽ,Lauda Hieruſalem dominũ,lauda deum tuum Syon.ſequitur,qui poſuit fines tuos pacem & adipe frumenti ſatiat te.Gal.4,Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt.Vnde nihil vltra erit deſiderãdum.Canti.8,Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. Cõplementum autẽ ſanctorum eſt cõmunis ſocietas,de qua dicit[Multorũ milium angelorũ frequẽtiam].i.aſsiduitatem, quia ſemper ibi ſunt. Mat.18,Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei qui in cælis eſt.Quòd autem ſint multa milia,patet Danie.7, Milia milium miniſtrabant ei,& decies centena milia aſsiſtebant ei.Iob 25,Nunquid eſt numerus militum eius.Apoc.5, Et erat numerus eorum milia miliũ. Eſa.22,Vrbs frequens ciuitas exultãs. [Et eccleſiã primitiuorum qui conſcripti ſunt in cęlis.]Hæc de participatione eccleſiæ.Dicitur antẽ eccleſia domus dei.1.Ti.3,Primitiui ſancti,ſunt Apoſtoli,qui primitus & abundantius dona gratię perceperunt, per quos deriuata ſunt in poſteros. Rom.8,Nõ ſolùm autem illa,ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes. Ephe.2, Superędificati ſuper fundamẽtum apoſtolorũ & prophetarum,&c. Sicut autem antiquitus apud Romanos ſenatores qui aſſumebantur ad magnas dignitates deſcribebantur,quos primus Pompilius in tabulis aureis ſcripſit,& dicebantur patres conſcripti,ita Apoſt. hîc ad oſtendẽdum dignitatem apoſtolorũ, dicit q̃ conſcripti ſunt in cælis , cuius ſcripturæ liber eſt notitia quã deus apud ſe habet de ſaluandis,Vnde ſicut ibi illud quod ſcribitur nõ de facili à memoria labitur, ita illi qui ibi per finalem iuſtitiam ſcripti ſunt, infallibiliter ſaluabũtur.Et dicitur liber ille,liber vitæ.Luc.16,Gaudete & exultate,quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. ¶Deinde cùm dicit [Et iudicẽ omnium.] oſtendit quomodo conſecuti ſumus dei familiaritatem.Et primò familiaritatẽ patris quia dicit[Acceſsiſtis ad iudicem omniũ deum]patrem.ſ.à quo eſt authoritas iudiciaria in diuinis.Quòd enim filius iudicet,habet à patre.Gen.18,Nõ eſt hoc tuũ,qui iudicas omnẽ terrã. Illud autẽ quod dicitur Io.5,Quòd pater omne iudiciũ dedit filio, intelligitur q̃tum ad corporalem præſentiã:quia ſola perſona filii apparebit in iudicio.Iſte autẽ acceſſus eſt per fidẽ & charitatem.Ro. 5,Iuſtificati igitur per fidem, pacem habeamus ad deum,per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, per quem acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam,&c. ¶Secundò familiaritatem ſpirituſſancti, cùm dicit[Et ſpiritum ſanctũ iuſtorum.]ſecũdum glo.hîc eſt triplex litera.Vna eſt melior quæ habetur in Græco,& ſpiritũ iuſtorũ perfectorum.i. acceſsiſtis ad ſpiritum ſanctũ, qui facit perfectos in iuſtitia. Iob 31,Vt video ſpiritus eſt in hominibus.1.Cor.3,Neſcitis quia templum dei eſtis vos,& ſpiritus dei habitat in vobis? Omnis enim iuſtitia & perfectio eſt à ſpiritu ſancto. ¶Alia litera,Et ſpiritum iuſtorũ perfectorum:& eſt ſenſus,Acceſsiſtis ad deum , qui quidem eſt iudex omnium, ſed eſt quaſi hæreditas ſpirituum iuſtorum perfectorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tren.3,Pars mea,dominus,dicit anima mea.Tertia litera est,&spiritus iustorũ perfectorum.i.vt habeamus societatẽ cum patribus sanctorũ qui sunt iusti & perfecti:sed prima melior est & planior. ¶ Tertiò quãtum ad familiaritatem filii,dicit[Et testamenti noui mediatorẽ Iesum.] q.d.Accessistis ad Christũ qui est mediator illius noui pacti,in quo nobis promittũtur spiritualia.Nõ sic autẽ Moyses. Vnde suprà 9,Ideo noui testamenti est mediator.1.Tim.2,Mediator dei & hominũ homo Christus Iesus.Modus autẽ istius mediationis fuit effusio sanguinis Christi:quia vt dictũ est suprà 9,Sine sanguinis effusione,nõ fit peccatorũ remissio.Et ideo dicit[Accessistis ad aspersionem sanguinis]suprà 10,Aspersi corda à cõscientia mala.suprà 9, Si enim sanguis hircorũ & taurorum,& cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat,&c.Et loquitur Apost.secũdum ritũ veteris legis:vbi post dationem veteris legis, populus aspersus est sanguine,qui erat figura sanguinis Christi,quo fideles mundãdi erãt.Sequitur[Melius loquẽtem q̃ Abel.] Effusio enim sanguinis Christi figurata fuit in effusione sanguinis omniũ iustorum qui fuerunt ab origine mũdi.Apoc.13,Agni qui occisus est ab origine mũdi.i.occidi præuisus. Et ideo effusio sanguinis Abel signum fuit istius effusionis.Sed Christi sanguis melius loquitur quàm sanguis Abel:quia iste clamat vindictã,sed sanguis Christi ibi clamat veniam.Luc.23,Pater ignosce eis.Esa.53,Pro trãsgressoribus orauit.Mat.26, Hic est sanguis noui testamẽti,qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ.Vel melius loquẽtem.i.melius loqui faciẽtem, quia sanguis iste facit nos loqui Christum verum deum iustificantem.

Lectio 5.

Apostolus posuit cõditionẽ vtriusq; testamenti,et ex hoc hîc arguit.

VIdete ne recusetis loquentem.Si enim illi nõ effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magis nos qui de cælis loquentem nobis auertimus,cuius uox mouit terram tunc:nunc autem repromittit,dicens, Adhuc semel & ego mouebo non solùm terrã, sed & cælum. Quòd autem adhuc semel dicit:declarat mobilium translationẽ, tanquã sanctorum,ut maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnũ immobile suscipientes habemus gratiam:per quam seruiamus placentes deo,cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est.

¶ Suprà posuit Apost.cõditionem vtriusq; testamenti,hîc ex hoc arguit,& circa hoc facit duo. Primò em̃ arguit. Secũdò inducit cõclusionem principaliter intẽtam ibi [Itaque regnũ immobile.] Circa primũ duo facit.Primò enim præmittit intentionem suã. Secũdò arguit ad propositũ,ibi [Si enim illi.]Dicit ergo,Ita dictũ est ꝙ sanguis Christi melius loquitur q̃ sanguis Abel.Videte ergo ne recusetis,vel condẽnetis loquẽtem.i.quod loquitur implete.Duo autem nobis loquitur sanguis Christi:primò enim loquitur nobis cõme morando suum beneficiũ quo datur nobis remissio peccatorũ. Qui ergo iterũ peccat, loquẽtem contẽnit. Item loquitur exhortans ad imitãdum.1.Pet.2,Christus passus est pro nobis vobis relinquens exẽplum,vt sequamini vestigia eius.Qui ergo non tollit crucem suã ad ipsum sequẽdum,recusat loquẽtem.Psal. Hodie si vocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda vestra.Matt.17, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui,ipsum audite. ¶ Deinde cùm dicit[Si enim illi.]arguit comparãdo locutionem veteris testamẽti ad locutionẽ noui testamenti. Et hoc quãtum ad duo.s.quãtum ad monitionem loquendi: & q̃tum ad efficaciã locutionis.Modus loquendi,quia ipse loquebatur super terrã:hic autẽ est de cælo.Vnde dicit[Si illi.] s.antiqui patres[recusantes eum qui loquebatur super terrã].s.Christũ.Esa.52,Ego ipse qui loquebar,ecce adsum.s.per angelos vel prophetas.suprà 1,Multiphariè,multisq; modis olim loquens patribus in prophetis[Vel eum].i.angelũ per quem lex data est Moysi.Gala.3,Ordinata per angelos.suprà 2, Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus,&c. Act.7,Hic est Moyses qui fuit in ecclesia in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei in monte Sinai,&c.[Non effugerunt].s.vltionẽ diuinæ legis.Iob 11,Effugiũ peribit ab eis.suprà 2,Omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustã mercedis retributionem.Sequitur cõclusio per locum à minori.Si illi qui recusauerunt loquentem de terra nõ effugerunt[multò magis nos qui auertimus loquẽtem de cælo]nõ debemus recusare,quia.s.minus possemus effugere.Ille enim qui nobis loquitur in nouo testamento,Christus.s.iam est in cælis.Mat.vlt. Dominus quidẽ Iesus postq̃ locutus est eis, assumptus est in cælum.Deut.4,De cælo audire te fecit vocem suã,vt doceret te.Doctrina ergo veteris testamenti est doctrina Christi loquentis de terra propter duo. Primò,quia ibi sub figura terrenorũ traditur cælestia.Item ibi promittebãtur terrena,sed doctrina noui testamenti est Christi loquentis de cælo:quia terrena cõuertimus in significationem cælestiũ,per intellectum mysticum.Item in ipso promittũtur cælestia. Mat.10,Ecce enim merces vestra copiosa est in cælis.Io.3,Si terrena dixi vobis,& non creditis,quomodo si dixero vobis cælestia credetis? ¶ Cõsequenter cõparat adinuicẽ vtrũq; testamẽtum q̃tum ad efficaciã locutionis.Et de efficacia quidẽ locutionis veteris testamẽti dicit[Cuius vox mouit terrã tunc].i.fecit cõmotionem in terra multipliciter:quia p signa in Aegypto,per diuisionẽ maris,per motũ terræ in deserto.Psa.Terra mota est etenim cæli distillauerũt,&c. In quo significatur ꝙ tota illa locutio cõmouebat corda per terrena promissa. ¶ Deinde cùm dicit[Nũc autẽ repromittit.]subiũgit q̃tum ad efficaciã noui testamẽti.Et ꝓbat eam per authoritatẽ Prophetæ,& pòst exponit eam,ibi[Quòd autẽ dixit.] Authoritas illa ponitur Aggei 2.Non tamen secũdum literã nostrã.Nos enim sic habemus,Adhuc vnum modicũ est,& ego mouebo, &c.Apost.autem accipit sic[Adhuc semel & ego mouebo non solùm terrã,sed etiam cælum,]Et est sensus idem.Et manifestum est ꝙ ista prolata fuerunt tẽpore veteris testamenti circa finẽ eius.s.post reditum trãsmigrationis eius quo tẽpore nihil restabat de veteri testamẽto.Ergo manifestum est ꝙ illud quod promittebatur erat implẽdum in nouo testamento.s.nouũ cælum & noua terra. Esa.65, Ecce ego creo nouos cælos,& terrã nouam.Que quidẽ creatio ostensa est in spiritu Ioãni.Apoc.21,Et vidi cælũ nouum & terram nouam.In illa enim innouatione mouebuntur cæli.Potest autẽ cælum dupliciter accipi.Vno modo cælum aereũ, & istud igne vltimæ flagrationis purgabitur,vt suprà dictum est 10.cap. Alio modo cælũ sydereum, & istud nõ purgabitur,se mutabitur quãtum ad nouũ statum,quia cessabit à motu & augebitur claritas partium eius:quia lux lunæ erit vt lux solis,& lux solis septẽpliciter,vt dicitur Esa.30.Dicit ergo[Nũc autẽ].i. per nouũ testamẽtum[repromittit,dicẽs,Adhuc semel & ego nõ solũ mouebo terrã,sed etiam cælũ.] ¶ Cõsequẽter cùm dicit[Quòd autem dicit,&c.]Exponit verba prophetiæ,& facit magnã vim in hoc quòd dicit [Adhuc semel.]Quòd enim dicit[adhuc]ostendit ꝙ mobilia sunt.Sed ꝙ dicit [semel] ostendit quòd à statu mobilitatis & corruptibilitatis mutãda sunt ad statũ incorruptionis & immutabilitatis. Si enim post

motionem illã remanerent in statu mutationis nõ diceret,semel,sed iterũ & iterum, quod est contra Origenẽ, qui voluit ꝙ mundus in infinitũ renouabitur ac recuperabitur. Dicit ergo[Quòd autẽ dicit Adhuc semel,declarat trãslationẽ mobiliũ]ad statum.s.immobilitatis.Et quasi aliquis quæreret,vtrũ deus hoc posit facere, subdit[Tanq̃ factorũ.]Omnia enim facta, diuinæ potestati subiiciũtur.Vnde sicut ex nihilo fecit ea deus,ita potest ea pro suæ volũtatis arbitrio immutare.Et hoc [vt maneãt ea quæ sunt immobilia].i. q̃tum ad essentias suas principales remaneãt immobilia,sed q̃tum ad aliquas accidẽtales dispositiones mutabuntur.Psal.Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur,&c.quæ suprà 1.sunt expositа.Ex his patet ꝙ ista in veteri testamento,& si mouebãtur,nõ tamen ad statũ incorruptionis & immutabilitatis,sed hoc fit tantũ in nouo,in signũ ꝙ promissa veteris testamẽti erãt mutabilia,non autẽ noui. ¶ Deinde cùm dicit[Itaq; regnũ immobile] ponit conclusionẽ principaliter intentã, postquã enim multipliciter cõmendauit gratiã & beneficia per Christũ nobis collata & conferenda,principaliter intẽdit nos inducere ad seruiendum ei . Et hoc concludit quòd ex quo nobis in nouo testamẽto promittũtur bona immobilia, debemus Christo qui repromittit,seruire in timore & reuerẽtia.Et hæc est cõclusio principalis ,vnde primò resumit beneficium exhibitum,dicens[Itaque ex quo].s.deus nobis repromittit cęlum & terrã immobilia,per quæ designãtur bona futura immobilia & sempiterna[habemus].i.reddimus[gratiã].i.gratiarũ actionẽ.2.Cor.9,Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.Et hoc[suscipiẽtes].i.quia suscipimus & si nõ in re,tamen in spe promissionis[regnũ immobile.]Psal.Regnũ tuum regnũ omnium seculorũ.Luc.1.Regni eius nõ erit finis.Vel per gratiã intelligitur donũ gratiæ quod in præsenti recipimus tanquã pignus æternæ gloriæ.Et ideo dicit [Itaq; suscipiẽtes regnũ immobile].i.futuræ glorię,quod nobis promittitur.Luc.12, Nolite timere pusillus grex,quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnum.Quod enim speramus,habemus.s.gratiam quam tanq̃ quoddam gloriæ inchoatiuũ accipimus.Sicut enim natura non deficit in necessariis, multò minus deus. Et ideo dat nobis spem illius regni,& per consequens gratiã per quã peruenimus.Ro.5, Accessum habemus per fidẽ in gratiã.Psal. Gratiã & gloriam dabit dñs. ¶ Sequitur [Per quã seruiamus placẽtes deo cum metu & reuerentia]vbi inducit ad obsequiũ vt à nobis requisitũ.Dictat enim ratio naturalis ꝙ ei à quo multa beneficia recipimus,obligamur ad reuerẽtiam & ad honorẽ exhibẽdum, ergo multò fortius deo qui nobis maxima donauit,& infinita repromisit.Et ideo dicit ꝙ per istã gratiam.s.nobis datam & dãdam, seruiamus deo placentes, cum metu & reuerentia. Nõ enim sufficit tãtùm seruire deo, quod potest fieri per actionem exteriorem,nisi etiam placeamus ei per intẽtionem rectã & per amorem.Sap.4,Placens deo,factus est dilectus.Psal.Placebo domino in regione viuorum. Maximè autem seruitur deo per obsequium interius. Psal. Luc.1.Seruiamus illi in sanctitate & iustitia.Deus autem propter creationem,dicitur dominus: propter regenerationẽ verò,pater.Domino autẽ debetur timor,sed patri amor & reuerentia.Mal.1,Filius honorat patrẽ,& seruus dominũ timebit.Si ergo pater ego sum,vbi est honor meus?Et si dominus ego sum,vbi timor meus?Ergo deo seruiẽdum est cũ metu & reuerẽtia.Psal.seruite domino in timore,& exultate ei cũ tremore. Quòd autẽ ita debeamus seruire deo,probat per authoritatem sumptã Deute.4. [Etenim deus noster ignis consumens est.]Hoc autẽ quod deus dicitur ignis,nõ dicitur hoc secundũ Dionysiũ quòd sit aliquod corporeũ,sed quia intelligibilia designãtur per sensibilia,inter quæ ignem reperimus habere maiorem nobilitatẽ & maiorem claritatẽ.Item maiorẽ actiuitatem.Item maiorem altitudinẽ in situ.Item est magis purgatiuus & cõsumptiuus ,ideo deus præcipuè nominatur ignis, propter eius claritatem, quia lucem habitat inaccessibilem.1.Ti.6.Item quia maximè actiuus.Esa.26,Omnia opera nostra operatus es in nobis.Itẽ altior est in situ.Psal.Excelsus super omnes gentes dominus,&c. Item purgat peccata & quasi cõsumit.Vnde dicit hîc ꝙ[est ignis consumens].s.peccata. Mal.3,Ipse enim quasi ignis conflans. Et sequitur,Et purgabit filios Leui.suprà 1,Purgationẽ peccatorum faciens.Item consumit peccatores puniendo.suprà 10,Terribilis autẽ quædã expectatio & ignis æmulatio,quæ consumptura est aduersarios. Et ideo quia ista nobis promissa sunt.Esa.10,Erit lumen Israel in igne & sanctus eius in flãma.Psal.Ignis ante ipsum præcedet & inflã mabit in circuitu inimicos eius.Ideo debemus studere ad seruiendum,& placendum deo.

Caput 13.

Monet hîc Apostolus quõ ad bona operandũ,se debeant habere.

CHaritas fraternitatis maneat in uobis.Et hospitalitatẽ nolite obliuisci:per hanc enim placuerunt quidã, angelis hospitio receptis.Mementote uinctorum,tanquam simul uincti: & laborãtium,tanquã & ipsi in corpore morantes.Honorabile connubium in omnibus,& thorus immaculatus Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.Sint mores sine auaritia:contenti præsentibus.Ipse enim dixit,Non te deseram,neq; derelinquam : ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor:non timebo quid faciat mihi homo.Mementote præpositorum uestrorũ,qui uobis locuti sunt uerbum dei:quorum intuentes exitum conuersationis,imitamini fidem.Iesus Christus,heri & hodie:ipse & in secula.

¶ Postq̃ suprà monuit eos Apostolus qualiter se debẽt habere ad perferẽda mala: hîc monet quomodo se debeãt habere ad operãdum bona.Vnde secũdum glo.ab isto loco incipit moralis instructio post cõmendationẽ & exhortationem ad imitãdum ipsum.Et circa hoc duo facit: primò enim hortatur ipsos ad bona: secũdò orat pro eis,ibi[Deus autẽ pacis.]Circa primũ tria facit:primò enim ostẽdit quomodo debẽt bonũ operari q̃tum ad ꝓximos:secũdò q̃tum ad seipsos,ibi [Honorabile cõnubium.]Tertiò q̃tum ad prælatos, ibi[Memẽtote prępositorũ.]Dicit ergo q̃tum ad primũ sic,Dictũ est ꝙ promissum est nobis regnũ immobile,ad quod si volumus peruenire, necesse est nos charitatẽ habere. Ergo[charitas fraternitatis maneat in vobis.]1.Io.4,Qui nõ diligit fratrẽ suum quem videt,deũ quem nõ videt,quomodo potest diligere ? Item 1.Pet.2,Omnes inuicẽ honorate,fraternitatem diligite. Quia verò charitas non est otiosa, vt dicit Grego. ideo hortatur ad opera charitatis.1.Io.3,Nõ diligamus verbo neq; lingua,sed opere & veritate.Ideo dicit ꝙ debemus ostendere charitatẽ peregrinis per hospitalitatem, vinctis per cõpassionem, pauperibus per subuẽtionem,Et primũ ponit,ibi[Et hospitalitatẽ nolite obliuisci.)Secũdũ,ibi [Memẽtote vinctorũ.] Tertiũ ibi[Et laborantium.[Dicit ergo quantum ad primum[Nolite obliuisci hospitalitatem.]Et dicit,obliuisci, quia isti aliquãdo in prosperitate sua multũ fuerant hospitales,sed modò depauperati erãt: & ideo nõ ita be

ne poterãt,tamen animat eos ad cõtinuãdum ſecũdum poſsibilitatem ſuã.Ro.12,Hoſpitalitatẽ ſectãtes.Et ſpecialiter facit mẽtionẽ de hoſpitalitate, quia qui peregrinos recipit,tria opera miſericordiæ ſimul implet, quia & recipit,& cibat,& potat.1.Io.4, Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratione.Et ſubdit rationẽ [quia per hãc multi placuerũt,angelis hoſpitio receptis]ſicut patet de Abrahã & Loth.Gen.19.Alia litera habet,Per hanc quaſi neſciẽtes receperũt angelos:quia nõ credebãt eos eſſe angelos,quod verũ eſt in principio: vnde ꝙ Abrahã adorauit eos,putauit ꝙ eſſent viri ſancti à deo miſsi:& adorauit eos adoratione duliæ, quæ exhibetur ſanctis,& quaſi hominibus cibos obtulit.Sed poſtmodũ intellexit eos,angelos,in quib⁹ deus loquebatur,& locutus eſt eis ſicut deo,dicens, Nõ eſt hoc tuũ qui iudicas omnẽ terram,& ſimiliter Loth. ¶ Quantũ ad ſecũdum,dicit[Memẽtote vinctorũ]illorum.ſ.qui propter deũ miſsi ſunt in carcerẽ:memẽtote vilitãdo & redimendo,tanq̃ eſſetis ſimul corporaliter cũ eis vincti.Hoc em̃ eſt aliud opus miſericordiæ.Mat.25, In carcere erã,& veniſtis ad me.Cõtra quod Eſa.14.dicitur,Vinctis eius nõ aperuit carcerem.Hoc ipſi aliquãdo fecerunt,ſicut patet ſuprà 10.Specialiter autem hoc pertinet ad opus miſericordiæ, alienã miſeriam ſuam reputare. ¶ Quãtum ad tertiũ,dicit[Et laborãtium.]ſiue labore corporali.Pſal. Labores manuũ tuarum,quia mãducabis.ſiue ſolicitudine ſpirituali.2.Tim.2, Laborãtem agricolã oportet primũ de fructibus percipere.Siue in malis ſuſtinendis.Eccle.1,Et cognoui ꝙ in his quoq; eſſet labor & afflictio ſpiritus.Breuiter tota præſens vita,labor quidã eſt.Iob 5,Homo ad laborem naſcitur,& auis ad volatũ.Supple memen tote[tanq̃ & ipſi in corpore morãtes.]Per quod experti eſtis quid neceſſe ſit laborãtibus.Eccle.31,Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo.Mat.7,Omnia quæcũq;vultis vt faciant vobis homines,eadẽ & vos facite illis. ¶ Deinde cũ dicit[Honorabile cõnubium.]monet bona facere q̃tum ad ſeipſum: & circa hoc duo facit.Primò enim ponit monitionem cõtra concupiſcẽtias carnaliũ delectationum.Secũdò cõtra cupiditatem rerum exteriorũ,ibi[Sint mores ſine auaritia.]Primò ergo ponit monitionem,dicẽs,Honorabile,&c. Circa quod ſciendum eſt ꝙ circa venerea cõtingit dupliciter peccatũ.Vno modo per illicitam coniunctionem ſoluti cum ſoluta,& q̃tum ad hoc,dicit[Honorabile cõnubium.]ſupple ſit in omnibus qui continere nolũt,non cõiunctio fornicatoria.Et dicitur,honorabile,quãdo ſit ſecũdum debitas circũſtantias matrimonii.Ex quo patet ꝙ actus matrimonialis poteſt eſſe ſine peccato,quod eſt cõtra hæreticos.1.Cor.7, Si nupſerit virgo nõ peccauit.Vnde dominus ad oſtendẽdum bonũ eſſe actum matrimonii, primũ ſignum fecit in nuptiis:& matrimonium nobilitauit præſentia ſua corporali:& naſci voluit de cõiugata. Alio modo per violentiã thori maritalis, quãdo.ſ.vir accedit ad alterius vxorem,vel mulier ad alterius virum. Et q̃tum ad hoc,dicit[Et thorus immaculatus.]Et Sap.14,Neq; vitam neq; nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed alius alium per inuidiã occidit,aut adulterans cõtriſtat.Item capit.3,Fœlix ſterilis & incoinquinata quæ neſciuit thorum in delicto,habebit fructũ in reſpectione animarũ ſanctarum.Subdit autem Apoſt.rationem,dicens [Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.]In quo elidit errorem aliquorũ dicẽtium, ꝙ deus peccata carnalia nõ punit,nec curat.Ephe.5, Nemo vos ſeducat inanibus verbis,propter hæc enim.ſ.propter peccata carnalia,quæ præmiſerat,venit ira dei in filios diffidentiæ.Ideo dicit hîc,Fornicatores, propter hoc ꝙ dixit,honorabile cõnubium,& adulteros,propter hoc ꝙ dixit, thorus immaculatus.[Deus iudicabit].i.cõdẽnabit.Ephe.5,Omnis fornicator aut immũdus aut auarus, quod eſt idolorũ ſeruitus, non habet partẽ in regno dei & Chriſti. ¶ Deinde cùm dicit[Sint mores.]prohibet cupiditatẽ bonorum exteriorũ: circa quæ contingit peccare duobus modis,Vno enim modo per tenacitatem. Alio modo per cupiditatem. Liberalitas enim eſt virtus quæ ponit medium circa pecunias,q̃tum ad dationem,& q̃tum ad acceptionem. Quantum ad primũ.ſ.cõtra tenacitatem,dicit [Sint mores ſine auaritia.] Auarus enim dicitur nimis tenax,quaſi auidus ęris.Vnde Eccle.10,Auaro nihil eſt ſceleſtius.Quãtum ad ſecũdum dicit[Cotenti præſentibus.]Illi qui ſuper,his quæ habent,volunt alia cumulare,non ſunt contenti præſentibus.1.Tim.6,Habentes alimenta & quibus tegamur,his cõtenti ſimus.Vel quod dicitur[Sint mores ſine auaritia.] prohibet auaritiã quãtum ad cupiditatem & tenacitatem.Cùm verò dicit[contenti præſentibus] excludit cauſam auaritiæ.ſ.ſolicitudinem. Mat.6,Nolite ſoliciti eſſe,&c. Nõ enim ꝓhibetur ꝙ homo nõ ſolicitetur de rebus in poſterum neceſſariis,ſed ꝙ cura & ſolicitudo nõ præoccupet mentem. Sic enim qui præoccupat futurã ſolicitudinẽ, ſolicitus eſt in craſtinũ. ¶ Deinde cùm dicit[Ipſe enim dixit.]ponit monitionis rationem.Et eſt ratio quare non debemus ſuperfluè eſſe ſoliciti,ſed tamen facere quod in nobis eſt.ſ.cum fiducia diuini auxilii.[Ipſe enim dixit]Ioſue 1, [Non te deſerã].ſ.quin miniſtrem tibi neceſſaria [neq; derelinquã].ſ.fame perire.Pſal. Nõ vidi iuſtum derelictũ, nec ſemen eius quærens panem.Vel [non derelinquam quin liberem te à malis.] Et ex hoc cauſatur fiducia in corde,[ita vt cõfidẽter dicamus]Eſa.12,Fiducialiter agam,& non timebo.Et quid dicemus?Illud Pſal.Dominus mihi adiutor,non timebo quid faciat mihi homo. Adiutor, inquãtum à malis liberat.Pſal.Adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.Et ideo nõ timebo quid faciat mihi homo.i.aduerſarius quicunq; carnalis.Eſa.51,quis tu,vt timeas ab homine mortali?Vel diabolus,qui dicitur homo ab homine victus,ſicut Scipio Aphricanus.Mat.13,Inimicus homo hoc fecit. ¶ Deinde cũ dicit[Memẽtote præpoſitorũ,&c.]oſtendit quomodo debent bonũ operari q̃tum ad prælatos. Et circa hoc facit duo:primò enim oſtẽdit quomodo ſe debent habere ad mortuos.ſ.vt eorum ſequãtur exẽpla:ſecundò quomodo ad viuẽtes.ſ.vt eis obediãt,ibi[Obedite præpoſitis veſtris.] Quãtum ad primũ duo facit. Primò enim oſtendit quomodo bonorum doctrinã imitentur. Secundò quomodo malorum doctrinã deuitẽt,ibi [Doctrinis variis.]Dicit ergo[Memẽtote prępoſitorũ veſtrorũ qui vobis locuti ſunt verbum dei].i.apoſtolorũ qui vobis prędicauerunt.Eſa.51,Attendite ad Abrahã patrem veſtrum,&c.Nõ ſolùm autẽ prædicauerunt verbo,ſed etiã facto oſtẽderunt. Mat.vlti. Sermonẽ confirmãte ſequẽtibus ſignis.Non ſolũ memẽtote verborum,ſed etiã intuemini exitũ.1.Mac.2,Memẽtote operum patrũ quæ fecerũt in generationibus ſuis, & accipietis gloriã magnam,&c.Iac.5,Exẽplũ accipite fratres mei mali exitus& lõganimitatis & laboris & patiẽtiæ,ꝓphetas qui locuti ſunt in nomine domini,&c.Sed non ſolũ hoc imitemini.ſ.exitũ,vt.ſ.pro Chriſto ſapiẽter ſuſtineatis,ſed etiam[conuerſationem]ad bonam enim mortem venitur per bonam conuerſationem.[Imitamini etiã fidem]illorum,vt ab illa non declinetis. ¶ Sequitur[Ieſus Chriſtus heri,& hodie,

ipſe & in ſecula.]ſecũdum glo.ſic introducitur litera iſta. Ipſe enim ſuprà dixerat, quod.ſ.dictum eſt Ioſue, Nõ te deſeram neq; derelinquã, poterant iſti dicere.Ille cui hoc dictũ eſt bene debebat confidere de dei adiutorio,nos autẽ non ſic, quibus nõ eſt dictum.Hoc remouet Apoſtolus, dicẽs ꝙ Chriſtus qui hoc dixit Ioſue,manet in æternũ.Et ideo ſicut tunc potuit ipſum iuuare,ita poteſt modò auxiliari nobis.Ideo dicit,Ieſus Chriſtus heri & hodie,&c.Vel poteſt referri ad immediatè dictum. Iam enim dixerat ꝙ deberẽt imitari apoſtolos.Poterant dicere ꝙ nõ eſt ſimile,quia illi immediatè inſtructi fuerunt à Chriſto & ſeruierunt ſibi, nos autem nõ ſic.Et ideo dicit Apoſtolus ꝙ Chriſtus manet:ideo & inſtruit nos ad ſeruiendũ ſibi.Vnde dicit[Ieſus Chriſtus heri].ſ.in tempore primitiuorũ apoſtolorum[& hodie].ſ.in tẽpore iſto[ipſe & in ſecula.]Mat.vlt.Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Apoc.1, Dicit dominus deus qui erat,& qui eſt,& qui venturus eſt omnipotens.Pſal.Tu autem idem ipſe es,& anni tui non deficient.In hoc ergo oſtendit Apoſtolus æternitatem Chriſti. Lectio 2.

Monet Apoſtolus ad inſiſtẽdum eorũ doctrinæ qui deceſſerunt.

Doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci.Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor,non eſcis,quæ non profuerunt ambulãtibus in eis.Habemus altare,de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem : horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus,ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum,extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra:improperium eius portantes.Non enim habemus hîc manentem ciuitatem:ſed futuram inquirimus.Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper deo,id eſt,fructum labiorum confitentium nomini eius.Beneficentiæ autem & cõmunionis nolite obliuiſci.Talibus enim hoſtiis promeretur deus.

¶ Suprà monuit Apoſtolus ad imitandum exempla & cõuerſationem eorum qui deceſſerunt : hîc monet ad inſiſtendum doctrinæ eorũ.Et circa hoc duo facit.Primò enim ponit monitionẽ ſuam.Secundò aſsignat rationem,ibi[Habemus altare.]Iterũ prima in duas.Primò enim ponit monitionẽ ſuam in generali.Secundò exemplificat ipſam,ibi[Optimũ enim eſt gratia.]Dicit ergo [Nolite abduci variis& peregrinis doctrinis.]q.d.Ita dixi ꝙ debetis imitari fidẽ apoſtolorum. Ergo à doctrina ipſorum per quæcunq; aliam doctrinam nolite abduci.i.remoueri.Vbi ſciendum eſt ꝙ cùm veritas conſiſtat in medio cuius eſt vnitas , & ideo vni vero multa falſa opponi poſſunt,ſicut vni medio multa extrema.Doctrina ergo fidei vna eſt, quia à pũcto in pũctum nõ conuenit ducere niſi vnam rectã lineã.Omnes aliæ doctrinę multæ ſunt,quia à recto multis modis cõtingit deuiare.Et ideo dicit[Doctrinis variis].i.diuiſis.Oſee 10,Diuiſum eſt cor eorũ, nunc interibunt.Hæ ſunt illæ doctrinæ de quibus.1.Tim.4,Doctrinis dęmoniorũ in hypocriſi loquentiũ mendacium.Item ſunt peregrinæ.ſ.à fide catholica, à nobis autẽ tales doctrinæ nõ ſunt ſuſtinendæ, quia nõ ſumus hoſpites & aduenæ,ſed ſumus ciues ſanctorũ & domeſtici dei.Ephe.2. ¶ Deinde cùm dicit [Optimũ eſt enim gratia.]Exẽplificat in ſpeciali quę ſunt variæ & peregrinę doctrinæ.Vnde ſciendum eſt ꝙ in primitiua eccleſia fuit vnus error,ꝙ ad ſalutẽ neceſſaria erat obſeruãtia legalium,quæ pręcipuè cõſiſtebat in quibuſdã cibis ſumendis,putà agni paſchalis.Exod.12. & in abſtinẽdo à quibuſdã cibis,ſicut patet Leui.11.& in aliis multis locis.Alius error fuit quòd paſsim licebat vti delectationibus corporalibus.Et iſte fuit error Nicolaitarum.Et de vtroque poſſunt hæc verba exponi,ſed magis propriè de primo:dixit ergo ſuprà,Nolite abduci à veritate fidei,per varias & peregrinas doctrinas.2.Theſ.2, Non cito moueamini à ſenſu veſtro. Gal.1. Miror ꝙ ſic tã citò trãsferimini ab eo qui vos vocauit in gratiã Chriſti in aliud euãgelium. Deus enim à nobis requirit cor.Prou.23,Præbe fili mi cor tuũ mihi. & ideo[Optimũ eſt gratia ſtabilire]nam debet eſſe firmũ & ſtabile.Cõtra quod dicitur in Pſal.Cor meũ dereliquit me.Hoc autẽ nõ ſtabilitur eſcis corporalibus ſed per gratiã iuſtificãtem.Ro.3,Iuſtificati gratis per gratiã ipſius & per redẽptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.Et ideo dicit[Nõ eſcis quę non profuerũt.]Ro.14,Non eſt regnum dei eſca & potus,ſed iuſtitia & pax, &c.Non eſt ergo ſtabilimentum cordis, immoderata vel ſuperflua ſumptione cibi, ſed magis in gratia dei. Pſal.Paratũ cor eius ſperare in domino,cõfirmatum eſt cor eius,non cõmouebitur donec,&c.Spes autẽ eſt quaſi anchora ſtabiliens corda.ſuprà 6, Cõfugimus ad tenẽdam propoſitã nobis ſpem quam ſicut anchorã habemus animæ tutam & firmã.Et dicit ꝙ non profuerunt[ambulantibus in eis].i.ſperantibus in eis,quia illis qui eis vtuntur ad neceſsitatem proſunt ad ſalutem corporis,ſed qui totum ſtudiũ ponunt in eis,ambulant in ipſis,& talibus,nec proficiunt ad ſalutem animæ nec corporis.Hiere.11, Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas,in quibus gloriata es? ¶ Deinde cùm dicit[Habemus altare.]Aſsignat rationem,& eſt valdè ſubtilis.Sicut enim legitur Leu.16,Decima die ſeptimi mẽſis, ſummus ſacerdos ſanguinẽ vituli & hirci inferebat intra ſancta,pro ſua ignorantia,& illorũ corpora cremabãtur extra caſtra.Et quia erat oblatio ſacerdotũ,non comedebantur carnes eorũ.Quod enim offerebant ꝓ peccato ſacerdotum non comedebant,ſed extra caſtra cõburebãt.Ex iſta ergo figura trahit Apoſt. myſterium.Per ſanguinẽ enim illũ figurabatur ſanguis Chriſti vt ſuprà dictũ eſt 9.cap.Vitulus enim & hircus Chriſtũ figurabãt,quia vitulus erat hoſtia ſacerdotalis,& hircus immolabatur ꝓ peccato.In quo figurabatur ꝙ Chriſtus debebat immolari ꝓ peccato,non ſuo,ſed populi.Vitulus ergo & hircus immolatus eſt, Chriſtus ſacerdos ſeipſum offerens pro peccatis noſtris.Sanguis ergo Chriſti illatus eſt intra ſancta,& caro cremata eſt extra caſtra.Vbi duplex eſt ſignificatum.Vnum ꝙ Chriſtus in ciuitate immolatus eſt lignis Iudæorũ.Vnde &Marcus dicit ipſum hora tertia crucifixum, licet hora ſexta fuerit in cruce leuatus. Aliud quod per virtutẽ paſsionis ſuæ Chriſtus intra cœleſtia ſancta nos introducit ad patrẽ. Quòd autem,corpora illorum cremabantur extra caſtra ,quantum ad caput noſtrũ,ſignificat quòd Chriſtus paſſurus erat extra portam:q̃tum verò ad nos,qui ſumus mẽbra,ſignificat ꝙ pro illis qui ſunt extra caſtra legaliũ vel exteriorum ſenſuũ immolatur Chriſtus. Qui enim erant in caſtris,de carnibus illis non comedebãt.Hæc eſt ergo figura quam proponit Apoſtolus,cuius primò ponit ſignificatum.Secundò ponit figuram,ibi [Quorũ enim animaliũ.] Tertiò inducit cõcluſionem. [Exeamus igitur.]Dicit ergo,Stabiliamus corda noſtra nõ eſcis,ſed gratia.Aliter enim non poſſumus:quia [habemus altare.]Iſtud altare vel eſt crux Chriſti,in qua Chriſtus pro nobis immolatus eſt.Vel ipſe Chriſtus in quo,& per quem preces noſtras offerimus.Et hoc eſt altare aureũ,de quo dicitur Apoc.8. [De iſto ergo altari nõ habent poteſtatẽ edere.]i.fructum paſsionis Chriſti percipere,& ipſi tanq̃ capiti incorporari

[qui tabernaculo]legalium[deseruiũt.]Gal.5,Si circuncidimini,Christus vobis nihil proderit.Vel taberna culo corporis deseruiũt,qui carnales delectationes sequũtur.Ro.13, Carnis curam ne feceritis in desideriis. Talibus enim nihil prodest.1.Cor.11,Qui enim mãducat & bibit indignè,iudicium sibi mãducat & bibit. Dicitur autem corpus tabernaculũ,quia in ipso tanq̃ in bello habitamus cõtra hostes,& modicum manet. 2.Pet.1,Velox est depositio tabernaculi mei.& ideo nõ est ei deseruiẽdum. ¶ Deinde cùm dicit[Quorum enim animaliũ.]Prosequitur figurã ipsam.Et primò figurã veteris legis: secũdò figuram noui testamẽti,ibi [Propter quod & Iesus.]Quãtum ad primum,dicit[Quorũ enim animalium,&c.]Et potest legi litera ista duobus modis.Vno modo sic[Horum animaliũ corpora cremantur extra castra].s.vituli & hirci[quorum sanguis infertur in sancta per põtificẽ, pro peccato]sacerdotũ & multitudinis.Aliter sic,vt per illa animalia intelligatur Christus vel sancti eius.Per omnes em̃ hostias veteris legis figurabatur Christ⁹,& per cõsequẽs mẽbra eius.Christi ergo,cuius sanguis illatus est in sancta cælestia pro peccato totius mũdi,corpus igne pas sum in ara crucis,extra portas Hierusalẽ,quasi extra castra crematũ est.Vel etiam sancti extra castra.i. extra cõmunem societatẽ hominũ,igne charitatis,ieiuniis,orationibus & aliis operibus misericordiæ se cremãt. Quorũ.i.pro quib⁹efficaciter sanguis Christi in sancta illatus est.Prim⁹ sensus literalis est.[Propter quod.] Adaptat ad id quod fuit in nouo testamento figuræ veteris testamenti,vt sit consonãtia inter ipsa.Vnde di cit[Propter quod,&Iesus,&c.]Et patet totũ. ¶ Deinde cùm dicit [Exeamus igitur ad eum.] inducit duas cõclusiones.Secũda,ibi[Per ipsum ergo,]Quãtum ad primũ,dicit,Ita dictũ est q̃ nos habemus altare quod est extra castra.Duo ergo debemus facere.s.ad ipsum accedere,& super illud sacrificare.Modum accedendi ponit primò,dicẽs,q̃ sicut Christus passus est,& improperiũ passionis extra portã sustinuit.sic & nos[exea mus ad eum extra castra].i.extra cõmunem societatem carnalium, vel extra obseruãtiam legaliũ.Vel extra sensus corporis[portãtes improperiũ eius].s.Christi.i.signa passionis Christi, per quæ Christus fact⁹ est op probrium hominũ & abiectio plebis. Psal. Improperium portauit cor meum & miseriã.Vel improperium portemus.i.renũtiemus legalibus adueniente veritate,propter quod sumus Iudęis improperium.i.propter signa pœnitentiæ,quæ à carnalibus improperãtur.suprà 11,Maiores diuitias æstimans thesauris Aegyptio rum,improperium Christi.Sicut enim accusatus est Christus q̃ subuerteret legem,ita Apostolo impropera batur q̃ prædicaret nõ debere seruari legalia.Gal.5,Ego autẽ fratres,si circũcisionem adhuc prædico,quid adhuc persecutionem patior?Subdit autẽ rationem eius,dicens [Non enim habemus hîc manẽtem ciuitatem,sed futurã inquirimus.]Homo enim libenter manet in loco suo proprio.Finis enim noster non sunt le galia,nec temporalia,sed finis noster Christus est.Ro.10,Finis noster Christus est,ad salutem omni creden ti.Non ergo habemus hîc manẽtem ciuitatem,sed vbi est Christus:ergo exeamus ad ipsum.Col.3, Si cõsur rexistis cũ Christo,quæ sursum sunt,quęrite,vbi Christus est in dextera dei sedẽs,&c.Esa.33,Respice Syon, ciuitatẽ solẽnitatis nostræ.suprà 11,Expectabat fundamẽta habẽtem ciuitatẽ,cuius artifex & cõditor, deus. Item meliorẽ ciuitatem appetunt.i.cælestẽ.Ad ipsum enim intendimus trãsferri,sicut ad locum & altare no strũ.Ergo exeũdum est ad illud. ¶ Deinde cùm dicit[Per ipsum ergo offeramus.]ponit secũdam cõclusio nem q̃.s.super illud altare sacrificare debemus,& qualia sacrificia.Duplex est autẽ sacrificiũ quod super al tare Christi offerre debemus.s.deuotionẽ ad deum,& miserationẽ ad proximum.Quãtum ad primũ,dicit, quòd post q̃ non sunt offerẽda sacrificia legalia. Psal. Sacrificiũ & oblationem noluisti.[ergo per ipsum].i. per Christũ[offeramus semper deo hostiã laudis.]Psal.Sacrificiũ laudis honorificabit me.Istud autẽ sacrifi cium laudis vocat fructũ labiorum.i.cõfessionem vocis.Melius enim laudatur deus ore q̃ occisione anima lium.Vnde dicit[Fructum labiorũ confitẽtium nomini eius.]Hoc est enim necessariũ.Ro.10,Corde credi tur ad iustitiã,ore autem cõfessio fit ad salutẽ.Osee 14,Reddemus vitulos labiorũ nostrorũ.Esa.57,Creaui fructũ labiorum,pacẽ.Hoc autẽ sacrificium debet esse[semper].i.cõtinuè:sicut in lege erat iuge sacrificiũ,si cut patet Num.28.Psal.Benedicã dominum in omni tempore,semper laus eius in ore meo.Aliud sacrificiũ ponit cùm dicit[Beneficẽtiæ autem & cõmunionis nolite obliuisci.]q.d.Olim opere exhibebatis opera mi sericordiæ,modò autem saltẽ corde,si non potestis opere.Et ideo dicit [Nolite obliuisci beneficentiæ].i.li beralitatis,q̃tum ad ea quæ datis.Largus em̃ beneficus dicitur.Gal.6, Bonum autẽ faciẽtes,nõ deficiamus. Eccl.12,Bene fac humili,& nõ dederis impio. [Et nolite obliuisci cõmunionis]q̃tum ad ea quę seruatis,vt tẽpore suo cõmunicetis.Act.2,Omnes etiã qui credebãt,erãt pariter&habebãt omnia cõmunia.Ro.12,Ne cessitatibus sanctorum cõmunicãtes.Vel cõmunionis.i. charitatis per quã sunt omnia cõmunia . ¶ Quare autẽ istud duplex beneficiũ offerre debeam⁹,ostẽdit,dicẽs[Quia talib⁹ hostiis promeretur]pasiuẽ[deus.] i.possumus deũ mereri talib⁹ sacrificiis:ipse enim est merces nostra, quã istis operibus possumus acquirere. Gene.17,Ego protector tuus sum,& merces tua magna nimis. Psal.Tunc acceptabis sacrificiũ iustitiæ,&c. Esa.19,Collent eũ in hostiis & muneribus,& vota vouebũt domino,& soluent. Lectio 3.

Apostolus monuit suprà, quõ se habere debẽt ad prælatos mortuos,vt i fide maneãt. Et hîc monet ad uiuẽtes.

OBedite præpositis uestris, & subiacete eis.Ipsi enim peruigilant,quasi rationem pro animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.Hoc enim non expedit uobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus,in omnibus bene uolentes conuersari.Amplius autem deprecor uos hoc facere, quo celerius restituar uobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnũ ouium in sanguine testamenti æterni, dominum nostrũ Iesum Christum:aptet uos in omni bono,ut faciatis eius uoluntatem, faciens in uobis quod placeat coram se per Iesum Christum:cui est gloria in secula seculorum.Amen.Rogo autem uos fratres, ut sufferatis uerbũ solatij. Etenim perpaucis scripsi uobis.Cognoscite fratrẽ nostrum Timotheũ dimissum,cũ quo (si celerius uenerit) uidebo uos.Salutate omnes præpositos uestros, & omnes sanctos.Salutant uos de Italia fratres.Gratia cum omnibus uobis.Amen.

¶ Suprà monuit Apostolus quomodo se debent habere ad prælatos mortuos,vt.s.in fide ipsorum permaneãt:hîc monet eos qualiter se debeãt habere ad viuẽtes: & primò quomodo ad seipsum Paulũ,ibi[Orate pro nobis,&c.]Dicit ergo[Obedite præpositis vestris.]Vbi considerãdum est q̃ duo debemus prælatis.s.obediẽtiam,vt ipsorum mãdata impleamus:Vnde dicit[Obedite.]1.Re.15,Melior est obedientia q̃ victimę.Item reuerẽtia,vt eos honoremus tanq̃ patrem,& ipsorũ disciplinã toleremus.Et ideo dicit[Subiacete eis.]1.Petr.2,Subiecti estote omni humanæ creaturæ.Ro.13,Qui potestati resistit,dei

ordinationi resistit.Rationem subiectionis subdit,dicẽs [Ipsi enim peruigilãt.]Quare enim debeamus obe dire & subiici prælatis,hoc est,ideo,quia incũbit eis labor,& periculum imminet. Vnde q̃tum ad laborẽ so licitudinis qui eis incũbit de regimine subditorum,dicit q̃[ipsi peruigilant,].i.perfectè vigilãt.Ro,12,Qui præest in solicitudine.Vigilare enim super gregem cõmissum incũbit prælatis.Vnde Luc.2.dicitur,Pastores, per quos designãtur prælati,erãt vigilãtes & custodiẽtes vigilias noctis super gregẽ suũ, quia dum dormiũt homines,inimicus homo superseminat zizania in medio tritici.vt dicitur Mat.13. Quãtum autẽ ad periculũ quod imminet,dicit[Quasi pro animabus vestris reddituri rationẽ.]Hoc est enim maximũ periculũ homĩe de factis alterius rationem reddere,qui pro suis nõ sufficit.3.Re.20,Custodi virũ istũ,qui si lapsus fue rit,erit anima tua ꝓ anima illius.Reddẽt enim prælati in die iudicii rationẽ de sibi cõmissis,quãdo fiet eis il la quæstio.Hier.13,Vbi est grex qui datus est tibi pecus inclitũ tuum? Quid dices cũ visitauerit te?Tu enim docuisti eos aduersum te.s.loquẽdo bona & faciẽdo mala,& erudisti in caput tuũ,per mala tua exẽpla.Gre. Scire debẽt prælati q̃ tot mortibus digni sunt,quot exẽpla perditionis ad subditos trasmittunt.Prou.6,Fili si spopõderis pro amico tuo,defixisti apud extraneũ manum tuã,illaqueatus es verbis oris tui & captus pro priis sermonibus.Fac ergo quod dico fili mi,& temetipsum libera,quia incidisti in manũ ꝓximi tui.Discur re,festina,suscita amicũ tuũ,&c. Prælatus enim manu.i.exẽplo boni operis,& ore.i.prædicatione obligat se Christo pro subditis.Dicitur autẽ Christus extraneus,quia vt dicit Bernard.Amicus est in spõsione,sed extraneus in exigẽda ratione.Sed nõ videtur q̃ aliquis teneatur reddere rationẽ nisi ꝓ se tantũ.2.Cor.5,Om nes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,vt recipiat vnusquisq; propria corporis prout gessit.Re spõdeo:Dicendũ est q̃ quilibet principaliter reddet rationẽ de factis suis.Sed inquantũ actus sui quodãmo do pertinẽt ad aliũ,in tantũ reddet rationẽ de illo.Facta autẽ prælati pertinẽt ad subditos, secũdũ illud Eze. 3,Fili hominis speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annũtiabis eis ex me.Vbi sequitur,q̃ si prælatus(qui nomine speculatoris intelligitur)non annuntiauerit impio, ipse quidẽ impius in iniquitate sua morietur:sed sanguis de manu speculatoris requiretur.Si igitur peruigilãt,quasi reddituri ra tionem pro nobis:& nos debemus quod in nobis est,facere.s.obedire,& non rebellare[vt ipsi cum gaudio hoc faciant,& nõ gementes].i.sustineant periculũ & laborẽ pro nobis eum gaudio,& nõ cum gemitu,quia bonus prælatus multũ gaudet quãdo videt subditos bene operãtes:quia tunc labor suus nõ est inanis.3.Io. Maiorem horũ non habeo gratiã,quàm vt audiã filios meos in veritate ambulare.Phil.4, Itaq; fratres mei charissimi &desideratissimi gaudiũ meum & corona mea,sic state in domino charissimi.Ipsi autem gemũt in rebellione vestra.Gal.4,Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in vobis.Hie.9,Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lachrimarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.Gemunt etiam cõpatiendo,quãdo propter rebellionẽ nostrã non cõsequimur fructũ laborum ipsorũ, qui est fructus æternæ hęreditatis.Esa.33,Ecce videntes clamabũt foris,angeli pacis amarè flebunt. ¶ Subdit autem rationem quare debemus obedire eis,quia[hoc enim nõ expedit vobis]q̃.s.ipsi gemant pro no bis ex rebellione nostra.Deus enim vindicabit pro ipsis. Psal. Irritauerunt Moysen in castris Aaron sanctũ domini.Aperta est terra & deglutiuit Datham,& operuit super cõgregationem Abiron. Esa.63,ipsi autem ad iracũdiam prouocauerũt eum,& afflixerũt spiritum sanctũ eius.Sequitur, Et cõuersus est eis in inimicũ & ipse debellauit eos.Nota autem q̃ dicit,Nõ expedit vobis.Nõ enim dicit,Non expedit illis.Gemere e nim pro cõmissis subditorũ bene expedit prælatis. Sic gemebat Samuel super reprobatione Saulis.1. Reg. 15.& 16. ¶ Deinde cùm dicit[Orate pro nobis.]monet Apost.qualiter se debeant habere ad ipsum.Petit enim q̃ ipsi orent pro eo.Simile habetur Ro.15,Obsecro vos fratres per dominũ nostrum Iesum Christũ, & per charitatem spiritussancti,vt adiuuetis me in orationibus vestris:quia sicut dicit glo.Impossibile est,i. valde difficile:preces multorũ non exaudiri.Mat.18,Si duo ex vobis cõsenserint sup terrã,de omni re quã cunq; petierint,fiet eis à patre meo.In hoc ergo q̃ Apostol.qui certus erat q̃ deo erat acceptus, petit orari pro se,percutit superbiã aliquorum qui dedignãtur ab aliis preces petere,vt dicit glo. ¶ Rationem suæ petitionis assignat,dicens[Cõfidimus enim, &c.]quod potest duobus modis intelligi.Vno modo respectu i psorũ quorum petit orationes:quia cùm Apost.Iudæis nõ prædicaret,sed tãtùm Gẽtibus, nõ videbatur eis acceptus.Et ideo poterãt se excusare,ne exaudirent petitionem eius:& ideo dicit quasi se excusando:& ipse nõ habet cõscientiam quin bonum ipsorũ velit.Vnde dicit[Confidimus enim q̃ nos habemus bonã con scientiam,q̃ volumus vos bene conuersari in omnibus.] Per quod dat intelligere etiam q̃ intendit eis pro desse cùm poterit.Quia verò bonũ conscientiæ est à solo deo,ideo illud attribuit fiducię quam gerit de ipso. Vel potest referri ad ipsum Apost.quia cùm non predicaret Iudæis, non videbatur dignus q̃ orationes pro ipso fierent, quia dominus nõ exaudiret eos,quia hostis fidei ipsorũ videbatur:sicut dicitur Hie.7,Tu ergo noli orare pro populo hoc,neq; assumas pro eis laudẽ & orationẽ,& non obsistas mihi,quia nõ exaudiã te: Hoc ergo remouet Apost.dicens[Orate pro nobis,quia non habemus conscientiam alicuius peccati nec a licuius malefacti,sed cõfidimus] Nec ait,certi sumus,quia delicta quis intelligit.Eccle.9,Nescit homo vtrũ amore,an odio dignus sit.1.Cor.4,Nihil mihi cõscius sum,sed in hoc nõ iustificatus sum.Quia ergo[bonã conscientiam habemus beneuolentes cõuersari in omnibus] ideo non repugnat mihi quin orationes vestræ sint vtiles. ¶ Deinde cùm dicit[Amplius autẽ deprecor.] assignat aliã rationẽ quare debẽt orare pro ipso: quia.s.hoc erit eis vtile.Vnde dicit, Amplius.i. ꝓpter aliud[deprecor hoc vos facere].s.orare[quo restituar vobis celerius] quod erit ad vtilitatem vestrã.Ro.1,Desidero videre vos,vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis.Apost.autẽ qui sic pro omnibus factis suis recurrit ad orationẽ,insinuat nobis q̃ omnes viæ eius & facta ordinabantur ab ipso secũdum dei dispositionem.Iob 37,Nubes spargunt lumen suũ,quæ lustrant cuncta per circuitum,quocunque eas voluntas gubernãtis duxerit.Per nubes enim prædicatores & aposto li intelliguntur.Esa.60,Qui sunt isti,qui vt nubes volant? ¶ Deinde cùm dicit[Deus autem pacis.]orat A postolus pro ipsis,& primò orat. Secundò aliquid ab ipsis petendo se excusat,ibi [Rogo autẽ vos fratres.] Circa primũ,prius describit eum quem orat,dicens[Deus autẽ pacis.]Proprius enim effectus dei est facere pacem.None vim est deus dissensionis,sed pacis.1.Corin.14.Item 2.Corin.13,Pacem habete,& deus pacis

& dilectionis erit vobiscum. Pax enim nihil aliud est, nisi vnitas affectuum. Quos vnire est proprium solius dei, quia per charitatem quæ à solo deo est, vniuntur corda. Deus etiã nouit colligere & vnire, quia deus est charitas, quæ est vinculum perfectionis. Vnde ipse habitare facit vnanimes in domo. Psal. Homo inter se & deum pacem fecit per mysterium Christi. Et ideo dicit [Qui eduxit de mortuis pastorem magnũ ouium.] Quãdoq; autẽ dicitur Christus suscitatus per virtutẽ patris. Ro. 8, Si spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis. Quãdoque verò dicitur seipsum suscitasse. Psal. Ego dormiui & soporatus sum. Quę tamen non sunt cõtraria, quia surrexit virtute dei, quæ est vna, patris & filii & spiritussancti. Eduxit ergo de mortuis. i. de sepulchro quod est locus mortuorum. Ro. 8, Quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Dicitur autem Christus magnus pastor ouium. i. fidelium & humilium. Ioan. 10, Ego sum pastor bonus, &c. Oues enim sunt, qui deo obediũt. Ibidem, Et oues meę vocem meã audiũt. Dicit autem ipsum pastorẽ magnũ, quia omnes alii sunt vicarii eius, quia ipse pascit oues proprias: alii verò oues Christi. Ioã. vlt. Pasce oues meas. 1. Pet. 5, Cùm apparuerit princeps pastorũ percipietis immarcesibilem gloriæ coronã. Eduxit autem ipsum [in sanguine testamẽti æterni]. i. in virtute sanguinis Christi, per quem cõfirmatur testamentũ nouum in quo æterna promittũtur, ad differentiã veteris. Christus enim sanguinẽ suum dicit sanguinem noui testamenti, Apostolus autẽ dicit æterni. Et ideo in cõsecratione sanguinis in forma ponitur vtrũque. Ipse verò Christus per passionem suã meruit sibi & nobis gloriã resurrectionis. Ideo dicit quòd [eduxit dominum nostrũ Iesum Christum de mortuis in sanguine testamẽti æterni.] Phil. 2, Humiliauit semetipsum, &c. Zach. 9, Tu verò in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo nõn erat aqua. ¶ Cõsequenter subiungit petitionẽ suam, cùm dicit [Aptet vos in omni bono.] Voluntas enim humana cùm sit quædã inclinatio rationis, est principium actuũ humanorum: sicut grauitas est principium motus grauium deorsum, vnde se habet ad actus rationis, sicut inclinatio naturalis ad actus naturales. Res autẽ naturalis dicitur apta ad illud ad quod habet inclinationẽ. Sic etiã homo quando habet voluntatem benefaciendi, dicitur aptus esse ad illud. Deus etiam quãdo immittit homini bonam volũtatem aptat eum. i. facit ipsum aptũ. Et ideo dicit, Aptet vos in omni bono vt faciatis eius volũtatem. i. faciat vos velle omne bonũ. Prouer. 11, Desiderium iustorum omne bonum. Hæc est enim voluntas dei. s. velle quod deus vult nos velle. Aliter enim nõ est bona volũtas nostra. Voluntas autẽ dei est bonum nostrũ. 1. Thes. 4, Hæc est volũtas dei sanctificatio vestra. Ro. 12, Vt probetis quæ sit volũtas dei bona & beneplacẽs & perfecta. Dupliciter autem aptatur homo ad benefaciendũ. Vno modo exterius operãdo. Et sic vnus homo aptat alium persuadẽdo, vel cõminando. Alio modo aliquid interius exhibendo, & sic solus deus aptat voluntatẽ, qui solus ipsam potest immutare, Prouerb. 21, Cor regis in manu domini, quocunque voluerit inclinabit illud. Vnde dicitur [Faciẽs in vobis.] Phil. 2, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Quid autem faciet? [Quod placitum est corã se]. i. faciet vos velle quod placet ei. Hæc autem sunt fides & mansuetudo, & timor domini. Eccle. 1, Beneplacitum est ei fides & mansuetudo. Psal. Beneplacitum est deo super timentes eum. Hæc autem omnia habent [per Christum.] Nihil enim à patre impetratur nisi per filiũ. Io. 10, Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Et ideo dicit, Per Iesum Christũ. 2. Pet. 1, Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit. Ro. 5, Per quem accessum habemus, &c. [Cui]. s. Christo [est gloria in secula seculorum. Amen.] i. gloria sempiterna. 1. Tim. 1, Regi seculorũ immortali, inuisibili, soli deo honor, & gloria in secula seculorum. Amen. Hæc enim gloria sibi debetur inquantum est deus. ¶ Deinde cùm dicit [Rogo autem vos fratres, &c.] subdit petitionem suam, in qua excusat se: deinde concludit epistolam, ibi [Gratia dei.] Circa primum tria facit: quia primò ponit excusationẽ suam. Secundò recõmendationem nuntii per quem scribit. Tertiò ponit quasdã salutationes. Dicit ergo quãtum ad primum [Rogo vos fratres, vt sufferatis verbũ solatii,]. i. patienter portetis verba epistolæ huius, in qua & si in aliquo vos reprehendi, totum est ad consolationẽ vestram. Ro. 15, Quæcunq; scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt, Et quare debent patienter portare, ostendit dicens [quia perpaucis]. i. valde paucis [scripsi vobis] quod verum est respectu mysteriorum quæ in ipso continentur. In ista enim epistola ferè omnia mysteria veteris testamenti continentur. Sermones autem breues valde accepti sunt, quia si sunt boni, inde auidius audiuntur: si verò mali, parum grauant. Eccl. 5, Pauci sunt sermones tui. ¶ Consequenter recommẽdat illum per quem scribit, dicens [Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum]. s. à carcere in quo cum Apostolo erat: vel à me dimissum ad prædicandum, & ad vos missum. [Cognoscite]. i. gratioſè rẽcipite: tum quia, vt habetur Actuum 16, fuerat circunciſus. Tùm etiam quia [si celerius venerit, cum ipso videbo vos.] In quo ostendit dilectionem quam ad ipsos habebat. Hoc etiam dicit, quia & si ad ipsos non venerit, quia Romæ passus est, tamen incertus erat vtrum vel ad tempus deberet dimitti. ¶ Consequenter ponit salutationes suas. Et primò iniungit eis salutationem aliorum, dicens [Salutate omnes præpositos]. i. apostolos adhuc viuentes [& omnes sanctos]. s. alios discipulos. Istis autem non scribit, quia non intendebat scribere, nisi contra obseruãtes legalia. Et ideo quia ista epistola est instructiua, non intendebat instruere apostolos, quia erant antecessores sui in fide. Secundò salutat eos ex parte aliorum, dicens [Salutãt vos fratres de Italia.] Scripsit enim epistolã istam à Roma. Tertiò more solito concludens, & quasi pro sigillo ponit salutationem, dicens [Gratia dei cum omnibus vobis. Amen]. i. peccatorum remissio, & omnia alia dei dona, quæ per gratiam dei habentur, sint firmiter cum omnibus vobis. Amen, confirmatio est omnium.

FINIS.

Finit explanatio sancti Thomæ de Aquino, ordinis fratrum prædicatorum, in omnes epistolas beati Pauli apostoli.

D. Thomæ Aquinatis ordinis

FRATRVM PRAEDICATORVM, IN SINGVLAS APOstolorum Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ Canonicas epistolas, syncera nimirum & Theologica, superioribus seculis nusquam comperta, nunc primùm tenebris eruta cõmentaria, & in studiosorum gratiam edita.

PRAEFATIO.

MIssæ sunt epistolæ ex regis nomine per veredarios qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntiis præuenirent. Verba ista scripta sunt Hester 8. ca. & satis spiritualiter intellecta cõpetunt proposito nostro. Et vt melius videamus sensum spiritualem, primò videamus literalem. Narrat hæc historia ad literam, quomodo à rege Assuero per falsam suggestionem Aman proditoris, lata fuit sententia condemnationis & interfectionis totius populi Iudaici in regno suo existentis. Iam sententia erat lata, iam erat anullo regis obsignata, iam per nuntios publicata, iam dies erat assignata: non restabat nisi quòd interficerentur. Sed sicut narrat eadem historia, per reginam Hester fuit reuocata, scilicet per eius intercessionem, per virgæ aureæ extẽsionem & osculum summitatis eiusdem. Nec solùm sententia fuit reuocata, immò ipsa reuocatio per veredarios ad hoc specialiter missos fuit reuocata, hoc est quod dicitur in verbis propositis, Missæ sunt epistolæ, &c. Sicut dicitur 1. Corinth. 10, Omnia contingebant illis in figura. Veritas autem respondens huic figuræ hæc est, Per peccatum enim primorum parentum, per falsam suggestionem Aman proditoris perpetratam, à rege Assuero. s. deo, sententia damnationis totius generis fuit lata. Genesis 2, Quacunque die comederis ex eo, morte morieris. quod dictum est Adæ non solùm pro se, sed & pro sua tota posteritate. & dicit, Quacunq; die comederis morte morieris, innuens triplicem mortem: nam ipsa comestio fuit mortifera. Statim ergo cùm comedit lignum vetitũ mortuus fuit spiritualiter, sed habuit necessitatem moriendi corporaliter, & quãtum est de se æternaliter. Iam ergo sententia erat lata, iã erat in sacra scriptura obsignata. Genẽ. 2, Iam erat per nuntios, scilicet prophetas promulgata. Iam dies erat assignata. Statim enim cũ moriebamur ad inferos descẽdebamus. Sed per Hester reginam, id est, virginem beatam fuit reuocata, per eius, scilicet intercessionẽ, per virgæ aureæ extensionem, & osculum summitatis eiusdem. De hoc habetur Hester 8. vbi dicitur, ꝙ placuit Hester regina in oculis regis, & extendit contra eam virgã auream, quæ accedens osculata est summitatem virgæ. Et dixit ei rex, Quid vis Hester, & quæ est petitio tua, & si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Quæ respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis & placet tibi, Dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus vt conteramur & iugulemur, & pereamus per peccatum originale contractum, & per peccata nostra actualia superaddita. Traditi enim eramus vt iugularemur, in corpore periremus, & in anima contereremur. i. simul tereremur in vtroque vt iugularemur corporaliter, periremus spiritualiter: cõtereremur. i. cõtinuè tereremur ęternaliter. Sed Hester regina, id est, virgo beata placuit in oculis regis ad restaurationem generis humani, inuenítq; gratiam coram eo non solùm pro se, sed pro toto humano genere, extendítq; rex virgã auream. Ista virga aurea secundum Glossam, fuit crux siue passio dominica, quæ tota fuit aurea, id est charitatiua. Nihil enim fuit maculæ in ipso Christo contractum, nec passibilitas contracta est, nec originale contractum. Nihil fuit in ipso actu, quia nec veniale nec mortale, immò purè pro salute generis humani passus fuit. Nullius sancti cuiuscunq; fuerit conditionis passio fuit tota aurea, quia in omnibus fuit passibilitas contracta per originale contractũ, & aliquod peccatum actu saltem veniale. Hanc virgam auream dominus deus pater nobis extendit, quando ex charitate maxima quam ad nos habebat, filium suum passioni exposuit. Summitatem eius virgæ virgo beata tetigit, quando filiũ dei in vtero concepit, & postmodum peperit, & sic dimidiam partẽ regni dei impetrauit, vt ipsa sit regina misericordiæ, cuius filius est rex iustitiæ. Sic etiã sententia nostræ dãnationis reuocata fuit. Et per veredarios, id est, apostolos ad hoc specialiter missos, reuocatio fuit promulgata, hoc est, quod dicitur in verbis propositis, Missæ sunt epistolæ ex regis nomine, id est, authoritate per veredarios, id est apostolos, qui per omnes prouincias discurrentes. glos. per prædicatores summi regis cursores veteres literas. s. damnationis nostræ nouis nuntiis. s. apostolis præuenirent. In verbis istis notantur tria, secundum tria cuilibet missioni solenni necessaria. Quælibet enim missio solennis requirit in mittẽte authoritatem, in missо celerem adimpletionem, In eo cui fit missio vtilitatem. In verbis autem propositis notantur ista tria. In mittente authoritas, cùm dicitur, Missæ sunt epistolæ ex regis nomine. In misso adimplẽdi celeritas, cùm dicitur, per veredarios, per omnes prouincias discurrẽtes. In illis in quibus facta est missio, vtilitas, cùm sequitur, Vt veteres literas nouis præuenirent nuntiis. Primum ergo notatur, cùm dicitur, Missæ sunt epistolæ ex regis nomine. Iste rex Assuerus significat Christũ. interpretatur. n. atrium siue beatitudo: Christus verò est atrium bonorum, qui sunt in statu viæ. Beatitudo quantum ad illos, qui sunt in statu patriæ. de vtroq; dicitur in Psal. 83, Beati qui habitãt in domo tua domine, &c. Et paulò pòst, Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Ipse est rex regũ & dominus dominantiũ. 1. ad Timo. 6, Excellit enim omnes alios reges, in Psal. 88, Ego primogenitum ponã illum, excelsum prę regibus terræ. Excellit autem omnes alios reges. Primò in naturalibus & institutione reginæ, maiestatis dignitate. fuit enim rex quãdo natus est ex deo patre æternaliter, & rex antequam natus ex virgine temporaliter, Ideo sapienter quærebant illum magi. Mat. 2, Vbi est

Maria salutis ꝑ peccatorib⁹ imploratrix.

Apostoli missi ad ꝑmulgationẽ reuocatæ dãnationis. Missio solẽnis tria in mittẽte exigit.

Christus atriũ siue domus bonorum.

Christus excellit omnes alios reges in quatuor

qui natus est rex Iudæorum,non dicunt vbi est,sed vbi est qui natus est rex.Rex enim Francię natus est,sed non est natus rex.Christus autem fuit rex in ipsa natiuitate,immò antequam nasceretur ex virgine.Psa.73, Deus autem rex noster ante secula.Secũdò excellit eos in aliorum institutione.ipse.n.omnes alios reges instituit,quod nullus alius potest.Rex enim Franciæ non instituit regem Angliæ.Prouer.8, Per me reges regnant.Vnde omnes reges alii sunt eius serui & tributarii.Psal.71,Omnes reges seruient ei.i.seruire debent. Vel vt sit distributio accommoda.q.d.quotquot seruient ei erunt reges:quia ei seruire regnare est,secundũ Grego.in glos.super illud,Paulus seruus Iesu Christi,&c.ad Rom.1.Tertiò excellit eos in regni sui æternitate siue æterna duratione.caret enim principio,& fine.Psal.144,Regnũ tuum regnum omnium seculorũ. Daniel.7,Potestas eius,potestas ęterna quę nõ auferetur,& regnũ eius quod nõ corrũpetur.Omnia aliorũ regna sunt temporalia,corruptibilia ac per hoc momentanea.Eccl.1,Hodie est rex,& cras morietur. vnde reges mundi sunt quorum regnum non durat fortè,nisi per vnum diem,& postea sunt similis vel fortè deterioris cõditionis.Quartò excellit,in regni sui liberali & totali distributione.Omnibus enim illis,qui sunt de regno suo liberaliter totum regnum suum distribuit,quod nullus alius rex.Luc.22,Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum.Non dicit partem regni,sed regnum.legitur 1.Mach.1,ꝙ Alexander,cùm moreretur vocauit pueros suos cũ quibus nutritus fuerat,à pueritia sua,& dimisit illis regnũ suum. Aliter est enim de regno dei,& mundi.Videre enim regnum mundi,non est habere.Mat.4,Ostendit illi omnia regna mundi,& dixit ei,Hæc omnia tibi dabo,nõ dicit tibi do.Sed videre regnum dei est habere,iuxta illud Sap.10,Iustum deduxit dominus per vias rectas,& ostendit illi regnum dei.i. dedit. Scitis autem ꝙ eadem res simul,& semel,& tota à pluribus,immò ab omnibus potest videri.Rex igitur Assuerus est Christus,ex cuius nomine.i.authoritate epistolę illæ missæ sunt.Ille enim facit,cuius authoritate fit.Apostoli verò authoritate Christi istas epistolas scripserunt & miserunt,& ideo possunt dici à Christo missæ.Ecce ergo primum.s.in mittente authoritas,quæ significata est.2.Parali.30.Vbi dicitur ꝙ Ezechias rex misit nuntios ad omnem Israel & Iudã,& scripsit epistolas ad Ephraim &Manassem,vt venirent in domum domini in Hierusalem,& facerent Phase domino deo suo.Rex ecce Christus,qui misit nuntios.i.apostolos,& scripsit epistolas.s.canonicas.Secundò notatur in verbis propositis in missis adimplẽdi celeritas , cùm dicitur, Per veredarios,&c.Isti veredarii sunt apostoli.i.Veredarius est auriga,vel nuntius in reda portatus.Est autem reda genus vehiculi quatuor rotarum , & dicitur reda à redeo redis eo ꝙ talis currus agilis est ad eundum & redeundum.Istud vehiculum per quod portamur in cælis,est sacra scriptura generaliter,vel doctrina apostolica specialiter.Quatuor rotæ sacræ scripturæ sunt quatuor modi exponendi sacram scripturam, s.Historicus Tropologicus,Allegoricus,Anagogicus.Quatuor rotæ doctrinæ apostolicæ , sunt quatuor de quibus principaliter in eorum epistolis agitur.Prima rota est tempus mundanæ prosperitatis,de qua principaliter agitur in canonica Iacobi.Docet enim contemnere quatuor ad mundanam prosperitatem pertinentia,scilicet mundanam sapientiã in.1.ca.vbi docet gaudẽdum in tribulatione,Omne gaudium existimate fratres,&c.& gloriari in humilitate,Glorietur frater humilis,&c.Secularem pompã,in 2. ca. vbi reprobat acceptionem personarum.Popularem famam in 3.ca,vbi reprobat appetẽtes magisterium, Nolite plures magistri fieri fratres mei.Temporalem affluentiam in 4.& 5.ca.Secunda rota est sustinentia aduersitatis,de qua agit principaliter Petrus.scribit enim proselytis,qui erant dispersi,& pro Christi fide patiebantur,& ideo scribit eis consolando & informando in sustinentia aduersitatis,vnde statim in principio epistolæ,Modicum si oportet nunc cõtristari,&c.Tertia rota est amor fraternæ,& diuinæ charitatis,de qua principaliter agitur in epistolis Ioannis 1.Ioan.4,Charissimi diligamus inuicem,quia charitas ex deo est.Quarta est fuga carnalis voluptatis,de qua principaliter agitur in canonica Iudæ.vnde ibi dicitur,Odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam.De istis quatuor rotis dicitur Ezech.1,Spiritus vitæ erat in rotis. Veredarii ergo sunt nuntii in vehiculo quatuor rotarum portati.Isti autem sunt apostoli,qui per omnes prouincias discurrerunt,quia vbiq; in nomine Christi annuntiauerunt. Psal.18,In omnem terram exiuit sonus eorum.Quod satis figuratum fuit.2. Paralipo.3. vbi dicitur, Quòd perceperunt cursores cùm epistolas ex imperio regis & principum ad vniuersum Israel & Iudam,prædicãtes filii Israel, Reuertimini ad dominum deum Abraham Isaac & Iacob,& parum pòst, Pergebant cursores velociter de ciuitate in ciuitatem ad omnem Ephraim & Manassem illis irridentibus,& subsannãtibus.Tertiò notatur in illis quib⁹ facta est missio,vtilitas,cùm dicitur , Qui veteres literas nouis nuntiis præuenirent.Istæ veteres literæ erant literæ nostræ damnationis.Istæ sunt literę,siue epistolæ Vriæ,de quo loquitur 2.Reg.11,Quòd portauit literas mortis suæ.Literas mortis suæ portant viri literati,qui sciunt & docent,& non faciunt.Istæ sunt literæ, sine sigillo.i.scientia sine vita,& ideo non creditur eis.Vel literæ istæ veteres,sunt peccata ad veterẽ hominem pertinentia,Istæ literæ in peccatoribus sunt scriptæ.Hiere.17,Peccatum Iuda scriptũ est stilo ferreo, vngue adamantino exaratum,sed per doctrinam apostolorum sunt præuentæ & reuocatæ. ¶Et nota ꝙ per prædicationem & doctrinam apostolorum,istæ literæ in aliquibus sunt præuentæ.s.innocentibus,in aliquibus ritæ factæ.s.in pœnitentibus:in aliquibus correctæ,scilicet in proficientibus:in aliquibus totaliter deletæ.s. in peruenientibus:& hoc totum per doctrinam istorum apostolorum.Ipsi enim docent innocẽtiam seruare,de peccatis pœnitere,de bono in melius proficere,& sic ad cæleste præmiũ peruenire. De primo dicitur hîc,Veteres literas nouis nuntiis præuenirent:veteres literas nouis nuntiis præuenire est, se à peccatis præseruare,& innocentiam baptismalem seruare. De 2.& 3.dicitur Hester 8,Quòd orauit Hester regẽ,vt malitiam Aman Agagitæ & machinationes pessimas quas cogitauerat cõtra Iudæos,iuberet irritas fieri,& nouis epistolis veteres literæ Aman insidiatoris,& hostis Iudæorum,quas per cunctas regis prouintias prę ire præceperat corrigerentur,& sicut patet ex textu quod ipsa petiit, impetrauit.Corrigebantur autem hę literæ,in proficientibus:correctio enim est veterum literarum deletio,& nouarum superscriptio : ita correctio spiritualis est veterum peccatorum deletio,& nouarum literarum.s.gratiarũ,virtutum,donorum & bonorum operum superscriptio:in peruenientibus autem erunt totaliter deletæ,& quantum ad culpam & quantum ad pœnam,immò,& peccata occasionaliter erunt eis in gloriam.2.ad Cor.3,Quòd si ministratio mortis literis deformata,in lapidibus fuit in gloria.Literæ istę sunt peccata,quib⁹ anima deformata est quæ sunt ministratio mortis causaliter,sed erunt in gloriam bonis occasionaliter,non occasione data,sed accepta,secundum quod dicit Apost.ad Rom.8,Diligentibus deum omnia cooperantur,&c.Et alibi,Vbi abundauit delictum,superabundauit & gratia. His visis patet quis sit author huius libri.Author enim principalis est rex Assuerus.s. Christus,cuius authoritate epistolæ,& scriptæ & missæ sunt.Authores secundarii sunt veredarii.i.apostoli.Materia huius libri est contemptus mundanæ prosperitatis.In canonica Iacobi,sustinentia aduersitatis:in canonica Petri,amor supernæ & diuinæ charitatis:in canonica Ioãnis,fuga carnalis voluptatis:in canonica Iudæ,deletio veterum literarum,id est,peccatorum,& superscriptio nouarum.s.gratiarum, virtutum,donorum,bonorum operum. Modus agendi attenditur in diuisione,& ordine epistolarũ,& capitulorum.Tamen sciendum est quòd modus procedendi aliquando est exemplaris, aliquando est communiter natiuus,aliquando promissorius.Exemplaris est,vt magis moueat ad operationem boni: magis enim mouent exempla quàm verba:vnde dicit Bernardus,Efficacius loquitur vox operis,quàm sermonis.Vnde in sacra scriptura non solùm verba,sed & facta significant.Comminatiuus,vt incutiat timorem supplicii. Promissorius verò,vt alliciat ad amorem regni.Titulus est,Incipiunt epistolæ canonicæ,id est,regulares.Liber autem iste diuiditur in quatuor partes,secundum numerum authorum:vel in partes septem,secundum numerum epistolarum.

Reda quid in sacra scriptura vehiculum quatuor rotis innixum.

Quatuor ad mundanã prosperitatem pertinentia.

Prædicatores verbo & nõ vita similes Vriæ.

Author canonicarũ Christus. Materia canonicarum

Triplex modus procedendi.

F. CLAVD. SPINEVS ROTHOMAGENSIS DOMINICANUS *Theologo Lectori* S.

IAm tibi suauissime lector,non minus gaudium,non minor denique fœlicitas obtigit,quàm cui præter expectationem,locupletissimus thesaurus ex obscuro quopiã terræ anfractu patere cœpit,dum Commentaria nostri Aquinatis in septem καθολικὰς ἐπιστολὰς nõ modo cimmeriis,quod aiunt,tenebris liberari, sed & in communem studiosorum vtilitatem euulgari conspicis. Quæ quanto tempore iacuerint muta & incognita, præuetusta exemplaria id liquidò ostendunt,ante annos nonaginta manu exarata,quæ in Bibliotheca nostra Louanienſi vetustate prope obliterata extabãt,blattis potius obuia,quàm studiosis lectoribus.Atqui cùm nihil eo sit perniciosius, quàm publicę literarum vtilitati incrementi viam occludere,ne silẽtio periclitarẽtur viri toto orbe receptissimi D. Thomæ Theologi hæc Comentariola,fœliciter actum est cum accurato,tum pio quorundam fratrum labore,vt fidelissimè transcripta Lutetiam hanc Typographia præstantissimam deferrentur,idque bonis auspiciis perfectum est,& illa integra (notariorũ fide) & inuariata Bibliopolæ,qui curaret ea excudenda sunt demandata, quæ recens subducta prælo manibus terenda & legenda nunc tibi exponuntur.Porrò ob repentinam & inexpectatam euulgationem,authorem supposititium esse vllatenus ne suspiceris quæso. De hac re etenim fidem faciunt satis prima illa exemplaria quæ authorem D. Thomam in fronte affirmant.Quòd si id non sufficiat,futurum est,me Christo,vt maximam operum scriptorum sacrorum partem, authorum incertitudine confundas,quæ non alio argumento constat authoribus discreta esse,quàm quòd antiqua exemplaria & primigenia in limine,aut calce gestant authorum nomina.Sed quid attinet nunc rem hanc tantopere authoris limi nari adscriptione (qua plerunque lectori imponitur) niti confirmare,vbi inclyti Thomæ ingenii dexteritas (qua velut imagine deducetur dubius lector ad authoris cognitionem) tanta in iis resplendet & conspicitur? Rursus,diuidendi artificium,locutionis puritas,sententiarum lumen,docendi successa breuitas, hæc ipsa cuius sint (etiam si nomen præscindatur) plurimùm attestabuntur.Sileo quàm rectè hîc cuncta conspirent reliquis Thomæ operibus,quæ assidua lectione deprehendet studiosus lector.Nec te remoretur quod quidam fortasse obiectabit,eos,scilicet qui operum D. Thomæ catalogos conscripserunt , non hæc fuisse complexos.Quæ res ita habeat nescne,à me haud dubiè nondum exploratum est.Verum quidem esto,silue rint,quid frigidius (si feras me dialecticè respondentem) hoc vno argumento ab authoritate negatiuo tibi esse debet ? Non ob id sanè (quod illi prætermiserunt) debes tanto authori gloriam operis præripere,recẽ fuerunt illi ea opera,quę & cognita & iam in vulgus dispersa erant:reliqua autem quoniam adhuc delitescebant,silentio prætermiserunt:quæ posterius temporũ tractu emerserunt.Hæc singula prudens lector,vnà cum peritorum theologorum iudicio,me aliquandiu hęsitantem peruicerunt , vt incunctanter hoc opus tanquã D. Thomæ reciperem:in quo excudendo Chalcographum adiuuarem,admouerémque manum castigandis mendis (quæ molestiam & perplexitatem lectori afferre solent) ac insuper capitulorum numeris,& insignium locorum indicibus illustarem.Quæ dum pro viribus effecimus,studio tibi obsequendi,vir Christiane,magis quàm lucri aut gloriæ affectu,nostras quantulascunque operas animo non opprobrante,sed candido excipe,obtestor. Vale Lutetiæ Parisiorum quintodecimo calend.Iunii,ex Augusto cubiculo nostro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEATI IACOBI APOSTOLI
Epistola Canonica.

Caput 1.

Iacobus dei & domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, Salutem.

Hæc epistola diuiditur principaliter in duas partes, scilicet in salutationem & instructionẽ. Secunda pars, ibi, Omne, &c. In salutatione primò describitur persona salutantis: secundò, salutatæ, duodecim tribubus: tertiò, necessitas salutandi, quæ sunt in dispersione: quartò, forma salutationis, salutem. Dicit ergo [Iacobus] Glossa, celebris persona: ideo nomen suum præponit, quia nomen erat celebre: nam sicut dicit glossa, Iste Iacobus cognominatus est iustus, & fuit filius Mariæ sororis matris domini, post passionem domini Hierosolymorum ordinatus episcopus: qui, sicut dicit Egesippus, ex vtero matris sanctus fuit: vinum & siceram nõ bibit: carnem nullam comedit: solus ante templum ingrediebatur, & flexis genibus pro populo orabat, intantum vt genua eius camelorum duritiam traxisse crederentur. [Dei] scilicet patris [Domini nostri Iesu Christi] Ipse enim est dominus creationis: Iesus, saluans in præsenti per gratiam, & gloriam in futuro. Christus enim interpretatur vnctus. In his verò duabus personis spiritus sanctus intelligitur tanquam nexus & amor amborum. Vel dicit, dei, quo ad diuinitatem: Domini nostri Iesu Christi, quantum ad humanitatem. Christus enim secundum humanitatem habet dominium creatum super omnem creaturam, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestriũ, & infernorum. [Seruus] glossa, officium celebre. Nam seruire deo, regnare est, vt dicitur Gregorius. [Duodecim tribubus] Glossa, intellige non omnibus, sed quibusdam de omnibus, scilicet electis. [Quæ sunt in dispersione] de qua Actuum 8, Facta est in illa die magna persecutio in ecclesia, quę erat Hierosolymis, & dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ. Istis scripsit Iacobus ad consolationem, vt non dispergerentur mente, sicut dispersi erãt corpore: sed potius mente congregarentur [Salutem] in præsenti, gratiæ: in futuro, gloriæ.

Phil. 2.

Omne gaudium existimate fratres cùm in uarias tentationes incideritis.

Hìc est secunda pars, in qua ponit exhortationem siue instructionem: & primò informat in patientia tribulationum: secundò, in sanctitate operum, 2. capit. tertiò in expectatione præmiorum, cap. 5. post principium. [Patientes, &c.] Vel sic, primò eos hortatur ad bonum: secundò, dehortatur eos à malo, in tribus sequentibus capitulis: tertiò docet remedia contra malum, 5. cap. in principio. Primò ergo eos hortatur ad bonum, scilicet ad patientiam tribulationum: & primò docet qualiter se habeãt in tentationibus exterioribus: secundò qualiter in interioribus, Nemo cùm tentatur, &c. Tertiò ad vtriusque notitiam habendam monet libẽter verbum dei audiri, Sit autẽ omnis homo velox, &c. In prima parte ponitur exhortatio ad patientiã: vbi primò docet patientię fructũ: secũdò radicẽ, Si quis autẽ vestrum indiget: tertio, modũ, Glorietur frater humilis: quartò, pręmiũ, Beatus vir qui suffert, &c. In prima parte, primò ponitur exhortatio: secũdò exhortationis ratio, Scientes ꝙ probatio. ¶ Dicit ergo [Omne gaudiũ] id est, perfectũ. gaudiũ bonorũ, quod est iu bonitate cõscientiæ, in spe gloriæ est perfectum, quia tristitia est eis materia gaudii, immò eis tristitia verteretur in gaudium. Ioan. 16, Tristitia vestra vertetur in gaudium. Econtrario, gaudium malorum imperfectum est, quia materia est tristitiæ, immò vertetur eis in tristitiam. Iob 21, Gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, in puncto ad infernum descendunt. Ne indignemini, si mali florent: si vos patimini, incrementa existmate vobis prouenire. [Fratres] mei, quasi eandem habituri hæreditatem. Vocat autem eos fratres, vt eos magis alliciat ad mutuam dilectionem. Dicitur enim frater, quasi ferens alterum [Cùm in tentationes varias] maximè exteriores: nam vt dicit Glossa vna, perfectis loquitur de extrinsecis tentationibus. Has enim aliquando optant sancti. Psal. 25, Proba me domine, & tenta me. Alia tamen glossa exponit de vtraque: vnde dicit, à persecutore vel à concupiscentia, quę variè tentant. Sed cùm tentatio interior non sit sine peccato, quomodo in ea est gaudendum? Responsio, Non in ipsa secundum se, sed inquantum ei resistendo est materia exercendæ virtutis, & causa reprimendi superbiam. [Incideritis] Glossa, ex alto fidei vestræ. Sed contrà, de tali casu non est gaudendum. Responsio, Casus iste est intelligẽdus secundum opinionem persecutorum, qui credebant eos auertere à fide, persecutionibus.

Gaudium perfectum.

Quomodo gaudẽdum in tẽtationibus.

Scientes quòd probatio fidei uestræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes.

Hìc ponitur exhortationis ratio, quare, scilicet habenda est patientia in tentationibus: & est vna declaratio virtutis, alia perfectio operis. Patientia autem opus perfectum. Dicit ergo [Scientes quòd probatio fidei vestræ, id est, tribulatio fidem vestram probans [Patientiam operatur] id est, declarat, vel exercitat.

¶ Contrà, Romano. 5, Patientiam tribulatio operatur, patientia verò probationem, non ergo probatio patientiam. Responsio, Probatio operatur patientiam, ostendendo, sed patientia probationem efficiendo [Patientia autem opus perfectum habet] quia stabile & firmum. Illud enim dicitur haberi, quod firmiter habetur, quia habitus est difficile mobilis. Vnde & in ipsa dicitur haberi firma possessio animarũ, Luc. 21, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vel opus perfectum, id est, opus priuilegiatum, scilicet opus martyrii, aureola dignũ. [Vt sitis] existimate, inquam, vt per opus patientiæ [Sitis perfecti] ad sustinendam tribulationum diuturnitatem [Et integri] ad sustinendam eorum grauitatem [In nullo deficientes] ad sustinendam earum omnimodam diuersitatem. Vel perfecti, in agẽdo: integri, in patiendo: in nullo deficientes, in perseuerando.

Patientia habet opus perfectum.

Si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

Hìc ostendit perfectę patientię radicem, scilicet sapientiam diuinitus infusam, quia qui patiens est multa gubernatur sapientia. Prouer. 14, Vnde monet petere sapientiam ad acquirendam patientiam: & primò dat fiduciam impetrandi: secundò docet modum petendi, Postulet autem in fide: tertiò ostendit rationẽ modi, Qui enim hæsitat. Dicit ergo [Si quis autem vestrum indiget sapientia] id est, sapida sapientia ad condiendam amaritudinem tribulationum, vel ad degustandum prædictæ patientiæ fructum [Postulet à deo] à quo est omnis sapientia. Eccl. 1, Qui potest dare, quia omnipotens est: & scit, quia omniscіens: & vult dare, quia misericors est. [Qui dat] id est, paratus est dare [Omnibus] sine personarum acceptione. Glossa, piè petentibus [Affluenter] non parcè, vnde dicitur effundere: ille qui effundit, totum dat, nihil sibi retinet. Ioel. 2, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. [Et non improperat] Vnde dat liberaliter: vnde ostendit ibi optimas conditiones à parte dantis. Dat enim liberaliter, non vendit sicut multi: dat generaliter, non vni, sed omnibus: dat abundanter, non parcè: vnde affluenter, curialiter, quia non improperat. Psal. 144, Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Auguſt. Erubescat humana pigritia: plus paratus est deus dare, quàm nos accipere.

Auguſt.

Postulet autẽ in fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à uento mouetur, & circũfertur. Non ergo existimet homo ille quòd accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus uiis suis.

Hìc docet modum petendi [Postulet autẽ in fide] id est, in fideli nominis Christi confessione: sicut petit ecclesia, per dominum nostrum Iesum Christum. In Ioanne 16, Amen dico vobis, si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. Vel in fide. i. in fiducia obtinendi illud quod petit [Nihil hęsitans] id est, de impetratione non diffidens. Mat. 21, Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, &c. non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tollere & iactare in mare, fiet. [Qui enim hæsitat] Hìc ponit rationẽ modi: & primò, rationem: secundò, infert conclusionem [Non ergo] tertiò, subdit conclusionis manifestationem. Vir duplex animo. Qui enim hæsitat. i. dubitat vel diffidit de impetrandis ad salutem necessariis [Similis est fluctui maris, qui à vento mouetur] à loco, scilicet suo [Et circunfertur] in locis alienis. Sic homo dubius in fide, à vento tentationis mouetur à statu fidei, & circunfertur varietate errorum. Vel mouetur & circunfertur à tentatione in tentationem. Iob 24, Leuis est super faciem aquæ. Glossa, Qui cõscientia peccati pressus dubitat de præmiis cælestibus, superueniente vento tentationum, facilè deserit fidei statum, & secundum tentatoris voluntatem distrahitur ad errorem. [Non ergo existimet homo ille] Glossa, carnalis: vnde homo ille, hìc sonat in vitium [Quòd accipiat aliquid] Glossa, vel hìc vel in futuro [A domino] ex meritis suis. Et nota ꝙ dicit aliquid, scilicet magnum. Spiritualia enim sunt quid magnum, non temporalia. vnde & peccatoribus communicantur. Et certè meritò hæsitans non impetrat. [Quia vir duplex animo] Glossa, Duplex est qui genu ad precem flectit, & mordente cõscientia de impetratione diffidit. Duplex est qui vult gaudere in seculo, & gaudere cũ deo. Duplex est qui de bonis quę agit, nõ deum, sed fauorẽ quęrit. Vel duplex, non vnicus, sed ad hoc & ad illud inclinatus. Vel duplex, qui aliud interius, aliud agit exterius. Eccle. 2, Væ duplici corde, & homini ingredienti duabus viis [Inconstans est] qui fluctuat inter confidentiam & diffidentiam. Glossa, facilè aduersis terretur, prosperis irritatur, vt à veritate diuertat. [In omnibus viis suis] siue sit dextera prosperitatis, siue sinistra aduersitatis. Et dicit, suis, nõ dei. Viæ enim hominis, sunt peccata: viæ autem domini, opera bona.

Modus postulãdi deũ

Vir animo duplex qs sit.

Glorietur autẽ frater humilis in exaltatione sua: diues autẽ in humilitate sua: quia sicut flos fœni trãsibit. Exortus est sol cũ ardore & arefecit fœnũ, & flos eius decidit, & decor uultꝰ eius deperiit: ita et diues in itineribꝰ suis marcescet.

Hìc ostendit perfectæ patientiæ modum, docens in tribulationibus esse gloriandum: & primò ostendit in quo gloriandum pauperibus: secundò, in quo diuitibus, Diues: tertiò subdit causam, Quia sicut flos: quartò, explanat & adaptat eam, Exortus est enim sol. Dicit ergo [Glorietur] nõ tantùm gaudeat in se interius, sed etiam glorietur exterius apud alios [Frater humilis.] i. oppressus & deiectus, & ita humiliatus [In sua exaltatione] scilicet ventura post humiliationẽ. quia qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18. [Diues autem] id est, diuitiarum amator, non solùm possessor [In humilitate sua] ventura, scilicet, post diuitias. & hoc modo est ironia secundum glossam, quasi non est in huiusmodi gloriandum. Vel in humilitate sua, in sublimitate & gloria, quæ est causa humiliationis & deiectionis. Vel in humilitate, scilicet in obsequio humilitatis exhibendo pauperibus. [Quoniam sicut flos fœni transibit] Intellige, gloria mundi [Transibit.] i. velociter vltra ibit, & penitus non reuertetur. 1 Psal. 48, Cùm interierit non sumet omnia, neq; descendet cum eo gloria eius. [Exortus est enim sol] prosequitur parabolam. [Cum ardore] sicut fit tempore æstiuo cõtra meridiem. [Et arefecit fœnum.] i. virorem fœni. [Et flos eius decidit] in mane, scilicet ortus. [Et decor vultus eius deperiit.] i. pulchra apparentia, per quã delectabat aspicientes. Nota quòd ortus solis significat aduentum iuducis. Malach. vltim. Vobis timentibus nomen meum, &c. Dicit autem exortus est. i. extra se ortus, quia quasi extra se oritur puniẽs per iustitiam, cùm sit eius proprium misereri. Feruor autem eius significat districtionem & zelum aduenientis. Esa. 30, Ardens furor eius, & grauis ad portandum. Arefactio fœni, obĩtum diuitis. Psal, 36, Sicut fœnum velociter arescent. Casus floris, gloriæ temporalis amissionem vel etiam carnalis. Esaiæ 28, Vę flori decidenti, gloriæ exaltationis eius. Gregorius, Qui sunt homines in hoc mundo, nisi flores in campo, vita in carne, flos in fœno. [Et flos eius decidit] id est, deperiit. [Et decor vultus eius deperit] humanæ, scilicet gratiæ & fauoris [Ita] id est, sicut flos fœni [Et diues] id est, diuitiarum amator, non tantùm possessor [In itineribus suis marcescet] id est, deficiet, & quasi putrescet: vnde intellige, quòd viæ diuitis, sunt temporalia in quibus beatificari quærit, quæ cito destruentur. [Glorietur autem frater humilis.] ¶ Nota quòd quadruplex est gloria: Vna est interior, alia exterior: alia inferior, alia superior. De gloria interiori dicitur in Psal. 44, Omnis gloria filiæ regis ab intus. Ista autẽ gloria consistit in multis: primò in conscientiæ puritate. 2. Corin. 1, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientię nostrę: quòd in simplicitate intentionis, & sinceritate affectionis, & gloria bonę operationis, & sapientia diuinæ degustationis conuersati sumus. Secundò consistit in dei cognitione. Hiere. 9, Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua: sed in hoc glorietur, scire & nosse me. Tertiò consistit in bona operatione. Mat. quintò, Sic luceat lux vestra corã hominibus, &c. Quartò in exteriori cõuersatione. 1. Pet 2, Conuersationem vestrã inter gentes habẽtes bo

Quadrũplex est gloria.

Gloria interior in cõscientia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam,vt in eo quòd detractant de vobis,&c.glorificent deum in die visitationis.Quintò in opinione bonæ famæ. Ecclesiastic. 37, In omnibus operibus tuis præcellens esto,& ne dederis maculam in gloriam tuam. Sextò in sustinentia præsentis molestiæ. secundæ Corinthio. 2,Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Septimò in Christi conformitate. Galat.vltimo,Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.Octauò in perfectione commissæ familiæ.Prouerbio.10.secundum literam Ambrosii, Gloria patris filius sapiens.Nonò in spe remunerationis æternæ, Romano.quinto, Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. ¶Secunda gloria est exterior,& ista est in tribus,scilicet in diuitiis.Psal.48, Ne timueris cùm dines factus fuerit homo,&c. Philippenses 3, Gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Secundò consistit in delitiis. primi Machabeo.2, A verbis viri peccatoris ne timueritis,quia gloria eius stercus & vermis,id est, Vermis conscientiæ.Esaiæ vltimo,Vermis eorum non morietur:& stercus infamiæ.Ecclesiastic.9,Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. Tertiò consistit in honoribus ambiendis. Osee 4,Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et de Nabugodonosor dicitur Iudich 1, Gloriabatur quasi potens in potentia sua. ¶Tertia gloria est inferior,scilicet,gloria peccati: quæ dicitur inferior, quia hominem facit inferiorem & viliorem quàm sit aliqua creatura.Psal. Quid gloriaris in malitia qui potens es iniquitate? ¶Quarta gloria est superior,scilicet gloria dei,quæ consistit in interiori gloria animę, & exteriori stola corporis.Psal.146,Exultabunt sancti in gloria,ecce stola corporis:Letabuntur in cubilibus suis,ecce stola animæ.

Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit,accipiet coronam uitæ,quam repromisit deus diligentibus se.

Hìc ostendit perfectæ patientiæ præmium,vbi primò tangit meritum: Secundò præmium, Quoniam cùm probatus fuerit. Dicit ergo [Beatus vir] non mollis vel effœminatus: sed vir, dictus à virtute animi, virore fidei,vigore spei,virilitate charitatis.[Qui suffert tentationem] id est,in sensualitate sub ratione est, ne scilicet ratio succumbat tentationi: Genesis 4,Sub te erit appetitus tuus', & tu dominaberis illius. Vel suffert,id est,sursum fert,pro eis qui sursum sunt. [Quoniam cùm probatus fuerit] id est,exercitatus & depuratus sicut aurum in igne. Sapient.3, Tanquam aurum in fornace probauit eos [Accipiet coronam vitæ] id est,vitam perpetuam,quæ non finitur: sicut nec corona,quæ dabitur victoribus in signum victoriæ: Apocalipsis 2,Esto fidelis vsque ad mortem.Et dicit, vitæ, ad differentiam coronæ mortis, qua coronantur mali.Esaiæ 22,Coronans coronabit te in tribulatione.[Quã repromisit deus,&c.]id est,Iterum & iterum promisit.Promisit in veteri,sed repromisit in nouo:Promisit per prophetas,repromisit per apostolos. 2. Timoth.vltim. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. ¶Et nota quòd dicit accipiet, scilicet gratis,non reddetur suis meritis.quia Rom.8, Non sunt condignę passiones huius temporis,&c. Bernardus, Non sunt condignę ad præteritam culpam, quæ remittitur: ad præsentis consolationis gratiam, quæ immittitur: ad futuram gloriam,quæ promittitur.

Nemo cùm tentatur dicat,quoniam à deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse enim neminem tentat: unusquisque uerò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.

Hìc ostendit qualiter se habere debeant in tentationibus interioribus,quæ sunt de malis culpæ. Innuit enim quòd non debent in eis gloriari,sed eis resistere,quia non sunt à deo:quod probat dupliciter. Primò, quia deus nõ est author malorum: Secundò,quia potius est largitor omnium bonorum,Omne datum optimum,&c.In prima parte primò ponitur exhortatio.Secundò exhortationis ratio, Deus enim intẽtator. Tertiò rationis confirmatio,Vnusquisque autem.Quartò conclusio, Nolite itaque errare, &c. Dicit ergo. [Nemo,&c.] quasi dicat,Beatus vir qui suffert tentationem exteriorem,quia illa à deo immittitur:sed tentatio interior non sic.& ideo [Nemo] vestrum [Cùm tentatur] tentatione interiori non exteriori solùm. Glossa,Nemo cùm tentatione interiori capitur vel ei succumbit [Dicat,quoniam à deo tentatur] id est,à deo esse quòd capitur, vel succumbit. Glossa, Quasi deus immittat cogitationes, quod non est verum. [Deus enim intentator malorum est] Glossa,tentamentorum. Sic enim fit tentatio ab hoste & carne.[Ipse enim neminem tentat] scilicet vt decipiat vel peruertat. Glossa, Nullum in tentationem ducit. ¶Sed contrà,Genesis 22, Tentauit deus Abraham,& Deuterono.12, Tentauit nos dominus deus noster: Ad hoc respondet glossa,quòd duo sunt genera tentationum: Vnum,quod probat.Alterum,quod decipit.Tentationem ergo probantem immittit deus,tentationem verò decipientem,non.Hæc autem tentatio decipiens,vt dicit glossa,tribus modis agitur,suggestione hostis,delectatione carnis,consensu mentis.Vnde nota, quòd diabolus tentat,vt decipiat & peruertat: caro,vt alliciat:mundus,vt abstrahat: homo,vt experimentum habeat vel sciat: Deus autem vt promoueat:vnde ipse tentat,vt probet:probat,vt acceptet & remuneret.De istis quatuor,Sapien.3,Deus tentauit illos,& inuenit illos dignos se: tanquã aurum in fornace probauit illos,&c. [Vnusquisque autem tentatur] tentatione seducente interiori [A cõcupiscentia sua] id est, à fomite originaliter.Hæc est lex membrorum, de qua Rom.7, Hæc autem appellatur caro concupiscens aduersus spiritum.Galat.5. [Abstractus] à bono.Glossa,à recto itinere [Et illectus]glossa, ad malum.Tangit duos terminos motus: per defectum,qui est peccatum. Vel abstractus,à bono incõmutabili:illectus, ad bonum commutabile.Peccatum enim est spreto incommutabili bono,bono cõmutabili adhærere, secundum Aug. ¶Sed nunquid à diabolo aliquãdo huiusmodi tentatio immittitur,sicut in primis parẽtibus?nõ ergo omnis tentatio est ex cõcupiscentia.Respõsio. Quanuis occasio tentationis immittatur à diabolo, tamen vis tentationis sine cõcupiscentia nõ cõpletur.Sicut flatu ligna,nisi ignis præsens fuerit,nõ accẽdẽtur. Vnde sicut aliter medicus recognoscit infirmitatem in vrina,aliter infirmus in se ipso,quia ille scientia simplicis notitia,iste scientia experiẽtiæ:ita aliter est de tẽtatione exteriori quæ est ab hoste, & de interiori quæ est de concupiscentia.

Deus intentator malorum est.

Tentatio probans & decipiens.

An omnis tentatio sit à carne.

Deinde concupiscentia cùm conceperit,parit peccatum: peccatum uerò cùm consummatum fuerit, generat mortẽ. Nolite itaque errare fratres dilectissimi.

Ponit hìc gradus tentationis.s.in delectatione,qua homo alliciur:in cõsensu,quo peccatũ concipitur:

in opere,quo peragimus:in consuetudine,qua cõsummatur. [Deinde cõcupiscentia]illecti,scilicet per amorem boni commutabilis. [Cùm conceperit] per consensum operis aut morosæ delectationis, quod est occulta formatio maligni fœtus.Conceptio verò huius,est ex diabolo,tanquã patre agente, & semen immittente:ex concupiscentia,tanquam matre consentiente vel suscipiẽte.Ideo dicitur Ezechielis 16, Pater tuus Amorrheus,& mater tua Cethea.Ioan.8,Vos ex patre diabolo estis. [Parit peccatum] Glossa,perducit ad actum.Manifestus hic est partus,de quo in Psal.7,Concepit dolorem,& peperit iniquitatem. [Peccatũ verò cùm consummatum fuerit] Glossa.i.per actum in consuetudinem prauę vitæ perductum:sicut officium mortui consummatur exhibitione sepulturæ,sicut Lazari in Ioan.11.cap. [Generat mortem]reatus & dãnationis æternæ.Rom.6,Stipendia peccati,mors.Glossa,Sicut qui tentatus superat,præmia vitæ aequirit: ita qui concupiscentiis illectus superatur,mortis ruinam incurrit. ¶Sed cùm omne peccatum mortale generet mortem,quare hìc tantùm de peccato consuetudinis?Respõsio,Licet peccatum & cõsensus possint dici generare mortem,tamen de peccato consuetudinis hoc dicitur propriè:quia quãdo peccatum iam tractum est in consuetudinem, nulla apparent signa vitæ,& est parua spes de reditu. Sed in aliis habet homo plura signa vitæ,quando peccatum creatum est in cogitatione:pauciora verò quando in opere[Nolite itaque errare] Glossa,existimando quòd tentamenta vitiorum à deo procedant [Fratres mei dilectissimi] dilecti,propter similitudinem naturæ: dilectiores,propter participationem gratiæ: dilectissimi,propter præparationem hæreditatis æternæ.

Peccatũ cõsuetudinis generat mortem.

Omne datum optimũ, & omne donum perfectũ desursum est descendens à patre luminũ:apud quem non est trãsmutatio,nec uicissitudinis obumbratio.Voluntariè enim genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initiũ aliquod creaturæ eius

Hìc ostendit quòd deus est largitor omnium bonorum, & ꝙ omnia bona sunt à deo.Et primò hoc ostendit ex copiositate datorum:Secundò ex immutabili bonitate: Tertiò ex liberalitate dandi, Voluntariè enim genuit nos:Quartò ex iudicio ipsorum.Scitis autem fratres mei.Dicit ergo [Omne datum optimũ] bona sunt temporalia,meliora naturalia,optima gratuita.Vel potest exponi totum de naturalibus:bonum est,ꝙ sumus:melius,quòd viuimus:optimum,ꝙ intelligimus.Vel bona sunt temporalia & naturalia,quibus sustentamur: meliora dona misericordiæ,quibus à peccatis liberamur:optima dona gratiæ, quibus de virtute in virtutem proficimus. [Et omne donum perfectum] id est,gloria, qua habita nihil remanet imperfectum.Dicitur autẽ datum,eo ꝙ datur in via,quia significat cum tempore quasi participaliter.Donum verò,quod datur in patria,quia significat sine tẽpore,quasi nominaliter.Vtrunq; istorum [Desursum est] id est,à deo non ab homine [Descendens] non cadens.In quo notatur gradus in huiusmodi donis secundum dispositionem dantis,qui omnia disponit in numero,pondere.& mensura. [A patre luminum] deo authore omnium gratiarum,quę lumina sunt.Sicut enim sol materialis author est luminum materialium,ita sol intelligentiæ luminũ spiritualium. [Apud quem] deum,scilicet. [Non est trãsmutatio] in natura sua,quia omnino immortalis est.Malach.3,Ego deus, & non mutor. [Nec vicissitudinis obumbratio] in effectu vt sit mutabilis,quia ab ipso semper procedit lux,nunquã tenebræ.Vel vicissitudinis obumbratio,id est,vicissitudo vel mutatio obumbrans.Non enim vicissim in eo succedunt bona & mala,quia sola bona dat,mala verò culpæ quæ obumbrant, non: sed huiusmodi vicissitudinaria obumbratio qua in nobis frequẽter luci gratiæ succedit vmbra peccati,ex nobis est. [Voluntariè enim,&c.] Aliquis possit dicere,licet omnia bona nobis sunt à deo,tamen meritis nostris: ideo dicit,quia nõ,immò sua gratuita bonitate. [Voluntariè enim] id est,gratis,sine meritis,ad Titũ 2, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos [Genuit nos] in filios gratiæ,qui prius eramus filii iræ [Verbo veritatis] verbo euangelii Christi,qui veritas est,in Ioanne 14. Verbo,inquam,tanquam semine spirituali,Lucæ 8,Semen est verbum dei.1.Corin.4,In Christo Iesu per euãgelium ego vos genui. [Vt simus initium aliquod] id est,caput,principatum habendo in omnibus creaturis eius inferioribus,recuperando principatum per gratiam,quam primi parentes perdiderunt per culpam. Vel,Simus initium aliquod creaturę eius,id est,recreationis siue reformationis totius mũdi, hìc in parte,scilicet in anima per gratiam,sed in futuro in toto per gloriam.Vnde Rom.8, Ipsa creatura ingemiscit expectando reuelationem filiorum dei. Sed obiicitur contra hoc, quod dicitur, vt simus initium aliquod, &c. quia Iob 40.dicitur de Behemot,Ipse est principium viarũ dei.Respõsio,Behemot fuit principium in via creationis,homo verò in via recreationis.

Scitis autem fratres mei dilectissimi,sit autem omnis homo uelox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram: Ira enim uiri iustitiam dei non operatur: propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ,in mansuetudine suscipite insitum uerbum,quod potest saluare animas uestras.

Hìc probat omnia esse à deo iudicio ipsorum siue testimonio.[Scitis autem] id est,vera esse quæ loquor [Fratres mei] per fidei vnitatem [Dilectissimi] per charitatem.Glossa,Conclusio prædictorum est,quòd à deo sunt bona,& à nobis mala [Sit autem homo velox,&c.] Suprà docuit modum se habendi in tentationibus exterioribus,& etiam in interioribus: hìc verò ad vtriusque modi notitiam monet ad auditum verbi dei: vbi monet libẽter audire: Secũdò deuotè suscipere,Propter quod abiicientes: Tertiò opere implere,Estote factores: Quartò, linguam refrenare, Si quis autem putat. In prima parte, primò hortatur ad id quod expedit: Secundò remouet id quod impedit,Tardus autem ad loquendum. Dicit ergo [Sit omnis] quasi dicat, ita voluntariè genuit verbo veritatis, vt ergo hæc generatio in nobis conseruetur, Sit omnis homo,siue sit incipiens, siue proficiens,siue perfectus [Velox ad audiendum] verbum,scilicet dei, id est, promptus & paratus [Tardus autem ad loquendum] hìc est impedimentum contrà auditum exteriorem. Eccles.20,Homo sapiens tacebit vsque ad tẽpus doctrinæ. Quippe quia mos Pythagoricorum erat tacere per quinquennium,& postea eruditos loqui. [Et tardus ad iram] hortatur ad tollendum impedimentũ contra auditũ interiorem.q.d.Tardus sit homo ad iram,quia, vt inquit Cato,Impedit ira animũ ne possit cernere verũ.[Ira enim viri.]i.ira fortis & deliberata.Non dicit pueri,quæ cito trãsit.[Iustitiã dei nõ operatur.]minus dicit & plus significat.i.cõtra dei iustitiã operatur. Omnis qui irascitur fratri suo,reus erit iudicio.Mat.6,Et intelligendum est quãdo procedit ex libidine vindictæ,non ex amore iustitiæ.Greg. Vera iu-

Cato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tardus ad iram.

Ira viri iustitiam dei non operatur.

stitia compassionem habet,non indignationem. ¶Sed quispiam dubitabit, dum dicit, Tardus ad iram, de qua ira intelligatur,an de ira quæ est zelus bonus,an de ira mala.Non de prima intelligi potest,quia non debemus esse tardi ad illam. Nec de secunda, quia ad illam nullo modo debemus excitari. Responsio, Potest intelligi de vtraque:quia ad iram per zelum debet homo esse tardus,id est,maturus & discretus,vt, scilicet,discretè faciat.Ad iram verò per vitium debet esse tardus,negatiuè,& nullo modo pronus. ¶Quæritur insuper circa verbum illud,Ira enim viri iustitiam dei non operatur : quare dicit magis iustitiam dei nõ operatur,quàm aliam virtutem.Responsio, Quia ira induit magis formam iustitiæ quàm alterius virturis. Vel intelligitur de iustitia generali, quæ continet omnes virtutes. [Propter quod] scilicet, vt dignè audire positis. Hic docet deuotè & animo puro suscipiendum esse verbum dei. [Abiicientes omnem immunditiam] quantum ad peccata carnalia,quæ animam & corpus polluunt. Ephes.5, Fornicatio & immunditia non nominetur in vobis. [Et abundantiam malitiæ] id est,peccata spiritualia,in quibus abundat malitia: quoniam vt dicit Gregor.Peccata carnalia maioris sunt culpæ,& minoris infamiæ.[In mansuetudine] captiuantes intellectum in obsequium Christi.Vel in mansuetudine,adimplendo opere.Est enim mansuetus, quasi manu assuetus.[Suscipite.] Glossa,cum magno honore.Vel suscipite,id est, semoti à curis temporalibus capite.[Insitum verbum] verbum quidem creatum, insitum est cordi per prædicationem & inspirationem : verbum verò increatum,insitum est humanæ naturæ per incarnationem.

Verbum insitum.

¶Cor autem humanum ante fidem verbi,& natura humana ante incarnationem filii dei,erat tanquam truncus siluestris.Roma.11,Ex naturali excisus es oleastro,& contra naturam insertus es in oliuam bonam. [Quod potest saluare animas vestras] verbum creatum,dispositiuè : increatum verbũ, effectiuè.Et dicit, Quod potest saluare:& non dicit,Saluabit:ne excludere videatur humani arbitrii libertatem. ¶Notandum autem,quòd verbum dei est aure audiendum.Ioã.8,Qui ex deo est,verba dei audit.Secundò corde suscipiẽdum.Deut. 11,Ponite verba hæc in cordibus vestris.Tertiò intellectu conseruandum.Lucæ 2,Maria conseruabat omnia verba hæc.Quartò effectu gustandum.Heb.6,Gustauerit etiã bonum dei verbum. Quintò in ore habendum.Hiere.1,Ecce dedi verba mea in ore tuo.Sextò in opere faciendum.infrà, Estote factores. Septimò in memoria custodiendum. Lucæ 11, Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Octauò in libro scribendum.Eccle.vlti.Quæsiuit verba vtilia,& conscripsit sermones rectissimos.

Estote autem factores uerbi & non auditores tantum,fallentes uosmetipsos: quia si quis auditor est uerbi, & non factor,hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suæ in speculo.Consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus,sed factor operis,hic beatus in facto suo erit.

Hîc monet verbum dei opere implere, proponens primò damnum:secundò exemplum, Quia si quis auditor est verbi : tertiò præmium, Qui autem perspexerit, &c. Dicit ergo. [Estote autem factores verbi & non auditores tantùm] Glossa,Non solo auditu suscipite verbum,sed etiam opere implete: quia non auditores legis,sed factores iusti sunt. Gregorius, Loquendi authoritas perditur,cùm vox opere non impletur.Dicit autem factores verbi,id est,rei significatæ per verbum.Vel factores,id est,impletores verbi. [Fallentes vosmetipsos] Glossa,Si per solum auditum vos saluandos putatis. [Comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo] ad literam talis fallitur,quia videtur sibi quòd videat rem, sed non vidit rem,sed solùm rei idolum vel imaginem.Sic ille qui audit & non facit,solam verborum vmbram habet, non corpus operis.Vnde verbum dei comparatur speculo.Doctrina quidem sapientis est mare æneum factum de speculis mulierum.Exod.38,Quia in ipsa aspici possunt maculæ animarum.Et dicit, Vultum natiuitatis, id est, quem habet à natiuitate vel à natura. [Consideravit enim se] id est, imaginem vel idolum suũ.[Et abiit] scilicet,à se ad exteriora,id est,à consideratione sui cessauit [Et statim oblitus est qualis fuerit] scilicet,quia non vidit veritatẽ rei,sed vmbram.Vel pro tanto ponitur similitudo,quia sicut nihil prodest homini vidisse in speculo maculam vultus sui,si illam non abstergit:sic nihil potest homini audire verbum scripturæ vel prædicationis,nisi illud quod audit aure,impleat opere. ¶Nota ergo quòd verbum prę dicationis est sicut speculum,in quo homo videt defectus suos:quibus inspectis compungitur ad horam,sed recedens de loco statim dat obliuioni.Talis est sicut aqua quæ statim recipit impressionem. [Qui autẽ perspexit] id est,perfectè aspexerit non tantùm vultum exteriorem in ea figendo,sed etiam interiorem [In lege perfectæ libertatis] id est,in doctrina euangelii quæ est perfectæ libertatis,quia restituit libertati à culpa in præsenti per gratiam in sacramentis,à miseria verò non in futuro per gloriam immortalitatis:quando.s. mortale hoc induerit immortalitatem.1.Corint.15.[Et permanserit in ea] id est,perfectè mãserit per perseuerationem operis. [Et non auditor obliuiosus] audita,scilicet,memorando [Sed factor operis] id est,opere,scilicet implendo [Hic beatus in facto suo erit.] non in verbo tantùm.Psal.18,In custodiendis illis retributio multa:non dicit, in audiendis.

Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguam suam:sed seducens cor suum,huius uana est religio.Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est,uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorum,& immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Hîc ad complementum boni operis docet linguam refrenare.Circa quam admonitionem primò ostẽdit quæ sit religio vana:secundò, quæ sit vera, Religio munda,&c. Dicit ergo [Si quis putat] quanuis non sit [Se religiosum esse] propter fidem,& opera qui habet. ¶Dicitur autem religiosus,quasi relegatus deo, qui per peccatum fuerat diuisus:qui ligatus præceptis, religatur consiliis.Vel religatus post dissolutionem membrorum:sicut dolium religatur post dissolutionem asserum, vt contineat vinum : & hoc præceptis & prohibitionibus & aliis obseruantiis minoribus.Et quia lingua maximè indiget religione,quia sedet in humido,& ideo labilis,ideo subditur, [Non refrenans linguam suam] freno discretæ taciturnitatis,secundum id Ecclesiastici 28,Verbis tuis facito stateram,& frenos ori tuo rectos. [Sed seducens cor suum.]i.seorsum ducens extra veritatem.Glossa,Non intelligens se puniendũ pro peccato linguæ. [Huius vana est religio] i.inutilis,& nõ vera:quia nõ est bene religatus soluto vinculo linguæ:quæ cũ sit indomita[infrà 3.] religari

Quid vera religio.

eget.Vel sic,Seducens cor suum.i.seorsum à ligua ducens,vt scilicet cor & lingua non communicant, sicut est in mendacio.Eccle.3,Cor ingrediens duas vias non habebit successus bonos.Cor mentientis ingreditur duas vias,quia viam veritatis in cognoscendo,falsitatis in loquendo.Sed econtrario [Religio munda] Glossa,In cordis intentione[Et immaculata] Glossa,In operis executione.Vel munda interius à seipso:immaculata,exterius ab aliis[Apud deum,]scilicet filium,qui est deus per naturam[Et patrem.]s.deũ, qui est pater noster per adoptionis gratiam[Hæc est,visitare pupillos]corporaliter,cõsolatione verborum,& erogatione munerum,& protectione malorum . Vnde per hæc intelligit omnia opera misericordiæ quæ impendimus proximo[Pupillos.]i.sine patre[Et viduas]sine marito,non diuites [In tribulatione eorum] vel corporali,vel spirituali:non in prosperitate sicut multi faciunt,qui sunt socii mensæ,Eccle.5.[Et immaculatũ se custodire ab hoc seculo]maculato,scilicet,vnde Glossa,Qui mundum diligit immaculatum se nõ custodit:vnde solent dici versus,Mundus non mundus,quia mundus polluit: ergo Qui manet in mundo quomodo mundus erit?Et in canonica Iudæ,Odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam.hoc est, perfecta religio est,in medio macularum immaculatum se custodire.

Caput 2.

Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ.Etenim si introierit in conuentum uestrum uir aureum annulum habens,inueste candida:introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei,Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis,Tu sta illic,aut sede sub scabello pedum meorum:nõne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?

Suprà egit de informatione in tribulationibus,hîc agit de informatione in bonis operibus.Et quia tria solent maximè progressum in bonis operibus impedire,scilicet potentia,sciẽtia,diuitiæ:ideo hæc pars diuiditur in tres partes.Primò enim informat quantũ ad modum agendi in his quæ spectant ad potẽtiam: Secũ dò,quantum ad modũ agendi in his quæ spectant ad scientiam,Infrà 3.cap.Tertiò,quantum ad modum se habendi in his quæ spectant ad diuitias,4.cap.Vel sic,suprà hortatus est ad bonum,hîc dehortatur à malo. Et primò à malo,quod est in contemptum Christi:Secundò à malo,quod est in excellentia sui,3.cap. Tertiò à malo,quod est concupiscentia mundi.5.cap.in principio.In prima primò instruit quantum ad exhibitionem honoris debiti ratione animæ,quæ est imago dei : Secundò ad exhibitionem sustentationis,quæ debetur ratiõe corporis,ibi,Sic loquimini,& sic facite.Et quia exhibitionem honoris debiti impedit persona rum acceptio,ideo ipsa in hac prima dissuadetur,& primò ratione sumpta ex peruersione iudicii rationalis:secundò ratione sumpta ab exemplo diuinæ electionis,ibi,Audite fratres mei:Tertiò,ratione sumpta ex ipsarũ personarum meritis,ibi,Nonne diuites opprimunt:Quartò,ratione sumpta ex transgressione legis, Si tamen legem perficitis,In prima parte,primò ponitur exhortatio:secundò,exhortationis ratio . Etenim si introierit,vbi primò ponit personarum diuersitatem:secundò tangit iudicii inæqualitatem[Et intendatis in eum.]Tertiò,subdit inæqualitatis reprehensionem[Nonne iudicatis.]Dicit ergo[Fratres mei, &c.] consequenter sic,ita religio munda & immaculata est,& c.& vt positis immaculati esse[Fratres mei]Subditos suos vocat fratres,æquales eos sibi reputans ex humilitate[Nolite in personarum acceptione habere fidẽ domini nostri Iesu Christi gloriæ.]i.nolite credere q̃ dominus noster Iesus Christus glorietur in personarum acceptione:ipse enim contrariũ fecit,Actuum 1,In veritate comperi,quia non est personarum acceptor deus.Vel sic secundũ Glossam,Nolite in personarum acceptione,&c.i.nõ existimetis q̃ fides domini sit in huiusmodi personis acceptis,vt dominus scilicet ad fidem vocauerit diuites,& nõ pauperes.Vel sic, Persona dicitur quasi per se vna,vnde personæ sunt illi,qui volunt singulares videri,vt potentes in diuitiis, vel in genere,vel huiusmodi.Nolite ergo fidem domini nostri in talibus ponere,vt illos quasi deos singulariter colatis.Et nota q̃ hoc dicit,vt alliciat eos ad amorem pauperũ,vt inde acquirãt cælũ. Vnde Augusti. Da rectum,& accipe cælum[Etenim si introierit in conuentum vestrum,]id est,in congregationem vestrã. Ecclesia enim primitiua erat quasi quædam religio,quidam conuentus,quia erãt eis omnia cõmunia[Vir] à virore potius corporis quàm mentis.Nam gratia virtutis spiritualis hominem honorare,peccatum non est[Aureum annulum habens]in signum diuitiarum[In veste candida]in signum delitiarum[Introierit autem & pauper in sordido habitu]scilicet corporis,quamuis in habitu honorato mentis[Et intendatis]ecce personarum acceptio in actu interiori:aliàs nõ esset acceptio personarum.Nam vt ait Augustinus in Glossa,In quotidianis confessibus qui præfert diuitem pauperi,non in hoc peccat,nisi cũ apud semetipsum ita iudicat vt ei sit tantò melior,quantò ditior ille.Dicit ergo,vt intendatis,quasi ex animo & intentione tendatis in eum[Qui est indutus veste præclara]eũ scilicet propter indumentum honorando,& pauperi præferendo[Et dixeritis ei]ecce acceptio personarum,in actu exteriori[Tu sede hîc bene,]idest,in loco honesto[Pauperi autem]quia pauper est,dicatis[Tu sta illic]longè scilicet,quasi non curando de illo [Aut sede sub scabello pedum meorum,]idest,vili loco[Nonne iudicatis apud vosmetipsos.]i.nonne à vobis accipitis hoc iudicium,& non à deo,quasi dicat,sic[Et facti estis iudices cogitationum iniquarum.]i.iudicatis secundum iniquas cogitationes,quasi dicat,Iniqua est talis cogitatio,verè iniqua cogitatio,quia non respicit existentem personæ bonitatem,sed apparentem.s.exteriorem non interiorem:vnde Glossa,Mundus pauperem abiicit,diuitem colit.Fides Christi æqua docet.Iniquum est diuitem quærentẽ honorẽ in diuitiis,præferre pauperi timenti deũ . Notandum autem secundum Augustinũ in Glossa,hoc quod hîc dicitur, intelligitur de sessione honoris ecclesiastici.Si verò de sessione cõmuni intelligitur,in casu quo iudicatur ꝓpter hoc debere præferri tanquam melior.vnde Glossa,Si hanc distantiam sedendi & standi ad honores ecclesiasticos referamus,&c.hîc quæritur vtrum acceptio personæ sit peccatum?Videtur quòd non.Augustinus, Accipere personam,est exhibitio honoris seruato gradu dignitatis & officii:sed sic honorare non est peccatum:ergo accipere personam non est peccatum.Item Gregorius,Accipere personam,est hominẽ non quia homo est,sed propter aliquid quod circa eum est,honorare:sed hoc non est malum,immò bonũ honorare hominem propter dignitatem quæ circa ipsum stat.1Sed contrà , qui cognoscit personam in iudicio , non

An personarum acceptio sit peccatum.

bene facit. Prouerb. 28. Item hoc prohibetur pluries in scriptura: ergo est malum. Itē quæritur, quare hoc vitū ita frequenter exclusum à deo inueniatur magis quàm aliud. Responsio, Acceptio personæ quandoq; accipitur in bono, quandoque in malo. Secundum quod accipitur in bono: accipere personam est honora re vnumquēque secundū gradum dignitatis suæ & officii. Sic non oportet quòd fiat comparatio personæ ad personam, in acceptione personæ: & sic accipere personam non est peccatum. Sic autē diffinitur ab Augustino. Alio modo accipitur personarum acceptio secundum quod dicit comparationem personæ ad per sonam, & sic diffinitur à Gregorio: vnde sic accipere personam, est præferre personā personæ. Nec tamen quando præfertur persona personæ, semper est acceptio personæ: sed quādo præfertur persona personæ ex causa indebita: vnde accipere personam, est præferre personam personæ ex causa indebita: præferre autem diuitem pauperi propter diuitias in promotione ad aliquam dignitatē ecclesiasticā, vt ad episcopatum vel huiusmodi: vel etiam in executione iudicii, vt cùm aliquis sentētiat pro diuite, quia dives est: vel etiā in collatione temporalis beneficii, vt quando datur aliquid diuiti quia dives est, & non datur pauperi quia pauper, est præferre personam personæ ex causa indebita. Non tamen dico, si aliquis daret aliquid diuiti ad acquirendam eius familiaritatem, ꝙ esset peccatum: sed præferre diuitem pauperi in exhibitione alicuius reuerentiæ solùm, vt cùm aliquis assurgit diuiti nō pauperi, inclinat se diuiti nō pauperi: vel aufert caputiū corā diuite nō sic coram paupere, nō est personam personæ præferre ex causa indebita: vnde nō est peccatū, nisi ratione originis, vt cū iudico in corde meo quia melior est dives, quia dives, paupere. ¶ Quod obiicitur de dignitate. Respōsio, Dignitas officii vel potestas, nō est circa hominem, sed suprà, scilicet à deo: & ibi honoratur homo propter eum cuius loco est. s. deum: sed habitus pretiosus & diuitiæ sunt circa quæ data sunt homini, nō vt præsit, sed ad vsum & supplemētum necessitatis. Ad aliud dicendum, ꝙ acceptio personæ declinat in partem. Deus autem causa vniuersalis est rerum in producēdo & in cōseruando, & ideo frequenter remouetur à deo. ¶ Nota quòd personarum acceptio cauenda in multis. Primò, in audientia causarū: Deuteronomii 1, Ita paruum audietis vt magnum. Secūdò, in diffinitione sententiarum. Prou. 18, Acceipere personam impii in iudicio non est bonum. Tertiò, in contractibus electionum, vt hîc, Nonne pauperes elegit deus? Glossa, Quis fecit eligi diuitem ad sedem honoris? Quartò, in collationibus beneficiorū: Ro. 2. Gloria, honor, & pax omni operanti bonum. Non enim est acceptio personarum apud deum. Quintò, in promotionibus dignitatum, de his qui videbantur aliquid esse, quales aliquādo fuerūt, nihil mea interest, deus enim personam hominis non accipit: Galat. 2. Sextò, in exhibitione honoris & obsequiorum: Leuit. 19, Nō consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Septimò, in comparatione meritorū: vt hîc, Nōne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarū? Octauò, in correctione culparum. Mat. 22, Non enim respicis personam hominum: Exod. 32, Ite & redite per medium castrorum de porta ad portam, & occidat vnusquisque fratrem & amicum suum. Nonò, in approbatione beneficiorum: Actuum 10, In veritate comperi, quia non est personarum acceptor deus: sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Audite fratres mei dilectissimi, nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites fieri in fide, & hæredes regni quod repromisit deus diligentibus se: uos autem exhonorastis pauperem.

Hîc dissuadet personarū acceptionem ratione sumpta ab exemplo diuinæ electionis [Audite fratres mei] dicit Glossa, Diligentius attēdite, quia nō qui ditiores in seculo, hi sunt meliores in examine diuino: & ideo non sunt præferendi [Nonne deus elegit pauperes in hoc mūdo,] ideſt, in rebus huius mūdi. Christus enim in Apostolos, elegit piscatores: in patriarchas, pastores. Gen. 41, Viri pastores ouium sumus. 1. Cor. 1, Infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia, & contemptibilia: in quo apparet ꝙ electio dei contraria est electioni mundi, qui elegit illum qui est potentior, vel nobilior, vel ditior, vt quādo aliquis debet ereari in episcopum [Diuites in fide] in præsenti. hæ sunt maximę diuitiæ. Augustinus, Aurum habens in arca, dives est: deum habens in conscientia, dives non est? [Et hæredes regni] in futuro: Mat. 5, Beati pauperes spiritu, &c. [Quod repromisit] promisit, per prophetas: repromisit, per apostolos [Diligentibus se,] quia per dilectionē accipitur. Ipsa enim sola diuidit inter filios regni & perditionis. Secundum Augustinum, Ipsa est fons proprius, cui non communicat alienus. 1. ad Cor. 2, Oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. [Vos autem] acceptoribus personarum loquitur [Exhonorastis,] ideſt, extra honorem posuistis, vel honore priuastis [Paupe rem] dicendo, Tu sta illic. ¶ Sed quæritur de hoc quod dicit, Diuites in fide. Cū enim sancti modò habeāt in spe, quod in patria habituri sunt in re, potius debuit dicere, Diuites in spe quàm in fide. Responsio, Existētes in fide, sunt diuites in spe. Vel diuites in fide, ideſt, ex fide: quia fides generat spem. Vnde, Fides est substātia rerū sperandarum, ideſt, basis vel fundamentum, per quod res sperādæ sunt in nobis. Vel diuites in fide, abundantes: quia credunt omnia credenda, & nunc per fidem vident in ænigmate, quæcunque videbunt in patria aperta visione. ¶ Et nota, quòd Christo multū videtur placere paupertas. Primò, quia paupertatem sibi assumpsit. 2. Co. 8, Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam cùm dives esset, propter nos egenus factus est. Secūdò, quia paupertatis signa in sua natiuitate ostēdit. Luc. 2, Inuenietis infantem positū in præsepio. Tertiò, quia pauperes parentes habere voluit. Luc. 1, Missus est angelus, &c. Quartò, quia pauper tatem inter homines conuersando tenuit. Mat. 8, Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, &c. Quintò, quia pauperes discipulos elegit. Mat. 4, Obambulans Iesus iuxta mare Galilæę, &c. Et hîc pauperes elegit deus. Sextò, quia pauperibus regnum cælorum promittit: Mat. 11, Beati pauperes spiritu. Septimò, quia pau pertatis consilium dedit: Mat. 11, Si vis perfectus esse, vade, &c. Octauò, quia pauperrimus & nudus in cruce pependit, Trenorum 3, Recordare paupertatis meæ, &c.

Paupertas Christo placet,

Nonne diuites per potentiam opprimunt uos, & ipsi trahunt uos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomē, quod inuocatum est super uos?

Diuitestria malapauperibus inferunt.

Hîc est tertia ratio, sumpta ex personarum meritis: quia diuites eis mala inferunt, pauperes autem non: Mala autem illata à diuitibus ostendit tria. Primò, in rebus suis eos opprimendo. Secūdò, in personis eos accusando, Et ipsi trahunt. Tertiò, in deo suo, eum blasphemando, Nonne ipsi. Dicit ergo [Nōne diuites, &c.] quasi diceret, merito non debetis præferre diuites pauperibus, quia [Nonne diuites]. s. scribæ & pharisęi & pontifices per potentiam opprimunt [Vos] bona vestra, scilicet rapiendo [Et ipsi trahunt vos ad iudicia] violenter, & sine culpa vos accusando tanquam maleficos. Glossa, Sine culpa facient vos cōdemnari [Nōne ipsi blasphemant] Hierony. Blasphemia est iniuria deo irrogata [Bonum nomen,] ideſt, salutiferum nomen Iesu Christi. Actuum 4, Non est aliud nomen sub cælo, in quo oporteat saluos fieri credentes [Quod inuocatum est] quia à Christo dicebantur Christiani [Super vos] ad vestram. s. protectionem, & sui venerationem, Hieremiæ 14, Tu in nobis es domine, & nomen sanctum tuum, &c.

Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis: Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores. Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.

Hîc est quarta ratio, quæ sumitur ex transgressione legis: vbi primò ostendit, quòd lex præcipit diuitū dilectionem: secundò, quòd prohibet personarum diuitū acceptionem, Si autem personas accipitis: tertiò ostendit, quòd huiusmodi prohibitionis transgressio facit totius legis transgressionem, Quicunque autem totam legem. Dicit ergo [Si tamen legem, &c.] quasi dicat, Non debetis personam diuitem accipere, sed si eos diligitis bonū est. vnde [Si tamen legem perficitis regalem.] i. adimpletis legem Euangelii, quæ dicitur regalis ab effectu, quia reges facit, Apoca. 5, Fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes. Et 1. Petr. 2, Vos estis genus electum, &c. Item à generalitate, quia omnes ligat, & nullum eximit: sicut strata publica dicitur via regia, vel ab authore quia rex eam ore suo promulgauit. Mat. 22, Item ab excellentia. Glossa, excellentē inter alias [Secundum scripturas.] i. sicut scripturæ monent, legem, inquam hanc [Diliges proximum sicut teipsum.] Mat. 22. Leuit. 19. [Sicut teipsum.] i. quomodo teipsum. i. gratis, non causa remunerationis humanæ. Vel sicut teipsum, ideſt propter quod teipsum. i. deū. Vel sicut teipsum. i. ad id ad quod teipsum. Vel sicut teipsum. i. in quo gradu teipsum, scilicet infra deum, & plus quàm corpus tuum. Vel sicut teipsum. i. sicut gaudes de bono tuo, & tristaris de malo: ita gaudeas de bono proximi, & doleas de malo eius, & infortunio. Si ita perficitis diligendo [Bene facitis.] Nam præcipuè bonitas in dilectione consistit, vt patet 1. ad Cor. 13, Si linguis hominum loquar, &c. Glossa, Et si diuites propter diuitias non sunt eligendi, non tamen propter deum minus sunt diligendi [Si autem personas accipitis] Glossa, pauperem propter paupertatē ab honore abiicitis, & diuites ad honorem propter opulentiam promouetis [Peccatum operamini redarguti à lege quasi transgressores] Deutero. 1, Quod iustū est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis, vt magnum. Et Leuit. 19, Non consideres personam pauperis, nec honores vultū potentis. ¶ Sed quæritur, Vnde hoc, quòd in iudiciū, ideſt, in distributione iustitiæ nō sunt aliqui præeligendi: in opere verò misericordiæ sunt, sicut in datione eleemosynarum. Eccles. 12, Bene fac iusto, & ne dederis peccatori. Responsio, Ratio huius est, quia in iudicio respiciuntur merita causarum, sed in misericordia conditiones personarum. Quod autem dicit, Quasi transgressores, expressiuū est veritatis [Quicunque autem totam legem seruauerit,] ideſt, seruare in animo suo proposuerit [Offendat autem in vno,] ideſt, in deo datore omnium. Vel in vno, ideſt, in præcepto charitatis, quod est vinculum omniū præceptorum. Gregorius, Præcepta domini multa sunt, & vnum: multa, per diuersitatem operis: vnum, in radice charitatis. Vel in vno, ideſt, in quolibet præcepto. Vel in vno, ideſt, in vna virtute, quia virtutes connexæ sunt: & qui peccat contra charitatem, peccat contra omnes virtutes: sicut qui offendit aliquem, ex consequenti omnes amicos eius [Factus est omnium reus] omnium, scilicet præceptorum, quia illa sibi inutilia reddit. Vel omnium peccatorum, quia pro vno, ac si pro omnibus, peribit. Vel omnium bonorum, quia charitatem quæ est forma omnium, perdit. Hieronymus, Vbi est charitas, quid est quod possit abesse? vbi nō est, quid est quod possit prodesse? Vel omnium virtutum, Qui enim habet vnam, omnes habet. Idē, Omnes virtutes sic sibi cohærent, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Eccles. 19, Qui in vno peccauerit, multa bona perdet, quia omnia bona meritoria.

Lex Christi lex regalis.

Diligere deum sicut seipsum.

Cur acceptio personarū in operibus iustitiæ prohibetur & non misericordiæ.

Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, & Non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

Hîc probat quòd reus est omniū, quia peccat in eūdem legislatorem omnium præceptorum [Qui enim dixit: Non mœchaberis] Nomine mœchiæ omne peccatū luxuriæ cōtinetur, Exod. 2. [Dixit, & Non occides] in eodem, vbi prohibētur homicidia operis, & linguæ, cordis & omissionis [Quòd si nō mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis] quæ vnumquodque præceptum æqualiter cōtinet, & vna data est ab vno deo. Et nota ꝙ propriè, Transgressor dicitur, qui facit contra legem scriptam: sed præuaricator, qui facit contra legem naturalem.

Differentia inter transgressorē & præuaricatorem.

Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari: iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecerit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicium.

Suprà instruxit nos quantum ad exhibitionem honoris debiti, hîc autem instruit quantū ad exhibitionē sustentationis. vnde hîc instruit de operibus misericordiæ. Et primò, inuitat ad opera misericordiæ: Secundò, ostendit ea esse necessaria cum fide, Quid proderit homini. In prima parte ad opera misericordiæ manuducit tripliciter allegādo. Primò, præceptum: Secūdò supplicium, Iudicium enim sine misericordia: Tertiò præmium, Superexaltat autem. Dicit ergo [Sic loquimini, &c.] q. d. Ne ergo sitis trāsgressores legis [Sic loquimini.] s. verba pietatis & amoris [Et sic facite] scilicet opera pietatis & charitatis. Nō enim sufficit pietas & charitas in verbo, nisi etiam sit in facto [Sicut per legem libertatis,] ideſt, per legē Euangelii sub qua subiiciendum spōtaneè, liberè, nō coactè [Incipientes iudicari,] ideſt, sicut incipitis modò iudicari secundū legem, ideſt, si staretis ante iudicē legis libertatis, ideſt, Christū. In hoc monens nos, vt in nostris operibus semper attendamus iudicium quasi instare. Infrà vlti. Ecce iudex ante ianuam assistit. Hieronymus: Siue comedam, siue bibam, siue aliquid aliud faciam, semper videtur auribus meis intonare illa extrema iudicii buccina, Surgite mortui, venite ad iudicium. Vel sic [Sic loquimini & sic facite,] ideſt, ita benignè & charitatiuè vos habeatis verbo & facto: Sicut per legē libertatis, ideſt, charitatis quæ facit se & sua liberè proximo

exponere[Incipientes iudicari,]ideſt,ita faciatis vt oſtendatis vos eſſe ſub lege charitatis,quæ ſemper debet eſſe in incœptione.Auguſtinus,Sola charitas eſt quæ ſemper detinet debitorẽ.Redditur enim cũ impenditur,& cùm reddita fuerit debetur:quia nullum eſt tempus in quo impendenda non ſit.Dicitur autẽ charitas lex libertatis,quia nos deo ligat,non cogendo timore pœnarum,ſed alliciendo deſiderio præmiorum.Gala.5,Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legẽ Chriſti[Iudicium enim ſine miſericordia,]ideſt,iudicium condemnationis[Illi qui non fecerit miſericordiam]exemplum patet in ſeruo nequã, cui debitum dimiſſum exprobratur,Mat.18,Quia non eſt miſertus conſerui ſui.Econtrà,Beati miſericordes,quia miſericordiã conſequentur. ¶Sed obiicitur contra hoc quod dicit, Iudicium ſine miſericordia, &c.quia in Pſal.dicitur,Vniuerſæ viæ domini,miſericordia & veritas:Reſponſio,Duplex eſt miſericordia, liberans & relaxans.de prima loquitur hîc,de ſecunda in Pſalmo.Vel ſic,Iudicium ſine miſericordia, tanta ſcilicet,quantã inueniret ſi miſericors fuiſſet[Superexaltat autem miſericordia iudicium]hoc multipliciter exponitur.Primo modo de miſericordia & iudicio hominis,& eſt ſenſus,ꝙ miſericordia hominis iudicium eius quo iudicabitur reddit commendabilius.Secundo modo de miſericordia dei & iudicio eius,& eſt ſenſus,ꝙ miſericordia dei ſemper relaxat & quaſi temperat iudicium ſuæ ſeueritatis.Tertio modo,de miſericordia hominis & iudicio dei,& eſt ſenſus quòd miſericordia hominis quaſi vincit rigorẽ diſtrictionis ſeu ſententiæ diuinæ debitæ pro peccatis.Quarto modo,de miſericordia dei & iudicio hominis, & eſt ſenſus, ꝙ plures ſaluantur per miſericordiam dei,quàm pro ſuis meritis propriis.Quinto modo de effectu miſericordiæ dei:in præſenti,& de effectu diuini iudicii in futuro.& eſt ſenſus,ꝙ quãtò miſericordia maior alicui in præſenti impenditur,tãtò ſi ingratus fuerit,grauius in futuro punietur. ¶Nota quòd ex quo miſericordia ſuperexaltat iudiciũ,& maior eſt curia miſericordiæ quàm iuſtitiæ:ſicut à minori curia licitum eſt appellare ad maiorem,ita à curia iuſtitiæ ad curiam miſericordiæ.Miſericordia primò peccata purgat, Prouer.15, Per miſericordiam & fidẽ purgantur peccata.Secũdò,pœnam peccatorum relaxat,Daniel.4, Peccata tua eleemoſynis redime,& iniquitates tuas miſericordiis pauperum.Tertiò cuſtodit à malo,Prouer.20, Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem.Quartò abundare facit in bono,Prouerb.14, Miſericordia & veritas præparauit bona.Quintò hominum benedictionem meretur,Prouer.22,Qui pronus eſt ad miſericordiã, benedicetur.Sextò dei miſericordiam conſequitur.Mat.5,Beati miſericordes.Septimò euadit iudicium,vt hîc,Superexaltat miſericordia iudicium.Octauò introducit in cælum.Eccleſia.16, Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum ſuum.

Duplex eſt miſericordia.

Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere,opera autem non habeat?Nũquid poterit fides ſaluare eum? ſi autem frater aut ſoror nudi ſunt,& indigeant uictu quotidiano:dicat autẽ aliquis ex uobis,illis,Ite in pace,calefacimini,& ſaturamini:non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori,quid proderit?Sic & fides ſi non habeat opera,mortua eſt in ſemetipſa.Sed dicet aliquis,tu fidem habes,& ego opera habeo:oſtẽde mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam.

Hîc oſtendit huiuſmodi opera eſſe neceſſaria cum fide:Et primò,rationibus.Secũdò exemplis, Vis autẽ ſcire.Rationibus probat quatuor.Primò,quia fides informis non eſt homini ſalutifera.Secundò,quia mortua eſt in ſemetipſa,Si autem aut frater aut ſoror.Tertiò,quia meretur irrideri,Sed dicet quis,&c. Quartò, quia cõmunis eſt dæmoni,Tu credis quoniam vnus eſt deus,&c.Dicit ergo[Quid podeſt]ita ſunt neceſſaria opera miſericordiæ,& vitæ[Quid proderit fratres mei]ad ſalutem ſcilicet[Si fidẽ quis dicat ſe habere, opera autem non habeat]conuenientia ſcilicet ipſi fidei,& loquitur ſecundum Gloſſam, de illo qui habet tempus operandi,& negligit:quaſi diceret,fides informis non valet ad adeptionem beatitudinis , quamuis valere poſsit ad euitationem damnationis grauioris[Nunquid fides poterit ſaluare eũ.]q.d.non. Sed contrà,Mat.vltimo, Qui crediderit & baptizatus fuerit,ſaluus erit.Item ad Roma.3,Arbitramur per fidem iuſtificari ſine operibus legis.Reſponſio:Vt dicit Gloſſa,verbum illud intelligitur in non habẽtibus tempus operandi:vel de fide formata,quæ eſt in paruulis:hîc verò de fide informi[Si aũt frater aut ſoror]fraternitate corporali vel maximè ſpirituali[Nudi ſunt]ecce indigentia veſtitus [Et indigent victu quotidiano.] i. quotidie neceſſario,ecce indigentia victus[Dicat autẽ]ex vobis aliquis[Ite in pace]quo ad hoſpitium[Cale faciamini]quo ad veſtitum[Et ſaturamini]quo ad cibũ[Non dederitis autem quæ neceſſaria ſunt corpori]nec hoſpitium,nec veſtitum,nec victum[Quid proderit.]q.d.nihil.Vnde ſi aliquis dicit pulchra verba indigenti ſine ſupplemento neceſsitatis,nihil proſunt.Contrà Eccleſ.18,Nonne ardorem refrigerat ros,ſic & verbum melius quã datum?Reſponſio.Non fit comparatio verbi ſolius ad datum, ſed verbi cũ dato ad ſolum datum. Vel loquitur de ardore vitii,ſcilicet impatientiæ ipſius pauperis,nõ naturæ,ſcilicet eſurici[Sic & fides,ſi non habeat opera,mortua eſt in ſemetipſa.]Gloſſa,Sicut ſola verba pietatis nudum & eſurientẽ nõ recreant,ſi nõ cibus præbeatur & veſtis:ita fides verbotenus ſeruata non ſaluat. Et dicit in ſemetipſa, quia non eſt coniuncta principio vitæ.ſ.charitati.Gloſſa,Mortua eſt in ſemetipſa,ideſt,contra ſemetipſam, quod enim promittit,opere non implet.1.Io.3,Non diligamus verbo & lingua,ſed opere & veritate. ¶Et nota ꝙ ſicut mortuum dicitur quod caret ſenſu & motu:ſic qui fidem habet ſine operibus,nec ſenſu viget dilectionis qui eſt ex charitate,& motu caret bonæ operationis.Dicit autem ſine operibus,pluraliter,quia ad fidem ſequitur actus interior,qui eſt credere:& exterior,qui eſt in bono opere[Sed dicet quis]quaſi nõ ſolùm in ſe eſt mortua,ſed apud alios irridenda[Sed dicit]gloſſa,irridendo[Quis]habens fidem & opera [Tu fidem habes]ideſt,habere te dicis ſolam,ſcilicet ſine operibus[Et ego opera habeo]cum fide[Oſtende mihi fidem tuam]ſine operibus.q.d.proba mihi te habere fidem per aliqua certa ſigna.q.d.Non poteris probare cùm deſint opera,& verba non ſint teſtes ſufficientes.Nam vt dicit Auguſtinus,Fides dicitur eo ꝙ fit quod dicitur, & Gregorius dicit quòd probatio dilectionis eſt exhibitio operis[Et ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam]ideſt,probare poſſum me fidelem per opera mea.

Quibus eſt neceſſaria fides cũ operibus.

Fides quæ dicatur mortua.

Tu credis quoniam unus eſt deus:bene facis.Et dæmones credunt,& contremiſcunt.Vis autem ſcire homo inanis: quoniam fides ſine operibus otioſa eſt:Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare?

Hîc oſtendit ꝙ communis eſt dæmoni.q.d.non potes probare fidem tuam:ſed poſito quòd habeas, nõ ſufficit[Tu credis quoniam vnus eſt deus:bene facis]nam huiuſmodi credere eſt bonum quoddam,ſed ſine operibus,imperfectum[Et dæmones credunt,]ſcilicet quod vnus eſt deus,ſicut tu,qui tamen non ſunt in ſtatu ſalutis,ſed damnationis.Illa tamẽ dæmonũ fides non propriè eſt fides,quia non eſt habitus infuſus,ſed eſt quædam credulitas non voluntaria ſed neceſſaria,& quaſi cõmunibus & tormentis extorta . Vnde non aſſentiunt primæ veritati propter ſe,ſed magis ſentiunt eã:vnde fides in eis eſt concluſio,non argumentum:nec habent cognitionem articulorum inquantum articuli,ſed inquantum quædam entia nobilia [Et contremiſcunt]in hoc peioris conditoris eſt fides malorum hominum,quoniam non timent diuinũ iudicium.Gloſſa,Qui deum non credunt,vel creditum non timent,dæmonibus crudeliores & proteruiores ſunt[Vis autem ſcire]hîc probat exemplis,primò bonorum,ſecundò malorum:ſimiliter & Raab:tertiò omnium,Sicut enim corpus.In prima parte ponit,primò Abrahæ exemplum.Secundò adaptat ad propoſitũ, Vides ergo quoniam fides.Tertiò confirmat per ſcripturæ ſacræ teſtimoniũ,& impleta eſt ſcriptura: Quartò concludit propoſitum iam ſufficienter probatum,Videtis quoniam.Dicit ergo[Vis autem ſcire]certius ſcilicet per exempla ſcripturæ[O homo inanis.]i.vacuus à bonis operibus [¶Quoniam fides ſine operibus otioſa eſt]quia non ſufficit ad ſalutem.Vel mortua eſt,quia non habet ſenſum dilectionis,nec motũ bonæ operationis[Abraham pater noſter]ſecundum carnem & ſecundum fidem.Eius autem exemplum merito inducit,quia fuit prima via credendi[Nonne ex operibus iuſtificatus eſt]ſupple amplius,vt dicit Gloſſa interlinearis[Offerens.]i.offerre paratus,Gene.22 [Filium ſuum Iſaac ſuper altare.]Hoc autem fuit poſt fidem ſuſceptam.Vnde Gloſſa,per fidem quam habebat iuſtus erat,tamen per opera quæ addidit, amplius eſt iuſtificatus:quæ ſi non feciſſet,meritũ præcedentis fidei amiſiſſet.Gloſſa Bedæ,Magna tentatio cũ filiũ iubebatur occidere:magna fides,cùm etiam de mortuo credebat ſe ſemen poſſe ſuſcipere . Magnum opus cùm dilectiſsimum non dubitaret offerre. ¶Ecce qualis fuerit eius oblatio,& qualis debet eſſe noſtra, debet enim fieri de re chara & pretioſa.Quod notatur cùm dicitur,filium ſuum.Malach.1,Maledictus qui habet in grege ſuo maſculum , & offert debilem deo.Item debet eſſe de re propria nõ aliena: quod notatur cũ dicitur,ſuum . Eccleſ.34,Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis,quaſi qui interficit in conſpectu patris.Item debet eſſe cũ cordis alacritate & lætitia, quod notatur cũ dicitur,Iſaac,qui interpretatur riſus. 1.Paralipo.29,In ſimplicitate cordis lętus obtulit vniuerſa hæc.Quartò cum debito honore & reuerentia. quod notatur cùm dicitur,Super altare.Pſal.Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię,& c. ¶Sed videtur falſum quod dicit,Nonne ex operibus iuſtificatus eſt,quia Ro.4.probat Apoſtolus quòd Abraham ex fide iuſtificatus eſt,non ex operibus.& ibidem dicitur,Credidit Abraham deo,& reputatum eſt ei ad iuſtitiam . ibi gloſſa Auguſtini,Non ex operibus iuſtificatus eſt,ſed ex fide.Reſponſio,Apoſtolus & Auguſtinus loquuntur de operibus præcedentibus fidem,ſcilicet operibus legalibus,vt patet ibidem.ex quibus nullus plenè iuſtificatus eſt:hîc autem loquitur de operibus ſequentibus fidem,quæ dicuntur iuſtificare nõ ſecundũ quod iuſtificatio dicitur iuſtitiæ infuſio,ſed ſecundum quod dicitur iuſtitiæ exercitatio,vel oſtenſio,vel conſummatio.Res enim dicitur fieri quando perficitur vel innoteſcit.

Qualis ſit dæmonũ fides.

Quales debeat eſſe oblatio noſtra exemplo Abrahæ demõſtratur.

Quali opera iuſtificẽt

Vides igitur,quoniam fides cooperabatur operibus illius:& ex operibus fides conſummata eſt.Et impleta eſt ſcriptura dicens,Credidit Abraham deo,& reputatum eſt illi ad iuſtitiam,& amicus dei appellatus eſt.Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo,& non ex fide tantùm.Similiter autem & Raab meretrix non ex operibus iuſtificata eſt,ſuſcipiẽs nũtios,& per aliã uiam eiciẽs.Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt:ita fides ſine operibus mortua eſt.

Hîc adaptat ad propoſitum[Vides.]ſ.per exemplum Abrahæ[Quoniam fides cooperabatur operibus illius,]ideſt fides per quam ante iuſtus erat,duxit eum ad opera[Et ex operibus.]ſ.ſequentibus fidem [Fides conſummata eſt,]ideſt,augmentata & comprobata & oſtenſa.Gene.22,Nunc cognoui quòd timeas deum[Et impleta eſt ſcriptura]per hoc ſcilicet quòd filium ſuum offerebat,& tamen ſuſcitandum credebat[Dicens]Gene.15,[Credidit Abraham deo.]ſ.præcipienti & promittenti difficilia [Et reputatum eſt illi]à deo[Ad iuſtitiam]ſcilicet maiorem per ipſum credere[Et amicus dei appellatus eſt]ab hominibus illius temporis:vel à deo propter ſignum dilectionis dei, quòd paratus fuit offerre filium ſuum pro amore eius,non ſolùm paſsiuè,ſicut,iuxta illud,Amice,&c.Matt.20,Iudas.ſed actiuè & paſsiuè[Videtis ergo ,]id eſt,videre poteſtis authoritate ſcripturæ[Quoniam ex operibus]ſequentibus fidem[Iuſtificatur homo]id eſt magis iuſtus efficitur,& in iuſtitia conſeruatur[Et non ex fide tantũ]quando ſcilicet adeſt facultas operandi:alioquin fides ſufficit,vt patet in latrone:cui dictum eſt propter fidem cordis, & confeſsionem oris, Hodie mecum eris in paradiſo,Lucæ 22.[Similiter & Raab] probauit exemplo fidelium,hîc probat exemplo infidelium[Similiter & Raab meretrix nonne ex operibus iuſtificata eſt ¸Gloſſa,Ne cauſarentur opera tanti patris ſe imitari non poſſe,addit exemplum mulieris peccatricis,quæ per opera miſericordiæ & hoſpitalitatis ſoluta eſt à peccatis,& annumerata generationibus ſaluatoris.q.d.Et ſi non poteſtis ſequi Abraham,ſequamini meretricem.Sed per quæ opera?per opera hoſpitalitatis & occultationis & inſtructionis qua via reuerterentur:quæ omnia erant opera miſericordiæ.Vnde ſequitur[Suſcipiens nuntios] explorato res vrbis Hierico,Ioſue ſecundo[Et alia via eiiciens]ne à viris ciuitatis occiderentur.[Eiiciens] per feneſtram,eos dimittendo,Ioſue ſecundo.Quòd autem habuerit fidem antequam ſic operaretur,patet ex verbis ſuis,Noui quòd dominus tradiderit vobis terram[Sicut enim corpus ſine ſpiritu]hîc probat exemplo omnium.Sicut enim,quaſi dicat,verè ex operibus hæ perſonæ ſunt iuſtificatę[Sicut enim corpus humanũ mortuum eſt ſine ſpiritu] carens ſenſu & motu[Ita fides ſine operibus mortua eſt.]Quia à charitate operante,quæ eſt vita eius ſeparata.Hieronymus,Ille verè credit,qui exercet operibus quod credit . Hieronymus,Quid prodeſt ſi impiè agis,deum voce inuocans,quem operibus negas? ¶ Nota quòd oportet nos habere fidem veram non fictam,primæ Timot.1,Charitas eſt finis præcepti,&cætera.Certam non dubiã, ſuprà 1.cap.Poſtulet autem in fide,&cætera,Matthęi decimotertio. Modicæ fidei,&cætera . Vnam non diuiſam,Epheſ.quarto,Vnus deus,vna fides.Viuam non mortuam,Abacuch 2,Iuſtus autem ex fide viuit. Magnam non paruam,Mat.15,O mulier magna eſt fides tua.Feruidam non tepidã , Mat.14,Si habueritis

fidem sicut granum. Operosam non otiosam, vt hîc, Fides sine operibus otiosa est. Firmam non infirmam, Colloss. 2, Gaudeo videns ordinem vestrum & firmamentum fidei vestræ. Animosam non timidam, Ephe. 6, In omnibus sumentes scutum fidei. Perpetuam non transitoriam, Tobiæ 2, Filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam deus daturus est illis qui fidem non mutant.

Caput 3.

Nolite plures magistri fieri, fratres mei: scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes.

Suprà instruxit Iacobus quantum ad bonum se habendi in iis quæ spectant ad potentiam: hîc informat quantum ad modum se habendi in iis quæ spectant ad scientiam. Ad habendum autem se ordinatè in scientia, requiritur cordis ordinatio & conuersationis. Primò hæc pars diuiditur in tres. In prima informat salutatos quantum ad ordinationem cordis: In secunda ad ordinationem sermonis, Si quis in verbo non offendit: In tertia quantum ad ordinationem conuersationis, Si quis sapiens & disciplinatus. Ad informandum nos autem quantum ad ordinem cordis reuocat nos ab indigno appetitu magisterii, ostendens duo pericula huius officii. Primum est ex aggrauatione pœnæ: Secundum est ex multiplicatione offensæ, ibi, In multis enim offendimus. Vel secundum aliam diuisionem hîc hortatur à malo, quod est in extollentia sui per officium magisterii. Vbi ab ambitione magisterii primò retrahit imperitos: secundo peritos, Quis sapiens. In prima retrahit à deordinatione cordis: secundò oris, ibi, Si quis in verbo nõ offendit, &c. Dicit ergo [Nolite] glossa, Sicut monui vos ad bona opera facienda, sic moneo ad vitanda stulta magisteria. Huius autem exhortationis necessitatem ostendit Beda in glossa, Multi fuerunt temporibus apostolorum, qui descendentes de Iudæa, Antiochiam, non bene instructi in lege fidei, docebant credentes ex gentibus debere circuncidi, & alios errores inducebant: hos igitur ab officio verbi remouet ne impediãt veros prædicatores. Vnde beatus Iacobus magis prohibet insufficientiam quæ frequenter oritur ex pluralitate, quàm pluralitatem. vnde [Nolite plures magistri fieri: plures,] ideſt, diuisi, quia in eo quod vera dicũt, omnes magistri vnus magister sunt, quia officium vnius magistri cælestis peragunt. Mat. 23, Vnus est magister vester: Vel hîc dicit quòd magisterium ex necessitate est suscipiendum, non ambitiosa voluntate appetendum. Vel plures magistri dicuntur, ratione inordinatæ intentionis, quia quærunt temporalia, de animabus non curant. Vel plures sunt, qui aliud docent, aliud faciunt. Vel nolite plures magistri fieri, ideſt, idiotæ & stulti. Glossa, Nisi tantùm discreti & in scripturis docti. Vel plures magistri, ideſt, plurium ecclesiarum rectores. vnde Glosia, In pluribus ecclesiis [Fratres mei] quibus bona cupio [Scientes quoniam maius iudicium sumitis] scilicet damnationis. Glossa, Qui indoctus officium docendi vsurpat, & Christum non syncerè nuntiat, maiorem damnationem meretur quàm si solus in suo scelere periret. Contrà verò, qui bene docet, maiorem gloriam acquirit, Sapiẽtiæ 6, Iudicium iis qui præsunt fiet. Et verè periculosum est hoc, quia [In multis enim offendimus omnes] multò fortius qui aliis præsunt. Glossa, Omnes, non tantùm nos minus eruditi, sed etiam nos maiores. Glossa, se illis cõnumerat, vt liberius arguat. Aliter tamen offendit iustus, aliter iniustus, vt tangit glossa. Nam iustus venialiter, carnis fragilitate, & cito resurgit. Iniustus mortaliter, animi malignitate, nec per pœnitentiam resurgit. ¶ Sed obiicitur de hoc quod Nolite plures magistri fieri: secũdũ hoc videtur q̃ magistri veritatis non sunt multiplicandi, maximè in eadem ecclesia, vt tãgit Glossa, Responsio, Ad hoc respondet glossa, Nolite plures magistri fieri, nisi discreti & in scripturis docti. Non ergo prohibet quantitatem sed qualitatem, quam tamen nomine quantitatis significat, quia frequẽter eam consequitur.

Dissimiliter peccat iustus & iniustus.

Si quis in uerbo non offendit, hîc perfectus est uir. Potest autem freno circunducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus, ad consentiendum nobis, omne corpus illorum circunferimus: & ecce naues cùm magnæ sint, & à uentis ualidis minentur, circunferuntur à modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis uoluerit: ita & lingua modicũ quidem membrum est, & magna exaltat.

Hîc instruit eos quantum ad ordinationem sermonis. Et primò ostendit commodum cohertionis linguæ: Secundò damna laxationis, Ecce quantus ignis: Tertiò difficultas represionis, Omnis enim natura. In prima parte primò cõmoditas moderaminis linguæ proponitur: Secũdò probatur, Potest enim freno: Tertiò probatio declaratur per exempla equorum & nauium, Si autem equis frena, vbi primò ponit illa exempla, postea adaptat illa ad propositum, ita & lingua. Dicit ergo [Si quis, &c.] q.d. verè in multis offendimus [Si quis in verbo non offendit.] q.d. rarus est. Glossa, Vult ostendere ineuitabilẽ verbi offensionẽ, vt imperitos deterreat ne cupiant prælationem: quia qui cupit præesse, oportet aliis perfectiorẽ esse, ne offendat dum debet prodesse [Hîc perfectus est] Glossa, non aliis. ¶ Ex hoc videtur, q̃ nullus perfectus sit, quia Eccle. 19, Quis est qui non offendit in lingua? Respõsio, Loquitur de offensa in verbo doctrinæ, à qua potest homo cauere bene. Vel secundum glossam loquitur non de offensa in verbis omnibus, sed de offensa grauiori in verbis dolosis, aut detractoriis, aut mendacibus [Potest enim freno] hîc probat, quòd perfectus est vir, qui non offendit verbo. Ratio talis est, qui potest corpus suum circunducere ad voluntatem suam ad opus bonum, hîc perfectus est: sed qui potest moderare linguam suam, potest ad libitum corpus suum circunducere ad opus bonum: ergo, & cætera. Prima per se nota est: media ostenditur duplici similitudine. Prima à freno sumitur, quo circunducitur equus iuxta voluntatem sessoris. Secunda à gubernaculo, quo regitur nauis secundum placitum gubernantis. Dicit ergo [Potest enim] quòd qui non offendit in lingua, hîc perfectus est vir [Potest enim freno,] ideſt, moderamine, vel temperantia linguæ [Circunducere,] ideſt, ad voluntatem suam quando vult ducere [Totum corpus,] ideſt, omnia membra sui corporis, vt vult Glossa, quia lingua inter cætera minus potest refrenari. Ideo dicitur Ecclesiasti. 28, Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos: & attende ne fortè labaris in lingua tua [Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis,] ideſt, vt consentiant nobis volentibus circunducere eos [Et omne,] ideſt, totum [Corpus illorum circunferimus,] ideſt, ad voluntatem nostram circunducimus. Glossa, Subaudi multò magis in ora nostra debemus mittere. vnde sicut dicit alia Glossa, Similitudo de equis ad linguam

conuenientiã & facultatẽ refrenandæ linguæ ostendit. Postea ponit aliam similitudinem [Ecce naues cùm magnæ sint] & ideo maiori impetu feruntur, [Et à ventis valentibus,] ideſt fortibus, vel validis [Minentur] ideſt, ducantur quadam violentia, sicut qui minantur [Circunferuntur tamen à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit.] i. voluntas gubernantis: quę bene dicitur impetus, quia non semper per delibe rationem operatur, scilicet quando naues impetu ventorum agitantur [Ita & lingua modicum quidem mẽ brum est] in quantitate, sed magnum in virtute [Et magna,] ideſt, mentes hominum magnas [Exaltat,] id est, exaltari facit in magnis præmiis, si custodiatur. Vel etiam in magnis pœnis, si non custodiatur. Mat. 15, Ex verbis tuis condemnaberis. Vel magna exaltat, se iactando, & aliis adulando. ¶ Et nota, quòd sicut dicit Glossa, Magnæ naues in mari, mentes hominum in mundo: vnde Psalm. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. Venti à quibus minantur, sunt appetitus mentium. Isti autem venti in mari huius mundi sunt quatuor, à quatuor partibus flantes, & ferè totum mundum subuertentes: de quibus dicitur Danielis septimo, q̃ quatuor venti pugnabant in magno mari. Primus est tentatio præsumptionis: iste flat ab Oriente, ideſt, nimia confidentia diuinæ misericordiæ, vel nimia operum suorum præsumptione. Secundus ventus est tentatio desperationis, & iste flat ab Occidente, ideſt, à diffidentia diuinæ misericordiæ, & consideratione iniquitatis propriæ. Tertius est tentatio mundanæ prosperitatis: qui flat à Meridie. i. à prosperitatis consideratione. Quartus verò est tentatio siue timor aduersitatis & miseriæ, & iste flat ab Aquilone, ex consideratione asperitatis pœnitentiæ. Gubernaculum verò in isto mari, est cordis intentio, sicut dicit Glossa, Qui ergo habet peruersam intentionem est sicut sopitus gubernator in medio mari amisso clauo.

Quatuor venti mũdo afflant.

Et quantus ignis quàm magnam syluam incendit? Et lingua nostra ignis est uniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris uestris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna.

Suprà posuit commodum cohertionis linguæ, hîc ponit damna quæ proueniunt ex eius laxatione. Vnũ est, inquantum bonum consumit: vnde comparatur igni. Aliud inquantum mala committit, vnde dicitur vniuersitas iniquitatis. Primò ergo ponit ista duo damna in generali: Secundò in speciali, ibi, Lingua constituitur in membris nostris, &c. Dicit ergo [Ecce quantus ignis] Ita lingua modicum membrum est, & magna exaltat [Et] ecce, ideſt in euidenti est [Quantus ignis,] ideſt, quàm paruus ignis [Quàm magnam syluam incendit] quàm ideſt, valde magnam, Ecclesiasti. 11, A scintilla vna augetur ignis. Glossa, Sic lingua incontinens magnam materiam operum perire facit [Et lingua ignis est,] ideſt, inflammata sicut ignis. Dicitur autem ignis propter sui mobilitatem, siue velocitatem, quia vtrunque maximè mobile est, vel propter ardorẽ loquendi: & alios inflãmandi. Eccl. 20, Apertio oris illius inflãmãdo est [Vniuersitas iniquitatis ipsa est] quia sicut dicit Glossa, Ferè per ipsam omnia facinora aut concinnantur, vt latrocinia & stupra: aut patrãtur, vt periuria & falsa testimonia: aut defendũtur, vt cùm quilibet impius excusat malum quod commisit, simulat bonum quod non fecit. Vel dicitur vniuersitas iniquitatis, quia per linguam peccat homo cõtra deum, blasphemando, & periurando: contra proximum, detrahendo, conuiciando: contra seipsum, iactando: & sic euacuat omnia bona [Lingua constituitur] hîc ponuntur damna in speciali, vnde dicit [Lingua cõstituitur in membris nostris,] ideſt inter membra nostra [Quæ maculat totum corpus,] ideſt, totam congeriem bonorum operum, quasi quorundam membrorum. & hoc quo ad opera iam facta. Sic accipitur corpus. Lucæ vndecimo, Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit [Et inflammat rotam natiuitatis nostræ,] ideſt, cursum vitæ huius instabilem. vnde rota fortunæ dicitur: & hoc quo ad opera fienda. Glossa, Inflammatur hæc rota natiuitatis nostræ igne linguæ, cũ vitium natiuæ perturbationis ineptis & noxiis sermonibus accumulatur [Inflammata,] scilicet lingua [A gehẽna] ideſt, à suggestione diaboli, qui secundum Glossam, merito gehennæ comparatur, quia sicut gehenna semper ardet, ita diabolus vbicunq; sit, siue in aere, siue sub terra, secum fert tormenta suarum flammarum. Hîc primò inuidendo malum suggerit, deinde per linguam aperit, & postea per cætera membra ad effectum perducit, sicut dicit Glossa.

Omnis enim natura bestiarum & uolucrum & serpentium & cæterorum domantur & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest.

Hîc est alia pars in qua ostenditur difficultas represionis linguæ, & primò notatur difficultas: secundò, difficultatis causa. Inquietum enim malum est. Hæc autem difficultas ostenditur ex comparatione ad alia animalia difficile domabilia. vnde dicit [Omnis enim natura] ita hæc prædicta mala proueniunt ex lingua: & certè non est mirum, quia est difficilis ad domandum [Omnis enim natura bestiarum,] ideſt, animalium ferocium [Quadrupedum,] vt leonum & eiusmodi [Et volucrum] vt aquilarum [Et serpentium] quales sunt qui repunt in terra [Et cæterorum animalium] syluestrium [Domatur] Glossa, quotidie. Vel domatur, ideſt, domabilis & domita est. Glossa, iam antea [A natura humana,] ideſt, ab homine. ¶ Sed quomodo est hoc verum cùm multa videantur indomita? Responsio potest dici quòd loquitur pro statu primę innocentiæ. Vel, Omnis natura bestiarum, ideſt, aliqua de omni scilicet de bestiis, volucribus, serpentibus, & cætera. Nam vt dicit Glossa, narrat Plinius humanissimam aspidem in Aegypto à patrefamilias domitam, & quotidie de camera sua egressam. vt à mensa eius annonam accipere solitam, Narrat etiam Marcellinus Tygridem mansuetam factam ab India, Athanasio principi missam. Vel vt vult Glossa, hæc verba possunt intelligi metaphoricè. Quidam enim sunt bestiæ, ideſt, bestiales sensu & opere, vt prædones & homicidæ. Quidam volucres ineffabilitate. Quidam verò serpentes astutia nocendi, & isti possunt facilius conuerti quàm lingua à malo refrenari, vnde sequitur [Linguam autem nullus hominum domare potest,] ideſt, regere quin labatur aliquo modo. Glossa, Nullus est qui aliquando in lingua non delinquat. Sed contrà: Psalmist. Dixi custodiam vias meas vt non delinquam in lingua mea. Responsio, Potest seruari à delicto graui, sicut doli, detractionis, iactantiæ, sed non à leui semper: imò, omnes offendunt vel superfluè, vel otiosè loquendo. Glossa, Nullus doctorum potest domare linguam verbosorum subditorum: Est enim.

Inquietum malum, plena ueneno mortifero. In ipsa benedicimus deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem & similitudinẽ dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Nõ oportet fratres mei hæc ita fieri. Nũquid fons de eodẽ foramine emanat dulcẽ, & amarã aquam? Nunquid potest fratres mei, ficus uuas fa-

cere:aut uitis,ficus? sic neque salsa,dulcem potest facere aquam.

Hîc ostenditur causa difficultatis repressionis linguæ:& ponitur duplex.Prima sumpta est ab inquietudine:Secunda ab infectione,ibi,Plena veneno.Tertiò hoc probat,ibi,In ipsa benedicimus deũ.vbi primò probat:secundò improbat,Non oportet:tertiò exemplis confirmat,Nunquid fons.Primò,exemplo fontis:secundò,exemplo arboris,Nunquid potest fratres,&c.tertiò,exemplo aquæ,Sic neque,&c.quasi dicat,ita nõ potest domari vel reprimi,quia[Inquietum malum est]quia est membrum labile & lubricum, quia consistit in humido,vnde non ita cito fatigatur sicut aliud membrum.Inquietũ dicitur,quia cito transit de malo ad malũ,vt à cõuitiis ad scurrilia,ab illis ad detractiones:vel quia cito transit de vno in alĩ,& multos facit malos,vel eos offendendo,vel exemplo corrumpendo[Plena veneno mortifero]Glossa,More veneni serpit de vno in alium transeundo.Et dicit mortifero,ferente mortem,non corporis tantùm,sed animæ:vt patet in detractore,qui vno ictu tres interficit,scilicet se loquentem,& libenter audientem,& eum de quo loquitur impatienter sustinentem.Et verè plena veneno,quia ex ipsa procedit benedictio & maledictio, vnde [In ipsa benedicimus deum patrem,]ideſt,totam trinitatem:quæ deus est,per potentiam creationis: pater per gratiam adoptionis. Vel deum.i.filium cui appropriatur sapientia.Deus enim dicitur à theaon quod est videns[Et patrem,]cui appropriatur potentia.Benedicimus inquam,gratias agendo & laudãdo[Et in ipsa maledicimus]apertè conuitiando,vel occultè detrahẽdo hominẽs,qui ad similitudinem dei facti sunt. Glossa,Rationales vt ipse est,vel sicut ipse principaliter præest omnibus,ita & homines cæteris creaturis, vnde similitudo ibi accipitur largè,pro omni cõformitate ad deum siue naturali,siue gratuita.Gene.1, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.Dicitur autem factus ad similitudinẽ & ex parte animæ secundum tres potentias imaginis,& ex parte corporis secundum erectionem eius ad cælestia,& ex parte coniuncti secundum representationem totius exemplaris quo ad corporalia & spiritualia[Ex ipso ore]primò ex ore cordis,postmodum ex ore corporis procedit maledictio in hominẽ:& benedictio in deũ qui est creator hominis:quæ sunt res valde contrariæ.Et dicit[Procedit]ad exemplum aliorum,quia vt dicit Glossa,alii videntes quod agimus exemplo nostro inducuntur,vt similiter faciant[Non oportet fratres mei hæc ita fieri]Glossa,nõ est vtile,scilicet benedictionem & maledictionem procedere ex eodem ore, & hoc patet per exemplum[Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam,]quasi dicat,non.Similiter nec aliquis debet dissoluere linguam in amaritudinem maledictionis,& dulcedinẽ benedictionis.Sicut enim tangit Glossa,Si misces simul dulcẽ & amarã aquã,commixtione amaræ, dulcis in amaram conuertitur,non amara in dulcem.Si quæratur,quæ est ratio,quare potius dulcis in amaram quã amara in dulcem vertatur.Responsio,Dulce medium est in saporibus:quod patet ex hoc,q̃ sensus in mediis delectantur,amarum verò est extremũ:quod patet ex hoc,quòd sensus tristatur in extremis:facilè verò disceditur à medio,sed non facilè acceditur.Idem probat exemplo arboris[Nunquid potest fratres mei ficus vuas facere,aut vitis ficus?]q.d.non.nam vt dicit Glossa,sicut arbor amisso naturali fructu,fructum alterius arboris ferre nõ potest:sic maledictus,& si bene loqui videatur,fructum benedictionis non habet[Sic] ideſt,sicut fons & arbor[Neque salsa]aqua scilicet[Dulcem potest facere aquam]immediatè scilicet.Potest tamen de aqua salsa fieri dulcis per transcolationem factam in vase terreo misso in mare,vt docet Philosophus.Sic etiam de mari exeunt flumina dulcia per transcolationem terræ. ¶ Nota linguam malã multiplicem,scilicet tertiam detractorum.Eccles.28, Lingua tertia multos cõmouet,& dispersit illos de gente in gentem.Falsam adulatorum,Ecclesiast.20,Qui edunt panem illius,falsæ linguæ sunt. Magniloquam superborum,Psal.Disperdat dominus vniuersa labia dolosa.Vipeream hæreticorũ,Iob 20,Occidet eum lingua viperæ.Blasphemam maledictorũ,Iob 10,Imitaris linguam blasphemantem,& cõdemnabit te os tuũ. Dolosam hypocritarum,Psalm.119,Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi,&c.Coinquinatã luxuriosorum,Eccles.51,Liberasti me à lingua coinquinata.Iniquam aduocatorum.Prouer.17,Malus obedit linguæ iniquæ,& fallax obtemperat labiis mendacibus.

Cur commixtione amari cum dulci fit amarũ & non dulce.

Quis sapiens & disciplinatus inter uos? Ostendat ex bona conuersatione operationẽ suã in mãsuetudine sapientiæ Quòd si zelũ amarũ habetis,& cõtentiones sunt in cordibus uestris:nolite gloriari,& mẽdaces esse aduersus ueritatẽ.

Suprà instruxit Iacobus salutatos,quantum ad ordinationem cordis & sermonis,hîc instruit eos quantum ad ordinationem conuersationis:vbi primò monet eos facto potius q̃ verbo ostendere sapientiã suã. Secundò,ostendit q̃ aliter non veram,sed falsam habent sapientiam,Quòd si zelum amarum.Tertiò, describit sapientiam falsam,Non est enim ista sapientia.Quartò,ecõtra describit sapientiam veram,Quæ autem desursum est,& primò,à merito præsenti:secundò à præmio futuro,Fructus autem iustitiæ.Dicit ergo [Quis sapiens]Glossa,Non debetis cito effici doctores,quia quis est ex vobis sapiens?Glossa, cognitione [Est enim sapientia rerum humanarum atque diuinarum cognitio,vt dicit Augustinus [Et disciplinatus] exercitio vitæ,vt dicit Glossa.Nam vt ait Augustinus,Disciplina est ordinata morum correctio.Hoc petit *Psalm. 118* Psalmista,Bonitatẽ & sapiẽtiam & disciplinam doce me.Quis,quasi dicat,rarus[Ostendat ex bona conuersatione suã]scilicet exteriori.Glossa,Prius discat bene operari,quàm alios instruere,vt bene cõuersando inter vos,exemplum aliorum possit esse,Actuum 1,Cœpit Iesus facere & docere. Bernardus, Efficacior est vox operis quàm sermonis:nec sufficit doctori facere,sed etiam ostendere.Mat.5,Sic luceat lux vestra, &c. primæ Petri 2,Conuersationem vestrã inter gentes habentes bonam.& hoc[In mãsuetudine sapientiæ,]id est sine indignatione iræ,ne propter suam sapientiam & bonam operationẽ despiciat alios,vt dicit Glossa. Debet enim sic ostendere exempla perfectionis,ne propter hoc indignetur contra imperfectos,& despiciat eos[Sapientiæ,]ideſt sapienti,vel discreto:vel quam sapientia facit[Quòd si zelum amarum]indignationis,respectu aliorum,de malis indignatio dicitur zelus,quantum ad animi commotionem:amarus, quo ad annexam perturbationis anxitatem[Et contentiones]dissensiones de bonis.Et dicit contentiones pluraliter,quia frequenter difficile est contendere:sed contentionibus deseruire,& eas frequentare,hoc turpe, 1.Corinthiorum 11,Si quis videtur inter vos contentiosus esse[Sunt in cordibus vestris:]quanuis non prorumpant in verba,vt dicit Glossa[Nolite gloriari de sapientia] superbiendo, aut ex huiusmodi sapientia gloriam

gloriam æternam sperando.[Et mendaces esse,]disciplinam quam non habetis simulando:quia vt ait Gregorius,Vera iustitia compassionem habet,falsa indignationem.[Aduersus veritatem,]id est Christum,qui est veritas.Glossa,Nolite mentiri deo,cui in baptismo promisistis pompis diaboli abrenuntiare: quod non facitis cùm de bonis operibus superbitis. Aliter exponitur in Glossa, quo ad principium, sic, Quòd si zelum habetis,quo ad deum,vt faciatis bona opera & ei placeatis: Amarum,quo ad proximum,verbis indignantibus ipsum exasperando & despiciendo: & contentiones, id est feruores contendendi, sunt in cordibus vestris,& si in verba non prorumpitis.Nolite gloriari,vt prius. ¶ Nota quòd quadruplex est zelus, primò ignarus.Rom.10,Secundum aliam literam,legem habẽt: sed non secundum scientiam.Item amarus,Iacobi 3,Quòd si zelum amarum,&c.& 1.ad Corinth.3,Malignus.Sap.1,Nolite zelare mortẽ in errorem vitæ vestræ.Item bonus.Psalm.Zelus domus tuæ comedit me. *Quadruplex zelus.*

Non est enim ista sapientia desursum descendens à patre luminum: sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum.

Hîc describit sapientiã falsam,cui meritò in tali non est gloriãdum.]Nõ est enim ista sapientia,]quæ,scilicet cum indignatione ad alios & contentione.Glossa,Inflata & indignans.[Desursum descendens,]id est non à deo,à quo est omne bonum:suprà 1,Omne datum optimum.sed potius deorsum ascendens.Contrà Ecclesiast.1,Omnis sapientia à domino deo est.Responsio,Sapientia est à deo, sed malus vsus nõ est à deo: sicut Rom.7,Prudentia carnis,mors est.Vel potest dici,quòd ipsa sapientia de qua loquitur hîc, non est sapientia secundum existentiam,sed secundum apparẽtiam. Nam de vera sapientia dicitur, quòd non habet amaritudinem conuersatio illius,nec tedium conuictus illius:sed gaudium & lætitiam.[Sed terrena,] id est terrenæ gloriæ cupida.[Animalis,] quærens voluptuosa & carnalia, in quibus delectatur sensus, more animalium:non spiritualia,in quibus gaudet spiritus. [Et diabolica,] quærens dignitates suas, suggerit diabolus.Vel terrena,propter concupiscentiã oculorum. Animalis,propter concupiscentiam carnis. Diabolica, propter superbiã vitæ.1.Io.1,Omne quod est in mũdo,&c.Vel terrena,propter diuitias.Animalis,propter delicias:diabolica,propter honores.Et verè,non est à deo.[Vbi enim est zelus,]id est indignatio animi,[Et contentio].i.dissensio in verbis,quæ frequenter sequitur ex indignatione, [Ibi inconstantia].i.instabilitas in bono. Nec mirum,quia non habet firmum humilitatis fundamentum: & omne opus exterius & interius prauum in malo,quia ex mala arbore non potest procedere nisi malus fructus, Matth.7.Vel sic,Vbi est zelus.i.inuidia & contentio in verbis,est inconstantia.i.progressus in peccatis: quia talis non stat in vno malo,sed à malo cordis procedit ad malum oris,& ab illo ad peccatum operis. *Vsus malus sapiẽtiæ nõ est à deo.*

Quæ autem desursum est sapientia, primũ quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

Hîc distinguit veram sapientiam à merito:& primò à merito quod consistit in comparatione boni:secundò ab eo quod consistit in declinatione mali,Non iudicans.A merito in operatione boni dupliciter:primò ab eo quod facit homo per se:secundò ab eo quod facit homo excitatus aliunde,Suadibilis. Bonum quod facit homo per se,vel pertinet ad ordinationem concupiscibilis,sic dicitur pudica:vel irascibilis,sic pacifica: vel rationalis,sic modesta.Bonum autem quod facit homo aliunde excitatus,vel facit excitatus alterius verbo, Suadibilis: vel alterius exemplo,Bonis consentiens: vel alterius incommodo, Plena misericordia. Non iudicans. Hîc tangitur meritum sapientiæ in mali declinatione: primò ne fallatur,Non iudicans. Secundò ne fallat,Sine simulatione.Dicit ergo, [Quæ autem desursum est sapientia,] id est,à deo.Ecclesiast.1, Fons sapientiæ,verbum dei in excelsis.[Primùm quidem pudica est,] id est, casta in se. Hic est primus color in pictura sapientiæ, qua reformat imaginem dei in anima per peccatum deformata, scilicet candor pudicitiæ.Glossa,Nisi primò pudicitia fedeat in mente,nulla perfectio sequitur in opere.Deinde[Pacifica]ad proximum. Glossa, Per elationem se à deo vel à proximorum societate non distinguit.Pacifica,hominem pacificans cum deo, hominem cum homine, & in eodem homine spiritum cum carne, vt carnem sibi subiiciat.[Modesta]in operibus suis modum tenens. Modus est,stare in medio, nec modum excedens, nec infrà subsistens,nec parum,nec nimis. Versus, Est modus in rebus,sunt certi denique fines, Quos vltrà citrâque nequit cõsistere rectum. [Suadibilis,] ab aliis in corrigẽdis defectibus suis. Glossa,Si in aliquo minus agit propter negligentiã vel ignorantiam,suasioni bonorum assensum præbet:cui ergo suaderi nõ potest,vt in aliquo se errasse recognoscat,sapientia caret. [Bonis consentiens,] amãdo & promouendo aliorum bona, & etiam imitando.Glossa,Quæ bonis placent,sibi nõ displicẽt.[Plena misericordia,]reuelando aliorum mala pœnæ.[Et fructibus bonis,id est bonis operibus.Misericordia,quantum ad effectum per compassionem:fructus boni, quantum ad effectum per bonam operationem.Vnde Glossa, Fructibus bonis, id est misericordiæ operibus, ieiuniis, eleemosynis, vigiliis, orationibus. [Non iudicans,] quo ad intentionem aliorum, iudicio, scilicet suspitionis, vel condemnationis. Matthæi 6,Nolite iudicare, & non iudicabimini.[Sine simulatione,] quo ad intentionem propriam. Glossa, Non postulat videri doctior, vel sanctior quàm est, ne lateat proximum ad commendationem sui quod contentiosa sapientia facit. Scit enim quòd simulatores & callidi prouocant iram dei,Iob 36.& quòd, vt ait Augustinus, simulata æquitas non est æqualitas, sed duplex iniquitas. Possunt autem hæ octo conditiones sapientiæ reduci ad octo beatitudines,Matthæi quinto. Ipsa quidem sapientia, pudica est, per munditiam cordis: pacifica, per pacificationem:Modesta,per paupertatem:suadibilis,per mititatem:bonis consentiens,per esuriem iustitiæ: plena misericordia, per misericordiæ amorem: non iudicans, sed compatiens, per luctum:sine simulatione,per tolerantiam persecutionum. [Fructus autem iustitiæ.] Hîc eam describit à præmio: quasi sic dicat Glossa, Non solùm propter prædicta debetis huiusmodi sapientiam appetere, sed ideo, quia fructus, id est merces iustitiæ,quæ pro iustis operibus redditur. Et dicit, iustitiæ, quia ipsa est vera sapientia. Iob vigesimooctauo, Ecce timor domini ipse est sapientia. [In pace,] id est, in spe pacis æternæ, [Seminatur,]ad habendum præparatur:seminatur,inquam,[Facientibus] ad vtilitatem faciẽtium[Pacem.]Glossa, *Hor. Sat. 1* *Octo cõditiones sapientiæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opera pacis. Esaiæ 32, Erit opus iustitiæ pax. 1. Corinth. 9, Quæ seminauerit homo, hæc & metet.

Cap. 4.

Homo per diuitias dupliciter deordinatur.

VNde bella & lites in uobis? Nonne ex concupiscentiis uestris quæ militant in membris uestris? Suprà informauit Iacobus quantum ad modum se habendi in iis quæ pertinent ad potentiam & scientiam, hîc informat quantum ad modum se habendi in iis quæ pertinent ad diuitias, vt sic reuocet à cupiditate. Et quia contra diuitias homo deordinatur dupliciter. Primò per concupiscentiam in appetendo, per auaritiam in retinendo: ideo primò instruit contra concupiscentiam acquirendi. Secundò contra auaritiam retinendi, 5. cap. Agite nunc diuites. Vel sic, Suprà 2. cap. Dehortatus est à malo, quod est in contemptum proximi, suprà tertio. A malo quod est in extollentia sui per appetitum magisterii, hîc dehortatur eos à malo quod est in concupiscentia mundi, & hoc tribus modis. Primò ostendendo mala mundanæ concupiscentiæ. Secundò exhortando ad statum pœnitentiæ, Subditi estote deo. Tertiò declarando incertitudinem humanæ vitæ, Ecce qui non dicitis. In prima parte mala quæ sequuntur mundi concupiscentiam ostendit: & primò, mala respectu proximi. Secundò mala respectu dei, Adulteri nescitis. Malorum respectu proximi primò causam inquirit. Secundò mala multa exponit, Concupiscitis &c. Tertiò dānum consequens ostendit: Petitis & non accipitis. Dicit ergo, [Vnde bella.] Glossa. q. d. hoc ex sapientia habetur, pax hîc & in futuro: sed econtra in vobis, vnde bella, id est, impugnationes in factis, [Et lites,] id est, impugnationes in verbis, [In vobis,] id est, inter vos. [Nonne ex concupiscentiis vestris] interioribus Glossa, quod mens praua suggerit, manus & lingua intemperanter obedit, cùm tamen scriptum sit Eccles. 18, Post concupiscentias tuas, non eas. Et concupiscentias dicit pluraliter, quia plures sunt. Quia ergo malè concupiscitis diuitias, ideo lites, & bella sunt in vobis. [Quæ,] inquam, concupiscentiæ, [Militant,] id est pugnant & dominantur: sicut ille qui militat, dominatur equo suo. [In membris vestris] quia concupiscentia dominatur membris, & eius imperio membra mouentur ad diuitias adipiscendas, & concupiscentias exequendas: & hoc in factis exterioribus.

Concupiscitis, & non habetis: occiditis & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis & belligeratis, & non habetis, propter quod non postulatis: petitis & non accipitis, eo quòd malè petatis, ut in concupiscentiis uestris insumatis.

Posita radice mala determinat ramos eius. Primus est rei alienæ desiderium, Concupiscitis. Secundò, personæ possidentis odium, Occiditis. Tertiò, vtriusque effectum, Litigatis. Dicit ergo, [Concupiscitis] .i. ex concupiscentia desideratis, [Et non habetis,] scilicet quod concupiscitis: imo diuitiæ quandoque fugiunt appetentes eas, sicut vmbra fugit sequentem eam, Ecclesia. 11, Si secutus fueris: non apprehendes. [Occiditis.] ecce odium exterius: & hoc, vt dicit glossa, vt habeatis. Et si non audetis occidere, [Zelatis] .i. inuidetis, ecce odium interius. nam inuidia est odiū fœlicitatis alienæ. Glossa, Qui cupit præferri vel temporalibus abundare, odit, id est, inuidet, occidit. Ex hoc enim quòd aliquis appetit propriam excellentiam, videns in alio bonum, per quod existimat suam excellentiā impediri, vel diminui, inuidet ei: & cùm non potest illud destruere, persequitur personam. [Et non potestis adipisci] illa pro quibus occiditis, zelatis, & [Et litigatis] coram iudice, volendo obtinere per calūniam pallio iustitiæ [Et belligeratis] volendo obtinere per violentiam iuriæ manifestæ, [Et non habetis] propter hoc scilicet, [Quod non postulatis] à deo dignè. Glossa, Si eum pia intentione postularetis, & temporalia necessaria ad vsum non solùm daret, sed & sempiterna. Et quia possent dicere, imo quotidie petimus. Respondet, [Petitis] aliquando, Et tamen [Non accipitis] quod petitis, [Eo quòd malè petatis,] petentes omnino transitoria, & non spiritualia. Contra quod Matth. 6, Primū quærite regnum dei. Vel sic, Eo quòd malè petatis, id est, ex malo amore, scilicet ex amore quo temporalia deo præponitis. Vnde glossa, Magis illa quàm deum amatis, [Vt in concupiscentiis vestris insumatis,] id est consumatis vosipsos scilicet: tanto enim desiderio petitis, vt ipso desiderio consummamini. vnde alia litera, vt insumamini, vel insumatis ea, scilicet quæ petitis in concupiscentiis vestris, saturandis scilicet, & explendis. Quasi dicat, malè petitis, quia petitis superflua, non necessaria: nociua, non vtilia. Vel vt in concupiscentiis vestris insumatis, id est, non sumatis propter hoc quòd malè cupitis. ¶ Sed quæritur de hoc quod dicit, Petitis & non accipitis, contra Matth. 7, Petite & accipietis. Respondeo: Verum est hoc, si assunt conditiones quæ faciunt orationem efficacem, scilicet per se, piè, & perseueranter, & ad salutem.

Quid inuidia.

Cōditiones efficacis orationu.

Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi, inimica est deo. Quicunque ergo uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. An putatis quia inaniter scriptura dicat, ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in uobis? maiorem autem dat gratiam. propter quod dicit, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Hîc ponit mala mundanæ concupiscentiæ respectu dei. Primò quia facit inimicum dei. Secundò quia est contra scripturam, & contra spiritum dei, An putatis. Tertiò quia impedit gratiam dei: propter quod dicit, Deus superbis resistit. Dicit ergo, [Adulteri,] qui relicta gratia dei tanquā sponsa, fornicamini cum mundi concupiscentia. Est enim gratia dei, sponsa multorum, secundum illud Sap. 8, Proposui illā spōsam mihi assumere. Vel, Adulteri, si non quærentes fructum prolis spiritualis, sed voluptatē in diuitiis & delitiis relicto spōso, i. Christo, [Nescitis. i. hoc ignorare nō debetis. [Quia amicitia hui⁹ mūdi,] qua. s. amatur hic mūdus. mūdus verò hîc videtur intelligi, vanitas mūdi, non substātia mundi: sicut 1. Ioan. 2, Nolite diligere mundū. [Inimica est deo,] quia est contraria charitati. Augustinus. Venenū charitatis est, spes adipiscendi vel retinendi tēporalia. [Ergo,] quia ita est, [Quicunque,] nullo excepto, [Voluerit amicus esse] actiuè. i. amator, [Huius seculi.] Seculum hîc sonat in vitiū, non in naturā, secūdum illud Luc. 12, Filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Vel amicus huius seculi, diligendo supra deum ea quæ sunt huius seculi. [Inimicus dei constituitur] .i. firmiter. s. æternaliter statuitur, eo. s. ipso, quòd temporalia præponit deo. In hoc autem quod dicit, Voluerit, notatur libertas arbitrii. In hoc etiam notatur, quòd non solùm qui est amicus, sed etiam qui vult esse amicus huius seculi, quanuis non possit esse, est inimicus dei. [An putatis.] quasi dicat, Putare non debetis quòd [Inaniter,] id est, falsò & sine ratione, quod esse non potest, cùm sit scriptura veritatis. [Scriptura] sacra, quæ, scilicet, antonomaticè scriptura dicitur. [Dicat,] id est, loquatur de hac materia, suadendo separationem ab amore mundi. Deuteronomi 4, Non inibis fœdus cum

eis. scilicet cum alienis, eius amatoribus mundi. Et Rom. 12, Nolite conformari huic seculo. Vel potest construi cum sequentibus, An putatis quòd inaniter scriptura dicat, hanc, scilicet sententiam quæ sequitur, [Ad inuidiam, & cætera.] Quasi dicat, Verè inimicus est, nam spiritus diuinus non facit concupiscentiā, sed dat gratiā spiritus vitæ: mundanus econtrario. tamen verbum istud multipliciter exponitur. Vno modo, de spiritu sancto: Alio modo, de spiritu humano. De spiritu sancto potest legi primo modo interrogatiuè, sic, Spiritus sanctus qui habitat in vobis per gratiam baptismi, [Concupiscit] ne ad inuidiam, id est, vt inuideatis aliis super eorum temporali fœlicitate. Quasi dicat, Non. [Autem,] pro sed. [Maiorem dat gratiam,] id est, maiora dona gratuita, quàm sint eiusmodi temporalia, ex quibus nascitur inuidia. Secundo modo remissiuè legitur: & hoc dupliciter: primo modo, de inuidia mala, sic, Spiritus cōcupiscit. i. desiderat, quia desiderare facit ad inuidiam. i. cōtra inuidiam. s. vt tollatur inuidia, nec solū hoc facit, Autē, sed vt ipsa tollatur. Maiorem dat gratiam. i. augmentum gratiæ. Secundo modo de inuidia mala, sic, Spiritus. s. cōcupiscit, id est concupiscere facit ad inuidiam, scilicet mundi, hoc est, vt mundo inuideatis, & ipsum odio habeatis. Aliàs, intelligatur & exponatur de spiritu humano, sic, Spiritus, hominis scilicet, id est affectus hominis corruptus concupiscit res aliorum ad inuidiā, id est propter inuidiam, quæ inuidet bonis aliorum, reputans se illis inferiorem. Iob 5, Paruulum occidit inuidia. Autem, pro sed, maiorem gratiam, id est augmentum gratiæ contra huiusmodi concupiscentiam dat, scilicet deus, cuius solius est dare gratiam. nec additur suppositum, quia intelligitur in actu verbi, cùm sit exceptę actionis, vt fulgurat, tonat, & huiusmodi. Prima lectura magis cōuenit literæ: propter quod Glossa, vt sciatur quibus dat gratiam, & quibus non. [Dicit scriptura] vel spiritus in ea, Prouerbio. 3. Secundum aliam literam, vbi nos habemus, Illusores ipse deludet & mansuetis dabit gratiam. Vel potest dici quòd sumitur de illo loco, Prouerb. 15, Superbum sequetur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. [Deus superbis resistit.] Glossa, Deus superbis specialiter dicitur resistere, quia maiori pœna plectuntur qui deo subdi pœnitendo negligunt, & ita non facit inuidere, quia ex inuidia nascitur superbia. [Humilibus autem,] id est, vacuis, [Dat gratiam,] scilicet maiorem, vt patet in beata virgine Maria, Lucæ 1. Quia reputant se vacuos, ideo magis habent de capacitate. Vas enim secundum quod magis habet de vacuitate, magis habet de capacitate. Psalmista, Inter medium montium pertranfibunt aquæ.

Ex accessu ad deū quatuor sequūtur bona.

Subditi ergo estote deo: resistite autem diabolo, & fugiet à uobis: appropinquate deo, & appropinquabit uobis: emundate manus peccatorū & purificate corda duplices animo: miseri estote & lugete. Risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. humiliamini in conspectu domini, & exaltabit uos.

Hîc dehortatur à concupiscentia mundi exhortando ad statum pœnitentiæ. Primò docens qualiter se habeant ad deum: Secundò qualiter ad proximum, Nolite detrahere, &c. Concupiscentia quippe mundi generat in eis contemptum dei, & odium proximi. Qualiter autem se habeāt ad deum, ostendit in quinque conditionibus. Primò, in subiectione. Secundò in imitatione, Appropinquate. Tertiò, in purificatione, Emundate. Quartò, in contritione, Miseri estote. Quintò in humiliatione, Humiliamini. Dicit ergo, [Subditi. Glossa, quia humilibus dat gratiam. Subditi [Estote deo] per obedientiæ subiectionem. Glossa, Voluntatem dei explete. 2. Machab. 9, Iustum est subditum esse deo. Et quia nullus potest esse subditus deo, nisi resistat inimico suo, scilicet diabolo, ideo sequitur, [Resistite diabolo.] Glossa, Mala suggerenti. Resistite declinando tentationes prosperitatum, & sustinendo tentationes aduersitatum. [Et fugiet à vobis,] sic victus, & confusus. non potest vincere nisi volentem. vnde eo ipso quod resistitis, victus erit & confusus, & ita fugiet. 1. Petr. 5, Cui resistite fortes in fide. [Appropinquate deo,] per morum imitationem. Glossa, Per bona opera. Augustinus, Deus vbique est, cui non loeis, sed moribus appropinquamus. [Et appropinquabit vobis] per gratiæ infusionem, & gloriæ præparationem. Matth. 4, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. ¶ Nota quòd quantuncunque aliquis esset elongatus ab vrbe Parisiis, si Parisios appropinquaret, & cætera. secundum quòd ipse appropinquat Parisios, cito esset Parisiis. Ita quantùncunque pec cator sit elongatus à deo, citò erit ad deum: quia secundum quòd ipse appropinquat ad deum, deus appropinquat ad eum: Habes exemplum de filio prodigo, Lucæ 16. ¶ Et nota quòd quatuor bona consequitur homo ex hac appropinquatione. Primum est mentis illuminatio, respectu cognoscendorum. Lucæ 18, dicitur de cæco, Cùm appropinquasset, interrogauit eum Iesus, Quid vis, &c. Et sequitur quòd illuminauit eum ex appropinquatione. Secundum est instructio respectu operandorum. Deutero. 33, Qui appropinquat pedibus eius, accipiet de doctrina illius. Tertium est recuperatio diuinæ gratiæ. Iacob. 4, Appropinquate deo, & cætera. Quartum est delectatio internæ lætitiæ. Psal. 148, Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel appropinquanti sibi. ¶ Sed obiicitur contra hoc, quod dicitur, Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Contrà Iob 40, Non est potestas super terram, &c. Respōsio, Sine adiutorio dei non possumus sufficiēter, cum adiutorio possumus illud: tamen adiutorium est nobis prōptum & paratum: & nisi illud habeamus, nobis est imputādum. Nota exēplum de illo qui est in tenebris, & potest aperire fenestrā, & illuminari, & bene debet ei imputari quòd est in tenebris. Vt autem appropinquare possitis, quia longè salus à peccatoribus, & filius luxuriosus abiit in regionem longinquam, Lucæ 15. [Emundate,] id est extrà mundate, [Manus,] id est opera. q. d. purgate vos à malis operibus: de quibus Esaiæ 1, Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Vel emūdate manus, id est innocentiam habete, id est, cessate à malis operibus. Iob 22, Saluabitur innocens. Saluabitur autem in munditia manuum suarum. [O peccatores] qui hactenus fuistis peccatores. Et potest hoc referri ad peccata carnalia. [Purificate corda.] quasi dicat, non tantùm manus à malis operibus, sed etiam corda à prauis cogitationibus: vt sitis mundi corde. Matthei 5, Beati mundo corde, &c. Perfecta enim purgatio ab interiori incipit, id est, à purgatione interiorum humorum. Isti enim medici quando volunt curare ab vna magna infirmitate, primò purgant interiores humores. Et potest etiam hoc referri ad peccata spiritualia. ¶ Sed quid est quod dicit, Purificate corda vestra. Dicitur enim Actuum 15, Fide purificans corda eorum: ergo homo non purificat, sed fides. Respondeo, Deus purificat, efficiendo: Fides, informando: Homo peccatum detestando, & ita se ad hoc disponendo. [Duplices animo.] Secundum Glossam, Duplices vocat eos, qui simul temporalia & æterna, deum & mundum diligunt. Ecclesiast. 2, Væ duplici corde, &c.

Dæmonem vincimus adiuti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt autem emundari & purificari posſitis,[Miſeri eſtote,]id eſt,miſeriam veſtram recogitate,& recognoſcite,in quam,ſcilicet per peccatum incidiſtis.Vel miſeri eſtote,miſeria interioris doloris,& lugete ſigno exterioris doloris.Pſalm.6, Lauabo per ſingulas noctes &c.Vel miſeri eſtote , pro commiſsis , lugete pro omiſſis.Vel,miſeri eſtote,pro gloria quã amiſiſtis. Lugete pro pœna cuius debitores facti eſtis.[Riſus veſter,]id eſt,gaudium exterius,[In luctum conuertatur,]doloris, ſcilicet, exterioris. niſi enim conuertatur in luctum momentaneum in præſenti, conuertetur in luctum æternum in futuro.Prouerb.14,Riſus dolori miſcetur, & extrema gaudii luctus occupat.[Et gaudiũ]interius quo gaudebatis in peccatis,[In mœrorem]ſcilicet doloris interioris . ſi enim gaudium momentaneum in præſenti vertitur in mœrorem momentaneum , huius mœror momentaneus poſtea, in futuro,ſcilicet vertetur in gaudium æternum.Ioan.16,Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.Vt autem hęc commutatio valeat fieri.[Humiliamini]humiliatio enim veniam impetrat. 3.Regum 21,Nõne vidiſti Achab humiliatum coram me,idcirco non inducam malum.[In conſpectu dei,] id eſt,humilitate vera non ficta:interiori , non tantùm exteriori.Eſt enim qui nequiter ſe humiliat. Eccleſi. 16.Et nota quòd dicit humiliamini, & non alius humiliet vos , vt ſit humiliatio voluntaria non neceſſaria.

Vita ꝑſens & futura, vt ſtateræ duæ.

Nec dicit,Humiliamini caput,vel veſtem,vel habitum,ſed ſimpliciter cor,ſcilicet veſtrum , quia tales exaltat dominus.vnde ſequitur,[Exaltabit vos,]merito, ſcilicet, humilitatis.Simile,1.Petri 5,Humiliamini ſub potenti manu dei , vt vos exaltet .Vita enim præſens & futura ſunt quaſi quædam ſtatera, in qua ſunt duæ partes:& ſecundum quòd vna magis deprimitur, alia magis leuatur:Ita ſecundum quòd homo magis ſe deprimit & abiicit in præſenti,magis eleuabitur in futuro.Vnde,Qui ſe humiliat,exaltabitur,Lucæ 18. ¶Miſeri eſtote & lugete.Hîc notatur quòd propter quatuor eſt lugendum.Primò propter incolatum præſentis miſeriæ:quod notatur ibi,Miſeri eſtote.Secundò,propter tranſgreſsionem culpæ,quod notatur ibi, Lugete.Tertiò, propter imminentem dãnationem pœnæ, quod notatur ibi, Riſus veſter conuertatur in luctum Quartò,propter gratiam reconciliationis obtinendam:quod notatur ibi,Et gaudium in mœrorem.Hîc autem quadruplex fletus ſignificatus fuit per quadruplicem fletum domini.Quorum primus fuit in infantia, ad modum aliorum infantium.Secundus ſuper Lazarum,Ioan.11,Et lachrymatus eſt.Tertius ſuper ciuitatem.Lucæ 19,Videns,&c.Quartus,in cruce propter noſtram reconciliationem.Hebræ.5,Cum clamore valido & lachrymis,&c. ¶Et nota quòd multiplex eſt miſeria. Prima eſt culpæ originalis.Iob 3,Quare miſero data eſt lux,& vita iis qui in amaritudine animæ ſunt? Secunda peccati actualis,Prouerb.14,Miſeros facit populos peccatum.Tertia innatæ fragilitatis.Iob 14, Homo natus de muliere, &c. Quarta mundanæ paupertatis.Iob 30, Qui manducabant arborum cortices ſqualentes calamitate & miſeria. Quinta humanæ perſecutionis.2.Macha.14, Miſerias Iudæorum proſperitates rerum ſuarum arbitrabantur. Sexta diabolicæ tentationis,Iob.20,Aperta ianua irruerunt ſuper me,& ad meas miſerias deuoluti ſunt.Septima æternæ calamitatis,Sophoniæ 1,Dies illa dies iræ,calamitatis,& miſeriæ.Octaua pœnitẽtiæ ſalutaris, vt hîc. & Pſal.11,Propter miſeriam inopum & gemitum,&c.

Lugẽdum quatuor de cauſis.

Multiplex miſeria.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei:qui detrahit fratri,aut qui iudicat fratrem ſuum,detrahit legi,& iudicat legem.Si autem iudicas legem,non es factor legis,ſed iudex:unus eſt enim legiſlator & iudex qui poteſt perdere & liberare:tu autem quis es qui iudicas proximum tuum.

Hîc docet qualiter ſe habeat ad proximum,vt ſcilicet alter alteri non detrahat,à quo retrahit triplici ratione. Prima eſt,quia per hoc fit iniuria legi ſiue iuri. Secunda, per hoc fit iniuria iudici, ſcilicet legiſlatori, Si autem iudicas.Tertia,quia per hoc fit iniuria proximo qui iudicatur,Tu autem quis es, &c. Dicit ergo, [Nolite.]Gloſſa,Non ſolùm erga deum vos habeatis,ſed etiam erga fratres boni ſitis: & ideo, [Nolite detrahere alterutrum fratres,]id eſt,vnus alteri malum imponendo,vel augmentando,vel bonum annihilando vel diminuendo,Sapient.1, A detractione parcite linguæ.Prouerb.4,Remoue à te os prauum & detrahentia labia ſint procul à te.Eſt autem detrahere , aliquid de bono minuendo trahere. Et nota quòd dicit, Nolite , vt ſic prohibeat voluntatem . Multi enim non detrahunt , qui libenter detraherent ſi auderent,ſed non audent propter bonos,Prouerb.24,Abominatio hominum detractor. [Qui enim detrahit fratri,]ore, bonis eius detrahendo. [Aut qui iudicat fratrem,]corde ipſum propter mala condemnando . [Detrahit legi,] quæ hoc prohibet. & lex vetus,Leuitici 19,Non eris criminator nec ſuſurro in populis. Et noua, Matthæi 5,Nolite iudicare,& cætera.Et iudicat legem,eam malam reputando & vituperando:& ſi non ſecundum rem,tamen ſecundum ſuam reputationem, quia legem tranſgreditur, nec curat de eius obſeruantia,ac ſi eſſet mala,vel non bona.[Si autem iudicas legem,]eam quaſi vituperando dum ipſam tranſgrediens. Iudicare enim de lege nemini licet poſtquam ſtatuta eſt,ſed ſecũdum ipſam,vt dicit Auguſtinus. [Non es factor legis]vt legi ſubditus & obediens.Contra id ſuprà,Eſtote factores legis &,non auditores tantùm. [Sed iudex.]Gloſſa,Vituperator ratione contẽptus. Et certè iudex legis non debes eſſe, quia [Vnus eſt legiſlator] principalis & dominus , licet alii ſint miniſtri. Legislator dicitur,qui legem dedit , vt impleretur. Pſalmiſta,Benedictionem dabit legiſlator.[Et iudex] iuſtus omnium,qui iudicabit ſecundum illam legem. Actuum 10,Ipſe conſtitutus eſt à deo iudex viuorum & mortuorum.Eſaiæ 33, Dominus rex noſter,dominus legifer noſter, dominus iudex noſter, &c. [Qui poteſt perdere]legis ſuæ tranſgreſſores.[Et ſaluare]legis ſuæ obſeruatores.1.Regum 2,Dominus mortificat & viuificat.[Tu autem,]quaſi dicat,Ex quo tu non es legiſlator,[Quis es].i.eius authoritatis vel ſanctitatis.[Qui iudicas]condemnando proximum tuum tibi parem,aut te meliorem:par enim in parem non habet imperium,nec minor in maiorem. Roman.8,Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum,non tibi ſubditum,ſed conſeruum? Gregorius,Cogitare debemus cùm aliquem redarguimus,quòd fortè in eiſdem peccatis fuimus aut certè eſſe poteramus:& ſic eum in manſuetudine corripiemus.Et Iſidorus, Non detrahas peccanti,ſed condole.quod in alio detrahis,in te potius pertimeſce. Nota exemplum in vitis patrum.

Ecce nunc qui dicitis , hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem , & faciemus ibi quidem annum , & mercabimur, & lucrum faciemus : qui ignoratis quid erit in craſtino. Quæ eſt enim uita veſtra?uapor eſt ad modicũ parens,& deinceps exterminabitur:pro eo ut dicatis,Si dominus uoluerit, & ſi uixerimus,faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris . omnis exultatio talis , maligna eſt. Scienti igitur bonum facere , & non facienti , peccatum eſt illi.

Hîc dehortatur à concupiſcẽtia mundi propter incertitudinem humanæ vitæ. Vbi primò oſtendit quòd propter vitæ incertitudinem,non eſt de futuris lucris confidendum. Secundò quòd propter hoc potius de futuris ſemper eſt ſub conditione loquendum , Pro eo vt dicatis.Tertiò quòd propter hoc de præſentibus diuitiis non eſt gloriandum , Nunc autem exultatis. Vitæ autem incertitudinem oſtendit , primò ex ignorantia viuentium:ſecundò,ex fragilitate vitæ eorum.Quæ eſt enim vita veſtra.Dicit ergo,[Ecce nũc] Gloſſa,Dixi vitandam detractionem,ſed ecce nunc aliud vitium quod facitis,[Qui dicitis.] Gloſſa,Stulta animi leuitate ſpatium vitæ promittentes:ſicut dives ille cui dictum eſt,Hac nocte repetent animam tuam à te,Lucæ 12.Et[qui dicitis]hoc,ſcilicet [Hodie aut craſtino,] cùm nec diei hodiernæ nec craſtinæ habeatis certitudinem.Eccleſiaſt. 9, Neſcit homo finem ſuum. [Ibimus in ciuitatem illam , & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & faciemus lucrum .] Gloſſa , Multimodam eorum ſtultitiam notat , quia de lucrorum augmento agunt, & ſe tempore multo victuros arbitrantur,& ſuæ poteſtatis æſtimant,vbi annum finiant.Et dicit, lucrum faciemus,id eſt,lucrabimur lucro temporali: quod frequenter eſt cum damno maiori,ſcilicet ſpirituali. Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, Matthæi 16. Auguſtinus, Nunquam eſt iniuſtum lucrum ſine iuſto damno : lucrum in arca, damnum in conſcientia . Qui ignoratis quid ſit futurum vobis in craſtinum,]multò magis in longum tempus,ſcilicet vſque ad annum.Prouerbio. 27, Ne glorieris in craſtinum, neſcis enim quid ſuperuentura pariat dies . Et certè ignoratis . [Quæ eſt enim veſtra vita?]quàm breuis,quàm fragilis. Auguſtinus,Vita hæc eſt, vita dubia,vita cæca,vita erumnoſa, quam humores inundant,dolores extenuant,ardores exiccant,aera morbidant, eſcæ inflant, ieiunia macerant,ioci ſoluunt, triſtitiæ conſumunt,ſolicitudo coartat, ſecuritas hebetat,diuitiæ iactant, paupertas deiicit,iuuentus extollit,ſenectus incuruat,infirmitas frangit, mœror deprimit, & poſt hæc omnia mors interimit,gaudiis vniuerſis finem imponens:vt cùm eſſe deſierint,nec fuiſſe putentur. Et dicit,vita veſtra,carnalis,ſcilicet, non ſpiritualis:naturæ,non gratiæ: vita enim gratiæ à deo eſt,& quid magnum eſt. Ioannis 1,Et vita erat lux hominum.[Vapor eſt ad modicum parens,]id eſt,breuis & tranſitoria ad modum vaporis,id eſt , fumi reſoluti ex aliquo humido. [Et deinceps,] id eſt, parum poſt[exterminabitur,]id eſt,extra terminos vitæ ponetur,id eſt,citò deficiet.Baruch 3,Exterminati ſunt.Hîc autem non dicit,quia homo poſt mortem omnino deſinat eſſe , vt tangit Gloſſa. Manet enim vita in anima,licet non in corpore. [Pro eo vt dicatis .] Gloſſa , Hæc omnia dico , vt ſpe longioris vitæ non promittatis vobis lucra futuri temporis : ſed potius dicatis[Si dominus voluerit,] ſine cuius voluntate nihil fieri poteſt. [Et ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud.] Vnde & angelus loquens Abrahæ de ortu Iſaac,hanc conditionem apponit,ſi vita comes fuerit, Geneſis 18.Vbi tangit duplicem conditionem : quarum vna eſt ex parte dei : Alia ex parte hominis, quam poſtponit præcedenti,quia pendet ex illa, ſcilicet ex voluntate diuina.[Nunc autem.] quaſi dicat,Vos non ita facitis,ſed etiã nunc,id eſt,in hac vita breui.Vel nunc,id eſt,tempore gratiæ, & tẽpore tribulationis:ecce quæ tunc erat in diſperſione.[Exultatis,]id eſt,gaudium extrà oſtenditis,[in ſuperbiis veſtris,] id eſt,in diuitiis,quæ ſunt vobis materia ſuperbiæ.Auguſtinus, Vermis diuitum , ſuperbia. Gloſſa, In diuitiis quæ faciunt vos ſuperbos. [Omnis exultatio talis , maligna eſt,] id eſt,malo ĩgne ignita, ſcilicet concupiſcentiæ, vel cupiditatis.Hîc eſt ignis infernalis,qui nunquam dicit,ſufficit.Prouerb. 30, Et dicit,talis exultatio,non omnis ſimpliciter.eſt enim quædam exultatio bona,qua,ſcilicet exultãt iuſti in domino.Talis, Gloſſa,quæ eſt ad depreſsionem aliorum.[Scienti igitur,] Gloſſa,Exultatis & ſuperbitis,ergo grauiter puniemini,quia ſcitis bonum,& non facitis:vnde ſcienti [bonum facere,& non facienti, peccatum eſt illi]omiſsionis, ſcilicet grauioris: quia ſecundum Gregorium,Vbi maius eſt donum ſcientiæ , ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ:& hoc propter contemptum annexum ſcientiæ:non quia ſcientia in ſe ſit mala. Lucæ 12, Seruus qui ſcit voluntatem domini ſui,& cætera.Nolite detrahere in morſu,ſerpenti ſimiles.Eccleſiaſtes 1,Si mordeat ſerpens in ſilentio,nihil eo minus habet.Qui occultè detrahit,hic hominibus abominabilis.Prouerbiorum 24,Abominabilis hominum detractor,deo odibilis.Romano.1, Detractores,deo odibiles.Confuſione dignus,Pſalmiſta,Induantur qui detrahunt mihi pudore.Ad pœnam obligatus, Prouerb.13, Qui detrahit alicui rei ipſe ſe in futurum obligat. Perditioni proximus,Prouerb.24, Cum detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente conſurgit perditio. A viſione patriæ alienus,Nume. 14,Nec quiſquã ex illis qui detrahit mihi, intuebitur eam,ſcilicet,terram promiſsionis.

Cap. 5.

Agite nunc diuites,plorate ululantes in miſeriis veſtris , quæ aduenient uobis.

Suprà iuſtruxit eos contra inordinationem appetendo per concupiſcentiam : hîc contra inordinationem retinendo per auaritiam : vbi primò de inordinata retentione hortatur ad pœnitentiam. Secundò aggrauat culpam, Diuitiæ veſtræ. Et primò aggrauat eam ex circunſtantia temporis. Secundò ex circunſtantia perſonæ.Ecce merces,& cætera.Vbi primò aggrauat culpam commiſſam in proximum.Secundò in ſe,Epulati eſtis ſuper terram.Tertiò in deum,In die occiſionis,& cætera. Dicit ergo [Agite nunc.]Gloſſa, hucuſque peccaſtis, ſed iam nunc pœnitentiam agite. [Diuites.] Gloſſa, In pecunia,& in peccatis. Huiuſmodi enim diuitiæ de facili ſeſe concomitantur. Eccleſi.11, Si dines fueris, nõ eris immunis à delicto.Nec dicit quid agant,quia agere bonũ, ſimpliciter eſt agere:Agere malũ, non eſt agere,ſed deſtruere.Agite ergo pœnitentiam,recuperando per pœnitentiam,quod deſtruxiſtis per culpam. Mat.3,Pœnitentiam agite.&c.[Nunc].ſ.dum tempus habetis.Vel nunc.i.tempore gratiæ.2. ad Corint.6, Ecce nunc tẽpus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis.Poſtea ſpecificat modũ agendi,[Plorate]lachrymis cõtritionis.Gloſſa,in corde.[Vlulate]voce lachrymoſæ cõfeſsionis præ doloris magnitudine.Gloſſa,Manifeſtatione vocis & operis.[In miſeriis veſtris].i. pro miſeriis.poteſt autem intelligi de miſeriis æternis.Lu.6, Ve vobis diũitibus qui habetis hîc conſolationem veſtrã.vel de miſeriis,quæ futurę erãt in deſtructione Iudæorũ futura per Romanos pro culpa,quam cõmiſerant dominũ crucifigẽdo:& tunc eſt quaſi prophetia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt: & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrũ æruginauit, & ærugo eorum in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis: thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus.

Hîc aggrauat culpam ex circunstantia temporis, vbi primò aggrauat culpã: secundò, subiungit pœnam, ibi, Aerugo eorum. Et primò in corpore: secundò in anima, Thesaurizastis vobis. [Diuitiæ vestræ,] id est, fructuum abundantiæ pertinentes ad victum [putrefactæ sunt] ad literam, putrefiunt enim fructus aduarorum præ nimia conseruatione. Vel putrefactæ sunt, id est, vt putredo, & stercora reputandæ sunt. Vel potest intelligi de futuro, id est, citò putrefient: vnde non proderunt vobis. [Et vestimenta vestra,] id est, superfluitates pertinentes ad vestitum [à tineis comesta sunt.] Glossa', Non vsu necessario attrita. Nesciunt enim parci vt cibum tineis præparent, & pauperes nudos dimittunt, contra illud Esaiæ 56, Cùm videris nudum, operi eum. [Aurum & argentum vestrum] quæ sunt durabilia, & præcellit in metallis, [æruginauit,] hoc est ærugine, id est, rubigine periit propter longam conseruationem. Vel eruginauit, id est, nihil valebit, sicut illud quod est ærugine consumptum. Ezechiel. 7, Argentum eorum foras proiicietur, & aurũ eorum erit in sterquilinium, & non valebit liberare eos. [Et ærugo eorum,] id est, rubigo contracta ex nimia conseruatione eorum quæ deberent pauperibus distribui [erit vobis,] id est, cõtra vos [in testimoniũ] in hæc, scilicet auaritiæ. Simile Abacuc 2, Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Glossa, Aerugo pecuniæ vertetur in testimonium nequitiæ, & augmentum pœnæ, quia intelligit se malè congregasse ea quibus indigebat ad vsum vitæ. [Et manducabit carnes vestras,] id est, erit causa quare cruciabitur caro [sicut ignis,] Flamma enim exterior corpora, & vermis interior animas cruciabit. Iudith 16, Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Et verè manducabit, quia [Thesaurizatis vobis,] id est, occultè & abundanter præparastis [iram,] id est, iræ causam [in nouissimis diebus,] in die iudicii: quem vocat pluraliter, quia erit pœna perpetua, licet iudicium vna die fiat. ¶ Et nota quòd in thesauro intelligitur quantitas pœnæ, & qualitas siue acerbitas. Thesaurus enim fit de magnis rebus & multis: sic pœna æterna magna erit æternitate, & multa pœnarum diuersitate & acerbitate pœnæ. Iob trigesimooctauo, Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti?

Ecce merces operariorum uestrorum qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis, clamat: & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit.

Hîc aggrauat culpam cõmissam in proximũ, [Ecce.] Glos. Non solũ dánabimini quia vestra nõ datis, sed etiã quia alia nõ retinetis. [Ecce merces operariorũ vestrorũ, qui messuerũt regiones vestras]. i. messes in regionibus seminatas, quæ. s. merces debita operariis [fraudata est à vobis]. s. non reddẽdo, sed diminuẽdo, vel differẽdo reddere. Glo. Magna iniquitas, non tantũ pauperibus nihil dare: sed etiã mercenarios defraudare. [Clamat,] id est, facit clamare pauperes, & cõqueri. Vel quia est materia clamoris siue accusationis: in quo magnitudo peccati notatur. Vnde Eccle. 34, Qui effundit sanguinem, & qui facit fraudem mercenario, fures sunt. Et dicit, merces clamat, non pauper: quia aliquando contingit quòd pauper non audet præ timore diuitis: nec talis clamor caret effectu: vnde sequitur, [Et clamor eorum] operariorum defraudatorum [in aures domini sabaoth,] id est, exercituum, hominum & angelorum, qui potest vindicare, & vult, [Introiuit.] hoc dicit ad terrorem diuitum, vt sciant deum esse tutorem & defensorem pauperum. Psalm. 9, Tibi derelictus est pauper, &c. Et 62, Non spreuit dominus deprecationem pauperis. Notandum verò quòd quatuor sunt peccata, quæ præ sui enormitate dicuntur clamare ad dominum, scilicet homicidium. Genes. 4, Ecce vox fratris tui Abel clamat ad me de terra. Secundò peccatum contra naturam. Genes. 18, Clamor Sodomorum venit ad me: descendã & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Tertiò oppressio iustorum. Exod. 3, Clamor filiorum Israel venit ad me, vidíque afflictionem qua ab Aegyptiis affliguntur. Quartò pauperum defraudatio, vt hîc.

Peccata quatuor clamorem spirantia.

Epulati estis super terram, & in luxuriis uestris enutristis corda uestra in die occisionis. Adduxistis & occidistis iustum, & non restitit uobis.

Hîc aggrauat culpam commissam in se. Glossa, Non tantùm peccastis superfluè congregando, aliena rapiendo, sed etiam superfluè expendendo: Vnde dicit, Epulati estis super terram, id est, super exigentiam carnis, quæ est de terra, non scilicet ad necessitatem, sed ad voluptatem. Hoc dicit, quo ad gulam. [Et in luxuriis enutristis,] id est, extra mensurã nutristis [corda vestra.] id est, satiastis, implendo, scilicet, desideria cordium vestrorum: contra illud Ecclesiast. 18, Si præstes animæ tuæ cõcupiscentias suas, facient te in gaudium inimicis tuis. Hoc dicit, quo ad luxuriam. Hæc enim duo vitia sibi inuicem sunt annexa. Hieronymus, Venter & genitalia vicina sunt membra, & ex vicinitate membrorum nascitur conformitas vitiorum. venter verò mero æstuans de facili spumat in libidinem. [In die occisionis.] Glossa apparet quòd illos diuites specialiter alloquitur, qui in necem domini coniurant, & nec fidem eius qua saluarentur, accipiunt. [Occisionis,] id est, passionis domini, quæ est dies domini. [Adduxistis] trahendo ad iudicium coram Pilato, Luc 23, [Et occidistis iustum.] Antonomasicè, scilicet Christum, qui nihil habuit de oppositio iustitiæ, nec actu, nec potentia. Eius occisionem eis attribuit, quia fuerunt causa eius occisionis, quanuis eum Gentiles crucifixerint. Actuum 3, Auctorem vitæ interemistis. [Et non restitit vobis,] cùm tamen posset. Matthæi 26, An putas, quia non possum rogare patrem meum, &c. Ex his videtur quòd habere superfluum, sit peccatum. Item super illud, 1. Timoth. 6, Habentes alimenta, &c. Glossa, Qui vltrà tendit, malũ inuenit. Responsio: Superfluum est quod supereſt victu & vestitu naturæ & personæ secundum iustã æstimationem respectu præsentis & futuri. Naturæ & personæ dico, quia quod est superfluũ naturæ potest esse necessarium personæ. Persona enim plus exigit q̃ natura: & dico, Naturã, prout implorat dignitatẽ vel officiũ: sicut plura sunt necessaria episcopo, quàm canonico. Secũdum iustã æstimationẽ dico, ꝓpter auaros: quia auaritia nunq̃ iustè æstimat. Respectu præsentis & futuri, quia quod superfluit vt nũc, potest esse necessariũ respectu futuri. Habere ergo superfluũ naturæ ꝓpter naturã, peccatũ est: habere autẽ superfluũ personæ, semp est peccatũ, si nõ est

Superfluũ, quando sit peccatum.

aliàs, personam.

necessarium est, respectu præsentis vel futuri: quod enim superfluit ad præsens potest reseruari, vt in futurum melius dispensetur, cùm maior erit necessitas. Quod autem dicitur hîc, intelligitur de superfluo personæ respectu cuiuslibet temporis.

Patientes igitur estote fratres usque ad aduentum domini. Ecce enim agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote & uos, & confirmate corda uestra, quoniam aduentus domini appropinquauit. Nolue ingemiscere fratres in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam astitit.

Suprà instruxit eos in patientia tribulationũ, & in sanctitate operũ: hîc instruit eos in expectatione præmiorũ: & primò hortatur eos ad patientiã & longanimitatem: secundò, docet remedia contra aduersitatem & tribulationem, Tristatur ergo aliquis vestrum. In prima parte primò docet seruare patientiã & longanimitatem in facto. Secundò in verbo, Ante omnia fratres mei. In secunda parte primò hortatur ad patientiam spe præmii. Secundò timore supplicii, Nolite ingemiscere. Tertiò exemplo sanctorum generaliter, Exemplum accipite. Quartò exemplo sanctorum aliquorum specialiter, ibi, Sufferentiam Iob audistis, &c. In prima parte primò ponit exhortationem. Secundò confirmationem, Ecce agricola. Tertiò conclusionem, Patientes estote. Dicit ergo [Patientes ergo estote.] Glossa, Increpatis superbis, & incredulis. Rursum conuertitur ad bonos qui opprimuntur. [Fratres vsque ad aduentum domini] quando punientur oppressores, & liberabuntur oppressi. Eccle. 1, Vsque in tempus sustinebit patiens. Aduentus autem domini secundum Glossam incipit in fine cuiuslibet: quia secundum Augustinum, talis repræsentabitur vnusquisque in iudicio domini, qualis hinc discedit. Et debetis esse patiẽtes exemplo agricolæ. [Ecce agricola expectat pretiosum] quia laboris sui pretium [Fructum terræ] de terra, scilicet ortum. [Patienter ferens] id est, multas passiones & labores sustinens [donec accipiat temporaneum] id est, fructum primitiuum vel præmaturum, ante generalem maturitatem. [Et serotinum] fructum permaturum. Spiritualiter autem quasi fructus temporaneus est stola animæ: quasi fructus verò serotinus, est stola corporis. Vel quasi fructus temporaneus, est gratia: Serotinus, gloria. Rom. 6, Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Cùm igitur agricola hoc faciat, [Patientes estote & vos,] quasi dicat, multò fortius esse debetis, quia ille pro fructu terreno, expectat vos pro cœlesti. [Et cõfirmate corda vestra,] id est, firma corda habete ad grauia sustinenda ne deficiatis in tribulationibus. Vel confirmate, [Quoniam aduentus domini] ad iudicium personæ, vel etiam ad vniuersale [appropinquauit.] Glossa, Vt vos ad gloriam, illi ad pœnam rapiantur. Matt. 24, Scitote quia propè est. [Nolite ingemiscere] corde, murmurare inter tribulationes [fratres in alterutrum] .i. tribulati contra tribulantes, vel boni contra malos, eo quòd boni patiuntur, mali verò florent. Florent enim nimis citò quia ante hyemem, & ideo adueniente hyeme futura, scilicet condemnatione amittent florem [vt non iudicemini] in iudicio, scilicet condẽnationis. Glossa, id est, damnamini, eo quòd iustum iudicem quasi iniquè iudicantem vituperetis. Nec debetis ingemiscere, quia [Ecce iudex.] Dicit, ecce, quia euidenter veniet. Iudex, scilicet vniuersalis [Ante ianuam] id est, propè: sicut quod est in ianuis, id est, in exitu animæ & corporis per ianuam mortis. [Astitit.] Glossa, quia proximus est ad cognoscẽdum quæ geritis. vel citò veniet, ad retribuendum vobis & illis.

Fructus anima & corporis.

Exemplum accipite fratres exitus mali laboris & patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine domini, Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini uidistis, quòd misericors dominus est & miserator.

Sicut monui vos ad longanimitatem verbo, adhuc moneo vos exemplo, quia frequenter magis mouent exempla quàm verba. [Exemplum accipite fratres exitus mali] malitia pœnæ, non culpæ, id est, supplicii in mouẽdo, & longanimitatis in expectando prẽmio, & laboris in bene operando, & patientiæ in aduersa sustinendo. [Prophetas] hos eis proponit tanquã maioris authoritatis, apud ipsos, [qui locuti sunt in nomine domini] qui tam sancti fuerunt, vt per eos dominus sua mysteria loqueretur [in nomine domini]. i. inuocatione vel honore nominis eius ad ampliandũ nomen domini. Et certè debetis eos in exẽplum accipere, quia [Ecce] admiratiuè, quasi mirabile est quomodo per tantam miseriã deuenerunt ad tantam gloriam. Beatificamus,] id est, beatos reputamus & dicimus. Glossa, Illos magnos reputamus, & veneramur illos, & tamen pauci imitari eos volunt: sed sunt sicut Balaam. Num. 23, Moriatur anima mea morte iustorum. [Eos qui sustinuerunt,] id est, qui patientiam vel longanimitatem habuerunt. Suprà 1, Beatus vir qui suffert tentationem. Glossa, Malis pro bonis temporalia, cælestia bonis redduntur. ¶ Nota ꝙ dominus soluet eis præmiũ ad præsens & ilico, bonis verò differt soluere vsque ad vltimũ. [Sufferentiam Iob audistis.] De Iob & Christo specialiter exemplificat, quia horum duorum patientia laudabilis est. Iob in veteri testamento, Christus in nouo: quorum vni reddita sunt temporalia, alteri æterna. Sufferentiam Iob audistis, quanta, scilicet sustinuit à diabolo, à prædonibus, ab vxore, ab amicis. [Et finem domini vidistis] oculis scilicet vestris. Glossa, In cruce pendentem, longanimiter patientem. Loquitur ad illos quorum aliqui interfuerunt passioni Christi. ¶ Et nota ꝙ dicit, Sufferentiam Iob, non finem: econtrario, Finem domini non sufferentiam, ad significandum, quòd exemplo Iob pati debemus, non propter temporalia, sed æterna. finis enim Iob fuerunt temporalia multiplicata, sed finis domini æterna. ¶ Nota etiam quòd duplex est finis domini: vnus quem habuit in mundo scilicet mors pœnalis, quam in cruce sustinuit. Alius extra mundum, scilicet resurrectio, Glossa, De vtroque dicit, Finem domini vidistis. Primũ proponit pugnãtibus, vt fortiter pugnent. 1. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, &c. Secundũ victoribus, vt se cum eo gloriari sperent, quoniam quasi in hoc apparuit. Et videre potuistis [quoniam misericors.] Glossa, in natura. [Et miserator] in effectu. Glossa, in exhibitionibus gratiarum. & ideo vt dicit glossa, debetis eum imitari ¶ Et nota quòd dominus est misericors. Primò in peccatorum dimissione. Ecclesiast. 9, Pius & misericors est deus, & remittit in tempore tribulationis peccata. Secundò in afflictorum compassione. Matt. 8, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod mãducent. Tertiò in debilium stustentatione, Psalm. Si dicebam, motus est pes meus. Quartò, in vindictæ suæ retractione. Ionæ 3, Misertus est dominus super malitiam quam locutus

Dominus est misericors multiplicater.

fuerat, vt faceret eis. Treñ. 3, Misericordiæ domini quòd non sumus consumpti. Quintò in charitatiua correctione. Psal. Visitabo in virga iniquitates eorum. Et paulò pòst, Misericordiá autem meam nõ dispergam ab eo. Sextò, in pœnæ debitæ dimissione, Abacuc 3, Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Septimò in temporalium collatione. Psal. Misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se.

Ante omnia fratres mei, nolite iurare neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo uester, est, est: non, non: ut non sub iudicio decidatis.

Hìc docet patientiam seruare in verbo, ne scilicet ex impatientia proni sint ad malè iurandum. Vbi primò dissuadet iurandi pronitatem. Secũdò suadet loquendi simplicitatem, Sit autem sermo vester. Dicit ergo [Ante omnia.] Glossa, cùm omnia prædicta sint vitanda. [Ante omnia] non q̃ hoc sit grauius præcedẽtibus, sed quia ad hoc videbantur proniores. Vel, Ante omnia, id est, in principio cuiuslibet verbi vel facti, contra quorundam prauam consuetudinem, qui statim in principio verbi prorumpunt in iuramentum. [Nolite iurare] prohibet iurandi appetitum, non actum necessarium. Vnde Glossa, Ideo adiurationis culpam compesco, ne frequenter iurando vera, aliquando & in periurium cadatis: sed eo longius à periurio stetis quòd nec vera iurare velitis, nisi necessitas cogat. ¶ Sed contra hoc obiicitur, Bene enim sequitur, currere non est malum, ergo appetere currere, non est malũ, ergo similiter sequitur, iurare, non est malum: ergo nec appetere iurare. Si dicas sicut dicit Glossa, quòd non prohibet iuramentum, sed consuetudinẽ iurãdi. Cõtrà, eius quod non est malũ, iteratio non est mala, vel cõsuetudo: Si ergo iurare nõ est malũ, eius iteratio vel cõsuetudo nõ est mala. Respõsio, Cùm dominus iurauerit, & Apostolus Roman. 7, Testis mihi est deus: & in veteri testamento non sit prohibitum. Beatus Iacobus non intendit prohibere iuramentum, sed iurandi appetitum. Licet enim iurare in se non sit malum, tamen est periculosum, quia inclinat ad malum & periurii & irreuerentiæ nominis domini. Sicut licet præesse, non sit malũ, inclinat ad malum. s. elationis, & superbiæ, & ideo est periculosum, & ideo voluntas transiens super actus tales est inordinata & libidinosa, nisi ad bonum finem actualiter ordinetur. Vnde in talibus inordinatio est pro priuatione finis vel ordinis: & ideo appetere iurare, vel præesse, est malum, nisi ad bonum finem actualiter ordinetur. Et quia ista inclinatio frequenter reducitur ad actũ in cõsuetudine: ideo videtur dicere Glossa, quòd prohibet consuetudinem tãtùm, & hoc est propter periculum. Vnde dicitur Eccles. 23, Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. [Neque per cælum] id est, per superiores creaturas. [Neque per terram] id est, per inferiores creaturas. Iurare autem per creaturam prohibet duplici ratione, quam tangit Glossa Matt. 5, Non iuremus per creaturas, venerãtes eas vltrà quàm debemus: nec viles eas æstimantes, vt nihil iurare putemus. Vnde quatuor modis contingit iurare per creaturam: aut ipsam, tãquam aliquid diuinum venerãdo: aut iramentum factum tanquam per rem vilem contemnendo. Aut deum qui in ipsa relucet & præsidet, testem inuocando: aut ipsum quo ad vsum, quam inde iurans sperat, dispositioni diuinæ relinquendo. Duobus primis modis est illicitum: duobus aliis licitum. [Neque aliud quodcunque iuramentũ] id est, neq; per aliũ modum iurãdi: sicut dicitur, Testis est mihi deus, vel deum inuocò testem, vel coram deo, vel deus scit quòd sic est. Omnibus istis modis iuratur. Matth. 5, Ego autem dico vobis non iurare omnino. Augustinus, Iuratio falsa, pernitiosa: vera, periculosa: nulla, secura. [Sit autem,] pro sed [sermo vester, est, est: non, non.] vbi debetis dicere, est, hoc est aliquid affirmare, dicatis, est: similiter vbi debetis dicere, non, hoc est aliquid negare, dicatis, non. Vel sic, Sit sermo vester, est, est, id est, sicut est in corde, sic sit & in ore. quasi dicat, in veritatem puram dicatis sine iuratione. [Vt non sub iudicio decidatis.] id est deorsum à statu gratiæ cadatis, & sic iudicemini condemnationis iudicio. Vel quia mendacium dicitis, vel quia peieratis.

Iuramentũ quãdo malum est.

Quatuor modis contingit iurare per creaturas.

Tristatur autem aliquis uestrum, oret æquo animo & psallat. Infirmatur quis in uobis, inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei.

Hìc docet remedia contra aduersitatem: & primò contra malum pœnæ. Secundò contra malum culpæ, Confitemini, &c. In prima primò cõtra malũ pœnæ, quod est in anima. Secundò contra malũ pœnæ, quod est in corpore, Infirmatur quis in vobis. Dicit ergo [Tristatur aliquis vestrum.] Glossa, quia in pressuris ingemiscere prohibuit. Nunc quid contrà gerendũ, id est, agendum, ostẽdit [Tristatur aliquis vestrum]. s. pro violentia tribulationũ, vel pro dãno rerum, vel amicorum, vel periculo corporum, vel pro culpa, vel illata iniuria. [Oret] obsecrãdo & petendo. [Aequo animo] non turbato. Glos. non murmuret, nec iudicia dei vituperet, sed flexis genibus ad ecclesiam currat, vt deus consolationem immittat. [Et psallat] dulcedine psalmorum tristitiam expellendo. Oratio pertinet ad nostram necessitatem: Psalmodia ad dei laudem. Oratio est in petendo: Psalmodia in gratias agendo. Gregorius, Cùm vox psalmodiæ per intẽtionem cordis agitur, aut prophetiæ mysteria, aut compunctionis gratia inspirãtur. [Infirmatur quis.] Glossa, Sicut dederat contristato, sic dat & infirmãti cõsilium, qualiter se contra murmurationis stultitiã tuebitur. [Infirmatur quis] id est, si infirmatur. Glossa, Tristatus per se oret infirmatus, corpore vel fide: qui maiorem sustinet plagam, plurimorum & seniorum adiutorio meminerit se curari in vobis, id est, in numero fidelium. Nec intelligendum est hìc de qualibet infirmitate, sed de graui seu desperata. [Inducat] non ait, inducantur: In quo ostendit quòd sacramentum extremę vnctionis quod hìc institutum legitur, non nisi petentibus verbo vel signo dari debet secundum morem ecclesiæ. [Presbiteros ecclesiæ] apud quos, scilicet residet potestas ministrãdi sacramẽtum. Nec dicit sacerdotes, sed presbiteros: in quo significatur & officium, vt sint sacerdotes: & qualitas, vt sint maturi & sapientes. Nam presbiter, senior interpretatur. Glossa, Non ad iuniores minúsque doctos causam suæ imbecillitatis referat, ne fortè quid per eos allocutionis vel cõsilii nocentis accipiat. ¶ Sed contrà, Non refert à quocunque episcopo quis ordinetur, dũmodo ordinet secundum formam ecclesiæ: ergo à simili non refert à quocunque presbytero fiat vnctio. Respõsio, Quo ad vnctionem non est faciendа discretio: sed quia ad hoc sacramentum exigitur oratio, quæ melior est vnius quàm alterius, quia maiorem habet efficaciam: propter hoc debet eligi. nec est simile de aliis sacramẽtis, quia in aliis non exigitur ita bonitas personæ sicut in isto: sed sufficit quòd seruetur forma ecclesiæ. Propter hoc quæritur, quare magis

Psalmus ad dei laudem depromit.

Extrema vnctio à meliori presbytero data, est efficacior languenti.

exigitur oratio in vnctione quàm in aliis. Responsio, quia hoc sacramẽtum institutum est ad duo, scilicet ad remissionem peccati, quæ fit per vnctionem: & alleuiationẽ infirmi, quæ impetratur per orationem. ¶ Sed quæritur, cùm semper sit oratio, quare non semper impetratur alleuiatio. Responsio. Hoc est, quia vel indignus est qui petit, vel pro quo petitur: vel melius, quia non semper expedit: & quia vnctio quæ fit de oleo significat peccati remissionem, quia oleum sanatiuum: ideo cõfertur semper remissio peccati. Est enim sacramentum nouæ legis quod efficit quod figurat. ¶ Quæritur etiam, Si hoc sacramentum possit iterari. Responsio, Quòd sic: tum quia morbus est iterabilis, tum quia characterẽ non imprimit. Iteratio tamen sacramenti dicitur dupliciter: vno modo, idem est quod iterata benedictio sacramenti, & sic nullũ sacramentum iterabile est. Alio modo iteratio dicitur iterata susceptio, & sic quædam iterantur, & quædam non. Illa enim quæ imprimunt characterem, non iterantur. Aliter sic, Presbyteros ecclesiæ, non hæreticos, sed catholicos. [Et orent super eum] id est, super eius necessitatem. [Vngentes eum oleo] simplici, scilicet benedicto tantùm. ¶ Nota quòd in baptismo quòd est sacramẽtum intrãtium, fit vnctio ex chrismate, quod componitur ex oleo & balsamo. In extrema vnctione, quæ est sacramẽtum exeuntium, solo oleo benedicto, quia intrantibus necessaria est conscientia nitida, quæ intelligitur in oleo: & fama odorifera, quæ in balsamo. Exeũtibus verò sufficit conscientia. [In nomine domini] scilicet consecrato. vel in nomine domini, id est, in nominis eius inuocatione. Glossa, Quãdo inungitur, nomen domini inuocetur. Vnde simul debet fieri vnctio & inuocatio. Ex his quæ hìc dicuntur, patet quòd ex necessitate huius sacramenti est, ordo, Presbyteros, oratio, orent, vnctio, vngentes. Hæc autem vnctio ortum habuit à missione prima apostolorum, quando infirmos inungebant oleo & sanabãtur, Matth. 6. [Et oratio fidei] in fide facta: suprà 1, Postulet in fide. [Saluabit infirmum.] Non dicit, Sanabit infirmum: quod est corporis salute corporali & spirituali, quando dignus est & expedit. Psalm. Homines & iumenta. i. animas & corpora saluabis domine. [Et alleuiabit eum dominus] ab infirmitate corporis: vel simpliciter, vt leuius ferat, si tamen expedit vt in corpore alleuietur. [Et si in peccatis sit] scilicet venialibus [dimittentur ei] virtute scilicet sacramenti. Aliquando enim incurritur infirmitas ex peccato. Ecce duplex huius sacramenti, sed dignè accedens semper suscipit primum: secundum verò non, quia non semper expedit.

Vnctionis sacramẽtũ iterabile.

Differẽtia olei in vnctione & baptismo.

Vnctionis ordo.

Confitemini ergo alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex: & rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

Hìc ponit remedia contra malum culpæ: & primò ponit remedium confessionis. Secundò mutuæ orationis: Et orate pro inuicem. Tertiò mutuæ exhortationis: Si quis autem ex vobis. In secunda parte primò hortatur ad orationem. Secundò ostendit orationis virtutem, Multũ enim valet. Tertiò ostendit exemplum Heliæ, Helias homo erat, &c. Dicit ergo [Cõfitemini.] q.d. Ita dimittentur ei peccata, scilicet si fuerit ea cõfessus: ergo cõfitemini [alterutrum peccata vestra.] Glossa, Quotidiana & leuia coæqualibus: grauioris culpæ immũditiam sacerdoti pandamus: & quãdo iusserit ipse, purgare curemus. [Peccata vestra.] Glossa, peccata vestra quæ fiunt ex ignorantia vel ex infirmitate humana committuntur: quæ verò ex deliberatione, non nisi per pœnitentiam. Ergo secundum istã glossam, confessio venialium est in præcepto. Contrà, Hieronymus dicit, Quòd pœnitentia est secunda tabula pòst naufragium: per venialia verò non patitur naufragium. Responsio, Non tenetur homo confiteri venialia intentione cuius oppositum sit transgressio, nisi in casu, verbi gratia si non haberet mortale, tenetur in quadragesima confiteri aliquod veniale ad implendum præceptum ecclesiæ. Vel dicendum est, quòd ex vi sacramenti non tenetur quis venialia confiteri, sed ratione statuti ecclesiastici, quando non habet alia quæ confiteatur. Quæ institutio edita est in consilio generali sub Innocentio tertio: vbi dicitur, Omnis vtriusque sexus fidelis, postquã ad annos discretionis peruenerit, omnia peccata sua saltẽ semel in anno confiteatur, & hoc vt quilibet peccatorem se recognoscat. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Item vt ad eucharistiam, cum maiori reuerentia accedat, & vt ecclesiarũ rectoribus sui subditi innotescant, ne lupi inter greges lateant. Cõfessio autem quo ad mortalia est in præcepto: quo ad venialia in consilio. Ideo de mortalibus debet fieri presbytero, sed de venialibus etiam potest fieri socio: quia non necessariò requirit virtutem clauiũ. Vnde generalis confessio venialium secundum vsum ecclesiæ fit quotidie illis qui non sunt presbyteri in prima, in completorio, in missa. Hìc autem habetur plena & expressa institutio confessionis, quæ fit homini: in veteri quidem testamento, quia deus nondum erat homo, deo confiteri sufficiebat. Psal. Dixi confitebor iniustitiã meam. In nouo verò testamento, quia deus est homo, oportet fieri cõfessionem deo & homini dei vicario. Hanc autem confessionem Christus quantum ad illud quod erat formale instituit, quando claues Petro dedit. Illud autem quod erat materiale instituendum insinuauit, quando dixit, Lucæ 17, Ite, ostendite vos sacerdotibus. Ecclesia verò postmodum instituit: sed beatus Iacobus Hierosolymitanus episcopus promulgauit, sicut dicitur hìc. Ecclesia verò postmodũ magis determinauit, dicens, Omnis vtriusq; sexus fideles, &c. ¶ Notantur autem hìc conditiones confessionis, scilicet q̃ sit integra. Confitemini, id est, simul fatemini. Et quòd sit pura, Peccata, non merita. Quòd sit propria, non aliena, Vestra. [Et orate pro inuicem] cõfessor & confitens, vel omnes fideles. Gregorius, Quantò grauiori carnalium cogitationum tumultu premimur, tantò ardentius orationi insistere debemus. [Vt saluemini.] ecce quid orandum. Petendum est enim quod pertinet ad salutẽ. Ioan. 16, Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Et debetis orare. [Multùm enim valet deprecatio iusti assidua.] Non dicit totum valet, sed multùm. ad hoc enim quod oratio sit efficax, exigũtur quatuor, scilicet quòd fiat piè, perseueranter, & ad salutem, & pro se. Iustus ergo cùm orat pro alio, non semper impetrat. Dicit ergo quòd petat piè, perseueranter, & ad salutem, quia potest esse impedimẽtum ex parte eius pro quo orat. Ideo dicit, Multùm, non totum. Hæc conditio ad salutem intelligitur, ibi, Vt saluemini. Hæc conditio piè, cùm dicitur iusti. Hæc conditio perseuerãter, cùm dicitur assidua. Quarta conditio deficit. Dicit ergo, multùm valet deprecatio iusti assidua, non peccatoris, quia peccatores non sunt digni, vt exaudiantur. Ioan. 9, Scimus quoniam peccatores deus non audit. Assidua non momentanea & rara. Luc.

Venialia quãdoque confitenda.

Expressa cõfessionis institutio.

Cur cõfessio in veteri lege fiebat solùm deo, in noua autẽ & homini fiet.

Orationis conditiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orationis virtꝰ i quatuor elemẽtis oſtẽſa eſt

18, Oportet ſemper orare & non deficere: ad Col. vltimo, Sine intermiſsione orate. ¶ Et nota quòd oſtenſa eſt virtus orationis in quatuor elementis, in cęlo, & in inferno, & in terra. Actuum 4, Cõmotus eſt locus in quo erant. In mari, vt patet exemplo Ionæ, Ionç 2. Item in aere, vt patet hîc, in retentione pluuiarũ. Item in igne, vt patet in tribus pueris, Daniel 2. Et in Aaron, Numeri 16. Item in cælo, vt patet in ſtatione ſolis, Ioſuæ 1. Et in retrogradatione. Eſa. 38. Item in inferno. Eccle. 48, Qui ſuſtuliſtis mortuum ab inferis. [Helias] quaſi exemplo patet quod multum valet: quia [Helias homo erat]. i. fragilis ſicut homo, quia nondum in paradiſo tranſlatus, [Similis nobis.] Gloſſa, Mentis & carnis fragilitate. Mentis quidem, quia timore Iezabel fugit: carnis, quia à vidua ſuſtentari indiguit. De vtroque habetur 3. Reg. 19, Quanuis autem eſſet nobis ſimilis virtute gratiæ. [Et oratione] vna. ſ. non pluribus, [orauit]. i. corde & ore orauit [vt non plueret ſuper terram] ad edomandam, vt tangit Gloſſa, Regis ſuperbiam, & idolatræ gentis audaciam. [Super terrã] Iſrael ſpecialiter. [Et non pluit annos tres & menſes ſex.] In hoc ſignificatur ceſſatura pluuia verbi dei tribus annis, & diminutio temporis Antichriſti, Daniel. 7, Vſque ad tempus & tempora & dimidiũ temporis. [Et rurſum orauit] vt tangit gloſſa, poſtquam per tanti temporis inediam cor regis & populi ad pœnitentiã inflexum vidit. Orauit, ſcilicet ſemel. Si ergo vt tangit gloſſa, Helias vna oratione tanta impetrauit, quid ergo multi fideles multis orationibus? Et cælum dedit pluuiam & terra dedit fructum ſuum.] Gloſſa, Fructus & aquas quas terris negauerat, reſtituit.

Fratres mei, ſi quis ex uobis errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum, ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ ſaluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.

Hîc ponit tertium remedium quia non ſolùm pro mutua ſalute orãdum, immo etiam pro fratrũ conuerſatione laborãdum. [Fratres mei ſi quis ex vobis errauerit à veritate] fidei vel morum, [& conuerterit,] ad viam veritatis reduxerit. Gloſſa, Vel bene monendo, vel tacitè exempla bonę actionis oſtendendo. [Quis.] q. d. rarus eſt qui hoc faciat. [Scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ]. i. vitæ. Nam vita noſtra eſt quaſi quædam via, aut in infernũ ſi eſt mala, aut in paradiſum ſi eſt bona. [Saluabit animã eius] occaſionaliter, deus verò cauſaliter, [à morte] æterna. ſ. Gloſſa, Si magnæ mercedis eſt à morte eripere corpus quãdoq; moriturũ, quãti meriti eſt à morte liberare animã in cæleſti patria ſine fine victurã. Prou. 24, Erue eos qui ducentur ad mortem. Aliqui libri habent [animam ſuam,] id eſt, illius qui facit eum conuerti. [Et operit multitudinem peccatorum.] Gloſſa, Ab aſpectu æterni iudicis ſuperpoſitione vitæ meliioris, abſcondit, pallium verò quo operit, charitas eſt. 1. Pet. 4, Charitas operit multitudinem peccatorum. Operire autem peccata coram deo qui omnia videt, eſt facere quòd non habeat. Notãdum verò quòd non tantùm per hoc ſaluat animã eius & operit peccata eius, ſed etiam ſua: vnde vt dicit Gloſſa, Quidã codices habent, ſaluabit animam ſuam a morte: & verè qui errantem corrigit per hoc ampliora gaudia vitę cœleſtis ſibi acquirit. [Multum valet deprecatio iuſti.] Primò diſſoluit vincula. Actuum 12, Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio autem fiebat ab eccleſia ad deum pro eo. Et parum poſt ſequitur, Subitò eciderunt cathenæ de manibus eius. Secundò fugat dæmonia. Matth. 9, Hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi in oratione & ieiunio. Tertiò liberat à morte, exemplum de Suſanna, Daniel. 13, Exaudiuit dominus vocem. & ſubditur quòd liberata fuit à morte. Quartò à tentatione. Matth. 26, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Quintò poteſtates aduerſas ſuperat, exemplum de Moyſe. Exod. 17, Cùm eleuaret manus, vincebat Amalech. Sextò cor mundat. Auguſtinus, Orationibus mundamur, lectionibus inſtruimur. Bonũ eſt vtrunque ſi liceat, melius eſt tamen orare quàm legere. Septimò iram dei placat. Exod. 32. de Moyſe. & Numeri. 14, Dimitte obſecro peccatum populi tui. & ſequitur, dimiſi ei ſecundum verbum tuum. Octauò deſideria noſtra deo præſentat. Auguſtinus, Magna eſt virtus orationis, quæ quaſi perſona quædam ad deum intrat, & illius mandata peragit quò caro peruenire nequit. Nonò infirmos ſanat ſicut hîc, Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit.

Iuſti deprecatio quo pacto multũ ualet.

¶ Explicit expoſitio D. Thomæ Aquinatis in epiſtolam B. Iacobi apoſtoli.

B. PETRI APOSTOLI EPISTOLA CANONICA I.

Cap. 1.

Petrus apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Capadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ ſecundum præſcientiam dei patris in ſanctificationem ſpiritus in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: Gratia uobis & pax multiplicetur.

Secundum quòd ſumitur diuiſio huius libri ex parte authorum, liquet eam diuiſionem eſſe bimembrem. Nam eo in libro ponũtur epiſtolæ Petri duæ, in quarum prima principaliter fit inſtructio in moribus: in ſecunda principaliter in fide. Vel ſecunda inducitur ad confirmationem primæ: vel prima ſecundum Bedam ſcribitur inferioribus ſiue imperfectis: ſecunda autem maioribus ſiue perfectioribus. Hæc autem epiſtola poteſt diuidi in tres partes: ſcilicet in exordium capite 1. Et in narrationem capite 2. 3. & 4. Et in concluſionem capite 5. In exordio autem præparat animum eorum ad exhortationem ſequentem, captando eorum beneuolentiam, vt libentius audiant, & primò eos ſalutando. Secundò, de bonis eorum gratias agendo, ibi, Benedictus deus & pater. Tertiò, in malis ſeu aduerſis quæ ſuſtinent eos cõſolando, ibi, In quo exultabitis. Quartò, diuina eis beneficia recolendo, ibi, Propter quod ſuccincti lũbos. In ſalutatione quidẽ, Primò deſcribitur perſona ſalutãs. Secũdò deſcribũtur perſonæ ſalutatæ, ibi, Electis aduenis. Tertiò forma ſalutationis. ibi, Gratia vobis, &c. Dicit ergo textus [Petrus.] Hãc primã epiſtolã, vt tãgit gloſſa, ſcribit Petrus proſelitis. i. his qui primò de gentilitate ad iudaiſmum, & poſtmodum de iudaiſmo ad Chriſtum conuerſi erant, qui & pro fide patiebãtur, & diſperſi erant. Scribit autem eis à Roma, tẽpore Claudii Cæſaris. Dicit igitur [Petrus.] Gloſ. Nomen celebre: hoc enim nomen diuinitus fuit ei impoſitum. Ioan. 1, Tu vocaberis, Cephas, quod interpretatur Petrus: Et cõfirmatum. Matth. 16, Tu es Petrus, &c. Nomen autem ſuũ præponit epiſtolæ vt det authoritatẽ ipſi epiſtolæ, quia caput erat totius eccleſiæ. [Apoſtolus,] Ecce nomen officii. Nobile officium eſt eſſe nuntium ſiue legatum Chriſti, [Ieſu Chriſti,] id eſt, miſſus à Ieſu Chriſto. Hoc dicit ad differentiam pſeudo apoſtolorum, qui apoſtoli Chriſti non erant. vnde nõ miſsi prædicabant. Hiere. 23, Non mittebam eos, & ipſi currebant. [Electis]. ſ. à domino, [Aduenis,] id eſt, proſelitis, ſicut dicit Gloſ. Qui de gentilitate venerãt ad iudaiſmum, & de iudaiſmo ad fidem Chriſti. [Diſperſionis.] Poteſt eſſe conſtructio intranſitiua. i. diſperſis. Vel trãſitiua, id eſt, qui ſunt de diſperſione quæ facta eſt, poſt mortem Stephani, Actuũ 8. Vel aliarũ etiam perſecutionum quæ aliquando factæ ſunt à Iudæis, aliquando à Gentibus. [Ponti] Prouincia Græciæ iuxta mare. [Galatiæ] Alia prouincia à qua Galatæ dicti ſunt. [Capadociæ] Regio eſt Pontica, cõfinis Armeniæ. [Aſiæ] Minoris in qua prędicauit Ioãnes: Aſia verò maior, media pars orbis eſt. [Et Bithyniæ] Alia prouincia eſt. Omnes iſtæ prouinciæ ſunt Græcorum in Aſia maiori, cuius pars eſt Aſia minor. de his autem prouinciis oriundi erant illi quibus ſcribit Petrus Apoſtolus. Vel in his prouinciis diſperſi erant. [Secundum præſcientiam] electis, inquam, non ſecundũ merita, vt ait Gloſſa, ſed ſecundum præſcientiam [dei patris.] Rom. 8, Quos præſciuit, hos prædeſtinauit. Elegit, inquam, In ſanctificationẽ, remiſsionem. ſ. peccatorum. Ephe. 1, Elegit nos vt eſſemus ſancti & immaculati. [Spiritus,] non ſolùm carnis, qualis erat ſanctificatio Iudæorum, [in obedientiam] impletionis diuinorũ præceptorum. [Et aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti,] id eſt, redemptionem. ſ. pœnarum debitarum pro peccatis. Sicut enim in veteri lege omnia conſecrabãtur & ſanctificabantur ſanguine, vt dicit Apoſtolus, Heb. 9. Ita in noua omnia conſecrantur ſanguine Chriſti, [Gratia]. i. eſt, remiſsio peccatorum, quę fit per gratiam, [vobis & pax,] id eſt, reconciliatio ad deum. Gloſſa, Sine gratia Chriſti ad pacẽ reconciliationis eius non peruenitur. [Multiplicetur] Gloſſa, Vt quod bene cœpiſtis, perfectè compleatur.

Diuiſio epiſtolarũ D. Petr. apoſt.

Quibus Petrus ſcribit.

Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti: qui ſecũdum miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos in ſpem uiuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarceſsibilem conſeruatam in cælis: in uobis qui in uirtute dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſsimo.

Hîc captat beneuolentiam de bonis eorum gratias agendo. Primò, de bonis gratię. Secũdò de bonis gloriæ, ibi, In hæreditatem. Tertiò cuſtodia virtutis, ibi, In vobis qui in virtute dei. Dicit ergo [Benedictus.] Deum benedicere, eſt ipſum de ſuis beneficiis laudare. A gratiarum autem actione incipit: tum propter diuinã dignitatem, quia ipſe eſt cuiuſlibet actionis fons & principium: ſiue propter neceſsitatem propriam. Qui enim indiget manducare, non poteſt melius incipere quàm gratias de præteritis agere. [Deus & pater] ille qui eſt in natura diuinitatis qui & pater in proprietate perſonalis diſtinctionis: nec propter hoc ſunt diuerſa ſecundũ rem, ſed ſecũdum rationẽ. Et potius ponitur ibi copulatiua coniunctio, quaſi, repetendo q̃ copulando. In patrẽ verò refundit gratiarum actionẽ, quia ipſe eſt actor omniũ bonorum. Iac. 1, Omne datum optimũ, &c. Pater, inquã, [Domini,] quo ad beneficium creationis, [Noſtri] quo ad beneficium incarnationis, [Ieſu] quo ad beneficiũ ſaluationis, [Chriſti] quo ad beneficiũ vnionis, vel gratiæ gratum facientis. [Qui ſecũdum miſericordiã ſuam magnã.] Sicut dicitur Eccl. 30, Secundum magnitudinẽ eius, ſic & miſericordia illius: ſed magnitudo eſt infinita, ergo & miſericordia. Pſa. 144, Magnitudinis eius nõ eſt finis. Bern. Non artatur numero, non clauditur fine, nullas omnino metas habet diuina clemẽtia. Si inuocetur, erit qui exaudiat: ſi eſt qui pœnitet, erit qui indulgeat. Qui, inquam, ſecundũ ſuam miſericordiã magnam, nõ ſecundum merita noſtra [regenerauit nos] ad vitã ſpiritualem redimendo, qui prius genuit nos ad vitam naturalem creando: vel generatos ad mortem, regenerauit ad vitam. Et hoc per lauacrum regenerationis & renouationis quod effudit in nos abundè. ad Titum 2. [In ſpem viuam,] ſcilicet regenerauit nos, hoc eſt, vt ſpe viua ſperemus habere vitam æternam. Et dicit, viuam, ad differentiam illius quæ degenerat in præſumptionem. Item ad differentiam ſpei illorum qui ſperant bona peritura & trãſitoria, quorum ſpes eſt mortua, & non viua. Sapien. 3, Vacua eſt ſpes illorum, &c. Hanc autem ſpem habemus maximè [per reſurrectionem,] id eſt, per fidem reſurrectionis, per quam dat nobis firmam ſpem quòd reſurgemus: quia ſi Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. Gloſſa, Mortuus eſt ne moreremur. Reſurrexit vt reſurrectionem ſperaremus [Ieſu Chriſti ex mortuis.] Gloſſa interlinearis, Remoti ex loco & numero mortuorũ, quia ipſe ſolꝰ fuit inter mortuos liber. [In hæreditatem,] in futuro habendam, ſcilicet regenerauit nos in vitam æternam, quæ nobis eſt hæreditaria non tranſitoria. Hæreditas enim eſt poſſeſsio immobilis à patre in prolem deſcendens non diuiſa ſed integra. Gregorius, Hæreditas illa eſt omnibus vna & ſingulis tota. Bernardus, O præclara hæreditas non deceſſu patrum & ſucceſſu filiorũ obtinenda. Non inter fratres & ſorores diuidenda: non anguſtior multitudine hæredũ, quia participatio eius in idipſum non inſufficiens, ſed omnibus bonis repleta. [Incorruptibilẽ,] in ſe. Gloſ. Vt nec ſenio, nec morbo, nec alia mœſtitia tãgamur. Apoc. 21, Abſterget deus omnẽ lachrymam, &c. [Et incontaminatã] ab aliis. Gloſſa. In qua nullus immũdus poteſt intrare. Apoc. vlt. Foris canes venefici. Et Sap. 7, Nihil inquinatum in eam incurrit. Et Apoc. 21, Nõ intrabit in ea aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. [Et immarceſsibilem] ipſis habentibus eam. Gloſſa, Quia nec in ipſis beatorum mentibus hominum vſu cæleſtis illa converſatio valet aliquando vileſcere, ſicut luxus præſentis ſeculi ſolet aliquando in faſtidium verti ex longo vſu, id eſt, quantuncunque homo eſuriat & ſitiat, tandiu poſſet comedere & bibere quod faſtidiret. Et quãtuncunque homo ſit feſſus, tandiu poſſet in lecto pulchro iacere quòd faſtidiret. Hoc autem facit fidelitas creaturarum quæ non permittit hominem in ipſis creaturis quieſcere, ſed ad creatorem ſuum remittit. [Conſeruatam in cælis.] Beda, Non in præſenti dandam, ſed tempore futuro reddendam nobis in cælo. Pſalm. 126, Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, & cætera. [In vobis,] id eſt, pro vobis & futuram in vobis: vel conſeruatam per id quod in vobis eſt, ſcilicet per gratiã & liberum arbitrium, & per bona merita ve-

Quid deũ benedicere.

Spes uiuæ quæ ſit.

Hæreditas dei qualis ſit.

Voluptas in reb⁹ cur humanũ appetitum non ſatiet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stra.[Qui in virtute dei custodimini,] nõ vestra.Psalm.126, Nisi dominus custodierit ciuitatem, & cætera [Per fidem] quæ facit fortes homines ad perseuerandum : vnde scuto comparatur. Ephes.vltimo, In omnibus sumentes scutum fidei.Custodimini, inquam,[in salutem]æternam[paratam reuelari,]id est, ostendi & dari quæ modò latet,[in tempore nouissimo,]id est,in die iudicii.Apocal.10,Tempus vltrà non erit.

In quo exultabitis,modicũ nunc si oportet contristari in uariis tentationibus: ut probatio uestræ fidei multò sit pretiosior auro(quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Iesu Christi: quem cùm non uideritis,diligitis.In quem nunc quoque non uidentes,creditis:credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata:importantes finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum.

Hic præparat animum auditorum,& captat beneuolentiam,eos in malis quæ sustinent consolando. Primò,promittendo præmia.Secundò,proponendo exempla, ibi [De qua salute, &c.] Item in prima. Primò ponendo fidei perfectionem in præsenti.Secundò honorem in iudicio generali,ibi[Inueniatur in laudem.] Tertiò,salutem animarum in iudicio particulari, ibi [Quem cùm non videritis.]Dicit ergo, Custodimini in salutem paratam reuelari in nouissimo tempore [In quo,]scilicet tempore nouissimo[exultabitis.]Glossa interlinearis,Sicut triumphatores.Esa.9,Sicut exultant victores capta præda, &c.Anselmus,Pleno corde, plena mente, pleno toto homine:nec illud totum gaudium intrabit in gaudentes, sed gaudentes intrabunt in gaudium.Exultabitis,inquam,hoc modo,hac conditione,[Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus.]Actuũ 14,Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Glossa, Quia non nisi per tristitiam potest ad gaudia peruenire.Vel sic, Exultabitis, inquam, si pro quanuis modicum oportet contristari, &c.Vel sic,Exultabitis,vt exultare possitis tunc modicum,sed nunc si oportet contristari, &c. Suprà vt dicit Glossa,Ne deficiatis. modicum dicit quo ad tribulationum acerbitatem : nunc, quo ad ipsarum breuitatem.2.Corinth.4,Id quod in præsenti est momentaneum tribulationis nostrę,&c. Si oportet,inquit,quo ad ipsam ineuitabilitatẽ,vnde & tribulationes dicũtur necessitates.Psa.24,De necessitatibus meis eripe me.In variis tẽtationibus tam interioribus q̃ exterioribus quo ad ipsarũ multiplicationem. Psal.33, Multæ tribulationes iustorũ,&c. Item,Modicũ,inquit,respectu gaudii,quod inde sequitur:respectu pœnę æternæ, quæ euaditur:respectu diuinæ offensæ, quæ cõmittitur:respectu cõsolationis,quæ immittitur:respectu passionis,quã Christus patiebatur.Nunc,inquit,quia breuis est tribulatio:sed longa.i.æterna,remuneratio. [Vt probatio fidei vestræ] quasi ad hoc oportet contristari vt probatio fidei vestræ.i. ipsa fides per tribulationes probata, vel ipsa patientia probans. [Multò pretiosior sit auro, quod per ignem probatur,]vt plus placeat deo summo artifici,vt tãgit Glossa,Fides vestra quã alicui artifici aurũ materiale. Item Glossa,Patientia sanctorum auro cõparatur, quia sicut in metallis aliquid auro pretiosius non est,ita hæc apud deum omniũ laude dignissima est[inueniatur.]Glossa,Vt probatio fidei vestræ inueniatur quod modò occultum est,[In laudẽ,].i.hominũ,[Et in gloriã] .i.angelorũ,[Et honorem]dei, nã laudabuntur à cæteris hominibus, glorificabuntur à sanctis, honorabuntur à deo:vel laus in stola corporis, gloria in stola animæ,honor in iudiciaria potestate totius coniuncti ex anima & corpore,[in reuelatione Iesu Christi,] id est,in die iudicii.Nam Christus occultus in primo aduentu manifestabitur in secundo:tunc cognoscetur in dicia faciens, qui nunc ignoratur iniurias patiens,vt dicit B.Bernardus.[Quem,] scilicet,Iesum Christum, [Cùm,]id est,quanuis,[non videritis]oculis, scilicet corporis, sed solùm oculis fidei [Diligitis] quia,vt ait Augustinus,Immensa possumus diligere,incognita nequaquam.[In quem,]scilicet Iesum Christum,[nunc quoque] in tempore, scilicet persecutionis, non sicut illi. Lucæ 8, qui in tempore persecutionis deficiunt. [Non videntes creditis.]Augustinus,Fides est credere quod non vides.Tales beati dicuntur.Ioan.2,Beati qui non viderunt & crediderunt.Sed dicet quis,in quem vel quomodo creditis? Sunt enim tres gradus seu modi credendi,videlicet,Credere deum esse.vnde Paul.Hebræo.11,Oportet accedentem ad deum,credere quia ipse est,& cætera.Rursus oportet credere deo,scilicet esse vera quæ ipse dicit. Iterum oportet credere in deum, sicut dicimus,Credo in deum,id est, in ipsum tendere per bona opera,& per obseruantiam præceptorum eius.duo prima non sufficiunt,quia quasi omnes credũt & fatentur deum esse. Alii credunt deo, id est,his quæ scripta sunt de deo & Christo per prophetas & euangelistas,& apostolos,& cætera.quod tamen etiam credunt hæretici. Sed præcipuum est credere in deum modo prædicto. Et in hoc errant mali Christiani qui non seruant mandata dei, quasi reputantes non esse peccatum,& cætera. Similiter & Saraceni & Iudæi qui non sunt baptizati, omnes tales damnabuntur nisi conuertantur & agant pœnitentiam, & cætera. [Credentes autem,] id est, in fide perseuerãtes[exultabitis,]non tantùm interius gaudebitis,sed etiam exterius.Psalm.149,Exultabunt sancti in gloria.[Lætitia inenarrabili]ab hominibus. [Et glorificata,]id est,à deo laudata.Esaiæ 64,Oculus non vidit absque te, &c. Bernardus,O suauis affectio eo purior, quo in eo nihil de proprio relinquitur,eo dulcior quo diuinum est totum quod sentitur[Reportãtes]quod modò portatis in spe:tunc iterum portantes in re, [finem fidei vestræ, salutem animarum.] Salus enim animarum finis est animarum nostrarum,Rom.6,Finis verò est vita æterna.Finis enim est optimum in vno quoque. Salus verò animæ optimum nostrum est. Salus enim animæ est liberatio ab omni malo imperfecta in præsenti per gratiam:in futuro perfecta per gloriam, Dicitur autem finis fidei quod etiam sit finis aliarum virtutum,quia fides est initium salutis.

Credere triplex.

De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ: qui de futura in uobis gratia prophetauerunt: scrutantes in quod uel quale tempus significaret in eis spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est quòd non sibimetipsis: uobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt uobis per eos qui euangelizauerunt uobis spiritu sancto misso de cælo:in quem desiderant angeli prospicere.

Hîc consolatur eos exemplis prophetarum,salutem,quam ipsi habent multo tempore perscrutantium. Et primò tangitur prophetarum perscrutatio, de inquisitione nostræ salutis. Secundò reuelatio facta illis, ibi, Prænuntians eas.Tertiò denuntiatio facta verbis,ibi,Quibus reuelatum est &c.Continua sic,ita reportabitis salutem animarum vestrarum.[De qua salute,] scilicet,animarum exquisierunt affectu, quasi extra se quæsierunt, quia salus iustorum à domino, non à seipsis. [Et scrutati sunt intellectu. Glossa, In occulto,

scilicet contemplationis à domino,vel ab angelis [Prophetæ.]Glossa, qui tantam cognitionem habebant. Non dicit philosophi, sed prophetæ, [Qui de futura in vobis gratia,] scilicet redemptionis [prophetauerunt,] palam hominibus loquendo,& exponendo quæ in occulto internæ contemplationis cognouerunt. [Scrutantes.] Glossa,quotidiano vsu. [In quod,] id est, quo anno, vel suo principe, Danielis nono cap. Vel quale tempus,bellicosum an pacificum:vel quo ordine per partem ordinis, vel aliquo modo, [significaret in eis spiritus Christi]. i.spiritus sanctus increatus in eis existens.. Roman.8,Si quis spiritum Christi non habet,&c.Vel spiritus Christi est angelus reuelans eis mysteria,secundum Glossam. [Prænuntians,] id est, diuinum aduentum nuntians [Eas quæ in Christo sunt passiones,] quòd Christus multa debuit pati. non dicit,actiones,quia agit de patientia.Et quia difficilius est mala pati, quàm bona agere. Et dicit, passiones, non vnam,sed multas, quia non solùm quæ in capite Christo fuerunt, sed etiam quæ in corpore eius,quæ est ecclesia.[Et posteriores glorias] tam animæ quàm corporis.Et quippe sunt glorificationes domini,vt tangit Glossa.Vna,qua resurrexit:altera,qua in cælum ascendit in conspectu discipulorum. Restat tertia,cùm in maiestate venerit. Dicit autem posteriores passionibus,quia passio est via ad gloriam. Lucæ vltimo, Nonne hæc oportuit Christum pati, & cætera.Vel posteriores glorias vocat, diu à patribus qui erant in limbo desideratas. Glossa, id est, tardas & diu desideratas. [Quibus] scilicet prophetis exquirentibus & perscrutantibus,[Reuelatum est.]Glossa,Inter cætera occulta hoc etiam intimatum est.[Quia non sibimetipsis].i.in diebus suis ventura,sed lõgè pòst:vnde non pronuntiabãt sibimetipsis salutem illã,vt suis tẽporibus futurã.[Vobis autẽ,ministrabãt.]autẽ pro sed.Vobis autẽ ministrabant.i.tanq̃ ministri,non domini prænuntiant.Prædicator enim est verbi minister, non auctor. Psalm. 44, Lingua mea calamus scribę,&c. [Ea quæ nunc nuntiata sunt vobis,]tempore.s.gratiæ,non quasi futura,sed iam impleta,scilicet mysteria de Christo annuntiata, inquam, [Per eos,] scilicet apostolos, [Qui euangelizaeurunt vobis,] id est, prædicauerunt[Spiritu sancto,non spiritu proprio aut maligno.Glossa, Non mendosè, id est, mendaciter, id est phantasticè,sed spiritu sancto dictante,[Misso]eis in die Pentecostes,Actuum 2.[De cælo.] Ex quo patet quòd eodem spiritu prophetæ prædixerunt futura,quo apostoli annuntiabãt facta:vnde Glossa, Spiritus in prophetis,spiritus in apostolis.Inde patet quòd prophetæ & apostoli eandem salutẽ nuntiabant:illiventuram,isti impletam:vna nanque ecclesia,cuius pars præcesserit aduentum Christi, & pars sequitur: euangelizauerunt, inquam,illum, scilicet Christum, [In quem desiderant angeli prospicere.] Glossa,Tanta est hominis qui passus est pro nobis, gloria, vt angelicæ virtutes, cùm sint in æterna fœlicitate perfectæ, non solùm immortalis deitatis magnificentiã,sed & assumptæ humanitatis claritatem semper aspicere gaudeant. Sed cùm desiderium importet defectum, quomodo angeli desiderant? Responsio, Est desiderium rei habendæ,vt scilicet habeatur,& illud defectum importat.Est & desiderium rei iam habitæ, vt continuetur, & tale defectum non importat.Vnde Glossa, Cur cernere desiderant cuius faciem cernere nunquam cessant,nisi quia contemplatio diuinæ præsentiæ,ita angelos beatificat,vt eius semper visa gloria saluentur, & quòd eius dulcedinem quasi nouam infallibiliter esuriant?Vel,in quem desiderãt prospicere,scilicet Spiritum sanctum, qui tantæ maiestatis est, vt eius visio sicut patris & filii desideretur ab angelis. ¶Et nota quòd Christum desiderant prospicere propter suam virtutem vt hîc:Iusti verò possidere propter suam bonitatem. Prouerbiorum vndecimo, Desiderium iustorum omne bonum,& cætera.Sponsa sponsum cupit tenere propter suam pulchritudinem.Canticorum quinto,Totus desiderabilis est,& cætera.Et Ecclesiast. secundo,Tenui eum,nec dimittam,& cætera.Gregorius,Cælestes diuitiæ habitæ appetitum excitant, terrenæ fastidium generant.

Angeli quomodo desiderare dicuntur.

Propter quod,succincti lumbos mentis uestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam quæ offertur uobis, gratiam,in reuelationem Iesu Christi:quasi filij obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ uestræ desideriis: sed secundum eum qui uocauit uos sanctum:ut & ipsi in omni cõuersatione sancti estis, quoniam scriptum est,Sancti eritis, quoniã sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus, in timore incolatus uestri tempore conuersamini.

Hîc præparat animum auditorum, & captat beneuolentiam eorum diuina beneficia memorando: Primò beneficium gratuitæ vocationis. Secundò beneficium cælestis adoptionis,ibi, Et si patrem inuocatis. Tertiò beneficium æternæ redemptionis,ibi,Scientes quòd non corruptibilibus. Quartò beneficium spiritualis regenerationis,ibi,Animas vestras castificantes,& cætera.Vbi primò ostendit dignitatem spiritualis regenerationis.Secundò ignobilitatem carnalis,ibi,Quia omnis caro.Dicit ergo[Propter quod.]Glossa, Quia tanta gratia vobis est promissa,vt videatis illum quem nunc vidẽt angeli.[Succincti] à luxu luxuriæ per cingulum castitatis, [Lumbos mentis vestræ,] non solùm carnis,id est, luxuriæ fontem. Glossa, Vt superfluas voluptates à mente resecetis.Ephes.6, State succincti lumbos vestros in veritate.Sicut enim ait Gregorius,Viris,in lumbis luxuria est, fœminis in vmbilico. Et nota quòd homo interior suo modo proportionatur exteriori.Vnde dicitur habere pedem,id est,affectionem,oculum rationem,manum operationem,narem discretionem,renes delectationem.Succincti ergo per castimoniã. [Sobrii] per abstinentiam. [Perfecti] per patientiam, quæ opus perfectum habet.Iacob.1.scilicet per charitatem perfectam quæ foras mittit timorem,1.Ioannis 5.[Sperate.] Glossa, Et securi expectate. [In eam quæ offertur vobis.] Glossa, Gratis,quia propria merita non sufficiunt.Gratiam,id est,gloriam ex misericordia dandam.Rom.6,Gratia dei vita æterna.Danda dico[In reuelationem Iesu Christi,]id est,in die iudicii quando Christus reuelabitur.Esaiæ 40,Videbit omnis caro salutare dei.Sperate,inquam,[Quasi filii obedientiæ,]id est,filio obedientiæ similes,qui fuit obediens patri vsque ad mortem.Philipp.2.Vel quasi filii.Ioan.1,Quasi vnigeniti à patre.Obedientiæ,inquam,intransitiuè,id est,obedientes.Et dicit, filii obedientiæ, vt notetur quod obedientia debet esse filialis, non seruilis:hoc refertur ad operationem boni,[Non configurati,]id,est,non conformes vel assimilati[Prioribus ignorantiæ vestræ desideriis] prouenientibus ex ignorantia & errore propter quod excusabiliores eratis,& si non à toto,modò non hoc referatur ad delectationem mali.Postea ponitur exemplar vtriusque partis iustitiæ, [Sed secundum eum,] id est, sitis configurati ad eius exemplar

Parat sibi auditorum beneuolentiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd est correctissimum. ſ. antonomatice: vnde dicitur, Sanctus sanctorũ, Danie. 9. [Qui vocauit vos] ad fidẽ, vocatione interiori, per Spiritus sancti gratiã: & exteriori, per verbũ prædicationis. Vocauit autẽ [Vt & ipſi] [i. ſicut ipſe Chriſtus, [Sitis ſancti] .i. mundi & puri ab omni peccato. Vel ſecũdum Gloſ. id eſt, firmi cõtra vitia & contra tribulationes. [In omni conuerſatione] non in parte conuerſationis, ſed in tota, id eſt, inter domeſticos & extraneos, inter bonos & malos, inter ſeculares ſeu laicos, & religioſos, inter proſpera & aduerſa. Sunt enim quidam qui conformantur omnibus, quibus coniunguntur: nam quando ſunt cum ſeculariburs, ſunt quaſi ſeculares: quando cum religioſis ſunt quaſi religioſi. Tales ſunt ſimiles animali quod dicitur chamæleon, quod conformatur omnibus quibus aſſociatur, quando coniungitur rei albæ vel rubeæ, videtur album vel rubeum. Nota quòd ſic dixerunt quidã de anima, quòd ſortitur rerum ſimilitudines. Et debetis eſſe ſancti, quoniam ſcriptum eſt, [Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum.] Dignum eſt enim filios patri conformari, & membra capiti. Gloſſa, Tales vos volo qualis ego ſum, [Et ſi patrem.] Gloſſa, Vt poſitis eſſe ſancti, ſi patrem, ſcilicet cæleſtem, [Inuocatis] in oratione, dicendo illud, Pater noſter qui es in cęlis, &c. Matth. 6. [Eum,] ſcilicet deum, [Qui ſine acceptione perſonarum,] vt habetur Actuum 10, Non enim perſonarum eſt acceptor deus. [Iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus.] Nomine autem operis, intelligitur hîc cogitatio, locutio, operatio. 2. Corinth. 5, Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti, vt referat vnuſquiſque prout geſsit in corpore, &c. [In timore.] Gloſſa, Ne per negligentiam & deſidiam tanto patre ſitis indigni. Timor enim negligentiam pellit, ſecundum id Eccleſiaſt. 7, Qui timet deum, nihil negligit. Econtra ſecuritas ſtulta parit negligentiam. [Incolatus veſtri tempore conuerſamini.] q.d. quandiu eſtis in hoc mundo, vbi non habetis manentem ciuitatem, ſitis in timore, licet habeatis deum patrem. Pſalm. 119, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus, &c.

Chamæleõtis conditio.

Leuiti. 11. & 19.

Scientes quòd non corruptibilibus auro uel argento redempti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati: præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem: manifeſtati autem nouiſsimis temporibus propter uos qui per ipſum fideles eſtis in deo, qui ſuſcitauit eum à mortuis: & dedit ei gloriam, ut fides veſtra & ſpes eſſet in deo. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore: ſimplici ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex ſemine corruptibili: ſed incorruptibili, per uerbum dei uiui, & permanentis in æternum: quia omnis caro, ut fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit fœnum, & flos eius decidit: uerbum autem domini manet in æternum. Hoc eſt autem uerbum quod euangelizatum eſt in uos.

Hîc ponit beneficium redemptionis æternæ, vbi tangit paſsionem per quam redempti ſumus. Et etiam patientiæ rationem, ibi, Propter vos qui per ipſum, &c. Et etiam reſurrectionem, ibi, Qui ſuſcitauit eum. Et aſcenſionem, ibi, Et dedit illi gloriam. Dicit ergo, [Scientes.] q.d. debetis timere. Gloſſa, Quantò magis pretium eſt quo redempti eſtis, tantò amplius timere debetis, ne reuertendo in corruptelam vitiorum redemptoris animum offendatis, [Quia non corruptibilibus,] ſcilicet metallis, [Auro vel argento.] Hæc duo tangit tanquam magis pretioſa, [Redempti eſtis.] Quia primò empti à diabolo per ſuggeſtionem, ſed redempti à Chriſto per ſanguinis effuſionem. [De vana veſtra conuerſatione.] Vana conuerſatio eſt quæ occupatur in rebus vanis. Pſal. 4, Vt quid diligitis vanitatem &c. [Paternæ traditionis,] id eſt, quam à patribus traditam accepiſtis. Gloſſa, A legis præuaricatione vel à peccato Adæ. [Sed pretioſo ſanguine. [Quia pretium eſt totius mundi inappretiabile. Vnde dicitur pretioſum, quia pretio plenum, [Quaſi agni,] id eſt, qui eſt quaſi agnus manſuetus. Dicitur quaſi agnus, ratione innocentiæ & ratione clementiæ, & immunis ab omni peccato, [Incontaminati] .i. ſine omni peccato actuali, veniali, & mortali. [Immaculati] ab originali, [Ieſu Chriſti.] Et quia carè empti, ideo magis dilecti. Sicut mercator diligit res quas carè emit, & conſiderata tanti pretii magnitudine debemus noſipſos magis diligere, & cariores habere. Hugo de Arra animæ, Ex hoc iam mihi vilis eſſe non potero, ex quo, deo tantum placui, vt ſe mori permitteret, ne me perderet. Auguſtinus, O quanta infœlicitas: quàm lugenda peruerſitas, cùm quiſque luxurioſus propter delectationem libidinis vnius momenti animam ſuam, quam Chriſtus ſuo ſanguine redemit, diabolo vendit. Et nota quòd huius agni lana .i. exemplo conuerſationis induimur. Lacte, id eſt dulci doctrina nutrimur. Carnibus, id eſt ſacramento euchariſtiæ roboramur. Sanguine verò redimimur, Chriſti dico, [Præcogniti quidem] ſcilicet à deo .i. præordinati à deo pro redemptione mundi. Apoc. 14, Qui occiſus eſt ab origine mundi. [Ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem.] Gloſſa, Per aſſumptam humanitatem, [Nouiſsimis temporibus] .i. in vltima ætate mundi. 1. Corinth. 9, Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. q.d. diſpoſitio noſtræ redemptionis eſt ab æterno, ſed adimpletio in tempore. [Propter vos.] Gloſſa, Saluandos. [Qui per ipſum] .i. per eius donum non per veſtra merita. [Fideles eſtis] tanquam membra eius, [In deo,] ſcilicet patre, [Qui ſuſcitauit eum à mortuis.] Et pater eum ſuſcitauit, & ipſe ſeipſum ſuſcitauit, non qualibet ſuſcitatione ſicut alii mortui quando ſuſcitantur, ſecundum Gloſſam. Vnde ſequitur, [Et dedit in gloriam] ſempiternam, non tranſitoriam. Gloſ. Dedit in Aſcenſione .i. manifeſtatione gloriæ ſempiternæ. Nec hoc fecit, quia ipſe indigeret, ſed, [Vt fides veſtra,] ſcilicet reſurrectionis. [Et ſpes] gloriæ ſempiternæ. Fides enim eſt de bonis & de malis, vt ait Auguſtinus. Spes verò de bonis tãtùm, [Eſſet] de habenda gloria reſurrectionis quam ipſe Chriſtus primus accepit. [In deo] Non in carne, non in mundo, à deo enim omne bonum [Animas] Gloſ. Inuicem diligite vos. [Animas veſtras caſtificantes] .i. caſtas facientes, non ſolùm corpora, ſed & animas, vt vni viro, ſcilicet Chriſto ſeruetis fidem, quia ipſe eſt ſponſus animæ. 2. Corinth. 11, Deſpondi enim vos vni viro, &c. [In obedientia charitatis.] Gloſ. In obediendo deo ex charitate, ſeruando eius mandata. obedientia enim non debet eſſe ex timore. [In fraternitatis amore.] Non enim ſufficit dilectio dei ſine dilectione proximi. Matth. 22, Diliges dominum ex toto corde, & proximũ tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis, &c. [Simplici ex corde] Non ex aliquo creati boni amore. Sic enim eſſet amor mercenarius. Vel ſimplici, non duplici, ſicut illi qui verbo dilectionem ſimulant, & in corde odium celant. [Inuicem diligite,] id eſt vnus alterum, & econuerſo. Ioan. 13, Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Et hoc [Attentius,] quàm hucuſque feceritis, vt de bono in melius proficiatis. Bernardus, In præſenti vita non

Emptio & redemptio hominis.

Chriſtus agnus.

proficere, deficere eſt: cùm nihil in hac vita in eodem ſtatu permaneat. Et hoc debetis facere, quia [Renati,] id eſt, iterum nati regeneratione ſpirituali. Prius enim eratis nati generatione carnali. Ioan. 3, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & cætera. [Non ex ſemine corruptibili,] ſcilicet materiali, qualis eſt natiuitas corporalis. [Sed incorruptibili,] ſcilicet verbo dei. Lucæ 8, Semen eſt verbum dei. [Per verbum.] Hîc determinat modum natiuitatis per verbum: vel incarnatum, ſcilicet dei filium. Aut per verbum creatum doctrinæ, iſta redemptio eſt euangelium. Aut per verbum ſacramentale, quo ſcilicet perficitur ſacramentum. [Dei viui.] In ſe & ex ſe & vitam tribuentis, ad differentiam idolorum. Baruc. 6, Mortui ſunt dii illorum. Viuentis autem non quacunque vita, ſed æterna. [Et permanentis in æternum.] Et in ſe verbum increatum & in effectu, quia vita quam dabit, durabit in æternum. [Quia omnis caro vt fœnum.] Hîc oſtendit ignobilitatem generationis carnalis, quaſi non ex ſemine corruptibili renati eſtis, quanquam omnis caro fœnum, id eſt tranſitoria, ſicut fœnum. Caro autem comparatur fœno. Et vt dicit Gloſſa ſuper illud Eſaiæ 40, Omnis caro, fœnum. Fœnum naſcendo habet virorem, creſcendo decorem, deinde florem: ſed ardore ſolis ſiccatũ redigitur quaſi in fimum, & tandem in puluerem. Sic homo per ætatum ſucceſsiones amittit decorem, & cadit in mortem. Iacobi 1, Exortus eſt ſol cum ardore, & arefecit fœnum. [Et omnis gloria eius.] Gloſſa, Omnes delectationes carnis, [Tanquam flos fœni,] qui citò euaneſcit. [Exaruit fœnum,] id eſt corruptum eſt ſubtractione naturalis humoris & caloris interioris, id eſt caro deficit aliqua infirmitate. [Et flos eius decidit,] ſcilicet exterioris decoris. [Verbũ autem domini manet in æternum.] Verbum increatum manet æternaliter in ſeipſo. Verbum verò creatum in ſuo effectu, & in ſuo ſignificato. Pſalm. 118, In æternum domine permanet verbum tuum. [Hoc eſt autem verbum] manẽs, non tranſiens. [Quod euangelizatum eſt] per me & alios apoſtolos, [In vos.] Hoc ideo dicitur, quia verbum ipſum intra ipſos eſt penetratiuum, ſecundum illud Hebræo. 4, Viuus eſt ſermo & efficax & penetrabilior omni gladio. ¶ Nota de hoc redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione, &c. Redemptione, ſcilicet copioſa. Pſalm. 128, Apud dominum miſericordia, & copioſa, &c. Quia ſine argento, gratioſa eſt. Eſaiæ 52, Gratis venundati eſtis, &c. Pretioſa, non corporalibus auro vel argento, &c. Aeterna, ad Hebræos 9, Per proprium ſanguinem introiuit ſemel, &c. Glorioſa, Ex parte redimentis, quia filius dei. Galat. 4, Miſit deus filium ſuum factum ex muliere. Et ex parte redempti. Pſalm. 102, Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te, &c. Et Apoc. 5, Redemiſti nos domine in ſanguine tuo, & feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes. Ad hoc autem quòd proficiat ipſius redemptio, ſunt quinque neceſſaria. Primum eſt confeſsio culpæ. Prouerbio. 15, In miſericordia, ſcilicet iudicis, & veritate, ſcilicet confitentis, redimitur iniquitas. Secũdum eſt poſtulatio veniæ. Pſalm. Ego autem ad dominum clamaui, veniam, ſcilicet poſtulando, & dominus ſaluauit me. Et parum poſt, Redimet in pace animam meam. Tertium eſt largitio. Daniel. 4, Peccata tua eleemoſynis redime. Et Prouerb. 22, Redemptio animæ viri, diuitiæ eius. Quartum eſt expletio pœnitentiæ iniunctæ. Sophon. 3, Vt prouocatrix & redempta ciuitas non audiuit vocem, & non ſcuſcepit diſciplinam. Quintum eſt veritas fidei. Eccleſiaſt. 49, In fide veritatis ſuæ redemerunt ſe.

Remiſsio peccatorũ quãdo fit.

Cap. 2.

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones: ſicut modò geniti infantes, rationabiles & ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtatis quoniam dulcis eſt dominus,

Poſt exordium aggreditur narrationem, in qua inſtruit eos. Primò & principaliter ad bene viuendum. Secundò ad bene conuiuendum. Tertiò ad compatiendum. Primò ad bene viuendum inſtruit generaliter omnes. Secundò inſtruit ſpecialiter ſecundũ diuerſas perſonarum conditiones, ibi, Chariſsimi obſecro vos. In prima parte, primò inſtruit hortando ad meritum. Secũdò conſtituendo fructum, ibi, Propter quod continet ſcriptura, Tertiò commendando ſtatum, ibi, Vos autem genus electum. Quartò allegando beneficium, ibi, Qui aliquando non populus, &c. Ad meritum autem inuitat, primò ſtatum incipientium. Secundò proficientium, ibi, Sicut modò geniti. Tertiò perfectorum, ibi, Ad quem accedentes. Dicit ergo, [Deponentes,] tanquam graue pondus. Peccatum enim eſt pondus grauiſsimum, quod patet quia ſubitò traxit grauiſsimam cateruam, ſcilicet angelicam de ſupremo loco ad infimum. Hebræo. 12, Deponentes omne pondus & circũſtans, &c. [Omnem malitiam.] Gloſ. Voluntatem nocendi aliis ſcilicet apertè, vel in perſona ſua vel in perſona ſibi coniuncta, ſcilicet in vxore vel in poſſeſsione ſua. Et ideo dicit, omnem. [Et omnem dolũ.] Gloſſa, Deceptionem, ſcilicet occultam. [Et ſimulationes] Malignandi ſub ſpecie iuſtè. Gloſſa, Simulatio eſt cùm aliud eſt in corde, aliud in ore. [Et inuidias] odium ſcilicet alienæ fœlicitatis in corde. [Et omnes detractiones,] diminutionem alieni boni in ore. Et dicit, omnes, quia multis modis committitur detractio, aut bonum quod ineſt, non ineſſe negando, aut obfuſcando, aut diminuendo, aut malum quod non eſt ineſſe dicendo, aut intentionem in bono opere peruertendo, aut conſentiendo aliquibus, qui aliis detrahunt, quibus apertè detrahere non audet: & talis non minus peccat, quàm detrahens, imò aliquãdo grauius. Prouerb. 11, Remoue à te os malum, & labia detrahẽtia. [Sicut modò geniti infantes,] id eſt innocentes per munditiam vitæ non ſenes inueterati in malitia culpę. Et quia innocentes ſolent eſſe ſine diſcretione ſubdit, [Rationabiles] .i. ratione vtentes per ſapientiam. Gloſ. Et ſi infantes per malitiam remotam tamen rationabiliter per ſapientiam. 1 Corinth. 14, Nolite pueri effici ſenſibus, Malitia autem paruuli eſtote. Et quia vſus rationis poteſt eſſe in bono & in malo, ideo ſubdit, [Sine dolo lac concupiſcite] .i. ſimplicem doctrinam de vberibus matris eccleſiæ. Gloſ. Simpliciora rudimenta fidei de vberibus matris eccleſiæ quærite .i. de vtriuſque teſtamenti doctoribus. In hoc quod dicit, Sicut modò geniti, remouet malitiam operis: In hoc quod dicit, infantes, remouet malitiam oris: dicitur infans quaſi non fans. In hoc quod dicit, ſine dolo, remouet malitiam cordis. In hoc quod dicit, rationabiles, docet diſcretionem boni operis. In hoc quod dicit, lac concupiſcite, docet ſimplicitatem intentionis, vel deſiderium ſacræ lectionis. vnde Gloſſa, Tangit illos qui ad audiendas lectiones ſacras faſtidioſi aduenium. Ideoque ad perfecta ſalutis incrementa tardius perueniunt. [Vt in eo,] Lacte ſcilicet ſimplicis doctrinæ à principio vobis miniſtrandæ, [Creſcatis,]

Peccatum põdus grauiſsimum.

Multis modis cõmittitur detractio.

Lac concupiſcẽdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, proficiatis vsque ad sumendum cibum solidioris doctrinæ, peruenientes à cognitione humanitatis Christi, vsque ad cognitionem diuinitatis. Crescatis, inquam, [In salutem] perueniendo, scilicet quasi status debitus augmenti, scilicet spiritualis. Hoc dicit contra illos qui dicunt corporaliter in statura corporis, aut spiritualiter in cognitionem mentis crescunt potius in damnationem, quàm in saluationem. Eccle. 9, Qui addit scientiam, addit & dolorem. ¶ Nota de aliquibus qui crescunt sicut linea, scilicet in longitudine corporis non temporis, non tamen in profunditate humilitatis, vel in latitudine charitatis, nec altitudine contemplationis. Nota etiam de aliquibus qui crescunt sicut pellis super carnem, scilicet in carnalibus siue operibus, siue affectionibus & desideriis, Vnde Psal. 103, Extendens cælum sicut pellem. Ita crescatis in salutem vt hæc possitis. [Si tamen gustatis] gustu, scilicet spirituali, de quo Psalm. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Et hoc est quod sequitur. [Quoniam dulcis est dominus,] Palato sano, quanuis amarus videatur palato febricitanti. Glos. Hoc pacto concapiscite, si quanta sit diuina dulcedo sapitis. Nam qui nihil de eius dulcedine gustat, non est mirum, si hic terrenis desideriis sordidari non euitat. ¶ Et nota q̃ dulcis est dominus: primò in cogitatione ad meditandum. Canti. 2, Est fructus eius dulcis gutturi meo. Secundò in ore, scilicet spiritualiter ad audiendum. Cantic. 2, Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Tertiò in ore ad loquendum & prædicandum. Psal. 118, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Quartò in aspectu ad videndum. Eccle. 2, Dulce lumen & delectabile oculis. Quintò, ad exequendum. Ecclesiast. 23, Nihil dulcius quàm respicere in mandata dei: gloria magna est sequi dominum. Ista autem dulcedo multa est numerositate. Psal. 30, Quàm magna est multitudo dulcedinis tuæ domine. Item longa est duratione, quia sine fine. Psal. 15, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem, scilicet intẽtionis, sed sine fine durationis. Item magna affectione. Sapien. 16, Panem de cælo præstitisti eis, habẽtem in se omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem: substantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas.

Dulcedo dei multipliciter deprehẽditur

Ad quem accedẽtes, lapidem uiuũ, ab hominibus quidẽ reprobatum, à deo autem electũ & honorificatum: & ipsi tãquam lapides uiui superædificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum: offerentes hostias acceptabiles deo per Iesum Christum, Propter quod continet scriptura, Ecce ponam in Syon, lapidem summum, angularem, probatum, electũ, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autẽ, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali his qui offendunt uerbo, nec credunt, in quo & positi sunt.

Hîc inuitat ad meritum perfectorum. Dicit ergo, [Ad quem,] scilicet dominum Christum, qui attrahit, quia dulcis, [Accedentes]. Glossa, Fide & imitatione. [Lapidem] per stabilitatem superædificationis, id est fundamentum super quod ædificatur ædificium virtutum & fabrica ecclesiæ. 1. Corinth. 3, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus, id est fides Iesu Christi. [Viuum] In se & viuificãtem fideles, quia iustus ex fide viuit, Rom. 1. [Ab hominibus,] scilicet Iudæis, [Reprobatum.] Glos. Cùm dicerent, non habemus regem, nisi Cæsarem, vt habetur Ioan. 19. [A deo autem] Patre. Glos. Qui non fallitur in sui dispositione. [Electum,] Ad confirmationem ecclesiæ: vnde Glossa, Vt faceret vtraque vnum, cõiungendo scilicet duos populos, Iudæorum scilicet & Gentilium, quasi duos parietes in sua fide, Ephes. 2. [Et honorificatum] In Ascensione, Psal. 8, Gloria & honore coronasti eum. Hebr. 12, Videmus Iesum gloria & honore coronatum. [Et ipsi,] scilicet nos apostoli iam in ipso sumus superædificati. [Tanquam lapides] id est, solidi in fide. [Viui] bonis operibus, sine quibus fides mortua est, Iacob. 2. Vel viui. Glos. Non insensibiles, sed per discretionem eruditi. [Superædificamini] Super lapidem Christum, tanquam super spirituale fundamentum ædificamini, scilicet vosipsos, [Domos spirituales] In quibus deus habitat per gratiam. 1. Corinth. 3, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Glos. In domos contra pluuiam, ventos, & flumina. Contra, inquam, pluuiam carnalis concupiscentiæ. Contra ventum superbiæ, contra flumina cupiditatis & auaritiæ. [In sacerdotium sanctum,] id est vt sitis sacerdotes sancti in templis spiritualibus conscientiarum vestrarum, deo sacrificantes, secundum illud Apocalypsis 5. Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Ponit abstractum pro concreto, vt insinuet perfectionem & dignitatem huius sacerdotii, [Sanctum,] id est, sanctificatum oleo gratiæ spirituſsancti. Ita scilicet vt sitis digni [Offerentes], id est offerre in ara cordis vestri. [Spirituales hostias] Bonorum scilicet eleemosynarum & orationum ac huiusmodi, non carnales animalium. Psalm. 49, Immola deo sacrificium laudis. Vel spirituales hostias, id est, nosmetipsos spiritualiter viuentes. [Acceptabiles deo]. Qui spiritus est & ideo spirituales hostias requirit, non carnales, Psalm. 50, Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. [Per Iesum Christum.] Hoc secundum Glossam, refertur ad omnia præcedentia, quæ fieri non possunt nisi per Iesum Christum. Glossa, Quòd ædificamini, quòd sacerdotes estis, quod offertis, hoc totum per Iesum: cuius gratia omnia habetis. [Propter quod continet scriptura.] Hîc ostendit fructum, & primò in euitatione confusionis. Secundò, in acceptione honoris, ibi, Vobis igitur honor. Dicit ergo, propter quod. Glossa, Ad confirmandum quòd dominus propter firmitatem suam dictus sit lapis. [Continet scriptura] prophetica. Esaiæ 25, Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem angularem, &c. [Ecce,] inquit, pro admiratione. [Ponam] inquit Deus pater, filium suum in carnem mittendo. [In Syon,] Per Syon, quæ erat arx ciuitatis Hierusalem, significatur literaliter terra Iudæorum, in qua ortus est dominus. Spiritualiter verò ecclesia fideliter deum per fidem speculantium, [Lapidem] scilicet Christum, qui est lapis firmitate. [Summum] perfectione, [Angularem] duorum parietum ecclesiæ coniunctione, [Electum] singulari dignitate, [Pretiosum] redemptionis virtute pretii nostri salutaris: hic est lapis abscissus de monte, id est, natus ex beata virgine, sine manibus. i. sine virili semine, Daniel. 2. Hic est lapis septem oculorum per viuersam terram discurrentium, Zacha. 3. Hic est lapis quem reprobauerunt ædificãtes, qui factus est in caput anguli. s. in passione, Psal. 117. [Et qui ceciderit in eum.] Aliàs crediderit in eum. s. fide formata per dilectionẽ operãtem. Non enim dicit ei, vel eum, sed in eum, [Non cõfundetur,] æterna. s. cõfusione. ¶ Et nota q̃ hęc litera est septuaginta interpretũ. Esa. 28. vbi nos habemus sic, Ecce mittã in fundamẽtis Syon lapidẽ angularẽ, probatũ, p̃tiosum, in fundamẽto fundatũ: qui crediderit non festinet. Ponit autem hîc Petrus summum loco huius quod dicit, In fundamento fundatum, ad notandam differentiam spiritualis ædificii & terreni. Quia fundamentum spiritualis ædificii est in summo, terreni verò in imo [Vobis igitur] Ita qui credidit non confundetur, imò honorabitur [Vobis igitur honor credentibus] hoc est, exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Credentibus enim in deũ est honor in præsenti, & erit in futuro. Fides enim facit hominem filium dei, quod valde est honorificum: ecõtrario [Non credentibus autem]. i. in Christum credere nolentibus factus est ipse Christus [Lapis quem reprobauerunt ædificãtes] Vt fiat hîc distinctio secũdum Bedã. q. d. Hi sicut illi reprobauerunt eum in præsenti, nolentes eum ponere in ædificio cordis sui: Sic ipse reprobauit eos in futuro. Luc. 12, Qui negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis dei [Ædificantes] pontifices, scribæ, & pharisæi, qui erãt architecti, & rectores populi Iudaici [Hic factus est in caput anguli.] i, principium iuncturæ Christianę religionis, quæ est quasi angulus in quo fit cõiunctio duorũ populorũ quasi duorum parietũ. s. Iudæorũ & Gẽtium. Col. 1, Ipse est caput corporis ecclesiæ. Et ecõtrario [Factus est lapis offensionis.] s. lędẽs pedem affectus in præsenti, vt sic cessitent de peccato in peccatum, non habentes firmitatẽ, quia Christo innixi non sunt [Et petra scandali] in futuro, vt tunc omnino corruant, & præcipitentur in infernũ. Sumptum autẽ est hoc de Esa. 5, In lapidẽ aũt offensionis & petrã scandali duabus domibus Israel & in laqueum, &c. [His qui offendunt verbo.] i. scandalizantur in verbo euangelii, vel malè loquuntur de deo vt faciunt blasphemantes Iudæi & negantes. Augu. Non minus peccant qui deum blasphemant iam regnantem in cælis, q̃ qui eũ crucifixerunt adhuc mortalẽ in terris [Nec credunt] in eum. s. Christum [In quo & positi sunt] Actu. 17, In ipso viuimus, mouemur & sumus. Vel ait, In quo positi sunt. i. ad quod ordinati sunt naturaliter. Glos. Per naturam, Ad hoc facti sunt homines vt credant deo, & eius voluntati obtemperent.

Blasphemi reprehendũtur.

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut uirtutes annuntietis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei: qui non consecuti misericordiam, nunc misericordiam consecuti.

Hîc instruit eos commendãdo statum. q. d. Illi sunt tales qui non credunt [Vos autem] credentes. s. estis [Genus electum]. q. d. hoc est testimonium quod antiquo populo datum fuit, dum deum colebat: quia eũ reprobauit, ab eis ad vos translatum est qui membra eius facti estis. Estis genus Abrahæ. s. per imitationem Mat. 3. Luc. 3, Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Vel genus dei per conformitatem. Actu. 17, Genus autem cùm simus dei, &c. Genus, inquam electum ab infidelibus qui reprobati sunt distinctione secundũ glos. [Regale sacerdotium] imitationis dignitate, Apoc. 5, Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. sed cũ dicitur, Exo. 19, Vos eritis in regnum sacerdotale: quare dicitur hîc regale sacerdotiũ? Responsio. Ad innuendã prerogatiuam noui testamenti respectu veteris, in nouo enim testamento sacerdotiũ præeminet regno, sicut spiritus præeminet corpori. Regnum enim consistit in regimine corporali, sacerdotium verò in regimine spirituali. Ideo potestas sacerdotalis ponitur in substantiuo, regalis autem in adiecti uo [Gens sancta] A peccatis munda per gratiam [Populus acquisitionis]. i. acquisitus non modico pretio sed pretioso sanguine Christi. 1. Corin. 6, Empti estis pretio magno, non credentes verò, populus sunt perditionis: Ad hoc autem estis electi & acquisiti [Vt virtutes]. i. opera virtuosa quæ fecit in opere redemptionis humani generis [Annuntietis.]. i. prædicetis aliis, annuntiantes omnes virtutes eius. Sicut filii Israel post transitum maris rubri, in quo Aegyptii sunt submersi, carmẽ triũphale cecinerũt, [Eius] s. Christi [Qui de tenebris] culpæ, ignorãtiæ & infidelitatis [Vos vocauit] vocatione interiori per spiritũ, & exteriori per euãgelium [In admirabile lumen suum]. s. fidei & gratiæ, quæ illuminat intellectum, & inflammat affectum. Et dicit hîc lumen admirabile, quia illuminat mirabiliter videnda & credenda. Psal. Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua: Vos inquam [Qui aliquando non populus] eratis supple per culpam [Nunc autem.] s. tempore gratiæ [Populus dei] estis per fidem & gratiam [Qui non consecuti misericordiam,] hoc est, remissionem peccatorum [Nunc autem,] id est, tempore gratiæ [Misericordiam consecuti,] id est, peccatorum remissionem. Hinc probatur, vt dicit Glossa, quòd hanc epistolam scripsit his qui de gentibus ad fidem venerant. Sumuntur autem duo hi versus ex propheta Osee 1, in quo agitur de vocatione gentium. Et tangit hîc duplex beneficium, quo incorporati sunt ecclesiæ & deo reconciliati.

Stat⁹ Christiani digni tas.

Cur gens Christiana regale dicitur sacerdotiũ, & non sacerdotale regnum.

Charissimi obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos abstinere uos à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam: conuersationem uestram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detractant de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent deum in die uisitationis,

Hîc instruit ad bene viuendum specialiter secundum diuersas personarum conditiones. Primò liberos: secundò seruos, ibi, Serui subditi estote. In prima parte liberos monet ad carnis puritatem. Secundò, ad conuersationis honestatem, ibi, Conuersationem vestram, &c. Tertiò ad mentis humilitatem, ibi, Subiecti estote: Quartò, ad bene operandi libertatem, ibi, Quia hæc est voluntas dei. Quintò ad aliorum honorificationem, ibi, Omnes honorate. Dicit ergo [Charissimi] Glo. Hucusq; generaliter instruxit ecclesiam, hîc diuersas fidelium personas solerter hortatur dicens, Charissimi. Glossa, quia estis misericordiam consecuti: ergo charissimi. Chari, quia homines propter dignitatem imaginis dei. Chariores, quia fratres propter communionem Christianæ religionis. Charissimi, quia spirituales filii propter curam apostolici regiminis [Obsecro] per sacra adiuro, non ait præcipio, cùm tamen possit, volens insinuare charitatem potius quàm authoritatem [Tanquam aduenas & peregrinos.] Aduenæ sunt qui in loco alieno manent. Peregrini verò qui semper de loco ad locum transeunt. Dicuntur ergo hi aduenæ quia de gentilitate ad fidem venerant nõ ex fidelibus orti. Dicuntur autem peregrini, quia sub persecutione steterunt, Actuum 8, Dispersi erant. Vel aduenæ dicuntur quia animæ eorum non de natura terrestri, sed potius cælesti sunt, scilicet conformitate. Peregrini verò, quia de terra ad cælum tendunt. Psalm. 38, Aduena ego sum apud te & peregrinus. Nota, de peregrino, quantuneũque sit extra terram suam corpore, cor tamen eius est in patria sua [Abstinere,] id est, freno abstinentię temperare. Vel abstinere, id est, absque eorum, scilicet desideriorum carnalium retentione esse. Tenetur enim homo per consensum & delectationem, per opus & consuetudinem, & pro remo-

Aduenæ & peregrini qui dicũtur.

Domus spirituales homo.

Christus lapis.

tione istorum abstinendũ est[A carnalibus desideriis,]ideſt,ab his quæ caro desiderat,quæ sunt opera gulæ & luxuriæ.Hæ sunt duæ filię sanguisugæ,ideſt,carnis.Prouer.19.[Quæ militant aduersus animam,]ideſt vt milites pugnant & impugnant,non inquantum anima est,sed inquantũ anima est spiritus.Gala.5,Caro concupiscit aduersus spiritũ[Conuersationem vestram.]1.actus exteriores[Inter gentes habentes bonam] i.inter gentiles viuentes non tantùm inter fideles:sed etiam inter illos seu coram illis qui non sunt conuersi vt prouocetis eos ad fidem.Ad Colo.4,Honestè ambuletis ad illos qui foris sunt[Vt in eo quod detractãt de vobis,]scilicet frequenter,vel detrahendo tractant[Tanquam de malefactoribus,]ideſt,ac si essetis malefactores,reputantes vos tales credendo in Christum & idola relinquendo vos malefeciſſe,& propter hoc tribulationem sustinere seu pati.Imponebant enim pagani Christianis q̃ magicam artem exercebant [Ex bonis operibus,]ideſt,propter bona opera quæ facitis[Vos considerantes]diligentius intuentes [Glorificent deum]omnis boni authorem.Mat.quinto,Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum,&c.[In die visitationis]Factæ in præsenti per misericordiam, quando à deo visitabuntur & conuertentur exemplo operum vestrorum,de' qua visitatione habetur Luc. 1,Per viscera misericordiæ dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto.Siue visitationis vestræ factæ in præsenti per tribulationum pressuram.Cùm enim videbant eorum patientiam credebant hoc esse eis ad magnum meritũ apud deum,& sic deũ laudabant.Siue visitationis quæ erit in futuro,scilicet in die iudicii: vbi boni præmio,mali verò flagello visitabuntur.

Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum.Siue regi,quasi præcellenti:siue ducibus, tanquam ab eo missis,ad uindictam malefactorum,laudem uerò bonorum.Quia sic est uoluntas dei,ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.Quasi liberi,& non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem,sed sicut serui dei.

Hìc monet eos ad mentis humiliationem seu humilitatem.Glos.Vt cõuersatio vestra omnibus placeat non resistatis alicui dignitati aut personæ aut principatui,cùm deus subdi vos voluit,imò [Subiecti estote omni creaturæ humanæ]Glo.Fidelibus & incredulis.Et est accommoda distributio pro his sub quorum sunt potestate[Propter deum]sic ordinantem.Rom.13,Qui potestati resistit,dei ordinationi resistit. Vel propter deũ,ideſt,secundum amorem,non propter hominum fauorem.Vel propter deum huius exemplũ ostendentem,de quo dicitur Luc.2,Et erat subditus illis,scilicet parentibus suis.Vel propter deum,ideſt,in his per quæ ordinamur ad deum,vt fratrem nostrum non in his quæ sunt contra deum[Siue regi quasi præcellenti,]ideſt,qui maior & præcellens aliis dignitate & potestate[Siue ducibus,]ideſt,potestatibus minoribus[Tanquam ab eo,]scilicet deo vel rege[Missis]Omnis enim potestas à deo est.Rom.13,Missis inquã [Ad vindictam malefactorum,]ideſt,pœnam[Laudem verò bonorum,]In remunerationis gloriam. Finis enim legis & ministrorum eius est punitio malorum,& remuneratio bonorum.Sed tamen iudices aliquando peruertunt officium seu iudicium,malos quidem subleuando,bonos verò opprimendo. Quod tamen ipsis bonis ad laudem pertinet,vt dicit Gloſſa,malis autem ad punitionem.Et debetis subditi esse [Quia sic est voluntas dei]vt scilicet illa faciatis[Vt bene facientes,]scilicet bene conuersantes & malis bene vtentes[Obmutescere faciatis]subtrahendo illis materiam loquendi & detrahendi [Imprudentium hominum ignorantiam]quia ignorantes bonitatem vestram prius detrahebant vobis[Quasi liberi]Glos.Et hæc benefacite quasi liberi,scilicet ex amore nõ ex timore:vnde Lyra,Quasi est expressiuum virtutis,quasi,ideſt sicut verè liberi estis,Sic dominis liberè & voluntariè seruiatis [Et non quasi velamen habentes malitiæ.] Gloſſ.Libertas vestra non obuoluat corda vestra in velamen malitiæ, vt tantò licentius peccetis,quantò minus iugo seruitii estis pressi.Hoc autem dicit Apostolus contra quosdam qui dicebant,quia filius .s. dei nos liberauit,verè liberi sumus,& nemini seruire debemus,& ideo superioribus negabant iura sua . Tales erant Iudæi dicentes Io.8,Semen Abrahæ sumus,& nemini seruiuimus vnquam.Talia sunt aliqua monasteria & aliquæ personæ quæ habent libertatem quasi velamen malitiæ,quia gaudent priuilegio exemptionis ne visitentur ab ordinariis,& sic liberius peccant.Ad Galat.5,Vos in libertatem vocati estis fratres: nec tamen libertatem in occasionem detis carnis:sed per charitatẽ seruite inuicẽ[Sed sicut serui dei] sitis humiliter seruientes.Glo.Seruitus dei humilitatem requirit:vult ergo dicere,Seruite principibus humiliter,sicut serui domini,quia in ipsis domino seruitis.

Finis legis & ministrorum.

Omnes honorate,fraternitatem diligite,deum timete,regem honorificate.

Hìc monet ad aliorum honorificationem[Omnes,]inquit,non solùm reges & duces,sed vnũquenque pro modo suo,vt dicit Glos.Honorate quidem honore reuerentiæ.Rom.12,Honore inuicem præuenientes,quia in omnibus est dei imago,quæ est ratio honorandi[Fraternitatem diligite]vt & maiores diligant minores sicut fratres.Frater enim est nomen æquiparantiæ[Deum timete]timore filiali non seruili.Nõ dicit nunc diligite vel honorate,quia timor domini initium est dilectionis eius,vt habetur Eccles.15.[Regẽ] quasi dei ministrũ[Honorificate]Glo.quasi præcellentẽ ampliori honore venerãdũ.Mat.22,Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt dei deo.Dicit autẽ honorificate,ideſt,honorem extra facite.Omnes enim debemus honorare regem interius & exterius. Obsecro vos tanquam aduenas,&c. Notandum q̃ in tota illa epistola quæ legitur in ecclesia dominica tertia,post pascha,monet nos Apostolus.ad tria.Primò,ad abstinentiam à carnalibus desideriis:quibuslibet,quo ad seipsum,ibi,Obsecro vos,&c. Secundò, ad honestatem cõuersationis quo ad proximũ, ibi,Couersationem vestram.Tertiò,ad subiectionem humilitatis, quo ad deum,ibi,Sãcti estote,&c.In prima primò notatur admonitionis ratio,ibi,Obsecro vos tanquam aduenæ,&c.Secundò,ipsa admonitio,ibi,Abstinete vos,&c.

Serui subditi estote in omni timore dominis,non tantùm bonis & modestis,sed etiam dyscolis.Hæc est enim gratia, si propter dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniustè.Quæ enim est gratia,si peccantes & colaphizati suffertis?Sed si benefacientes patienter sustinetis,hæc est gratia apud deum.In hoc enim uocati estis: quia & Christus passus est pro nobis , uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius , Qui peccatum non fecit , nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur , non maledicebat , cùm pateretur , non comminabatur . Tra-

debat autem iudicanti se iniustè.Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum,ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus,cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes,sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum.

Hìc specialiter instruit seruos,quibus primò dat documentum.Secundò ostendit adimpletionis meritum,ibi,Hæc est enim gratia.Tertiò inducit exemplum,ibi,Quia Christus passus est,&c.Dicit ergo[Serui]Glos.Hucusque exhortatus est liberos ad subiectionem,nunc hortatur seruos ad eandem dicens [Subiecti estote]subiectione obedientiæ & reuerentiæ[In omni timore]Omne enim & totum & perfectum dicimus idem,ideſt,in timore filiali,vel in omni timore.s.interiori & exteriori[Non tãtùm bonis]quo ad deũ. Glo.Fide,vita,moribus[Et modestis]quo ad proximum moderatè,scilicet in parentibus & condonãtibus quando cõmissum est aliquid contra eos[Sed etiã dyscolis]indisciplinatis & indoctis.Glo.Scholastici sint eruditi:dyscoli,indocti & agrestes.Alia litera habet,difficilioribus,quasi sint illi qui nihil gratanter accipiũt similes Holoferni.Nec tamen ista facientes,ferocitatem pectoris eius mitigarunt,Iudith 3. [Hæc est enim gratia,]ideſt,in hoc acquiritur dei gratia.Glos.Per hanc efficitur homo gratus deo[Si propter dei conscientiam,]ideſt,bonam conscientiam deitatis confortamini,in qua & habitat deus.Vel propter conscientiam dei,id est,propter intentionem placendi deo,qua deus sit nobiscum.Vel propter conscientiam dei,ideſt,fidem dei,vt ponatur conscientia pro fide sicut econtrario Rom.14,Omne quod nõ est ex fide,peccatũ est [Sustinet quis,]scilicet patienter sine murmuratione cordis.Et dicit sustinet,ideſt,sensualitatem sub ratione tenet,ne,scilicet ratio succumbat[Tristitias.]i.pœnas à dominis illatas,vnde solet oriri tristitia [Patiens iniustè,]ideſt,sine merito suo.Patitur enim quis iustè,cùm patitur per peccatum:patitur iniustè, cùm sine suis demeritis patitur,sed vt soli deo placeat,vt possit dicere illud Psal.Propter te sustinui opprobriũ, &c. [Quæ enim est gratia,]ideſt acquiritur,vel debetur ex hoc[Si peccantes,]ideſt rebelles in seruitio dominorum,nolentes eis seruire[Et colaphizati,]ideſt,colaphis cæsi à dominis propter hoc,vt dicit Glos.vt ad obedientiam inducamini[Sufferтis,]ideſt,sustinetis.Glos.i.si exteriorem pœnam sufferтis,& non amore iustitiæ nullum præmium accipietis[Sed si bene facientes,]ideſt,quanuis bene facientes,& dominis vestris vt debetis,obedientes[Patienter]sine murmuratione & indignatione[Sustinetis]Glos.mala illata à dominis Hæc est gratia,ideſt,per hoc acquiritur gratia[Apud deum]patientiæ vestræ remuneratorem. Infrà 3, Si quid patimini propter iustitiam,beati[In hoc enim]Glo.vt patiamini[Vocati estis]ad fidem.2.ad Tim.3, Omnes qui pie volunt viuere in Christo,&cætera[Quia Christus passus est pro nobis,&cætera,]Hìc introducitur exemplum passionis Christi.Primò ostendit in Christo patiendi causam.Secundò,patientis innocentiam,ibi,Qui peccatum non fecit.Tertiò passionis efficaciam,ibi,Qui peccata nostra,&c. Efficaciã autem tangit quadruplicem,scilicet pro peccatis mortuorum satisfactionem,viuificationem,sanationẽ,ibi, Cuius liuore,&cætera,& errantium reductionem,ibi,Eratis enim sicut oues errantes.Dicit ergo [Quia & Christus]quasi dicat debetis pati exemplo Christi. Gloſſ.Multum glorificat seruos,quos benefacientes & absque culpa vapulantes affirmat imitatione dominicæ passionis[Passus est]non dicit quid,vt sic innuat sustinuisse omne genus passionis.Psalm.Omnes fluctus tuos induxisti super me. Pro nobis , tam apostolis quàm aliis,tam præsentibus quàm absentibus seu futuris.Christus enim pro omnibus mortuus est.2.Cor. 5.Vel pro nobis,ideſt,loco nostri qui eramus morti adiudicati.Vnde passus est,vt nos à morte liberaret, sicut solet dici,ego soluam pro te,ideſt,loco tui.Sicut enim pro membris infirmis curãdis,imò pro toto corpore sanando caput sanum,ideſt os quod est in capite aliquando bibit amaram medicinã.Ita Christus pro nobis,qui sumus membra eius,imò pro toto corpore suo quod est ecclesia,sanando amaram sustinuit patiẽtiam.Vel pro nobis,ideſt,amore nostri.Ioan.15,Maiorem hac dilectionem nemo habet quàm vt animam, &cætera[Vobis.]scilicet absentibus,ideſt,qui ipsam passionem non vidistis,sicut nos præsentes.Ideo dicitur vobis[Relinquens exemplum]Cùm prius dixisset,Christus passus est pro nobis,quia apostoli non indigebant exemplo qui ipsum Christum viderant,& passio eius in animabus eorum erat impressa:dicit,vobis relinquens,quasi retro linquens,sed nobis præsentialiter tradens exemplum.Glo.tribulationum,contumeliarum,flagellorum,& mortis crucis.Ioannis decimotertio,Exemplum enim dedi vobis , vt quemadmodũ ego feci & vos faciatis[Vt sequamini]quasi à longè,quia cum eo ire non possumus.Genes.33,Præcedat dominus meus seruum suum,& ego paulatim sequar vestigia sua,sicut video paruulos meos posse.Matth. 26, dicitur de Petro quòd secutus est Iesum à longè vsque in atrium principis sacerdotum.Ioannes autẽ sequutus est de propè:in quo intelligitur bona vita:sed Petrus de longè,in quo intelligitur scientia . Interpretatur enim Petrus agnoscens[Vestigia eius]non rem.Iob 33,Vestigia eius sequutus est pes meus. Sed contrà dicitur Eccle.2,Quid est homo vt posit sequi regem factorem suum.Responsio , Vestigia diuinitatis homo non potest sequi,quia sicut dicitur Iob vndecimo,Celsior cælo est & quid facies? Profundior inferno, &cætera.Sed vestigia humanitatis potest.Bernardus,Omnes viæ Christi secundum carnem sunt spontanea paupertas,cumulata vilitas tam assumpta quàm illata pœnalitas[Qui]Christus[Peccatum non fecit] in opere,quasi dicat,debetis sequi vestigia eius,vt scilicet sine culpa pati non timeatis[Nec inuentus est dolus in ore eius,]ideſt,in sermone seu locutione.Dolus,ideſt,falsitas vel simulatio.Et dicit non est inuentus, scilicet à scribis & pharisæis qui eum obseruabant vt caperent eum in sermone.Matthæi 27.Et quòd non peccauit,ostendit per partes[Qui cùm malediceretur,]ideſt.blasphemaretur verbo.Ioannis octauo,Nõne bene dicimus nos quia Samaritanus es,&cætera[Non maledicebat.]Patet ibidem,Ego quidem dæmoniũ non habeo.Contrà dixit Iudæis,Ioannis octauo,Vos ex patre diabolo estis.Et Matthæi duodecimo,Progenies viperarum,quomodo potestis bona loqui cùm sitis mali.Et alibi Matt.Væ vobis scribæ & pharisæi, &cætera.Responsio,Dura correctio procedens ex charitate non est contumelia: sed procedens ex liuore vindictæ & ex intentione conuitiandi, est contumelioſa[Cùm pateretur]grauissimum crucis tormentum facto[Non comminabatur]sed orabat pro eis.Lucæ 23,Pater ignosce,&cætera.Et nota,quòd dicit cũ pateretur,alias enim charitatiuè eis comminabatur.Lucæ decimotertio,Nisi pœnitentiam egeritis,omnes simul peribitis.Matt.10,Tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrheorũ in die iudicii quã illi ciuitati.In

Christus exemplar veræ patiẽtiæ.

Christũ sequi quomodo liceat.

Acerba obiurgatio quando est licita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo instruit nos ꝙ quando infertur nobis contumelia vel iniuria,locus est patientiæ nõ correctionis,quia tunc videretur plus procedere ex vindicta & impatientia quàm ex charitate & misericordia.Sic ergo Christus patiebatur non ex necessitate vel coactione[Tradebat autem]autem pro sed,idest,sed voluntariè tradi se permittebat[Iudicanti se iniustè]scilicet Pylato,& pontificibus Iudæorum[Qui peccata nostra]communiter omnium,vt dicit Glossa,Ipse & non alius.Sicut filii Israel imponebant seruo emissario. Leuit.16. [Pertulit,]ideſt,perfectè tulit[In corpore]quod morti pro nobis exposuit[Super signum]crucis vt qui per lignum crucis vincebat,per lignum quoque vinceretur.Hoc est lignum benedictum.de quo Sapien.14,Benedictum lignum per quod fit iustitia.Vel lignum salutiferũ,in eodem,Transeuntes mare per ratem liberati sunt.Pertulit inquam[Vt peccatis mortui]sicut ipse mortuus est mortali vita veteri & passibili. Et dicit peccatis mortui,ideſt,à peccatis separati,sicut mors est separatio animæ à corpore.In mortuo enim non est sensus neque motus.Sic nec in nobis debet esse sensus,ideſt,affectus peccati ad intra,nec motus siue opus ad extra[Iustitiæ viuamus]Sicut ipse resurgens viuit,noua vita glorioſa,Rom.6,Quomodo Christus resurrexit à mortuis,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus[Cuius liuore,]ideſt,ſumma dilectione.Gloſ.ſola dilectione,consequens pro antecedente.Amor enim summè intensus facit euacuationem spirituum,& sic relinquitur color pallidus vel liuidus.Poeta,Palleat omnis amans.Hac inquam,dilectione[Sanati estis]Ephe.2,Propter nimiam charitatem suã qua dilexit nos,cùm essemus mortui peccatis conuiuificauit nos.Vel cuius liuore,ideſt:passione inferente eius carni liuorem,sanati estis à morbis,scilicet peccatorum vestrorum. Vel cuius liuore,ideſt,carne liuida,vel Iudæorum inuidia,vt exponit Gloſ.Sed quomodo sanati sumus,per Iudæorũ inuidiam?Responsio,Occasionaliter:quia per inuidiam eorum traditus est ad mortem,per quam mortem sanati sumus[Eratis enim]quaſi diceret,eo indigentes cùm essetis infirmi. Eratis enim præcipuè vos de indigentibus orti[Sicut oues]sine pastore[Errantes]per diuersa abrupta vitiorum,vagantes,morsibus luporum expositi,sæpius in pœnam puniti ꝙ dilacerati[Sed conuersi estis]qui prius eratis aduersi [Nũc,]ideſt,tempore gratiæ & passionis Christi gratuitæ[Ad pastorem,]ideſt,Christum: qui ad modum boni pastoris ouem perditam requirit.Luc.15.dicens,Nonne dimittit nonagintanouem,&c.Inuentam reportat & reducit ad ouile.Esa.40,Sicut pastor gregem suum pascet,in brachio suo congregabit agnos & in sinu suo leuabit,fœtas ipse portabit[Et episcopum animarum vestrarum.]i.Christum , qui est pontifex futurorum bonorum.Ad Heb.12,Animarum dicit non possessionum,sicut multi moderni intendunt possessionibus,non animabus.Hiere.3,Quaſi custodes agrorum facti sunt.Christus dicitur animarum pastor: eas reficiendo:Episcopus verò,ideſt,superintendens & visitator,vt dicit Glossa,eas à malo custodiendo & corrigendo. ¶ Nota,in hoc ꝙ dicit,Qui peccata nostra,&c.Maximè nobis manifestatur dilectio Saluatoris.Primò,in causa patientiæ,quia non pro amicis,sed pro inimicis animam suam posuit.Hoc notatur cùm dicitur,Peccata nostra.Item supra illud,Christus pro peccatis nostris mortuus est,iustus pro iniustis.Secũdò,in qualitate & quantitate passionis,quia non quamcunque mortem,sed vilissimam & grauissimam elegit sibi mortem,crucis scilicet,quod notatur cùm dicitur:Super lignũ.De huius mortis vilitate dicitur Sapien.2,Morte turpissima,&c.De eius acerbitate dicitur Tren.1,O vos omnes qui transitis per viam,&cæ. Tertiò in totalitate patientis,quia non in vno membro vt capite truncati vel transfosi,sed in quolibet . In primis in capite coronam mirabilem spineam,in pedibus & manibus clauos,in latere lanceam.Quod notatur ibi,In corpore suo,toto scilicet.Vnde Esa.A planta pedis,&c.Volue & reuolue illud dominicum corpus & vbique inuenies dolorem,vbique cruorem. Quartò in solutione præmii superabundãtis,quod notatur ibi,Pertulit.Notatur autem abundantia,quia plus soluit quàm homo debuit.Vnde Augu.Si ęqua pensetur lancea culpa hominis & pretium redimentis,non tantum distat oriens ab occidente , vel centrum à summo cæli cardine.

Dilectio Christi in nobis manifestatur.

Caput 3.

Similiter & mulieres subditæ sint uiris suis:ut si qui non credunt uerbo,per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant:considerantes in timore sanctam conuersationem uestram.

Suprà monuit ad bene viuendũ in se,hîc monet ad cõuiuendum in membris suis. Et primò specialiter coniuges:secũdò generaliter omnes fideles,ibi,In fide autẽ omnes vnanimes. In prima parte primò monet mulieres:secundò viros,ibi,Viri similiter.In prima igitur parte primò monet mulieres ad subiectionem virorum:secũdò ad sui decẽtem ornatũ,ibi, Quarũ nõ sit extrinsecus,&c.Tertiò proponit vtriusque exemplum,ibi,Sic enim aliquando,&c.Dicit ergo[Similiter.]i.Ita serui & liberi debent esse subditi propter deũ[Similiter & mulieres subditę sint]subiectione obedientiæ & reuerentiæ.Nam & si quo ad debitũ cõiugale sint pares & sociæ,ideo quia de costa formatæ,tamen quo ad ministrationem & disciplinã debent esse subditæ,quia vir est caput mulieris.1.Cor.11.[Viris suis]Gloſſ.Non adulteris[Vt & si qui.]ſ.mariti[Non credunt verbo]glo.Euangelii vel verbo fidei[Per mulierum conuersationem]scilicet bonam.Glo.Bene se habentium & humiliter patientiũ[Sine verbo]glo . Prædicationis. Efficacior quippe est,vt ait Bernardus,vox operis quàm sermonis.Et dicit sine verbo.nõ enim debet mulier prædicare verbo,sed exemplo.1.Timo.2,Docere mulierem non permitto[Lucri fiant,]ideſt,conuertãtur ad fidem.Sicut dicit gl.2.Co.7,Sanctificatur vir infidelis per fidelẽ mulierẽ[Considerantes]viri incredituli[Sanctam cõuersationem vestram]Ex tertia persona transit ad secundam,dirigens sermonem ad mulieres,vt ex modo loquendi qui magis est familiaris alliciat eas ad bonum.Conuersationem dico habitam & conseruatam.[In timore]scilicet dei qui est principium & custodia sanctitatis.Grego.Anchora cordis , timor.Eccl.27,Si non in timore dei te tenueris instanter,ideſt,cito,subuertetur domus tua.

Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circũdatio auri aut iudumẽti uestimentorũ cultus:sed qui absc̃ditus est cordis:homo in incorruptibilitate:quieti & modesti spiritus,qui est in cõspectu dei locuples.Sic enim aliquãdo, & sanctæ mulieres sperantes in deo ornabant se subiectæ propriis uiris,sicut Sara obediebat Abrahæ,dominum eum uocans:cuius estis filiæ benefacientes, & non pertimentes ullam perturbationem.

Qualis ornatꝰ deceat mulieres.

Hîc hortatur ad sui decentem ornatum,quarum,scilicet mulierum cultus exterior [Non sit extrinsecus

capillatura]Plicatio siue tricatio capillorum.Alia litera habet capillorum implicatio sicut fit in tortis crinibus.Glo.Videtur ꝙ mulieres eorum qui in tribulatione erant contemnebant viros suos,& vt aliis placerent se pulchrè ornabant,sed contrà,1.Corin.11,Mulier si comam nutriat,gloria est illi.Responsio,Nutrire potest,sed non debet artificialiter se ornare vel ostentare ad alios ad libidinem excitandã,sed debet habere velamen super caput suum propter angelos,ideſt,clericos.1.Corin.11.Vel capillatura dicitur capillorum propriorum curiosa aptatio,vel capillorum alienorum appositio [Aut] supple non sit mulierum cultus, [Circundatio auri]ideſt,ornamenta aurea circundantia,vt sunt coronulę aut circuli aurei[Aut]supple nõ sit[Indumenti vestimentorum cultus]ideſt,indumenta nimis chara vel pretiosa super alia vestimenta,quibus in festis vtantur,vt dicatur indumentum vestimentorum sicut virgo virginum.Cypria.9,Serico & purpura indutæ,Christum induere sinceriter non possunt:auro,& margaritis,& monilibus adornatæ,ornamẽta cordis & pectoris perdiderunt,ꝙ si Petrus mulieres admonet coercendas,qui excusat cultus illarum per maritos,quantomagis id obseruare virginem fas est cui nulla ornatus sui competit venia? Intelligitur autẽ hoc de virgine non desponsanda,sed in virginitatis proposito permansura. ¶ Et nota,ꝙ si hoc nõ licet mulieribus,multominus viris,vnde Gregorius in homil.Pensate quæ culpa sit viris appetere à quo curauit pastor ecclesiasticus & fœminas prohibere.Ex textu igitur & glo.quæ dicũt ꝙ serico & purpura indutæ Christum induere non possunt,videtur quòd ornatus mulierum sit illicitus,immo ꝙ sit peccatum mortale . Nihil enim impedit induere Christum,nisi peccatum mortale.Iterum Gregorius,Si cultus pretiosarũ vestiũ culpa non esset,nequaquam euangelica lectio tam vigilanter dixisset,quòd diues,qui in inferno torquetur, purpura & bisso induebatur.Contrà Glo.dicit hîc,quòd per maritos possunt se excusare mulieres.Nempe de bigamia dicit Augustꝰ.Quòd peccatum non erat,quando mos erat,ergo mos regionis & debitus finis si non potest aliter maritum suum de adulterio reuocare excusant.Responsio,Quidam dicunt simpliciter,ꝙ ornatus nimius est illicitus,nec dignitas personæ,nec mos regionis vel ciuitatis excusat à toto,sed à tãto:sed solũ ista causa vt vir ab adulterio reuocetur.Alii dicunt,ꝙ si non faciat causa superbiæ,vel vanitatis,vel prouocandi adulteros,sed vt seruetur mos regionis vel gradus dignitatis,vel reuocetur vir à fornicatione, non est peccatũ maius vel minus,mortale vel veniale secundũ radicẽ,vel secũdũ causam.Alii dicunt ꝙ in illis ornatibus,in quibus fit præiudicium naturæ,sicut fit in pictura faciei & huiusmodi,quæ peruertunt naturã solùm hoc excusat vt vir ab adulterio reuocetur,non conditio personæ,nec consuetudo loci.In aliis verò excusant,& consuetudo loci & dignitas personæ.Gregorius & Cyprianus loquuntur de ornantibus se propter superbiam,vel vt placeant adulteris[Sed qui absconditus est homo]quaſi non sit cultus mulieris exterior,sed potius[Cordis]ideſt,homo interior.ſ.ratio[Qui absconditus est inquam]Aliis hominibus & soli deo cognitus.1.Reg.17,Homo videt ea quæ foris patent,Deus autem intuetur cor,homo inquã manẽs[In incorruptibilitate spiritus]quãuis nõ corporis.Gloſ.Quia exterior homo videtur corruptus,& beatitudinem integritatis,quæ est propriè virginitatis,habere destitutus,imitamini incorruptionem spiritus per abstinentiam:& quod corpore nõ potestis,mente præstate:has enim Christus diuitias,& hæc vestræ coniunctionis quærit ornamenta.Et Pythagoras,Vera ornamenta matronarum pudicitia,non vestes sunt . Spiritus inquam[Quieti]ab operatione mali[Modesti]modũ seruantis in operatione boni.Vel quieti in aduersis,modesti in prosperis[Qui]scilicet spiritus quietus & modestus[Est in cõspectu dei locuplex] in diuitiis spiritualibus deo placentibus,de quibus Esa.33,Diuitiæ salutis sapientia & scientia [Sic enim aliquando] hîc ponit exemplum.Sic enim aliquando,ideſt,tempore patriarcharum & ante tempus gratiæ,quantomagis nunc[Et sanctę mulieres]vxores sanctorum[Sperantes in deo]Glo.Non in ornatu vestium sicut mulieres lasciuæ[Ornabãt se]Interius non exterius,nõ vestibus sed moribus.Aug.Nec affectetis vestibus placere sed moribus[Subiectæ propriis viris]Subiectione reuerentiæ & obedientiæ.Gloſ.Etiam in his quæ videbantur grauia.Gene.3,Sub potestate viri eris[Sicut Sara]Quæ est exemplum sanctarum mulierum, sicut Abraham virorum.Esa.51,Attendite ad Abraham patrem vestrum,& ad Saram quæ peperit vos[Obediebat Abrahæ,dominum eum vocans]Glo.Ex reuerentia.Gene.18,Postquam senui,& dominus meus vetulus est,&c.[Cuius]scilicet Saræ[Estis filiæ]Imitatione fidei,& si non successione generis.Erãt enim proselitæ[Benefacientes]in agendo,& maritos honorãdo[Et non pertimentes vllam turbationem]In patiendo,si aliquid mali inferatur à maritis vel à persecutoribus. ¶ Et no.ꝙ nõ dicit timẽtes,quia timere est naturale,& omnino caueri non potest,sed pertimentes,ideſt,perfectè timentes,hoc est,supra modum timentes, ita ꝙ bonum incœptum dimittant,vel aliquod inconueniens cõmittant.Virtus enim & si aliquando turbetur,non tamen perturbatur, cadit enim in ipsam turbatio propassio,sed nõ turbatio passio,secundum illud Prouer.12,Non contristabit iustum quidquid,&c.

An ornatus mulierũ sit licitus

Quieti & modesti spiritus.

Sara in exemplum mulieribus proponitur

Viri similiter cohabitantes secundum scientiam,quasi infirmiori uasculo muliebri impartientes honorem tanquam cohæredibus gratiæ uitæ:ut non impediantur orationes uestræ.

Hîc monet viros ad bene conuiuendum vxoribus,sicut se bene habere debent mulieres ad viros,similiter viri mariti earum sint[Cohabitantes]Reddentes debitum coniugale[Secundum scientiam]ideſt,discretè & cũ moderamine,non sicut equus & mulus quibus non est intellectus,vt generent filios ad cultũ vnius dei.In hoc autem quod dicit cohabitãtes,significatur æqualitas in redditione debiti coniugalis. ¶ Et nota, ꝙ triplex est concubitus.Primus coniugalis,qui fit causa concreandæ & educandæ prolis ad cultum dei. Alius est maritalis & fragilis qui fit causa vitãdæ fornicationis.Tertius impetuosus & bestialis,qui fit causa implendæ libidinis,nõ vt in sua,&c.Primus est meritorius.Secũdus,est peccatum sed veniale.Tertius , est peccatum mortale.De quo Aug.dicit,Quòd vehemens amator vxoris adulter est,&c.[Impartientes honorem].ſ. in necessariorum administratione & reuerentiæ exhibitione.Sic præcipitur Exod.21,Honora patrem,& matrem.Gloſſ.Si abstinueris à coitu,honorem ei tribuis[Quaſi inferiori vasculo.]i.fragiliori vasculo.Vasculũ dicitur corpus mulieris ob susceptionẽ seminis & cõceptionẽ prolis.1.Co.12,Quæ putauimus inferiora esse corporis membra,his abundãtiorẽ honorẽ circũdamus. ¶ Et nota,ꝙ dicit impartientes. i.in parte tribuentes. Soli enim deo honor totaliter est impendendus[Tanquam]Ecce alia causa [Cohære-

Triplex cõcubitus.

Mulieris corpus uasculũ dicitur.

dibus vitæ & gratiæ]Gratiæ quidem in præsenti,& vitæ æternæ in futuro[Vt non]Ecce tertia ratio[Impediantur orationes vestræ]scilicet concubitus assiduitate.Beda,impediri orationem officio coniugali commemorat,quia quærens vxori debitum credo orare non posse,q̃ si iusta apostoli sermonem sine intermissione orandũ est,nunquã ergo mihi coniugio seruiendum est,ne ab oratione,cui semper instare iubet, vlla præpediat hora.Responsio.Illud apostoli quod ibi ponit glos.Sine intermissione orate,intelligendum est horis & temporibus constitutis.Vel potest dici,q̃ nõ cessat orare,qui non cessat bene facere.Item ille seruire dicitur,qui hoc facit causa libidinis,vel loquitur de illo qui liber est & solutus,cui non expedit se subdere coniugali seruituti,vt tutè possit semper vacare orationi.

In fide autem omnes unanimes,compatientes,fraternitatis amatores,misericordes,modesti,humiles,non reddentes malum pro malo,nec maledictum pro maledicto:sed econtrario benedicentes:quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis.

Supra hortatus est ad bene cõuiuendũ fratribus,& specialiter coniuges.Hîc verò hortatur generaliter omnes,docendo bene conuersari etiam inter malos.Allegans primò suæ conuocationis beneficiũ.Secũdò, cæleste præmiũ,ibi,Qui enim vult vitam.Tertiò,aduersariorũ impotẽtiam ad nocendũ,ibi,Et quis est qui vobis,&c.Quartò,Christi exemplũ,ibi,Melius est enim vt benefacientes.In prima parte docet qualiter se habeant ad bonos. Secũdò,qualiter ad malos,ibi,Nulli malum,&c.Tertiò,reddit rationẽ vtriusq;.Quia in hoc vocati estis.Dicit ergo[In fide autẽ]Glo.diuersas personas,diuersas conditiones,diuersos sexus docui. Iam nunc omnes admoneo inquam[In fide aũt]tenenda & defendenda quasi fundamento[Omnes] tam liberi q̃ non liberi,tam viri q̃ mulieres[Vnanimes]vnum.i.de fide sentientes.Ita q̃ nec cogitatione discrepetis,vel vnanimes.i.cor vnum & animam vnam habentes,non dissentientes.Vnde Act.2,Erat eis cor vnũ & anima vna in deo.Istud autem quod sequitur,Estote in oratione,nõ est de textu.Nec antiqui libri habent nec glo.exponit.Sed ecclesia hoc addit in epistola ad ornatum,& ed deuotionem populi excitãdam,vel ad manifestationem scientiæ[Compatientes.]s.miseriis proximorum vt sic vos ostendatis vnius corporis esse membra.Si enim patitur membrum vnum,compatiuntur & alia membra[Fraternitatis amatores] fraternæ vnitatis & concordiæ conseruatores.Glo.Ne destruatis fraternitatem,ne per hoc à fidelibus recedatis, immo,nec à deo.Quia dicit Isidorus,Qui à fraterna dilectione secernitur,à diuina participatiõe priuatur.

Amanda fraternitas multis rationibus.

¶Et notandum,quod amanda est fraternitas,vt non ita cito cadamus.Prouer.15,Frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma.Item vt si ceciderimus citius resurgamus.Eccle.4,Ve soli,quoniam si ceciderit non habet subleuantem se.Item vt facilius à deo quod petimus impetremus.Mat.15,Si duo ex vobis super terram consenserint de quacunque re quam petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est[Misericordes]Bona vestra pauperibus communicando.Glo.Impendendo in eleemosynas[Modesti]Seruantes,scilicet modum in omnibus.Glo.Omnia cum modo facientes,attendentes omnes circunstantias loci & temporis ac personarum[Humiles]Ne de his superbiatis.Sicut dicit glo.Humilitas,omnium bonorum cõseruatrix est. Gregorius,Qui cæteras virtutes sine humilitate congregat,quasi puluerem in ventum portat[Non reddẽtes malum pro malo]In factis[Nec maledictum pro maledicto] In verbis [Sed econtrario benedicentes] scilicet sitis.Quod est perfectæ & abundãtis patientiæ.Rom.12,Benedicite & nolite maledicere[Quia in hoc vocati estis]ideſt,ad hoc vt patientiam habeatis [Vt benedictionem hæreditate possideatis] Benedictionem passiuam,Illam scilicet qua dicitur Mat.25, Venite benedicti patris mei,&cætera.Possidete regnũ &c.[Hæreditate,]ideſt,in hæreditatem,scilicet firmiter & perseueranter sicut hæreditaria possessio firma est,quasi dicat,Bene iustum est,vt qui æternam expectant benedictionem,semper in ore eorum resonet benedictio non maledictio.Gloss. Quod quisque in futuro inuenire desiderat, hoc in præsenti meditari & agere satagat.

Qui enim uult uitam diligere,& uidere dies bonos,coerceat linguam suam à malo,& labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem à malo & faciat bonum,inquirat pacem,& persequatur eam:quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum,uultus autem domini super facientes mala.

Hic allegat cæleste præmium.Primò,proponens magnitudinem præmii.Secundò,docens modum perueniendi,ibi,Coerceat linguam suam à malo.Tertiò dans fiduciam obtinendi,ibi,Quia oculi domini,&c. Dicit ergo[Qui enim vult vitam diligere]Qui enim.q.d.debet is benedicere & non maledicere.Vult vitã diligere,ideſt,ostendere se dilectionem vitæ habere faciendo opera per quæ ad vitam peruenitur[Et videre]ideſt,videndo habere:in spiritualibus enim idem est videre quod habere[Dies bonos]Claritatis æternæ.Dicuntur enim dies gloriæ,dies boni,ad differentiam dierum præsentis vitæ qui mali sunt,secundum illud Ephes.5,Redimentes tempus quoniam dies mali sunt.Dicuntur autem dies esse in patria pluraliter,nõ propter successionem quæ ibi non erit,quia sol iustitiæ qui nescit occasum,semper lucescit.Et vtrunque hemispherium rationis inferioris & superioris lumine suæ humanitatis & diuinitatis illuminabit.Sed dicũtur dies pluraliter propter infinitam durationem.Mich.5,Egressus eius à diebus æternitatis.Et propter gaudiorum diuersitatem in sanctis[Coerceat]Hîc ostendit meritum ad perueniendum ad illud præmium. Primò,meritum oris.Secundò,meritum operis,ibi:Declinet autem à malo.Tertiò,meritum cordis,ibi,Inquirat pacem,&cætera.Dicit ergo[Coerceat linguam suam]scilicet freno discretæ taciturnitatis. Ecclesiastici 28,Verbis tuis facito stateram,& frenos ori tuo rectos.Et dicit coerceat,ideſt,simul cum extremis suis,quæ sunt cogitatio & operatio arceat[A malo]aperto[Et labia tua ne loquantur dolum]malum scilicet occultum.Psalm.Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua,& sicut nouacula acuta fecisti dolum . Ponit autem duo quibus verba formantur,scilicet linguam interius,& labia interius. ¶Et nota, arcenda est lingua à malo multiplici:scilicet falso.Sapientiæ primo,Os quod mentitur occidit animam . Item à nociuo , Psalmista,Lingua eorum gladius acutus.Item otioso.Matthæi duodecimo, De omni verbo otioso , &cætera. Item à doloso.Psalmista,Hîc ne loquatur dolum[Declinet autem à malo,&cæte.] Glossa , Etiam si datur occasio vt peccet , vnde non debet eam accipere sed declinare . Hæc est prima pars iustitiæ [Et faciat bonum] Hæc est secunda pars iustitiæ. Primò enim oportet extirpare vitia , quàm inserere virtutes.

Duæ partes iustitiæ

[Inquirat pacem]Glos.vt rem absconditam non autem quærat eam falso,sed ex animo,vnde dicit ,Inquirat,ideſt,intus quærat pacem.scilicet futuram,quæ exuperat omnem sensum.Philippen.4,Vel præsentem, cum deo & hominibus.Rom.12,Si fieri potest,quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes[Et persequatur eam]Persequatur,ideſt,perfectè sequatur.Glossa,Vt rem fugitiuam.Heb.12,Pacem sequimini & sanctimoniam,&c.Inquirat affectu,sequatur effectu[Quia oculi domini]ideſt,respectus diuinę misericordiæ ad remunerãdum.Et dicit in plurali,quia misericordiæ domini multæ[Super iustos]Ad obseruandum & protegendum eos.Vbi enim amor,ibi oculus.Deus aũt iustos diligit,vt habetur Psal.[Et aures eius.]i.voluntas exaudiendi[In preces eorum.]i.sunt intentæ ad exaudiendũ.Psal,Qui plãtauit aurem non audiet,qui finxit oculum non considerat.Dicit autem in preces ad significandũ, q̃ celeriter exaudit. Esa.65,Antequam clament ego exaudiam,adhuc illis loquentibus ego audiam[Vultus autẽ domini, &c.] i.indignatio quæ in vultu solet apparere[Super facientes mala]Vt puniat eos.Nec dicit super quod puniet eos,aut supra condignum.Vel aliter,sed notat eorum punitionem.Psal.20,Pones eos vt clibanũ ignis in tempore vultus tui.Tota authoritas ista sumitur ex Psa.33.videlicet,Benedica dominũ in omni tẽpore.

Et quis est qui uobis noceat,si boni æmulatores fueritis?Sed & si quid patimini propter iustitiam,beati. Timorem autem eorum ne timueritis,ut non conturbemini.Dominum autem Christũ sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quæ in uobis est spe & fide,sed cum modestia & timore conscientiam habentes bonam,ut in eo quod detrahunt de uobis confundãtur,qui calumniantur uestram bonam in Christo conuersationem. Melius est enim ut benefacientes,si uoluntas dei uelit,pati,quàm malè facientes:quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,iustus pro iniustis,ut nos offerret deo mortificatos quidem carne,uiuificatos autẽ spiritu,In quo & his qui in carcere erant spiritibus ueniens prædicauit,qui increduli fuerant aliquando,quando expectabant dei patientiam in diebus Noe cùm fabricaretur arca,in qua pauci,ideſt,octo animæ saluæ factæ sunt per aquã. Quod & nos nunc similis formæ saluos facit baptisma,non carnis depositio sordium,sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum,per resurrectionem Iesu Christi à mortuis,quæ est in dextera dei deglutiens mortem,ut uitæ æternæ hæredes efficeremus,profectus in cælum subiectis sibi angelis & potestatibus & uirtutibus.

Hîc allegat impotentiam aduersariorum ad nocendum.Vbi primò excludit metum persecutoris.Secundò,suadet audaciam confessionis,ibi,Dominum autem Iesum Christum.Tertiò,imponit modum audacię ibi,Sed cum modestia.Metum autem persecutoris excludit.Primò, negando persecutionis nocumentum., Secundò,asserendo profectum,ibi,Sed & si quid patimini propter iustitiam,beati.Tertiò,inducẽdo authoritatem ad ipsum,ibi,Timorem aũt eorum,&c.Dicit ergo[Et quis est]Gloss.Ideo debetis declinare à malo & facere bonũ,quia nemo potest vos retrahere si perfecere volueritis,immo prosunt dum nocere volũt. Et quis est,an homo aut diabolus[Qui vobis noceat]ideſt,nocere potest,vos à bono violenter retrahendo,& ad malum violenter impellendo[Si boni]genitiui casus & neutri generis[Aemulatores fueritis,] id est,zelantes bonum,vel amatores boni aut imitatores.q.d.Nullus nocebit.Beda,Perfectum boni æmulatorem nemo ledere potest.Glossa,Si verba contumeliosa,si rerum damna,si inferantur corporum tormẽta, non nocent,sed patientiam exercent[Sed & si quid]q.d.non nocent,sed prosunt.Item quasi dicat modicũ quid est[Patimini]In præsenti tempore[Propter iustitiam]Viæ tenendam,& patriæ consequendam[Beati]estis iam in spe,tandem in re.Mat.5,Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. ¶Multiplex est ratio quare debemus pati.Primò,vt sic Christi vestigia sequamur.1.Pet.2,Christus passus est pro nobis obediens vsque,&c.Secundò,vt sic sanctis conformes simus,1.ad Tim.3,Omnes qui piè volunt viuere in Christo,&c.Tertiò,vt consolationem Christi & sanctorum participes simus.2.Corin.1,Sicut abundãt passiones Christi in nobis,ita & per Christum,&c.Quartò,vt in bono gratiæ conseruemur.1.Pet.vltimo. Deus autem omnis gratiæ qui vocauit vos in æternam gloriam suam in Christo Iesu modicum passos ipse perficiet.Quintò,vt per hoc peccata vitemus.1.Pet.4,Qui passus est in carne desinit à peccato.Sextò, vt animæ à dæmonibus præseruentur seu custodiantur,primæ Petri 4,Qui patiuntur secundum voluntatem dei fideli creatori commendant animas suas.Septimò,vt in æternum remuneremur.Matt.5,Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam:quoniam ipsorum est regnum cælorum.Eccles.1,Vsque ad tempus sustinebit patiens.Cùm hoc ita sit[Timorem eorum,&c.]scilicet persecutorum, ideſt, timoris materiam. Glossa, Quæ in eis timenda videtur,vt sunt regia potestas & huiusmodi [Et non conturbemini,] ideſt, quamuis terreamini,fortassis secundum sensualitatem:non tamen conturbemini,secundum rationem,Glo, Recedendo à fide & dilectione dei.sumitur autem hæc authoritas ex Esaia 8. [Dominum autem] autem ponitur pro sed[Christum]Qui dominus est,secundum diuinitatem.Christus,ideſt,vnctus,secundum humanitatem[Sanctificate,]ideſt,sanctum ostendite,Vel sanctum,ideſt,firmum facite eum in corde firmiter retinendo.Et fit non tantùm oris sed cordis intentione,sicut deus dicitur exaltari[In cordibus vestris]nõ tantùm in ore,non tantùm in codice.Esa.8,Dominum exercituum ipsum sanctificate. Vos dico [Parati] per prouidam mentis audaciam[Semper]omni tempore prosperitatis & aduersitatis [Ad satisfactionem] Per verba & opera,vt dicit Glossa,Per verba dicendo,sic tenet ecclesia:sic tenuerunt sancti: & in hac fide mortui sunt.Et per opera faciendo,opera quæ decent habentes fidem,ideſt , opera sanctitatis & veritatis [Omni poscenti vos]siue fideli,siue infideli.Poscenti,scilicet ad discendum,non calumniandum:secundum illud Matthæi septimo,Nolite sanctum dare canibus[Rationem de ea quæ in vobis est spe & fide]Hoc autem fit duobus modis secundum Gloss.Vel verbo,& hoc pertinet ad sapientes. Vel facto,& hoc ad omnes pertinet.Glos.duobus modis de fide & spe nostram rationem reddere debemus,vt quærentibus rectas causas spei & fidei intimemus,& ipsam fidem & spem inter præsuras illibatam teneamus,ostendentes per patientiam,quòd rationabiliter eam conseruandam didicimus,pro cuius amore nec aduersa pati, nec mortẽ subire formidemus[Sed cum modestia]in loquendo cõtra disputandi contentionẽ & clamorẽ[Ex timore] reuerentiæ in inuestigando ne nimis subtiliora & ardua inquiratis[Conscientiã habentes]bonã,absq; scrupulo peccati mortalis.Glos.vt quòd exterius ostenditis,intus habeatis,ne dicatur hoc quod dicitur in Psal.49.Peccatori dixit Deus,quare assumis,&c.[Vt in eo quod detrahunt de vobis.]i.de hoc quod detra

hunt vobis[Et qui calumniantur vestram in Christo conuersationem]falsa crimina imponendo, scilicet persecutores vestri. Conuersationem vestram,quo ad mores:in Christo manentem,quo ad fidem[Confundantur]confusione salubri,vt confusi in seipsi,idest,tristes & dolentes & verecundi de sua iniquitate,& de offensa dei,sequantur vos allecti exemplis vestris.Eccles.4,Est confusio adducens gloriam , &c. [Melius est enim.]Hic allegat Christi exemplum,vbi primò tangit patientis innocentiam: secundò patiendi causam motiuam,ibi,Vt nos offerret deo:tertiò passionis efficaciam,ibi,Quia & vos,quartò passionis gloriam per resurrectionem,ibi,Per resurrectionem Iesu Christi.Dicit ergo[Melius est enim.]q.d.Debetis bene cõuersari nec dimittere bonum faciendum propter calumniatores.Melius est enim.i.vobis honorabilius est & vtilius[Vt bene facientes.]s.pati[Quàm malefacientes,]idest: melius est pati sine meritis,quàm pro meritis.Et pro meritis in multis est cumulus damnationis.Vnde si aliquis bene vtitur pœna,illa est ad dimissionem sui reatus.Pati verò sine meritis,meritum est.Et hoc[Si voluntas dei velit] si deus hoc dare voluerit alicui.Per hoc innuitur quòd pati sine culpa est ex voluntate dei.Distinguit autem hîc Glo.tria genera patientium,Quia qui iustus patitur,Christum imitatur. Qui verò flagellis corrigitur,latronem dextrum imitatur,qui cum Christo in paradisum intrauit. Qui verò nec flagellis corrigitur sinistrum latronem imitatur,qui post crucem in tartarum ruit.Bene dico,q̃ melius est,& hoc patet exemplo Christi[Quia & Christus semel pro peccatis]Christum frequenter proponit nobis in exemplum.Et vt dicit Augustinus, Summa Christianæ religionis est imitari quod colis[Semel inquam pro peccatis nostris]delendis & abluendis.[Mortuus est] Ad Rom.6,Mortuus est propter delicta nostra[Iustus pro iniustis]In quo maior ostenditur benignitas. ¶ Et nota quòd dicit,Semel mortuus est,quasi non iterum moriturus:ad destruẽdam hæresim quæ dicit eum semel passum ad redemptionem hominum:& iterum passurum in aere ad redemptionem dæmonum.Insuper ad retrahendam falsam securitatem peccantium,qui ita peccant post Christi mortem, quasi pro peccatis eorum esset iterum moriturus.Item moraliter ad significandum quòd nos debemus mori semel peccato: hoc est peccato totaliter & post modum non committere,secundum illud Eccle.21, Fili peccasti,ne adicias iterum[Vt nos offerret deo]patri,scilicet vel in præsenti vitam nostram laudabilem in conspectu patris ostendendo,vel in futuro nos in regnum patris introducendo,secundum Glos.[Mortificatos quidem carne,quo ad carnalia vitia[Viuificatos autem spiritu.]idest,vita spirituali. Glossa , Spiritu sancto vel nostro.debemus enim esse mortui quo ad carnalia,sed viui quo ad spiritualia.Rom.8,Si spiritu facta carnis mortificauritis,viuetis[In quo]Glos.vt deo offerentur[Spiritu veniens] ipse Christus per inspirationem in terram quamuis nondum per carnem assumptam . Vel spiritu,idest, per spiritus angelicos per quos locutus est hominibus illius temporis[Prædicauit]non in persona propria,sed per Noe & alios sanctos illius temporis.p æ dicauit inquam[His qui in carcere erant]carnis scilicet vel peccati vel erroris, vel huius exilii,Psal.141,Educ de carcere animam meam.Non enim erant de se valẽtes egredi per seipsos. Alia litera habet,In carne concluſi erant,idest,carnalibus desideriis.Vel in carne, quasi in corpore corrupto,quod dicitur carcer,quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam.His dico[Qui increduli fuerãt] ipsi prædicanti pœnitentiam.Et diluuium futurum comminanti[Aliquando]scilicet ante diluuiũ[Quando expectabant dei patientiam]Putantes quòd deus patienter sustineret eos,vel quando expectabat eos, scilicet ad pœnitentiam,dei patientia differens vindictam.Vnde Psa.20,Propterea expectabat vos deus vt misereatur vestri[In diebus Noe]Gen.6.Luc.17,Edebant & bibebant,nuptui tradebant,&c.& venit diluuium,& c.[Cùm fabricaretur arca in conspectu eorum ad terrorem[In qua,]scilicet arca[Pauci]credentes.Glos. qui spem in deum habebant [Idest octo animæ] pars pro toto,idest octo homines,scilicet Noe vxor eius,tres filii eius,& eorum vxores[Saluæ factæ sunt per aquam]Arcam in sublime erigentem, sicut dicitur quòd nauis saluatur quæ vadit per aquam,aliqui libri habent per arcam,sed credo quòd fictio est. ¶ Notandum q̃ per arcam significatur ecclesia,quæ collecta est de diuersis fidelibus,sicut arca composita fuit de diuersis lignis in qua pauci respectu damnatorum saluantur,quia Mat.7.dicitur,Arcta est via quę ducit ad vitam,& pauci inueniunt eam.Pauciores ambulant per eam,sed pauciſsimi perseuerant in ea,& finẽ vitæ assequuntur.Per hoc autem quod dicit quòd octo animæ saluæ factæ sunt,dat intelligere quòd nullus saluatur qui non habet fidem resurrectionis,quæ significatur per octonarium,quia Christus octaua die resurrexit,& generalis resurrectio erit octaua ætate.Ista saluatio est per aquam baptismalem.Vel per aquam. i.per tribulationem.Psal.Transiuimus per ignem & aquam,&c.[Quod.]i.cuius simile[Vos,] scilicet credentes[Nunc,]scilicet tempore gratiæ[Facit baptisma]existens[Similis formæ]Glos.Per omnia assimilatum illi arcæ,quia quicquid tunc carnaliter,hîc geritur spiritualiter.Sicut enim arca fuit de lignis leuigatis, idest.dolatis,sic ecclesia Christi de sanctis per angustias & tribulationes dolatis & afflictis.Item sicut arca fuit de lignis imputrefactilibus seu imputribilibus.sic ecclesia de incorruptis hominibus.Item in arca pauci saluati sunt,scilicet tantùm octo animæ:per quod signatur paucitas saluandorum.Mat.22,Multi sunt vocati,pauci verò electi.Vnde nota quòd paucitas saluandorum præfigurata fuit tempore legis naturæ, quando scilicet omnes exceptis octo qui saluati sunt in arca diluuii,sicut habetur hîc.Item fuit præfigurata tempore legis Mosaicæ,vbi legitur Num.14,de omnibus quos eduxit dominus ex Aegypto ferè sexcentis milibus per desertum(per quod significatur pœnitentia)non intrarunt nisi duo terram promissionis , scilicet Iosue filius Num,& Caleb filius Iephonne.Item fuit præfigurata tempore prophetarum quando filii Israel ducti sunt in captiuitatem,& pauci relicti sunt in terra promissionis.Ezech.12,Relinquam ex eis viros paucos à gladio & fame & pestilentia.Vnde Psal.Pauci facti sunt & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.Sed tempore gratiæ fuit actu expressa & annuntiata.Matt.22,Multi sunt vocati pauci verò.&c. Item per Noe homines salui facti sunt in arca:sic per Christum in ecclesia.Noe enim requies interpretatur & significat Christum,in quo est requies animarum.Item quia extra arcam non est aliquis saluatus,sic nec extra ecclesiam.Item multiplicatis aquis eleuabatur arca:sic per tribulationem creuit ecclesia . Baptisma ergo quod saluat nos est similis formæ . Non illud baptisma in quo tantùm est [Depositio,] idest, ablutio [Sordium carnis.] Sicut est baptismus in aqua , sine spiritu , qualis baptismus Iudæorum.

Tria genera patiẽtiũ.

Arca Noe paucos saluans ecclesiam Christi significat.

Figura paucitatis saluãdorum.

de quo Mat.18,Et baptismus Ioannis,de quo Ioan.1,Ego baptizo vos aqua,&c.Qualia etiam sunt baptismata hæreticorum & omnium fictè accedentium.Sed baptismus in quo est [Interrogatio bonæ conscientiæ.] Glossa,Exigitur à baptizato pura conscientia per ecclesiæ ministrum baptizantem, scilicet de obseruantia rectæ fidei & morum.Vtrum,scilicet baptizandus credat:vtrum pompis diaboli abrenuntiet , quod fit in catheciſmo [In deum] Conscientiæ dico tendentis in deum per fidem.Tale autem baptisma,ad quod cum bona conscientia accedit̃,saluos facit.Saluat inquã[Per resurrectionem] exemplar,Quia sicut Christus resurrexit à morte ad vitam:sic nos in baptismo à vitiis in virtutes.Roma.6,Sumus cum illo per baptismum in mortem,vt quomodo surrexit Christus à mortuis,ita & in nouitate vitæ ambulemus [Iesu Christi] qui,scilicet Christus [Et in dextera dei [id est,in supremo loco beatitudinis. Vel in eius æqualitate secundum diuinitatem.Vel in potioribus bonis eius secundum humanitatem quæ per dexteram significatur. Mat.vltimo,Sedet à dextris dei [Deglutiens] id est,destruens plena mortis victoria [Mortem] in resurrectione in se secundũ rem.In nobis per spem in hoc quod dicit,deglutiens notatur plena mortis victoria vt sicut quod destruitur non apparet,sed totum absorbetur,sic in eo per resurrectionem. Nullum enim vestigium mortis apparuit,1.Corint.15,Absorpta est mors in victoria. Item in hoc notatur desiderium mortis Christi pro salute humani generis,quod enim deglutitur auidè sumitur. Lucæ 12, Baptismo autem habeo baptizari & quomodo coartor vsque dum perficiatur.Item in hoc notatur q̃ eius passio fuit amara.Amaræ enim passiones cito deglutiuntur.Item in hoc notatur q̃ eius dolor mortis cito transit,sicut illud quod deglutitur cito transit.Hoc autem facit iam in se,sed etiam faciet in nobis in generali resurrectione, quando præcipitabit mortem in sempiternum.Esaiæ 31,Vnde sequitur [Vt nos] qui sumus membra eius [Efficeremur hæredes vitæ æternæ.] Alia litera habet [Vt vos efficeremur] hæredes vitæ æternæ,id est,possessores ipsius vitæ æternæ stabiliter.Augustinus,Vicisti nos in morientibus,vita es in resurgentibus.Victoria tua qua absorbuisti corpora morientium temporalis fuit.Victoria qua absorpta est vita resurgentium æterna manebit [Profectus in cælum] in die ascensionis [Actuum 1.Psal.A summo cælo egressio eius,&c.[Subiectis sibi angelis] qui prius erant subiecti secundum rem , tunc subiecti facti sunt secundum manifestationem.Philip.2,Vt in nomine eius omne genu flectatur,cæ.&c. [Angelis] interlinearis,primus ordo[potestatibus]interlinearis,secundus ordo [Et virtutibus] interlinearis,tertius ordo. ¶ Notandum verò q̃ ordo appellatur hîc Hierarchia secũdum Dionysium.Hierarchia enim est ordo diuinus.Per angelos enim intelligitur hîc Hierarchia infima. Per potestates media:per virtutes suprema.Nam virtus secundum Dionysiũ nomen generale est omnium angelorum.In omnibus enim reperire est virtutẽ & operationem:vnde quandoque nomine virtutum,omnes etiam omnium ordinum intelliguntur.Danielis 3,Benedicite omnes virtutes domini domino:hic autẽ præcipuè intelligitur per virtutes,tertia Hierarchia:quia virtus est nomen bonitatis & excellentiæ,secundum illud,Virtus est optimum de re,& virtus est influentia vltimum de potentia.Et ideo illi qui diuinam bonitatem excellentius recipiunt,merito virtutes vocantur.

Caput 4.

CHristo igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini,quia qui passus est in carne,desiit à peccatis:ut non iam desideriis hominum,sed uoluntate dei quod reliquum est in carne uiuat temporis.Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam,his qui ambulauerunt in luxuriis,desideriis,uinolentiis,ccmessationibus,potationibus,& illicitis idolorum cultibus. in quo admirantur non concurrentibus uobis in eandem luxuriæ confusionem blasphemantes:qui reddent rationem ei,qui paratus est iudicare uiuos & mortuos.Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est,ut iudicentur quidem secundum homines in carne: uiuant autem secundum deum in spiritu.Omnium autem finis appropinquabit.

Suprà instruxit eos ad bene viuendum,& conuiuendum fratribus : hîc verò instruit eos ad compatiendũ Christo capiti.i.ad cõpatiendũ exẽplo Christi.Vbi primò animat eos respectu passionũ imminentiũ. Secũdò respectu iam præsentiũ,ibi,Charissimi nolite peregrinari.Animat autem respectu passionum imminentiũ:primò,patiendi passiones proponẽdo : secundò,virtutũ armis eos muniendo,ibi,Estote itaq;. Assignat quinque rationes : quarum prima sumitur ex imitatione saluatoris. Secunda ex consideratione vtilitatis ex hoc autẽ prouenientis,ibi,Quia qui paratus est in carne.Tertia ex cõgruitate tẽporis,ibi,Sufficit enim præteritum tẽpus.Quarta ex intentione euangelicæ prædicationis,ibi,Propter hoc enim & mortuos. Quinta ex propinquitate finis,ibi,Omnium autem finis.Dicit ergo [Christo igitur passo,&c.]Glossa,Quia deglutiuit mortem , & nos vitæ æternæ hæredes erimus . Christo igitur tanquam exemplari præcipuo patiendi [Passo in carne] non in natura diuinitatis : sed in natura assumptæ carnis, quod significatum fuit in ariete immolato,& in Isaac liberato,vt habetur Gene.22. [Et vos eadem cogitatione armamini] id est, eius passionem recolite,& patimini pro eo similia.Glossa,Sicut ipse sponte,&nos sponte.Sicut ipse omnia tolerat, & nos toleremus, Et bene dicit armamini,quia memoria dominicæ passionis contra insultus & tentationes diaboli munit & roborat. Bernardus, Tanta est virtus crucis Christi,vt si in mente fideliter habeatur, nulla libido,nulla peccati prœualere possit inuidia,sed continuò ad memoriam eius totius peccati & mortis,scilicet spiritualis fugatur exercitus.Similiter Gregorius,Si passio Christi ad memoriam reuocetur nihil tam durum quod non æquo animo toleretur.Threno.3,Dabo eis scutum cordis laborem tuum. ¶ Nota quomodo dominus armatus fuit in cruce.Habuit enim in capite quasi galeam,non de auro vel argẽto, sed de spinis.Habuit loricam non de ære vel ferro,sed carnem immaculatã de virgine sumptam: habuit in manibus non lanceam vel gladium,sed magnos clauos manibus affixos : in pedibus quasi calcaria clauos infixos.Pro equo verò habuit ipsam crucem. [Qui passus est in carne] id est,armamini cogitatione patiendi, exemplo Christi:quia inde prouenit vtilitas.Quia qui passus est in carne,carnales , scilicet concupiscentias per edomationem carnis extinguendo:vel corpus pro iustitia martyrio exponendo. Hoc est, duplici modo secundum Glossam,potest quis Christo crucifigi.Ad Galat.5,Christo confixus sum cruci [Desiit à peccatis]quasi mortuus peccato intendit dei seruitio.Isidorus,Mori oportet in carne mundo,ne moriamur in anima Christo.Et sumitur hîc caro pro toto homine tam interiori quàm exteriori.Vnde sensus est,Qui pas

Christus armatus in cruce.

Dupliciter quis potest Christo crucifigi.

sus est in carne,id est,in se toto homine,in anima per contritionem,in carne, per maceratione: Talis desiit à peccatis omnibus tam carnalibus quàm spiritualibus[Vt non iam desideriis hominum]hoc est desideriis carnalibus, Sic enim sonat homo in carnalitate.1.Corint.3,Nónne homines sive carnales,&c. [Sed voluntate dei viuat] id est,secundum voluntatem dei faciendo bona operà [Quod reliquum est temporis] id est ad modicum quod restat sibi de spatio vitæ,supple ad agendū vel ad viuendum[In carne]id est,in vita ista corruptibili & fragili. ¶Notandum q̄ dicit, Quod reliquum est temporis,id est,reliquias temporis sui. Fortè multa fercula fecit homo diabolo,vnam partem temporis exponendo in luxuriis: aliam in superbia & elatione cordis:aliam in gula,aliam in auaritia,saltem reliquias temporis sui det deo, & viuat secundum voluntatem dei. [Sufficit enim,&c.] Glossa,Iam cessat à peccatis.& meritò, quia considerata immanitate scelerum,Sufficit [Præteritum tempus] impēdisse secundum volutatem gentium:sufficit tempus præteritum,immò minus est:quia totum tempus ad pœnitentiam est datum. Apoca.1, Dedit illi tempus vt pœniteat,vnde in peccatis expenditur superfluè [Ad voluntatem gentium consummandum] id est,quod expēdistis cum gentibus fuistis gentiliter viuentes: quasi diceret,de tempore multum amisistis, sed perpetratio peccatorum quam fecistis in tempore præterito debet vobis sufficere.Vel ad voluntatem gentiū consummandam,id est,malorum gentiliter viuentium,quibus vos conformastis peccādo,vnde & tempus præteritum consumpsistis in vanum[Qui]. s. gentiles vel gētiliter viuentes [Ambulauerūt]passibus mentis,non passibus corporis de malo in peius proficiscendo [In luxuriis] id est,luxuriandi actu [Desideriis] luxuriandi voluntate secundum Glos. [Vinolentiis] id est,inebriandi consuetudine, quæ luxuriæ occasio est. Alia litera habet violentiis,in pauperum oppressione [Comessationibus] epularum solennium assiduitate [Potationibus] id est,potandi superfluitate.Isido.Ebrietas perturbationem gignit mentis,furorem cordis,flāmam libidinis.Ideo dicitur Roma.13,Non in comessationibus,&c. [Ebrietatibus,& illicitis idolorum cultibus] in quibus consistit fornicatio spiritualis. Ponitur autem istud vltimum quasi maximum. Vnde Sapient.14,Infandorum idolorum cultura,omnis mali causa,initium & finis. Glossa.A paruis ad maximum peruenitur,non quòd peccata præcedentia sint parua quæ sunt in seipsum vel proximum,sed quia istud est directè in deum [In quibus] vitiis prædictis quæ vix reliquistis [Nunc] scilicet post conuersionem vestrā [Obstupescunt]propter insolitam vitæ nouitatem [in quo] id est,in qua [Admirantur] propter vitæ magnitudinem & difficultatem,quia stupor est timor ex consueta imaginatione:Admiratio verò est timor ex magna apprehensione.Vel stupor,de declinatione mali:admiratio de operatione boni.Glossa, Quasi impossibilis videtur incestuosis castitas,gulosis abstinentia,superbis humilitas,&c.[Non concurrentibus vobis].i.cum eis concurrentibus siue cōcordantibus.Prou.1,Pedes eorum ad malū currunt[In eandē luxuriæ confusionem] scilicet,in qua sunt,& vos aliquando fuistis[Blasphemantes].i.vituperantes vitam vestram, quia iam estis eis dissimiles:nec curetis de hoc si benefacientes blasphemamini ab eis [Qui] id est,quia ipsi [Reddent rationem] scilicet in iudicio de operibus suis.Eccle.11,Cuncta quæ fiunt adducet dominus in iudicio pro omni errato siue bonum siue malum sit [Ei qui paratus est iudicare] Ad differentiam iudicum huius seculi,quos oportet causas examinare antequam iudicent. Ipse autem nouit omnia, vnde non indiget tali examinatione:& quia ipse semper est paratus iudicare,& nos semper debemus esse parati vt iudicemur.Mat.25,Et vos estote parati,&c.Iudicare inquam [Viuos & mortuos] id est,illos qui tunc viui & mortui reperientur,& bonos & malos.Act.10,Constitutus est à domino iudex viuorū & mortuorum[Propter hoc enim] Hæc est quarta ratio,quæ sumitur ex intentione euangelicæ prędicationis.Glossa, Ideo nō debetis curare malorum blasphemationem,quia propter hoc,vel sic,propter hoc,scilicet iudicii periculum euitandum [Et mortuis] morte spirituali [Euangelizatum est] id est, prædicatum est verbum euangelii [Vt iudicentur quidem] in præsenti à semetipsis,id est,puniantur & quasi condemnentur[Secundum homines in carne] id est,de factis suis humanis quæ commiserunt in carne,carnaliter,scilicet viuentes.1.Cor.11,Si nosmetipsos iudicaremus,non vtique iudicaremur.[Viuant autem secundum deum in spiritu]id est, vita spirituali,quæ est secundum deum,id est,secundum dei voluntatē.Roma.8, Si spiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis [Omnium autem finis,&c.] ita iudicabit deus,& non tardabit iudicium generale in fine mundi.Iudicium autem personale est in morte cuiuslibet [Vel omnium finis]id est,mors ad quam sicut ad finem omnia terminantur [Appropinquabit.] Eccle.11,Nescit quòd tempus eum prætereat, & mors appropinquat.Isidorus,Vita præsens,quia ipsis suis incrementis deficit,breuis est.Suo enim augmento perit,dum illud quod videtur in futuro perfici,in præterito periit.

Estote itaque prudentes,& vigilate in orationibus.Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatē continuam habentes,quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam,in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur,quasi sermones.Si quis ministrat tanquam ex virtute,quam administrat deus,ut in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum,amen.

Hic animat eos virtutum armis muniendo,ponens septem virtutes.Primò,discretionem. Secundò, deuotionem,ibi, Et vigilate in orationibus. Tertiò, charitatem,ibi, Ante omnia.Quartò,hospitalitatem, ibi, Hospitales.Quintò,liberalitatem,ibi,Vnusquisq; sicut accepit.Sextò,loquendi rectitudinem,ibi,Si quis loquitur,&c.Septimò,fidelem ministrationem,ibi,Si quis ministrat,&c.Dicit ergo [Estote itaque] quia,scilicet finis appropinquat,& incerta est hora [Itaque estote prudentes] id est,futura præuidentes. Deut.32, Vtinam saperent,&c.Prudentiam autem præponit,quia prudentia,vt ait Bernardus,non tam est virtus, q̄ auriga virtutum.Prudentia autem ponitur,hìc quasi ante custodem seu custodiam,Humilitas verò quasi retro custodiam. [Et vigilate] Ad habendam, scilicet prudentiam diligentes & soliciti estote, non pigri aut somnolenti. [In orationibus] Non in ludis aut luxuriis,aut comessationibus,aut cæteris malis: sed in orationibus non in vna tantùm,sed pluribus.Vnde glos.frequentibus.Et dicit,Vigilate sicut dicit glos.ne aliud cogitet,quàm illud quod deprecatur.Augu.In psalmis & hymnis cū oratis deū hoc versetur in corde quod profertur in ore.Item Glossa,Cùm stamus ad orandum,omnis carnalis cogitatio absistat, intentio cordis

sincera deum non sono vocis,sed sensu animi oret.Debemus ergo vigilare.Primò,ipsum deum incessanter diligendo.Cantic.5,Ego dormio,& cor meum vigilat,quasi dicat, Et in dormiendo cogito de deo.Secundò,ipsum deuotè laudando non dormitando siue in particularibus orationibus, siue communibus, vt in missa,vesperis,matutinis,& aliis horis canonialibus & ecclesiasticis.Thre.2,Cōsurge,lauda in nocte in principio vigiliarum. Tertiò,ipsum solicitè deprecando.1. Petr.4.Id est,in isto capit. Vigilate in orationibus. Quartò,ipsum deum affectuosè desiderando,Esaiæ 22,Anima mea desiderabit te in nocte,in principio vigiliarum. ¶Notandum si omnibus vigilandum est,maximè prælatis,qui habent custodire gregem,&c. Ex prima parte glos.videtur,quòd non valet oratio,quæ in mente non vertitur.Cuius contrarium patet, quia non possumus vitare,quin aliquid aliud cogitemus.Ex vltima parte glos.videtur quòd non oportet orare voce.Responsio,ad primum,Non dicit glos.quòd quis nihil aliud cogitet,sed dicit quòd ad hoc est vigilandum.Non enim possumus facere,quin alia cogitemus,sed ea cito repellere debemus,ne in eis moram faciamus.Ad aliud dicendum,quòd glos.non dicit orationem vocalem non esse bonam,& pro loco & tempore necessariam,sed quia mentalis est melior,quæ est cum desiderio:desiderium enim animæ loquitur deo.Psal.9,Desiderium pauperum exaudiuit dominus,præparationem cordis eorum audiuit auris tua. [Ante omnia] id est,præ cæteris virtutibus.Ipsa enim est mater & forma virtutum,sine qua aliæ virtutes nihil valent ad meritum. [Mutuam] ab vno alteri reddendam.Roma.13,Nemini quidquam debeatis nisi,&c. [In vobismetipsis] id est,intra vos in corde,& non tantùm in signis exterioribus.1.Ioan.3, Non diligamus verbo, neque lingua,sed opere & veritate.Vt inquam in vobismetipsis,id est, propter id quod in vobis est internum,scilicet imago dei & non temporalia. [Charitatem] id est,charam dilectionem,spiritualem,non carnalem.Augustin.in regula,Non autem carnalis,sed spiritualis inter vos debet esse dilectio. [Continuam] nō interruptam [Habentes.] Loquitur magis de continua charitate habenda, quàm de vigiliis vel orationibus.Quia vt dicit Beda,Semper diligere valemus,semper autem vigilare in orationibus, fragilitate carnis obstante non possumus. [Quia charitas operit multitudinem peccatorum] Ne appareant, scilicet ad puniendum.Glos.vt sit quod puniat deus.Prouerb.10,Vniuersa delicta operit charitas.[Hospitales inuicem] Quia non solùm in affectu,sed in effectu est.Sitis hospitales inuicem,id est,susceptores hospitū. [Sine murmuratione] quasi dicat,Et si laboretis fratres recipiendo in hospitio,tamen hylariter hoc facite, non murmurantes de longo labore vnusquisq; quasi siue sit de maioribus,siue de minoribus.[Sicut accepit]scilicet gratis.Mat.10,Gratis accepistis,gratis date. [Gratiā]id est,quodlibet donū gratuitum. [In alterutrum].i. ad vtilitatem aliorū. [Illam administrantes].i.quilibet in alterutrū, sicut membra in vno corpore sibiinuicē seruiūt.Oculus enim videt toti corpori,& pes portat totū corpus.[Sicut boni]nō auari,sed diffusiui. [Dispensatores multiformis gratiæ dei] Dicit dispensatores,vt innuat q̄ talia nō sunt dispensanda tanq̄ nostra, sed tanquam nobis ad dispensandum aliis tradita siue credita.1.Corint.4,Sic nos existimet homo,vt ministros Christi & dispensatores,&c.Dicitur autem gratia multiformis propter multiplices effectus gratiarū: vel propter diuersos habitus virtutum: vel secundum glos. Merita multiformis gratiæ, id est, multipliciter formatæ,secundum desiderium vniuscuiusque.Hoc est dicere quòd vsus gratiæ formatur,iuxta applicationem animi ad id quod desiderat.Vt si quis se applicat ad patientiam,magis datur ei vsus gratiæ patientiæ, & sic de aliis [Si quis loquitur] id est, scientiam & officium loquendi habet. [Tanquam sermones dei.] Notatur hìc qualitas verbi proferendi,vt,scilicet sit ædificatorium sicut sermo dei.ad Ephes.4,Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat,sed si quis bonus est ad ædificationem fidei. [Si quis ministrat] scilicet aliis,id est,si quis habet officium ministrandi,siue temporalia, siue spiritualia. [Tanquam ex virtute quam administrat deus] id est,non reputet se facere ex virtute propria,sed ex gratia diuina.1. Corinthi.4, Quid habes quod nō accepisti à deo. [Vt in omnibus] factis vestris,& verbis. [Honorificetur deus]id est, totum fiat in honorem dei.ad Colos.3,Omnia in gloriam dei facite [Per Iesum Christum dominum nostrum] tanquam per nostrum mediatorem:& meritò, quia nobis à patre per ipsum fluunt. [Cui] scilicet, deo vel Christo [Est gloria] in se [Et imperium] quo ad alios [in secula] futura consecutiua[Seculorum] præsentium sine fine,non quòd in futuro sint plura secula per successionem,sed per æternitatem, quæ omnia secula continet.

Charissimi nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem uobis fit,quasi noui aliquid uobis contingat:sed communicantes Christi passionibus gaudete:ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.Si exprobramini in nomine Christi,beati eritis,quoniam quod est honoris,gloriæ & uirtutis dei,& qui est eius spiritus super uos requiescet. Nemo autem uestrum patiatur:quasi homicida,aut fur,aut maledicus,aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus,non erubescat,glorificet autem deum in isto nomine,quoniam tempus est,ut incipiat iudicium à domo dei. Si autē primùm à nobis,quis finis eorum qui non credunt dei euangelio.Et si iustus quidem uix saluabitur,impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei,fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Hìc animat eos ad patientiam exemplo Christi respectu passionum iam præsentium,in quibus iam erant,Exhortans eos ad patiendum. Primò,perseueranter.Secundò, libenter, ibi, Sed communicantes, &c. Tertiò,fiducialiter,ibi,Si exprobramini.Quartò,innocenter,ibi,Nemo autem vestrū.Quintò, glorianter, ibi, Si autē vt Christianus.Quintò,humiliter,ibi,Itaque & hi qui patiuntur.Dicit ergo [Charissimi]Glos. Hæc bona facite,& pro nulla tribulatione cessate:& vocat eos charissimos.Charos quidem quia homines: Chariores,quia fideles:Charissimos,quia vitæ æternæ hæredes. [Nolite peregrinari]id est,reputare vos alienos à Christo capite,vel à societate membrorum ecclesiæ.Vel nolite peregrinari,id est,à statu fidei ac ab amore dei alienari.Qui enim peregrinatur locum suum dimittit.Locus autem animæ deus est, à quo non debemus peregrinari, [In feruore]id est,tribulationis ardore.Vnde tribulatio camino & fornaci comparatur.Eccles.27,Vasa figuli probat fornax. Quia vt dicit Greg.Quod fornax auro,quod flagellū grano, hoc facit tribulatio viro iusto.[Qui ad tentationem vobis fit]id est ad probationem,Et sic ad bonumvestrum, & ideo non debetis inde facere damnum vestrum.Solet enim deus tentare bonos.Gene.22,Tentauit deus

Vigilandū multis.

An oratio omnis uocalis mente fieri debeat vt sit vtilis.

Quid peregrinari in tribulationibus.

Qui christi iunttētatur

Abraham,&c. [Quasi noui aliquid vobis contingat] quod,scilicet non contigerit aliis,quasi dicat,Tentari & persecutiones pati non est nouum,sed antiquum,& frequēs:nec factum solùm vobis,sed omnibus sanctis.2.Timo.3,Qui piè volunt viuere in Christo persecutionem patientur.Alia litera habet, Nolite mirari in feruore,&c.Et hoc dicitur quibusdam,qui quandiu sunt in seculo nō sentiunt tentationem aliquam: sed statim quando sunt aggressi pœnitentiam vel religionem tentantur,& de hoc mirantur,sed non est mirandum.Et dicit Grego.Illos pulsare diabolus negligit,quos quieto iure se possidere sentit. Christus in deserto tentatus est.Mat.4.Iudith 11.Dixit Holofernes,Nunquam volui nocere viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor. [Sed communicantes Christi passionibus] id est,ad similitudinem eius patientes.Et dicit,cō municantes,quasi in parte capientes,quia ad fastigium eius non possumus ascendere. Vel communicantes, id est,cùm Christo patientes.Et dicit passionibus in plurali, Quia tota vita Christi fuit passio, & quia multa passus est.Mat.20,Tradetur gentibus ad illudendum & flagellandum & conspuendum,&c. [Gaudete] Pro regis vestri conformitate in præsenti.Iaco.1,Omne gaudium existimate fratres,&c. [Vt] scilicet multo gaudio passionum. [In reuelatione gloriæ eius] id est, in futuro iudicio quando gloria Christi reuelabitur [Gaudeatis] mente [Exultantes] corpore.Habebunt enim sancti gaudium interius & exterius, spirituale & corporale,non quòd gaudium sit in corpore tanquam in subiecto:sed tantum erit gaudium in anima,quòd per tripudium manifestabitur,& apparebit in corpore.Psal.83,Cor meum & caro mea exultauerunt,&c.Psal.Exultabunt sancti in gloria,exultabunt.Primò,de puritate conscientiæ.Prouerb.19,Cor gaudens exhilarat faciem,id est,conuersationem exteriorem.Eccle.30,Non est oblectamentum,&c. Secundò, de virtutis adeptione.Esaiæ 11,Gaudens gaudebo in domino,quia induit me vestimento salutis,id est, virtutibus,igitur meritis.Tertiò,de bona operatione.Prouerb.21,Gaudium est iusto facere iustitiam. Quartò,de tribulatione pro Christo perpessione,sicut hic communicantes Christi passionibus gaudete. Act.5, Ibant apostoli gaudentes, &c. Quintò de diuini auxilii confortatione. Abachuc 3, Ego autem in domino gaudebo,&c.Sextò,de mercedis æternę promissione.Mat.5,Gaudete & exultate,ecce enim merces vestra, &c.Septimò,de peccatorum conuersatione.Philipen.4, Fratres mei charissimi & desideratissimi gaudium meum,& corona mea,sic state in domino.Octauò,de profectu conuersorum & vtilitate.vnde illud, Gauisus sum quoniam inueni te cum filiis tuis ambulantem in veritate [Si exprobramini] quasi dicat,etiam debetis gaudere,quia si exprobramini,id est,opprobria sustinetis. [In nomine Christi] Glossa,Permanentes in confessione nominis eius.Vel in nomine Christi,id est,pro nomine eius,eo quòd à Christo appellamini Christiani. [Beati estis] Iam in spe,tandem in re.Lucæ 6, Beati eritis cùm vos oderint homines, & exprobrauerint,&c. [Quoniam quod est honoris] de bono opere [Et gloriæ] De testimonio conscientiæ. [Et virtutis dei] In resistentia passionis & tentationis illatæ vel oblatæ,& sic exponitur de beatitudine.Vel quod est honoris quantum ad animam,quia est magnus honor purificari angelis miseratione creatoris. Et quod est gloriæ,quantum ad stolam corporis,quod & reformabitur.Reformabit enim corpus humilitatis nostræ,&c. [Et virtutis dei] quo ad impassibilitatem vtriusq; & incorruptionem, Surget enim in virtute. Et de his tribus.Roma.2,His qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorē, & incorruptionē quærentibus vitā æternam,Istud inquā totum [Super vos requiescet] In hoc notatur q̄ habebūt iam dicta inuisibiliter & inamissibiliter. [Et requiescet super vos spiritus.] ſ. sanctus [Qui est eius] scilicet Christi. Et dicitur Christi,quia procedit ab eo secundum diuinitatem ad confutandum errorem Græcorum. Vel eius etiam secundum humanitatem,quia ei datus est non ad mensuram.Hìc spiritus modò requiescit in nobis per pacem pectoris:In futuro autem,per pacem æternitatis: tunc requiescet sine omni motu & turbatione. [Super vos] Non solùm in vobis,in quo notatur plenitudo,non solùm sufficientiæ,sed & superfluentiæ.[Nemo autem vestrum,&c.]Quia beatus qui patitur in nomine Christi.Nemo,inquit,vestrum,scilicet fidelium [Patiatur quasi homicida] id est,pro crimine suo.Quia vt dicit glos.Martyrem nō facit pœna,sed causa.Ibi enim vt dicit glos.nullum præmium expectatur,sed fortè initium est pœnæ. Quod intelligendum est,si inuitus omnino patiatur,aut maneat in voluntate peccati seu peccandi. Tangit autem quatuor crimina:quibus proximo nocetur,quæ lex punit:primò dicit [Homicida] qui nocet in propria persona proximi:secūdò dicit[Aut fur]Qui in substantia,sed occultè[Aut maledicus]Qui in fama[Aut alienorum appetitor] id est,inuasor,qui nocet in substantia manifestè.Vel dicitur alienorum appetitor,qui nocet proximo in vxore sua. Ponit autem peccata in proximum non in seipsum, quia talia lex puniebat. [Si autem vt Christianus] id est,Christi imitator,& discipulus sine culpa sua patitur [Non erubescit] Quia pati pro Christo potius est gloria,quàm erubescentia.Act.5,Ibant apostoli gaudentes à conspectu consilii,&c. [Autem] pro sed [Glorificet deum] scilicet laudando,& ei gratias agendo, [In isto nomine] scilicet Christiano,pro quo patitur,de hoc quòd pro isto nomine dignus habitus est pati. [Quoniam tempus est] Glo. Ideo patiendum est pro nomine Christi,quoniam tempus est in præsenti placitum & optimum. [Vt iudicium] scilicet diuinæ vltionis,quia nullum apud Christum remanet impunitum,vt dicit glo.[Incipiat à domo dei] id est,à sanctis qui sunt de familia dei,& numero,& meritò:terminabitur verò tempore futuro in diabolo,quia boni puniuntur in præsenti temporaliter,mali verò in futuro æternaliter.2.Mach.6, Non enim sicut in cæteris nationibus deus patienter expectat,vt eos cùm iudicii dies venerit, in plenitudine peccatorum puniat. [Si autem iudicium] scilicet vltionis diuinæ incipit. [Primum à nobis] scilicet fidelibus, qui de peccatis pœnitendo iam veniam impetrauimus. [Quis finis eorum qui non credunt euangelio]scilicet erit,quasi dicat,nullus.Glos.Si cruciat hìc quos amat & flagellat filios:quid debent sperare serui iniqui & nequissimi? Luc.22,Si in viridi hoc fuerit,quid erit in arido ?Prouerb.11,Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator ? [Et si iustus quidem] Reddens deo & proximo quod suum est. [Vix saluabitur] Glos.Aestuando,decertando cum magno certamine,& cum magna difficultate. Act.14, Per multas tribulationes oportet intrare,&c. [Impius] quo ad fidem [Et peccator] quo ad mores [Vbi parebunt] id est,nusquam hìc apparere meruerunt,qui à deo,qui vbique est & locus omnium,se elongauerint.Apparebunt verò secundum glo.in terratico loco,scilicet,in inferno, non cælo vel in mundo. Psal.36, Quæsiui

Exultabūt sancti propter multa

Spiritus sanctus est christi.

eum & non est inuentus locus eius,vel loci est locatum saluare,& locati locum appetere. Hoc autem non est reperire in inferno:ideo non dicuntur esse in loco. [Itaque & hi.&c.] Glossa, Quia iudicium incipit à domo domini.Itaque & hi,scilicet fideles [Qui patiuntur secundum voluntatem dei]id est,sicut deus vult eos pati,scilicet sine culpa sua:vnde subdit [In benefactis] hi inquam [Commendent animas suas] Glos. Commendent animas suas deo,de se nihil præsumentes,vt hìc secundum quod vult purget,& beatificet in futuro. [Fideli creatori] qui habet voluntatem conseruandi,quia fidelis est:Potestatem quia creator est.2. Timo.1,Scio cui credidi & certus sum,quia potens est,&c. Vnde & dominus in passione sua deo patri spiritum suum commendauit.Lucæ 23,In manus tuas domine commendo spiritum meum. ¶Nota super illud [Si vix iustus saluabitur,&c.] Notandum quòd multæ sunt causæ,quare iustus vix saluabitur.Vna causa est,propter meritorum nostrorum indignitatem.Roma.8,Non sunt condignæ passiones, &c.Secundò, propter corporis & animæ contrarietatem.ad Gala.5,Caro concupiscit aduersus spiritum,&c.Tertiò,propter carnis grauitatem & corruptionem.Sapient.9,Corpus quod corrumpitur aggrauat animam.Mat.11, Regnum cælorum vim patitur,& violenti,&c.Quartò,propter viæ arctitudinem.Mat.7,Arcta est via quę ducit ad vitam.Quintò,propter bonorum operum difficultatem,quia virtus consistit circa difficile. Sextò,propter iustitiæ nostræ incertitudinem.Esaiæ 64,Iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatæ.Grego. Iustitia vestra ad examen diuinæ iustitiæ adducta,iniustitia est:& sordet in discretione iudicis, quod in consideratione fulget operātis.Septimò,propter iudicis districtionem. Psal.143, Non intres in iudicium cum seruo tuo domine,quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Anselmus, Quæ nunc bona esse putas,quæque nunc mala esse non putas,apparebunt ibi.i.in iudicio,nudata facie,ingenua peccata.

Vix iustus saluabitur multis rationibus.

Caput 5.

Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro consenior,& testis Christi passionum,qui & eius quæ in futuro reuelanda est,gloriæ communicator.Pascite qui in uobis est gregem dei: prouidentes non coactè sed spontaneè,secundum deum:neque turpis lucri gratia:sed uoluntariè,neque ut dominantes in cleris,sed forma facti gregis ex animo:cùm apparuerit princeps pastorum,percipietis immarcessibilem gloriæ coronam.

Post exordium in 1.cap.ponit narrationem,In tribus sequentibus cap.hoc vlti.ponit conclusionem,in qua ex præmissis recapitulando infertur.Ponitur primò auditorum exhortatio.Secundò, epistolæ commēdatio,ibi,Per Syluanum fidelem.Tertiò,scribentis affectio,ibi,Salutat vos,&c.Auditorum autem exhortatio ad obseruantiam prædictorum,tria continet.Primò, officium maiorum.Secundò,minorum,ibi,Similiter & adolescentes.Tertiò,omnium,ibi,Omnes enim inuicem.In prima parte,primò,ponitur exhortationis forma.Secundò,materia,ibi,Pascite qui in vobis est gregem.Tertiò,finis,ibi, Vt cùm apparuerit. Dicit ergo [Seniores] Glos.Et quia oportet pati,& qui pascuntur animas suas,commendant deo, Seniores inquam quasi ætate,vel cura,scilicet presbyteros,quia presbyter Græcè senior Latinè dicitur. [Qui in vobis sunt] Non dicit super vos,sed in vobis,quia rector debet esse inter subditos quasi vnus ex ipsis. Eccles.32. [Obsecro] Non impero,sed per sacra adiuro, insinuando potius charitatem quàm authoritatem. [Consenior] Ego,scilicet.glos.Fauorem captat ex senili ætate:ex hoc etiam innuit , quòd magis sibi credendum est,quia in antiquis est sapientia,& in multo tempore prudentia : vt habetur Iob 12. [Et testis Christi passionum] Tum quia ipsum patientem viditum quia propter eum multum sustinui. [Qui & eius]gloriæ æternæ [Quæ reuelanda est] id est,manifestanda [In futuro] scilicet in die iudicii. Esaiæ 40, Reuelabitur gloria domini [Communicator sui] scilicet in Christi transfiguratione,& in eius resurrectione mihi facta apparitione:& de quo obsecrat subdit[Pascite inquit]scilicet verbo & exemplo & spirituali subsidio:vnde ter dictum est Petro,Ioan.vlti.Pasce oues meas,pasce,pasce.Non dicit, tonde, vel excoria. Hiere.6, Pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt,id est sub iurisdictione. [Gregem dei] id est congregationem ouium Christi fidelium.Act.20,Attendite vobis in vniuerso grege,&c. [Qui in vobis est] Glo.Inter vos,vel vos ipsi estis,qui debetis considerare gregem vestrum non tanquam minorem,sed vos communes exhibere ei. Ezech.32,Rectorem te posuerunt,noli extolli : sed esto in illis,id est inter illos,quasi vnus ex ipsis. Contra hoc faciunt sæpius multi prælati pascentes semetipsos,& gregem derelinquentes.Ezech.33,Væ pastoribus Israel,qui pascebant semetipsos.Et ibidem. Quod crassum erat comedebatis.&c.Postea docet modum pascendi triplicem,sed spontaneè:non inuitè,non cupidè,non superbè:vnde dicitur [Prouidentes] Glos.Illis subditis de omnibus necessariis tam animæ quàm corporis.Prælati enim sunt oculi corporis ecclesiastici,& ideo toti corpori debent prouidere.Cant.5,Oculi eius sicut columbæ [Non coactè] non propter necessitatem inopiæ vitandam exerceatis pastoralem curam [Sed spontaneè] Ita quòd necessitas victus ad hoc nō pertrahat. Non est spontaneus,quem paupertas vrget:aut voluntarius,quem cupiditas trahit. [Secundum deum] vt nihil nisi diuinum prædicetis.Contra illos qui prædicāt mendacia propter quæstum.Et sic sumitur,ly secundum materialiter.Vel secundum deum,id est,seruando formam quam Christus seruauit,prædicando & prouidendo indigentibus quantum in se erat. Et sic sumitur hic ly secundum, formaliter.Vel secundum deum,id est vt deum finem vestrum ponatis,nihil aliud quærentes præter ipsum.Vel propter ipsum,scilicet principaliter.Et sic sumitur finaliter,quasi dicat,Propter ipsum debetis regere & prædicare non temporalia [Neque turpis lucri gratia] gratia, id est causa prouideatis vel prædicetis, quasi dicat, Nullus quæstus amor vos compellat,vel dignitatis appetitus,sed amor dei & vtilitas proximi.Vnde subdit [Sed voluntariè] id est gratuitè.Glos.Cuncta opera religionis debent esse voluntaria.[Neque] supple sitis pascentes vel prouidentes. [Vt dominantes] alios,scilicet vobis imperiosè subiectos esse volentes.Et notandum quòd dicit,Neque vt dominantes non solùm non dominantes,quia nihil debent exterius prætendere per quod possit de eis opinari,vt videantur velle dominari. [In cleris] id est,in dignitatibus sorte diuinæ electionis obtentis.Nam cleros idem est quòd sors,secundum illud Psalm.67,Si dormiatis inter medios cleros,&c.Vnde remouet hìc triplex motiuum suscipiendi ac exequendi officium prælationis seu prælaturæ & prædicationis,scilicet penuriam,auaritiam,& superbiam. [Sed forma facti gregis] scilicet sitis, id est, exemplar bene viuendi,vt per vos alii informentur ad scientiam, & honestam conuersationem. Forma in-

Qualem oporteat esse pastorem.

Pastor est forma gregis.

quam non substantialis,sed accidentalis quæ separata à substantia,nihil est.Sic prælatus separatus à grege nihil valet,vnde idolum dicitur.Zacha.5,O pastor,& idolum derelinquens gregem,&c.Item forma ad cuius aspectum informentur alii,& concipiant fœtus similes.Sicut ad aspectus virgarum oues Iacob concipiebant secundum colores quos videbant,Gen.19,Sed quomodo possent alios formare,qui in seipsis sunt informes & monstruosi. Bernard. Monstruosa res est, sedes prima,vita ima,gradus supremus,satus infimus, vultus grauis,actus leuis,sermo multus,fructus nullus,ingens authoritas,& animi instabilitas, vel forma factiua & non fictiua.Grego.Informis est vita pastoris qui modò calicem domini signat , modò talos agitat, qui in auibus cæli ludit,modò canes instigat.Non sic fuerunt forma antiqui prælati,vt apostoli,martyres& confessores,qui non causa dominandi,sed laborandi prælaturas suscipiebant. Philip. 3, Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostrã.Et hæc [Ex animo] non fictè sicut hipocritæ,qui omnia faciunt vt videantur ab hominibus. [Vt cùm apparuerit] quasi dicat, hoc præmium consequimini cùm apparuerint in iudicio,scilicet qui modò est absconditus [Principes pastorum] id est Christus, qui est summus pastor.Io.10,Ego sum pastor bonus [Percipiatis] id est perfectè recipiatis [Immarcessibilem] id est,incorruptibilem [Gloriæ coronam] id est vitam æternam, quæ non habet principium, nec finem ad modum coronæ.2.ad Timo.4,Reposita est mihi corona iustitiæ.Vel coronam vocat immarcessibilem aureolam quę debetur prædicatori dei,de qua ad Philip.4,Fratres mei desideratissimi,gaudium meum & corona mea.

Similiter adolescentes,subditi estote senioribus.Omnes enim inuicem humilitatem insinuate: quia dominus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam.Humiliamini igitur sub potenti manu dei,ut uos exaltet in tempore uisitationis, omnem solicitudinem uestram proiicientes in eum:quoniam ipsi cura est de uobis.

Hìc ponitur exhortatio minorum,dicens[Similiter] scilicet ex animo & non fictè [Adolescentes]qui indigetis repressione & subiectione,quia adolescentia & voluptas vana sunt.Eccle.11 [Subiecti estote] nõ rebelles [Senioribus] id est,prælatis superioribus,eis obediendo.Hebrę.vlti. Obedite præpositis vestris,& subiacete eis.Bernardus,Magnum est inobedientiæ vitium,per quod angelus cælum, homo paradisum, & Saul regnum perdiderunt. [Omnes enim inuicem, &c.] Hìc docet officium omnium.Et primò qualiter se habeant ad seinuicem.Secundò qualiter ad deum,ibi,Humiliamini. Tertiò, qualiter ad aduersatiorum, ibi,Sobrii estote.Quartò,ad hoc promittit eis diuinum auxilium,ibi,Deus autem omnis gratiæ. Dicit ergo [Omnes enim] scilicet tam prælati quàm subditi.Gloss.Et senes & iuuenes debent humilitatem habere,senes regendo,iuuenes obsequendo [Inuicem] minores ad maiores & econuerso[Humilitatem insinuate.] Non tantùm interius in corde habete,sed etiam exterius in factis,& verbis,& signis , ostendite vt sitis parati vnus alteri subuenire,quod notatur per verbum insinuate.Quod enim in sinu est, promptum & paratum est.Isidorus,Agnoscat se episcopus seruum esse non dominum : talem igitur subditis se præstare debet,vt non solùm authoritate,verùm etiam & humilitate claresçat [Quia deus superbis resistit] Spiritualiter eos amplius.cæteris peccatoribus puniendo,vt patet in Lucifero.[Humilibus autem dat gratiam] specialiter propter maiorem sui examinationem gratia replendo,vt patet in beata virgine.Lucæ 1.Idem habetur Iaco.4. ¶Notandum de vase secundum quòd magis habet de vacuitate , magis habet de capacitate, si parum peruersi nihil. Videat ergo quilibet in seipso quantum habet de vacuitate humilitatis , quia tantum habebit.de capacitate gratiæ gratum facientis.Et ex quo dat gratiam humilibus [Humiliamini igitur] humilitate voluntaria non coacta [Sub potenti manu dei] id est,sub deo qui manum,id est virtutẽ habet potentem.Vnde vel nos humiliabimus nos ei,vel ipsa opprimet nos,quia ipsam eius manum effugere impossibile est,vt habetur Sapient.10, Loquitur autem modo humano quo quis solet humiliari , quia videt manum potentem extentam & paratam ad ictum de super venientem.Et hoc[Vt vos exaltet] quia,Qui se humiliat exaltabitur,Lucæ 18. [In tempore visitationis]id est,in die iudicii,quando deus iudicabit mundum. Soph.1,Scrutabor Hierusalem in lucernis & visitabo super viros , &c. Vos dico [Omnem solicitudinem] Glos.corporis & animæ [Proiicientes] id est,procul à vobis eiicientes.Mat.6,Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus.&cæt. [In eum] Gloss. Sicut anchora in mari, sic nauis quæ est in periculo subuersionis.Per anchoram quę in profundum maris proiicitur,firmatur,& sic secura efficitur: sic qui totum proiicit se in deum firmatur in ipso. Augu. Proiice te in deum,non est tam crudelis vt se subtrahat,& te cadere permittat.Psal.54,Iacta cogitatum tuum in domino,&c. [Quoniã ipsi cura est de vobis] scilicet specialis,licet sit ei cura generalis de omnibus.Sapient.6, Pusillum & magnum ipse fecit : æqualiter est ei cura de omnibus.Vnde dicit Psal.Dominus solicitus est mei,scilicet specialiter. ¶Notandum est autem quòd triplex est solicitudo,quædam prouidentiæ spiritualis quo ad animam,de qua 1.Corint.7,Qui sine vxore est solicitus est quæ sunt domini. Secunda est prouidentia corporalis,quo ad corpus , de qua vbi suprà dicit Apost.Volo vos sine solicitudine esse:non quòd sit mala ex toto & de se,sed quia impedit à maiori bono,scilicet à contemplatione æternorum.Tertia est prouidentia curiositatis:de qua Mat.6,Dico vobis ne soliciti sitis animæ vestræ,quid manducetis,&c.Ista est superfluitatis,vel de præter necessariis.Prima præcipitur Roma.12,Qui præest in solicitudine:secunda permittitur: tertia prohibetur.

Inobedientiæ vitium magnum.

Triplex solicitudo.

Sobrij estote & uigilate,quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit,quærẽs quem deuoret. Cui resistite fortes in fide,scientes eandem passionem ei quæ in mundo est uestræ fraternitati fieri.

Hìc docet qualiter se habeant ad aduersarium,nempe resistendo ei.Vbi primò hortatur eos ad vigilantiam:secundò ad resistentiam,ibi,Cui resistite:tertiò subiungit vtriusque causam,ibi,Scientes eandem. Dicit ergo [Sobrii estote] quasi dicat,Ita facite vt & vos collaboretis adiutrici gratiæ,& ad hoc sobrii estote corpore.Sobrietas enim multùm iuuat si habeatur in omnibus actibus nostris tam verbis quàm factis , & in maceratione corporis:vnde ad Titũ 2,Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ dei. [Et vigilate animo] Præponit autem sobrietatem vigiliis , vt causam effectui.Lucæ 21,Attendite ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Et hoc necessarium habetis [Quia aduersarius vester] id est,qui semper fidelibus aduersatur [Diabolus]id est deorsum fluens.Semper enim deorsum fluit quantum ad se meritò.Et intentione quantum ad alios. Esaiæ 14, Veruntamen in

infernum detraheris in profundum laci.Vel dicitur diabolus,quasi duplicem bolum in nobis quærens, scilicet corpus & animam [Tanquam leo]per superbiam & elationem [Rugiens] per continuam nocendi esuriem[Circuit]propter malitiæ suæ fraudem & superbam infatigabilitatem [Quærens] propter fallendi studiositatem [Quem deuoret] propter sui implacabilem crudelitatem.Vnde Iob 1,Circuiui terram,&c. Gloss. Tanquam hostis obsidens muros clausos.Explorat an sit aliqua pars murorum minus stabilis cuius aditu ad interiora penetret,offert oculis formas illicitas & faciles voluptates,& leuia esse peccata,vt visu de struat castitatem & omnem virtutem.Aures per canora tentat,vt molliat Christianum rigorem. Linguam conuitio prouocat.Manum iniuriis lacessentibus ad cædẽ instigat:honores terrenos promittit, vt cælestes adimat.Et cùm latenter non potest fallere,apertos addit terrores:in pace subdolus,in persecutione violentus.Sicut ergo qui vult accipere castrũ aliquod circuit ipsum,videlicet si est ibi in muro aliqua ruptura , vel defectus alicuius virtutis per quem possit ingredi. Iob 3, Quasi rupto muro,& aperta ianua irruerunt super me. [Cui resistite] suggestionibus eius non consentiendo.Iaco.4, Resistite diabolo,& fugiet à vobis. Glos.Tantum debet esse animus paratus ad resistendum,quantum diabolus paratus ad impugnandũ[Fortes in fide] tanquam scuto.Ephe.6,In omnibus sumentes scutum fidei,in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.Fortitudo terrestris non valet ei resistere,sed solùm cælestis.Iob 41, Non est potestas super terram,&c. ¶Notandum ꝙ Petrus ponit ex parte nostra quatuor,quæ sunt contra quatuor ex parte diaboli.In hoc enim ꝙ dicitur aduersarius,notatur eius peruersitasvt noceat.Zach.3,Satan stabat à dextris eius vt aduersaretur ei.In hoc ꝙ dicitur leo,notatur eius fortitudo ne quis ei resistat.Iob 41,Non est potestas,&c.Item in hoc quod dicitur,Rugiens,notatur eius crudelitas ne cui parcat.Iere.6, Crudelis est,& nõ miserebitur.Item in hoc quod dicitur,Circuit,notatur eius solicitudo ne quis effugiat.Iob 1, Circuiui terram,&c.Econuerso Petrus ponit contra aduersarium resistentiã,cui inquit,Resistite,Iaco.4, Resistite diabolo,&c. Grego. Non est timendus hostis qui non vincit nisi volentem. Item fortitudini diaboli apponit fortitudinem virtutem:vnde dicit,Fortes. Contra crudelitatem apponit fidei mansuetudinem,vnde dicit, In fide:vt Eccle.4,In fide & lenitate sanctum fecit illum.Contra solicitudinem ponit vigilantiam:vnde dicit,Vigilate.1.Corint.vlti.Vigilate & state in fide [Scientes] Ita dico,resistite illi [Scientes eandem passionem.]i.consimilem tribulationem & tẽtationem [Ei fieri] scilicet diabolo[Fraternitati vestræ quæ in mũdo est] id est,fratribus vestris per mũdum dispersis.q.d. Non existimetis vos solos hæc sustinere à diabolo, immò hoc est commune omnibus sanctis.2.Timo.3, Omnes qui piè volunt viuere in Christo,&c.Vel sic, scientes eandem passionem ei quæ in mundo est,id est,eandem tentationem quam facit diabolus mundanis hominibus,vestræ fraternitati fieri,id est,vobis fratribus, quasi dicat, Non putetis euasisse tentationes eo quòd fideles estis,immò magis eo ipso cauete.Eccle.2,Fili accedens ad seruitutem dei,&c.

Diaboli ardẽs in tẽtãdo cautela.

Deus autem omnis gratiæ qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu modicum passos,ipse perficiet confirmabit,solidabitque.Ipsi gloria,& imperium in secula seculorum. Amen. Per Syluanum fidelem fratrem uobis ut arbitror,breuiter scripsi: obsecrans & contestans hanc esse ueram gratiam dei in qua & state.Salutat uos ecclesia, quæ est in Babylone collecta: & Marcus filius meus.Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia uobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

Hìc promittit diuinum auxilium.Glos.quod ex vobis est facite [Deus autem omnis gratiæ] scilicet dator est,videlicet fidei,spei,& aliarum virtutum:vel omnis gratiæ,quia bonorum temporalium spiritualium & æternorum [Qui vocauit vos] vocatione interiori per inspirationem , & exteriori per prædicationem [In æternam gloriam suam.]i.vt sitis participes gloriæ suæ,quæ æterna est[In Christo Iesu]id est,per Christum Iesum.Vel in Christo Iesu.i.vos existentes in Christo Iesu,sicut membra in capite.Vel in Christo Iesu.i.in fide,& pro fide Christi Iesu. Vos dico [Modicum passos] respectu præmii quod estis recepturi. 2. Corint.4,Id quod in præsenti est momentaneum,& leue tribulationis vestræ suprà modum in sublimitate gloriæ æternæ [Ipse.]s.qui vos vocauit [Perficiet] in bono [Confirmabit] contra malum culpæ[Solidabitq;] contra malum pœnæ.Vel perficiet rationem cognitionis veritatis.Confirmabit concupiscibilem in amorem bonitatis.Solidabit irascibilem in detestationem totius peruersitatis.Vel perficiet contra mundum,confirmabit contra carnem,solidabit contra dęmonem.Vel perficiet contra concupiscentiam carnis, confirmabit contra concupiscentiam oculorum,& consolidabit contra superbiam vitæ [Ipsi gloria] in se, [Et imperium] ad alios [In secula] consecutiua [Seculorum.]i.in æternum [Amen.]Confirmatio est prædictorum[Per Syluanũ fidelem fratrẽ] Hìc ponit epistolæ suæ cõmendationem.q.d.Prædicta seruare debetis,nam ego per fidelẽ fratrem.Glo.Qui mihi necessarius erat,sed causa salutis vestræ eũ dimisi.[Vobis vt arbitror breuiter scripsi] Glo.vt cito possitis intelligere.Et dicit vt arbitror quia aliquãdo qui loquitur putat breue esse quod aliis longũ videtur [Obsecrans] vos.i.ad faciendũ adiurans[Et contestans.]i.testimonio scripturarũ affirmans [Hanc esse verã dei gratiam.] s.fidei Christi quã vobis prædico ad eius imitationem.Et dicit hanc gratiã esse veram,ad differentiã illius quæ vana est,de qua Prou.vlti.Fallax gratia & vana pulchritudo[In qua state.]i.permanetis iuxta doctrinã meam. Vel in qua state immobiles in aduersis. Ad Gala.4,State & nolite iterũ iugo seruitutis contineri[Salutat vos ecclesia]Hìc ostenditur affectio scribentis.Et primò salutat eos ex parte aliorũ.Secũdò mãdat salutari adinuicẽ ex parte sua,ibi,Salutate.Tertiò,ipsemet eos salutat,ibi,Gratia vobis,&c.Dicit ergo,Salutat vos ecclesia.i.cõgregatio fideliũ [Quæ est in Babylone collecta]Glo.Romanam vocat Babylonẽ propter confusionem multiplicis idololatrię.In cuius medio sancta ecclesia adhuc rudis & parua iam fulgebat,sicut in Babylone gẽs Israelitica captiua.Et specialiter[Marcus.]s.euangelista[Filius meus.]i.quem baptizaui & instruxi [Salutate inuicem]in signum.s. cõmunis fidei & charitatis(in osculo sancto).Glo.pacifico,colũbino,non ficto,non subdolo.Hinc inoleuit in ecclesia osculũ pacis.Simile.2.Cor.2,Salutate inuicẽ in osculo sancto[Gratia vobis omnib⁹]Sicut à gratia incœpit,ita à gratia finẽ facit:vt sicut ad locũ vnde exeunt flumina reuertentur:vt habetur Eccl.10.[Vobis omnibus]inquã,supple sit graria[Qui estis.]s.permanentes.i.qui permanetis fide & opere [In Christo Iesu] Quia non est in altero salus, Act.4.

Roma Babylõ à Petro nuncupata.

Finit prima Epistola B. Petri apostoli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B. PETRI APOSTOLI EPISTOLA CANONICA II.

Caput 1.

SImon Petrus seruus, & apostolus Iesu Christi, iis qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri & saluatoris Iesu Christi, Gratia uobis & pax adimpleatur in cognitione dei, & Christi Iesu domini nostri. Quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitam & pietatem donata sunt, per cognitionem eius qui uocauit nos propria gloria & uirtute: per quæ maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ fugientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.

Liber iste diuisus est in quatuor partes iuxta numerum authorum, vel in septem iuxta numerum epistolarum. In prima Petri posita est principaliter instructio in moribus: Hic autem ponitur principaliter instructio in fide. Diuiditur autem hæc epistola in partes tres. Primò enim prouocat ad conseruationem catholicæ veritatis. Secundò reuocat à seductione hęreticæ prauitatis in 2.ca. Tertiò subiungit causam vtriusque, 3.cap. Prouocat autem ad conseruationem catholicæ veritatis quadrupliciter. Primò pleniorem eis cognitionem veritatis optando. Secundò ad opera virtutis eos exhortando, ibi, Vos autem curam omnem. Tertiò pro eis suam in veritate conformandi similitudinem indicando, ibi, Propter quod vos semper incipiam &c. Quartò veritatem susceptam eis commẽdando, ibi, Non enim indoctas fabulas, &c. In prima parte primò ponitur persona salutans: secundò personæ salutatæ, ibi, His qui coæqualem: tertiò forma salutationis, ibi, Gratia vobis: quartò explanatio formæ, ibi, Quomodo omnia. In qua tangitur cognitio quam in eis optat adimpleri. Dicit ergo [Simon] Hanc epistolam vt dicit glossa, scribit eisdem quibus & præcedentem, scilicet electis dispersionis, proselytis, Ponti, Galatiæ, Asiæ, & Bythoniæ. Cuius intentio est hortari eos. Et primùm bene viuere, contra deceptionem hæreticorum, sicut præcedenti contra persecutiones tyrannorum. Dicit ergo inquam [Simon Petrus] Duo nomina eius ponit, quorum prius primum fuit ei impositũ, & fuit mutatum in secundum. Ioan. 1, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Dicitur autem Simon propter obedientiam diuinæ legis, Petrus propter agnitionem veritatis. [Seruus] propter humilitatem conuersationis. [Et apostolus] propter authoritatem officii, vel dignitatis [Apostolus] inquam [Iesu Christi] Glo. Nuntius saluatoris & regis nostri, qui authoritatem contribuit mittendi [His] scilicet proselytis electis aduenis, dispersionis, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ [Qui coæqualem fidem] id est, eandem, quia vna fides, vnum baptisma, Ad Ephe. 4. [Nobiscum] id est, cũ apostolis ex statu Iudaismi naturalis ad Christum conuersis. Cùm tamen illi primò ex gentilitate venerunt [Sortiti sunt] diuina electione adepti. Ephe. 1, Sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius. Et bene fortiti: quia sicut sors non accipit personam, ita nec diuina electio acceptrix est personarum. Ad Galat. 4, In Christo Iesu non est seruus, nec liber: non est masculus, nec fœmina [In iustitia dei nostri] intransitiuè, quia deus iustus est, non in meritis propriis. Et appellatur hîc iustitia meritorum non exigentia, sed cum decentia bonitatis diuinæ. Vel transitiuè, quasi sortiti fidem non mortuam, sed quæ est in iustitia bonæ operationis, non iustitia humanæ prudentiæ: sicut est politica iustitia, vel consuetudinalis, vel iustitia legis Mosaicę: sed iustitia perfecta euangelii, quæ non tantùm in timore, sed & in amore: quæ non tantùm cohibet manum, sed animum. Quæ est [Dei nostri & saluatoris Iesu Christi.] i. quam ipse Christus in euangelio docuit. Mat. 5, Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Vel dei nostri, scilicet Christi secundum diuinitatem effectiuè: Et saluatoris Iesu Christi, secundũ humanitatẽ meritoriè. Hanc enim ipse meruit sua gratuita passione: hominis verò est formaliter [Gratia] qua fit remissio peccatorũ [Et pax] id est, reconciliatio [Vobis adimpleatur] Impletur enim gratia alicui, quando habet sufficientem ad salutem. Sed adimpletur, quãdo datur ad diuinorum cognitionem operum, vnde subdit [In cognitione dei, & Christi Iesu domini nostri] id est, ad cognoscendum opera, quæ circa ipsum facta sunt quo ad nostram salutem. De quibus addit [Quomodo donata sunt vobis omnia] scilicet vt cognoscatis quomodo. i. quãtum liberaliter donata sunt per gratiam suam vobis, id est, ad vtilitatem vestrã omnia dona. Rom. 8, Qui proprio filio suo non pepercit, quomodo non omnia nobis donauit, &c. Et Iacobi 1, Omne datum optimum. Dona dico non infirmitatis, non imperfecta, sicut sunt dona legis [Sed diuinæ virtutis suæ] id est, quæ faciunt hominem virtuosum & diuinum [Quæ] scilicet dona sunt [Ad vitã] scilicet spiritualem quo ad nosmetipsos [Et ad pietatem] quoad proximos. Vel ad vitam. s. obtinendam in futuro, & pietatem conseruandam in præsenti, quæ est cultus dei. Vel ad vitam quoad mores bonæ conuersationis, & pietatem quo ad cultum Christianæ fidei & religionis. [Per cognitionem eius] scilicet Christi, quia cognoscimus Christũ per fidem [Donata sunt] omnia dona ad vitam sustinendam: vt dicit glossa. Per cognitionem enim saluatoris omnia mysteria diuinitatis, quibus saluamur, cognoscimus [Qui.] s. Christus [Vocauit nos] apostolos, specialiter vocatione exteriori, & non solùm interiori. Et in [Propria gloria sua] scilicet ostensione glorię transfigurationis. Mat. 17. Glos. Quando transfiguratus est in monte [Et virtute] scilicet miraculorũ operationis, quia multa miracula fecit corã eis. Vel vocauit nos. s. saluandos efficaciter, & omnes sufficienter. Propria, inquam gloria sua & virtute. i. per seipsum gloriosum & virtuosum. Non alium misit ad vocandum & saluandum, immò in propria persona venit. Vnde Glos. Non angelum, non archangelum ad nos saluãdos misit: non in nobis aliquid boni per quod saluemur inuenit: infirmos & inglorioſos sua virtute reparauit. Glo. sua virtute efficienter, & gloria sua finaliter [Per quẽ maxima] hîc tangit vtilitatem cognitionis promissam. Est autẽ triplex hîc litera. Quidã libri habẽt, per quem & sic refertur ad Christũ. Quidam autẽ habent, per quã & sic refertur ad cognitionem. Alii autẽ habent per quæ, & sic refertur ad dona. Dicatur ergo per quem. i. Christum: vel quã. i. cognitionem: vel per quæ. s. dona [Donauit nobis deus.] s. deus pater, modò incerta, tãdem in re [Maxima & pretiosa promissa.] i. vitam eternã, in scriptura sacra frequẽter nobis promissam. Luc. 22, Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ.

Et Mat.

Et Mat. 5, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorum, &c. Et vocat vitam æternam, promissa pluraliter, ob pluralitatem gaudiorum & donorum: quia illic est status omnium bonorum aggregatione perfectus, quæ sunt etiã maxima. Magna sunt dona naturæ, maiora gratiæ, maxima gloriæ. Dicuntur etiam pretiosa, quia pretio meritorum ꝛedduntur seu dantur [Vt per hoc] scilicet gratiam & pacem iuxta vnam glos. & sic refertur ad illud quod dictum est suprà, Gratia vobis & pax. Vel vt per hoc. i. dona gloriæ [Efficiamini] quasi dicat, Non solùm nobis propter vos donauit, sed vt à vobis transirent ad nos. [Consortes diuinæ naturæ] non consortio æqualitatis, quod est trium personarum solùm: sed consortio participationis, quod est omnium fidelium per gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. De hac societate. 1. Ioan. 1, Vt & vos societatem habeatis nobiscum. Et societas sit cum patre & filio Iesu Christo. [Fugientes.] q. d. Sic eritis consortes: ita tamen si fugiatis. [Corruptionem eius concupiscentiæ quæ in mundo est] non ait quæ mundi est tantùm, sed quæ in mundo est, vt comprehendat non solùm concupiscentiam oculorum, sed & concupiscentiam carnis & superbiam vitæ. 1. Ioan. 2, Omne quod in mundo, &c. Dicit etiam corruptionem, quia omne peccatum, secundum Augustinum est corruptio modi, speciei & ordinis. Concupiscentia enim radix est omnium malorum.

Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide uestra uirtutem: in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis, charitatem. Hæc enim si uobiscum adsint & superent, non uacuos nec sine fructu uos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitionem. Cui enim non prǽsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis ueterum suorum delictorum.

Hîc prouocat ad veritatis conseruationem eos ad opera virtutis exhortando. Et primò ponit quatuor graduum spiritualium distinctionem. Secundò, eorum vtilitatem, ibi, Hæc enim si vobiscũ sint. Tertiò, monet ad eorum studiosam obseruationem, ibi, Quapropter fratres. Vtilitatem autem ponit duplicem. Prima est in adeptione boni. Alia est in euasione mali, ibi, Cui enim non præsto sunt. Dicit ergo [Vos autem curã omnem.] q. d. Non solùm fugite cõcupiscentiæ corruptionem, sed vos [Subinferentes] id est, principaliter deo operante inferẽtes, & ei cooperantes. In omnibus enim bonis operibus principalis authoritas est gratia secundaria liberi arbitrii. 1. Corint. 15, Non ego sed gratia dei mecum. Curam omnem, id est, perfectam non tepidam. Contrà 1. Petri vlt. Omnẽ solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Responsio, In eum principaliter proiicite vestram solicitudinem. Vel proiicere monet per confidentiam bene operãdo non per negligentiam. [Ministrate in fide vestra, &c.] Ponit octo gradus virtutum quibus ascenditur ad cælũ, sicut octo gradibus quos ponit Ezech. 10. Quorum tres primi ordinant respectu boni: tres medii ordinãt respectu mali: duo vltimi respectu charitatis, quæ proficit in vtroq; . Respectu boni ordinat fides in mouẽdo: virtus in eliciendo & exequẽdo. Scientia in dirigendo & rectificando. Tres autẽ sequentes ordinant respectu mali: vel mali culpę fugiendi, sicut abstinẽtia: vel mali pœnæ tolerandi sicut patientia: vel mali vtriusq; in altero reuelandi, Et sic pietas. Duo vltimi ordinant ad perfectionem, in vtroq; . s. dilectio proximi & amor dei, quia in his duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet & prophetæ. Mat. 22. Dicit ergo [Ministrate.] i. tanquam ministri & non tanquam dominantes ostendite exemplo illius, qui non venit ministrari, &c. Mat. 22. [In fide vestra] In ascensu virtutum incipit à fide tanquam à fundamento, & per alias virtutes tanquã per parietes ascendens terminat in charitate tanquam in complemento. [Virtutem.] i. bonę operationis fortitudinem: fides enim sine operibus mortua est. Iaco. 2. In eius figura legitur Petrum, id est, agnoscentem & Andream, id est, virilem fuisse fratres. Ioan. 1. Et quia non conuenit rectè operari, sine discretione, ideo sequitur tertius gradus. [In virtute autem scientiam] glo. discretionis, Quid, Cui, Quando, vel Quomodo. Bernardus, Discretio non tam est virtus, quàm auriga virtutum, sine qua virtus vitium est. Rom. 12, Rationabile obsequium vestrum. Leuit. 1, In omni sacrificio offeres sal. Gregorius, Fortitudo quæ plus potest sine rationis moderamine præceps ruit. Ideo cõbinatur donum consilii & fortitudinis, Esaiæ 11. Ideo & fortitudini Iudæ additur consiliũ Simonis. 1. Mach. 2. Et quia sub specie discretionis solet blandiri voluptas: nec etiam sufficit habere discretionem in agendis, nisi abstineatur à malis, ideo subdit [In scientia autem abstinentiã] vt, scilicet à malis abstineamus. Et accipitur hîc abstinentia communiter, pro fuga cuiuscunq; mali. Eccle. 3, Cor sapiens intelligibile abstinebit se à peccatis. 1. Corint. 9, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Glos. Ne in vacuum scientia cælestium cedat, si sese ab illecebris seculi aliquis non coerceat. Et quia abstinentes, vt dicit Gregorius, de facili obtinent patientiam, ideo addit. [In abstinentia autem patientiam] Glo. Abstinentiam patientia sequitur, vt qui à voluptatibus mundi se continet, aduersa quoq; sustineat. Et quia patientia nutritur per opera pietatis, in subueniendo proximo vel consolãdo, vel corrigendo, ideo addit [In patientia autẽ pietatem] Effectum. s. compassionis, & subuentionem in malis alienis, vt & erga persecutores pietatis opera Christianitatis exerceant. Mat. 5, Orate pro persequentibus & calumniãtibus vos. Et quia posset aliquis opera pietatis persecutoribus impendere ex timore, & non amore, subdit [In pietate autem fraternitatis.] i. fratrum amorem. q. d. In pietate illa sit amor fraternitatis nõ timor persecutoris. 1. Pet. 3, Fraternitatis amatores. Et quia dilectio fratris cum omnibus prædictis nõ debet in seipsos sistere. sed amorem dei, vt ad fidem referri: ideo subdit [In amore autẽ fraternitatis charitatem.] i. dei amorem. ad Colos. 3, Super omnia autẽ hęc charitatẽ habentes. quod est vinculum perfectionis. Hoc est oleũ, quod superinfertur omnibus liquoribus. [Hæc enim.] s. octo prædicta [Si vobiscum adsint] Per præscientiã habituum in affectu & prõptitudinem. [Et superent] Per dominationem in effectu. Et dicit nobis adsint per cõsensum liberi arbitrii. 1. Cor. 15, Non ego, sed gratia dei mecũ. [Non vacuos] Minus dicit, & plus significat, quasi plenos nos cõstituent meriti in præsenti. [Nec sine fructu] mercedis in futuro. Sap. 4, Bonorũ laborum glorioſus est fructus. [Vos cõstituẽt in domini nostri Iesu Christi cognitione.] i. in die iudicii, quando cognoscetur deus iudicia faciens, qui modò contemnitur misericordiam faciens, vt dicit Bernardus. Vel in cognitione, quia cognouistis dominum nostrum Iesum Christum per fidem. Et sic propositum notat habitudinem causæ efficientis. Vel nõ cõstituet

Octo gradus quibus in cælum ascenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos vacuos,nec ſine fructu in cognitione.i.ad cognoſcendum dominum noſtrum Ieſum in patientia, quæ cognitio eſt totus fructus,quia vita æterna.Ioã.17,Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcant te verum deum, &c. [Cui enim] Glo.Et verè hæc ſunt tenenda [Cui enim non præſto ſunt hæc.] Gloſ.Octo luminaria.Quia hoc non habent in præſentia & promptitudinem ad operandum. [Cæcus eſt] ne videat cęleſtia.Glo.A lumine diuini ſolis eſt alienus.Apoc.3,Neſcis quia cæcus es. [Et manu tentans] Quia ignorat quomodo inferiora ſunt diligenda,& opere tractãda.Vel manu tentans.i.inſtabilis ad bona opera.Vnde glo. Qui ſcientiam rectę operationis non habet,quod ſibi rectũ videtur operatur,quaſi manum ad opus quod non videt extendens.Grego.In iter quod nõ præuidet extollit,ideoq; miſer in ruinã proditoris quam præſcire nequibat incidit.Eſa.59,Palpauimus ſicut cæci parietem,& quaſi abſq; oculis attrectauimus. Et Iob 12, Palpabunt quaſi in tenebris,& nõ in luce.Qui enim aliud q̃ deum amat & quærit,nunc ad iſta,nũc ad illa manũ extendit,Et inſuper. [Obliuionem accipiens] Per culpã ingratitudinis [Purgationis.] Gloſ.Per baptiſmũ vel pœnitentiã factæ [Veterum ſuorum delictorũ.] Gloſ.Originalium vel actualium in quibus aſſueuerat.

Peccatũ originale cur vet⁹ dicitur

Originale dicitur vetus delictum à cauſa,quia à veteri homine.i.Adã: trahitur verò actuale ab effectu,quia ad vetuſtatẽ trahit.Pſa.6,Inueteraui inter omnes inimicos meos.Sed cùm nõ ſit niſi vnũ originale,quomodo glo.dicit originaliũ in plurali? Reſpõſio,Vnum eſt origine,ſed multa perſonarum diuerſitate.Vel vnum ab vnitate reatus,Multa à multitudine virium corruptarum.Vnum ergo formaliter,ſed multa materialiter.

Quapropter fratres magis ſatagite,ut per bona opera certam veſtrã vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando.Sic enim abundanter miniſtrabitur uobis introitus in æternum regnũ domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.Propter quod uos incipiam ſemper commonere, de his, & quidem ſcientes & confirmatos uos in præſenti ueritate.Iuſtum autem arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo,ſuſcitare uos in commonitione: certus quòd uelox eſt depoſitio tabernaculi mei:ſecundum quòd & dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.Dabo autem operam,& frequenter habere uos poſt obitum meum,ut horum omnium memoriam faciatis.

Hìc monet ad eorum ſtudioſam obſeruationem. Et hoc triplici vtilitate, quarum Prima eſt certitudo ſpei.Secunda cautela peccati,ibi,Hæc enim facientes.Tertia introitus regni,ibi,Sic enim abundãter.Dicit ergo [Quapropter fratres] Glo.Quia cæcus eſt,qui hoc non habet,ideo maiori ſtudio ad hæc retinẽda laborate [Satagite.]i.ſatis agite [Vt per bona opera.]ſ.exteriora faciatis,id eſt,oſtendatis [Veſtram vocationem] ad fidem extempore [Et electionem] per prædeſtinationem ab æterno, vt ſcilicet certi ſitis vos eſſe vocatos,& à deo electos.Gloſ.Benefaciendo faciatis vos certos de præmio veſtræ vocationis & electionis. Vnde per bona opera quæ facit homo ſuæ electionis poteſt habere certitudinem,non quidem ſcientiæ,ſed coniecturæ,non rei,ſed ſpei.Rom.8,Certus ſum quòd neq; mors,neque vita,&c. ¶Et nota quòd iſta electio modò eſt occulta.Occultum enim modò eſt,qui electi & reprobi ſint: quia vtriq; modo ſimul ſunt. Et multi qui modò ſunt boni,ſunt reprobi.Et qui modò ſunt mali,ſunt electi,ſed in die iudicii, quando domi nus ventilabit,& purgabit aream ſuam tunc apparebit,qui electi & qui non. Et quòd pauci electi & multi reprobi,quia multũ inuenietur de palea,& parum de tritico: vnde Mat.3, Cuius ventilabrũ in manu ſua,& permundabit areã ſuam.i.eccleſiam:iſtud ventilabrum eſt iudiciaria ſententia,quę modò eſt in ore,id eſt,in prædicatione,ſed tunc erit in manu.i.in executione. [Hæc enim facientes] Prædicta octo opera virtutum. [Non peccabitis aliquando] Ad vitam æternam attingentis,vbi vlterius non peccabitis.Aliquando.i.nunquam,in præſenti, ſcilicet mortaliter . Venialia enim nullus vitare poteſt , & tunc intelligitur coniunctim. [Sic enim.]i.hæc opera faciendo. [Abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum] id eſt, dabitur vobis augmentum gratiæ & virtutũ per quas intratur in regnum.Glo.i.virtutes per quas intrabitis ad vitam.Ex hac gloſ.videtur quòd habeamus virtutes ex operibus,quod falſum eſt:nõ enim quia bonum facimus,ſumus boni.Reſponſio,Non virtus ſed augmentum ex abundantia,& perfectio virtutum habetur per exercitium bonorum operum.Et dicit miniſtrabitur,quia per veſtrum miniſterium,& meritũ acquiretur.Dicit etiã in regnum ad differentiã regni mundi,quia eſt breue & tranſitorium.Eccle.11,Omnis potẽtatus breuis vita.Luc.1,Regni eius nõ erit finis. [Regnum] inquã quod eſt [Domini noſtri ſaluatoris Ieſu Chriſti]Domini noſtri,per creationem:Saluatoris Ieſu Chriſti,per redẽptionem & recreationem.[Propter quod vos incipiã,&c.]Hìc prouocat eos ad veritatis catholicæ conſeruationem, ſuã pro eis in veritate cõfirmandis ſolicitudinem indicando.Et circa tria oſtendit ſe illis ſolicitum.Primò, vt veritate confirmentur quãtum ad iraſcibilem.Secundò,vt ad eandẽ excitentur quãtum ad concupiſcibilem,ibi,Iuſtum autẽ arbitror.Tertiò,vt eius ſemper recordentur quãtum ad rationalẽ,ibi,Dabo autem operã.Dicit ergo [Propter quod,&c.]Glo.Quia à deo vtilia ſunt vobis hæc,vt ſit vobis introitus patens in regnum [Incipiã vos ſemper commonere.]i.tam ſolicitè & frequenter vos commonebo,ac ſi nunquã antea nouiſſem:in quo exprimitur feruor ſanctorum,qui quãtuncunq; laborauerint circa ſubditos,videtur eis,q̃ nihil profecerunt.Pſa. Dixi nunc cœpi,&c.Grego.Neſcit mens per torporem facere, quæ ſemper ſuadet per deſideriũ inchoare. ¶Et notandum commonere,id eſt,omnes ſimul vos monere. [De his] id eſt,de gradibus prædictis,vt per eos ſimul aſcendamus ad domum domini.Vos dico [Scientes] id eſt, qui ſcitis peccata. [Quidem] id eſt, certè [Et confirmatos vos in præſenti veritate.]q.d.Quãuis ſcientes & confirmati in doctrina veritatis, tamen ego monebo vos,vt ſcita opere compleatis:vt & magis cõfirmemini.Quia ſicut dicit Bernardus.Frequenter oportet reminiſci quod mundus iſte cogit obliuiſci. [Iuſtum autem arbitror] Ita incipiam vos ſemper monere. [Autem] id eſt,quia iuſtum arbitror. [Suſcitare vos in cõmonitione] id eſt, per cõmonitionem prouocare vos ad proficiendum,quaſi dormientes,iuxta illud Prouerb.6,Diſcurre,feſtina ſuſcitare amicum tuum. [Quandiu ſum] In hoc tantillo temporis quo ſum. [In hoc tabernaculo.]i. in corpore meo quo,ſcilicet milito contra vitia.Gloſ.In corpore, in quo iter huius vitæ agitur, & contra aduerſarios veritatis certamen agitur. [Certus] per reuelationem [Quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei] id eſt, corporis mei. [Secundum q̃ & dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi] id eſt,reuelauit mihi.Vel ſignificatione remota.Ioannis vlti.Cùm autẽ ſenueris,alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Vel melius, ſignificatione propinqua,cùm dictum eſt Petro fugiẽti Neronem à domino,Venio Romam iterum crucifigi.

¶Et notandum q̃ mortem vocat depoſitionem,quia in morte deponitur corpus à ſanctis tanquã graue onus.Sapient.11,Corpus quod corrumpitur aggrauat hominem:hoc dicitur per quandam metaphorã, quia ſicut milites poſt victoriam tabernacula deponunt,& ad proprias domos redeunt: ſic ſancti corpora deponunt poſt victoriam vitiorum. [Dabo autem] Gloſ.Quia cito trãſiturus,ideo dum viuo dabo. [Operam] vos commonendo non ſolùm ſemel, ſed & [Frequenter] id eſt, inſtanter & diligenter. [Habere vos] vt habeatis [Memoriam] prædictorum [Poſt obitum meum] id eſt,poſt mortem meam,dicitur autem obitus ab ob.i. contra & eo is.Vnde obire eſt cõtra vel obuiã ire.Et ideo tranſitus ſanctorum, dicitur obitus, quia tunc vadunt obuiam ſponſo.Sicut dicit gloſ. [Vt horum omnium memoriam faciatis] id eſt, doctrinam memoratam opere impleatis.Pſal.102,Memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea.

Mors depoſitio dicitur tabernaculi

Non enim indoctas fabulas ſecuti notam fecimus uobis domini noſtri Ieſu Chriſti uirtutem & præſcientiam: ſpeculatores facti illius magnitudinis.Accipiens enim à deo patre honorem & gloriam, uoce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui: ipſum audite. Et hanc uocem nos audiuimus de cælo allatam cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

Hìc prouocat ad confirmationem veritatis catholicæ,ipſam commendando,quam probat.Primò,teſtimonio apoſtolorum,in nouo teſtamento.Secundò,teſtimonio prophetarum in veteri.Sed habemus firmiorem teſtificationem per apoſtolos,tripliciter:primò ſpecialiter de viſu:ſecundò ſimul de viſu & auditu, ibi,Accipiens enim à deo patre:tertiò de auditu ſpecialiter,ibi,Et hãc vocem,&c. Dicit ergo [Non enim] Gloſ.q.d.Ideo ſum ſolicitus,quia magna res eſt quam doceo.[Non indoctas fabulas.]ſ.doctrinas indignas [Sequuti] Fabula eſt,ait Tullius,in qua nec veræ, nec veriſimiles res narrantur,tangit autem iuxta gloſ. & errorem Paganorum ſecundum fabuloſas narrationes deos ſibi fingentium,& errores hęreticorum ſcripturas ſanctas fabuloſè interpretantium.2.Timo.4,A veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem cõuertentur.Pſal.118,Narrauerunt mihi iniqui fabulationes,ſed non vel lex tua. [Sed notam fecimus vobis] Prædicando manifeſtè non obſcurè vel parabolicè. [Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem]Per quam omnia creauit & continet. [Et præſcientiam ſapientiæ] qua omnia nouit & præuidet.1.Corint.1,Nos autem prædicamus Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam [Sed potius ſpeculatores facti ſumus.]i.inſpectores. [Illius magnitudinis.]ſ.magnæ excellentiæ,& claritatis quam in trãsfiguratione oſtendit.Mat.17.q.d.docemus ea quæ vidimus non ſolùm,ſed & quæ audiuimus.Audiuimus enim teſtimonium patris. [Accipiẽs enim] fuit.ſ.Chriſtus,ſecundum q̃ homo [A deo patre honorem] quando facies eius & veſtimenta fulſerunt ſicut ſol [Et gloriam] quando perhibuit teſtimonium dicens , Hic eſt filius meus dilectus. Vel honorem cùm dixit ipſum eſſe filium ſuum,& gloriam , quaſi clariſsimam quãtum ad claritatem in qua refulſit: accipiens inquã [Voce delapſa.] i.de cælo lapſa. [Ad eum.] ſ.Chriſtum glorificãdum [A magnifica gloria.] i. à patre glorioſo & magnificante filium. [Huiuſcemodi] id eſt, illo modo [Hìc]non alius[Eſt filius meus] Mihi conſubſtãtialis.Hilarius,Nos filii dei ſumus,ſed non talis hic filius:ipſe enim filius eſt natiuitate non creatione:veritate,nõ nuncupatione:origine,nõ adoptione [Dilectus] quia ſpiritu ſancto,qui amor eſt ab vtroq; procedens mihi connexus. [In quo mihi complacui] Glo.per quem beneplacitum meum oſtendi,& in eo nihil niſi quod mihi placet inueni. [Ipſum] diſcretiuè [Audite] Gloſ.Quia nullus ei ſuccedit legiſlator.Deut.18,Tanquã meipſum audietis.Hæc enim verba quæ dicuntur hìc,ſcribuntur etiã Mat. 3.& 17.& Mar.9. [Et hanc vocem nos audiuimus] ſpecialiter ego Petrus & Ioannes,& Iacobus, ſicut tres euangeliſtæ teſtantur Mat.& Mar.vbi ſuprà.Et Lucas 9.cap.vt ſic in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Deute.19. [De cælo] quia in cælo aereo formatam,& miniſterio cæleſtis angeli figuratã , & patris cæleſtis ſignificatiuã. [Allatam] ad terrã:nec dicit prolatã,quia non ex ore animalis is ſonuit,nec inſtrumẽtis naturalibus formata fuit,ſed artificio angelico. [Cùm eſſemus cum ipſo] Chriſto familiares,& ſectaremur eum. [In monte ſancto.]i.Thabor,vbi trãsfiguratus eſt. De iſta autem claritate quã Chriſtus oſtẽdit in trãsfiguratione,Quæritur vtrũ eſſet glorioſa,vel ſimilis glorioſæ:& videtur q̃ ſic,ſecũdum Hiero. Quia talis tunc apparuit,qualis in iudicio apparebit. In contrarium eſt,quia ſemel habita inamiſsibilis eſt . Item gloſ.hìc dicit,q̃ claritas iſta ſignum erat reſurrectionis ſuæ.Non ergo erat iſta claritas,quæ erit in reſurrectione.Reſpõſio,Credo q̃ claritas iſta nõ fuit glorioſa ſimilitudine analogiæ non vniuocationis: fuit enim quædã claritas formata in corpore à diuinitate quã apprehenderãt apoſtoli ſenſu exteriori.Per illam autem quã videbant oculo corporali,intellexerunt claritatem gloriæ : quã tamen oculo corporali non videbant: hinc eſt q̃ quædam authoritates dicũt,q̃ oſtendit apoſtolis claritatem glorioſam. Quædam autem dicunt q̃ non,ſed ſimilem glorioſæ oſtendit ſenſui,ſed verè glorioſam oſtendit intellectui.

Quid fabula.

Claritas Chriſti in ſua tranſfiguratione nõ fuit ſimilis illi quæ futura eſt in iudicio.

Et habemus firmiorem propheticum ſermonem,cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco,donec dies eluceſcat,& lucifer oriatur in cordibus neſtris,hoc primùm intelligentes,quòd omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit.Non enim uoluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines.

Hìc probat veritatem catholicam teſtimonio prophetarum in veteri teſtamento.Et primò tangit firmitatem.Secundò,claritatem,ibi,Cui bene facitis attendentes.Tertiò,authoritatẽ,ibi,Hoc primùm intelligentes.Dicit ergo,Et habemus,&c.ad hoc oſtendendum præter prædicta. [Firmiorem propheticum ſermonem.]ſ.in Dauid:& dicit glo.Ad probãdum Chriſti dignitatem dicit,Dixit ad me filius meus es tu,ego hodie genui te.Et idem,Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis.Sermonem,inquam firmiorem.i. lucidiorem.Gloſ.quia clarius aliis prophetis de Chriſto prophetauit ipſe Dauid.Vel firmiorem vobis, ſcilicet Iudæis,quàm ſit ſermo meus.q.d.Si minus creditis mihi,credatis prophetę,qui eſt firmior vobis q̃ ego, vel quàm ſit ſermo meus. Quãuis enim ſermo apoſtolorum eſſet ſimpliciter firmior ſermone prophetico, non tamen quantum ad iſtos,quia magis credebant Iudæi prophetis quàm apoſtolis. Vel dicit firmiorem, quia viſioni contradicere poterant , quæ facta fuit in ſecreto , ſed prophetiæ nullus contradicere audebat [Cui.]ſ.ſermoni prophetico.[Benefacitis attendentes.]ſ.propter ſui vtilitatem & inconcuſſam veritatem: vnde ſubdit [Quaſi lucernæ] id eſt,quæ eſt quaſi lucerna,quæ illuminat intellectũ ad veritatis cognitionẽ.

Sermonum prophetarũ & apoſtolorum quis firmior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Lucenti] quia accendit affectionem:vnde veritas sacræ scripturæ illuminat intellectum, ideo dicitur lucerna:quia accendit affectum,ideo dicitur ardens:& ideo est scientia perfecta:vnde lucere solùm vanum est,ardere parum,sed lucere & ardere simul perfectum:lucenti inquam,seu ardenti [In caliginoso loco] id est,in nocte huius seculi,quæ est plena caligine ignorantię,tenebris peccatorum,& nebulis errorum. ¶Notandũ autem ꝙ doctrina prophetica bene dicitur lucerna.i.lux in testa. Quia Psal.17,Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Glos.obscure. Interlinearis in prophetis:sed doctrina euangelica est lux splendens non in testa,sed super candelabrum posita.Prouerb.6,Mandatum lucerna est,& lex lux.s.euangelii.Lucet inquam,in hoc caliginoso loco tandiu [Donec dies] id est,aperta dei visio,& claritas plena. De qua Psal.83, Melior est dies vna in atriis tuis,&c. [Illucescat] id est,intus luceat.Hæc enim lux non solùm erit superficialis,sed profundabit se vsque ad intimum animæ.Et donec [Lucifer oriatur] scilicet clarus intellectus secundum glos.non ænigmaticus.Vel Lucifer.Glo.Christus qui fecit lucem,qua illuminauit mundum.Potest ergo intelligi per diem aperta cognitio deitatis.Per Luciferi ortum aperta cognitio humanitatis Christi, quæ fuit diei nuntia,sicut Lucifer prænuntius solis.Erit enim beatitudo sanctorum in vtroque.Ioan.17,Hæc est vita æterna vt cognoscant te,&c.Vel per diem intelligitur cognitio sanctorum post iudicium:per luciferi ortum cognitio ante iudicium.Maior enim erit claritas sanctorum post quàm antea.Et claritas solis maior est quàm luciferi.Vel per diem,futuræ visionis:per luciferi ortum,cognitio præsentis contemplationis[In cordibus vestris] nam in seipso nec oritur,nec occidit, nec perficit,nec destruit: sed in vobis [Hoc primum intelligentes] audientes prophetiam quæ illuminat intellectum & inflammat.Insuper quia immutabiliter verax est, quod patet ex hoc quòd à solo deo est.Non ergo negligatis,sed sitis hoc præmium intelligentes,id est,principalius intelligentes [Quòd omnis prophetia] hoc dicit quia triplex est genus prophetiæ secundum triplex genus visionis,scilicet corporalis,spiritualis,& intellectualis [Scripturæ] Hoc addit ad differentiã prophetiæ quæ consistit in factis. Sicut Ezech.fecit se portari per foramen parietis.Et Esaias iuit nudus & discalciatus [Propria interpretatione non fit.] i. proprii cordis ficta expositione. Gloss. Propria prophetantis voluntate,sed spiritusancto in eo loquente.Glo. Sicut prophetæ non sua,sed dei verba scribebãt, ita lector non sua interpretatione, vel propria expositione vti debet, ne à fide exorbitet [Non enim voluntate humana] vel loquentis,vel audientis.Quod intelligendum est quantum ad illius traditionem mentis, non quantum ad actum prolationis siue denuntiationis:nam denuntiare erat in libertate prophetarum non arreptitiorum.Vnde 1.Corint.14,Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt [Allata est aliquando prophetia] à deo.s.in prophetam.Allata vt dicit Dionysius,prophetia dei fertur de sursum ministerio angelorum.i.reuelatur prophetis per angelos,quid & quomodo debeant prophetare[Sed spiritu sancto]non maligno [Inspirati] id est,intus spirati,eius,scilicet inspiratione & reuelatione edocti & instructi.Iob 32,Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam [Locuti sunt sancti dei homines] id est, prophetæ qui erant nuntii dei.Et potest esse,ly sancti,nominatiui casus vel genitiui.Beda,Ea sola dicebant quæ à spiritu sancto didicerant.Ex hoc autem quod dicitur,Non fit propria interpretatione,docemur nõ ad nostrum sensum scripturam exponere seu texere,sed nostrum intellectum sententiis prophetarum & aliorum sanctorum expositionibus subiicere.Gregorius super Ezechielem,Qui in expositione sancti eloquii vt auditoribus placeat aliquid fingit,sua,non dei verba loquitur. ¶Nota super illud supradictum,Cui benefacitis attendentes.s.sermoni prophetico quasi lucernæ ardenti,&c. ¶Nota quòd quando via est obscura,& lubrica,& præceps,& aquis plena & inimicis circundata.Vel quando aliquis pastor custodit gregem sibi commissum inter lupos vel ciuitatem in medio inimicorum,vel sponsam in medio lupanarium,aut etiam thesaurum pretiosissimũ talis debet esse multum attentus,&c.Via nostra est vita nostra præsens:quæ si bona est ducit ad vitam futuram,quæ est æterna:si verò mala,ducit ad mortem infernalem,quæ est perpetua.Ista vita obscura est per ignorantiam.Prouerb.4,Via impiorum tenebrosa.Psal.81, In tenebris ambulant,&c. Et ideo debet quilibet esse attentus etiam multum,&c.Secundò via nostra est lubrica per luxuriam.Thren.4,Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. Sicut enim in via lubrica statim cùm ponitur pes, ex hinc lubricat illuc:ita aspectus lubricat in cogitationem,cogitatio in affectionem,affectio in delectationem,delectatio in consensum, consensus in operationem,operatio in consuetudinem. Et ideo oportet quòd homo multum sit attentus.Vnde Prouerb.7,Mulier vaga & garrula,quietis impatiens,&c.Et infrà.Nunc ergo fili mi audi me,& attende verba oris mei,ne abstrahatur,&c.Tertiò,Via est præceps per superbiam signanter ad illos qui sunt in alto honoris & dignitatum constituti.Augustinus, Quanto enim in loco superiore, tanto in periculo maiore versatur.Scitis enim quòd alta ædificia ventis & tempestatibus infestata citius ruunt.Vnde præponi vnum accidit qui tamẽ ventis aduenientibus,id est,validis tentationibus cadit siue ruit. Ideo tales multum debent esse attenti.Eccle.11,Attende tibi ne fortè cadas,& adducas animæ tuæ inhonorationem.Item via est laqueis plena per cupiditatem & auaritiam.Osee 5,Audite hoc sacerdotes,& attendite domus Israel,quia vobis iudicium est:quoniam laqueus facti estis speculationi,id est,subditis quos debetis speculari,& quasi rete expansum super Thabor.Item quia inimicis,id est,dæmonibus circundata per multiplicem eorum astutiam.Ideo petebat Dauid Psal.31,Erue me à circundantibus me.Et Iob 19,Obsederunt in gyro tabernaculum meum.Ideo dicitur Eccle.6,Ab inimicis tuis attende.Item Ecclesia.13, Caue tibi & attende diligenter auditui tuo:quoniam cum subuersione tua ambulas.i. cum illis qui non quærunt nisi subuersionem tuam. Item specialiter sacerdotes & prælati debent esse attenti: quia sunt pastores custodientes gregem domini in medio luporum.Siue etiam rectores custodientes ciuitatem munitã,id est, ecclesiam in medio inimicorum.Sunt etiam paranymphi custodientes sponsam delectissimam in medio lupanarium.Sunt etiam dispensatores bonorum domini sui,custodiẽtes thesaurum pretiosissimum in medio latronum.De omnibus istis Act.20,Attendite vobis & vniuerso gregi quo ad primum:in quo vos sanctus posuit episcopos regere,quo ad secundum:ecclesiam dei,quæ est eius sponsa,quo ad tertium:quam acquisiuit sanguine suo,quo ad quartum.

Doctrina prophetica lucerna dicitur.

Triplex genus prophetiæ.

Caput 2.

Fuerunt autem & pseudo prophetæ in populo,sicut & in vobis erunt magistri mendaces:qui introducent sectas perditionis,& eum qui emit eos deum negant:superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequẽtur eorum luxurias,per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabuntur:quibus iudicium iam olim non cessat:& perditio eorum non dormitat.

Hic reuocat à seductione hæreticæ prauitatis,quibus primò prædicit perfidiam futuram. Secundò,cõminatur pœnã,ibi,Si enim deus angelis.Tertiò ostendit pœnæ præeminẽtiam,ibi,Magis autẽ eos.Quartò describit eorũ malam vitam,ibi,Hi verò velut irrationabilia:in prima parte vbi perfidia hæreticorum prædicit:primò ab errorum adinuentione: secundò à veritatis negatione,ibi,Et eum qui emit eos,&c. Tertiò ab aliorum seductione,ibi,Et multi sequũtur.Quartò à diuina reprobatione,ibi,Quibus iudicium,&c.Dicit ergo [Fuerunt] Glos.Ita vos commoneo & tot authoritatibus vtor ne decipiamini per pseudo, qui sicut olim fuerunt,ita & erunt. [Fuerunt verò] inquam quasi prophetæ,fuerunt spiritu sancto locuti. Verò, pro sed,fuerunt [Pseudoprophetæ] id est,falsi & mendaces [In populo] scilicet Israelitico, sicut Balaam, Nume.24.& Iere.25,Prophetauerunt in nomine meo mendacium.Et in eodẽ,Non mittebam eos, & ipsi currebãt[Sicut & in vobis]populo Christiano[Erunt]Glo.Iã sunt,sed timore cõpriuntur verũ post obtũ meũ manifestabuntur[Magistri] vsurpatione authoritatis[Mendaces]in impugnatione veritatis.i.hæresum inuentores & inuentorũ defensores.2.ad Tim.4,Coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus,& à veritate quidẽ auditum auertent, &c. [Qui]. s. hæretici [Introducent.]i.in corda hominum.s.suorum credentium ducent [Sectas] id est,falsas doctrinas dictas,vel à secando.Vnde Glos.doctrinas[Perditionis]quę secant & separant à deo.Vnde hæresis idem est quòd diuisio,vel à sectando verbo frequentatiuo. Gloss.sectas Latinè, hæreses Græcè. Cùm quis errorem quem semel cõcepit semper sectari nullatenus cessat quod proprium est hæreticorum.Sectas inquam [Perditionis] ab effectu quia ducunt ad perditionem[Et eum] scilicet,Christum [Qui emit eos] id est,sanguine redemit.1.Petr.1, Non corruptibilibus auro & argento, &c. [Deum esse negant] ideo merito perditionem incurrunt.Vnde potest dici de deo & illis sicut de liberante latronem à patibulo,quem latro nunquam diligit.Negare verò illum dicuntur dupliciter secundum Glos.Vel quia nondum venisse nuntiant,vel aliquos errores interserunt,non qualem veritas ostendit,vt dicit glos.sed qualem sibiipsi fingunt & prædicant.Ipsi dico [Superducentes sibi] id est, super se ducentes & ad damnum suum [Celerem perditionem] id est,perditionem quæ cito veniet. Vel sicut exponit glos.Superducentes,id est super veritatem inducentes celerem perditionem,id est effectum celeris perditionis,scilicet errorem.Glossa, Negata veritate inducunt falsitatem pro qua cito periclitabuntur. Et tamen [Multi sequuntur eorum luxurias] eos in luxuria carnali imitantur.Vel eorum doctrinis,quibus luxurias & suauia prædicant consentiendo.Glo.Concupiscentias prædicant,quibus carnales homines facilè consentiunt.De talibus dicit Iudas in Canonica sua,Subintroierunt quidem homines dei nostri gratiam transferentes in luxurias.Sic & talium luxuria est proximo nociua,& etiam deo iniuriosa,quia illi sunt [Per quos] scilicet hæreticos,vel eorum sequaces [Via veritatis] id est Christianę religionis.Psal.118,Viam veritatis elegi[Blasphemabitur] id est vituperabitur.Glos.Non solùm in eis sed etiam à credentibus illis,Puta ab aliis infidelibus videntibus mala eorum.Cùm enim se fingant Christianos,& viuant in luxuriis & in immunditiis,excitant alios in odium Christianæ religionis,existimantes propter eorum malam vitam omnes Christianos esse huiusmodi [Via veritatis] Glos.id est,castitas & bona opera,quibus itur ad cælum. ¶Nota quòd via veritatis in duobus consistit,scilicet in credendis & in operandis.Prima blasphematur per fidei corruptionem.Secunda per morum deprauationem.Esa.52,Iugiter tota die nomen meum blasphematur.[Et in auaritia] causa lucri temporalis [Negotiabuntur de vobis] vt aliquid lucri acquirant, sicut homo negotiatur de panno,vt aliquid lucretur [Fictis verbis] id est,falsis doctrinis & adulationibus.Glos.non causa religionis, sed auaritiæ: vt aliquid lucrentur, fingunt nouas doctrinas: nec vos emunt deo, sed de vobis aliquid commodi acquirunt.1.Timo.6,Existimantes quæstum esse pietatem. Conueniunt autẽ hæc verba prædicatoribus quæstuariis,qui in prædicatione sua quæstus causa,falsa interserunt,indulgentias vendunt. Contra hoc 1.Thes.2,Non enim fuimus aliquãdo in sermone adulationis,nec in occasione auaritiæ [Quibus] scilicet hæreticis,magistris mendacibus,& eorum sequacibus [Iudicium] scilicet condemnationis [Iam olim]ab æterno à deo præuisum.Deus enim ab æterno disposuit & præordinauit pœnam,& si non culpam. Vel iam olim,id est,ab initio temporis præparatum. Esa.30,Præparata est ab heritophet.i.à prima die qua potuit dici heritophet.i.pœna inferni[Non cessat]Beda.i.præsentialiter excruciat,nec finem habebit. Sed quomodo hoc dicit,cùm illi quibus loquebatur Petrus adhuc viuebant,nec in gehenna essent? Responsio, Non dicit ꝙ omnes cruciat,sed aliquos,& ꝙ eos postmodum perpetuò cruciabit.Vel potest dici quòd iam in hac vita habeant partem gehennæ.s.remorsum conscientię[Et perditio eorum.]i.perditionis author diabolus.Glos.Diabolus modò decipiens pòst tormentaturus.Dicit autem emphaticèperditio,quia irreparabiliter perditus est,& nihil aliud quàm perditionem intendit ad maiorem expressionem malitiæ ipsius.Vnde & qui eum imitantur dicuntur filii perditionis,sicut Iudas,Ioan.17.Et Antichristus,2.ad Thes.2.[Non dormitat] id est,sine interruptione continuè perditionem eorum augmentat,& de peccato in peccatũ ruere facit.Bernard.Non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel, quia non dormitat nec dormit qui impugnat Israel,vnde ex hoc sumitur argumentum quòd diabolus continuè peccat.

Si enim deus angelis peccantibus non pepercit:sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari,& originali mundo non pepercit,sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens: & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euersione damnauit,exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens.& iustum Lot oppressum à nefandorũ iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit,Aspectu enim & auditu iustus erat,habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.Nouit deus pios de tentatione eripere: iniquos uerò in diem iudicij reseruare cruciandos.

Hîc comminatur pœnam:vbi primò exemplis spiritualibus asserit hæreticorum dãnationem futuram. Secundò exemplum elicit generalem sententiam,ibi,Nouit deus pios.Tertiò,exempla ponit tria:primò de

Deũ negare contingit dupliciter.

Vis veritatis in duobus cõsistit.

In prædicatores quæstuarios.

Obiectio.

Diabolus cõtinuè peccat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

casu angelorum : secundò de diluuio hominum, ibi, Et si originali mundo:tertiò de subuersione Sodomorum,ibi,Et ciuitates Sodomorum.Vbi tangit primò nocentum punitionem:secundò innocentis liberationem,ibi,Et iustum Lot:tertiò,liberationis meritum & rationem,ibi,Aspectu enim & auditu.Dicit ergo [Si deus angelis] Glo.licet dignioris naturæ sint [Peccantibus] scilicet peccato superbiæ [Non pepercit] sed statim vindictam in inferno supple,eos fecit [Detractos] id est,de cælo tractos[Rudentibus inferni]id est, conatibus superbiæ qui ducunt ad infernum.Rudentes enim sunt funes quibus vela in alto suspenduntur, & flante vento nauis impellitur,Et significat secundum Bedam conamina dæmonum,quibus contra erige re se voluerunt,per quæ vento superbiæ impulsi,rapti sunt in profundum inferni.Rudentibus ergo dicit superbiæ conatibus quasi funibus.Prouer.5,Funibus peccatorum suorum quisque constringetur. [Tradidit in tartarum] id est, in infernum [Cruciandos] vt crucientur.Et tradidit eos [Reseruari] id est,vt reseruẽtur [In iudicium] scilicet vltimum,tunc in profundum cruciandi, & grauius puniendi secundum August. & Glos.Vel ordina literam sic,Tradidit in tartarum reseruari,id est,vt reseruentur in iudicium cruciandos, scilicet magis quàm prius.Huic consonat alia trãslatio quæ est,in carceribus inferni caliginis retrudens tradidit iudicio puniendos. ¶ Quæritur de hoc quod dicit glos.super illud,Si angelis peccantibus,&c.Probatio à maiori.Contrà:peccatum angeli maius est quàm peccatum hominis,ergo non sequitur si dãnat angelum magis peccantem quòd damnet hominem minus peccantem.Responsio.Re vera comparando peccatum peccato non sequitur,sed comparando naturam naturæ,quia angelica natura dignior est,& ideo sequitur,Si angelo non pepercit,nec parcet homini.Quæritur etiam de hoc quod dicit glos.Angeli dignioris naturæ sunt.Contrà:Augustinus dicit,Anima & angelus natura sunt pares & officio dispares.Responsio, Natura ibi sonat in aptitudinem,quia possibilis æquari angelis non in actũ.Mat.22.Quæritur & de hoc quod dicit,Rudentibus inferni tradidit,&c.Contrà:ad Ephe.6,Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus principes & aduersus potestates & mundi rectores tenebrarum harum. Quod exponitur de dæmonibus in hoc aere caliginoso habitantibus & nos impugnantibus.Responsio,sicut dicit Beda super canonicam Iacobi,Dæmones vbicunque sunt ardent,& habẽt pœnam suam.Et ponit exemplum de febricitante,qui æque torquetur in lecto eburneo sicut in ligneo.Modò ergo vsque ad diem iudicii habitant aliqui dæmones in hoc aere caliginoso.Vnde Haymo dicit,quòd sicut radius plenus est atomis,sic aer ipse plenus est dæmonibus.Vnde Beda & Glos.in tartarum,id est,in hunc aerem inferiorem [Et si originali,&c.]Hic ponit exemplum de diluuio hominum [Si enim deus originali mundo non pepercit.]Gene.6, id est,hominibus secundum originem primi peccati viuentibus. Vel mundum originalẽ dicit homines qui ante diluuium fuerunt,non habentes legem nisi quam ab origine,id est,natura traxerunt,non habebant nisi legem naturalem [Sed octauum Noe] Octauus dicitur propter ipsam historiã,quia in numero octo personarum liberatarum fuit,& fortè vltimus,& sic octauus aream intrauit. Genes.6.1.Petri 4, In qua pauci, id est,octo animæ saluæ factæ sunt.Vel octauus propter figuram,quia illud iudicium mundi figura fuit vltimi iudicii,quod erit in principio octauæ ætatis resurgentium : secundum Glos. [Iustitiæ præconem] Et si non verbo:tamen exemplo,quia iustus erat,Gene.5.Glo.Qui iustitiæ opera faciens qualiter viuendum esset coram deo,ostendit.Item per hoc quòd fabricabat aream, eos ad iustitiam mouebat. Hunc inquam,talem [Custodiuit] à diluuio in arca.Sapient.10,Per contemptibile lignum gubernans iustum [Diluuium] id est,aquarum inundantiam ab inferioribus,superioribus aquis concurrentem [Mundo impiorum]id est, impiis mundi.Gene.6,id est,hominibus mundi qui erant impii [Inducens & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum] Plus nominat istas ciuitates quàm tres reliquas quæ fuerunt Adama, Seboim, & Segor: & hoc quia erãt principaliores & famosiores,& magis peccatrices [In cinerem redigens] combustione ignis & sulphuris.Gene.19.Hinc dicit Augustinus in lib.de Ciuitate dei,quòd fructus illius terræ sunt pulcherrimi exterius,& nil habent interius nisi cinerem,& fumum reddunt fœtidum si carpantur [Euersione damnauit] Quia illa regio in alienam naturam versa est,scilicet,in lacum salis,qui dicitur mare mortuum,quia nec pisces nec aues in eo viuunt sicut in aquis aliis [Exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens]quasi dicat,Per hoc significans quòd maximè puniendi essent qui illos imitarentur.Impiè,id est,contra pietatem in deum,vel in proximum peccando.Et si supple [Iustum Lot] nepotem Abrahæ, Gene.19. quia dei cultor & hospitalis,nec malis cõsentiens [Oppressum] id est,grauiter afflictum [A nefandorum iniuria] quia peccatum illud minime nominandum.Vocat Apostolus talia peccata passiones ignominiæ. Rom.1. [Ac] oppressum,scilicet à [Luxuriosa conuersatione eripuit] Per angelos qui eum cum vxore à filiabus extra ciuitatem duxerunt.Gene.19,Dissimulante eo egredi apprehenderunt manum eius,& posuerunt extra ciuitatem.Sapient.10,Hęc iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem descendente igne in Penthepolim [Aspectu eius] licet multa turpia videret [Et auditu]& si multa & inhonesta audiret [Iustus erat]aspectu & auditu:vel alieno,quia nil iniustum in eo videbatur.Vel proprio,quia bonis actibus insistebat, nec visis nec auditis flagitiis se fucabat,id est,obscurabat secundum Gloss. Iustus inquam,erat [Habitans apud eos] id est,licet habitaret inter illos,scilicet malos,inter quos difficile est seruare iustitiam,sicut dicit Gloss.Psal. 17,Cum sancto sanctus eris,&c. [Qui de die in diem] id est,continuè & incessanter [Animam iustã] eius, scilicet [Iniquis operibus] quæ faciebant contra deum & proximum:quæ sicut dicit glo.Videbat & corrigere non poterat [Cruciabant] cruce,scilicet spirituali doloris & compassionis, licet non exterioris vexationis. Psalm.118, Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Augustinus, Omnes mali persequuntur bonos non ferro aut lapidibus , sed vita & moribus [Nouit dominus bonos.] Ex prædictis exemplis elicit generalem sententiam,quòd diuina bonitas punit malos,& liberat bonos:vnde dicit[Nouit]quasi dicat,sic deus puniuit malos,& liberauit Noe & Lot.Bonos igitur nouit dominus notitia non solùm speculatiua,qua scit etiam mala quæ non ipse facturus.Sed dico practica,qua solùm nouit bona quæ est ipse facturus[Pios.]glo.Sicut Noe & Lot[De tentatione.]i.tribulatione[Eripere.] i.extra rapere. Psal.90,Cum ipso sum in tribulatione,eripiã eum,&c.Esa.42,Cùm trãsieris per aquas tecũ ero,& flumina non operient te. Sic patet in Noe,Et cùm ambulaueris in igne non cõbureris,sicut patet in Lot[Et nouit

Dæmones vbique torqueri.

Nouit dominus notitia practica bonos &c.

iniquos] Glos.Sicut diabolum,originalem mundum & Sodomitas [Reseruare] id est,iterum seruare,in anima,scilicet & corpore [In die iudicii] cruciandos amplius.s.quàm prius. Et ante diem iudicii solùm animæ pœnas luunt,& in iudicio grauiora expectant,quando in corpore & anima cruciabuntur.

Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationémque contemnunt: audaces,sibi placentes,sectas non metuunt introducere,blasphemantes. Vbi angeli fortitudine & uirtute cùm sint maiores,non portant aduersum se execrabile iudicium.

Hæc est tertia pars,in qua ostendit pœnæ præeminentiam,tangens primò hæreticorum maiorem fructum dãnationis quàm aliorum.Secundò dãnationis magnitudinem, confirmans exemplo angelorum, ibi, Vbi angeli fortitudinem.i.maioritatem dãnationis ostendit triplici de causa:primò,luxuriæ:secundò superbię,ibi,Dominationémq;:tertiò perfidiæ,ibi,Sectas non metuunt.Dicit ergo [Magis autem]quasi ita reseruantur omnes peccatores in diẽ iudicii puniendi:magis autem.Glo.magis reseruabit puniendos siue cruciãdos [Eos] scilicet hæreticos,& eis credentes [Qui post carnem] id est, carnis concupiscentiã non naturã. Sic enim accipitur caro.Galat.5,Caro concupiscit aduersus spiritum,&c. [Ambulant]passionibus interioribus affectionũ,& exterioribus operationum.Sap.5,Ambulauimus vias difficiles, viã autem domini ignorauimus [In concupiscentiis immunditiæ] ecce luxuria.i.in concupiscentias immundas perficiendas. Contra illud Eccle.18,Post concupiscentias tuas ne eas,hi similes sunt brutis,quæ trahuntur per suas concupiscentias,& sequuntur eas.Psal.31,Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus.Glo.Qui more animalium brutorum luxuriantur,pro reatu fœdæ corruptionis maiora patientur in iudicio q̃ generales iniqui. [Dominationémq; contemnunt] Ecce superbia.Glos.Dominum nostrum iudicem iustum talium cognoscere nolũt,dominationem autem dei vocat dominationem simpliciter,quia eius dominatio est nullius.Psal.82, Dominus vniuersorũ tu es.Itẽ quia singularis.Hester 14, Domine mi qui rex noster es solus, adiuua me solitariam,& cuius præter te non est auxiliator alius.Item est interminabilis.Psal.144,Dominatio tua in omni generatione & generationem. [Audaces.] Glossa,ad maiora crimina.Ex quo enim homo deum contemnit,fit audax & præceps ad omne periculum & flagitium.Hæc est audacia temeritatis sine vlla represione diuini timoris.de quibus Eccle.8.Quia non cito profertur contra malos sententia absque timore vllo filii hominum perpetrant mala. [Sibi placentes] Glos.in perpetratis malis:vel sibi placentes,id est,curantes placere sibi proximo.Ambrosius super epist.ad Rom.cap.15,Ille sibi placere dicitur,qui ita facit quod sibi bonum videtur,vt non curet,siue placeat,siue non placeat proximo.Vel sibi placentes, id est, seipsos amantes.2.Timo.3,Erunt homines seipsos amantes,&c. [Sectas non metuunt introducere] id est, errores obstinatos:quæ dicuntur secte,à secando,propter ecclesiasticæ vnitatis diuisionẽ,vel à sectando propter æstimationem.Ipsi dico [Blasphemantes.]s.deum,contra quem sectas inducunt,& ad blasphemãdum alios accendunt.Sensus ergo est prędictorum,Certum ꝙ omnes iniqui dãnabuntur generaliter,sed inter illos magis hæretici.Et inter hæreticos illi magis qui deuiãt à fide causa superbiæ,quàm qui causa luxuriæ , & illi maximè,qui sectas introducunt:vt sicut gradus est in peccatis,sic & in suppliciis: hæc autem pœna tanta erit,ꝙ non poterunt eam portare.Quod ostendit per locum à maiori cùm dicit [Vbi angeli fortitudine & virtute,&c.]Et est sensus,Si angeli mali qui sunt natura fortiores,quàm homines,vix possint pœnam ferre, quomodo poterunt eam sustinere ? Exponitur autem hoc dupliciter de malis angelis.Primo modo sic eruciandos reseruabit prædictos. [Vbi angeli mali.]s.lucifer & eius socii.[Cùm sint maiores] hominibus,quã titate non molis,sed virtutis [Fortitudine ad operandum. [Et virtute] ad sustinendum : quia nihil habent de carne,quæ infirma est. [Non portant,]i.vix portant,tanquam onus importabile.Et dicit non portant, quanuis re vera portent,vt magis innuat pœnam eorum intolerabilem. [Et iudicium execrabile] id est,iudicii domini pœnã quam ipsi execrantur,semper remurmurandam:quod iudicium est [Aduersum se] quia etsi consonum culpæ,tamen contrarium naturæ.Vel aduersum se.id est,cõtra ipsos in eorum dãnationem, quasi dicat,Si angeli vix poterunt pœnam inferni tolerare,quomodo poterunt homines pœnam inferni sustinere? Secundo modo sic,secundum Glos.vbi ponit tria de peccatis prædictis.Quia,scilicet post carnem ambulant,Deum contemnunt,Sectas faciunt.[Angeli non portant.] i.vix ferre possunt. [Execrabile iudicium] vt prius exponendo.Non quòd dæmones hæc fecerint,sed aliis suggesserint.Et tunc est sensus,si dæmones tantum suggestores,sic torquentur importabiliter,quantò magis homines hoc facientes ?

Malorum angelorum cruciatus.

Hi uerò uelut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem in his qui ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt,percipientes mercedem iniustitiæ. Voluptatẽ existimantes diei delicias coinquinationis & maculæ : deliciis affluentes,in conuiuiis suis luxuriantes uobiscum,oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti : pellicientes animas instabiles,cor exercitatum in auaritia habentes,maledictionis filij,derelinquentes rectam uiam errauerunt secuti uiam Balaam ex Bosor,qui mercedem iniquitatis amauit,corruptionẽ uerò habuit suæ uesaniæ. Subiugale mutum animal in hominis uoce loquens,prohibuit prophetæ insipientiam.

Hic describit hæreticorum malam vitam.Et primò agit communiter de hæreticis.Secundò magis specialiter de hęresiarchis,ibi,Hi sunt fontes.Communiter in hæreticis tangit primò , veritatis blasphemiam. Secundò,conuersationis luxuriã,ibi,Voluptatem existimantes.Tertiò,aliorum corruptelam,ibi, Pellicientes animas.Quartò,intentionis auaritiam,ibi,Cor exercitatum in auaritia. Quintò,certam malitiam,ibi,Derelinquentes viam rectam.Luxuriã autem conuersationis ostendit in quadruplici corruptione.Primò,secundum iudicium.Secundò,secundum tactum,ibi,Deliciis multis affluentes.Tertiò,secundum gustum,ibi, In conuiuiis suis.Quartò,secundum aspectum,ibi,Oculos habentes.Dicit ergo [Hi verò] scilicet hæretici reseruantur magis cruciandi.Verò,id est,quia.hi. Glos. Magistri,scilicet hæretici,qui docent errores. [Velut irrationabilia] quo ad corruptionem fidei. [Pecora] quo ad corruptionem morum [Naturaliter] id est, natura sua irrationali , & brutali tendunt , scilicet [In captionem] id est,in laqueum culpæ quo capiuntur à diabolo:post culpã verò [In perniciem.]i.in pœnã gehennalem:vel in perniciem,id est, in culpæ obstinationem,quæ facit hæreticum.q.d.Sicut bruta motu brutali vadunt in captionẽ & perniciem:hoc autem dicit pro tanto,quia hæretici non solùm humanas,sed & brutales sequuntur concupiscentias.Psal.48,Homo

Hæreticorũ grauitas

Hæretici irrationales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis, &c. Gloſſ. Sicut irrationabilibus naturale eſt cauſa pabuli ſæpe in captionem, & perniciem ignoranter incidere: ita hęretici cõparati iumentis inſipientibus propter appetitum ſuæ corruptionis explendum, incorruptam eccleſiæ catholicæ doctrinam blaſphemantes & vitam, laqueos ſibi perditionis nectunt. Ipſi dico [In his.]i. de his [Qui ignorant] ſcilicet, de articulis fidei [Blaſphemantes.]q.d. quia ignorant articulos fidei, ideo blaſphemant. Cauſa autem quare ignorant eſt, quia nolunt ratione apprehendere quod ſupra rationem eſt & naturam, vt ꝙ deus incarnatus, paſſus, mortuus & huiuſmodi. Et ideo in corruptione ſua. i. pro corruptiõe in ſuo ſenſu, vel pro peccato quod eſt cauſa corruptionis [Peribunt] Gloſ. à conſortio ſanctorum, ſicut enim modò voluntariè ſe ſeparant à conſortio eccleſiæ militantis: ſic inuiti ſeparabuntur in futuro à conſortio eccleſiæ triumphantis. Ipſi dico [Percipientes.]i. perfectè capientes. [Mercedem iniuſtitiæ] in futuro, id eſt, pœnam æternam, quæ eſt merces iniuſtitiæ. Gloſ. Pœnam pro malis operibus, vel mercedem iniuſtitiæ in præſenti, ſcilicet ruinã in maioribus peccatis. Gloſ. vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Apoc. vlti. [Voluptatem] quaſi & merito, quia [Exiſtimantes] id eſt, reputantes voluptatem [Diei.]i. voluptatem bonam. Gloſ. voluptas bona rectè dies vocatur, quia ſancti in domino delectantur: Voluptas mala nox, quæ eſt opus tenebrarũ. [Delicias coinquinationis & maculæ] ſcilicet bonas & lucidas eſſe iudicant, quæ ſunt malæ & execrabiles: vnde gloſ. Iniuſti delicias coinquinationis, & maculæ exiſtimant voluptatẽ diei, quia cùm vacent deliciis impuriſſimis & execrandiſſimis has optimas, & quaſi lucidas iudicant: ecce iudicii peruerſitas, de qua Eſa. 5, Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Et dicit coinquinationis, quo ad inquinamentũ corporis: maculæ, quo ad inquinamentum animæ: maculant enim peccata carnalia corpus & animã, peccata verò ſpiritualia animam ſolam. 1. Corin. 6, Omne peccatum quodcunq; fecerit homo extra corpus eſt, qui autẽ fornicatur, &c. Vel delicias coinquinationis, quo ad peccatũ luxuriæ humanę, qua ſimul plures inquinantur. ſ. agens & patiens. Quod notatur in hoc quod dicit coinquinationis. Maculæ verò quo ad peccatum gulæ. Vel voluptatẽ diei, id eſt, tẽporis gratiæ, de quo dicitur, Dies autem appropinquauit: Rom. 13, Exiſtimãt delicias coinquinationis & maculæ, qui peruerſè iudicant & credunt, ꝙ in tempore gratiæ debeat homo talibus immundiciis deſeruire. Moraliter autẽ, modò in diebus feſtis magis vacatur deliciis & crapulis, & ebrietatibus, quaſi hoc eſſet in honorem ſanctorũ, & in exultationem diei feſti. Auguſt. ad Aurelium, Comeſſationes & ebrietates, ita conceſſæ & licitæ putantur, vt in honore martyrum celebrentur: quæ fœditas non tam flagitioſa eſt, q̃ ſacrilega. [Deliciis affluentes] Ecce corruptio ſecundum tactum, quaſi non ſolùm exiſtimantes quo ad errorem rationis, ſed etiã affluentes quo ad approbationẽ voluptatis: duplici fluxu. ſ. cordis, per confeſum delectationis, & carnis, per effectum operis: ideo dicit affluentes. Eccl. 2, Non prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur. Sap. 2, Nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. [In conuiuiis ſuis] Ecce corruptio ſecundum guſtum. [Luxuriantes vobiſcum.]i. vtentes incentiuis ad luxuriam, in ſpeciebus, ſaporibus, & fortibus vinis. Hieronymus, Vinum fuge vt venenum: quid enim oleum flãmæ addis? Iuuentus & vinum duplex voluptatis incendium eſt. Et dicit vobiſcum. Glo. vt ibi vos decipiat, quod dicit, quia efficax modus attrahendi homines eſt vocare eos ad conuiuia, & delicioſè eos prouocare: ipſi dico [Oculos habentes plenos adulterii.]i. in oculis cordis repreſentatur libido corporis. Auguſt. Impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. [Et inceſſabilis delicti.]i. luxuriæ, quæ nunquã dicit ſufficit. Prou. 19. & Oſee 4, Fornicati ſunt & non ceſſauerunt, quia vt dicit Hierony. Quando vires deficiunt, defideria inardeſcunt. [Pellicentes.]i. decipiẽtes. [Animas inſtabiles] quæ non habent fundamentũ fidei formatæ, nec anchoram ſpei, & ſunt ſine timore dei. Beda dicit, Pellicentes à pelliceo pellices, ſecundæ coniugationis: vſitatius tamen dicitur à pellicio pellicis, tertiæ coniugationis, & eſt pellicere idem ꝙ pellibus ornare. Et inde dicuntur hæretici pellicere, id eſt ſub ſpecie veri decipere intellectũ, & ſub ſpecie boni quaſi ſub ſpecie formoſa decipere affectum: vnde de ipſis dicit dominus, Mat. 7, Veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ, quæ ſunt pelles. Et 1. Timo. 3, Habentes quidẽ ſpeciem pietatis, virtutem autẽ eius abnegãtes. Secundum glo. Pellices ſunt meretrices, à pello pellis, quia ſuperueniẽte lumine expelluntur: vel à pollutione, vnde polluũt animas. i. à vero ſpõſo Chriſto recedere, & in diabolo adulterari faciunt. [Cor exercitatum in auaritia habentes] Plus eſt cor auaritia exercitatum q̃ cor auarũ. In corde auaro notatur corruptio affectus: in exercitatione verò labor vel ſolicitudo. Aduerſus quos Hiere. 6, A maiori vſq; ad maximum omnes auaritiæ ſtudent. Gloſ. Quidquid agunt cauſa auaritiæ faciunt. Alia litera habet exercitatũ. Exod. 23, Non accipies munera quæ excæcant etiã prudentes: hinc eſt ꝙ Tobias, qui tamen ſanctus erat, ſtercoribus calidis hyrundinũ excæcatus fuit. Hyrundines quæ in altum volãt, ſignificant ſanctos, quorum conuerſatio in cælis eſt. Stercora hyrundinum calida ſunt tẽporalia, quæ ſancti tanq̃ ſtercora relinquunt: vnde dicebat Apoſt. ad Phili. 2, Omnia arbitratus ſum vt ſtercora: his ſtercoribus multi, qui debẽt eſſe ſancti excæcãtur: vnde Thre. 4, Qui nutriebãtur in croceis amplexati ſunt ſtercora: & ideo [Maledictionis æternæ filii.] i. hæredes. i. mali filii. ſ. diaboli per imitationem, qui primò maledictus fuit, hoc eſt malo pœnæ addictus. [Derelinquentes rectã viam.]i. vtã dei quę ducit ad vitã æternam, vel etiam viã morum quam tamen ex ratione cognoſcebãt, quid credere & quomodo viuere deberent, ſicut dicit glo. vnde Hiere. 2, Me dereliquerunt fontem aquę viuæ, &c. [Errauerunt] Inuio infidelitatis & infœlicitatis. Sap. 5, Errauimus à via veritatis: errauerunt dico [Secuti viam Balaam] venientes [Ex Boſor] nomen eſt villæ, vel ciuitatis, de qua erat. i. ſequuti ſunt paſsibus morum non pedum eius cupiditatem & malitiã. Qui motus cupiditate ex certa malitia iuit, vt malediceret populo Iſrael, quem ſciebat benedictũ à domino. Nume. 22. [Qui mercedem iniquitatis.]i. munera ſibi promiſſa, & oblata pro cauſa iniqua. ſ. vt malediceret populo dei, vel mercedem iniquitatis. i. precium dãnationis, quæ dicitur merces iniquitatis: quia fuit merces pro iniqua promiſsione quam intendebat adimplere contra deum. [Amauit] affectu cupiditatis. Vel dicit mercedem iniquitatis, quia à rege honorari debebat, quem honorem tantum appetebat, quòd ipſum voluntati dei præponebat, quod erat magna iniquitas, ſcilicet temporale deo præponere. Merito verò Balaam, qui interpretatur populus vanus, ex Boſor quod interpretatur carneus, hæretici comparantur, ex ſenſu & vita carnali vanitatem erroris ſequuti, quo ad fidem: carnei

Hæretici pellicentes.

Auaritia excæcat.

Balaã auaritia ductus populo à deo benedicto maledicere voluit

quo ad conuerſationem [Correptionem verò habuit] & verbi per aſinæ locutionem & pedis attritionem [Suæ veſaniæ,]id eſt, inſani erroris: veſania enim erat magna contra dominum irreuerentia, vt populo dei deo prohibente malediceret. Tantò ergo fuit peior, quantò non nouerat emẽdare per correctionem [Subiugale] ſcilicet aſina [Mutum] ideſt, non habens aptitudinem naturalem loquendi [Animal] ſine vſu rationis [In hominis voce loquens] id eſt, ſimili humani voce loquens.] Erat enim vox articulata angelico miniſterio per linguam aſinæ prolata, ſicut & diabolus per linguam ſerpentis locutus fuit. Geneſis tertio, Iſtud habetur, Numeri vigeſimoſecundo, Aperuit dominus os aſinæ, & locuta eſt [Prohibuit] tranſire ſcilicet recedendo & contra naturam loquendo, de flagellatione cõquerendo, pedem eius conterendo, & non expreſsè de hoc arguẽdo [Prophetæ] Balaam [Inſipientiam] Qua ibat ad maledicẽdũ populo dei. Sic, vt dicit glo. aliqui hæretici tam ſtulta dogmata proferunt, vt pagani ſcilicet ſtulti, illorum deteſtentur inſaniam. Sic vt dicit gloſ. docti clerici ab indoctis laicis aliquando merito lacerantur, bona vita eorum reprehenditur. Quod eſt propter eorum auaritiam, vt dicit Gloſſa.

Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Superbia enim uanitatis loquentes pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſati libertatẽ illis promittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.

Hîc agit magis ſpecialiter de hæreſiarchis aggrauando, oſtendens cauſas damnationis eorum. Primò, per propriam in ſe corruptionem. Secundò, aliorum ſectudionem, ibi, Superbia enim vanitatis. Tertiò diaboli ſeruitutem, ibi, Qui in errore conuerſati. Quartò, mundi inquinationẽ, ibi, Si refugientes. Quintò, veritatis agnitæ defectionem, ibi, Melius enim erat eis. Sextò, vitæ turpitudinem, ibi, Contingit enim eis. Dicit igitur, ſpecialiter horum primi magiſtri hæreſiarchæ [Hi ſunt fontes ſine aqua] Dicuntur fontes propter emanationem doctrinæ: ſed ſine aqua veritatis & ſapientiæ, de qua Hiere. 51, Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidã, ſed ſunt ſine aqua ſapientiæ ſalutaris. ¶ Et notandũ ꝙ vbi eſt fons ſine aqua, ibi eſt lutum: ſic in iſtis non eſt aqua inundantis gratiæ, ſed lutum inquinans erroribus & cupiditatibus terrenis, nec merito, quia derelinquunt fontem aquæ viuæ. Hiere. 2. Vnde intellige fontes non lauantes, ſed potius coinquinantes [Et nebulæ] propter obſcuritatem, ſolem intelligendum obſcurantem, Gloſ. Oſcurantes nebulæ dico, non reſoluẽdæ in pluuiã ſanæ doctrinæ, ſed [Turbinibus exagitatæ] Turbo eſt cõmotio aeris per conflictum concurſus ventorum, & inde aliquando ſequitur tempeſtas, ſed hæretici conflictu vitiorum & philoſophiæ rationum exagitati, magis inducunt in auditoribus tempeſtatem, quàm ſalutiferum rorem & terræ fœcundationem. ¶ Notandum quòd boni prælati dicuntur nubes, propter ſalutiferum rorem: & terrę ſubditorum irrigationem, & ſpirituſſancti exagitationem. vnde Eſa. 6, Qui ſunt iſti qui vt nubes volant? non dicit, qui vt aues volant, quæ volant contra nidum ſuũ, & ſicut volunt & quando volunt, & vbi volunt: ſed mali dicuntur nebulæ propter obſcuritatem [Quibus caligo tenebrarũ reſeruatur] id eſt, retro impoſterum ſeruatur. & dicit tenebrarum in plurali, ob duplices tenebras, ſcilicet ſpirituales & interiores, in præſenti, que ſunt peccata, quibus reſeruantur permiſsiua reſeruatione, vt amplius fiant mali & amplius ſordeſcant, vt dicit glo. Vel corporales & exteriores in futuro, quibus reſeruantur reſeruatione punitiua. Mat. 22, Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Dicit autem [Caligo tenebrarum] id eſt, quæ teterrimæ & obſcuriſsimæ, erunt in inferno quaſi palpabiles. Iob 10, Terram tenebroſam, & opertam mortis caligine [Superbia enim vanitatis] quaſi & merito. Ipſi enim [Loquẽtes] id eſt, prædicantes vel docentes, quia eorum doctrina loquacitas eſt, vnde & comparantur ranis, quæ non faciũt niſi clamare. Apoc. 16, Vidi de ore pſeudo prophetæ exire ſpiritus tres immundos in modum ranarum [Superbia]. i. in ſuperbia finaliter, vanitatis materialiter & initialiter, quia pro ſuperbia vana prædicant. Auguſtinus, Hæreticus eſt qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatúſque ſui gratia falſas ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. ¶ Et notãdum quòd ſuperbia propriè eſt affectu, vanitas in intelligentia ſiue intellectu. Superbia verò in appetendo excellentiam: vanitas de ſe magna ſentiendo [Pelliciunt] ideſt, quaſi pellices & meretrices corrumpunt ſiue decipiunt, vt ſuprà expoſitum eſt [In deſideriis carnis luxuriæ] id eſt, luxuriæ carnalis, non tamen ſpiritualis. Per deſideria enim, quæ docent trahunt homines ad ſectas ſuas. Talia enim ſunt ad quæ libẽter trahitur homo. Beda in Glo. Quis nõ libẽter audit, mãducemus & bibamus, & in ęternũ regnabimus? [Eos qui paululũ effugiũt] Glo. qui paululũ refugiunt, & ad ſuũ reuertuntur errorem. Vel paululũ, id eſt, eos qui paruulo tẽpore à peccato abſtinuerũt, & cito recidiuant. Vel paululũ effugiũt, qui non perfectè peccata fugiunt: fugiũt peccata quidẽ carnalia & nõ ſpiritualia. Itẽ fugiunt peccata, ſed non circunſtantias, & pericula peccatorum [Qui] hæretici [In errore] quo ad ſe, & quo ad alios. Glo. Quia errant, & alios errare faciunt [Conuerſati] Quia tota eorum cõuerſatio eſt erronea quo ad fidem, & mores. Pſalm. 106. Errare fecit eos in inuio, & non in via [Libertatem] id eſt, pro peccatis impunitatem, vel peccati immunitatem, dicentes illicita licere, ſed hæc libertas mala eſt, de qua Roma. 6, Liberi fuiſtis iuſtitiæ [Illis] ſcilicet credentibus [Promittentes] dicentes, deus non eſt tãtum crudelis, vt puniat ęternaliter pro peccato momentaneo [Cùm ipſi] ſcilicet hæretici [Serui ſint corruptionis] id eſt, peccati quod corumpit bona naturalia, & ſpoliat gratuita, Vel corruptionis, id eſt, fomitis, ſuſtinendo ipſum regnare in ſuo corpore, & ad omne peccatum trahere. Vel corruptionis, id eſt, diaboli, qui eſt author. Glo. q.d. Cũ ſint ſerui & peccati, & diaboli, alius libertatem dare non poſſunt, quia nemo dat quod non habet. Et quòd ſint ſerui probat per ius commune [A quo enim quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt] id eſt, eius ſubiectus. Io. 8, Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, loquitur ad ſimilitudinem ſeruitutis acquiſitiuè, qua olim capti ab hoſtibus eorum ſerui efficiebantur. Similiter capti à diabolo & à peccato ſerui ſunt, & diaboli & peccati. Cũ ergo ſeruus minor ſit domino ſuo, & ipſi ſerui ſint peccati, & peccatum ſit nihil, ipſi inquantum peccant ſunt minus quàm nihil. Quia non ſolùm non habent eſſe moris, ſed & eius oppoſitum qualecunque eſſe habeant,

Hæretici fontes ſine aqua.

Tenebræ duplices.

Quid hæreticus.

Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere uiam iuſtitiæ, quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Cõtigit enim eis illud ueri prouerbii, Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lota in uolutabro luti.

Hîc ostendit mundi coinquinationem, Si enim. Gloss. Verè sunt serui acquisiti, quia cùm prius liberi essent non coguntur seruire grauius quàm antea [Si enim] ipsi vel quicunque alii [Refugientes] prius quando fuerunt ad fidem conuersi [Coinquinationes mundi]. i. peccata quibus inquinantur homines mundani & alios inquinant, quæ & mundus mundis immittit, de quibus. 1. Io. 2, Omne quod in mundo est, aut est cõ cupiscentia, &c. [In cognitione.] i. per cognitionem quam susceperunt. Fides enim purificat ab inquinationibus. Act. 5, Fide purificans corda eorum, sicut radius solis abstergit lutum platearum [Domini nostri] ratione creationis [Et saluatoris] ratione recreationis [Iesu] ratione officii salutaris [Christi] ratione dignitatis regalis, secundum quã vnctus est oleo letitiæ præ participibus suis [His,] scilicet coinquinationibus mundi quas fugerant [Rursus implicati. i]. inuoluti sicut in retibus: consensu operis & consuetudinis. Prouer. 7, Irretiuit eum multis sermonibus, & sequitur eam quasi bos ductus ad victimam [Superantur] Prædominante vitio naturæ spiritui. i. sensualitate carni [Facta sunt eis.] s. talibus recidiuãtibus seu apostatantibus [Posteriora]. s. peccata [Deteriora prioribus] s. peccatis, vel status posterior post recidiuationem vel apostasiam deterior est statu priori ante conuersionem seu conuersationem. Talis enim magis offendit deum quàm ante baptismum vel pœnitentiam, frangit enim pactum quod pepigit cum deo in pœnitentia vel baptismo: sicut periculosior est infirmitas recidiuantis quàm prius ęgrotantis. Vnde talis culpa est maior propter circunstantiam ingratitudinis ex remissione præcedentium peccatorum. ideo dicitur Luc. 9, Fiunt nouissima illius hominis peiora prioribus. Et hoc quia resurrectio difficilior. ad Heb. 6, Impossibile est eos qui gusta uerunt bonum dei verbum virtutésque venturi seculi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitẽtiam. Impossibile. i. difficile. In signum huius deteriorationis vxor Loth, quæ prius erat substantia rationalis, per respectum retro versa est in creaturam seu statuam salis, & facta est irrationalis. Gene. 19, Et verè deteriora [Melius enim erat,] ideſt minus malum eũ sit comparatio abusiua non propria. Propria, quando vtrunque extremum coparationis participat æqualitatem: in qua fit comparatio abusiua, quando alterum tantũ: magis abusiua, quando neutrum, vt hîc Mat. 29, Melius ei erat si natus non fuisset, &c. [Eis,] scilicet recidiuantibus & impœnitentibus [Non cognoscere viam iustitiæ,] ideſt, iustitiam quæ est via recta ducẽs ad vitam. Vnde accipitur, hîc iustitia generaliter non specialiter, sed pro rectitudine fidei & morum seu vitæ. Et intelligendum est cæteris paribus. Tunc enim excusabiles essent saltem à tanto [Quàm post cognitionem eius retrorsum,] id est, ad priora peccata [Conuerti,] ideſt, totaliter verti sine reditu pœnitentiæ finalis per transgressionem, scilicet [Ab eo quod illis traditum est sancto mandato.] Vel charitatis, specialiter quod est traditũ à Christo & eius apostolis. Ioan. 19, Mandatum nouum do vobis, &c. Vel generaliter mandato euangelico. Vnde Psalm. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et accipitur singulare pro plurali. Sed contra hoc obiicitur, quia dicit Ambrosius, Perfidi & si in æternum pereãt, tamen eis prodest ex parte credidisse. Responsio, Intelligendum est hoc quo ad peccata in quibus recidiuant, non vniuersaliter quo ad omnia. Item quo ad peccata in quibus recidiuant intelligendo quo ad intẽtionem nõ quo ad numerositatem, quia si nunquam conuersi fuissent, plura peccata eiusdẽ generis haberent, sed non ita grauia. Vnde Glossa, Quia præter illa mala quæ sicut prius agunt, præuaricatores promissionis sunt. Item hoc quod dicitur intelligendum est in eodem genere peccati, plus peccat fidelis quàm infidelis ob notitiam peccati, secundum quod dicitur Iacobi 4, Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi [Contigit enim] Glo. Idem probat authoritate sub specie canis. Et verè prius est hoc, Quia contigit. i. contingenter venit, quia non est necessitatis huiusmodi seruitus, sed voluntatis eis recidiuantibus finaliter seu apostantibus [Illud veri prouerbii.] Glo. Illud prouerbium vel illa pars libri, quæ cõtinet illud prouerbium [Canis reuersus ad suum vomitum] Sumptum est de Prouerbiis 26, Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic stultus qui iterat stultitiam suã. Hoc autem dicit, quia sicut canis comedit iterum quod euomuit, & immundior & abominabilior postquã comedit quod euomuit quàm antè: Sic isti prius loti à pecatis in baptismo, vel pœnitentia cũ postea recidiuant, immũdiores sunt & magis abominabiles quàm prius. Talibus nil prodest sua lotio. Eccle. 34, Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? Et supple tales sunt sicut [Sus lota in volutabro luti,] ideſt, in luto in quo se reuoluit. Glossa, Sus dum in luto lauatur, sordidior redditur. Sic qui peccatum plangit, nec tamen deserit, pœnę grauiori se subiicit. Hiere. 2, Quàm vilis facta es rursum ite rans vias tuas. Hoc autem apponit Apostolus de suo, quia nõ est de Prouerbiis vulgaribus Salomonis. Vel Apostol. addit Prouerbiis Salomonis. Per suem significantur luxuriosi, qui se in luto luxurię immergunt & inuoluunt & reuoluunt.

Peccata Christianorũ grauiora

Cõparatio abusiua.

Caput 3.

HAnc ecce uobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus uestram excito commonitionem synceram mentem: ut memores sitis eorum quæ prædixi uerborum à sanctis prophetis, & apostolorum uestrorũ præceptorum domini & saluatoris. Hoc primùm scientes, q. uenient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulãtes, dicentes, Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ.

Postquàm prouocauit eos ad conseruationem catholicæ veritatis, & reuocat eos à seductione prauitatis hæreticæ. Hîc subdit causam vtriusque operis, scilicet causam scribendi hanc epistolã, scilicet vt reddat eos cautos maximè contra errores circa futurum iudicium. Et primò excitat auditionem auditorum. Secundò ponit instructionem eorum, ibi, Hoc primum scientes, vbi primò reprobat de futuro iudicio errorem, secũdò manifestat veritatem, ibi, Latet enim eos, tertiò, exhortatur ad dignam iudicii expectationem, ibi, Cùm igitur omnia dissoluenda sunt. In prima ostendit errantium sententiam: in secunda subdit errandi causam motiuam, ibi, Ex quo enim antiqui. Dicit ergo [Hanc ecce, &c.] quasi dicat, Tales hæretici venturi sunt. Et ideo ecce pro eadem causa [Hanc secundam vobis,] ideſt, ad vestram vtilitatem [Charissimi scribo epistolam.] Glossa, de nouissimis temporibus, quibus derisores abundant [In quibus] epistolis, scilicet prima &

secunda [Excito] ne per torporem dormiatis [In commotione,] ideſt, pro commotione actiua, scilicet & passiua vestra & aliorũ per vos, qua scilicet, moneo vos, vt & alios moneatis: hoc importat prępositio associati ua. Glos. vt vos commoneam, & alios commoneatis [Vestram sinceram mentem,] id est, sine carne corruptionis fidei & morum. Philip. 2, Et hoc oro vt sitis sinceres, & sine offensa in die Christi. Vel sinceram, id est sine cera, & sine mollicie ac instabilitate, vt nec sitis molles per dissolutionem morũ, nec instabiles, nec flexibiles per errorem. 2. Thes. 2, Rogamus vos fratres, vt non cito moueamini à vestro sensu [Vt memores sitis eorũ quæ prædixi vobis verborũ] de fide & moribus, & hæreticis venturis. Verborum, inquam acceptorum [A sanctis prophetis] Suprà primo, habemus sermonem propheticum, cui attendentes benefacitis. Glo. Verborum quæ authoritate sanctorũ prophetarum confirmantur [Et] sitis memores verborum [Apostolorum sanctorum] quæ vobis per me & alios apostolos nuntiata sunt, verborum dico [Præceptorum domini.] i. quæ sunt præcepta domini iure creationis [Et saluatoris] iure recreationis. Ipse dominus qui venit saluare nos hæc præcepta instituit, & seruare præcepit. Horum autem præceptorum debemus esse memores non solùm ad cogitandum, sed etiam ad faciendum. Psalm. 102, Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea [Hoc primùm scientes] Hîc ponit errantium sententiam, ita volo vos esse memores. Vos dico, hoc primũ. i. præcipuè, vel præ cæteris [Scientes certitudinem fidei] indubitatæ. præscientia enim futurorum hæresum, multum valet ad credendi in fide confirmationem [Quòd venient] non dicit quòd mittẽtur, quia non authoritate diuina, sed vsurpatione propria [In nouissimis diebus] Glo. Tempore Antichristi tanquam eius præcursores. 2. ad Timo. 3, In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, &c, [In deceptione,] id est, vt decipiant fideles [Illusores,] id est, hæretici, Glos. Illudentes fidei & spei Christianorum, quod tempus resurrectionis futurũ sibi promittunt frustra [Ambulantes,] id est de malo in peius proficientes [Iuxta,] id est, secundum [Proprias concupiscentias,] id est, sequentes proprias concupiscentias carnis contra consilium sapientis. Eccle. 18, Post concupiscentias tuas ne eas, &c. Vel secundũ Bedã in Glos. Nouis peccatis gaudentes, & noua peccata adinuenientes. Tales ambulant post concupiscentias proprias, & non tantùm communes quibus non sufficiunt communia peccata, sed adinueniunt noua. Psal. 80, Ibũt in adinuentionibus suis [Dicentes] & corde credendo, & ore prædicando [Vbi est promissio facta,] scilicet antiquis patribus, de eorum liberatione. q. d. Ex quo per Christum non est completa, ipse non fuit ille qui promissus est in scripturis, Impleta autem non videntur, quia adhuc sumus sub culpa & pœna. Vel vbi est promissio de gloria bonorũ, quasi dicat, nulla est [Aut aduẽtus] eius, scilicet ad iudicium. q. d. Non potestis aliqua signa ostendere quòd iudicium sit futurum. q. d. Nec promissionibus eius credendum est, quia non sunt impletæ, nec in aduentu eius est sperandum, quia nullum signum apparet. Glo. Ideo non credunt [Ex quo enim] antiqui [Patres,] id est, prædecessores [Dormierunt,] id est, mortui sunt. Psal. 118, Cùm dederit dilectis suis somnũ, &c. [Sic omnia perseuerãt,] id est, manent immutata, quia nihil mutatũ est de ordine, & causa naturæ. Sed cõtrà Eccl. 2. dicitur, Vidi in omnibus vanitatem, & nihil permanere sub sole. Responsio Creaturæ secundum speciem perseuerant ab initio temporis, sed fit mutatio indiuiduorũ, nec aliquid perfectè manet sub cælo quin aliquo modo immutetur [Ab initio creaturæ,] id est, ex quo mundus creatus est, vel ex quo fuit prima creatura. Vel secundum aliam literam, Sic per omnia sicut prius sine aliqua mutatione perseuerant ab initio creaturæ.

Latet enim eos hoc uolentes, q. cæli erant prius & terra, de aqua & per aquã consistens dei uerbo: per quæ, ille tũc mundus aqua inundatus periit. Cæli autem qui nunc sunt & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum.

Hîc manifestat veritatem dupliciter. Primò infidelium ignorantiam circa iudicium detegendo. Secundò, credentium fidem instruendo, ibi, Vnum verò hoc non lateat. Ignorantiam detegit duplicem, primò iudicium aquæ iam factum: secundò circa iudicium ignis futuri, ibi, Cæli autem qui nunc sunt. Dicit ergo [Latet enim eos] Ideo debent omnia eodem modo perseuerare, quia vel verè nescierunt, vel fingunt se nescire vt vos decipiant, duo dei iudicia: alterum per aquam, quod iam præteriit: alterum per ignẽ quod restat. Latet, scilicet verè vel simulatoriè, Eos, scilicet hæreticos [Hoc volentes] Glos. nullum iudicium esse futurum. Per hoc notatur eorum ignorantiam esse affectatam. psal. 35, Noluit intelligere vt bene ageret: Nolebant autem propter libertatem impunè peccãdi. Hoc scilicet latet [Quòd cæli] scilicet aerei. Glo. Iste humidus aer & turbulentus, de quo dicitur Hiere. 8, Miluus in cælo cognouit tempus suum. Et Matt. 22, Volucres cæli comederunt illud [Erant prius.] Glo. inter priores creaturas. Vel prius, id est, ante diluuium. Sed sicut dicit Glo. Tunc erant alterius modi quàm modò: quia tunc erat aer serenior & quietior quàm modò, quia tunc non erant tempestates nec fortè vapores [Et terra] erat prius, scilicet alterius modi, quia fertilior & planior. Ipsa dico [Consistens.] i. aggregatione partium suarum simul stans [De aqua] Beda, id est, per remotionem aquæ operante dei verbo congregata est in vnum, & ita apparuit arida, Genes. 1. [Et] erat consistens [Per aquam,] id est, per aquæ congregationem. Beda, Quia per diuinam dispositionem venis aquarum est tota plena, sicut corpus animalis sanguine. Alioquin non staret, sed redigeretur in minutissimũ pulueren secundum Philosophum. Cùm enim sit maximè sicca, indiget humiditate qua eius partes consistant. Ideo dicitur in Psal. 23. & 135, Qui fundauit terram super aquas. Vel de aqua, id est, de primordiali materia, quæ dicitur aqua, propter ductibilitatem eius, & obedientiam ad formas diuersas. Gene. 1, Spiritus domini ferebatur super aquas. Illa eadem dicitur terra propter informitatem, Abyssus propter obscuritatem. Vel dicitur terra ex aqua consistens, quia sine aqua non fructificaret. Et hoc totum [Dei verbo] vt causa efficiente & conseruante. Io. 1, Omnia per ipsum facta sunt [Per quæ] in quibus duabus partibus aere & terra [Ille tunc mundus] qui scilicet erat ante diluuium, vel tempore diluuii. Vel etiam ille tunc mundus, quia fuit alterius modi tunc quàm nunc, & terræ nascentia meliora quàm nunc. Alterius modi autem erat quantum ad qualitates accidentales, non quantũ ad substantiales vel radicales [Aqua,] id est, per aquam diluuii [Mũdatus] à peccatis hominum, quibus erat pollutus [Periit] quo ad habitatores: mundatus est quo ad habitationem infectam. Hæc autem mundatio signum fuit spiritualis mundationis per baptismum. 1. Pet. 4, Quod

& nunc similis formæ saluos facit baptisma.Glo.Periit terra quia tanto tempore submersa fructificare desitit.Postea & dissimilem in plerisque locis ab ea quam prius habuerat faciem recepit. Perierunt & cæli secundum speciem huius aeris.Occupauit enim aqua totam istam capacitatem,vbi aues volitãt.Ratio huius mutationis est,quia ex longa & profunda commixtione terræ aquæ & aeris terra facta est lutosior, aer crassior,& aqua densior[Cæli autem qui nunc sunt,] quasi dicat, Non solùm sunt purgati cæli & terra per diluuium. Autem, pro sed, Cæli qui nunc sunt, scilicet aerei.Et dicitur aer cæli pluraliter,propter diuersas regiones cæli aerei, & propter eius plura hemisphæria. Et dicit, Qui nunc sunt, non quia sit alia substantia, sed quia qualitas est mutata. Cælum enim aereum fuit per diluuium aquæ & terræ immixtum.Et ideo aer modò est spissior seu densior,& turbulentior[Et terra]Similiter quæ nũc est à prima qualitate mutata,quia modò rarior est & subtilior propter aquæ immixtionem[Eodem verbo] idest,eadem virtute verbi æterni,quo erant in principio positi[Repositi sunt].i.iterum positi ad priores vsus,& officia habitationis hominum & volucrum,& in eadem forma quã modò habent,& in eadem positione in loco,vt aer sit sui sum,terra deorsum sicut prius.Isti inquam,Cæli & terra sic repositi, reseruati, id est,iterum seruati,sicut ante reseruabantur in diluuio[Igni]venturo ante faciem iudicis quo fiet mundi cõflagratio.Psal.96,Ignis ante ipsum præcedet.Glo.[Reseruati sunt]vt purgentur per ignem,scilicet ad coinquinationem quam contraxerunt ex peccatis post diluuium,& in melius commutandi.Et hoc [In diem iudicii]generaliter,scilicet bonorum & malorum[Et perditiõis impiorum hominum]specialiter,quia in illa die omnes impii perduntur,& peribunt & in anima & in corpore,Iob 21,In die perditionis seruatur malus,& ad diem furoris ducetur.Vel in die iudicii,quo ad diffinitionem,perditionis, quo ad executionem. Matt.25.¶ Notatur autem,hîc duplex iudicium dei,vnum in aqua,aliud in igne,Primum factum fuit per aquam,quia in primo statu viguit luxuria,in qua sunt duo,scilicet ardor & fœditas propter quod facta tunc est purgatio per aquam,quæ est refrigerans & purificans.Alterum verò iudicium fiet per ignem,quia tunc vigebit auaritia,& erunt homines infrigidati,frigiditatæ auaritiæ ex defectu charitatis secũdum illud Mat. 25,Abundabit iniquitas:& refrigescet charitas multorum.Et ideo fiet per ignem,qui habet contrariã qualitatem.Vel aliter,Aquæ est purgare & non innouare.Ignis verò facit vtrunque,ideo quia prima purgatio mundi tantùm fuit purgatio,& non innouatio,ideo facta est per aquam.Secunda verò quæ non tantùm est purgatio,sed etiam innouatio fiet per ignem.

Duplex iudicium dei, primũ per aquã,secundum per ignem.

Vnum uerò hoc non lateat uos charissimi,q̃ unus dies apud dominum sicut mille anni,& mille anni sicut dies unus. Non tardat dominus promissionem suam,sicut quidam existimant,sed patienter agit propter uos,nolens aliquos perire,sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aduenict autem dies domini ut fur:in quo cæli magno impetu transient, elementa uerò calore soluentur,terra autem & quæ in ipsa sunt opera,exurentur.

De iudicio instruit.

Hîc manifestat veritatem fidei credentium instruendo.Primò de iudicii conditione.Secundò de aduentus dilatione,ibi,Non tardat dominus.Tertiò de iudicii districtione,ibi,Aduenict autem.Dicit ergo [Vnũ hoc,&c.]quia illos infideles latet iudicium prædictum aquæ,futurum iudicium ignis negant, negant enim illud eo q̃ non venit cito[Verò],idest,sed Vnũ hoc nõ lateat[Vos charissimi]Minus dicit,& plus significat q.d.Certi sitis[Quia vnus dies apud dominum]est.i.sicut[Mille anni]apud nos,& econtrario,Mille anni apud nos sicut dies vnus apud deum.q.d. Quòd nos reputamus longum,breue est apud ipsum, & cito vẽturum:vnde patienter expectandum,quia sine dubio veniet dies iudicii,& sic respondet illi quæstioni quæ prius facta est,Vbi est promissio,&c.q.d.Propè est nec tardat secundum virtutem.Sed quantũ ad nostrum iudicium videmus quòd parum viuimus.Secundò exponitur sic,dicunt quidam quòd si iudicium sit venturum,tamen tot erunt discutienda q̃ vno die non poterũt discuti,sed multa remanebunt indiscussa, & ideo non est timendũ.Contra quos dicit quòd vnus dies apud deum tantum valet ad discutiendum sicut mille anni,idest,ita bene discutiet deus vno die sicut in mille annis.1.Corin.15,In momento & in ictu oculi.Nec mirum, quia omnia sunt ei præsentia,non successiuè fluentia,sicut apud nos.Iob 10,Nunquid sicut dies hominis,dies tui,& anni tui sicut humana sunt tempora,vt quæras iniquitatem meam,scilicet successiuè sicut homo.q.d.non.Tertio modo moraliter,sic dicũt quidam pseudo.Tot habetis peccata quòd nõ sufficeret totum tempus ad ea punienda,ad quid ergo pœnitentiam faceretis?q.d.pro nihilo seu fruſtrà.Contra quos dicit[Scitote]q̃ vnus dies pœnitentiæ scilicet tantum valet apud dominum sicut mille anni,idest,sicut multi dies pœnitentiæ:sicut patet de latrone bono.Luc.23,Quantum ad consequutionem veniæ & gratiæ ac gloriæ habendę non tamen tantum valet ad dimissionem pœnæ,vel ad velociorem adeptionem gloriæ.Hebrę.2,Plus valent multi anni quàm vnus dies.Ezech.4,Diem pro anno dedi tibi.Sequitur,Et mille anni sicut dies vnus.Hoc exponitur dupliciter secundum duos errores,quos hîc elidit.Dicebant quidam, q̃ sicut tempore omnia fluunt ita multa latebunt iudicem.Contra quos dicit,Mille anni erunt apud deum,id est,in eius cognitione[Sicut dies vnus]Ponitur cõtinens pro contento.i.quæcũque fient in mille,hoc est,in infinitis annis ita erunt cognita deo sicut quæ fiunt vno die.Psal.89,Mille anni ante oculos tuos sicut dies vna quæ præteriit.Secundo modo sic dicunt quidam,quòd non oportet pœnitere,quia in vna die totum delebitur,sicut dicũt hæretici,quòd quantumcũque sit homo peccator,per appositionem manus alicuius perfecti ex tempore omnia peccata eius dimittuntur:contra quos dicit ,Mille anni sicut dies vnus.q.d. Non credatis eis qui sic dicunt,quia mille anni,scilicet pœnitentiæ non plus sufficerent ad pœnam soluendam,vel vitã æternam habendam.Sicut vnus dies non sufficeret,nisi esset gratia dei.Ideo dicit Apost.Rom.8,Non sunt condignæ passiones huius temporis,& c.[Non tardat dominus]quasi cùm non sit apud deum differentia mille annorũ & vnius diei.Non tardat dominus[Promissionem suam,]idest,à promissis suis implẽdis,sicut dicunt hæretici.Vel secundum aliam literam,Promissum vel promissionem.s.implere quod promisit de iudicio futuro,vnde nondum venit temporis opportunitas,quam ipse solus nouit.Mat.24,De die illa nemo scit,&c.Sicut nec pater tardat dare hæreditatem filio,expectans tempus adultæ & maturæ ętatis,sicut medicus purgationem ægroto.Et certè non tardat,quia vt dicit Gregorius,Omne quod fine clauditur, breue esse cernitur.Non tardat ergo dominus vt misereatur nobis.Et Ro.2,An ignoras,q̃ benignitas dei ad pœnitentiam te adducit,&c.[Nolens aliquos perire,]id est,non volens,volũtate scilicet signi,quia omnes præceptis,consiliis,minis,præmiis,à periculis reuocat.Ezech.18,Et quare moriemini domus Israel,nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur,& c.Vel secundum Damascenũ,non vult aliquem perire voluntate beneplaciti antecedenter,quia facit quod in ipso est ad nostram salutem:vult tamen voluntate consequente istum qui peccat,finaliter eum punire & perire.Dicitur autem voluntas consequens quæ attendit merita finalia,non q̃ merita sunt aliquo modo causa,vel ratio diuinæ præscientiæ vel voluntatis,sed sunt eius obiectum:temporale enim bene est obiectum æterne[Sed omnes ad pœnitentiam reuerti.]s.de peccatis cõmissis,& de bonis omissis & amissis.Mat.3,Pœnitentiam agite,appropinquabit enim regnum cælorũ.Et quia patienter expectat,ideo perseuerare non debemus in peccato,dicit enim Isidorus,Metuendum valde est, vt neque pro spe veniæ quam promittit deus perseueranter peccemus,neque quia iustè peccatis pœna infligitur desperemus.Sed vtroque periculo deuitato & à malo desistamus,& de dei misericordia speremus [Aduenict autem dies.]q.d.bene dico quòd non tardabit dominus[Aut]pro sed[Dies domini,]id est,dies iudicii in quo fiet omnino voluntas domini.Nunc autem dies nostra est,in qua nostras facimus volũtates, Luc.19,Et quidem in hac die tua,&c.Psalm.74.Cùm accepero tempus,&c.[Aduenict.]i.ad nos de cælo ad terram veniet.Abac.2,Si moram fecerit expecta eum,&c.[Vt fur.]i.ex improuiso sicut fur in nocte, vnde aduentus iudicii comparatur furi.1.Thes.5,Dies domini sicut fur in nocte,ita veniet.Luc.22,Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret:& c.¶ Nota,q̃ dies iudicii dicitur dies,quia erunt ibi omnia manifesta. Dan.7,Iudiciũ sedit,& libri aperti sunt.Item dicitur dies quantũ ad bonos:nox quãtum ad malos[In quo] s.die iudicii[Cæli]non ætherei,aerei.Mat.13,Volucres cęli comederũt illud[Magno impetu,]id est,magna violentia conflagrantis & purgantis mundum.Psal.96,Ignis ante ipsum præcedet & inflãmabit,& c.[Trãsient]transitu accidẽtali à priori qualitate & statu,idest,à vetustate corruptionis in nouitatem status incorruptibilis,ab impuritate contagii mundanæ conuersationis,in puritatem naturæ subtilis.non tamen transitu substantiali,vt substantialiter corrumpatur.Ioel.2,Ante faciem ignis vorans,& post eum exurens flamma,Sicut enim dicit Gregorius,Tantum accendet ignis iudicii quantũ ascenderunt aquæ diluuii,quod intelligendum est quantũ ad effectum purgationis:quantum enim ad effectum innouationis plus ascendet. Vel cæli allegoricè dicuntur sancti.Psal.18,Cæli enarrant gloriam dei.Qui purgabũtur isto igne,si aliquid in eis purgandum fuerit:nec solùm aer[Elementa verò]quatuor,quibus mundus consistit, ille maximus ignis absumet,nec cuncta in tantũ consumet vt non sint,sed duo ex toto cõsumet,duo verò in meliorẽ restituet faciem.Sed contrà,1.Corin.7,Præterit enim figura huius mundi.Glo.non substantia,sed figura pręteriit.Consistit autem substantia mundi in connexione quatuor elementorum.Item iam remaneret locus vacuus aliorũ duorum elemẽtorum,vel alia duo rare fierent,vel extenderentur vltra medium suum.Itẽ terra quæ dignior est manet inæternũ,Eccle.1.Ergo multò magis substantia aliorum elementorum .Responsio,Licet aliqui dixerunt,secundũ glo.Bedæ,duo ex toto consumi aquam & ignem.s.alia duo manere secũdum statum alterum,scilicet terram & aerem,tamen verius est q̃ omnia quatuor manebunt,secundũ substantiam,non secundũ statũ generationis,& corruptionis mundanum.Cessabit enim motus corporum supercælestium, qui est totius alterationis & transmutationis principium,vnde super illud Matth.8, Donec transeat cælum & terra.Glo.Donec elementa à mutabili in immutabilẽ formam mutentur.Ipsa ergo inquantum elementa sunt generabilium & corruptibilium principia,soluentur omnia,sic enim colligationẽ habent,& conueniunt in generationis & corruptionis officium & locum.Secundũ verò substantiam propriam permanebunt habentia qualitates suas conuenientes ad illum incorruptionis statum,secundũ Aug. ad Glo.Bedæ.Responsio,Ideo dicit illa duo,scilicet ignis & aqua consumentur ex toto , non per proprietatem,sed per quandam appropriationem,eo quòd hæc duo sunt maximè actiua quantũ ad vim conuertẽdi alia in se,quæ vix penitus consumentur.Alia verò magis passiua sunt,& quia passibilitas in impassibilitatem conuertetur,dicit q̃ mutabũtur in meliorẽ faciem.Primum videtur fieri per assumptionem eius quod interfuit.Secundum verò per restitutionem eius quod defuit.Vel in toto consumentur,id est,in eo quod habebant potestatem cõuertendi quasi omnia in sui naturam.Caliditas autem in igne,& frigiditas in aqua omnino consumentur:inquantum verò sunt principia patiendi conuertentur in melius,quia amplius non passibilia.

Volũtas dulex dei.

Quid volũtas consequens.

Elemẽta in consumpta manebunt.

Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint,quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus,& pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei domini,per quem cæli ardentes soluentur,& elementa ignis ardore tabescẽt? Nos uos uerò cælos,& nouam terram,& promissa ipsius expectamus:in quibus iustitia habitat.

Hîc exhortatur ad dignam expectationem seu præparationem,tangens,Primò præparationis condignę causam.Secundò modum,ibi,Propter quod charissimi.Causam verò tangit duplicem,Primò timorem pœnæ,Secundò spem gloriæ,ibi,Nouos verò cælos,Dicit ergo[Cùm igitur hæc omnia]Continua sic , veniet iudicium,& subito,& mundus in aduentu iudicii peribit.Cùm igitur hæc omnia quatuor elementa[Dissoluenda sint]à statu solubili in statum insolubilem mutanda.Gloss.tamen interli.vocat omnia,homines . vnde dicit,quandoquidem in tanto iudicio mali in peius,boni in melius sunt mutandi[Quales,]id est, quàm sanctos,& quàm perfectos[Oportet vos]credentes hæc futura[Esse in sanctis conuersationibus] quãtum ad vosmetipsos secundum glo.[Et pietatibus]quo ad alios,secundum gloss.Pluraliter nominat vtrunque, quia conuersationis sanctæ sunt duæ partes,scilicet actiua & contemplatiua,Et pietatis sanctæ.s. corporalis & spiritualis.Addit verò sanctis ad differentiam conuersationis malæ & pietatis malæ quam quis impendit vitio[Expectantes]per spem præmii,quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis[Et properãtes] per bonam operationem meriti.& merito properantes,quia via longa & dies pauci.1.Cor.7,Tempus breue.Item quia ad magna vocati.Ro.9,Quos prædestinauit hos & vocauit,& iustificauit & magnificauit.Itẽ quia iandiu expectati.Esa.29,Expectat dominus vt misereatur vestri.Item ne simus exclusi.Hebr.4,Festinemus ingredi in illam requiem.Cãt.2,Surge propera amica mea[In aduẽtu.]i.in præparatione ad aduentum,nõ quia essent visuri illũ,sed vt certitudinaliter sperẽt illum[Dei]iudicii[Domini]nostri Iesu Christi

quia ipſe tũc iudicabit. Tota quidem trinitas iudicabit authoritate, ſed Chriſtus inquãtum homo miniſterio diſceptationis & promulgationis ſentẽtiæ. Mat. 25. [Per quem dominum ſcilicet, quia hoc fiet virtute ſupernaturali, nõ enim natura ignis eſt deſcẽdere, ſed aſcẽdere: vel per quem, aduẽtum domini [Cæli] aerei nõ etherei [Ardentes ſoluentur] Igne cõflagrationis à ſtatu corruptibili ad ſtatum incorruptibilem [Et elemẽta,] ſcilicet alia vt terra [Ardore ignis] Qui erit maximus, & ex cõcurſu ignito ſuperiorum & inferiorum vt putatur [Tabeſcẽt]. i. quo ad ſtatum priſtinum deficiẽt, ſed nũquid cælum empireum eſt purgãdum, cùm illic perpetratum ſit peccatum angelorum? Reſpõſio, Cælum no fuit inquinatum illo peccato, cùm propter loci puritatem, qui nõ eſt inquinabilis cùm ſit lux pura: tum propter peccati, vt angelici ſpiritualitatem, tũ propter peceãtium velocem expulſionem [Nouos verò cælos]. q. d. Iſti cęli ſoluẽtur, Et nouos cælos, nõ dicit alios, ſed in melius adnouatos ſeu renouatos [Et nouam terram]. i. in melius innouatam, & in meliorem formam. Apoc. 21, Vidi cælum nouum, & nouam terram [Et promiſſa ipſius.] i. præmia à Chriſto promiſſa. Luc. 22, Vos eſtis qui permanſiſtis mecum, &c. Et Mat. 5, [Expectamus] ſpei certitudinem. Eſa. 65, Ecce ego creo cælos nouos, & nouam terram, &c. [In quibus]. ſ. cælis & terra innouatis, & in quo tempore & ſtatu innouationis [Iuſtitia] i. retributio vitæ æternæ pro meritis gratiæ [Habitat]. i. habitabit perpetuò ſine fine. Ponit præſens tempus pro futuro ob certitudinis magnitudinem. vnde ſicut dicit glo. Tunc cuique fidelium quòd modò certaminis coronа reddetur iuſtitię. Nec hoc dicit propter hoc ꝙ iuſti habituri ſunt in mũdo inferiori poſt iudicium ſicut nunc, ſed quia mundus erit pars habitationis eorum. Sicut rex non manet in coquina, & tamen dicitur pars habitationis ſuæ. ¶ Et nota quòd non dicit miſericordia, ſed iuſtitia, quia modò miſericordia regnat, ſed tunc iuſtitia regnabit. 2. Tim. vlt. Repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quã reddet mihi dominus in illa die, Reddere enim pertinet ad iuſtitiam, vel loquitur de cælis, & terra allegoricè, vt per cælos intelligantur contemplatiui. Per terram actiui, per gloriam innouati, in quibus iuſtitia creata, vel increata habitat in præſenri per meritum, ſed in futuro per præmium. Et tunc habitabit in eis immobiliter & in quiete, ſicut in ſua hæreditate & poſſeſsione, non ſic nunc vbi quotidie eiicitur. Pſalm. 5, In ęternum exultabunt, & habitabit in eis.

Cælũ empireũ igne nõ purgabitur

Propter quod charißimi hæc expectantes, ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace, & domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitramini: ſicut & charißimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit uobis: ſicut & in omnibus epiſtolis: loquens in eis de his in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant: ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Vos igitur fratres præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore tracti excidatis à propria firmitate. Creſcite uerò in gratia, & in cognitione domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis Amen.

Hîc tangit. Primò præparationis condignæ modum: poſt immunditiam vitæ. Secundò in ſpei longanimitate, ibi, Et domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem. Tertiò in conſtantia fidei, ibi, Vos igitur fratres. Quartò in ſolicitudine proficiendi, ibi, Creſcite verò in gratia [Propter quod] Glo. Dies domini veniet, O vos [Chariſsimi] charitate ſpeciali mihi coniuncti [Hæc]. ſ. dei promiſſa, vel à me prædicta de cælo & terra [Expectantes] per certitudinem ſpei [Satagite.] i. bene operando ſatis agite, vel ſtudiosè laborate, ſicut Martha ſatagebat circa frequẽs miniſterium. Luc. 10. [Inueniri]. i. vt inueniamini [Ei,] id eſt, ab eo vel ad eius honorem, vel ei. i. non hominum iudicio. 1. Reg. 16, Homo videt ea, quæ foris parent, deus autem intuetur cor [Immaculati] A venialibus in corpore. i. in ſenſualitate. Pro tãto dicuntur eſſe venialia in corpore, quia carnis fragilitate contrahuntur cauſaliter non formaliter [Et inuiolati] Glo. A criminalibus in mente. ſ. ratione. Vel primum refertur ad peccata carnalia. Secundum ad ſpiritualia [In pace] i. in peccatis remiſsis pacificati. Ro. 5, Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus, &c. Vel in pace pectoris ad deum, & ad ſeipſum, & ad proximum [Et domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem]. i. longam expectationem, Pſal. 102, Longanimis & multum miſericors [Salutem arbitramini.] i. cauſam ſalutis veſtræ. Beda, Intelligite quòd ideo dominus longanimiter expectat, vt miſereatur noſtri. Et vt plures ſaluẽtur. vt habetur. Eſa. 30. propterea [Sicut & chariſsimus frater noſter Paulus]. i. Ita hortor faciẽdũ ſicut, &c. ¶ Nota humilitatem ſanctorum, Petrus Paulum commendat, & ſuam doctrinam eius ſcriptura confirmat. Paulus dicit de ſeipſo. 2. Co. 15, Ego ſum minimus apoſtolorum, qui nõ ſum dignus vocari apoſtolus [Scripſit vobis] in hoc oſtendit ꝙ Paulus ea quæ quibuſdam eccleſiis ſpecialiter ſcripſit, omnibus eccleſiis generaliter ſcripſit. Paulus diſperſis de Iudæa ſpecialiter non ſcripſit, ſed Gentibus [Secundum datam ſibi ſapientiã]. i. cognitionem cæleſtiũ à deo. ſ. in eius raptu. 2. Corin. 12. Quando audiuit archana verba, quæ nõ licet homini loqui. Gloſſ. Ecce primus apoſtolorum oblitus fuit primatus, & datarum ſibi clauium, datam Paulo miratur ſapientiam, quia mos eſt electorum, vt magis aliorum, quàm ſuas mirentur virtutes. Et per has ſe ad profectum excitent. Scripſit inquam vobis [Sicut &] ſcripſi ſupple [In omnibus epiſtolis loquens in eis.] ſ. epiſtolis [De his.] ſ. quæ prædixi vobis, & ſuper quibus vos monui, ſcilicet de Chriſti aduentu. Et de commendatione gratiæ, & de hæreticis futuris, quaſi non ſolùm vna eius epiſtola, ſed & omnes eius epiſtolæ ad veſtram vtilitatem ſcriptę ſint. Sed quomodo Petrus, qui erat maior authoritate Pauli, minoris doctrinam ſuam confirmat. Reſpõnſio, Inducendo authoritatem epiſtolarum Pauli, potius intendit illis dare authoritatem approbando, quã ius per eas confirmando. Vel hoc facit nõ ex neceſsitate, ſed ex humilitate, Vel fortè licet Petrus maior eſſet in cura, Paulus tamen maior in ſcientia [In quibus] ſcilicet epiſtolis [Sunt quædam difficilia intellectu]. i. ad intelligendum. Quod fortè faciebat, vt celaret earum tenorem hæreticis. Sed quomodo ſimplices quibus ſcribebat intelligebant? Reſponſio, Miſit epiſtolas diſcipulis qui eas exponebant. Sed adhuc obiicitur, de hoc quod dicitur, Prouer. 14, Doctrina prudentum facilis eſt. Reſponſio, Fortè aliud eſt de ſcriptura, aliud de doctrina, quia præſentes docendo ſe poſſunt opponere contradicentibus, obuiare abſentibus ſcribendo, nõ ſcilicet [Quæ indocti] ſupple hęretici, indocti quo ad ſcientiam diuinam [Et inſtabiles] quo ad fidei perſeuerantiam, quia diuina non ſtatuunt ſeu ſapiunt, nec curare volunt. ideo autem indocti ſunt. Vt dicit glo. quia inter doctos, vt erudiantur non permanẽt [Deprauant] malè interpretando & minuendo, peruertẽdo & mutando [Sicut & cæteras ſcripturas] Glo. Nullus veteris teſtamenti vel noui liber eſt in quo hæretici aliqui

Petrus Paulum commendat.

Cur difficilia ſcripſerit Paulus.

non peruerterunt, vel diminuendo vel addendo, vel mutando [Ad ſuam ipſorum perditionem]. i. damnationem. huiuſmodi enim deprauatio ſcripturarum cauſa eſt eis perditionis, in præſenti & futuro. Dãnationis in præſenti, quia nunc præſcindũtur ab eccleſia militãte: & dãnationis in futuro, quia ab eccleſia triumphante [Vos igitur fratres] quia inſipienter multiplarios adducent errores [Vos præſcientes] hoc. ſ. quòd venturi ſunt hæretici, & iudicium venturum antequam veniat, vt melius cauere poſsitis. Greg. Minus iacula feriunt, quæ præuidentur. Et nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi contra cõmunimur [Cuſtodite] ſcilicet voſmetipſos diligenti ſolicitudine. Deut. 4, Cuſtodi temetipſum & animam tuam ſolicitè [Ne inſipientium]. ſ. hæreticorum [Errore] quo errant, & alios errare faciunt [Tracti,] id eſt, vltra menſuram: ſeu metas & terminos fidei ducti. Prouer. 22, Ne tranſgrediaris terminos antiquos, &c. [Excidatis à propria firmitate] Glo. interlinearis, fidei, quæ eſt petra ſuper quam fundatur eccleſia. Mat. 7. Sicut ergo illi qui volũt capere vnum caſtrum forte nituntur primò deſtruere fundamentum, ita hæretici volentes eccleſiam deſtruere nitebantur, & nunc etiam nituntur maximè deſtruere fidem. Et quia ad firmitatem nõ ſufficit fundamentum, niſi ſuprà ſit ædificatũ, ideo ſequitur [Creſcite verò] Cremento ſcilicet ſpirituali [In gratia] Quo ad affectum: & cognitione, quo ad intentum ſeu intellectum [Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſaluatoris] Vtrunque enim domini eſt. Scilicet gratia & fides domini, iure creationis, ſaluatoris iure recreationis [Ipſi gloria] Hîc tandem totum terminat in laudem dei. Pſalm. 113, Non nobis domine, ſed nomini tuo da gloriam [Et nunc] Gloſſ. interlinearis, inter quotidianas aduerſitates [Et in diebus æternitatis,] id eſt, inter æternas delectationes. Vel nunc, id eſt, in præſenti, & in diem æternitatis, id eſt, in futuro, vbi erit dies æternæ & inenarrabilis claritatis, de qua. Pſalmus 83, Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia. Diem dicit in ſingulari, quia erit vnica dies, ſine interpollatione noctis [Amen] Confirmatio eſt.

DEO GRATIAS.

FINIT EPISTOLA SECVNDA
Beati Petri Apoſtoli.

B. IOANNIS APOSTOLI EPISTOLA CANONICA I.

Caput 1.

Quod fuit ab initio: quod audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de uerbo uitæ, & uita manifeſtata eſt, & uidimus & teſtamur & annuntiamus uobis uitam æternam quæ erat apud patrem, & apparuit nobis.

Hæc eſt tertia pars huius libri continens Epiſtolas Ioannis tres, Quarum prima generalis eſt, duæ aliæ ſpeciales. Vna cuidam matronæ. Altera cuidam patrifamilias. In prima agit de affectu & effectu charitatis communiter ad deum, & ad proximum. In ſecunda ſpecialius ad deũ. In tertia ſpecialius ad proximum. Hæc autem epiſtola, Primò diuiditur in tres partes. Nam primò commẽdat doctrinam ſuam in iſto cap. Secundò hortatur ad eius obſeruantiam cap. 2. & 3. Diſſuadet doctrinam contrariam cap. 4. & 5. In prima parte commendando, primò tangit certitudinem doctrinæ ex parte doctorum. Secundò eius vtilitatem ex parte auditorum, ibi, Quod vidimus & audiuimus. Tertiò vtilitatis conſequẽdæ modum, ibi, Si dixerimus ſocietatem, &c. Certitudinem verò ex parte dictorum tãgit dupliciter. Primò in ſciendo quo ad ſe. Secundò in docendo quo ad alios, ibi, Et vidimus & teſtamur, &c. Dicit ergo [Quod fuit ab initio, &c.] Quæritur quare ſecũdum modum aliorũ epiſtolas ſcribentium & aliarum duarum epiſtolarum ſuarum, hîc non pręmittit ſalutem. Reſponſio, Vt principium epiſtolæ ſuæ principio euangelii ſui concordaret. vbi dicit, In principio verbum, &c. Vt ſic apparet eiuſdem eſſe ſcriptorem euangelii, & epiſtolæ. Et quaſi hoc opus operi euangelii præcedenti continuaret. Dicit ergo, Quod fuit ab initio, &c. Cõſtructio ſic poteſt ordinari [Nos apoſtoli & vidimus & teſtamur, & annuntiamus vobis] Illud quod fuit ab initio æternaliter, ſcilicet verbum dei. Nec exprimit quid ſit illud eo quòd ineffabile eſt & infinitũ [Fuit] Tria tempora ſunt, ſcilicet præſens, præteritum, & futurum. In his, quod perfectionis eſt deo conuenit, quod imperfectionis non. Præteritum verò de deo dicitur propter perfectionem. Præſens propter actualitatem. Futurum propter durationem. Aliàs verò nullum tempus de deo conuenienter dicitur, Nec præteritum, quia non eſt: nec præſens, quia tranſit: nec futurum, quia nondum eſt [Ab initio] Originis, ſcilicet à patre. Ioã. 1, In principio erat verbum: vel durationis, & hoc dupliciter, vel ab initiante, ſcilicet æternitate, id eſt, ab æterno. Vel ab initio initiato ſcilicet temporis. In ipſo enim temporis initio verum erat dicere, quòd fuit, & hoc dicitur Ioannis primo, In principio erat verbum. Vnde prius fuit quàm initium temporis non tempore, ſed æternitate, Prius enim ſecundum Auguſt. dicitur quadrupliciter. Natura, dignitate, tempore, æternitate. Videte ſi non atteſtatur epiſtola ſua vbi modò audiſtis, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Quod fuit inquam ab initio, filium dei, ſecundũ diuinitatem & æternitatem [Quod audiuimus] mediatè per legem & prophetas, vel immediatè per ſeipſum in mundo loquentem. Hebræorum 1, Olim deus loquens patribus in prophetis, nouiſsimè, &c. [Quod vidimus oculis] ipſum. ſ. in carne apparentem, Baruch 3. Poſt hæc in terris viſus eſt & cũ hominibus conuerſatus eſt. vnde Luc. 9. dictum eſt eis apoſtolis, Beati oculi qui vident, quæ vos videtis [Quod perſpeximus] ipſum diligenter & perfectè non ſuperficialiter inſpeximus. Luc. 24, Videte manus meas & pedes meos. Vel perſpeximus. i. diligenter & perfectè inquiſiuimus, an ipſe eſſet de quo prædixerint prophetæ, & an in ipſo implerẽtur ſcripturæ [Et] illud. ſ. quod [Manus noſtræ contrectauerunt] ipſum palpando [De verbo vitæ] Non ſecundum verbi naturam, ſed ſecundum car-

Cur Ioãnes ſalutationẽ nonpræmittit.

Prius quadruplex.

nem assumptam. Luc. 24, Palpate & videte. Hîc sumitur argumentum quòd non solũ Thomas palpauit, sed & alii secũdum glo. [Et vita] .i. ipse idem Christus. Io. 14, Ego sum via, veritas, & vita [Manifestata est] interius per fidem: exterius ger prædicationem, per miraculorum operationem. In hoc autem ꝙ dicitur, manus nostræ contrectauerunt, insinuatur nobis certissima cognitio quãtum ad veritatem humanã, sensus enim certissimus, est tactus [Et vidimus,] quasi dicat, hoc inquam nos apostoli vidimus certitudinaliter cognoscendo [Et testamur] Audacter asserendo. Et probant assertionem martyria sustinendo. Nam martyr Græcè testis Latinè dicitur. Act. 1, Eritis mihi testes, &c. Esa. 43, Verè vos testes mei dicit dominus. ¶ Et notandum ꝙ testimonio promittit visionem, quia certitudo visionis requiritur ad hoc ꝙ testimonium sit efficax [Et annuntiamus vobis] publicè. s. prædicando: erant enim nuntii domini. Psal. 63, Annuntiauerunt opera dei, &c. [Vitam æternam.] i. Christum qui est vita ęterna. visio enim Christi dei & hominis est vita æterna. Io. 17, Hæc est vita æterna, &c. Dicitur autem Christus vita æterna per essentiam quo ad se, Et per se, & per causam quo ad nos [Quæ] vita æterna. i. Christus [Erat ab æterno secundum diuinitatem. Ioan. 1, Verbum erat apud deum [Apud patrem] vt alius apud alium, secundum personarum distinctionem [Et apparuit nobis] in fine temporum, secundum carnem. Abac. 3, Apparebit in fine, & non mentietur, &c.

Quod uidimus & audiuimus & annuntiamus uobis, ut & uos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre, & cum filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus uobis, ut gaudeatis, & gaudium uestrum sit plenum, & hæc est annuntiatio quã audiuimus ab eo, & annuntiamus uobis, quoniã deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.

Hic commendando doctrinam, ostendit eius vtilitatem ex parte auditorum. Prima est communio ecclesiæ. Secunda participatio gratiæ, ibi, Et societas vestra. Tertia est gaudium cordis, ibi, Et hæc scribimus. Quarta est illuminatio mentis, ibi, Et hæc annuntiatio. Dicit ergo [Quod vidimus] Repetit causa maioris certitudinis. Gene. 41. Quod autem secundo vidisti ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indiciũ est: Vel trina repetitio fit propter tres differentias sensuum. s. corporalis quæ est carnis, & intellectualis, quæ est rationis, & spiritualis quæ est verbũ fidei, quod. s. verbum dei [Vidimus] in carne [Audiuimus] In sermone [Annuntiauimus] In prædicatione [Vobis] Qui nec audiuistis, nec vidistis, minus fœlices in hoc, vt dicit glos. s. quàm illi. vnde Luc. 10, Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Nec obstat quod dicitur. Io. 20, Beati qui non viderunt, &c. Non dicit Beatiores, nam secundũ statũ cõmunem meriti, beatius est credere, quod non videtur, quàm quod videtur, Secundũ verò statum specialem illorum qui viderunt, quia ampliorẽ gratiam receperunt, beatius fuit audire & videre, quàm audire tantũ, sic intelligitur glo. [Vt] .s. & vos, qui predicta non vidistis [Societatem habeatis nobiscum] maioribus, qui prædicta vidimus. Societatem inquã, in præsenti, in communione ecclesiæ quo ad fidem, & bona opera. Psal. 118, Particeps ego sum omnium timẽtium te, &c. [Et societas nostra sit] in futuro non tantùm hominũ, sed ad inuicem. s. cum deo secundũ illud Ioan. 14, Ad eũ veniemus & mansionem [Cum patre] In quo est omne bonũ. Iac. 1. Omne donũ optimũ, &c. [Et filio eius] per quẽ omne bonum. Io. 1, Omnia per ipsum facta, &c. [Iesu Christo] hoc addit ad differentiam filiorũ adoptiuorum. Ab amborum societate nõ separatur spiritus sanctus, sed intelligitur, vt nexus in extremis. Hæc verò societas erit gloriæ, vt secundum Glo. Simus hæredes dei, cohæredes domini nostri Christi. Ro. 6, Sic ergo per societatem sanctam transitur ad societatem diuinam. Glo. ergo per nostram societatẽ transibitis ad societatem dei. Prima est gratiæ in præsenti: secunda gloriæ in futuro [Et hoc scribimus vobis] Glo. non tantũ transitoriè nuntiamus, sed & memoriæ cõmẽdamus [Vt gaudeatis.] Glo. In hoc sequuti in vnitate ecclesiæ [Et gaudiũ vestrũ sit plenũ] In futuro, in angelorũ societate. nũc enim nõ est gaudium plenũ, quia risus dolori miscetur. Prouerb. 34, Sed tunc erit plenũ non solùm plenitudine sufficientiꝫ, vel indeficientiæ, sed & supereffluẽtiæ. Ita enim gaudium replebit animã, ꝙ vndiq; supereffluet & sub & supra, & intus & extra, à dextris & à sinistris, vt sit beatus totaliter in gaudio, sicut pisces in aqua, & homo in domo propria. Mat. 15, Intra in gaudium domini tui. De hoc triplici gaudio Io. 16, Vt gaudium meũ sit in vobis, & gaudiũ vestrũ impleatur [Et hæc est annuntiatio] quam. s. vobis annũtio. i. res digna annũtiatione [Quam audiuimus] auditu interiori per fidem: & exteriori per prædicationem [Ab eo] à Christo. s. [Et annuntiamus vobis] aliis. s. qui ab eo non audistis. Psal. 63, Annuntiauerũt opera dei, &c. [Quoniam deus lux est] per essentiam non corporalis. Io. 9, Quandiu sum in mundo lux sum mundi. Et Io. 3, Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem [Et tenebræ] peccati, erroris ignorãtiæ, iniustitiæ, quæ sunt tenebræ spirituales [In eo non sunt vllæ] .s. per participationem. Iac. 2, Apud quem nõ est transmutatio, neq; vicissitudinis obumbratio. 2. Corin. 6, Quæ enim societas luci ad tenebras? Aug. Deus est lux quã nõ capit locus: nox quam non capit tempus: odor quem non spargit ventus: cibus quem non minuit edacitas: amplexus quem non diuellit societas. ¶ Et nota, ꝙ est differentia inter lucem & lumen: quia lux est ipsa luminis forma. Lumen verò est lux, vt est in aliquo corpore recepta & incorporata. Vnde Christus propriè dicitur lux in sua diuinitate: in se lumen prout est vnita in humanitate. Esa. 60, Surge, illuminare Hierusalẽ, quia venit lumen tuum. Dicitur ergo Christus lumen ratione vnionis, quia lumen sicut dictũ est, est lux incorporata. Et in Christo lux diuinitatis est carni vnita. Psal. 35, In lumine tuo, scilicet deitatis, videbimus lumen. s. humanitatis: ratione delectationis. Eccle. 9, Dulce lumen & delectabile oculis videre solem. Ratione illuminationis. Luc. 1, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Vel dicitur lumen, quia illuminauit nos exemplis. Esa. 40, Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. In doctrinis. Esa. 2, Domus Iacob venite ambulemus in lumine dei nostri. Item beneficiis, hæc contra tenebras culpæ, ignorantiæ, inscientiæ.

Quis eorũ beatior qui vidit & credidit: aut qui nõ vidit & credidit.

Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & ueritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad inuicem, & sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra: & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccauimus; mendacem facimus eum: & uerbum eius non est in nobis.

Hîc

Hîc ostendit vtilitatis consequendæ modum: primò in honestate conuersationis: secundò in humilitate reputationis, ibi, Si dixerimus, quia peccatum non habemus. Ad honestatem conuersationis duo tangit. Primò declinationem mali: secundò operationem boni, ibi, Si autem in luce ambulemus. Humilitatem reputationis tangit in tribus: primò in præsentium peccatorum cognitione quo ad seipsum: secundò in eorundem cõfessione quo ad alium, ibi, Si confiteamur peccata. Tertiò in præteritorum peccatorum recordatione ante deum, ibi, Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. Dicit ergo, [Si dixerimus,] quia deus lux est, & in eo tenebræ non sunt. [Iterum si dixerimus,] nos quicunque apostoli, vel alii dictione cordis vel oris. [Quoniam societatem habemus.] Glossa, Per fidem & charitatem, quoniam deo sociant [Cum illo,] scilicet domino, qui lux est. [Et in tenebris.] Glo. peccatis. Vnde peccata dicuntur opera tenebrarum. Ad Ro. 13, Abiiciamus, inquit, opera tenebrarum. Dicuntur autem peccata tenebræ, quia dæmones tenebrosi ad ea nos impellunt. In tenebris fiunt, animam tenebrosam faciunt, ad tenebras æternæ dãnationis ducunt Psal. 34, Fiat via illorum tenebræ & lubricum. Ierem. 23, Via illorum quasi lubricum in tenebris scilicet impellẽtur enim, & corruent in ea. [Ambulamus,] id est de malo in peius proficiemus. Glossa, Peccato peccatum addentes. Hæc est pessima ambulatio. de qua Ioan. 13, Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. [Mentimur,] ecce peccatum omissionis. Vel secundum Glos. Mentimur in nobis, & non facimus veritatem, dum alios ad idem mendacium exemplo nostro inducimus. Glo. Iam ergo habere qui vult societatem cum luce, pellat tenebras peccatorum. [Si autem in luce] vitæ bonæ alios exemplo illuminatis, secundum illud Ioan. 1, Vita erat lux hominum. [Ambulauerimus,] id est, Si de bono in melius proficimus. Glossa, Homo in luce ambulat, qui virtutũ operibus ad meliora proficit. Ephe. 5, Vt filii lucis ambulate, & cætera, [Sicut & ipse est in luce,] id est, in seipso qui est lux. 1. Timot. 6, Qui lucem habitat inaccessibilem. Et dicit [Est,] immutabiliter & immobiliter. Non ait, ambulat, quia deus non proficit. Vnde Glo. Deus esse in luce dicitur, quia summã vbi proficere valeat, non inuenit. [Societatem habemus ad inuicẽ,] gratiæ scilicet & charitatis. Et vnus cum alio, cum membro suo, & omnes cum capite nostro, scilicet Christo. [Et sanguinis Iesu Christi, &c.] Glos. Sacramentum dominicæ passionis. [Filii eius,] scilicet dei patris, [Emundat,] id est euidenter mundat, [Nos,] qui sumus de societate ecclesiæ merito, non solo numero [Ab omni peccato] scilicet, originali, actuali, mortali, & veniali. Glos. Sacramentum dominicę passionis omnia peccata, originalia, & actualia laxauit. Apoc. 1, Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sanguis enim Christi, cùm ipse sit mundissimus, mundat & non inquinat. Apoc. 7, Lauerunt stolas suas, &c. [Si dixerimus quoniam peccatum nõ habemus.] Glossa, Sicut ambulamus in luce, ita sumus mundi. non tamen debemus putare nos quandiu viuimus: omnino posse à peccato mundari [Si dixerimus inquam.] Glos. elati de aliqua iustitia [Quoniã peccatum non habemus] vllum, nec mortale, nec veniale. Dicitur autem peccatum haberi largè non propriè, cùm nõ sit habitus, sed priuatio. [Non habemus.] Glos. non ait non habuimus, ne fortè de præterita vita dictum intellig tur [Ipsi nos seducimus.] Hæc enim præsumptio separat nos à deo. Sapien. 10, Peruersæ cogitationes separant nos à deo. [Et veritas in nobis nõ est,] id est deus qui est veritas. Ioan. 14, Ego sum via, veritas & vita. Glos. Deus ab elatis se subtrahit. Iaco. 4, Deus superbis resistit, &c. Huius autem ratio est: quia contraria contrariis expelluntur, ergo veritas falsitate. Falsitas autem est se putare, absque peccato esse. Prouerb. 20, Quis potest dicere, mundum est cor meum? &c. Et Prouerb. 24, Septies in die cadit iustus. Sed econtrario, [Si confiteamur,] id est si simul fateamur confessione cordis deo: & confessione oris dei vicario. Iacobi vltimo, Confiteamini alterutrum peccata vestra. quoniam sine peccato in hac vita esse non possumus. Prima salutis spes est ipsa confessio. [Peccata] non bona, vt qui se iactant cõfitendo, exemplo pharisæi. Luc. 18, Ieiuno bis in sabbato. [Nostra,] non aliena: vt qui alios accusant confitendò, vel super alios se excusant. Contra quos Psal. 31, Dixi confitebor aduersum me, &c. [Fidelis est,] promissa humilibus conferendo. [Et iustus,] peccata pœnitentibus remittendo. Vel fidelis, promissa reddendo. Et iustus secundum merita retribuendo. [Vt remittat nobis peccata nostra.] Glossa, Maiora peccata, scilicet mortalia. hæc enim sunt peccata simpliciter. quia peccatũ secũdum August. est factum, vel dictum, vel concupitum contra legem dei. [Et emundet nos ab omni iniquitate. Iniquitatem vocat minora peccata, sicut venialia. Vel remissio peccati refertur ad dimissionem pœnæ: emundatio iniquitatis ad dimissionem culpæ. Et dicit, omni, tria sunt genera huiusmodi minorum peccatorum, scilicet lignum, fœnum, stipula, 1. Corin. 3. Vel remissio in præsenti emundatio, id est perfecta scilicet mundatio in futuro. Si dixerimus, quoniam non peccauimus.] Glossa, Si cõfiteamur, mundamur: sed si nos honorare volumus, dicendo, non peccauimus. Glos. Quasi non egemus absolui. Contra illud Rom. 5, Omnes peccauerunt, & egent gloria dei. [Mendacem facimus eum,] scilicet deum. Glossa Bedæ, Nec infans vnius diei est sine peccato. Et sumitur illa ab illo verbo Iob 15. Secundum aliam translationem, Quid est homo, vt immaculatus sit: vt iustus appareat natus de muliere. Et Prouerb. 14, Septies in die cadit iustus. Cadit inquam, in charitate scilicet, non à charitate. Et hoc insinuatur per hoc quod dicit, in die, non à die. Vel eum facimus mendacem, qui docet nos pro peccatis quotidianis orare. Matth. 5, Dimitte nobis debita nostra. [Et verbum eius,] vt incarnatum, scilicet Christus, qui est verbum patris. Ioan. 1, In principio erat verbum. Vel etiam creatum, scilicet instructionis, quo instruimur ad humilitatem. Matth. 9, Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. [Non est in nobis,] id est efficaciam non habet in nobis.

Nullus sine peccato est.

Caput 2.

Filioli mei, hæc scribo uobis ut non peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.

Hîc hortatur ad doctrinæ suæ obseruantiam: agens primò de materia diligendorum capite ilto: secũdò de forma seu modo diligẽdi cap. 3. In prima parte, quia cõtraria iuxta se posita magis eluceſcũt: primò ostendit quid diligendũ: secundò quid non diligẽdum, ibi, Scribo vobis filioli. In prima parte primò hortatur ad dilectionem dei: secundò ad dilectionem proximi, ibi, Charissimi non mandatum nouum, &c.

T

Ad dilectionem dei hortando: primò monet cauere dei offensam in malo, quod est dilectionis impedimentum: secundò facere eius voluntatem in bono, quod est dilectionis promotiuum, ibi, Et in hoc scimus. Offensam cauere monet: primò declinando à peccato, quod est duplex: primò per ignorantiam: secundò per pœnitentiam siue emendam, ibi, Sed & si quis peccauerit. Promotiuum & obseruatiuũ est mandatorum obseruantia. Ad quam hortatur, primò ratione signi, ibi, Et in hoc scimus. Secundò ratione damni, ibi, Qui dicit se nosse deum. Tertiò ratione lucri, ibi, Quia seruat verbum eius. Quartò ratione debiti, ibi, Qui dicit se in ipso manere. Dicit ergo [Filioli,] adhuc in fide tenelli & infirmi. Per diminutiuũ autem notatur tenerrimus affectus scribentis, [mei.] Gloss. Quibus debeo prouidere, & vos mihi obedire. [Hæc,] scilicet præmissa [Scribo vobis.] Gloss. vt in memoriam teneatis. Non solũ dico, [Vt non peccetis,] dicendo non peccauimus, quod est peccatum præsumptionis. Vel vt non peccetis aliquo genere peccati, quia sicut dicitur Iac. 2, Qui offenderit in vno, factus est omnium reus. [Sed & si quis peccauerit.] Glos. Post admonitionem ceciderit, non desperet, sed pœniteat. [Aduocatum] in causis animarum, non possessionum. Et nõ solùm aduocatum, immo & aduocatam, cùm dicimus, Eia ergo aduocata nostra. [Habemus] nos fideles. Glos. Ioannes vir iustus conteperans se infirmis, non dicit habetis, sed habemus, ponens se in numero peccatorum, vt habeat aduocatum. Non est autem aduocatus, secundum glos. nisi eum vocantibus displiceant sibi peccata. Clama, & ipse audit & liberat. Iohel 3, Quicũque inuocauerit nomen domini, saluus erit. [Apud patrem,] vt iram patris habeat placare, repræsentando patri naturam humanam cicatricibus signatam: & ita sua merita allegãtem non nostra. Hebr. 7, Semper viuens ad interpellandum pro nobis. [Iesum] id est saluatorem, ad quem pro salute nostra intercedere pertinet ex officio. [Christum,] id est vnctum plenitudine gratiæ, ad quem pertinet ex compassionis zelo, quia pius. [Iustum] sine culpa propriæ offensæ, ad quem pertinet ex vitæ merito, quòd non repellatur, vt indignus. Istud autem dicit ad differentiam aliorum aduocatorum, vt ostendatur secundum glos. quòd cùm sit iustus iniustas causas non susceipit, quod faciunt alii aduocati econuerso. ¶ Eius verò pro nobis intercessio fuit triplex. Primò autem ante passionem deuota oratione, Ioan. 17, Ego pro eis rogo. Secũdò in cruce sanguinis effusione. Vnde sanguis Christi melius quàm sanguis Abel dicitur clamare. Hebr. 12, Tertiò post ascensionem cicatricum repræsentatione. Hebr. 5, Vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Bernardus, Securũ habes homo ad deum accessum, vbi ante patrem filium, ante filium habes matrem. Mater ostendit filio pectus & vbera: Filius ostendit patri latus & vulnera, nec vlla esse repulsa potest vbi occurrunt tot charitatis insignia. [Et ipse,] scilicet Christus, [Est propitiatio pro peccatis nostris] Dicitur autẽ propitiatio, vel actiuè, id est, propitians nos deo, hoc est propitiator. Rom. 3, Quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine, &c. Vel propitiatio passiuè, Ipse est hostia oblata pro expiatione nostra. Infrà, Misit dominus filiũ suum vnigenitum propitiationem pro peccatis nostris. hoc fuit significatum, Exod. 25, Vbi facies propitiatorium ex auro purissimo. [Non pro nostris tantùm, sed pro totius mundi.] Pro peccatis, qui sumus eius membra secundum efficientiam.

Aduocatus noster Christus.

Et in hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc ueritas non est. Qui autem seruat uerbum eius, uerè in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

Hic hortatur ad mandatorum obseruationem ratione signi, ibi, Aduocatum habemus nos fideles, qui cognoscimus. [Et in hoc scimus,] id est in hoc scire possumus, sicut causa per effectum cognoscitur. [Quoniam cognouimus eum,] Aduocatum scilicet Christum, cognitione scilicet approbationis siue experientiæ: non tantùm simplicis speculationis. vnde Glo. Hoc est cognoscere deum, quod amare. [Si mandata eius seruamus,] Maximè illa duo, in quibus tota lex pendet & prophetæ, Matthæi 22. Glossa, id est charitatem. Et dicitur obseruamus, id est si fideliter seruamus. Gregorius, Probatio dilectionis exhibitio est operis. & Ioan. 14, Si quis diligit me, & cætera. [Qui dicit se nosse deum] ore. & intellige de notitia approbationis, & non simplicis speculationis. [Et mandata eius non custodit] opere scilicet, [Mendax est.] Sed videtur quòd deberet dicere, mentitur, non mendax est. Mendacium enim habitum dicit, habitus nunc ex vno opere malo non relinquitur, sed multis: vnde non sequitur, si dicit mendacium, mendax est. Responsio, Omnis homo de se mendax est. Psal. 115, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. sed per deum cùm habet gratiam dei efficitur verax. vnde Augustinus, Deus verax per se, tu verax per deum. Quando autem homo non habet gratiã dei, relinquitur proprium naturæ, & sic est mendax: sed qui non seruat mandata, non habet gratiam dei: ergo qui non custodit mandata, mendax est. [Et veritas in eo non est..] Veritas ista in eo non est, sed vanitas. Sapient. 13, Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia dei, vel veritas, id est Christus in eo non est per inhabitantem gratiam. Prouerb. 15, Longè est dominus ab impiis. Vel mendax est in verbo, & veritas in eo non est facto seu opere. [Qui autem seruat verbum eius,] id est mandata eius. vnde idem dicitur hîc per verbum, & suprà per mandata: sed mandata dicũtur secundum quòd plura sunt distinctione legis: verbum verò secundum quòd vniuntur in vna radice charitatis. Gregorius, Præcepta dominica & multa sunt, & vnum. Multa quidem sunt diuersitate operis, vnum in radice dilectionis. [Verè,] non fictè: vera enim charitas ex opere ostẽditur: infrà eodem, Diligamus non verbo nec lingua, sed opere & veritate. [In hoc charitas dei perfecta est,] perfectione, scilicet sufficientiæ: de qua ad Colos. 3, Super omnia autem charitatẽ habete, quod est vinculũ perfectionis. sed cõtrà, Omnis habens charitatem, seruat mandata: ergo omnis habens charitatem, est perfectus in charitate. Responsio, Duplex est perfectio, quædã sufficientiæ: de qua Matth. 5, Estote perfecti, & cætera. Et quædam supererogationis: de qua Mat. 19, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, & da pauperibus. & ita perfecta charitas foras mittit timorem. Loquitur ergo hîc de prima perfectione, nõ secunda. s. in mandatorum obseruãtia. [Scimus,] certitudine probabilis coniecturæ non omnimoda: quia Eccl. 9, Nescit homo vtrũ amore vel odio dignus sit. [Quoniam in ipso. s. Christo, [Sumus,] sicut mẽbra in corpore. Act. 17, In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Illud autẽ esse in eo, nõ est aliud quàm ei vniri per amorem [Qui dicit, se manere in Christo]. s. per charitatem. Charitas enim facit manere in Christo: vt infrà quarto cap. Qui manet in charitate, in deo manet. [Debet sicut

Duplex est perfectio.

ille ambulat, et ipse ambulare] id est, debet se ei in via morum conformare, vt possit dicere illud Iob. 23, Vestigia eius secutus est pes meus. Glos. hic in via iustitiæ, charitatis, & patientiæ, & orando pro inimicis sicut ipse orauit. Hæc est via cæli non seculi, dei non mundi. [Ambulare] Glos. de virtute in virtutem. Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem. debet enim membrum sequi caput suum, discipulus magistrum, seruus dominum. ¶ Et notandum quòd ly sicut, non dicit omnimodam similitudinem, sed qualemcunque, vel non dicit similitudinem absolutam, sed cõparatiuam, vt scilicet sicut ille suo modo ambulauit, ita & nos secundum modum infirmitatis nostræ.

Charissimi, non mandatum nouum scribo uobis, sed mandatum uetus quod habuistis ab initio. Mandatum uetus est uerbum quod audistis. Iterum mandatum nouũ scribo uobis, quod uerum est, & in ipso & in uobis: quia tenebræ trãsierunt, & uerum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

Hîc hortatur ad dilectionem proximi dupliciter. Primò, ex commendatione mandati dilectionis. Secundò, ex necessitate diligentis, ibi, Qui dicit se in luce esse, &c. Mandatum autem commendat dupliciter. Primò ab antiquitate institutionis. Secundò à nouitate virtutis, ibi, Iterum mãdatum nouũ. Necessitatem diligentis ostẽdit in tribus. Primò in dãno, Secũdò in lucro, ibi, Qui diligit fratrem. Tertiò in periculo, ibi, Qui autem odit fratrẽ suum, &c. Dicit ergo. [Charissimi.] Glos. Attendẽda sunt hæc mãdata, quia non sunt noua. vnde, Charissimi, charissima affectione mihi coniuncti. [Non mandatum nouum,] id est incognitum & inauditum, [Scribo vobis,] scilicet mãdatum de charitate. [Sed mãdatum vetus,] id est ab antiquo æditum, quia in corde primi hominis scriptum, & ab omnibus sanctis patribus obseruatum, non quia pertinebat ad veterem hominem. [Quod habuistis ab initio,] conditionis siue legis naturæ. Vel ab initio legis Mosaicæ. Quia omnia præcepta primæ tabulæ reducuntur ad præceptum de dilectione dei, vel ab initio. Glos. fidei nostræ. [Mandatum vetus est verbum] scilicet charitatis. [Quod audistis.] Glos. à me & ab aliis prædicatoribus, ideo vetus. [Audistis iterum mandatum nouum,] scilicet mãdatum de charitate. [Scribo vobis,] Glo. Eadem charitas vetus mandatum est: quia ab initio cõmendata: eadem nouum mãdatum, quia tenebris eiectis desiderium nouæ lucis infundit. Vel vetus dicitur, quia in veteri testamento datum antiquis, Deuter. 6. Nouum, quia in nouo testamento replicatum, & ampliatum modernis. Mat. 6, Dictum est antiquis, &c. Dicitur autem hoc mandatum nouum, quia nos spiritualiter innouat. Rom. 6, In nouitate vitæ ambulemus. Quia etiam pertinet ad nouam legem, quæ data est à nouo rege. Solet enim dici, à nouo rege, noua lex. Vel propter diligendi modũ de nouo dictum. dictum est enim antiquis, Diliges proximũ tuum, Leuit. 19. Sed in euãgelio Ioan. 13. dicitur, Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Quia veteri dilectioni nouã dilectionem, scilicet dilectionem inimicorũ adiungit. Matth. 5, Diligite inimicos vestros. Item quia in nouum cælum tanquam in mãsionem introducat. Apoc. 21, Vidi cælum nouum, & terram nouam. [Quod verum est.] Gloss. Non vmbraticè, quia non ceremoniale, sed morale, non transitorium, sed perpetuum manet in via, & in patria. charitas enim nunquam excidit, 1. Corin. 13. [Et in Christo] impletum. [Et in vobis] implendum. Ioan. 15, Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Impletum in Christo fuit, quando ex charitate, quam habebat, morti se exposuit. Ioan. 15, Maiorem hac dilectionem nemo habet, q̃ vt ponat, &c. Et verè nouũ in ipso, & in vobis. [Et tenebræ.] Glo. Tenebræ ad veterem hominẽ, lux ad nouũ pertinet. Potest autẽ hoc intelligi & de Christo, & de tenebris. De Christo sic, Tenebræ. Glo. Miseræ carnis in Christo. [Transierunt, & verum lumen] immortalitatis, [Iam lucet] in eo: vel de tenebris sic, Tenebræ, scilicet peccati & infidelitatis. [Iam transierunt, & verum lumen,] scilicet fidei & charitatis, iam lucet, in vobis scilicet. Roma. 13, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Primo modo pertinet ad miseriã pœnæ. Secundo modo ad miseriam culpę. [Qui dicit se in luce esse,] id est in Christo, qui est lux. Ioan. 8, Ego sum lux mundi, vel in luce iustitiæ. Sapien. 5, Iustitiæ lumen nõ luxit nobis. Vel operationis bonæ. Bona enim operatio quædam lux est. Matth. 5, Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. [Et fratrem suum,] hominem quẽcunque vel Christianum specialiter. Est enim fraternitas naturæ inter omnes, sed gratiæ inter fideles. [Odit.] Interlin. Quem deus præcipit diligi, licet peccatum sit odio habendum, iuxta illud Psalm. Iniquos odio habui. [In tenebris est.] Gloss. In peccatis, in quibus natus fuerat. Vel deputatus tenebris inferni. Vnde tenebræ intelliguntur hîc, vel macula culpæ, vel reatus pœnæ. [Vsque adhuc,] id est, vsq; modò & post baptismum in quo lumen fidei & aliarum virtutum susceperit. Ex hoc autem quod dicit Glos. In peccatis in quibus natus fuerat, videtur q̃ plura sunt originalia, & quòd originale per odium fraternum redeat. Ad primum, dicendum est, quòd originale est vnum in numero per essentiam: sed plura propter corruptionem plurium virium animæ. Vnde est vnum formaliter, plura materialiter. Et ideo dicitur pluraliter originalia. Ad secundum, Responsio, Originale pro tanto dicitur redire, quia originali propriè debetur carentia visionis dei. Decedens autem in mortali, caret visione dei. Vel dicitur redire, quia fomes peccati intenditur per peccatum. Item autem sunt subiecto fomes & originale: ita qui fratrem odit, in tenebris est, sed contrà de dilectione est. [Qui diligit,] dilectione scilicet charitatis, [fratrem suum,] id est proximum, [In lumine manet,] scilicet fidei. Ardor enim charitatis, non est sine luce charitatis. Ecclesiast. 2, Qui timetis dominum, diligite illum, & illuminabit corda vestra. Vel in lumine bonæ operationis, siue operum legis. Prouerb. 6, Mandatum, lucerna: & lex, lux: quia charitas nunquam est otiosa. Gregorius, Amor dei nunquam est otiosus: operatur enim magna, si est: si autem operari renuit, amor non est. Et dicit manet, seu potius permanet, id est perfectè manet: quia tunc bona opera, & lux fidei prosunt, vt dicit Glossa. [Et scandalum non est in eo,] quia qui diligit proximum non habet quo pes mentis offendatur. Psalm. 118, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Scandalum enim idem est quod obex: vbi autem est obex, ibi est inæqualitas in via: vbi autem charitas, ibi est æqualitas in via, quia charitas adæquat viã, & remouet omnia offendicula. Et ideo in illo qui diligit propter deum non est scãdalum nec actiuum, quia nullum scandalizat. nec etiam passiuũ, quia non scandalizatur quicquid ei fiat. 1. Corin. 15, Charitas omnia suf-

Præceptũ charitatis nouum.

Vnum est originale peccatum.

Scãdalum nullũ est in habẽte gratiam.

fert. Vnde Gloss. Qui diligit fratrem, tolerat omnia propter vnitatem charitatis. Et si fratri adhibet correctionem, nõ irascitur. Vnde sicut ille qui incedit per viam bene illuminatam, non offendit in via, etiam si in via sint multa offendicula. Ille verò qui incedit in tenebris, de facili offendit etiam in via plana: ita qui illuminatus est lumine charitatis, & diligit fratrem suum non offendit: etiam si in fratre suo videat multa offendicula. Si enim videt aliquod offendiculum in fratre corripit eum, & cõpatitur & tolerat. Ecõtrario, ille qui odit fratrẽ suum, & est in tenebris odii & de facili offendit. Et si in fratre non sint offendicula, si videt bonum eius, dolet, tristatur, inuidet & peruertit ipsum. Ideo sequitur, [Qui autem odit fratrem suum in tenebris est] id est, in carẽtia seu priuatione lucis gratiæ, [Et in tenebris ambulat.] Glossa, Per ipsam ignorantiam ambulat de vitio in vitium. Et Interlinearis dicit, quòd proficit in peius. 2. Corinth. 3, Mali homines proficient in peius. [Et nescit quo eat,] id est, operũ suorum finem non attendit, nec considerat. Glos. Non præuidet ad quam pœnã recipiendus sit. Prou. 4, Via impiorũ tenebrosa. Nesciũt vbi corruũt, [Quia tenebræ,] scilicet erroris & peccati [Obcæcauerunt oculos eius,] spirituales, scilicet intellectum & affectũ. quia nec veritatem cognoscit eo quòd in tenebris est, nec bonum appetit, quia de peccato in peccatũ ruit. Eccle. 11, Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt. Vel secundum Glo. Recedentes à lumine Christi peccatis & carnali voluptate, ita præpediuntur, vt & si bonum videant, nõ tamen exequuntur. Isti excæcantur ex malitia. Sap. 2, Excæcauit eos malitia eorum.

Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis peccata uestra propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis adolescentes, quoniam uicistis malignum. Scribo uobis infantes, quoniam cognouistis patrem. Scribo uobis iuuenes, quoniam fortes estis: & uerbum dei manet in uobis, & uicistis malignum.

Hîc ostendit e contrario quid non sit diligendum: retrahens primò eos ab amore mundano. Secundò ab errore hæretico, ibi, Filioli mei, nouissima hora est. Primum opponitur charitati in affectu: secundum fidei in intellectu. Primum est causa totius mali in moribus: secundum in fide. In prima parte ostendit primò quibus mandat, in quo ostenditur præcepti generalitas: secundò quid mandat, in quo ostenditur præcepti vtilitas, ibi, Nolite diligere mundum. Ad ostendendum generalitatem mandati, non ponit speciales conditiones huius alicuius generis, sed generales omnium. Primò secundum conditiones ætatis spiritualis. Secundò, secundum conditiones ætatis corporalis inferiores, ibi, Scribo vobis adolescentes. Tertiò secũdum conditiones ætatis corporalis perfectioris, ibi, Scribo vobis patres. Dicit ergo, [Filioli.] Glossa, nuper geniti, vel obedientes patri. Vel sicut dicit Glossa, Omnes vocat filios quos ipse in fide præcessit. [Scribo vobis] non solùm prædico, sed & scribo vt memoriam habeatis. Scribo autem illud quod postea sequitur, [Nolite diligere mundum, &c.] quasi dicat, Monui vos ad charitatem, modò moneo vt caueatis ab impedimẽtis. Et hoc debetis facere, [Quoniam remittuntur vobis peccata vestra] per baptismum & pœnitẽtiam. [Propter nomen eius,] id est nomen fidelis inuocationis. Glossa, Non Petri, vel Pauli. In primitiua enim ecclesia baptizabant in nomine Christi vt sic allicerent baptizatos ad amorem nominis Christi. Actuum 8, Baptizati erant in nomine domini Iesu. Glossa, Præponit causam qua possit eos abstrahere ab amore mundi. [Scribo vobis patres.] Glossa, Non ætate, sed sapientia: quorum est antiqua meminisse, & minoribus pandere. Hi sunt reuerendi senes, in quibus iam debet amor mundi frigescere. [Scribo,] scilicet hoc quod sequitur, Nolite diligere mundum, & cætera. & hoc debetis, [Quoniam cognouistis eum qui ab initio est,] scilicet filium qui est à patre. Vel ab initio,] id est ante initium rerum, sicut prius dictum est. Ecclesiast. 24, Ab initio & ante secula creata sum. quasi dicat, Hæc est causa quare debetis abstrahi ab amore mundi. [Quoniam cognouistis eum] quem mundus nõ cognouit, id est, mundi amatores. Ioan. 1, In mundo erat & mundus eum non cognouit. [Scribo vobis adolescentes,] scilicet tempore seu ætate. Hoc scilicet, nolite diligere mundum. [Quoniam vicistis malignum,] id est, mundum, qui totus in maligno positus est. Infrà vltimo. quasi dicat, Vicistis mundum proficiendo, non debetis respicere mundum diligendo ipsum. Et Luc. 9, Nemo mittẽs manum ad aratrum & respiciens retro, & cętera. Item cauere debetis ne vincamini ab eo quem vicistis: quia valde esset vobis vereendum. Et notandum quòd adolescentibus ascribitur victoria: quia illa ætas specialiter impugnatur incentiuis vitiorum. Item quia illa ætas est congrua ad certãdum. [Scribo vobis infantes.] Glossa. humiles spiritu. Scribo, inquam, Nolite diligere mundum. [Quoniam cognouistis patrem,] scilicet deum cognitione fidei. quasi dicat, Et si non sitis apti ad pugnam, quia adhuc estis insipientes in bono, tamen habetis dei cognitionem, & eum diligitis: vnde non debetis diligere illa quæ istam dilectionem impediũt. [Scribo,] scilicet iterum [Vobis patres] seniores, scilicet ætate & sapientia. Hęc est duplex senectus, de qua Sapient. 4, Senectus enim venerabilis est, &c. Repetit autem eo quod ipsi magis tenentur ad hoc, ratione ætatis maturioris & sapientiæ maioris. [Quoniam cognouistis eum qui ab initio est,] id est à patre, vel ab initio, id est ante initium. Glos. Si obliuiscamini eum qui ab initio est, perditis paternitatem. [Scribo vobis iuuenes,] scilicet, nolite diligere mundum, &c. [Quoniam estis fortes,] id est, prædíti fortitudine & virtute ad spirituale certamen. Glos. Fortes nõ ex vobis, sed ex deo. Psal. 117, Fortitudo mea & laus mea dominus. [Et verbum dei.] Glo. Filius dei, prædicatio filii dei, [In vobis permanet,] id est perfectè manet per intemeratam fidem. Et hoc contra tentationes diaboli. [Et vicistis malignum,] id est mundum. Et quia vicistis eum, turpe esset vobis vinci ab illo.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo: quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum.

Hîc ostenditur quid mandat, in quo tangitur mandati vtilitas. Dissuadet quidem amorem mundi tripli ci ratione. Primò ex damnositate ipsius amoris. Secundò ex vtilitate rei amatæ: ibi, Quia omne quod est in mũdo, &c. Tertiò ex defectibilitate, ibi, Et mundus trãsit, &c. Dicit ergo, [Nolite.] Glossa, Vobis omnibus scribo hæc, [Nolite diligere,] amore concupiscentæ [Mundum.] Glos. Abundantiam mundi, & pulchritudinem eius. Mundus ergo supponit hîc pro vniuersitate concupiscibilium mundi. [Nec ea quæ in mundo sunt.] Glos. Vt aurum & argentum & omnem fluxum diuitiarũ. Prohibetur autẽ hic mũdus ad fruendũ eo, non ad vtendum. vnde Gloss. Vtimini mundo ad necessitatem, sed non diligite ad superfluitatem. Nec per hoc prohibetur quæcũque dilectio, sed inordinata per amoris affectum nimium. Augustinus, Cùm exhauseris cor tuũ amore terreno, hauries amorem diuinũ. Et incipiet habitare charitas extirpata sylua vitiorum, Idem, Talis est quilibet, qualis est eius dilectio. Terram diligis, terra es: aurum diligis, aurum es: deum diligis, quid dicam, deus eris. Non audeo, inquit, dicere ex me, scripturam audiamus, Ego dixi dii estis, &c. Sed cùm mũdus sit bonus videtur quòd sit diligendus. ergo videtur prohibitio mala qua dicitur, Nolite diligere mundum. Responsio, Diligere. i. ex diuersis legere seu colligere. Et sic diligere mũdum est ipsum omnibus rebus præponere. Et sic mũdus nõ est diligendus: tamen sub deo est diligẽdus. Vnde nõ prohibetur quæcũq; dilectio, sed illa quæ est supra deum, de qua dicit August. Ve tibi si amaueris condita, & deseruerís conditorem. Vel potest dici quòd duplex est dilectio, Quædã ad necessitatem, alia ad superfluitatem. Primo modo mũdus potest diligi, secũdo modo prohibetur. [Si quis dilexerit mundũ,] præponẽdo ipsum deo, [Nõ est charitas patris in eo.] q.d. Amor patris est cõtrarius amori mũdi. August. Duo sunt amores dei & mũdi, sed si amor mũdi inhabitet, non est quo amor dei intret. Idem etiam dicit, quòd contraria sunt charitas & cupiditas. Et quãtum crescit cupiditas, decrescit charitas. Et ecõuerso Iac. 4, Amicitia huius mũdi inimica est deo. Vnde Glo. hîc, Vnum cor duos sibi aduersarios amores non capit. Sicut dilectio dei est fons virtutũ omniũ, ita dilectio mũdi omnium vitiorum. Esa. 28, Coangustatum enim est ita vt alter decidat. Et verè nõ est charitas patris in eo qui mundũ diligit: quoniam [Omne quod in mundo est,] id est, in mũdi dilectoribus, [Aut est concupiscẽtia carnis.] Et sumitur hîc concupiscẽtia carnis pro generali appetitu inordinato, qui incitatur per quinq; sensus. Glo. Cõcupiscentia carnis est desideriũ omnium quæ ad voluptatem & delicias corporis pertinent, vt cibus, potus, concubitus, [Et cõcupiscentia oculorum.] Gloss. Quando visus delectatur, vt in pulchris vestibus, & auro & similibus, [Et superbia vitæ.] Gloss, Omnis ambitio seculi. Eccle. 10, Odibilis coram deo & hominibus superbia. Bene dicitur hîc tertiũ, superbia: quia magis est supra viam, & extra viá humanæ naturæ quàm alia duo, quorum concupiscentiæ sunt hominũ & aliquatenus naturalia. [Quæ non est ex patre.] Hoc dicitur ad ostendẽdum quòd sunt detestabiles prædictæ cõcupiscẽtiæ. Vnde [Quæ] scilicet concupiscentia generalis quæ cõmuniter se extendit ad omnes prædictas, non est ex deo patre, id est ex deo qui est pater. Iaco. 1, Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à deo tentatur. Vnusquisque enim tentatur à concupiscentia sua attractus, & illectus. Vel quæ, superbia non est ex deo patre, quia excludit charitatem patris. [Sed ex mundo.] Glossa, ex mundi amore. Et ideo mundus non est allegandus, cùm sit patri contrarius. [Et mundus transit.] Glossa debemus adhærere patri non mundo, quia mũdus transit. Interlinearis, in nouam formam. 1. Corinth. 7, Præterit figura huius mũdi. [Et notandum quòd tres causæ mundi vniuersales permanebunt, scilicet vniuersalis efficiẽs, vt corpora superiora, sol & luna & huiusmodi quæ sunt causa efficiens vniuersalis generationis in istis inferioribus: materialis vniuersalis, vt quatuor elementa: finalis vniuersalis vt homo, sed causa formalis mutabitur: vnde bene dicitur transit in nouam formam. Et ideo quia mundus transit & homo, qui diligit mundum, transit cum mundo. Gregorius, Qui labenti innititur, necesse est vt ipse labatur. Sed e contrario. Dicit autem transit, non transibit, propter certitudinem, quasi dicat, Transiit iam in certitudine fidei nostræ, tãdem trãsiet in re. Vel hoc dicit, vt significet breuitatem temporis. Breue enim est quia terminum habet, & maximè respectu æternitatis, respectu cuius omne tempus breue est. [Qui autem facit voluntatem dei,] non tantùm dicit, vt illi. Matthæi 7, Quid autem vocatis me, domine, domine, & non facitis quæ dico? Et dicit voluntatem dei, non suam. [Manet in æternum,] quia talis non moritur, sed de vita mortali ad immortalitatem transfertur, Ioannis 11, Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum, id est, morte æterna, quæ est vera mors, respectu cuius mors corporalis non est, nisi quòd gustus. Ioannis 8, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. quasi dicat, licet gustet in præsenti. Sicut enim qui labenti, id est, mũdo innititur, necesse est vt collabatur, vt dicit Gregorius suprà: Ita e contrario stare oportet eum qui stanti innititur. Sed obiicitur contra hoc quod dicitur, Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, &c. Quia multa alia sunt in mundo, vt aurum, argentum, homines, bestiæ: nec tamen sunt concupiscentia carnis, & cætera. Responsio, Mundus non accipitur hîc pro natura, sed pro abusore vel amatore mundi. Aut est concupiscentia carnis, & cætera. In istis enim tribus omnia vitiorum genera comprehenduntur, vt dicit Glossa. Beda in Glossa, Sicut enim qui adhæret domino, vnus spiritus est cum illo, & dicitur deus. Psalm. 81, Ego dixi, dii estis, & cætera. Sic qui adhæret mundo, potest dici mundus. Sed tunc obiicitur vlterius, Si mundus accipitur pro mundi dilectoribus, cùm in eis sint multa alia vitia, vt inuidia, ira, accidia, videtur quòd insufficienter dicat, omne quod in mundo est. Item aut concupiscentia carnis determinatur circa ea, quæ spectant ad sensum tactus, aut generaliter circa ea quæ spectãt ad omnes sensus carnales exteriores. Si primo modo, Quare non dicitur determinatè concupiscentia tactus, sicut determinatè concupiscentia oculorum? Si secundo modo, ergo concupiscentia oculorum non debet poni in numerum cum concupiscentia carnis, cùm sub illa contineatur. Item cùm delectatio sit omnium sensuum, quare non nominatur concupiscentia sensuum, sicut concupiscentia oculorum? Item Glossa dicit, quòd concupiscentia carnis est cùm per gustum, vel tactum caro delectatur. Contrà, alia Glossa dicit ibidem, quòd concupiscentia carnis est desiderium omnium quæ ad voluptatẽ & delicias pertinent. Nõ ergo solũ circa delectabilia gustus & tactus. Item glos. dicit q cõcupiscẽtia oculorũ est quãdo delectatur visu, vt in pulchris vestibus, & auro & talibus. Cõtrà, delectari in talibus pertinet ad cõcupiscentiã carnis. Ergo nõ videtur ex opposito distingui cõcupiscentia oculorũ & carnis. Respõsio, Diuisio vitiorũ assignatur penes principalia motiua cõcupiscentiæ ad malũ. Nam concupiscẽtia carnis assignatur penes motiuũ inordinatè ad voluptates & delicias corporis, cuiusmodi sunt maximè in quib⁹ delectatur nutritiua & generatiua: & generaliter in quibus est delectatio corporalis. Cõcupiscentia oculorum assignatur penes motiuum inordinatè ad aliqua habenda seu possidenda, siue sint spiritualia, vt scientia: siue

Non omnis mundana dilectio prohibetur.

Duo sunt amores.

Tres mũdi causæ vniuersales, post iudicium remanebunt.

Obiectio.

Obiectio.

corporalia, vt diuitiæ. Superbia vitæ pênes dominium, scilicet potestatem & gloriam. Sed de experientia pulchritudinis, est notandum quòd Glossa dicit, Concupiscentia oculorum, est omnis curiositas, quæ fit in discendis artibus magicis, in contemplandis spectaculis, in superuacuis acquirendis rebus temporalibus, in dignoscendis, carpendisque vitiis proximorum. Superbia vitæ cùm quis se iactat, &c. quære Glossam.

Filioli, nouissima hora est. Et sicut audistis quia Antichristus uenit: & nunc antichristi multi facti sunt. Vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sed nõ erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifestati sint: quoniam non sunt omnes ex nobis.

Quatuor rationes ꝙb̃ probatur doctrinas hæreticorum cauendas.

Hic retrahit ab hæretico errore: primò monens cauere doctrinam hæreticorum: secundò manere in vera doctrina Apostolorum, ibi, Vos autem quod auditis. Ad cauendum autem falsam doctrinam hęreticorũ, quadruplicem introducit rationem. Prima, quia hæresis est Christo contraria. Secunda, quia hæretici separati sunt ab ecclesia, ibi, Ex nobis prodierunt. Tertia, quia ipsi sufficienter imbuti sunt doctrina catholica, ibi, Sed vos vnctionem habetis. Quarta est, quia doctrina quam eis suadent hæretici, mendax est & peruersa, ibi, Quis est mendax, &c. Dicit ergo, [Filioli mei,] ita dixi, nolite diligere mundum. Eodem modo dico nullo instinctu hæreticorum deficiatis à fide, quia hæc sunt contraria charitati. Et non debetis deficere, quia [Filioli mei.] Et ideo debetis doctrinam patris audire & facere. vnde ostendit affectus sui ad eos magnitudinem & eorum ad ipsum debitam subiectionem. [Nouissima hora est.] Glossa. i. vndecima hora est, sexta ætas seculi, de qua Matth. 20, Circa vndecimam verò horam. Vel secundum aliam Gloss. Nouissima hora est, id est, similis nouissimæ, quia similis est hæreticorum persecutio persecutioni Antichristi futuræ. Vel secundum aliam Glos. Nouissima hora est, quia propè est finis vniuscuiusque. 1. Corinth. 10, Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt, [Et sicut, &c.] quasi & hoc inde patet [Quia nunc,] id est, in hoc præsenti tempore. Nam à temporibus apostolorũ incœperũt hęretici. [Antichristus venit, & nunc antichristi multi facti sunt.] Glos. Qui baptizati & sacro chrismate vncti, per quod facilius possunt decipere, sunt Christo & eius ecclesiæ contrarii Antichristi, id est, quia per varias hæreses & errores diuisi. Contra illud Iac. 3, Nolite plures magistri fieri. Et dicit [Facti sunt] voluntate sua, suggestione diabolica. Facti ergo sunt antichristi recedẽtes à fide Christi, & docentes contra fidem, vt Iudæi docentes legalia obseruãda, ad Gal. 5. Et Nicolaitæ docentes carnis delectationes esse licitas. Apoc. 2. Vel antichristi dicuntur omnes peccãtes contra legem Christi [Sicut audistis, quia Antichristus venit,] scilicet in membris suis. Vel venit, id est, iam quasi instat aduentus eius. De aduentu verò Antichristi audierãt. Et in euãgelio Matth. 24, Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Et per Apostol. 2. ad Thessal. 2, Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus interficiet spiritu oris sui. Ratio eius talis est, quoniam Antichristus & sui circa finem mundi sunt venturi, sed iam venerũt, ergo, &c. [Vnde,] id est, ex eorum iam aduentu] Scimus] fide [Quia nouissima hora,] id est, instat finis seculi. Glos. Absq; dilatione veniet dies iudicii. [Ex nobis.] Glo. Sed licet sint multi antichristi, nõ tamen terreant vos si a Iudaismo vel Paganismo redierunt, ne putetis ex hoc ecclesiam pati dãnum, [Quia & ex nobis prodierunt.] Glo. ab vnitate catholica recedentes. Erãt enim de ecclesia numero, non merito, sacramentorum perceptione, non charitatis communione. [Sed non erant ex nobis] prædestinatione & electione. Et ideo ex recessu eorum ecclesia non est damnificata, sicut nec corpus damnificatur cùm humores praui exeunt de corpore. [Nam si fuissent ex nobis,] Glos. Prædestinatione & electione dei [Permansissent vtique nobiscum,] id est finaliter mansissent in consortio fidei seu fidelium [Sed vt, &c.] q.d. Ideo exire permittuntur, [Vt manifestati sint quoniam non sunt omnes ex nobis] qui prius latebant, & sub specie fratrum vos decipere poterant, vnde permittit deus, quosdam de ecclesia exire, ne cõtingat decipi veros fratres à falsis fratribus secum visibiliter manentibus.

Antichristi qui dicãtur.

Non omne mẽdacium à deo separat.

Sed uos unctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Non scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatem: sed quasi scientibus eam, & quoniam omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax nisi qui negat quoniam Iesus non est Christus? Hic est Antichristus qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filium, nec patrem habet: qui confitetur filium, & patrem habet.

Hîc ostendit quòd sufficienter imbuti sunt doctrina catholica. Vel sic, [Sed & vos vnctionem] Hæc est tertia ratio, quòd sufficienter sunt imbuti doctrina catholica. Vbi ostendit primò quòd habent doctorem sufficientem interius. Secundò, quòd nõ indigent doctrina exteriori, ibi, Non scripsimus. Quis est mẽdax. Hæc est quarta ratio, quia doctrina hæreticorum mendax est & peruersa. quod ostendit, primò ex doctrinæ falsitate: secundò, ex eius damnositate, ibi, Omnis qui negat filium. [Sed & vos]. q.d. Debetis permanere, quia vos catholici [Vnctionem habetis,] id est gratiam spiritussancti, qua eos discernere poteritis, & eorum malitiam retardare seu impedire [A sancto,] id est Christo, qui est sanctus sanctorũ. Daniel. 9, Sicut mẽbra recipiunt influentiam à capite. Ioan. 1, De plenitudine eius omnes accepimus. Psal. 44, Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ, &c. [Et nostis omnia,] scilicet necessaria ad salutem per illuminationem illius vnctionis. Glos. nostis veritatem fidei, & vitæ per vnctionem spiritussancti, nec opus habetis doceri. Vnde quia nostis omnia [Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem,] scilicet fidei, sed [Quasi scientibus eam,] quasi dicat, eo ipso quòd veritatem cognoscitis, habetis scientiam discernendi & cognoscendi hæreticos, [Et quoniã.] Gloss. Scientibus. Et hoc [Quoniam omne mendacium non est,] id est, nullum mendacium est, siue officiosum, siue otiosum, siue pernitiosum [Ex veritate,] id est, ex deo siue Christo, qui est veritas: immo sibi cõtrarium, quia Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vnde est à diabolo, qui est mẽdax, & pater mẽdacii, vt habetur Ioan. 1. Vnde glo. Bedæ, Nullum mendacium ex veritate: Et qui mentitur, non est ex Christo, Sed contra hoc obiicitur, idẽ est non esse ex deo, & separari à deo. Si ergo qui mentitur non est ex deo, ergo omne mendaciũ separat à deo: sed omne quod separat à deo, est peccatũ mortale: ergo omne mẽdaciũ est peccatũ mortale, quod falsum est. Respõsio, Sermones sunt restringẽdi secũdum materiã. vnde cũ hîc fit sermo de hæreticis, qui mentiũtur in doctrina religionis, patet illud quod dicitur hîc intelligi de mendacio in doctrina religionis. vnde patet ex glo. ꝙ loquitur de mẽdacio negationis Christi, respectu cuius cętera aut parua aut nulla esse vidẽtur. vnde sequitur, [Quis est mẽdax.] Antonomaticè grauissimũ omniũ genus mẽdacii est, secundum Augustum. quod fit in doctrina religionis. [Nisi is qui negat, quoniam Iesus non est Christus.] Qui negat, quoniam Iesus non est Messias in lege promissus. Glossa, hoc proprium est Iudæorum vt dicant, quoniam Iesus non est Christus, sed & omnium qui Christi mandatis obtemperare contemnunt. Isti negant. i. facto veritati contrario ostendunt. 1. Timo. 1, Confitentur se nosse deum, factis autem negant: hic est Antichristus, scilicet qui negat, quoniam Iesus est Christus. [Antichristus,] id est contrarius Christo, [Qui], i. quia ipse, [Negat patrem & filium.] Negando Iesum esse Christum, negat & filium, negat & patrem. Ioan. 8, Neque me scitis, neque patrẽ meum scitis. Glossa, Fruſtrà confitetur deum patrem, qui negat filium, qui ex deo procedit. & verè ita est, [Quia omnis.] Glossa, Ne quis dicat, Christũ non colo, sed deum patrem, addit, Omnis, siue Iudæus, siue Gentilis, siue hæreticus, [Qui negat filium, &c.] Christum, [Nec patrem habet.] Glossa, Propitium. & alia glossa, Nec filium, nec ipsum patrem habet placatum. vel, Nec patrem habet. Alia glossa, Nec filium, nec ipsum patrem, scilicet cognitione & confessione, Ioan. 14. Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis, & cætera. [Qui autem confitetur,] id est simul fatetur. Glossa, Corde, voce, opere. Roman. 10, Corde creditur ad iustitiam, & cætera. [Filium.] Glossa, Iesum esse. [Et patrem habet,] Propitium. vel patrem habet in confessione & cognitione. Ioan. 14, Ego in patre, & pater in me est.

Vos quod audistis ab initio, in uobis permaneat: quia si in uobis permanserit quod ab initio audistis, & uos in filio, & patre manebitis. Et hæc est remissio quam ipse pollicitus est nobis, uitam æternam.

Hîc monet permanere in doctrina apostolorum, ponens triplicem rationem: primò vtilitatem: secundò facilitatem, ibi, Hæc scripsi vobis. Tertiò necessitatem, ibi, Et nunc filioli. In prima parte, primò ponit ammonitionem: secundò ammonitionis vtilitatem, ibi, Si in vobis. Tertiò vtilitatis declarationem, ibi, Et hæc est promissio. Dicit ergo, Vos autem quod audistis, vt suprà. q.d. ita multi Antichristi facti sunt. [Sed vos] scilicet catholici, [Illud quod audistis] à me & aliis apostolis, [Ab initio,] scilicet conuersionis vestræ, [In vobis permaneat,] id est finaliter perseueret. q.d. Fides quam audistis à me ab initio conuersionis vestræ perseueret, & quo ad memoriam & quo ad obseruantiam, Interlin. Per obseruationem memoriter teneatis. Et ideo debet manere, [Quia si in vobis permanserit,] id est, perfectè manserit, in cuius recordationem eatis per obseruationem. [Quod ab initio audistis] Verbum scilicet fidei Christi, scilicet vestræ cõuersionis. [Et vos in filio & patre manebitis.] Glossa, hîc per fidẽ, in futuro per spem. Ioan. 14, Si quis diligit me, &c. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et sicut dicit Glossa, Filium præponit patri, quia nemo venit ad patrem, nisi per filium, Ioan. 14. [Et hæc,] scilicet mansio in patre & filio perpetua. [Est repromissio,] id est, iterata promissio, prius per prophetas: deinde per apostolos. [Quam ipse,] scilicet Christus, qui non mentitur. [Pollicitus est vobis vitam æternam,] hanc promisit. Ioan. 6, Hæc est voluntas eius, qui misit me patris, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, &c.

Fidei non subest falsum.

Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos, & uos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in uobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendacium. Et sicut docuit uos, manete in eo.

Hîc ostẽdit vtilitatem: primò ex scriptura: secundò ex gratia, ibi, Et vos vnctionem. Tertiò ex scientia, ibi, Vt non necesse habetis. Dicit ergo, [Hæc] prædicta de Antichristo & eius membris, [Scripsi vobis] i. ad vtilitatem & instructionem vestram. [De his] scilicet hæreticis, [Qui seducunt vos,] id est, seorsum à veritate ducunt. Glossa, Vel peruersis dogmatibus, vel per aliquas illecebras, vel per aduersa seculi à vita æterna vos retrahunt. [Et vos vnctionem quam accepistis ab eo maneat in vobis] Et vnctio, inquam, maneat in vobis: Quam vnctionem, id est, spiritussancti gratiam vos accepistis à deo. Ioã. 1, De plenitudine eius omnes nos accepimus. Glossa, Curate vt spiritussancti gratiam, quam in baptismo consecuti estis, integram in corde, & opere seruetis. ¶ Et notãdum ꝙ ista locutio est antifratica, sicut & illa Ioan. 14, Sermonem quem audistis non est meus. [Et necesse non habetis]. q.d. Et si vnctio manet, non necesse habetis quidquã vtile, quia gratia docet de necessariis ad salutem, licet non de omnibus vtilibus. Vel non necesse habetis tantùm vt prius. Glo. Docente interius spiritu, minus indigetis extrinsecus doceri. [Vt aliquis] homo doctor [Doceat vos,] sed ita tenete supple, [Sicut vnctio eius,] id est, Christi. Gloss. Spiritussanctus cuius sacramentum est in vnctione visibili. vel vnctio charitatis, quæ diffunditur in cordibus vestris, per spiritum sanctum, qui datus est vobis, [Docet vos de omnibus.] Glo. Quæ tenenda sint: quia nemo docenti tribuat, quod ex ore docentis intelligit. Nisi intus sit, qui doceat, lingua doctoris in vacuũ laborat. nec tamen doctor taceat, sed quod potest agat. [Et verum est, & non est mẽdacium.] Glos. quod prædico. vel melius, illud quod vnctio docet. vnde alia translatio habet, Et vera est, & non est mendax, scilicet vnctio. Verum per comparationem ad rem, & non est mendacium, & non est mendacium per comparationem ad docentem: vel verum in se, & nõ est mendacium contrarii vlla permixtione. Ex hoc patet quòd fidei non subest falsum, quia spiritussanctus, spiritus veritatis est, Ioan. 16. Et nõ docet nisi verum. [Et] ideo [Sicut docuit vos,] scilicet vnctio. [Manete in eo,] scilicet Christo, hoc est, in verbis vel doctrina eius. Ioan. 15, Manete in me, & ego in vobis.

Et nunc filioli manete in eo, ut cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

Hîc ostendit necessitatem primam in futuro, quia aliter non vitabunt confusionem secundam in præsenti: quia aliter non possunt habere iustificationem, ibi, Si scitis, quoniam iustus est. Dicit ergo, [Et nunc,] id est in præsenti, scilicet tempore gratiæ. [Filoli mei,] in quo notatur dilectio eius ad ipsos, & subiectio eorum ad ipsum, [manete in eo,] id est in Christo, hoc est, in verbis & doctrina eius per fidem scilicet & charitatem finalem. Augustinus, Maneamus in verbis eius, ne confundamur cùm venerit. Vel, Manete in eo. Glossa, Si quid boni habetis, illi totum attribuite, & non vobis: mala vobis, & diabolo imputate. [Vt cùm apparuerit] scilicet in futuro iudicio. Glossa, Ad præmia bonorum, & dãnationem malorum. [Habeamus fiduciam,] nos & vos. [Et non confundamur,] Confusione damnationis æternæ. Hierem. vigesimo, Confundantur, quia non intellexerunt opprobium sempiternum. [Ab eo] Glossa, pro eo neglecto vel nega-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to,[In aduentu eius] ad iudicium. [Si scitis,] quasi dicat, manere debetis in eo,si enim scitis certitudine fidei.[Quoniam iustus est.]Glossa,Natura & author totius iustitiæ.Psalm.10,Iustus dominus & iustitias dilexit. [Scitote] Eadem certitudine fidei, [Quoniam & omnis,qui facit iustitiam,]id est opus iustitiæ,[Ex ipso natus est,] id est, filius dei est, scilicet, per imitationem & conformitatem. Vel ex ipso natus est, id est ex ipso habet quod facit,sicut filius naturalis habet à patre naturali, quod est secundum naturam. Sic filius spiritualis habet a patre spirituali,scilicet deo,quod est secundum mores.Esaiæ 26,Omnia opera nostra tu es,& cætera.

Cap. 3.

Videte qualem charitatem dedit nobis pater,ut filij dei nominemur & simus.Propter hoc mundus non nouit nos,quia non nouit eum.

Suprà egit de materia diligendorum:hîc agit de forma siue de modo diligendi primò deum: secundò proximum,ibi,Omnis qui non est iustus.In prima parte tangit modũ dilectionis nostræ ad deum,ibi,Et omnis qui habet hanc spem.Modum dilectionis ad nos ostendit:primò in præsenti:secundò in futuro,ibi,Charissimi nunc filii dei sumus.Modum autem dilectionis nostræ ad deum ostẽdit: primò acquirendæ: secundò conseruandæ, ibi, Filioli nemo vos seducat.Tertiò manifestãdæ, ibi, Omnis qui natus est ex deo.Acquirendæ quidem dupliciter:primò per sanctificationem præteritorum peccatorum:secundò per cautelam futurorum,ibi,Omnis qui in eo manet.Sanctificationis: primò ostendit exemplar: secundò materiam,ibi,Omnis qui facit peccatum.Tertiò actorem,ibi,Et scitis quia ille.Dixit ergo[Videte,] id est diligenter attendite, [Qualem charitatem,] id est quantam & qualia affectus, & effectus charitatis. Glossa, Quantis & qualibus donis ostendit deus erga nos paternam charitatem.[Dedit] gratis vobis indignis,[Pater,]Tota trinitas,per proprietatem.Persona patris per appropriationem,talem,scilicet,[Vt filii dei nominemur,]scilicet Christiani à Christo.Et quia non sufficit nomen sine re,ideo subditur,[Et simus] scilicet filii dei.Ioan.1, Dedit eis potestatem filios dei fieri,& cætera.[Propter hoc] quia scilicet filii dei sumus. [Mundus,] id est mundi amatores. [Non nouit nos,] scilicet notitia approbationis.[Quia non nouit eum]scilicet patrem notitia fidei,& approbationis.Ioan.1,Mundus eum non cognouit. Glossa,Quia filii dei dicimur, amatores mundi non nos diligunt, non percipiunt nostram dignitatem, non nos reuerentur, sed affligunt.

Charissimi,nunc filij dei sumus,& nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit,similes ei erimus,quoniam uidebimus eum sicuti est.Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se sicut & ille sanctus est.Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit.Et peccatum est iniquitas. Et scitis,quia ille apparuit,ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est.Omnis qui in eo manet,non peccat,Et omnis qui peccat,non uidit eum,nec cognouit eum.

[Charissimi nunc filii dei]q.d. licet modò sumus à mundo despecti, tamen ô charissimi mihi cĩara dilectione coniuncti. Nunc,id est in præsenti cùm mundo sumus despecti,vt dicit Glossa. [Filii dei sumus] Per adoptionem gratiæ. Romanor.8, Qui spiritu dei aguntur,hi filii dei sunt. [Et nondum apparuit quid erimus,]scilicet per gloriam.Latet enim gloria modò, sicut lucerna lateret in testa, sed confracta testa apparebit.Iudic.7, Confractis lagunculis apparuerunt lucernæ.Licet enim nunc per miracula, & per virtutes appareat, quòd sumus filii dei, tamen quidquid est in præsenti, ad respectum futuri, parum est, vt dicit Glossa.Ita est de gloria modò,sicut de luce in manibus abscondita,quæ apparet per rimas digitorum.[Scimus,] Certitudine fidei, quæ est certitudo de inuisibilibus. [Quoniam cùm apparuerit]In secundo aduentu, id est perfectè innotuerit omnibus:modò enim paucis fidelibus innotescit,sed tunc in die iudicii omnibus apparebit.ab omnibus cognoscetur dominus iudicia faciens, vt dicit Psal.Vnde Bernardus,Cognoscetur dominus iudicia faciens,qui ignoratur iniurias patiens.[Similes ei erimus.]Glossa Bedæ, Secundum corpus, immortales & impassibiles,sicut ipse filius.Tunc enim mortale hoc induet immortalitatem:& corruptibile hoc incorruptionem.1.Corinth.15,Ista autem similitudo non erit æqualitatis,sed cõformitatis:& in corpore per dotes corporis,& in anima per dotes animæ.Ad Philippẽs.3, Saluatorem expectamus, & cætera. Ista autem similitudo erit in tribus,scilicet in conformitate naturæ.Gene.1,Creauit dominus hominem ad imaginem & similitudinem suam.Item in conformitate gratiæ.Esaiæ 45,Vocaui te ex nomine tuo,assimilaui te,& non cognouisti me.Item in cõformitate gloriæ, sicut hîc, [Quoniam videbimus eum sicuti est.] Glossa,In ipsa deitatis substantia contemplabimur eum,quòd in hac vita nulli conceditur.Matthæi 5,Beati mundo corde,quoniam ipsi deum videbunt.Interlin. Sola visio beatificat.Ioan.17, Hæc est vita æterna, & cætera.Sed videtur quòd magis dilectio, quia dicit Augustinus in solilo. Charitas est quæ beatè perfrui desiderat,sed beatitudo consistit in fruitione,ergo in dilectione,& cætera.Responsio, Glossa loquitur non de visione simplicis notitiæ, sed experientiæ, quæ est intellectus practici, & hoc non excludit dilectionem. Sed adhuc quæritur,quare magis dicitur de visione,quod beatificat.Responsio,Visio potius dicitur beatificare,& esse tota merces,quàm dilectio,quia visio habet omne illud in quo cõsistit beatitudo. Habet enim sibi annexam dilectionem,in his verò consistit fruitio,dilectio verò non habet necessariò sibi annexã visionem,immo potest esse indifferẽter causa rei tam absentis,quàm præsentis. [Et omnis.] Glossa,Quia ad dei similitudinem peruenitur,ideo[Omnis qui habet hanc spem in eo].s.adipiscẽdæ visionis diuinę,& beatitudinis,[Sanctificat se.]Glossa,Piè viuendo,desideria secularia abnegando.ad Tit.2,Vt abnegantes impietatem,& secularia desideria, &c. Sanctificationem attribuit homini per cooperationem liberi arbitrii.2.Timoth.2,Si quis se emundauerit ab istis, erit vas sanctificatum,& vtile domino.[Sicut & ille.] Similitudo ista est remota, non propinqua imitando,non attingendo.[Sanctus est.]Leuit.2, Sancti estote,quoniam ego sanctus sum,dicit dominus deus vester.& Ioan. 17, Ego pro eis sanctificabo meipsum,vt ipsi sancti sint in veritate.Tangit autem hîc duo,quæ requiruntur ad nostram sanctificationem. Primum est diuinum adiutorium. Secundum est arbitrii libertas,deus enim sanctificat nos per gratiam: Nos verò disponimus nos ad sanctificationem,per liberum arbitrium.Primum notatur,cùm dicitur,Qui habet spem in eo.secundum cùm dicitur,Sanctificat se.alia litera habet, castificat,quam legit Augustin.dicens,Sic omnis,qui castus est.

Similitudo de gloria.

Visio in fruitione.

Duo requiruntur ad nostrã sanctificationem.

¶Notandum quòd homo castificat se,& deus & gratia,homo disponendo,deus efficiendo, & gratia informando. [Omnis,&c. [Glossa,qui habet spem sanctificat,sed econtrario. [Omnis qui facit peccatum]scilicet mortale.illud enim implicit.dicitur peccatũ à quo denominatur peccator. [Et iniquitatem facit,]Quia contra dei iustitiam,& iniquitatem facit.[Et peccatum est iniquitas.]Glossa, Iniquitas est,quod est contra legem, vel sine lege peccatum,ergo est iniquitas,quia quanquam peccamus, contra legem dei facimus. vnde Augustinus, Peccatum est dictum,vel factum,vel concupitum contra legem dei. Item secundum Augustinum,Virtus est æqualitas animæ vndique rationi consentiens,sed omnis peccans mortaliter,priuat se virtute, ergo æqualitate inducit inæqualitatem. & ideo dicit Augustinus in glossa, Nemo dicat, Ego peccator sum,sed non sum iniquus. Omnis enim,qui facit peccatum,& iniquitatem facit,& peccatum est iniquitas. Daniel.3,Peccauimus,iniquitatem fecimus.[Et scitis] id est,scire debetis.[Quoniam ille]scilicet Christus, qui est sanctus sanctorum,[Apparuit.] Glossa, In primo aduentu.[In hoc] id est,propter hoc,[Vt peccata toleret,]id est auferret.Ioan.1,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Glossa,Tollit dimittendo peccata adiuuando ne fiant, ducendo ad vitam,vbi omnino fieri non possunt. propter hoc dicitur ter, Ecce agnus dei,& bis miserere nobis.q.d. ecclesia, miserere dimittendo peccata,miserere adiuuando, ne fiant futura.Tertiò dicitur dona nobis pacem, ducendo ad vitam,vbi omnino nõ fient.Vel dicitur ter Agnus dei, propter tres partes corporis Christi mystici.Quidam enim in miseria vitæ præsentis in mundo,alii in purgatorio,alii in cælo.bis ergo dicitur miserere nobis propter illos, qui sunt in mũdo,& in purgatorio:sed dona nobis pacem,propter illos,qui sunt in cælo.Ideo & tripliciter terminatur in missa. Nam in die operis dicitur,Benedicamus domino,quia laborantes debent gratias reddere deo.Requiescant in pace,propter illos qui sunt in purgatorio.Ite missa est,propter illos, qui sunt in cælo. [Et peccatum in eo non est]Nec originale,nec actuale:mortale,vel veniale.1.Pet.2, Qui peccatum non fecit,& cætera.Et ratio huius,talis est, ille in quo non est peccatum, auferre potest peccatum : sed in Christo non erat peccatum, ergo potuit auferre peccatum.[Omnis qui in eo.]Et verè iste est immunis ab omni peccato,quia & illi qui adhærent ei, vitant peccata. [Omnis enim] Fidelis Christianus. [Qui in eo manet] id est, qui Christo vnitur per charitatem. [Non peccat]Ex hoc videtur,quòd omnis iustus in ipso maneat,& quòd nullus iustus peccet:quod est contrarium his, quæ dicta sunt suprà,videlicet, Si dixerimus,quia peccatum non habemus, & cætera. Responsio,Quod hîc dicitur, intelligendum est per se,scilicet cum reduplicatione, sic,Omnis qui in eo manet non peccat.Glossa, Inquantum in eo manet,nec peccat venialiter,nec mortaliter.Vel sic, Omnis qui in eo manet non peccat, quãdiu scilicet in eo manet,non peccat mortaliter,quia dum manemus in Christo, nec peccamus venialiter.Vel sic, Omnis qui manet in eo, scilicet numero & merito,sacramentorum perceptione, vel charitatis communione,fide formata vel informi,non peccat peccato,scilicet infidelitatis, quod dicitur peccatum per antonomasiam,& excellentiam.Ioan.16, Cùm venerit paracletus,ille arguet mũdum de peccato, scilicet infidelitatis. [Et omnis qui peccat] peccato mortali,vel qui peccat,id est, finaliter in peccato permanet.[Non vidit eum]Pro tempore quo peccauit,aut in peccato mansit,non vidit. Glossa, In fide secundum humanitatem.[Nec cognouit eum.]Glo.gustando suauitatem in deitate. Nam si gustasset,quàm suauis est dominus, nunquam peccando ab eius gloria se separaret.vnde tangit duo.s.videre,& cognoscere per gustum,quæ remouentur per peccatum.Peccatum enim tollit visionem gratuitam summæ veritatis, & gustum diuinæ suauitatis.

Cur ter agnus in missa legitur.

Missa tripliciter terminatur.

Filioli,nemo uos seducat.Qui facit iustitiam,iustus est,sicut & ille iustus est.Qui facit peccatum,ex diabolo est,quoniam ab initio diabolus peccat.In hoc apparuit filius dei,ut dissoluat opera diaboli.

Hîc ostendit modum nostræ dilectionis ad deum conseruandæ.Primò faciendo opera, quæ deus diligit. Secundò vitando opera quæ deus odit,ibi,Qui facit peccatum.Dicit ergo,[Filioli mei,nemo vos seducat,] id est,seorsum à via veritatis ducat,dicendo quòd dum peccat aliquis,potest manere in deo. [Qui facit iustitiam.] Glossa,Qui habet actum iustitiæ,& intentionem. [Iustus est,] Secundum quòd iustus dicitur ab exercitio bonorũ operum.Nõ solùm ab habitu iustitiæ,secundũ quod dicit Ambro.Est bonus,qui non est iustus,&Ro.5,Vix enim pro iusto quis moritur.[Sicut & ille iustus est].i.ab eadẽ radice procedit iustitia in Christo principaliter,in isto secundario. In Christo naturaliter.In isto per adoptionem. Necly,sicut,dicit ibi similitudinẽ æqualitatis,sed eiusdẽ imitationis,seu comitationis,sicut exẽpli ad exẽplar. ¶Sed obiicitur de hoc quod dicit,Qui facit iustitiam,iustus est,immo potius econtrario, Qui iustus est,facit iustitiã.Quia enim boni sumus,bonum facimus.Responsio,In via essendi sequitur,Qui iustus est,iustitiã facit.In via cognoscẽdi sequitur,Qui facit iustitiã,iustus est.i.iustus ostẽditur.Et sic loquitur hîc.Vel potest dici,q; iustitia dicitur ibi,nõ iustitiæ infusio,sed magis in iustitia exercitatio·vnde qui facit iustitiã,iustus est,verum est magis,quia magis exercetur in bonis operibus,sicut Abraham dictus est iustificari,ex operibus,Iacob.2.[Qui facit peccatum,]Ita sicut qui facit iustitiam manet in deo,& illi adhæret,sed econtrario, Qui facit peccatum,scilicet mortale,quid simpliciter peccatum est.[Ex diabolo est.]Glossa, Non carnis originem ducendo, sicut Manicheus voluit de cunctis hominibus,sed imitationem & suggestionem peccandi ab illo sumendo.vnde Ioan.8,Vos ex patre diabolo estis.[Quoniam ab initio diabolus peccat.]vnde prior peccauit,& est author peccati, & homo per ipsum peccans. Ab initio enim per superbiam quo ad se peccat. Assiduè per inuidiam quo ad hominem.Et his duobus modis diabolus,diabolus est,vt dicit Augustinus. Dicitur autem peccasse ab initio suæ creationis, vt dicit Glossa, Incipiens peccare peccauit continuè vsque in præsens.Et intelligendum est ab initio excluſiuè,id est,post initium:Non includendo,id est in ipso initio. Non enim potuit peccare in principio suæ creationis.Simile Ioan.8,Ille homicida erat ab initio.Sed obiicitur cõtra hoc quod dicit Glossa,quòd continuè peccat. Cùm enim in eo sit natura bona, videtur quòd aliquando posit moueri motu naturali,& tunc non peccabit.Responsio, Quidam dicunt,quòd non dicitur semper peccare, quia quolibet tempore: sed quia non interuenit motus contrarius,quia non cessat esse malus, cùm sit confirmatus in malitia sua.Sicut ergo ille,qui non cessat esse bonus,dicitur semper orare,sic diabolus semper peccare.Alii dicunt quòd ad literã continuè peccat,sicut enim dicit Bernardus, Sicut non dor-

Diabol⁹ ab initio peccauit,& cõtinuè peccat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: Sic non dormitabit neque dormiet, qui impugnat Israel. Vnde licet exeat in actum naturalem, quia motum illum quem natura inchoat, voluntas deformat. Diligit enim deum naturaliter, vt conseruatorem, sed voluntas eius motum illum refert ad propriam vtilitatem. Sicut auarus naturaliter appetit beatitudinem: sed tãta est peruersitas iudicii eius, vt non dicat beatitudinem esse, nisi in diuitiis. Et ita nunquam exit in appetitum beatitudinis inquantum huiusmodi, nisi prout in diuitiis. Et ita appetendo illam beatitudinem peccat, quia illum motum quem natura inchoat, voluntas deformat. Vel dicitur continuè peccare, quia ipse fuit principium peccati hominis ab initio conditionis hominis. ideo cùm homines non cessant peccare, nec ipse cessat peccare. [In hoc apparuit,] quasi dicat, Qui facit peccatum, ex diabolo est. Propter hoc filius dei venit in mundum, vt hominem liberaret. Vnde in hoc, scilicet [Propter hoc apparuit] per carnem, qui scilicet erat inuisibilis secundum deitatem. [Filius dei,] id est, Christus, [Vt dissoluat opera diaboli,] Illam natiuitatẽ quam à diabolo cõtraximus. Hæc est mala natiuitas de qua Iob 3, Pereat dies in qua natus sum, &c. Adam enim vt ait Glossa, peccando, diabolo natus tales genuit, qualis ipse fuit.

Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli.

Hîc ostendit modum manifestæ dilectionis: & primò ostendit quod est proprium filiorum dei: secundò per quod discernuntur à filiis diaboli, ibi, In hoc manifesti sunt. Ita Christus soluit opera diaboli, quia [Omnis qui natus est ex deo,] scilicet in baptismo, vt dicit Interlin. Et loquitur de natiuitate regenerationis, nõ generationis. de qua Ioan. 3, Nisi quis renatus fuerit, & cætera, [Ex deo] effectiuè, & exẽplariter, sicut imago speculi à specie faciei, non materialiter vel substãtialiter. [Peccatum non facit,] scilicet mortale, quod est contrarium generationi spirituali. Et intelligendum est cum reduplicatione, inquantum scilicet ex deo natus est. Vel intelligendum est coniunctim, quãdiu natus, id est, natiuitatis gratiam custodit. Peccatum, inquam, nõ facit, scilicet mortale. Vel loquitur de eo qui natus est ex deo, non solùm per præsentem iustitiam, sed & per prædestinationem æternam. Et talis peccatum non facit finaliter, quia tale peccatum repugnat prædestinationi, [Quoniam semen ipsius,] scilicet gratiæ iustificantis, quod vel multipliciter per cooperationem liberi arbitrii infunditur. Esaiæ 1, Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus. Vel semen, id est verbum dei per quod genitus est. Iacob. 1, Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. Luc æ 8, Semen est verbum dei. [In eo manet,] Per intemeratam fidem & charitatem. Dicitur autem manere, quandiu firmiter radicatur in corde, non solùm in intellectu, sed etiam in affectu. Ipsum autem verbum conseruat eum à peccatis. vnde sequitur, [Et non potest peccare,] quasi dicat, Non solùm non peccat, sed non potest peccare. Glossa, quandiu verbum retinet. Et intelligitur de potentia disposita & propinqua, nõ remota. Potest enim potentia naturæ: sed nõ potest potentia habitus gratię: sicut diceretur quòd bonus scriptor nõ potest malè scribere, [Quoniam ex deo natus est,] id est filius dei per adoptionem gratiæ, non per nomen naturæ. Glossa, Ex quo peccatum non est. [In hoc manifesti sunt,] id est manifestè distincti sunt, [Filii dei, & filii diaboli,] quia illi peccant, isti non. Matthæi 7, A fructibus eorum cognoscetis eos. Conueniunt autem in natura, sed actu sunt contrarii.

Omnis qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum. Non sicut Cain qui ex maligno erat: & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius iusta.

Hîc agit de modo diligendi proximum, monens diligere primò fideliter: secundò firmiter, ibi, Nolite mirari fratres. Tertiò efficaciter, ibi, In hoc cognouimus. Quartò veraciter, ibi, Filioli mei. Tunc enim vera est dilectio & perfecta quando est fidelis sine formidine, quando est firma sine interruptione, efficax in operatione, recta in intentione. In prima parte primò persuadet fraternam dilectionem. Secundò dissuadet dilectionis fraudem, ibi, Non sicut Cain qui ex maligno erat. Dicit ergo, [Omnis,] in hoc, inquam, manifesti sunt filii dei, & filii diaboli. Et verè, quia [Omnis qui non est iustus,] quo ad deum iustitia generali, non speciali. Glossa, Respondens deo quod debet. [Non est ex deo,] per generationem spiritualem: minus dicit, & plus significat, quia est ex diabolo. Suprà primo. Qui facit peccatum, ex diabolo est. [Et qui non diligit fratrem suum,] quo ad proximum, scilicet, non ex deo est: quia dicit Glossa, Verus filius legem patris non potest dimittere. Lex patris est inuicem diligere. Et secundum quòd dicit alia Glossa, Dilectio est certum signum quo distinguntur filii dei, & filii diaboli. Alia sunt communia bonis & malis, in hoc fonte, non communicat alienus. Quicquid habeas, hoc solùm non habeas, nihil tibi prodest: alia non habeas, hoc habe, omnia implesti legis præcepta, quia plenitudo legis charitas, Romano. 13. Augustinus, Dilectio sola discernit inter filios dei, & filios perditionis siue diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi, respondeant omnes, amen: cantent omnes, alleluia: baptizentur omnes: intrent omnes ecclesias: faciant omnes basilicarum parietes: non discernũtur filii dei, à filiis diaboli, nisi charitate. Qui habent charitatẽ, nati sunt ex deo. [Quoniam hęc est annuntiatio, & cætera.] Et verè est habenda dilectio. Quoniam hæc est ãnuntiatio, passiua de proximo diligendo, mandatum vobis annuntiatum. [Quam audistis,] nobis prædicãtibus [Ab initio] vestræ conuersionis, vel nostræ prædicationis: quia enim dilectio, principium est omnis meriti: ideo ab initio prædicanda fuit, [Vt diligatis alterutrum,] id est, vnus alterum, & econuerso. Ioannis 15, Hoc est præceptum meum, & cætera. [Non sicut Cain,] id est, non existentes sicut Cain exterius se diligere simulans, intus odium seruans. Cain prius reprobus, de quo Genesis 4. [Qui ex maligno,] id est diabolo, qui dicitur malignus antonomaticè. Psalmista, Non habitabit iuxta te malignus. Ex maligno ergo fuit per imitationem inuidiæ. Sapien. 2, Inuidia diaboli, mors intrauit in, & cætera. Diabolus enim amissa fœlicitate inuidit homini habituro fœlicitatem quam amiserat. Et ideo tentauit eum, & occidit, & sic Cain. Vnde sequitur, [Qui occidit fratrem suum,] qui, scilicet Cain occidit fratrem suum innocentem, scilicet sicut diabolus hominem primũ. [Et propter quid occidit eum,] Nunquid ob culpam eius, vel ob aliquam causam iustam. Et respondet, [Quoniam opera eius maligna erant.] Glossa, Vide vnde processit homicidium,

scilicet ex inuidia. [Opera eius maligna erant.] Glossa, Quia inuidebat fratri. [Fratris autem eius iusta.] Glossa, per charitatem. Vnde licet vtriusque oblatio, scilicet Cain de fructibus terræ, & Abel de fœtibus ouium fuerit bona ex genere operis, iustum enim erat vtrunque offerre creatori: oblatio tamen Cain ex malitia offerẽtis fuit deformata, quia obtulit cum inuidia, Abel verò cum charitate. Vnde Glossa, Opera Cain mala non dicit, nisi per inuidiam & odium fratris: Opera Abel iusta non dicit, nisi per charitatem. Hinc discernuntur homines. nemo attendat linguas, sed facta eorum. Ideo dicitur Genes. 4, Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. *Oblatio Cain reprobatur.*

Nolite mirari fratres, si odit uos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam manentem in se.

Hîc est secundus modus diligendi, scilicet firmiter quem persuadet duplici ratione. Primò per bonum sic diligentium. Secundò per malum non diligentium, ibi, Qui non diligit, manet in morte. In primo tãgit culpam: in secundo pœnam, ibi, Et scitis quoniam omnis, & cætera. ergo [Nolite mirari.] Glossa, Dilectionem habete, non propter mundi odium, vel persecutiones dilectionem dimittite. Nolite, inquam, mirari, [Fratres,] quasi insolitum. Ioan. 15, Nolite mirari, si odit vos mundus, scitote quia me priorem odio habuit. [Si odit vos mundus.] Glossa, Mundi amatores. Et alia glossa, Non mirum si amator mundi fratrem odit separatum ab amore mundi. Et certè non est mirandum. Tria enim solent mirari homines, scilicet magnum, nouum & rarum: quòd autem mundus, id est mundi amatores odiãt sanctos, non est magnum. Non enim medicus reputat magnum, si phreneticus quem ipse ligat, mordet ipsum: excusat enim eum propter phrenesim suam. Vnde super illud Genesis 4, Consurrexit Cain aduersus Abel. Gloss. dicit contra medicum. Item non est nouum. A principio enim mundi fuit istud iurgium inter bonos & malos: vt inter Cain & Abel: inter Isaac & Ismael: inter Iacob & Esau. Item non est rarum, immo valde consuetum, scilicet quòd mali odiunt bonos. Et certè nõ deberent eos odire, sed potius diligere, quia [Nos] fideles [Scimus] certitudine fidei [Quoniam translati sumus] virtute, scilicet diuina. Non dicit, transimus, quasi virtute nostra. Homò enim est spiritus vadens & non rediens. Non enim mortuus potest suscitare seipsum, siue corpus, spiritum: hæc est miraculosa tranlatio [De morte] culpæ [Ad vitam] gratiæ. Ad Colossen. 1, Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum filii dilectionis suæ, & cætera. [Quoniam diligimus fratres,] id est per hoc quòd diligimus fratres. Charitas enim est vita, quia vt ait Glossa, Vita carnis, anima: vita animæ, deus: charitas verò cõiungit animam deo. Augustinus, Humilitas nos deo subiicit, puritas iungit, charitas vnit. [Qui non diligit] fratrem, scilicet, [Manet in morte.] Interlin. Non tantùm venturus est in æternam mortem, sed iam nunc est. Quod intelligendum est debito essendi, hoc est debitorem mortis æternæ. Et dicit, Manet, id est mansionem habet: quia inde per se exire non potest. Ideo dicitur in Psalm. 33, Mors peccatorum pessima. Et sicut dicit Gloss. diligere debetis: quia [Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.] Nam primò occidit animam suam: deinde animam proximi quantum in se est, quia prouocat ipsum ad odium mutuum. Glossa, Omnis qui vel ferro percutit, vel odio insequitur, homicida est. Vel alia gloss. Qui ex odio insequitur fratrem, prouocat ad iram & discordiam: & sic quantum in se est, occidit eum in anima. *Tria solẽt homines mirari.*

¶ Et notandum quòd aliquis est homicida multipliciter: primò prouocatiuè, vt qui habet odio fratrem suum. Prouerb. 10, Odium suscitat rixas. Item opere, vt Exod. 20, Non occides. Item consensu, Romanor. 1, Non solùm qui faciunt ea, & cætera. Item substractione rei debitæ, Ecclesiast. 24, Panis egentium, vita pauperum: qui defraudat illum, homo sanguinis est. [Et scitis] certitudine fidei, [Quoniam omnis homicida.] Omnis dicit, quia plura sunt homicidiorum genera, scilicet corporis per odium, oris per consilium vel mandatum, operis per gladium, omissionis per substractum adiutorium. [Non habet vitam æternam in seipso manentem] quia non habet charitatem, ideo nec deum qui est vita æterna. In se manentem, hoc dicitur ad differentiã vitæ naturalis, quæ est vita transiens. Deus autem est vita manens in seipso, & in nobis per gratiam. Licet enim sit in nobis per essentiam, præsentiam, & potentiam: nõ tamen dicitur manere nisi per gratiam. Ioan. 14, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. *Aliquis homicida multipliciter.*

In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo?

Hîc monet diligere efficaciter, tangens duplicem effectum. Primò in impendendo seipsum. Secundò in impendendo sua, ibi, Qui habuerit substãtiam, & cætera. Continuè ita debemus firmiter diligere fratres, vt propter odium mundi desistamus, vt patet exemplo domini, [Quoniam in hoc,] scilicet effectu [Cognouimus,] tanquam in signo certissimo. Ioan. 13, Maiorem hac dilectionem nemo habet, & cętera. [Charitatem dei,] scilicet Christi erga nos, [Quoniam ille pro nobis] indignis, scilicet pro salute nostra spirituali [Animam suam,] id est, vitam suam corporalem [Posuit,] id est, morti exposuit. Ioan. 10, Animam meam pono pro ouibus meis. [Et nos] exemplo eius. 1. Pet. 2, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamur vestigia eius. [Debemus] prælati debito præcepti: quia bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis. Alii debito consilii [Pro fratribus suis] saluandis [Animas ponere,] id est vitam corporalem. 2. Machab. vltim. Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & anima mori pro ciuibus paratus erat. Sed obiicitur contra hoc, Si nos debemus pro fratribus animas ponere, cùm hoc sit perfectionis, videtur quòd omnes tenentur ad opera perfectionis. Respõsio, Quidam dicunt quòd hoc tantùm dictum est prælatis. Alii dicunt quòd ad hoc tenentur omnes in casu, vel quando potest liberari à peccato per te, & non aliter, si hoc dicet tibi cõscientia probabiliter. Vel si probabiliter tibi sit persuasum exponere debes vitam tuam corporalem pro vita spirituali fratris. Plus enim secundum ordinem charitatis tenetur homo diligere animam fratris, quàm corpus suum: licet ad hoc teneantur omnes, tamen differenter. Prælati enim tenentur ex officio. Ioan. 10, Bonus pastor animam suam ponit, &c. Tenentur autem & in casu in quo non tenentur alii. Vt quando imminet periculum toti gregi, periculum inquam fidei, vel morum. Vnde dominus cõque- *An quilibet teneatur animã suam pro fratre ponere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritur de non opponentibus se. Ezech. 13, Non ascendistis ex aduerso, neque oppositistis vos murum pro domo Israel. Prælati verò tenentur pro fratribus animas ponere ex cõmisso, scilicet ex perfectione charitatis quam habent, aut habere debent. quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. De imperfectis verò potest esse dubium quomodo tenentur maximè secundum illam opinionem quæ dicit, quòd minima charitate non possumus resistere quantęcunque tentationi. Responsio, Secundum istam opinionem non tenentur primò, sed secundariò. Tenentur enim facere quod in se est, orando, confitendo peccata, vt possint dare animas pro fratribus. Et si sic faciunt, deus facit quod in se est, id est gratiam augmentat, vt possint dare animas. Et tunc primò & principaliter tenebuntur. Secundum verò aliam opinionem quæ dicit, quantulacunque charitate possumus resistere, quantęcunque tentationi, vtrique tenentur ex commisso, sed differenter. Nam perfectus qui habet perfectam charitatẽ in qua non est timor pœnæ, tenetur esse prõptus ad hoc, & de facili hoc facere, quia perfecta charitas de facili resistit quantæcunque tentationi. Imperfectus verò, & si ad hoc tenetur, non tamen tenetur ita esse promptus. Nam quod facit perfecta charitas de facili, imperfecta de difficili. Videtur autem securius dicendum, quòd soli habentes perfectam charitatem tenentur. Et hoc videtur velle Augustinus, Perfecta enim charitas est, vt paratus sis mori pro fratribus. Et alibi, Si quis tantam habuerit charitatem, vt paratus sit pro fratribus mori, perfecta est in illo charitas. Et hoc insinuat in litera, quia suadet ponendam animam pro fratribus, exemplo Christi. [Qui habuerit.] Glossa Bedæ, Si vel ex temporis opportunitate, vel ex humana infirmitate non contigerit animas ponere, debemus saltem res nostras pro fratribus. Et hoc nutrimentum charitatis, Qui didicit rem suam dare, cùm poterit seipsum deponere. Sed si quis habuerit, ex hoc intelligitur superfluum, quia dicit non qui habet, sed qui habuerit, id est iandiu possederit. Quilibet autem tenetur ad erogationem superflui. [Substantiam huius mundi,] id est, bona temporalia ad sustentationem vitæ præsentis pertinentia. Vnde dicitur substantia, à sustentando, vel substando, quia debent substare & non dominari hominibus, quia debent diligi ad sustentationem, non ad superfluitatem. Dicit autem [Mundi huius,] quia in mundo altero non erunt necessaria hæc, eo quòd corpus erit spirituale, quod nunc est materiale, 1. Corinth. 15. [Et viderit fratrem suum necesitatem habere,] id est, indigentiam in necessariis. Dicitur enim necessarium, eo quòd necesse e essare facit. [Et clauserit viscera eius ab eo,] id est, affectum interiorem non compatiendo & subueniendo, [Quomodo charitas dei,] quæ scilicet à deo infunditur. Et quia deus diligitur, [Manet in eo,] quasi dicat, nullo modo. Non enim potest deus diligi sine proximo, nec econuerso. Charitas enim benigna est, id est larga egenis, vt habetur 1. Corinthiorum 13. Esaiæ 58, Cùm effuderis animam tuam esurienti per compassionem, & animam afflictam repleueris bonis, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, id est annihilabuntur peccata tua, quæ sunt sicut tenebræ.

Soli habentes charitatẽ perfectã tenẽtur animas suas ponere pro fratribus.

Filioli mei, non diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. In hoc cognoscimus quoniam ex ueritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus: & ea quæ sunt placita coram eo facimus.

Hîc monet diligere veraciter multiplici ratione. Prima est imitatio dei. Secũda exauditio à deo, ibi, Charissimi si cor nostrum nos reprehenderit, & cætera. Tertia mandatum dei, ibi, Et hoc est mandatum eius. Quarta, mãsio dei, ibi, Et seruat mãdata eius, &c. Dicit ergo [Filioli.] Glossa, Quia ergo nõ est perfecta charitas in eo, qui non ponit animam suam pro fratribus, vel saltem non dat substãtiam, vt perfectam charitatem habeat. [O filioli mei,] quos scilicet ego per euãgelium genui, vt filioli, quia de nouo conuersi. Et ideo quia adhuc in fide tenelli. [Non diligamus verbo,] scilicet tantùm. Verbo tantùm diligit, qui tantùm promittit, & non soluit. Multi enim ostendunt verbo amorem, sed opere nihil. Prouerbiorum 14, Vbi verba sunt plura, ibi frequenter egestas. [Neque lingua,] multiplici ratione: Aliqui enim simplici affectione: alii repetitis sermonibus affectum suum nolunt ostendere, sed opere, id est exhibitione beneficii. [Et veritate] puræ intentionis. Glossa, Vt simplici intentione beneficia præstemus, non propter iactantiam, nec propter aliquod temporale commodum, sed respectu solius dei. [In hoc.] Glossa, Cùm opera charitatis facimus in veritate. [Cognoscimus] cognitione probabilis coniecturæ, non scientiæ. [Quoniam ex veritate sumus,] per imitationem scilicet. Glossa, Ex deo qui veritas est cùm in eius professionem pro modo nostro imitamur. [Et in conspectu eius suadebimus corda nostra,] esse scilicet, quia deus intuetur cor. 1. Regũ 16, Glossa, Tales cogitationes habere corda nostra suademus, qui diuinis sint digni conspectibus. Psalm. 16, Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, & cætera. Et dicit, suademus, quia cogi non potest. Seneca, Generosus est animus hominis, & facilius ducitur, quàm trahatur. Glossa, Et hoc magnum est per dilectionem. Nam magnum est quod per dilectionem ita mundas habemus cogitationes, quòd deo eas volumus ostendere. [Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum.] Glossa, Si conscientia nostra nos intus accusaret, & vellet latere deum, non posset, quia [Maior est deus corde nostro.] quasi dicat, Melius sciet deus, quàm nos: & ei erit manifestius, quàm nobis. Ad Hebr. 4, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Vnde subdit, [Et nouit omnia.] Vel sic, vt notetur spes veniæ obtinendæ super his quorum est remorsus conscientiæ. Bene, in conspectu eius suademus, quoniam si, id est quanuis, cor nostrum, id est conscientia reprehenderit nos de aliqua culpa, scilicet veniali, non propter hoc mercedem amittimus: quia maior est deus corde, & cætera. Valens hoc mundare ab huiusmodi remorsu & remurmuratione. ¶ Et notandum quòd deus maior est corde nostro, & nihil præter deum maius est corde humano. Et ideo secundum Augustinum, Animam dei capacem nihil minus deo replere potest. [Charissimi si cor nostrum,] id est, conscientia [Non reprehenderit nos] de aliquo mortali. Glossa, Si recti sumus, puram fratrum dilectionem habemus. Vel non reprehenderit nos, in oratione, cùm dicemus, Dimitte nobis debita nostra, & cætera. [Fiduciam habemus ad deum,] id est, confidimus in deo. [Et quicquid petierimus] digna, scilicet petitione. Ioan. 16, Si quid petieritis patrem in nomine meo, & cætera. Glossa, Ex radice charitatis, [Accipiemus ab eo.] Vel illud quod petimus, vel magis expediens. Luc. 11, Omnis qui petit accipit, & qui quærit, inuenit.

[Quoniam mãdata eius,] scilicet dilectionis dei & proximi. Matt. 22, In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. [Custodimus.] Glo. animo. [Et ea quæ sunt placita.] Glos. opera charitatis. [Coram eo.] Glo. in absconditò vbi deus videt, secundum illud Matt. 6, Cùm facis eleemosynam, noli tuba canere, &c. [Facimus,] in exteriori opere, non coram hominibus, vt eis placeamus. Matt. 5, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.

Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis.

Hîc ostendit quæ sunt mandata eius, scilicet fides & dilectio. Et hoc est mandatum primum, & principium, [Vt credamus,] fide operante per dilectionem, [In nomine filii eius,] confitendo & venerando. Filii, inquam, eius, quo ad diuinitatem, [Iesu Christi,] quo ad humanitatem: non quòd aliud sit nomen: quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo, & cætera. Actuum 4, [Et diligamus alterutrum,] hoc est aliud mandatum, id est vnus alterum, [Sicut dedit mandatum nobis.] Ioan. 15, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, & cætera. Glossa, Mãdatum singulari numero præponit, & duo subiungit: quia hæc nequeunt separari. Cõtrà, Fides potest esse informis, ergo potest separari à charitate: ergo illa duo possunt separari. Responsio, Credere in deum est fidei formatæ, non informis: tale deum credere, nunquam separatur à charitate. Hoc autem mandatum docuit Ioan. 14, Creditis in deum & in me credite. Non potest dici quòd loquitur. Gloss. de dilectione dei & proximi, quæ sunt plura præcepta materialiter siue in diuersitate operum, vnum verò formaliter siue in radice charitatis. [Et qui seruat mãdata eius,] scilicet quæ prædicta sunt de fide & dilectione, [In illo manet,] in illo, scilicet deo manet. Glossa, vt in refugio. [Et ipse in eo,] vt in vase mundo, in præsenti & in futuro. Infrà 4, Qui manet in charitate, in deo manet, & cætera. [Et in hoc scimus,] & in hoc Glossa, Si dubitemus an in nobis maneat, & hoc tanquam manifesto, [Scimus,] per fidem, per omnimodam certitudinem. [Quoniam ipse manet in nobis] diligentibus, [De spiritu,] scilicet sancto, id est per spiritum sanctum, [Quem dedit nobis,] id est dona spiritus sancti, quæ dabantur in primitiua ecclesia visibilibus signis, quando loquebantur linguis, & faciebant miracula. Vnde spiritus sanctus descendit super apostolos in signo visibili, Actuum secundo. Descendebat & super credentes baptizatos, Actuum decimo.

Charitas à fide non separatur.

Caput 4.

Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.

Suprà commendauit doctrinam suam, capit. 1. Hortatus est ad eius obseruantiam, cap. 2. & 3. Hîc dissuadet doctrinam contrariam, ostendens primò quibus non est credendum, quia Christum negantibus. Secundò quibus sit credendum, quia Christum confitentibus, capit. vltimo. In prima parte, primò dissuadet hæreticorum fauorem. Secundò suadet catholicorum dilectionem, ibi, Charissimi diligamus inuicem. In prima parte, primò monet hæreticis nõ acquiescere. Secundò docet eos à catholicis discernere, ibi, In hoc cognoscitur spiritus dei. Ponitur autem quadruplex signum. Primum est errores fidei. Secũdum persecutio Christi, ibi, Et hic est Antichristus. Tertium est amor mũdi, ibi, Vos ex deo estis. Quartum cõtemptus apostolicæ doctrinæ, ibi, Nos ex deo sumus. Dicit ergo, [Charissimi,] quasi dicat, An deus maneat in aliquo per spiritum, sed tamen nolite credere: passim & indifferẽter: quia qui citò credit, leuis est corde, Ecclesiast. 30. [Omni spiritui, & cætera.] Glossa, Spiritualiter loquenti, vt eum eligatis ad imitãdum, quia quædam bona communia sunt bonis & malis. Vnde, vt dicit Interlin. Hoc opus, illa gratia spiritussancti, quæ appellatur discretio spirituum. [Vel omni spiritui,] id est homini apertè tantùm, quia spiritus per instrumentum corporis loquitur. [Sed probate,] id est experimento cognoscere tentate. 1. Thessalonic. 5, Omnia probate, quod bonum est, tenete. [Spiritus,] id est spiritualiter loquentes, vel spirituales se ostendentes. [Si ex deo sint.] Gloss. Si secundum deum spirituales sunt. Et quidem spiritus erroris. 1. Thessalon. 4, Attendentes spiritibus erroris, & cætera. Sed quomodo possit, probari cùm requiritur ad hoc donum spiritussancti, scilicet donum discretionis spirituum, quod non datur omnibus, sed solùm spiritualibus. 1. Corinth. 12, Alii datur discretio spirituum. ergo solùm illi possunt probare. Responsio, Possunt probari probatione exteriori, per signum scilicet quod dat dominus. Matt. 7, A fructibus eorum cognoscetis eos. & hoc possunt facere omnes, sed non probatione interiori. [Quoniam multi.] Quoniam, gloss. ideo præmunio vos. Multi, per varios errores diuisi. [Pseudoprophetæ,] id est falsi prophetæ. Glossa, Qui sub obtentu fidei, errores prædicant, & malis exemplis corrumpunt. [Exierunt in medium,] id est qui prius latebant, manifesti sunt. Vnde dicuntur exire per manifestationem de occulto in manifestum: vel aliter, in præsentia in qua latebant ad hominum cognitionem.

In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est. Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo nõ est: & hic est Antichristus de quo audistis, quoniã uenit, & nunc iam in mũdo est.

Hîc ponitur primũ signum, quod est error fidei, qua si quis quæreret quomodo possumus probare. Respondet, [In hoc cognoscitur spiritus dei,] id est esse scilicet deum vel ex deo, & in hoc dico quod sequitur, [Omnis spiritus,] id est spiritualiter loquens, [Qui confitetur.] Gloss. voce & operatione. Hæc est dictio, de, qua dicitur 1. Corinth. 12, Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. [Iesum Christum] dei filium. [In carne venisse,] scilicet de virginis vtero, in mundum. Venit enim in carnem in incarnatione, sed venit in carne in natiuitate: venit in carnem in virginis vtero, sed venit in carne in mundo. [Ex deo est,] Imitatione non propagatione. Sed cõtra hoc obiicitur, quia multi confitentur verbo, sed facto negant, qui tamen non sunt ex deo. Responsio, Confiteri est simul fateri. vnde confitetur, qui nulla parte diffitetur. Si ergo in ore fateris, & opere, corde autem diffiteris, non credis. ideo dicitur, Omnis spiritus, id est, spiritualiter, qui confitetur ore & opere. Rom. 10, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. [Et omnis spiritus,] id est spiritualiter, vel de spiritualibus loquens. [Qui soluit,] id est, diuidit [Ie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum,]vel separãs deitatem ab eo,vt Arrius, vt Apollonius qui ponit diuinitatem pro anima. Vel carnem,vt Manicheus,qui ponit quòd Christus assumpsit phantasticam,& non veram. Vel personæ vnitatem vt Nestorius. Vel fideles qui sunt eius membra à capite scilicet Christo diuisa,vt schismaticus,qui soluit tunicam Christo inconsutilem. Ioan.19.[Ex deo non est,]inquantum huiusmodi,immo ex diabolo. Suprà 3, Qui facit peccatum, ex diabolo est. Et Ioan.8,Vos ex patre diabolo estis. [Et hic] qui scilicet Christum soluit, [Est Antichristus,] id est contrarius Christo. Antichristus est, non in persona, sed in figura,sicut Ioannes, Helias,Matth.12. Antichristus,id est præambulatio Antichristi.[De quo audistis,] Per euangelium, & per prædicationem apostolorum. [Quoniam venit,] id est venturus est immediatè die iudicii. Vnde, Iy venit, non dicit præsens,vt nunc, sed præsens confusum. Vel venit in diuina præuisione, qui tandem veniet in secundo,vel venit in membris suis. Glos. Habitãs in mentibus eorum,qui Christo verbo,& opere repugnãt. Dicit autem,[Et nunc iam,] vt per hoc significetur aduentus instantia. q.d.[Nunc,] quasi instat.2. Thess. 2. Nam ministerium iam operatur iniquitatis.

Vos ex deo estis filioli,& uicistis eum,quoniam maior est qui in uobis est, quàm qui in mundo: ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur,& mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum,audit nos: qui non est ex deo,nõ audit nos. In hoc cognoscimus spiritum ueritatis,& spiritum erroris.

Hîc ponitur tertium signum,quod est amor mundi,dicit sic,Illi non sunt ex deo, [Sed vos filioli ex deo estis]tanquã filii à patre,generatione spirituali,non carnali:imitatione,nõ propagatione. [Et vicistis eum,] scilicet Antichristum in membris suis,scilicet hæreticis. Vel mundum,id est mundi amatores, quales præcipuè erant hæretici.[Quoniam maior est.]Glossa,Non vicistis eum virtute liberi arbitrii,sed quia maior est deus ad protegendum,quàm diabolus ad impugnandum,maior est fortitudine,& potentia. Iob 20, Si fortitudo quæratur,robustissimus est. Rom.9,Voluntati eius quis resistet. Item sapientia. Psalm.146,Sapientiæ eius non est numerus. Item in ipso enim sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi. Colossen. 2,Item bonitate,dicitur Mat.10,Nemo bonus,nisi solus deus. [Qui in vobis,] id est intra vos,scilicet deus, quia solus humano cordi illabitur,vt ait Isidorus. [Quàm qui in mundo,]id est in mundi amatoribus,scilicet diabolus,qui est princeps huius mundi. Ioan.12,Ipsi quasi in hoc cognosci possunt, quia [Ipsi,] scilicet hæretici,vel ipsi antichristi scilicet,[De mundo sunt,] id est de numero eorum,qui terrena sapiunt,quia cæstia ignorant:vt dicit glos. Vnde mundus est eorum patria,& hæreditas,sicut sanctorum cælum. [Ideo de mundo loquuntur,] id est de mundanis. [Loquuntur,]id est docent errorem,persuadendo rationibus mũdanis. Glos. Ratione mundanæ sapientiæ probant,non posse deum hominem fieri,mortuum suscitari,hominem mortalem in cælis habere mansionem,& alia huiusmodi. Ioan.3,Qui de terra est,de terra loquitur. Matth.19,Galileus es:Nam loquela tua te manifestum facit. [Et mundus eos audit.] Mundus,id est mundani homines & carnales. Eos audit,id est doctrinæ eorum obediunt,& sequũtur eos. 2. Pet.2,Multi sequũtur eorum luxurias,per quos via veritatis blasphematur. Glos. Quia spiritualium corda non possunt auertere. [Nos ex deo sumus.]Hîc est quartum signum,scilicet contemptus apostolicæ doctrinæ: ita illi sunt de mundo. Sed qui habemus charitatem,ex deo sumus:quia dei filii & dei nuntii. [Qui nouit deum,] Notitia fidei & approbationis. Non sic illi,de quibus ad Titum 1,Confitentur se nosse deum, factis autem negant. [Audit nos,]Aure obedientiæ,obediendo veritati fidei. Psalm. In auditu auris obediuit mihi. Qui non est ex deo,]Per imitationem & gratiam, sed ex diabolo per culpam. [Non audit nos,]id est nostram prædicationẽ. Ioan.8,Propterea vos nõ auditis,quia ex deo non estis. [In hoc cognoscimus spiritũ veritatis,& spiritum erroris]Quia vt ait glos. Qui audit nos, habet spiritũ veritatis. Qui non audit,habet spiritũ erroris.

Charissimi diligamus nos inuicem,quia charitas ex deo est. Et omnis qui diligit, ex deo natus est,& cognoscit deum. Qui non diligit,nõ nouit deum,quoniam deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis,quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum,ut uiuamus per eum. In hoc est charitas,non quasi nos dilexerimus deum,sed quoniã ipse prior dilexit nos,& misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

Hîc suadet catholicorum dilectionem. Vbi primò hortatur ad charitatem. Secundò ad charitatis perfectionem,ibi, Deum nemo vidit vnquam. Tertiò ad perfectionis manifestationem,ibi,In hoc perfecta charitas. Monet autem ad charitatem inuitans,primò ex dilectionis præconio:secundò ex dilectionis exemplo,ibi,In hoc apparuit charitas,&c. Tertiò ex dilectionis debito,ibi,Charissimi,Si deus dilexit nos,&c. Ponit autem duplex præconium. Primò quia charitas à deo est. Secundò quia charitas deus est, ibi,Qui non diligit. In secunda parte tangit diuinæ dilectionis ad nos duplex exemplum. Primò ex opere. Secundò ex modo operandi,ibi,In hoc est charitas dei. Dicit ergo,[Charissimi.]quasi dicat,Ex deo sumus. O charissimi, fide, spe,mihi iuncti.[Diligamus inuicem,]scilicet vnus alterum. Glossa,Verbo & opere. Rom.12, Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Et hoc debemus, [Quoniam charitas ex deo est,] Vt proprium & spiciale donum eius,in quo dantur omnia bona charitatis,tam increata,id est spirituſſanctus,quàm creata,id est virtus. ¶ Notandum autem quòd charitas creata est à deo infundente. Iacobi 1,Omne datum optimum,& omne donum perfectũ desursum est,&c. Item à deo præcipiente. Ioan.14,Hoc est præceptum meum,vt diligatis inuicẽ,&c. Item exẽplo inducente ad hoc. Infrà eodem,ibi, In hoc apparuit charitas dei in nobis, &c. [Et omnis qui diligit].s.ex charitate,[Ex deo natus est,]per adoptionem gratiæ. Quia secundum Aug. Ipsa est proprium donũ filiorum. Ipsa est quæ diuidit inter filios regni,& filios perditionis. [Et cognoscit deũ,] Notitia familiaritatis vel experimentalis cognitionis,quia necessariò docet eos. Suprà 2. sed econtra, [Qui non diligit,]scilicet deum & proximum ex charitate, [Non nouit deum,] Notitia experimentali. quia bonum huiusmodi cognitione cognosci non potest nisi diligatur: Quia in maliuolam animam non introibit sapientia dei, id est experimentalis cognitio dei. Dicitur enim sapientia quasi sapida scientia. non nouit ergo sapientia experimentali,quantũcunque cognoscat notitia simplici.[Quoniam deus charitas est] increata,ad cuius notitiam non peruenitur,nisi per charitatem creatam, vt tangit Glos. Quia simile suo simili cognoscitur. Et verè charitas deus est. [In hoc enim,]velut certissimo signo,[Apparuit charitas dei in nobis] id est ostensa est erga nos. [Quoniam filium,] Non seruum. Gregorius, Nonne ineffabilis est dilectio cha-

ritatis,vt seruum redimens, filium tradidit? [Suum,]Sibi consubstãtialem,proprium,naturalem, non adoptiuum. [Vnigenitum,] non ex multis vnum. [Misit deus] deus pater,scilicet qui tantus est ad tantillos. [In mundũ,]immo pro mundo saluando. Ioan 3. Non enim misit deus filium suum in mundum,vt iudicet mũdum,sed vt saluetur mundus per ipsum. [Vt viuamus.]Glossa,Prius mortui,[Per eum.]Glossa,Resuscitati, Ephe.2,Propter nimiam charitatem qua dilexit nos,cùm essemus mortui peccatis,conuiuificauit nos,&c. ¶ Et nota quòd tãgit quatuor rationes,quare donum debet esse gratũ & acceptum. Prima est ex parte dãtis,quando ille qui dat,dat ex magno amore & dilectione: vnde aliquando non tãtùm curatur de hoc quod datur,quàm de affectu personæ dãtis. Et certè istud donum datum est nobis ex maxima dilectione seu charitate patris. Hæc ratio notatur,cùm dicitur, In hoc apparuit charitas dei,&c. Secũda ratio est ex parte dati,siue missi. Quando illud quod datur,est magnum & pretiosum,debet esse multũ gratum & acceptum,& placitum. Et certè istud fuit maximum quod notatur,cùm dicitur, Filium suũ vnigenitum. Tertia ratio est ex parte recipientis,quando ille cui datur donum, multũ indiget eo. Et certè multùm indigebamus tali dono,quòd, scilicet nos resuscitaret,quia mortui eramus,quod notatur, cùm dicitur, Vt viuamus per eum. Quarta ratio est ex parte deferentis illud donum. Aliquando enim propter gratiam personæ deferentis illud donum, vt pulchræ placet puellæ deferre donum. Et ita ob pulchritudinem & gratiam virginis deferentis debet istud donum nobis esse acceptum,quod intelligitur, cùm dicitur,Misit deus filium suum. Constat autem quòd misit per virginem. Galat.4,Misit deus filium suum natũ de mu liere,&c. [In hoc,]id est in hac missione. [Est charitas]manifesta:tunc enim dicitur res fieri,vt ait Augustinus,quando innotescit. [Non quasi nos dilexerimus deum,]ante filii missionem, & sic eum mitti meruerimus. Rom.8,Cùm inimici essemus,reconciliati sumus deo per mortem filii eius. [Quoniam ipse,] scilicet deus,[Prior dilexit nos,] prædestinando, vocando. iustificando. Et in hoc ostenditur gratuita eius dilectio. Et quòd non est mercenaria, quia amantem amare naturæ est. Amare autem non amantem,gratiæ est. [Et misit filium suum]in experimento dilectionis. [Propitiationem,]id est hostiam,vt deus pater nobis redderetur propitius. [Pro peccatis nostris]tollendis. Glos. destruendis. Alia litera habet,propitiatorem,id est sacrificatorem. Ro.3, Neque quem proponit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Vnde significatur per propitiatorium de auro mundissimo quod erat super arcam domini, id est super vniuersalem ecclesiam. Ex quo propitiatur dominus,Exod.25.

Quatuor sunt quib⁹ donum efficitur gratũ.

Charissimi,si deus dilexit nos,& nos debemus alterutrum diligere. Deũ nemo uidit unquã. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet,& charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus,quoniam in eo manemus,& ipse in nobis: quoniam de spiritu sancto suo dedit nobis. Et nos uidimus & testificamur,quoniam pater misit filium suum saluatorem mũdi. Quisquis cõfessus fuerit,quoniam Iesus est filius dei,deus in eo manet,& ipse in deo. Et nos cognouimus & credimus charitati quam habet deus in nobis. Deus charitas est,& qui manet in charitate,in deo manet,& deus in eo.

Hîc inuitat nos ad dilectionem ex dilectionis debito. Si sic deus dilexit nos,vt patet ex præmissis,tantus tantillos,creator creaturam,iustus iniustos. Iob 7,Quid est homo,quia magnificas eum,aut quid apponis, &c. Et nos qui sumus fratres & pares,& non conformes, [Debemus inuicem diligere] exemplo eius. Ioan. 13,Exemplum dedi vobis,&c. Et ad Ephes.5,Estote imitatores dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione,sicut & Christus dilexit nos. Glos. Sicut deus nõ expectauit,vt eũ diligeremus : sic nos nõ expectemus,vt alii nos diligant,sed prius diligamus. Nota alibi multiplicem rationem, quare inuicem nos diligere debemus. [Deum nemo vidit vnquam,]visione scilicet corporali. Hîc hortatur ad charitatis perfectionem quam faciunt duo. Primò mansio dei in affectu per nimiam dilectionem. Secundò mansio dei in intellectu per Christi fidem & confessionem,ibi, Quisquis confessus fuerit. In prima parte,primò dei mansio ostenditur. Secundò per quod mansio cognoscitur,ibi, In hoc cognoscimus. Tertiò per quid probatur,ibi, Et nos vidimus. Dicit ergo,[Deum,] quasi dicat, Debemus nos inuicem diligere & deũ,quia si diligimus, licet nõ eum videamus,tamen eum habebimus. [Deum]in essentia propria,non creatura sua. Sic enim vidit Iacob Genesis 22,Vidi dominum facie ad faciem,&c. Et Esaiæ 6,Vidi dominum sedentem. &c. [Nemo,] nullus homo vtẽs sensu corporeo. Exod.23,Non videbit me homo & viuet,Vidit tamen Paulus extra sensus corporis raptus,2. Corint.12. [Vidit]inquam visione,scilicet corporali,vel visione aperta intellectuali: licet aliquatenus hîc videatur per fidem,in futuro autem per spem. 1. Corint.13. Videmus nunc per speculum, & in ænigmate,&c. [Si diligamus inuicem]quasi dicat licet videri nõposit in præsenti, tamen [Si diligamus inuicem]ex charitate. glo. Sincera charitate non remissa & desidiosa. [Deus in nobis manet]per gratiam in habitantem:manet enim sicut in templo suo. 1. Corinth.3, Templum dei sanctum,& cætera. Glos. Manet enim inspiciendo bona aspectu approbationis non solùm notitiæ simplicis. [Et charitas eius,] qua scilicet eum diligimus. [In nobis perfecta est,]Perfectione suffitientiæ,& tendit ad perfectionem excellẽtiæ. Tunc enim est charitas dei perfecta in nobis,quando eum diligimus non solùm in se,sed & in sua imagine. Glos. Incipis diligere, incipit deus in te esse: cresce in dilectione, & amplius habitando in te faciet te perfectum vt eum diligas,& etiam inimicum:sicut & ipse inimicos dilexit. [In hoc cognoscimus] Glossa, Quòd deus in nobis manet tali experimento probamus, in hoc scilicet si dilectionem habeamus. [Cognoscimus,]inquam cognitione coniecturæ probabilis non omnimodæ certitudinis, secũdum illud Iob 19, Si venerit ad me, non videbo eum. [Quoniam in eo manemus] per charitatem qua deum diligimus. [Et ipse in nobis] per charitatẽ qua deus nos diligit. Infrà eodem, Qui manet in charitate in deo manet,& deus in eo. [Quoniam de spiritu sancto suo] ab ipso, scilicet procedente, [Dedit nobis,] Vel donatione visibili,vt fiebat in primitiua ecclesia, Actuum 2. Vel inuisibili, per gratiam. Rom.5, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum,& cætera. ¶ Et notandum quòd non dicit,spiritũ,sed de spiritu,quia ipse datus est spiritus totaliter. Ioan.3, Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Nobis verò particulariter non secundum se,qui est impartilis,sed secundum dona. 1. Corinth.12, Diuisiones gratiarum sunt,idem autem spiritus. Ipse autem spiritus testimonium reddit spiritui nostro,quòd sumus filii dei. Rom.8, Et sic per ipsum cognoscimus,quòd deus manet in nobis. Et nos in ipso. August. Inuicem in se habitant,qui continet,& qui

Nemo deũ in via uidere potest.

Spirituſſanctus totus fuit in Christo,in nobis per partes.

continetur:habitas in deo,sed vt contineris: habitat in te,sed vt contineat ne cadas. non cadet quem deus continet. Psalm. 117, Impulsus euersus sum,vt caderem,&c. [Et nos vidimus.] Glossa,Per hoc probamus q̃ spiritu suo dedit nobis.[Quia vidimus.]Glo.Per confortantem spiritũ nouimus & testificamur.Hæc autem,vt dicit Glossa,non faciunt hi qui spiritũ non acceperunt,hæc.s.vidimus,[Et testificamur quoniã pater misit filium suum.] Glossa, Ad cognitionem hominum.s. in carnem visibilẽ.[Saluatorem mundi,]per passionẽ:Tãdem mittet eum,vt iudicem. Glo.Modo saluatorẽ,quãdoq; iudicem.Io.3,Nõ enim misit deus filiũ suum,vt iudicet mundum,&c.Bed.Tantùm meminerit quisque quòd idem filius dei,qui venit vt mitis saluaret,venturus est,vt districtius iudicet.[Quisquis confessus fuerit]Glos.Non solùm in nobis deus manet, sed etiam in omnibus qui confitentur eum. Quisquis,inquam,confessus fuerit.Hic agit de missione intellectus:vbi primò ostendit deum manere in corde credentium: secundò ostendit eos esse de numero illorum, ibi,Et nos cognouimus.Tertiò innuit in eis deum manere,ibi,Deus charitas est.Quisquis,inquam,confessus,confessione scilicet perfecta cordis,oris,operis,non solius vocis.Ad Titum 1,Confitentur se nosse deũ, factis autem negant.[Quoniam Iesus est filius dei.]Identitate personæ, scilicet quòd eadem est persona,in vtraque natura, & idem est filius dei & filius hominis. [Deus in eo manet,] vt in templo suo.1.Corinth.3, Templum dei estis vos. [Et ipse in deo,] vt in refugio . Psalm. 88 ,Domine refugium factus es nobis. [Et nos cognouimus] hoc scilicet quòd Christus est filius dei.[Et credimus charitati, id est affectui charitatis, scilicet missioni filii in mũdum,quæ fuit ex maxima charitate.Ioan.3,Sic deus dilexit mundũ,&c.[Quam] charitatem deus pater [Habet in nobis,]id est ad nos,filium suũ nobis dando.Ro.8, Qui proprio filio suo non pepercit,&c.[Deus charitas est,] quasi dicat,Patet quòd ipse habet charitatẽ ad nos:quia & ipse deus charitas est.Idem,vt ait glossa.supra dixit,vt amplius commendet,& vt alium effectum charitatis adiungat. supra dixerat,per charitatem factum esse primũ aduentum filii in mundum ad salutem mundi.Hic per eandem charitatem annuntiat salutem fidelium,in secundo aduentu in die iudicii.Deus,inquit,charitas est:hoc antonomaticè dicitur propter magnitudinem charitatis. Ad Ephes.2,Propter nimia charitatem suam,qua dilexit nos,&c.Secundum August.dicitur hoc per essentiã,non per causam.Per hoc enim quod dicit Ioannes,Deus charitas est, simpliciter, non autem in ea,vult Augustinus, quòd charitas essentialiter sit deus,& quod air,ex deo est,vult August. quòd charitas est deus ex deo. Per hoc autem quod addit , Quòd charitas in deo nos manere facit.Et supra dixerat quòd per spiritum quem dedit, cognoscimus,quòd in ipso manemus:vult quòd charitas,quæ est deus,ex deo faciens nos manere in deo,est spiritus sanctus.Hic opinatus est magister Petrus Lombardus,quòd charitas,qua nos deus diligit,& nos deum diligimus, nõ esse aliud quàm spiritus sanctus.Sciẽdum quod charitas qua deum diligimus,duplex est.Vel qua elicitiuè & formaliter, hoc est habitus creatus:vel qua effectiuè & exemplariter hoc est spiritus sanctus,[Et qui manet] perseueranter, [In charitate,in deo manet,]vt ab ipso contineatur,secundum glossam.[Et deus in eo,]vt ipsum contineat,secundũ glos.Vicissim enim in se manent,qui continet,& qui continetur.Bernardus,Deus charitas est:Quid ergo charitate melius?Et qui manet in charitate,in deo manet.Quid ergo charitate securius, & deus in eo. Quid ergo charitate iocundius.Ex hoc enim quod dicit,Qui manet in charitate,in deo manet,videtur cõtinuari opinio magistri Petri:sed intelligendum est de charitate infusa,qui enim manet in ea, manet in deo. Est enim talis naturæ,quòd non potest esse,nisi ad præsentiam suę causæ,scilicet dei influentis,sicut lumen in aere non potest esse nisi ad præsentiam influentiæ solis. Item per charitatem eius infusam sumus membra eius: & ideo sumus in illo tanquam membra in corpore.1. Corinth. 12, Vos autem estis corpus Christi,& membra de membro.

Deus charitas dicitur antonomaticè.

Error Petri Lombardi reprobatur.

In hoc perfecta est charitas dei nobiscum,ut fiduciam habeamus in die iudicij,quia sicut ille est,& nos sumus in hoc mundo.Timor nõ est in charitate,sed perfecta charitas foras mittit timorem,quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet,non est perfectus in charitate.Nos ergo diligamus deum:quoniam deus prior dilexit nos.Si quis dixerit, quoniam diligo deum & fratrem suum oderit:mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt:deum quem nõ videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à deo:vt qui diligit deum,diligat & fratrem suum.

Hic hortatur ad perfectionis manifestationem : primò ex parte diligentis : secundò ex parte diligendorum,ibi,Nos ergo diligimus.Ex parte diligentis dupliciter: primò per spei securitatem. secundò per timoris pœnalis exclusionem,ibi,Timor non est in charitate.Ex parte diligendorum per dilectionem dei & proximi, non alterius tantùm. Vbi primò ostendit quòd diligendus est deus : secundò quòd non potest diligi deus,nisi diligatur proximus,ibi,Si quis dixerit, quoniam.Tertiò quòd de vtroque diligendo mãdatum habemus,ibi,Et hoc mãdatum.Dicit ergo,[In hoc,] quasi dicat,An aliquis perfectus sit in charitate, per hoc signum probare potest secundum Glossam . [In hoc perfecta est,] id est perfecta esse ostenditur.Tunc enim dicitur res fieri , quando innotescit, secundum Augustinum. Et loquitur de perfectione , non solùm sufficientiæ,sed & excellentiæ.[Charitas,] inquam,[Nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicii,] non timorem . Glossa, Vt non timeatis apparere in die iudicii . Et alia glossa , Per hoc ostendimur perfectè diligere deum , si non timeamus aduentum iudicis. Qui timet , non est perfectus in charitate.Talis erat qui dicebat,Quando veniam, & apparebo ante faciem domini. Ad Philippenses 2, Cupio dissolui & esse cum Christo. Augustinus,Non est perfecta charitas, nisi cùm cœperit dies domini desiderari. Contrà, Amos 5, Væ desiderantibus diem domini, & cætera . Responsio , Est desiderare ex præsumptione , & istud desiderium est detestabile . Et est desiderare ex charitate , vt faciunt qui desiderant amplexus sponsi indissolubiles:& hoc commendabile seu laudabile.Psalm.41, Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum,& cætera.Vt habeamus,inquam,fiduciã,& cætera.[Quia sicut ille est]charitate plenus,sanctus & iustus, ita [Et nos sumus,]vt dicit glossa interlinearis,Sicut non æqualitatem,sed quandã similitudinem,dicit.[In hoc mundo,] quod difficile est.Glossa,Per huiusmodi fiduciam,imitamur perfectionem dilectionis eius in mundo amãdo amicos & inimicos,sicut ille pluit super iustos & iniustos,in cælo,id est de cælo.[Timor non est in charitate.] Timor, inquit, quasi dicat, verè in hoc,scilicet amando amicos , & inimicos , perfecta est charitas. Nam timor non est in charitate,scilicet seruilis,& cæt. ¶Notandum quòd quadruplex est timor, vnus est seruilis,

seruilis qui est solius gehennæ,alius initialis qui est timor gehennæ, & offensæ diuinæ. Alius est filialis, qui est timor solius offensæ diuinæ.Quartus est reuerentiæ,qui est solius reuerentiæ maiestatis diuinæ, qui resilit in suam propriam paruitatem . Primus non est in charitate,sed præparat ei locum , & eam tandem introducit sicut seta,vel acus filum,vt dicit Augustinus. Secundus non est in perfecta charitate,de qua loquitur hîc secundum glossam.Tertius maior est in magis perfectis,quia magis perfecta charitate viæ,sed nõ patriæ. Quartus manet cum charitate perfecta patriæ,de qua Psal.18,Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. [Sed perfecta charitas]perfectione excellentiæ non solùm sufficientiæ[Foras mittit timorẽ] gehennæ,scilicet initialem.Aliud est enim timere deum ne te in gehennam mittat,aliud ne te deserat,vt ait Augustinus [Quoniam timor] huiusmodi gehennæ [Pœnam habet] tormentum conscientiæ.Glos.Torquet cor conscientia peccatorem cùm nondum facta est iustificatio,scilicet perfecta & integra [Quiautem timet] supplicium gehennæ,vel qui timet timore dominante,secundum Augustinum.Vel qui timet aliquã pœnam,vel periculum temporale,vel separari à deo [Non est perfectus in charitate] perfectione superabũdantiæ,licet sit perfectus perfectione sufficientiæ.Perfectus erat ille qui dicebat Roma.8, Quis nos separabit â charitate Christi,an tribulatio,an angustia,an persecutio,an fames,&c. ¶Sed cõtra hoc obiicitur de Christo qui timuit,Mat.26,Cœpit Iesus pauere & timere.Viri etiam sancti timent iudicium.Iob 21,Quando recordatus fuero pertimesco.Iterum Hieronymus,Prudenter timetur quicquid accidere potest.Respõsio,Loquitur de timore initiali non naturali. Christus verò timuit timore naturali. Quod obiicitur de sanctis.Responsio,Timor est offensæ non gehennæ [Nos ergo] quasi dicat,vt perfecti simus nos qui in deum credimus [Diligamus deum] dilectione perfecta non imperfecta , quæ sit cum timore . Et hoc debemus [Quoniam] ipse [Deus prior dilexit nos] quàm nos ipsum.Nam,scilicet adhuc inimici eramus, Roma.5. Augustinus,Prior dilexit nos,& dedit nobis diligere:dilexit impios,vt faceret pios.Dilexit iniustos,vt faceret iustos,dilexit ægros vt faceret sanos.Idem etiam Augustinus dicit,Anima fœda per iniquitatem amando deum,pulchra efficitur.Pulchri erimus amando deum qui semper est pulcher,quantum in te crescit amor,tantum in te crescit pulchritudo,quia ipsa charitas est animæ pulchritudo[Si quis dixerit,]quasi dicat,An diligamus deum,sic cognosci potest[Si quis dixerit quia diligo deum]quilibet enim interrogetur, vt ait Gregorius,prompta mente respondet,diligo[Et fratrem suum odit,]qui est dei imago[Mendax est] & verbo & facto.Verbo quidem quia dicit se diligere,vnde quod dicit verbo dissonat corde.Si enim diligit deum,habet conformem charitatis voluntatem cum deo.Sed voluntas dei est,vt diligat proximũ . Cũ ergo non diligat proximum,mendax est dicendo se diligere deum.Item mendax est facto , quia odit , vnde implicatur contradictio,& talis mendax est.Et verè mendax est[Qui enim non diligit fratrem suum quẽ videt]vnde plenius & facilius cognoscit eum[Deum quem non videt.] Et ideo minus cognoscit [Quomodo potest diligere]inuisa quippe,vt ait Augustinus,diligere possumus,incognita nequaquam.Ratio ergo talis est,plus diligitur bonũ visum,quàm non visum.Si ergo frater visus non diligitur, quomodo deus non visus diligitur?Glo.Frater tuus imago dei est.Si non diligis imaginem,nec eum diligis cuius imago est.Et hoc,ne quis audeat dicere,Diligere possumus deum,etiam si non diligamus fratrem,addit [Et hoc mandatum habemus à deo[De vtroque enim mãdatum est.Vnde Mat.22,Hoc maximum & primum mãdatum,secundum est simile huic[Vt qui diligit deum]propter se [Diligat & fratrem suum] propter deũ. Duo enim sunt mandata charitatis,scilicet dei,& proximi.Nec potest vnus diligi absque altero.Augustin. Quis est qui dicat,Diligo Imperatorem,sed odit leges suas?Imperatoris enim nostri dei lex est,Mandatum nouum do vobis,&c.Ioan.15.

Quadruplex est timor.

Christus timorem habuit naturalem non initialem.

Mẽdax est qui nõ diligit proximum.

Caput 5:

OMnis qui credit quoniam Iesus est Christus,ex deo natus est.Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eum qui natus est ex eo.In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei cùm deũ diligamus,& mãdata eius faciamus.Hæc enim est charitas dei,ut mandata eius custodiamus,& mandata eius grauia non sunt.

Hîc ostendit quibus credendum,quia Christum confitentibus,allegans primò fidei efficaciam & virtutem.Secundò veritatis attestationem,ibi,Spiritus est qui testificatur.Tertiò,credentium vtilitatẽ,ibi, Hæc scribo vobis.Huius autem efficaciam & virtutem ostendit.Primò respectu dei,secundò respectu mundi, ibi,Quoniam omne quod natum est.Respectu dei,tripliciter.Primò,quia facit natum dei.Secũdò,quia facit diligere natos dei,ibi,Omnis qui diligit eũ.Tertiò,quia facit seruare mãdata dei,ibi,Hoc est enim charitas dei.Dicit ergo[Omnis,&c.]Glo.Verè qui diligit deum diligit fratrem suum.Nam & qui diligit genitorem,diligit & genitum[Omnis,]scilicet secundum triplicem statum fidei,videlicet,incipientis,proficientis,& perfectæ[Qui credit]inquam fide formata non informi.Glos.Credit qui sic viuit quomodo Christus præcepit.qualiter & dæmones non credũt,Iacobi 2.[Quoniã Iesus est Christus]Messias,scilicet in lege promissus[Ex deo natus est]natiuitate, scilicet spirituali per fidem,non carnali per carnalem . Ioan.1, Dedit eis potestatem filios dei fieri.Et talis diligendus est,quia[Et omnisqui diligit eum qui genuit,diligit & eum qui natus est ex eo]Hoc exponit dupliciter,vel de generatione æterna,vel temporali . De æterna sic,Qui diligit eum,scilicet patrem qui genuit filium æternaliter,diligit eum qui natus est ex eo.i. filium æternaliter à patre genitum.Sed qui diligit filium,diligit membra eius.Ergo qui diligit deum patrem, & filium naturalem,diligit & membra filii,scilicet filios adoptionis.Ergo fides quæ facit membra dei siue filios,facit diligendos.De temporali sic,Omnis qui diligit eum qui genuit,per fidem.s. de qua generatione dicitur Iacob.1,Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Diligit eum qui natus est ex eo,scilicet in fide,& sic iterum nasci ex fide facit diligere deum.Isto duplici modo legit Glos.Augusti.[In hoc,&c.]q.d.Quis autẽ verè diligit?In hoc,scilicet affectu,vel signo[Cognoscimus,]idest,cognoscere possumus[Quoniam diligimus natos dei]scilicet fratres nostros qui sunt nati ex deo per fidem[Cùm]deum patrem eorum[Diligamus]affectu.Matt.22,Diliges dominum deum tuũ , &c.[Et mandata eius faciamus]in effectu.Ioan.15,Si quis diligit me,sermonem meum seruabit.Hoc est secundum Glos.Ideo hoc cõiungo vt diligamus,& mã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

data eius faciamus,quia aliter nõ est dilectio.Greg.Probatio enim dilectionis exhibitio est operis[Hæc est enim].i.esse ostenditur[Charitas dei.]i.qua deus diligitur.Io.15,Si diligitis me mãdata mea seruate. Glosſ. Non diligit regem qui eius negligit legẽ,ex amore enim regis,eius lex debet impleri.Vel sic[Hæc est charitas dei].i.talis efficacię in nobis[Vt mandata eius custodiamus.]i.quod facit nos custodire dei præcepta [Et mãdata eius grauia non sunt.]i.difficilia.Et ideo vt dicit Glo.libẽter custodiẽda sunt.Mat.11,Iugũ enim meũ suaue est.&c.Glos. Quæ natura sunt dura & aspera,amor dei & spes præmii facit leuia.Si quis grauia ea esse dicat,infirmitatẽ suã accusat, quia forti sunt leuia.Ideo reputat ea minima.Mat.5,Qui soluerit vnũ de mandatis istis minimis,&c.Vel grauia nõ sunt.i.põderosa & deprimentia.Glosſ.non trahunt deorsum vt talentum plumbi,&c.Zacha.5,Sursum peruehit,& excelsos facit custodia mandatorum.

Mandata dei leuia.

Quoniã omne quod natũ est ex deo,uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uincit mundũ,fides nostra. Quis est autem qui uincit mundum,nisi qui credit,quoniam Iesus est filius dei? Hic est qui uenit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solùm:sed in aqua & sanguine.Et spiritus est qui testificatur,quoniã Christus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo,pater,uerbum,& spirituſsanctus,& hi tres unum sunt.Et tres sunt qui testimonium dant in terra,spiritus,aqua,& sanguis: & hi tres unum sunt.

Hic ostendit efficaciam huiusmodi fidei,& virtutem respectu mũdi,ostẽdens primò,q̃ per fidẽ mundus vincitur.Secũdò per quã fidem vincitur,quia diuinitatis Christi,ibi,Quis est aũt qui vincit.Et humanitatis,ibi,Hic est enim qui venit per aquam.Dicit ergo[Quoniã omne.]i.omnis vir vel mulier.Neutrũ tamẽ ponit,quia in generatione spirituali distinctio sexus nihil facit.Ad Gal.4,In Christo Iesu nõ est masculus neque fœmina[Quod natũ est ex deo]natiuitate spirituali per fidẽ & charitatẽ.Glo.Nascitur ex deo qui diligit deũ & proximũ[Vincit mundũ]Glo.Contẽnit blãdimenta,vel aduersitates seculi.i.mundi prospera & aduersa,& ipsam mortẽ corporis,& quæ sursum sunt quærit.Io.15,Cõfidite(ait filius)quoniã ego vici mundũ[Et hęc est]Glo.ne quis sua virtute cõfidat se posse vincere mundũ,subdit[Hæc est]Glo. demõstratiuè quasi digito ostẽdit,fidẽ tanquã cõsistentẽ & permanentẽ,secundũ illud.Ad Heb.11,Est aũt fides substantia sperandarũ rerum,&c.[Victoria]causaliter virtus efficiens.Victoria,inquit[Quæ vincit mundum fides nostra]Ad Heb.12,Sancti per fidẽ vicerunt regna,&c.Glo.Illa fides quæ per dilectionẽ operatur,Gal.5.non fides hæreticorum aut peccatorũ.Sed obiicitur de hoc quod dicit, Omne quod natũ est ex deo vincit mundum.quia iste imperfectus natus,natus est ex deo,non tamen vincit mundum:quia vincere mundum est abrenuntiare mundo quod perfectorum est.Responsio,Vincere mundum dupliciter dicitur,Subiiciendo vel abstinendo,siue abiiciendo.Primo modo vincunt imperfecti,secundo modo perfecti [Quis est autem]Determinat quæ fides vincit mundũ,quia fides Christi[Qui vincit mũdum]Mundi prospera & aduersa contemnendo[Nisi qui credit]fide formata[Quoniã Iesus est filius dei] scilicet naturalis, coæternus,consubstantialis patri.q.d.Quis est qui vincit mundum nisi is qui habet fidẽ de diuinitate Christi?Mundus enim quasi duplici manu pugnat contra nos,scilicet dextera prosperitatis,per prospera nos alliciendo. Et siniſtra aduersitatis nos per aduersa terrendo. Et certè qui bene crederet Christũ esse filium dei,de facili vinceret mundi prospera & aduersa,Si enim Christus est filius dei, ergo summè bonus: ergo in ipso non fuit defectus veri boni,nec præsentia veri mali.Cùm ergo temporalis prosperitas in ipso defuerit,& aduersitas affuerit:restat q̃ temporalis prosperitas nõ est verè bona,& ita non est appetẽda, nec aduersitas est verè mala,& ita non est timenda.Augu.Omnia bona terrena cõtempsit homo Christus,vt cõtemnenda monstraret,& omnia mala terrena sustinuit quæ sustinenda præcipiebat,vt nec in illis quæreretur fœlicitas,nec in istis timeretur infœlicitas.Vnde ad Heb.11,Fide grãdis effectus Moyses,negauit se esse filium filiæ Pharaonis,&c.[Hic est qui venit]Glos.Et quia sola fides diuinitatis nõ sufficit,addit de humanitate[Hic est Iesus Christus]Iesus nomen proprium,Christus,nomen appellatiuum[Qui venit]qui erat æternus apud patrẽ,venit ad homines,sicut dicit Glossa,ad salutẽ & peccatorum remissionẽ[Per aquam] Glo,Baptismi[Et sanguinem]Glo.passionis.In aqua venit,vt vim regeneratiuam ex contactu suæ mundissimæ carnis aquis conferret,& sic baptisma consecraret in sanguine,& nos redimeret. Et significatum fuit Io.19,vbi dicitur,Vnus militum lancea latus eius aperuit,& continuò exiuit sanguis & aqua [Iesus.]i. saluator,Christus,id est.vnctus[Non in aqua]baptismatis[Solùm]ad abluẽdum[Sed in aqua & sanguine] In aqua baptismatis ad abluendũ,& sanguine passionis ad redimendum.Aqua enim solùm non lauaret nisi à sanguine virtutem haberet[Et ipse est qui testificatur.]Hìc allegat veritatis attestationem,allegãs primò testium sufficientiam & idoneitatem.Secundò,testimoniorum receptibilitatem,ibi,Si testimoniũ hominum,&c.Testium inquam sufficientiam & idoneitatem.Primò allegat de diuinitate & humanitate : secundò specialiter de diuinitate,ibi,Tres sunt qui testimonium dant in cælo.Tertiò,specialiter de humanitate,ibi,Et hi tres vnum sunt.Dicit ergo[Et spiritus est]Glo.licet secundum hominẽ sit passio,tamẽ [Spiritus est qui testificatur]vel Spirituſsanctus qui visus est super eũ in specie columbæ.Luc.3.Vel spiritus.i. doctor spiritualis,vtroque modo]exponit Glo.[Quoniam Christus est veritas,]id est,verè in duabus naturis,id est,habens veritatem in vtraque natura non apparentiam siue existentiam, quod esset si haberet carnem phantasticam,& corpus phantasticum sicut posuit Manichæus.Io.14,Ego sum via,veritas & vita.Hoc testimonium perhibuit eis Spirituſsanctus.Mat.3.& Luc.3,Quando descendit super eum.Et Ioã. 1,Quando descendit super baptizatum,& in specie columbæ requieuit,&c.Idem,Super quem videris spiritum descendentem super eum,hic est qui baptizat[Quoniam tres sunt,&c.]Glo.Per hoc apparet quòd Christus est veritas.i.verus deus,& verus homo,quia de vtroque certum habemus testimonium. Quoniã tres sunt personæ scilicet. Quærebãt enim olim hæretici,qui tres?Et responsum est eis,Tres personę,vt dicit Aug.Non vt illud diceretur,sed ne omnino taceretur[Qui testimonium]de veritate Christi, secundũ Glosſ.[Dant in cælo]vel materiali.quia ibi magis relucent opera trinitatis.Vnde ibi per quandam appropriationem dicitur esse deus.Psalm.Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis . Vel spirituali, scilicet anima facta ad similitudinẽ eius.Esaiæ vlti.Cælum mihi sedes est,vel in cælo,id est,de cælo.Quia vox patris de cælo audita est,Tu es filius meus dilectus,&c.Et spiritus apparuit de cælo.Luc.tertio, Apertum est

Vincere mũdum cõtingit duplici ter.

Viraq; manu pugnat in nos hostis animæ.

cælum,& descendit spirituſsanctus corporali specie. Ipsum etiam verbum de cælo missum est.Psalm.Asumo cælo egressio eius.[Pater.]Glos.Pater dedit testimoniũ deitatis Christo, cùm dixit, Hic est filius meus dilectus,Luc.3.[Verbũ].i.filius.Glo.Ipse filius dedit testimonium,quãdo in monte transfiguratus personã deitatis,& speciem æternæ beatitudinis ostendit,Luc.9.[Et spirituſsanctus.]Glossa,Spiritus dedit testimonium quando super Christum baptizatum in specie columbæ requieuit,Lucæ 3.Vel quando ad innocationem nominis Christi corda credentium repleuit,Act.1.Item pater dat testimonium quòd erat deus,dans ei potestatem faciendi miracula:Filius dans sapientiam docendi vtilia:Spirituſsanctus dans bonitatem perfectam,& operandi meritoria:[Et hi tres vnum sunt,]in testimonium.Et ideo magis eis credendum. Glossa, de eadem re testantes.Vel vnum sunt in essentia,quia vnus deus,quod figuratum fuit Genes.23,vbi legitur quòd Abraham tres vidit,& vnum adorauit.[Et tres sunt,]scilicet testes,[Qui testimoniũ,]de humanitate Christi,secũdum Glos.[Dant in terra,]ad literã,hoc est in hac inferiori parte mũdi.Vel in terra.i.de humanitate,quæ est terra ratione carnis.Et ponitur pars humanitatis pro toto.Vel in terra.i.in terrenis humanitatem Christi confitentibus. ¶ Et notandum q̃ vbi est testimonium de diuinitate, dicitur in cælo.Vbi autem de humanitate dicitur in terra:quod valde congruit vt de cælo detur testimonium de diuinitate:de terra autem testimonium de humanitate.[Spiritus.]Glos.anima humana quam emisit in passione.Luc.23,Pater,in manus tuas,&c. [Aqua,] quæ fluxit de latere,Ioan.19. [Et sanguis,]qui similiter fluxit de latere iam mortui, Ioan. 19.Vel de toto corpore vlentis gutta sanguinis perfluens, Luc.22.Vel sanguis quem effudit in circuncisione,Luc.2.Item in oratione,Lucæ 22.Item in flagellatione,& in cruce, Matth.27.& Ioan.19. Vel aqua in cunabulis ab eo emissa præ fletu.Sapien.7, Primam vocem similem omnibus emisi plorans.Item in suscitatione Lazari,Ioan.11.Item in ascensu ad Hierusalem.Item in cruce,Ad Hebr.6, Cum clamore valido & lachrymis exauditus,&c.

Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est, Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est, quoniam testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum,quia non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo.

Hic allegat testimoniorum receptibilitatem,ponens primò testimonium de filio naturali.Secundò testimonium de filiis adoptiuis, ibi, Et hoc est testimonium.Testimonium de filio naturali ostendit esse receptibilem : primò ex parte testificantis : secundò,ex parte rei testificatæ,ibi,Quoniam hoc est testimonium dei:tertiò, ex parte suscipientis, ibi,Qui credit in filium dei:quartò,ex parte recusantis, ibi,Qui non credit. Dicit ergo,[Si testimonium hominum,]Glo.quasi ista certa testimonia debemus accipere.Quia si testimonium hominum[Accipimus,]mentiri scilicet possunt.Et dicit hominum in plurali.Quia Deutero.19.dicitur,In ore duorum vel trium stabit omne verbum.Vel sic, Si testimoniũ hominum,id est prophetarum qui de Christo testificati sunt,[Accipimus,]id est acceptamus & recipimus[Testimoniũ dei maius est.]Et ideo magis accipiendum.Est enim deus verax,omnis homo mendax:vt habetur Rom.3.Glos. Si creditis hominibus prænuntiantibus Christum venturum esse, credite & patri testificanti venisse. Magnum quippe fuit testimonium Dauid,vt ait Glossa,dicentis,Dicit dominus domino meo,sede à dextris meis. Magnum testimonium præcursoris,qui ait Matt.3,Ego baptizo vos aqua,ille baptizabit vos spiritu sancto. Sed maius testimonium patris,qui ipsum visibiliter misit.Et verè maius,& ideo melius accipiendum, [Quoniã hoc est testimoniũ dei quod maius est,]Testimonio hominu,quia non est deus sicut homo,vt mentiatur: vt habetur Numer.23.[Quia testificatus est de filio suo] naturali.s.Christo, q̃ est filius eius, dicendo in baptismo, Hic est filius meus dilectus,&c.Luc.3,Et in trãsfiguratione,Matt.17.[Qui credit in filium dei]quasi dicat, Ita pater testificatus est de filio suo,qui autem credit in filium dei.Non ait filio vel filium,sed in filium.Differt enim secũdum Augustinum.Credere deo,credere deum,& credere in deum.[Habet testimonium dei patris in se].i.consentit quòd testimonium dei de filio suo sit verum.Vel sic,Habet testimonium dei patris in se.i. approbat diuinum testimonium quod pater perhibuit de illo.& sic intelligit ipsum esse veracem in testimonio de filio.Econtrario,[Qui non credit in filium dei.]Glossa,Qui dicit eum non esse filium,vel minorem patre.[Mendacem facit eum]Quãtum in se est,quia non reputat credibile quod dicit eum,scilicet deum patrem.Glossa,Qui non credidit,dicit patrem esse mentitum,[Quoniam non credit in testimonium,]Illud, scilicet,Hic est filius meus,Luc.3.[Quod testificatus est deus de filio suo.]

Et hoc est testimonium quoniam uitam æternam dedit nobis deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium dei, habet uitam æternam:qui non habet filium dei, uitam non habet. Hæc scribo uobis ut scitis quoniam uitam habetis æternam,qui creditis in nomine filij dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad deum, quia quodcunque petierimus secundum uoluntatem eius audit nos. Et scimus,quia audit nos,quicquid petierimus.

Hìc ponit testimonium de filiis adoptiuis:& primò ostendit quale sit testimoniũ.Secundò qualiter verificãdum,ibi,Qui habet filium.Dicit ergo,[Et hoc est.]q.d.Non solùm testatur de filio naturali,sed etiã de filiis adoptiuis.Vnde Glos.De filio testatus est,& etiã de nobis filiis adoptiuis,quòd vitam æternã daret illis. Et hoc est testimonium patris de filiis,cui credendum est,[Quoniã vitam æternam dedit nobis]Deus,nobis scilicet apostolis vel filiis adoptiuis,hìc in spe, tandem in re: & hoc potest haberi eo quòd dicitur,Matt. 17,Hic est filius meus dilectus,ipsum audite.Ipsum enim audire,est vitam æternam habere: hìc in spe,in futuro in re.Ioan.6,Domine ad quem ibimus,verba vitæ æternæ habes.Et in eodem,Verba,quæ ego loquor vobis spiritus & vita sunt.Et hæc vita æterna,[In filio eius est,]id est per fidem filii.Ioan.6,Omnis qui credit in me,habet vitam æternã.Vel in filio eius.i.in filii visione.Ioan.17, Hæc est vita æterna,&c. Ipse enim est fons vitæ.Psal.35,Quia apud te est fons vitæ.[Qui habet filium.]Glos.Credẽdo & imitãdo.[Habet vitam æternam,]Iam in spe,tandem in re.Sicut enim pater habet vitam in semetipso,sic dedit filio,&c.Io.5. Econtra,[Qui non habet filium,]nec credendo,nec imitãdo,[Non habet vitã,] Nec in spe habet, nec in re habebit.Ioan.3,Qui incredulus est filio, nõ videbit vitã æternam,sed ira dei manet super illum. ¶ Et nota quòd Christus multa habuit testimonia:primò à patre suo.Ioan.8,Testimonium perhibet de me pater, qui misit me.Secũdò à seipso.Ioan.8,Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimoniũ meum,verũ est,

Christ⁹ multa habuit testimonia.

Tertiò à ſpiritu ſancto.Ioan.15,Cùm venerit paracletus,ille teſtimonium perhibebit de me.Quartò à ſcripturis ſanctis.Ioan.5,Scrutamini ſcripturas,& illæ ſunt quæ,&c.Quintò de operibus bonis.Ioan.10,Opera quæ ego facio ipſa teſtimonium,& cætera. Sextò à miraculis. Pſal.35, Mirabilia teſtimonia tua domine. Septimò à turbis.Ioan.11,Teſtimoniũ perhibebat turba,quæ erat cum eo,&c.Octauò ab apoſtolis.Act.4, Virtute magna reddebãt apoſtoli teſtimoniũ de omnibus his. Pſal.92,Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.[Hæc ſcribo vobis vt ſciatis,&c.]Hic allegat credẽtium vtilitatẽ triplicem.Prima eſt futuræ beatitudinis certitudo.Secunda petitionũ exauditio,ibi,Et hæc eſt fiducia,&c.Tertia eſt à peccatis cõſeruatio,ibi, Scimus, quia omnis,qui natus eſt,&c.Quarta dei veri cognitio,ibi, Et ſcimus,quoniam filius dei venit,&c. In ſecunda parte oſtendit,primò qualiter per fidem exaudiuntur orãtes pro ſeipſis.Secundò qualiter orantes pro aliis,ibi,Qui ſcit fratrem ſuum,&c.In prima parte,primò dat impetrandi fiduciam.Secũdò fiduciæ oſtendit cauſam,ibi,Scimus quoniam habemus petitiones.Dicit ergo,Hæc ſcribo vobis.Gloſ. Hic debetis adhibere fidem,quia vt certi ſitis de veſtra beatitudine futura.Hæc ſcilicet prædicta ſcribo,non tãtùm prędico ad maiorem certitudinem,[Vt ſciatis,]certitudine fidei & ſpei,[Quoniam vitam æternam habebitis] In futuro,[Qui creditis]In prẽſenti,[In nomine filii dei. Ioan.11,Ego ſum reſurrectio & vita:qui credit in mẽ,etiã ſi mortuus fuerit,viuet.[Et hæc eſt fiducia.]Gloſſ. Non tãtùm in futuro ſperare debemus cæleſtia, ſed etiam in hac vita impetrabimus quidquid ſalubriter petierimus , & hæc eſt fiducia ſpei, [Quam habemus ad deum.]Non ad hominem Pſal.124,Qui confidũt in domino,ſicut mons Syon &c.Hebr.4,Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius.[Quia quodcunq; petierimus ſecũdum volũtatem eius,]Non ſecundum deſideria noſtra carnalia.Ideo dicitur Matth.26,Non mea voluntas,ſed tua fiat,Secundum voluntatem eius petitur dupliciter,ſecundum Gloſ.vno modo,vt quod velit,rogemus.Alio modo,vt quales nos eſſe deſiderat ad rogandum inueniamur.[Audiet nos]Petitionis affectum dando,aliter nõ,vt patet in Paulo,2. Corinth.12. Et dicit audiet nos, vtendo futuro tempore ad ſignificandum quòd tale debet eſſe quod petitur, quòd in futuro accipiatur,& ad futurum ordinetur.Vnde temporalia non ſunt petenda,niſi prout ſunt ad vitam æternam ordinata.[Et ſcimus,]id eſt certi ſumus ex promiſsione eius.Ioan.15,Si quid petieritis patrem in nomine meo,& cætera,[Quia audit nos quidquid petierimus,]ſcilicet vel ad votum vel ad meritum. ¶ Et nota quòd dicit quidquid, ſcilicet ſubſtantiale inſolidum,quod eſt quid, non accidentale ſicut bonum temporale.Matth.7, Primùm quærite regnũ dei,& cætera. Nota ſi aliquis peteret à rege Franciæ vnam guttam aquæ,vnam picam multùm indignaretur.

Scimus, quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem,petat,& dabitur ei uita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem,non pro illo dico,ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt,& eſt peccatum non ad mortem.

[Scimus,]inquit.Hic oſtendit per quid ſciri poſſumus,quia ſcilicet audiet nos. Ideo ſcilicet[Quoniam petitiones habemus nobis à deo traditas.Vel traditione manifeſta, quãdo docuit orare diſcipulos, dicẽdo, Pater noſter qui es in cælis,Matth.6.Vel traditione occulta,quando docuit quid petendum. Nam quid petamus,prout oportet,neſcimus,vt habetur Romano.8.[Quas poſtulamus ab eo.] Gloſſa, Nihil petamus quod ei ſit aduerſum, niſi quod nos docuit,quod nobis inſpirauit, petamus. Et ſi in aliquo erramus, ſtatim corrigamur.Argumentum quòd maior ſit cõfidentia exaudiũtionis in oratione dominica,quàm in aliis.Vnde frequentius & libentius dicitur , [Qui ſcit fratrem] Hic oſtendit qualiter exaudiuntur orantes pro aliis.Vbi primò oſtendit pro quibus eſt orandum.Qui ſcit fratrem [Suum peccare]peccatum.Quaſi dicat, Quia orantes exaudiuntur. Qui ſcit per confeſsionem vel alio modo , Fratrem ſuum catholicum de eccleſia numero & merito exiſtentem,peccare peccatum,[Non ad mortem.] Gloſſa, De quotidianis & leuibus peccatis,quæ ſicut difficile vitantur,ita de facili curantur.Non ad mortem verò dicitur quis peccare,ſecundum Gloſſam,qui peccat non criminaliter, vel non vſque ad mortem. Eſt enim veniale peccatum , quoddam per naturam propriam : quoddam per pœnitentiam ſubſecutam.Tertio etiam modo peccatum nõ ad mortem poteſt dici, quo non impugnatur gratia fraterna,[Petat,]ſcilicet pro eo.Gloſſa, Si dicto ſeu verbo,aut cogitatione vel obliuione, vel ignorantia peccaſti, confitere fratri, & poſtula vt pro te interueniat. Porro ſi graue peccatum fuerit, induc presbyteros eccleſiæ,& ad illorum examen caſtigare. [Et dabitur ei vita peccanti non ad mortem.] Gloſſa,Non criminaliter, vel non vſque ad mortem. Sed cùm per veniale non amittatur vita gratiæ, quomodo dicit,quòd dabitur vita peccanti non ad mortem, id eſt venialiter,ſecundũ vnam expoſitionem?Reſpondeo,Dabitur ei vita gratiæ maior.Vel dabitur vita offerendo occaſionem.ſ.veniale quod occaſionaliter ducit ad mortem, quia diminuit feruorem charitatis. [Eſt peccatum ad mortem,nõ pro illo dico vt roget quis.]Ad euidẽtiam literæ, quæritur quid ſit peccatum ad mortem.Et dicit Gloſſa,q̃ peccatũ ad mortem eſt quod ſeparat animã à deo, ſicut mors animã à corpore, ſed quodlibet mortale hoc facit:ergo quodlibet mortale eſt peccatũ ad mortem.Si dicatur q̃ peccatum ad mortẽ plus ſeparat q̃ mortale.Cõtrà,magis & minus nõ diuerſificãt ſpeciẽ: ergo ſecũdum hoc peccatũ ad mortem,& nõ ad mortem nõ differunt ſpecie.Reſpõſio,Peccatũ ad mortem dicitur dupliciter:Generaliter, & ſpecialiter: Generaliter ſic,Quodlibet peccatũ mortale dicitur peccatũ ad mortem.Specialiter dupliciter,vel quo impugnatur gratia fraterna,& quãdo aduerſus gratiam qua reconciliatus eſt inuidis faucibus agitatur,vel quo agnita veritas impugnatur,vel ipſa finalis impœnitentia:Et hoc dupliciter,vel per propoſitũ non pœnitẽdi finaliter,vel protractione peccati vſq; ad mortẽ incluſiuè.Primo modo eſt peccatũ generale: ſecũdo & tertio modo eſt peccatũ ſpeciale:quarto modo circunſtãtia cuiuſlibet peccati mortalis, in quo homo decedit. Et ſecundũ hoc diuerſimodè exponitur illud quod ſequitur, [Nõ pro illo dico vt roget quis.]Nam ſi peccatũ ad mortẽ dicitur primo modo.ſ.quodlibet peccatũ mortale, ſic exponitur, Nõ p illo dico vt roget q̃s.i. qualiſcũq;,ſed ſolũ iuſtus:iniuſt⁹ enim nõ poſſet ei impetrare primã gratiã,qua in tali ſtatu exiſtẽs,nõ eſt dignus exaudiri.Si autẽ dicatur peccatũ ad mortẽ:ſecundo modo vel tertio modo.ſ.peccatũ in ſpiritũ ſanctũ, tũc exponitur ſic,Nõ pro illo dico vt roget quis.i.qualiſcũq; iuſtus,ſed pfectus: quia nõ quicũq; iuſtus ſufficit impetrare tali gratiã propter peccati immanitatem,ſecũdum quod peccatum ad mortẽ dicitur. Quarto

Peccatũ nõ ad mortem quid ſit.

Quid ſit peccatũ ad mortem.

domo, ſcilicet peccatum in quo homo decedit,ſic exponitur, Non pro illo dico,vt roget quis,id eſt aliquis, vel paruus, vel magnus,quia nihil valeret ei.Iſto modo negatio cadit ſuper hoc verbum roget.Aliis modis ſuper hoc verbum, dico.[Omnis iniquitas,]verè orando pro peccantibus non ad mortem:quia multis peccatis occupãtur omnes,& nullus poteſt eſſe ſine peccato.Quia omnis iniquitas, id eſt inæqualitas vitæ.Virtus enim eſt æqualitas vitæ,rationi vndique conſentiens,vt ait Tullius.[Peccatum eſt.]ſuprà 2, Omne peccatum eſt iniquitas.[Et eſt.]Gloſ.Super alia peccata,[Peccatum ad mortem,] animam à deo ſeparans, vel vſque ad mortem durãs,vel fraternæ charitati directè oppoſitum,ſicut illud quod fit ex certa malitia, quod eſt peccatum in ſpiritum ſanctum.

Scimus,quia omnis qui natus eſt ex deo,non peccat: ſed generatio dei conſeruat eum,& malignus non tanget eum. Scimus quoniam ex deo ſumus,& mundus totus in maligno poſitus eſt.

Hic ponitur vtilitas tertia, vbi primò oſtenditur quòd per fidem cognoſcunt verum deum. Secundò monet nõ redire ad culturam ſimulachrorum,ibi,Filioli cuſtodite. Dicit ergo,[Scimus,] certitudine fidei, [Quoniam filius dei,] id eſt Chriſtus,qui eſt filius ſecundum diuinitatem,[Venit,] Per aſſumptam humanitatem,non locum mutando, ſed in aſſumpta humanitate, mundo viſibiliter apparendo.Vnde non dicitur veniſſe,quòd eſſet vbi prius non erat,qui vbique erat: quia fuit alio modo quàm prius. Prius enim erat in vtero virginis per potentiam, præſentiam, & eſſentiam. Poſtmodum verò fuit per vnionem naturæ aſſumptæ. [Et dedit nobis ſenſum,] ſpiritualem fidei & ſapientiæ, & intellectus , & huiuſmodi donorum ad cognitionem ſpectantium. Rom.12,Reformamini in nouitate ſenſus veſtri. Aliter non poteſt haberi ſenſus, niſi à deo detur.Sapient. 9, Senſum autem quis ſcit, niſi tu dederis ſapientiam,& miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſsimis. [Et cognoſcamus deum verum,] patrem ſcilicet credendo.[Et ſimus in vero filio eius]Gloſſ.amando.[Et dicit,vero, ad differentiam filiorum adoptiuorum. Simus in filio eius,ſicut membra in corpore,& hoc vt viuamus.Actuum 17, In ipſo viuimus,mouemur, & ſumus.Item vt fructificemus. Ioan.13,Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo,niſi manſerit in vite:ita nec vos, niſi in me mãſeritis.[Hic,] ſcilicet filius dei.[Eſt verus deus,] Per eſſentiam.Ioan.1, Et deus erat verbum. [Et vita æterna,]Per cauſam.Ioan.17,Hæc eſt vita æterna,& cætera.[Filioli.]Gloſſa,Et quia verum deum cognoſcitis, & vitam æternam expectatis.Filioli,inquam,Sic eos vocat affectus teneritudine, & eorum obediẽtiæ promptitudine.[Cuſtodite vos,]id eſt intellectum veſtrum & affectum,[A ſimulachris.]ſecũdum gloſſam,A cultura idolorum:vel à ſimulachris hypocriſis hæreticorum, qui ſpeciem ſanctitatis aſſumũt cùm non habeãt. Et ideo vocantur ſimulachra,quia habent ſpeciem viuentium,& tamen vita carent.Vel ab auaritia,quæ eſt ſeruitus ſimulachrorum.Qui enim mundum deo præponunt,idololatræ ſunt.Ad Galatas 5,Quæ eſt idolorum ſeruitus,& cætera.

Hæretici dicuntur ſimulachra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. IOANNIS APOSTOLI EPISTOLA CANONICA II.

Caput 1.

SEnior Electæ dominæ, & natis eius quos ego diligo in ueritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem propter ueritatem fidei, quæ permanet in uobis, & uobiscum erit in æternum. Sit uobiscū gratia, misericordia, & pax à deo patre, & à Christo Iesu filio patris in ueritate & charitate.

Hæc est secunda canonica Ioannis: cuius author Ioannes apostolus esse ostenditur, vt patet per similitudinem, & in verbis, & in assertione fidei & charitatis. Non Ioannes presbyter, vt quidam dixerunt. Persona autem cui scribit, est quædam matrona Babylonica, Electa, nomine. Per quā, vt ait glossa, Designatur vniuersalis ecclesia. Cuius intentio, secundum glossam, est monere ipsam & natos eius, ne propter hæreticos desistāt à proposito fidei. Differt autem à præcedenti epistola, quia ibi actum est de affectu & effectu dilectionis ad deum & proximum communiter. Hîc autem ad deum specialiter magis. Primò ergo præmittit salutationem. Secundò captans beneuolētiam ostendit affectionem, ibi, Gauisus sum valde. Tertiò subiungit principalem scribendi causam, siue rationem, ibi, Quoniam multi. Quartò de hoc ꝙ tam breuiter scripsit, ponit suam excusationē, ibi, Plura habēs vobis scribere. In salutatione verò, primò tangit personam suam. Secūdò personam salutatam, ibi, Electæ dominæ. Tertiò causam salutādi, ibi, Quos ego diligo. Quartò formā salutationis, ibi, Sit vobis gratia, & cætera. Dicit ergo, [Senior,] tam ætate, quàm moribus vel sapientia, quinetiam officii authoritate, quia presbyter & episcopus. Sapientię 4, Senectus venerabilis, non diuturna, & cętera. Non ait, Ioānes & Apostolus, vel quid huiusmodi. Scripturus enim mulieri, ponit illud quod magis caret suspitione, & plus habens securitatis & credulitatis. [Electæ dominæ,] proprium nomen est cuiusdam matronæ Babylonicæ, de Babylonia Aegypti, hæc erat Electa, nomine. Electa etiam re, quia erat deuota. [Et natis eius.] Glossa, Tam natura, quàm fide; quia etiam catholici erant filii eius. [Quos,] scilicet matronam & natos. [Ego diligo in veritate,] id est verè, non fictè. Glossa, Vero amore: secundum illud 1. Ioan. 3, Non diligamus verbo, neque lingua, & cætera. Vel in veritate, id est in Christo, qui est veritas. Vel in veritate, id est ad veritatem habendam, scilicet vitam æternam, vbi est plena veritas, & nulla falsitas. [Et non ego solus,] scilicet diligo vos. [Sed & omnes.] Glossa, Vt maior authoritas sit. [Qui cognouerunt veritatem,] id est omnes fideles, qui cognouerunt Christum, qui est veritas, Ioan. 14. Loquitur autem de cognitione approbationis, quæ est per fidem formatam, de qua Psalm. 94, Ipsi verò non cognouerunt vias meas, & cætera. [Propter veritatem fidei,] scilicet, [Quæ permanet in vobis,] id est perfectē manet. Vel perseueranter manet. Glossa, Non ob aliam causam vos diligimus nisi propter veritatem fidei, quæ inæstimabilis perdurat. [Et vobiscum erit in æternum.] Glossa, Vsque in finem vitæ, vel durans in æternum. Sed quomodo veritas fidei erit in futuro, cùm fides euacuetur. 1. Corinth. 9. Responsio, Intelligit de veritate fidei, quæ creditur, id est articulorum: non qua creditur, id est ipsius habitus. vnde erit in æternum ratione visionis, quæ ei succedet. [Sit vobiscum.] Constructio sic ordinatur, Senior ego Electæ dominæ, & natis eius quos ego diligo, & cætera. Scribo sic supple, Sit vobiscum [Gratia] culpam delens, [Misericordia] pœnam indulgens, [Ex pax] deo reconcilians. vnde optat remissionem culpæ, relaxationem pœnæ, cautelam diuinæ offensæ. Vel gratia illuminans intellectum contra errores hæreticorum. Misericordia purgans affectum à reliquiis peccatorum. Et pax, id est mentis tranquillitas contra recidiuum, ne amplius deum & fratrem offendat. Similiter salutat Apostolus ad Rom. 1, Gratia vobis & pax. [A deo patre,] Qui totius boni est author, Iacob. 1. [Et à Iesu Christo,] Qui totius boni est mediator. Per quem scilicet pater omnia operatur. Ioan. 1, Omnia per ipsum facta sunt. Tangit autem naturam humanam, dicens, à Christo Iesu: diuinam, in [Filio patris.] Spiritus autem intelligitur, vt nexus in extremis. indiuisa enim sunt opera & dona trinitatis. [In charitate,] vt scilicet proficiatis in charitate dei & proximi, quæ affectum purgat. [Et veritate] fidei, quæ intellectum illuminat. Glossa, In veritate fidei quam in baptismo promisistis. Promittit autem charitatem, quia charitas dat fidei perfectionem. Iacob. 2, Fides sine operibus mortua est. Vel notatur hîc quibus optat prædicta, sub hoc sensu, Gratia vobiscum, & cætera. In charitate & veritate, id est vobis existentibus in charitate dei & proximi, & in veritate fidei. Per primum perficitur affectus: per secundum intellectus.

Gauisus sum valde, quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate, sicut mandatum accepimus à patre. Et nunc rogo te domina, non tāquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum mandata eius. Hoc enim est mandatum, ut quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis.

Hîc beneuolentiam captans, ostendit ad eos suam affectionem: primò ad filios: secundò ad matrem, ibi, Et nunc rogo domina. Dicit [Gauisus sum,] quasi dicat, Opto vobis gratiam, misericordiam, & pacem, &c. Gauisus sum, inquit, valde, [Quoniam inueni de filiis tuis.] Quoniam inueni tanquam solicitè tales quærens, & raro inueniens, [De filiis tuis,] aliquos non omnes, [Ambulātes,] id est de bono in melius proficientes. Glo. quotidie. Psalm. Ibunt de virtute in virtutem, &c. [In veritate,] scilicet fidei. Ad Ephes. 5, Vt filii lucis ambulate. Ioā. 12, Ambulate dum lucē habetis. Vel in veritate. i. in charitate à qua omnes virtutes veræ sunt. Ad Ephes. 5, Ambulate in dilectione, &c. Solent enim perfecti multū gaudere de profectu proximorū, & maximè subditorum. 1. ad Thess. 2, Vos estis gloria nostra & gaudium nostrum. Et Prouerb. 10. Filius sapiens lætificat patrem. Sic ambulantes, inquam, [Sicut mādatum acccepimus,] id est in ea perfectione, qua mādatum fuit nobis, [A patre,] scilicet per filium. Matt. 5, Diligite inimicos vestros. Et Ioan. 12, Ambulate dum lucem habetis. [Et nunc rogo te domina.] Hîc ostendit suam affectionem ad matrem, & ideo monet

eam ad bene agendum. Secundò ad proficiendum, ibi, Et hæc est charitas. Tertiò ostendit quòd proficere est necessarium, ibi, Hoc est enim mandatum. Et nunc rogo te domina, Glossa, per eam quam habes fidem iam certificatus, de cætero confidenter rogo vt rem non debitam, licet res debita sit, tamen nō impero, sed rogo [Vt diligamus alterutrum.] id est, vnus alterum, &cætera [Non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio] à prioribus patribus, vel ab initio fidei, & vestræ conuersationis, quasi dicat, Sic hortando non nouum mandatum propono. Sed contrà: Ioannis decimotertio, Mandatum nouū do vobis, & cætera. Responsio, Mandatum de charitate, & est vetus & est nouum. Vetus ratione substātiæ, quia ab antiquo scriptum in corde rationis & in eodice legis, sed nouum ratione circunstantiæ, quia in euā gelio addit nouum modum. Lex dicit, diligite amicos: euangelium, diligite inimicos. Item nouum ratione efficaciæ, quia spiritualiter hominem innouat [Et hæc est charitas,] id est, in hoc esse ostenditur, & apparet [Vt ambulemus] passibus morum, non corporum de bono in melius proficiendo [Secundū mandata eius] ea custodiendo. Ioannis decimoctertio, Si diligitis me mandata mea seruate [Hæc est enim] quasi dicat, Debemus ambulare secundum mandata [Hoc est enim mandatum,] scilicet dei [Vt quemadmodum audistis ab initio] nostræ fidei, vel nostræ conuersationis, vel nostræ prædicationis [In eo ambuletis,] assiduè proficiendo & perseuerando.

Mandatū de charitate & nouū & uet⁹ est

Quoniam multi seductores exierunt in mundum qui nō confitentur Iesum Christum uenisse in carnem. Hîc est seductor & antichristus. Videte uosmetipsos ne perdatis quæ operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Christi, deum non habet. Qui permanet id doctrina, hic patrem & filium habet.

Hîc subiungit causam principalem & intentionem, scilicet propter hæreticos, quorum primò monet cauere errorem. Secundò vitare communionem, ibi, Si quis venit ad vos. Vitando errorem monet primò ex parte hæreticorum: secundò ex parte ipsorum, ibi, Videte vosmetipsos: tertiò ex parte vtrorunque, ibi, Omnis qui præcedit. Dicit ergo [Quoniam multi] Glossa, Necesse est vt perseueretis, quoniam multi per vanas sectas sunt diuisi [Seductores,] id est, seorsum à via veritatis ductores, Isti seductores sunt hæretici qui prædicāt contrariū veritati [Et exierunt in mundū.] Glossa, ad amorē & doctrinā mūdi, scilicet. Vnde Glo. de vestri consortio. Et nota, quòd boni exeunt de mūdo, primæ Corinthiorum quinto, Alioquin debueratis de mundo exisse. Mali verò exeunt in mundum. 1. Ioannis quarto, Multi pseudoprophetæ exierunt in mundum [Qui] scilicet seductores [Non confitentur.] Glossa, nec doctrina nec vita [Christum] Magistrū & norman sanctitatis [Venisse in carne] Alia litera. venisse in carnem, id est, saluatoris aduentum qui venit in carnem quando conceptus est, in carne quando natus [Hic] quicunque talis [Est seductor] hominum [Et antichristus,] id est. Christo contrarius. Vel antichristus, id est, Christo contrarius. Vel antichristus, id est, membrum antichristi. Dicitur autem seductor ob doctrinam peruersam: antichristus propter operationē prauam. Doctrina enim eius ad alios seducendum, operatio praua contra Christum. Talis autē dicitur antichristus non in persona, sed in officio. Sicut Ioannes Baptist. dicitur Helias, Matthæi vndecimo. [Videte] ne seducamini ab eis, ac solicitè & diligenter attendite [Vosmetipsos] ne scilicet à fidei veritate declinetis, & ne eis fidem adhibeatis. Matthæi vigesimoquarto, Videte ne quis vos seducat. Bernardus, Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt, alios aspiciunt & seipsos negligunt [Ne perdatis] de fide [Quæ operati estis.] Gloss. Illam mercedem quā bene operando meruistis. Ecclesiasti. 10, Qui in vno offendit multa bona perdet [Sed videte inquam potius [Vt mercedem plenam accipiatis] veræ scilicet gloriæ, quæ replet animā, nō vanæ vt hypocritæ. Matthæi septimo, Receperunt mercedem suam. Vel plenam, quia remunerabit supra merita, & merita sunt hîc semiplena, & non sufficiunt ad tantam gloriam. Sed pro operibus semiplenis dabitur merces plena. Psalm. 15, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Hęc autem impletio erit in tribus quātum ad animam. Rationabilis implebitur limpidissima cognitione, irascibilis sublimitate glorię & honoris, concupiscibilis iocundissima & vera dilectione. Item quo ad corpus in quinque, quia natiuitas humanitatis implebitur immortalitate, vacuitas passibilitatis impassibilitate, obscuritas claritate, ponderositas agilitate & subtilitate. De his omnibus, primæ Corinthiorum decimoquinto, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria, &cætera [Omnis. & cæt.] quasi bene dico ne perdatis, Omnis enim, siue de maioribus, siue de minoribus, siue de mediocribus [Qui recedit,] alios præcedit, id est, se alios præcedere dicit, sicut hæresiarcha alios sibi præcedere videtur præsumptione sapiētiæ, quod fit per inuentionem noui dogmatis vel erroris [Et non permanet in doctrina Christi.] Glossa, ex superbia discedit ab humili prædicatione Christi [Deum non habet] in se per inhabitantem gratiam, nec in futuro per gloriam, sed [Qui permanet, id est, perfectē & perseuerāter manet in fide & moribus [In doctrina] scilicet Christi, siue dei, Glossa, manet in euangelica doctrina, quę secundum eam sapit & agit. separat se ab illo qui aliter sapit & agit [Hic & filium & patrem habet] In præsenti per gratiam, in futuro per gloriam. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Mat. 24. Habet autem simul vtrunque, quia vnus ab altero non separatur. Io. 14, Non credis quia ego in patre, & pater in me est. Præponitur autem hic filius patri, quia ad patrem non venitur, nisi per filium.

Homo adimplebitur lætitia in tribus.

Si quis uenit ad uos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixit illi aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi uobis, ut in die domini non confundamini.

Hîc monet communionē hæreticorū vitare. Primò ostendit modum vitandi. Secundò, peccatum nō vitantis, ibi, Qui enim dicit aue, Tertiò commodum vitantis, ibi, Ecce prædixi vobis. Dicit ergo [Si quis] Ita qui permanet in doctrina Christi habet filium & patrem. Et ideo vt permaneatis [Si quis venit ad vos] visitandos vel docendos [Et hanc doctrinam,] scilicet de Christo [Non affert] imò offert contrariam [Nolite recipere in domum] participando in facto. Gloss. Non tantùm non assentiatis, sed & nec recipiatis [Nec ei dixeritis aue] participando in verbo, Ad Tit. vltimo, Hæreticum hominem post vnam & secundam admonitionem deuita. Secundò, quia subuersus est qui huiusmodi est. ¶ Notandum autem quòd in quinque vitandus est hæreticus peruersus, in loco orationis, item in mensa dominica, itē in priuata mēsa, itē in osculo

In quinque uitādus est hæreticus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pacis & ſalutatione priuata. Comprehenduntur autem in hoc quod dicit, Nolite eum recipere in domo, id eſt, in eccleſia ad orandum, vel communicandum. Vel in domo, id eſt, in hoſpitio ad menſam priuatam. Duo vltima in hoc quod dicit, Nec aue ei dixeritis. Solent enim hæc ſe concomitari: vnde vno remoto remouetur & aliud. Gloſſa, quia videtur ſignum conſenſus erroris. Hoc enim dicimus amicis, quorum opera nobis placent. Sed videtur quòd non ſolùm de præſcito ſit intelligendum, ſed etiam de quolibet peccatore notorio. 1. Corinthiorum quinto, Si quis frater nominatur inter vos, & eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, aut eiuſmodi nec cibum ſumere, &c. Reſponſio, Præſcitos debemus, vitare propter præceptum eccleſiæ. Notorios verò propter ſcandalum infirmorum, vel ne detur eis audacia peccandi, vel ne corrumpantur conſortio eorum. 1. Corinthiorum decimoquinto, Corrumpũt bonos mores colloquia praua [Qui enim dicit illi, aue,] ſalutando ſicut amicum & fratrem [Communicat] id eſt, communicando vtitur, nam huiuſmodi ſalutatio, vt ait Gloſ. communionem cum eo oſtendit. Alioquin ſimulatio eſt, quæ in Chriſtianis eſſe non debet [Operibus eius malignis] quod prohibetur. Ephe. 4, Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite [Ecce prædixi vobis,] ſcilicet, vt eos non reſpiciatis ſeu recipiatis. Gregorius, Minus iacula feriũt, quæ præuidentur [Vt in die domini] Dies domini eſt dies iudicii. Pſalm. Cùm accepero tempus, &c. Hoc verò tempus dicitur dies hominũ. Lucæ decimonono, Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi [Non confundamur] Chriſtum nunc negando, & inde tunc confuſionem habendo. Luc. 9, Qui me erubuerit, &c.

An quèlibet peccato rẽ vitare ſit præceptum

Plura habens vobis ſcribere, nolui per chartam & atramentum. Spero enim me futurum apud uos, & os ad os loqui, ut gaudium veſtrum plenum ſit. Salutant te filii ſororis tuæ Electæ.

Hic excuſat ſe quòd tam breuiter ſcripſit, vbi ſe primò excuſat, poſtea ſalutat, ibi, Salutant te. Et primò ſalutat ex parte aliorum. Secundò ex parte ſua, ibi, Gratia tecũ. Dicit ergo [Plura habens vobis ſcribere] pertinentia ad veſtram inſtructionem, ſcilicet de aliis documentis, vel diffuſius de iſtis [Nolui per chartam & attramentum] Gloſſa, per ſcripturam. Scriptura enim non adeo commouet, ſicut vox viua & præſentia magiſtri. Et ſubdit cauſam [Spero enim] de gratia dei, non de me præſumo [Me futurum,] ideſt, me venturum [Apud vos, & os ad os loqui,] & [Os] meum ſpero [Ad os] veſtrum. Et hæreticorum obſtruendũ [Loqui,] id eſt, præſentialiter loqui vobiſcum, & vos mecum vt plenius vos inſtruam. Hieronymus, Habet neſcio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in auditoris aures de authoris voce transfuſa fortius ſonat [Vt gaudium veſtrum plenum ſit.] Gloſſ. Hæreticis confuſis, & veſtra fides confirmata [Salutant te,] id eſt ſalutem optant [Filii ſororis tuæ Electæ] illa dicebatur Electa ſicut & iſta cui ſcribit, cuius filii eam ſalutabant. Vel filii ſororis tuæ Electæ, id eſt, alterius eccleſiæ. Vnde Gloſſa, Vos ad literam, vel forſan filii alterius eccleſiæ metropolitanæ [Gratia tecum] Gloſſa, Ego ex parte mea dico [Gratia tecum] Bona ſocietas. primæ Corinthiorum decimoquinto, Non ego, ſed gratia dei mecum. Gratiam inquam operans ad peccatum delendum, cooperans ad bene faciendum, tecum ad perſeuerandum [Amen] Confirmatio eſt prædictorum.

FINIS.

B. IOAN. APOSTOLI EPISTOLA CANONICA III.

Caput I.

Senior Caio charißimo quem ego diligo in ueritate. Charißime de omnibus orationem facio, proſperè te ingredi & ualere, ſicut proſperè agit anima tua. Gauiſus ſum ualde uenientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus ueritati tuæ, ſicut tu in ueritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quã ut audiam filios meos in ueritate ambulare.

Hæc eſt tertia epiſtola Ioannis, cuius author fuit ipſe Ioannes apoſtolus, non Ioannes preſbyter, vt quidam putarunt. Quod patet ex ſimilitudine ſermonis & affectionis. Hanc autem ſcribit, ſcilicet Caio Corintho, inſtruens eum de operibus charitatis, & monens vt in charitate perſeueret. Differt autem à duabus præcedentibus. Quia in prima egit de charitate ad deum, & proximum communiter. In ſecunda de charitate ad deum ſpecialiter. Hìc agit de charitate ad proximum etiam ſpecialiter. Modus agendi eſt. Quia primò præmittit ſuam ſalutationem. Secundò ponit ſuam ad deum affectionem, ibi, Gauiſus ſum valde. Tertiò ſubdit eius ad bonum, quod incœpit continuandum, exhortationem, ibi, Chariſsime fideliter facis. Quartò ponit ſuam excuſationem, ibi, Scripſiſſem forſitan eccleſiæ. Dicit igitur [Senior] ego ſcilicet ętate, vel moribus, vel ſapientia, vel dignitate, quia præsbyter Græcè, ſenior latinè [Caio] ſcilicet ſcribit. Iſte Caius dicitur fuiſſe Corinthus, de quo primæ Corinthiorum primo, Neminem baptizaui niſi Criſpum & Caium. Et Romanos vltimo, Salutat vos Caius hoſpes meus. Hìc vt ait Gloſſa, Fide ſuſcepta dedit ſe hoſpitalitati, & ſuſceptioni prædicatorum [Quem ego diligo in veritate] non fictè. Gloſſa, Non temporalium bonorum gratia, ſed æternorum cauſa [Chariſsime] Meritò vocat eum chariſsimum, quia operibus charitatis deditum [De omnibus] Gloſſa, quæ facis [Orationem facio] Gloſſa, Hoc à domino crebris precibus exopto, vt quod bene agis bene perficias. Simile ad Romanos primo, Sine intermiſsione memoriam veſtri ſemper facio in orationibus meis, &cæt. Et inſtruitur prælatus,

quòd debet ſemper orare pro ſubditis [Proſperè te ingredi.] Dicit Gloſſa, de bono in melius. Profectum autem viri iuſti vocat ingreſſum, ad ſignificandum quod homo quantumcunque ſit bonus ſemper ſe debet reputare in ingreſſu & inchoatione, & nunquam in conſummatione, vt dicat cum Pſalmiſta, Et dixi nunc cœpit hæc mutatio, &c. Eccle. 18, Cùm conſummauerit homo tunc incipiet [Et valere] vita ſpiritualis [Sicut,] id eſt, ita [Proſperè agit anima tua] Gloſſ. proficiendo in animarum operibus. Et alia Gloſ. Vt ſicut vales anima, ſic valeas corpore. Optat etenim ei proſperitatem animæ bonam, non quæ eſt contra animam. De qua Prouerbio. 1, Proſperitas ſtultorum perdet eos [Gauiſus ſum valde, &c.] Hìc oſtendit affectionem circa eum. Primò ex gaudio de fama eius. Secundò, ex gaudii magnitudine, ibi, Maiorem horum. Dicit ergo [Gauiſus] ita pro te oro, ſed & gauiſus ſum gaudio ſpirituali, non carnali [Valde] quia gaudio interiori & exteriori [venientibus] Gloſſ. à te [Fratribus] Gloſſ. peregrinis [Et teſtimonium perhibentibus veritati tuę] Glo. Verę charitati quæ non ceſſat ab opere. Veritati enim teſtimonium reddẽdum eſt. Ioannis 18, In hoc ego natus ſum mundo, vt teſtimonium perhibeam veritati [Sicut tu in veritate ambulas.] Gloſſ. Tam ſtudioſè reddunt teſtimonium, quàm ſtudioſus tu es ad bene operandum. Et verè gauiſus ſum [Maiorem enim horum] Gloſſa, ad me venientium [Non habeo gratiam] Gloſſa, Quando fratres veniunt ad me in nullo facto eorum vel verbo, magis gaudeo [Quàm vt audiam] eis mentientibus [Filios meos] Glo. Quos prædicãdo vel baptizando genui. 1. Corin. 4, Per euangelium in Chriſto Ieſu vos genui [In veritate ambulare] glo. In veritate verę fidei, & bonæ operationis obſeruare. Sed quomodo iſtum baptizando genuit, quem Paulus baptizauit? 1. Corinthiorum 1, Niſi Criſpum & Caium. Reſponſio, Genuit hunc prædicando, non baptizando, vel filius eius erat imitatione Pauli. Quando enim loquitur de generatione loquitur de filiis generaliter, ſed glo. ſpecialiter.

Charißime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos qui teſtimoniũ reddiderunt charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ: quos benefacies deducens dignè deo. Pro nomine enim eius profecti ſunt: nihil accipientes à gentilibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi: ut cooperatores ſimus ueritatis.

Hìc ponit principalẽ cauſam quæ eſt exhortare eum ad hoſpitalitatẽ, quod facit, Primò laudãdo factũ. Secundò, commendando perſonas, quibus fit, ibi, Pro nomine enim eius. Tertiò, monſtrando meritum, ibi Nos ergo debemus. Dicit ergo [Chariſsime] Gloſſa, Ideo non debes proficere ab hoſpitalitate [Fideliter facis] ſcilicet ſecundum quod vera fides exigit, & veram fidem tuam operibus oſtendis. Iaco. 2, Oſtende mihi ex operibus fidem tuam [Quicquid operaris in fratres] ſubueniendo ſcilicet eis, à quibus nihil expectas tẽporale, vt dicit glo. Vnde ad Galat. 6, Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei [Et hoc in peregrinos] ſcilicet maximè, quos ſcilicet non noſti. Deut. 10, Deus amat peregrinum, & dat ei victũ & veſtitum. Et vos amate peregrinos [Qui,] ſcilicet fratres maximè peregrini [Teſtimonium reddiderunt charitati tuæ] Gloſſa, operibus miſericordiæ. Charitas autem hìc intelligitur non charitatis habitus vel affectus, ſed effectus, non ſolùm in ſecreto, ſed [In conſpectu eccleſiæ,] id eſt, in præſentia fidelium, vt ſic exemplo tuo alii excitentur ad hoſpitalitatem. Matthæi quinto, Sic luceat lux veſtra, &c. [Quos,] ſcilicet peregrinos [Benefacies] Gloſſ. dum apud te ſunt [Deducens] ad alia loca ad quæ ire volunt [Dignè deo,] id eſt ad honorem dei, quem honoras in ſuis membris, qui dicit Matthæi decimo, Qui vos recipit, &c. Et ſubdit tantum [Pro nomine enim eius,] id eſt, pro fide & honore, & prędicatione nominis eius [Profecti ſunt à patria ſua exules. Gloſſ. Alienati à rebus propriis [Nihil accipientes à gentilibus] Gloſſ. contribulibus ſuis, quia nihil dabant eis, vt ait, vt ſic à pietate famis cogerentur fidem negare, non quin liceret accipere. Dicitur enim 1. Corinthiorum 1, Si quis infidelium vocat vos ad cœnam & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate [Nos ergo] Gloſſa, Qui poſſumus ſupplere indigentiam eorum. Sed nunquid ipſe erat pauper. Matthæi decimonono, Ecce nos reliquimus omnia, &cætera. Quomodo ergo ſe diuitibus connumerat? Reſpõſio Bedæ in Glo. ſua, Hoc ideo facit vt alacriores eos reddat & promptiores ad miſerandũ pauperibus, Vel quia omnia bona eccleſiæ in manu ſua erant [Debemus ſuſcipere] nam ſeminantibus ſpiritualia debemus carnalia. 2. Corinthiorum quarto, Noſtra abundantia inopiam illorum ſuppleat [Huiuſcemodi] Fratres nomen Chriſti prædicantes. Vt ideo ſcilicet [Cooperatores ſimus veritatis] neceſſaria eis miniſtrando. Veritatis inquam, cuius illi ſunt miniſtri eam prædicando, quaſi dicat, Nos qui non prædicamus debemus neceſſaria prædicantibus miniſtrare, vt ſic ſimus cooperatores veritatis, & ſocii mercedis. Matthæi decimoſexto, Qui ſuſcipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Sed nunquid hoſpes prædicatorum eandem mercedem recipiet quam recipit prædicator? Reſponſio, Accipiet ſimilem mercedẽ aureæ coronæ, ſed non aureolæ.

Temporalia prædicantibus nomen Chriſti debẽtur.

Scripſiſſem forſitan eccleſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes, non recipit nos. Propter hoc ſi uenero commoneam eius opera quæ facit, uerbis malignis garriens in nos. Et quaſi non ei iſta ſufficiant: neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de eccleſia eicit. Charißime, noli imitari malum ſed quod bonum eſt. Qui bene facit ex deo eſt, qui malè facit non uidet deum. Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus & ab ipſa ueritate, ſed & nos teſtimonium ei perhibemus, & noſti quoniam teſtimonium noſtrum uerum eſt.

Hìc ponit ſuam excuſationem. Primò de hoc quòd nihil ſcripſit eccleſiæ. Secundò de hoc quòd tam breuiter ſcripſit ei, ibi, Multa habui ſcribere tibi. Cauſa autem quia non ſcripſit eccleſiæ, fuit præſentia cuiuſdam hæretici verba ſua non recipientis cui fauebant. Primò ergo illum reprehendit & redarguit, ſcilicet Diotrepen nomine: & illum notat. Secundò Caio illius imitationem vetat, ibi, Chariſsime noli. Tertiò alterum, ſcilicet Demetrium ad imitandum proponit & laudat, ibi, Demetrio teſtimonium. Notat autem illũ, ſcilicet Diotrepen. Primò de ambitione. Secundò, de detractione, ibi, Propter hoc ſi venero. Tertiò, de inhoſpitalitate, ibi, Et quaſi ei iſta non ſufficiant. Prædicit ergo [Scripſiſſem forſitan] de hac materia epiſtolam eccleſiæ, id eſt, toti congregationi fidelium [Si is qui amat primatum gerere,] id eſt, vſurpat ſibi principatum. Matthæi vigeſimotertio, Amant primas cathedras in ſynagogis, &cæte. [In eis,] ideſt, inter eos qui nunc erant in eccleſia illa [Diotrepes] Nomen proprium cuiuſdam hæreſiarchæ [Non recipit nos,] id eſt, noſtra mandata & verba. Gloſſ. Noſtram authoritatem. Matthæi 10, Qui vos ſpernit me ſpernit [Propter

hoc]Gloſſa,quia deprauat ſcripturam[Si venero]dubitatiuè ponit propter dubium euẽtus[Commonebã] Gloſſ.id eſt,in omnium notitiam manifeſtius arguendo deducam[Opera eius quæ facit]quorum exẽplar à nobis non habuit,ſed noua adinuenit mendacia [Verbis malignis] Malo igne, ſcilicet inuidiæ accenſus. Pſal.Supercecidit ignis & non viderunt ſolem,ſcilicet claram veritatem[Garriens]falſis rationibus ad ſimilitudinem auis,quæ eſt animal irrationale & garruloſum[In nos,]id eſt,contra nos.Et dicit opera quæ facit verbis malignis ad ſignificandum quòd verba quandoque faciunt multa mala. Eccleſiaſti.28, Plaga linguæ comminuet oſſa,Multi ceciderunt in ore gladii,ſed multi etiam interierunt per linguam ſuam [Et quaſi non ei iſta]Gloſſ.quòd mihi detrahit,quòd hoſpitalitatem diſſuadet[Sufficiant]Gloſ.ad damnationem[Neque ipſe ſuſcipit fratres]Gloſſ.indigentes,cùm tamen dominus in ipſis ſuſcipiatur. Matthæi 25, Hoſpes eram & collegiſtis me,&cæte.Et Matthæi decimo,Qui vos recipit me recipit.Cùm enim aliquod bonum fit alicui membro puta pedi,os quod eſt in capite dicit,tu mihi facis bonum[Et eos qui ſuſcipiunt prohibet,]ſcilicet ne ſuſcipiant,quod eſt contra illud.Prouerbio.3,Noli prohibere illum qui poteſt benefacere,ſi potes & ipſe benefac.[Et de eccleſia eiicit]gloſſ.Non de conſortio fidelium,ſed de loco in quo conueniunt,quaſi dicat,non tantùm prohibet ſuſcipere,ſed & ſuſcipientes,& ſuſceptos eiicit de eccleſia, vt dicit gloſſ.Hæc excommunicatio manifeſtum errorem continens non ligabat.Talis erat excommunicatio Iudæorum.Ioannis 13,Iam enim conſpirauerant Iudæi,vt ſi quis Chriſtum confiteretur extra ſynagogam fieret[Chariſsime]quaſi dicat,quidquid ille dicat[Noli imitari malum]ſcilicet eius doctrinam,vel malum,id eſt,malam eius operationem.Pſalm.37,Noli æmulari in malignantibus,&c. [Sed quod bonũ eſt] ad Galat.4,Bonum æmulamini in bono ſemper,& debes bonos imitari.nam[Qui benefacit]Non ſolùm bonum ex genere operis,ſed & ex intentione operantis.ita qui ex timore implet præceptum,et dicit Auguſtinus,bonum eſt,ſed non bene facit[Ex deo eſt]imitatione.vnde Lucæ 6,Eſtote miſericordes,ſicut pater veſter,non propagatione,ſed imitatione[Qui autem malefacit non videt deum]Et intelligenda ſunt hæc per ſe,quia inquantum bonum facit,ex deo eſt.Quia homo non facit bonum à ſe,ſed à deo.Ioannis 15,Sine me nihil poteſtis facere.Et inquantum malum facit non videt deum,Nec viſione fidei formatæ in præſenti,nec ſpei in futuro.ſuprà 1.Ioan.3,Qui non diligit non nouit deum[Demetrio]Gloſſ. Illud verbum, quod velit imitari aperit[Teſtimonium]ſcilicet bonum de operibus pietatis & charitatis [Redditur ab omnibus]gloſſ.ad eum venientibus vel ab eo recedentibus[Et ab ipſa veritate]gloſſ.à deo qui eſt veritas. 1.Ioan.5,Si teſtimonium hominum accipimus,teſtimonium dei maius eſt [Sed & nos] apoſtoli veritatis nuntii[Teſtimonium ei perhibemus]Gloſſ.Ad commendationem hoſpitalitatis[Et noſti]per experimẽtum gloſſ.Per alia teſtimonia,quæ probaſti eſſe vera[Quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt]Ioã.vlt. Qui vidit teſtimonium perhibuit,& verum eſt teſtimonium eius.

Multa habui tibi ſcribere,ſed nolui per attramentum & calamum ſcribere tibi.Spero autem protinus te uidere,& os ad os loquemur.Pax tibi.Salutant te amici.Saluta tu amicos nominatim.

Hic excuſat ſe de hoc quòd tam breuiter ſcripſit.Et primò oſtendit quòd in proximo videbit eum coraliter.Secundò vt moram patientius ſuſtineat,Salutat eum multipliciter,ibi,Pax tibi.Dicit igitur [Multa habui tibi ſcribere]ad commendationem,gloſ.de commendatione eleemoſynæ & aliis[Sed nolui per attramentum & calamum ſcribere tibi,]id eſt,per ſcripturam quæ fit cum calamo & attramento.Sed per vocem viuam.Efficacior enim eſt vox viua quàm mortua,quæ ſcripta eſt in pargameno, & ſubdit cauſam [Spero autem te protinus videre]perſonaliter[Et os]meum[Ad os]tuum[Loquemur]vel ad os Diotrepis obſtruendum[Pax tibi] gloſſ.Ab illo Diotrepe,& ab omnibus malis [Salutant te,] ideſt,ſalutem tibi optant[Amici,]id eſt,fideles,qui ſunt nobiſcum[Saluta tu]ex parte mea[Amicos]Fideles amicos tuos & noſtros.gloſſ.Amicis gratias pacis & ſalutis mandat,vt inimicos veritatis à ſalute monſtret eſſe extra nos,ſicut & Paulus expreſsè facit.1.Corinthiorum 15,Si quis non amat dominum Ieſum Chriſtum,&cætera. [Nominatim]ſingulos,quod dicit,vt oſtendat ſpecialem ad ſingulos dilectionẽ.Sed quæritur de hoc quod dicit,Sed nos teſtimonium perhibemus,quare teſtimonio veritatis adiungit ſuum teſtimonium cum omni teſtimonio veritatis ſit credendum?Reſponſio,Et ſi teſtimonium veritatis erat veriſimum non tamen certum.

Et ideo addit ſuum teſtificans teſtimonium.

FINIS III.

B. IVDAE APOSTOLI EPISTOLA CANONICA

Caput 1.

Ivdas Ieſu Chriſti ſeruus,frater autem Iacobi his qui ſunt in deo dilectis, & Chriſto Ieſu conſeruatis & uocatis.Miſericordia uobis & pax & charitas adimpleatur.

Hæc eſt quarta pars huius libri & vltima,in qua ponitur epiſtola Iudæ apoſtoli.Huius epiſtolæ author fuit Iudas Thadæus frater Iacobi minoris Alphæi:ſcribit autem non genti,nec perſonæ ſpecialiter,ſed generaliter omnibus fidelibus. Cuius materia eſt de fide & charitate, vt tangit Gloſſa, Intentio verò eſt commonere fideles, ne conſentiant hæreticis eos à fide & charitate retrahentibus.Ordinatur autem vltimo eius epiſtola,quia vel vltimo edita:vel quia minoris famæ,& dignitatis erat cæteris.Modus autem agendi eſt.Quia primò ponit ſalutationem. Secũdò ſubdit ſcribendi cauſam & rationem,ibi,Chariſsimi omnem ſolicitudinem. Tertiò proſequitur principalem intentionem,ibi, Cõmonere autẽ vos volo.In ſalutatione:Primò deſcribitur perſona ſalutans. Secundò ponuntur perſonæ ſalutatæ,ibi,His qui ſunt,&c.Tertiò forma ſalutationis,ibi,Miſericordia vobis,&c.Dicit ergo [Iudas]id eſt, confitens verbo & facto.Non addit Thadæus, licet ſic cognominaretur. Quia fortè à religioſitate ſua hoc nomen ab hominibus erat ei impoſitum. Interpretatur corculus,id eſt,cordis cultor. Ad vitandam igitur iactantiam dixit Iudas tantùm ſe eſſe [Ieſu Chriſti ſeruus] qui ſecundum Gregor. in gloſſa ſuper illud Rõmano primo,Seruus Ieſu Chriſti, &c. Cui ſeruire regnare eſt. Non enim dicit apoſtolus cauſa humilitatis. [Frater autem Iacobi] Gloſſ. Natura, fide,doctrina, vita, Iacobi,ſcilicet minoris, qui erat primus epiſcopus Hieroſolymitanus,qui dictus eſt Iacobus Alphæi.Hoc autem dicitur ad differentiam Iudæ proditoris. ¶Et notandum quòd Iudas bene dicitur frater Iacobi,quia Iudas confitens,Iacobus ſupplantator interpretatur.Et ſignificant confeſsionem & ſatisfactionem per quę vitia ſupplantantur.Iudas inquam talis ſcribit [His] ſcilicet,fidelibus & non infidelibus. [Qui ſunt in deo patre] tanquam filii per fidem & imitationem,per quam ſunt filii patris.Ioannis primo,Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. [Dilectis] Per charitatem & bonam operationem, & æternam prædeſtinationem. Malach.primo,Iacob dilexi, &c. [Et Chriſto Ieſu] filio dei. [Conſeruatis] ab errore infidelium. [Et vocatis] Ad hanc dignitatem fidelium: vocat enim,vt ait gloſſ.conſeruat,dirigit: & diligit filios,& membra facit. [Miſericordia vobis] In peccatorum condonatione quo ad culpam. [Et pax] In inimicorũ perfecta reconciliatione quo ad pœnam debitam. [Et charitas] In donorum infuſione per gratiam. [Adimpleatur] Per finalem perſeuerantiam.Hęc tria hîc inchoantur,ſed in futuro adimplebuntur.

Chariſſimi:omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi uobis de communi ueſtra ſalute,neceſſe habui ſcribere uobis deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.Subintroierunt enim quidam homines qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium impij domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam,& ſolùm dominatorem & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.

Hîc ponit ſcribendi cauſam & rationem. Prima eſt, in ipſis ſolicita hæreticorum ſubintroductio, ibi, Subintroierunt enim.Secunda,ibi,Impii domini noſtri gratiam,&c.Dicit ergo [Chariſsimi] Charitate mihi coniuncti. [Omnem ſolicitudinem faciens] Gloſſ.Omnia quæ pertinent ad ſolicitum ſolicitudine ſpirituali quam ſancti habent.2.Corinthio.11, Solicitudo omnium eccleſiarum,&c. [Scribendi vobis] Epiſtolam ſupple continentem doctrinam [De communi veſtra ſalute] Gloſſ. De fide quæ eſt tam mea ſalus, quàm veſtra & omnium fidelium,ſcilicet fides quæ per dilectionem operatur: de hac ſalute 1. Petri 1. De qua ſalute exquiſierunt atque ſcrutati ſunt prophetæ,qui de futura in nobis gratia prophetauerunt. [Neceſſe habui]vrgente mea ſolicitudine interius,& periculo veſtro exterius. [Scribere vobis] De pertinentibus ad ſalutem veſtram,& hoc ratione officii. [Deprecans] Non imperans.Quod facit,vel quia non habeat generalem authoritatem ſuper eos quibus ſcribebat, ſed perſuaſionem. Vel ex hoc innuens ſeruitutis Chriſti libertatem & ſuam humilitatem. [Supercertari] vos,ſcilicet.gloſ.vſque ad mortem certari.Eccleſ. quarto,Pro iuſtitia agonizate vſque ad mortem. Et dicit, Supercertari. Certamini enim interiori quo captiuatur intellectus,oportet addere certamen exterius,quo confundatur hæreticus.Primũ pertinet ad credulitatem cordis.Secundum ad effectum oris.Romano.10,Corde creditur ad iuſtitiam,&c. [Fidei] id eſt, ſuper fidem cordis addere oportet certamen confeſsionis, quaſi dicat, Rogo vos vt pro fide ſeruanda certetis. [Semel traditæ vobis] id eſt perfectæ. Et dicit ſemel propter fidei veritatem. Epheſio.quarto, Vnus deus vna fides.Vel ſemel traditæ à Chriſto, & ab apoſtolis. [Sanctis] alii libri habent [Sanctæ fidei] vel [Sanctis fidei]hoc accidit,quia eſt de Chriſto deo & homine,qui eſt ſanctus ſanctorum.Item quia à ſanctis apoſtolis eſt tradita.Item quia ſanctificat corda. Actuum 15, Fide purificans corda eorum. [Subintroierunt enim quidam homines] Ideo neceſſe eſt,quia ſubintroierunt.Gloſ.Sub ſpecie religionis,qui quaſi fidem Chriſti prædicent. In quo notatur eorum doloſitas,quia ſub ſpeciè boni prætendunt miniſtrare venenum. Matthæi 7, Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem, &c. [Quidam inquit] particulares,ab vniuerſali eccleſia diuiſi [Homines] ab humo,quia carnales.1.Corinthio.2, Cùm ſit inter vos zelus & contentio nónne carnales.gloſſ.humana tantùm ſapientes. [Qui olim præſcripti ſunt] gloſſ. Ab æterno dei præſcientia præuiſi. [In hoc iudicium] præſentis,ſcilicet reprobationis.Gloſſa,vt ſordeſcerent,& alios in ſordes præcipitarent, & poſtea iudicium fieret damnationis. Alia litera habet. In hoc iudicio,& legitur ſic:Qui olim,id eſt,ab æterno præſcripti,id eſt,à deo præuiſi,in hoc,id eſt, vt ſordeſcant & alios in ſordes præcipitent iudicio dei,ſcilicet iuſto [Impii] gloſſ. Ipſi dico impii diuina ſcriptura dolo abutentes & ad ſubuertendum cultum dei.Hic ergo pietas accipitur cultus dei,nõ compaſsio proximi.Vel impii generaliter,quia ſui ipſius non miſerantes.Vel impii pietate proximorum carentes, & eos ad peccatum

trahentes. Prouerbio.12,Iter impiorum decipiet eos. [Domini noſtri] ſcilicet Chriſti, qui eſt deus omnium generaliter per creationem,ſed Chriſtianorum ſpecialiter per cultum,deuotionem,& gratiam.[Gratiam transferentes in luxuriam] Beda,Legis duriciem quæ dicit,oculum pro oculo,&c.Temperat gratia euangelii,purgantur per pœniteptiam.Hanc gratiam tranſtulerunt in occaſionem luxuriæ,quia vt dicit gloſſa,Tantò licentius peccant, quantò vident ſe minus aſperitate legis de facinoribus examinari ſiue puniri. Galatas 5,Vos in libertatem vocati eſtis fratres,tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis. [Et ſolùm dominatorẽ] omnium generaliter.Gloſſ.ttam volentium quàm nolentium . [Et dominum noſtrum] Chriſtianorum ſingulariter,qui ei ſoli ſeruiunt,& ſecundum hoc dominator dicitur à poteſtate dominandi,Dominus ab actu.Vel dominator à dominatione naturali,Dominus à gratuita,per hoc à quo Chriſtus ſolus dicitur dominator & dominus,nõ excluditur pater & ſpirituſſanctus,quia dictio excluſiua addita termino eſſentiali non excludit perſonam.Sic canit eccleſia, Tu ſolus altiſsimus,&c. [Ieſum] gloſſ. Saluatorem [Chriſtum] gloſſ.regem. [Negantes] corde,ore,& opere. Hìc eſt triplex negatio,quam ſignificat triplex negatio Petri Matth. 26.

Commonere autem uos uolo ſcientes ſemel omnia,quoniam Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt perdidit.Angelos uerò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium,in iudicium magni dei uinculis æternis ſub caligine reſeruauit.Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ,& abeuntes poſt carnem alteram,facti ſunt exemplum,ignis æternam pœnam ſuſtinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant,dominationem autem ſpernunt,maieſtatem autem blaſphemant.

Hìc ſcribit principalem exhortationem de cautela hæreticorum Chriſtum negantium & blaſphemantium,quos deteſtandos oſtendit, propter eos qui negant poteſtatem . Secundò propter ipſorum qui eum negant peruerſitatem,ibi,Vt illis qui in via Cayn.Poteſtatem oſtendit,Primò exemplo Aegyptiorum.Secundò exemplo dæmonum,ibi,Angelos verò,&c.Tertiò exemplo Sodomorum,ibi,Sicut Sodoma.Quartò exemplo bonorum angelorum,ibi,Cùm Michael.Dicit igitur [Commonere] Gloſſa, Quia illi negant & volunt vos inducere,vt negetis,ideo Commonere vos volo,id eſt,ſemel omnes monere contra illos:vos dico [Scientes ſemel] id eſt,perfectè [Omnia.] Gloſ.Arcano fidei,& non habetis opus recentia quaſi ſanctiora à nouis audire magiſtris:ideo ego commoneo, quia non indigetis noua inſtructione, ſed iam auditis commonitionem.Vnctio enim in baptiſmo ſemel accepta docet vos de omnibus.primæ Ioannis ſecundo [Quoniam Ieſus] non ſolùm filius Mariæ,ſed dominus noſter. Aliis enim conuenit hoc nomen nuncupatiuè,ſed ei ſolùm ſubſtantialiter. Matth.2, Vocabis nomen eius Ieſum, [Populum ſuum] Gloſſ. Humiles: vnde nomine populi eos appellat. [Saluans] primus, ſcilicet Pſal. Saluauit eos de manu odientium. [De terra Aegypti] educendo.Exod.12. [Secundo] gloſſ.poſtea. Proprium enim eius eſt miſereri & parcere: Iraſci verò non eſt ex ſua principali intentione,ſed ex noſtra culpa prouenit. [Eos] gloſ.murmuratores,de quibus Nume.11.Quando deſiderabant carnes.Exod.16.De Dathan & Abyron. [Qui non crediderunt] verbis Moſi in deſerto. [Perdidit] Per ſerpentes.Numeri 21.Et aliis modis,quia multis modis interierunt. Quidam igne.Numeri 11.& 16.Quidam deuoratione terræ. Numeri 16. Quidam morte communi, ſcilicet omnes à viginti annis,& ſuprà,exceptis Ioſue & Caleph.Numeri 14.Saluauit ergo populum ſuum.Primò per miſericordiam:ſed puniuit malos per iuſtitiam.Præmittitur autem de ſalute,& ſequitur de punitione,quia promptior eſt dominus ad miſericordiam,quàm ad puniendum.Item dicit ſecundò,ad ſignificandum,quòd primò punit eos pœna temporali,ſecundò æterna.Et quia nunc & in futuro malos perdit:vnde gloſſ.Secundò,id eſt,bis perdidit,quia malos & nunc,& poſtmodum punit. Nam quos præſentia mala nõ corrigunt,ad ſequentia perducuntur. [Angelos verò] quaſi dicat,Non ſolùm homines:verũ pro ſed.gloſſ. quorum natura & potentia maior eſt. [Qui nõ ſeruauerunt] gloſ.per humilitatem & obedictiam [Suum principatum] quo per gratiam dei principabantur aliis ſibi ſubiectis ſpiritibus.Ex iſta gloſſa videtur,quòd habuerunt gratiam , ſed debet intelligi de gratia gratis data , non de gratia gratum faciente. [Sed dereliquerunt] Per ſuperbiam [Suum domicilium] gloſſ.Cæleſtem habitationem vel viſionem dei ſpiritualem, non viſionem gloriæ,ſed contemplationis internæ:non enim voluerunt eſſe contenti domicilio ſibi aſſignato.Eſaiæ 14, Aſcendam in cælum, &c. [In iudicium magni dei] gloſſ.venturi ex tunc grauius puniantur. Vnde & ipſi dicunt,Mar.1.Quid veniſti ante tempus perdere nos.Dies verò iudicii dicitur magnus ob magna,quæ ibi fient.Iohel.2,Dies domini magnus & horribilis.Vel magni dei.gloſ. Cui reſiſtere vel aliquid occultare non potuerunt. Vnde magnus eſt potentia & ſapientia. Et in ſignum huius præcedet ignis ante ipſum,qui habet duo,ſcilicet lucere & ardere:ratione lucis patet quòd nihil eum latebit , ratione ardoris quòd ſcientia ſua erit crudelis. [Vinculis æternis] Ligatos ſupple, ſecundum gloſſ. Vincula æterna vocat, vel eorum ſuperbiam,vel impœnitentiam,vel diuinam ſententiam , vel cupiditatem rerum cupitarum infimarum qua vincti non poſſunt ad ſuperiora reuerti. [Sub caligine] gloſſ.Huius aeris caliginoſi:vnde dicuntur rectores tenebrarum harum.ad Epheſ.6. [Reſeruauit] id eſt,iterum ſeruauit ſub caligine huius aeris,Iam damnatos grauioribus reſeruat pœnis.Simile ſuprà.2.Petri 2. Si deus angelis peccantibus non pepercit,ſed trudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos,&c.In iudicium reſeruari. [Sicut Sodoma&Gomorra]Has duas nominat,quia celebriores & peccato deteriores.[Et finitimę ciuitates]alię tres,ſcilicet [Simili modo exfornicatæ] Simili modo ſicut Sodoma & Gomorra, quia exemplo earum ad hoc inductæ. Exfornicatæ.Gloſſ.Extra materiam debitam relicto naturali vſu fœminæ.[Et abeuntes]longè à deo euntes in regionem diſſimilitudinis eum filio prodigo.Lucæ 15. [Poſt carnem alteram] id eſt,ſequentes concupiſcentiam.In carne altera,id eſt,in carnem maſculorum,quæ eſt altera, & indebita concubitui.Caro enim viri eum carne mulieris eſt.Geneſis 2,Sed caro maſculi eſt aliena & diuerſa ab illo opere. Illæ inquam ciuitates. [Factæ ſunt exemplum ignis æterni] gloſſ. Aeternæ combuſtionis, ſicut enim exarſerunt igne libidinis æternæ conbuſtionis : ita exarſerunt igne materiali,igne ſulphureo, qui non fuit purgatorius,ſed initium pœnæ & ſignum ignis futuri.2.Petri 2.Ciuitates Sodomorum & Gomorreorum in cinerem redigens euerſione damnauit. In exemplum eorum , qui impiè acturi ſunt. [Pœnam ſuſtinentes]

Pœna tẽporalis Sodomitarũ initiũ fuit æternæ.

temporalis ignis.Geneſis 19, Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem. [Similiter & hi] gloſ.Sicut Sodomitæ ſunt damnandi. [Qui carnem quidem maculant] propriam vel aliorum, ſicut Sodomitæ.Fornicatio enim corpus maculat.1.Corinthio.7,Qui fornicatur in corpus ſuum peccat.[Hi in quam] damnandi ſunt pœna æterna.Hebræo.vltimo,Fornicatores & adulteros iudicabit deus,id eſt,condemnabit,ſecundum gloſſ. [Dominationem autem ſpernunt] id eſt,authoritatem principum & prælatorum Chriſtianorum per inobedientiam & propriæ excellentiæ appetitum,quod eſt contra illud Rom.13, Omnis anima poteſtaribus ſublimioribus ſubdita ſit propter deum. [Maieſtatem autem dei blaſphemãt] gloſſ.Angelos vel ſanctos vel deum,quod eſt peccatum grauiſsimum.Matthæi 12, Spiritus blaſphemiæ nõ remittetur,&c.2.Petri 2, Sectas verò non metuunt introducere blaſphemantes, quod faciunt dum de deo patre & filio & ſpirituſancto indigna dicunt.Ex his patet quòd hæretici damnabuntur, qui carnem maculant per luxuriam, dominationem ſpernunt per ſuperbiam,maieſtatem blaſphemant,per doctrinam erroneam.

Cùm Michael archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore , non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ,ſed dixit,Imperet tibi deus.Hi autem quæcunque quidem ignorant, blaſphemant,quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt,in his corrumpuntur.

Hìc oſtendit Chriſtum non eſſe blaſphemandum,exemplo angelorum bonorum.Et primò tangit angeli in verbo,ſobrietatem.Secundò hæreticorum in verbis,præcipitationem,ibi,Hi autem quæcunque.Dicit ergo [Cùm Michael archangelus,&c.] Blaſphemant enim deum hæretici ſicut dæmones, quod nullatenus debet fieri exemplo angeli boni.Cùm enim Michael,&c.Sicut dicit gloſ.de quibus ſcripturis hoc teſtimonium accepit Iudas apoſtolus non eſt certum:tamen credibile eſt quòd mortuo Moſe ſubtraxit dominus miſſo angelo corpus Moſi.Ita vt nullus ſciret eius ſepulturam,vt habetur Deutero. vltimo. Et hoc ne Iudæi ad idololatriam proni eum colerent,vt deum. Angelus verò volebat occultari eius ſepulturam. Diabolus verò volebat eam manifeſtari,vt faceret Iudæos idololatrare.Et hæc contrarietas vocatur altercatio eorum.Bonus verò angelus non maledixit nec blaſphemat eum quaſi malæ creaturæ,ſed modeſtè compeſcuit eum per diuinum imperium inuocatum.Hæc verò altercatio,vt ait gloſſa,vbicunque facta fuerit diligenter aduertendum eſt,quòd ſi Michael aduerſanti ſibi diabolo dicere blaſphemiam noluit, ſed modeſto ſermone compeſcuit,multò magis blaſphemia eſt cauenda,& maximè in creatorem , ſed econtrario. [Hi] ſcilicet hæretici. [Quæcunque ignorant] gloſſa,Blaſphemanda eſſe,ſcilicet ſpiritualia dei arcana [Blaſphemant] gloſſa,Ex ſola ſuperbia,non ex alia cauſa.Simile habetur.2.Petri 2,In his quæ ignorant blaſphemãtes in corruptione ſua peribunt:ita & in his quæ ignorant,blaſphemant. [Autem] pro ſed.In his quæ ſciũtur,aliter ſe habent. [Quæcunque autem naturaliter] id eſt, naturę inſtinctu. [Nouerunt tanquam muta animalia] ſine ratione exiſtentia. gloſſ. Solo appetitu carnis ſicut bruta nulla ratione ab aliis diſcreta. [In his corrumpuntur] implendis,ſcilicet.gloſſ.Totum affectum ad hoc inclinant : peccatum enim eſt corruptio modi,ſpecie,& ordinis,vt ait Auguſtinus. In hoc autem quod dicit, Quæcunque norunt tanquam animalia muta innuit quòd non ſolùm affectu brutali inclinantur ad illicita, ſed ex propria malitia excæcati. Sapien.2, Excæcauit eos malitia orum. Excellit enim homo animalia bruta in ratione. Sed ratio deordinata vergit in malitiam. Vel in his corrumpuntur,id eſt,computreſcunt ex nimia frequentia.Iohelis ſecundo, Computruerunt iumenta inſtercore ſuo.

Væ illis qui in uia Cayn abierunt,& errore Balaam mercede effuſi ſunt,& in contradictione Chore perierunt.Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuentes,ſine timore ſemetipſos paſcentes.

Hìc diſſuadet imitari hæreticos ob peruerſitatem ipſorum,vbi Primò deſcribit ipſorum conuerſationẽ. Secundò diſſuadet imitationem,ibi,Vos autem chariſsimi.Conuerſationem eorum deſcribendo primò ex primit culpam.Secundò prædicit pœnam, ibi, Prophetauit autem de his,&c. Tertiò oſtendit pœnæ iuſtitiam,ibi,Hi ſunt murmuratores.In prima primò deſcribit peccata ſpiritualia:ſecundò,carnalia,ibi, Hi ſunt in epulis.In prima,primò deſcribit peccatum inuidiæ.Secundò auaritiæ, ibi, Et errore Balaam. Tertiò ſuperbiæ, ibi, In contradictione. Dicit ergo [Væ illis] Et quia tales ſunt, væ illis. ſ. prædictis hæreticis.gloſſ. Damnatio erit illis [Qui in via Cayn abierunt]gloſ.Viam Cayn abeunt qui propter inuidiam meliorum Chriſtianorum,nomen doctorum vt honorificentur ſibi aſſumunt, & fratres ſuos præ inuidia ſpiritualiter, & etiam corporaliter aliquando occidunt.Vel in viam occidunt,qui gladio ſuæ peruerſæ doctrinæ, fratres ſuos interficiunt.Cayn interfecit fratrem ſuum gladio materiali,iſti gladio ſpirituali.Pſalmus, Exacuerunt vt gladium linguas ſuas:de hac materia.Geneſis 40. [Et errore Balaam] id eſt,errore ſimili Balaam.gloſſ. Errore Balaam pereunt,qui pro amore terreſtrium commodorum veritatem quam nouerũt impugnant. De hoc Numeri 23. [Mercede] id eſt,pro mercedis appetitu [Effuſi ſunt] aliqua re gratiæ diuinæ.Eccle. 26,Gratiæ fatuorum effunduntur.Et væ illis ſupple [Qui in contradictione Chore perierunt] gloſ.Contradictione Chore perierunt,qui increpatione ſanctæ eccleſiæ nolunt emendari: ſed appetitu indebiti primatus ab vnitate eccleſiæ ſe diuidunt.De hoc Numeri 16.Tangit ergo triplicem cauſam motiuam, ſcilicet inuidiam eccleſiaſticæ fœlicitatis , auaritiam terrenæ cupiditatis , ſuperbiam & ambitionem honoris [Hi ſunt in epulis ſuis] Hìc deſcribit peccata eorum carnalia,ſcilicet gulæ & luxuriæ [Maculæ conuiuantes.] Gloſſa,Non ſolùm in comeſſationibus & ebrietatibus,& pereunt & maculantur:ſed etiam ſunt maculæ aliorum.Et dicuntur maculæ ad maiorem expreſsionem,& cauſaliter,quia alios maculant [Sine timore] omnia mala cum multo contemptu facientes.Eccle.1,Qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari [Semetipſos paſcentes] Gloſſa,non pauperes Chriſti.Ezechiel.32,Væ paſtoribus qui paſcunt ſemetipſos.Dicuntur ergo maculæ quo ad impudicitiam : conuiuantes quo ad crapulam:ſine timore, quo ad ineptam lætitiam: paſcentes ſemetipſos,non pauperes,quo ad menſam.

Nubes quæ ſine aqua quæ à uentis circunferuntur,arbores autumnales,infructuoſæ,bis mortuæ , eradicatæ , fluctus feri maris,deſpumantes ſuas confuſiones,ſidera errantia:quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.

Hìc deſcribitur eorum malitia ex carentia,ſiue ex priuatione boni.Primò doctrinæ.Secundò vitæ, ibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arbores autumnales. Dicit inquam [Nubes sine aqua] id est, prædicatores sine diuina sapientia. Prædicatores enim dicuntur nubes. Elaiæ 40, Qui sunt isti qui vt nubes volant, &c. Dicuntur enim nubes, quia à terra eleuantur, & aqua sapientiæ replentur. Cùm verò sunt sine diuina sapientia, sunt nubes sine aqua. glo. Comparant se prædicatoribus pluentibus iustitiam, & choruscantibus per miracula, & ipsi sunt nubes solem obscurantes, in cælum os suum ponentes, peruersè & superbè docentes [Quæ à ventis circunferuntur] Gloss. ad suggestionem spirituum immundorum in diuersos errores rapiuntur. Ephes. 4, Non circunferamur omni vento doctrinæ [Arbores autumnales] Gloss. Tardè ferentes fructum bonum sicut arbores in autumno plătatæ. Vel quia tunc folia & fructus cadũt. Vel si supercrescit fructus, adulterinus & est inutilis. Sed si quid faciunt quod bonũ videatur non bona intentione agunt, sed vt bona in aliis exuperent. Matt. 7, Non potest arbor mala fructum bonum facere [Infructuosæ] Glo. Nullam vtilitatem sibi vel aliis ferentes. Mat. 7, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, &c. [Bis mortuæ] in ramis & in radice. In ramis quidem bonorũ operum, & radice bonarum voluntatum [Eradicatæ] id est, extra radicem charitatis extractæ & fundatæ. Vel sic, bis mortuæ, Primò peccatum originale: secundò, per peccatum apostasiæ. Eradicatæ inquam à deo. Deus enim est locus animæ. primæ Ioannis 4, Qui manet in charitate in deo manet, &c. In hoc notat quòd omnis dispositio & habilitas ad bonum priuata est in eis, sicut in arbore eradicata dispositio ad fructificandum. Dicuntur ergo arbores autumnales propter foliorum causam, id est, verborum varietatem. Infructuosæ propter operum inutilitatem. Bis mortuæ propter apostasiæ crimen. Eradicatæ propter schismatis præcisionem [Fluctus feri maris] id est, crudeliter & amarè alios inquietantes, Esaiæ 57, Impii quasi mare feruens quod quiescere non potest. Interli. Semper inquieti, tumidi, tenebrosi, amari, stabilitatem ecclesiæ impugnantes [Despumantes] id est, admodum maris inquieti spumãtes [Confusiones suas] id est, inquietudinem suam ostendentes, vnde erit eis confusio. Vel in spuma notatur eorum elatio. Sapient. 5, Tanquam spuma gracilis quæ à vento spargitur, ad quam elationem sequitur confusio. Vnde dicitur confusiones suas: quidam exponunt sic, Despumantes confusiones suas, id est, spuma gulæ & luxuriæ suam immunditiam manifestantes. 1. Petri 2, Post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant [Sidera errantia] sidera ob lucem veritatis quam prædicant se habere. Errantia, id est, fundamento veritatis vel fidei non fixa. Gloss. In hoc apostatas significat. Et ideo tales sequentes seducunt in errorem nec sunt imitandi. Nautæ enim non dirigunt naues secundum stellas erraticas, sed fixas. Isti sunt de illis stellis, quarum tertiam partem traxit secum draco. Apocalip. 12. [Quibus] hæresiarchis [Procella tenebrarum] id est, magnitudo pœnarum infernalium [Conseruata est in æternum.] Glossa, non ad tempus, vt hæretici dicunt infernum post iudicium non fore: contra quos Matthæi 25, Ite in ignem æternum, &c. Per hoc quòd dicitur procella, intelligitur pœna sensus. Per hoc quòd dicitur tenebrarũ, intelligitur pœna damni, id est, carentia visionis diuinæ, Hæ, tenebræ significatæ sunt Exo. 10. Vbi dicitur quòd factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. Per hoc quòd dicitur, Conseruata in æternum, intelligitur æternitas vtriusque. Esaiæ vltimo, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Sic igitur hæresiarchæ comparantur nubibus, arboribus, fluctibus, sideribus. Nubibus propter fidei instabilitatem, scilicet quo ad ipsos: arboribus propter operum sterilitatem: fluctibus propter eorum turbationem: sideribus errãtibus propter doctrinæ falsitatem.

Hæretici dicũtur astra erratica.

Prophetauit autem & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens, Ecce uenit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes: & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra eum peccatores impij. Hi sunt murmuratores querulosi: secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam, mirantes personas quæstus causa. Vos autem charissimi memores estote uerborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant uobis, Quoniam in nouissimis temporibus uenient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi, superædificantes uosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei, in spiritu sancto orantes, uosmetipsos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in uitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos uerò saluate de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes & eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Ei autem qui potens est uos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, & in aduentu domini nostri Iesu Christi, soli deo saluatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omnia secula, & nunc & in omnia secula seculorum, Amen.

Expressa eorum culpa, hîc prædicit eorum pœnam. Et primò ostendit eos in iudicio arguendos & puniendos. Secundò de quo sunt arguendi, &c. ibi, De omnibus operibus. Dicit igitur [Prophetauit] Gloss. non solùm authoritate mea probo quòd puniendi sunt, sed etiam authoritate prophetę, quia prophetauit verbo [De his] id est, de eorum punitione & perditione hæreticorum: hoc quod prophetauit de damnatione impiorum [Enoch septimus ab Adam] scilicet vtroque computatio. Genesis 5, Iste Enoch fuit de stirpe Seth, qui in paradisum fuit raptus, vt habetur Sapient. 10. [Dicens, Ecce veniet] id est, in proximo est aduentus eius. Mat. 24, Scitote quia prope est in ianuis. Vel hoc dicit ad denotandum quòd præsens est sibi iudicium. 2. Petri 3, Mille anni corã domino quasi vnus dies [Dominus] Dicit dominus absolutè, quia ipse est dominus dominorum, Apocalip. 19. Et dicit ex hoc quòd veniet potenter & terribiliter [In sanctis milibus suis] id est, cum innumerabili multitudine sanctorum. Esaiæ 3, Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. In hoc autem quòd dicitur, in milibus, notatur consummata perfectio sanctorũ [Facere iudicium] condemnationis. Gloss. pœnas inferendo [Contra omnes] glossa, malos [Et arguere] disceptando cum illis, dicendo, Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. Mat. 25. Et Iohel. 3, Congregabo omnes gentes, & adducam illas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis. Vel arguere, glossa, Conuincere eos qui prius latebant secundum illud Ephesi. 5, Omnia quæ arguuntur in lumine manifestabuntur [Omnes impios] id est maiores & minores, & mediocres impios qui carent pietate quæ est cultus dei, & pietate in proximum. Iacobi 2, Iudicium fiet sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam [De omnibus operibus.] Hîc ostendit de quo punientur & arguentur in iudicio: primò in generali: secundò in speciali, ibi, Hi sunt murmuratores. In prima primò tanguntur peccata operis: secũdò oris, ibi, Et de omnibus duris, &c. Dicit igitur de omnibus operibus [Impietatis eorũ quibus impiè egerũt,] siue occultis, siue manifestis. Et accipitur opus largè, siue sit interius, siue exterius: siue sit cõmissionis, siue omissionis, secũdũ quod quædam Gloss. dicit super epistolam ad Romanos, Quòd non operari & operari partes sunt ad operari, secundum quod vulgariter dicitur, Bene feci-sti, quia non feci-sti. Ecclesiast. vltimo, Cuncta quæ fient, adducet dominus in iudicium pro omni reatu, siue bonũ, siue malum. [Et de omnibus duris,] scilicet verbis, immo & de otiosis. Matth. 12, Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, & cætera. [Quæ locuti sunt contra deum,] id est de omnibus verbis blasphemiæ. Glo. Blasphemantes maiestatem. [Peccatores] in moribus, [Impii] in cultu fidei. Vel peccatores in homines. Impii in deum. ¶ Notandum autem vt ait Glossa, quòd sententia hæc vera est quòd dominus arguet impios & de operibus, & de verbis. Sed liber de quo assumpsit hoc testimonium, est apocryphus, ab alio quodam sub nomine quodam compositus: in quo libro multa incredibilia cõtinentur. Vnde hæc epistola Iudæ, quæ de apocrypho habet testimonium, priscis temporibus à plerisque reiiciebatur: sed iam authoritate & vetustate, & vsu meruit vt inter sanctas scripturas cõputetur. Maximè, quia tale testimonium de apocrypho sumpsit, quod non apocryphum & dubium, sed vera luce esset perspicuum. Licet enim de apocryphis testimonium veritatis assumere. [Hi sunt murmuratores,] Contra dei dispositionem. Et hoc in aduersitate: contra quos. 1. Corinth. 10, Neque murmuraueritis sicut quidam murmurauerunt, &c. Vel murmuratores & [Querulosi.] Glossa, Si fratribus aliquid boni contigit, murmurant, vel cõqueruntur quasi sua fœlicitas est de eorum prosperitate murmurare, & fama eorũ minuatur. Vel querulosi, id est, conqueri assueti quæcunque sibi contingant secundum Glossam. [Secundũ desideria sua ambulantes,] id est de peccato in peccatum ruentes, secundum desideria sua carnalia, contra illud Galat. 5, Spiritu ambulate, & cætera, Et Ecclesiast. 15, Post concupiscentias tuas ne eas, & cætera. [Et os eorum loquitur superbiam,] id est verba superba. Glossa, iactant se nullo timore dimissuros quæ agunt, se solos deum cognoscere. Alia glossa, Alios contemnunt, [Mirantes.] Glossa, Honorantes, in quo notatur excessus honoris, qui solet inducere admirationem. [Personas.] Glossa, Diuitum, pauperes verò contemnunt: vnde sunt acceptores personarum. Contra quod Leuitic. 19, Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. [Quæstus causa.] Glossa, non dilectionis. Prouer. 19, Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. 1. Tim. 7, Aestimantes quæstum pietatem [Vos autem charissimi] scilicet catholici. [Memores estote.] Gloss. verbo & opere. [Verborũ quæ prędicta sunt] nobis [Ab apostolis.] Glossa, Quoniam fuerunt nuntii præteritorum, & prophetæ futurorum. [Domini nostri,] quo ad diuinitatem. [Iesu Christi,] quo ad humanitatem, [Qui dicebat nobis.] Glossa, Spiritu sancto illuminatis. Spiritus enim loquebatur in eis. Mat. 10, Non enim vos estis qui loquimi, & cætera, [Quoniã in nouissimis temporibus] Gloss. Tempore Antichristi cuius isti sunt præambuli. [Venient] propria vsurpatione, nõ dei missione. Hierem. 23, Non mittebas eos & ipsi currebant. Et Ioan. 10, Quotquot venerunt, fures sunt & latrones. [Illusores] veritatis per doctrinam erroris. [Secundum desideria sua ambulantes] per cõsuetudinem in operibus carnalitatis. Glossa, Quos tali signo potestis cognoscere quòd gulòsi & auari sunt & luxurioši. Et dicitur ambulantes scilicet de malo in peius proficientes. 2. Timoth. 3, Malitia proficient in peius. Psalm. Ibunt in adinuentionibus suis. Ambulãtes, inquam, [In impietatibus,] non in pietate, scilicet cultus diuini, quia corrupti in moribus & in fide. 2. Tim. 3, Homines corrupti mente, reprobi circa fidem. De aduentu talium hæreticorum dictum est suprà. 2. Petri 3, In diebus nouissimis instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes. [Hi sunt] scilicet hęretici, [Qui segregãt,] id est separant per hæreses & schismata. [Semetipsos] Glossa, Diuidunt enim tunicã domini inconsutilem, quod milites facere noluerunt, Ioan. 19. [Animales] vita & sensu. Glossa, Animæ concupiscentias sequentes. [Spiritum non habentes.] Glossa, scilicet spiritum sanctum, quo ecclesia congregatur, & spiritualis efficitur. 1. Corint. 2, Animalis homo non percipit ea quæ dei sunt. [Vos autem charissimi.] Hîc monet ad bonorum operum superædificationem. Primò quo ad se. Secundò, quo ad alios, ibi, Et hos quidem arguite. In quo primò hortatur ad operationem boni. Secundò ad perseuerãtiam in operationem, ibi, [Expectantes misericordiam, & cætera,] Dicit ergo [Vos autem charissimi,] ita segregati ab ecclesia fidelium, sed sitis [Superædificantes vosmetipsos] In ædificio spirituali per bonam operationem tanquã lapides viuos. 2. Pet. 2, Et ipsi tanquam lapides viui, superædificamini, & cætera. [Sanctissimæ nostræ fidei,] quasi fundamento. Ephes. 3, Superædificati super fundamentum apostolorum, & prophetarũ, & cætera. Quæ fides dicitur sanctissima, quia purgat ab omni contagio erroris, carnalitatis & terrenitatis. Vos, inquam, dico, non errantes. Glos. Non de vestris meritis præsumentes, & per vos saluari putantes: sed [Orantes,] id est, diuinum auxilium implorantes, [In spiritu sancto,] id est in vestro spiritu sanctificato. Vel in spiritu sancto monente ad orandum, & docente quid orandum. Rom. 8, Nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. [Vosmetipsos in dilectione dei seruate.] Non tantùm alios, vt multi, de quibus 1, Corinth. 13, Factus sum velut æs sonans, & cętera. Aliter enim saluari non poteritis, immo necesse est perire. Deuter. 4, Custodi temetipsum, & animam tuam solicitè [Expectantes] spei certitudine. Psalmista, Expectans expectaui dominum, & cætera. [Misericordiam,] id est misericordiæ effectum in peccatorum remissione, & donorum collatione. Et enim bonum est præstolari cum silentio salutari, [Domini nostri] secundũ deitatem [Iesu Christi] secundum humanitatem in vitam æternam ducentis. Misericordia enim Christi ducit [In vitam æternam.] Eccles. 16, Omnis misericordia facit locum vnicuique secũdum merita sua. Ad Titum 3, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, & cætera. [Et hos quidem arguite.] Vos quidem superædificate vos, vt sitis radicati, in fide, spe, & dilectione. Et hos quidem, inquit, id est obstinatos hæreticos fidem impugnãtes. [Arguite.] Glossa, id est, ad vtilitatem eorum & vestram. 2. Timot. 4, Argue, obsecra, increpa. [Iudicatos.] Glossa. Certissimè diuino iudicio iam damnatos. Ioan. 3, Qui non credit, iam iudicatus est. [Illos verò, id est, alios qui non sunt de hæresi obstinati, tamen sunt in ardore peccandi. [Saluate,] scilicet inquantum in

Ex Apocryphis licet testimoniũ trahere

vobis est,vt saluentur orate,& cætera,Et subdit modũ,dicens,[De igne,]scilicet peccati.[Rapientes,]quasi quadam violentia extrahentes,Prouerb.23,Erue eos qui ducuntur ad mortem,& qui trahuntur ad interitum, liberare eos non cesses.[Aliis] autem pœnitentibus pro peccatis,[Miseremini,] adiuuãdo,& pro eis orando,& eorum labores supportando.Iob,19,Miseremini mei saltem vos amici mei.Vel aliis,quos in peccato videtis,vt dicit Glossa.Miseremini condolendo,quòd non potestis eos saluare,vt dicit Glossa.Hoc vltimum ad tria illa prædicta iungendum est. Nam & apostatas cùm quisquis arguit, & damnabiles ostendit, debet [In timore] arguere, ne fortè simile sibi suísque aliquid tale contingat. Qui de incendio vitiorum alium castigare cupit,timeat ne & ipse tentetur: & qui pœnitenti proximo miseretur, circunspiciat ne fortè plus iusto,vel seuerus existat vel pius. Et nota quòd quidã sanctus homo dicebat, quòd multùm debet esse securus in se qui alium vult eripere de periculo submersionis. [Odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam.]Odientes,inquit, odio scilicet perfecto, quo separatur vitium à natura.Psalm.134,Perfecto odio oderam illos.Eam tunicam.Glos.Corpus mortale & passibile quo velatur anima.Glossa,Quæ concupiscẽtus carnis polluitur.Et alia glossa,Non corpus,sed maculatũ,aut maculã odire debemus, vt immaculatum reddamus,vt de carnali spirituale efficiatur.Vel odientes eam tunicam maculatã,id est,conuersatioem carnalibus desideriis immundam.[Ei autem qui potens est.]Hic monet ad dei de vtroque glorificationẽ,tangens primo glorificationis causam.Secundo modo,gloriã,& magnificẽtiam.Dicit igitur[Ei autem.]Glos.Quia hìc non nostra potestate, sed gratia dei perficiendum est. Rectè subiungitur [Ei autem,] scilicet deo patri,[Qui potens est,] imò omnipotens.Cui potentia appropriatur.Exod.15,Omnipotens nomen eius.[Vos cõseruare]Glo.in præsenti[Sine peccato,] scilicet mortali.Glossa,In omnibus operibus nostris. [Et constituere nos.]Glossa,in futuro.[Ante conspectum gloriæ suæ.]Glossa,coram angelis,qui contemplantur dei gloriam.Iuxta illud Matth.18,Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui,& cætera.Vel ante conspectum gloriæ suæ,id est in præsenti à domino glorificati,quod desiderabat Dauid,dicens,Quando veniam & apparebo ante faciem dei mei. Hoc erit quando boni videbunt dominum glorioſum in humanitate & diuinitate. Psalm.16, Satiabor cùm apparuerit gloria tua. [Immaculatos.] Glossa,ab omni sorde peccati veniali & mortali.[In exultatione] laudis & gratiarum actionis.Psal.149,Exultabunt sancti in gloria,]id est exultabimus & lætabimur in te,[In aduentu]tendentes ad occurrendum ei,[Domini nostri Iesu Christi,] in aduentu,inquam, &c. id est in die iudicii,in quo erit exultatio sanctis, & tribulatio reprobis.1.Pet.1,In quo exultabitis modicum,nunc si oportet contristari.Et Ioan.16,Vos quidem nunc tristitiam habetis,& cætera.[Soli deo,]id est patri qui solus creator & saluator omnium est, mittendo filium. Non per hoc excluditur filius,vel spiritussanctus, quia cum ipso patre filius & spiritussanctus vnus est deus. [Saluatori nostro,]omnium maximè fidelium.1.Ad Timo.1,Qui est saluator omnium,maximè fidelium.[Per Iesum,]salutis mediatorem,per quem pater omnia operatur.Per Iesum Christum,ratione humanitatis:dominum nostrum,ratione diuinitatis.[Gloria,Et magnificentia]in operatione.[Imperium]in regimine[Potestas,]in malorum coertione. Vel secundum Glossam, Puræ fidei & conscientiæ. Et magnificentia in operatione.Imperium,super infirmitates vel dæmones.Et potestas,resistendi vitiis & tortoribus [Ante omnia secula,]id est qui fuit ab æterno,sicut dicit Gloss.[Et nunc & in omnia secula,]id est qui erat & qui venturus est,id est ante mundi constitutionem,in mundi cursu, post mundi consummationem.[Amen.]Confirmatio est. ¶Sed quæritur de hoc quod dictum est, Expectantes misericordiam dei in vitam æternam. Ex hoc enim videtur quòd vita æterna detur ex misericordia. Contrà,Cùm detur ex meritis,videtur quòd detur ex iustitia. Responsio,Vita æterna datur ex misericordia & gratia. Ex iustitia & ex misericordia datur quantum ad radicem meriti,quæ est gratia.Et quo ad mensurã remunerationis quæ est suprà:de qua Rom. 8,Non sunt condignæ passiones huius temporis quo ad opera non facta ex conuentione operantis cum operariis ex denario diurno,detur ex iustitia.Quæritur & de hoc quod dicit,Et hos quidem iudicatos argui-

te.Glossa,scilicet damnatos.Contrà,Nullius videtur esse vtilitatis argutio damnatorum.Responsio,Licet argutio non valeat eis,valet tamen aliis.Vnde ipsi sunt arguendi,

ne alii imitentur ipsos. Deo gratias:Qui est benedictus in secula.

EX BESELEEL SEQVVNTVR ALIQVA dicta, per modum epilogationis omnium præcedentium Canonicarum,ad prædictarum Epistolarum & earum authorum commendationem.

Fecit & Beseleel lucernas septem,cum emunctoriis:& vasa,vbi quæ emuncta sunt, extingatur, ex auro purissimo seu mundissimo,Exodi 37,Licet iuxta Psalmist.de quolibet sanctæ scripturæ verbo, verum sit illud, Lucerna pedibus meis verbum tuum.Veruntamen super Exod.25, Exponit Glos.partem prædictorum verborum,de apostolica doctrina,cuius pars magna præmanibus est.(.septẽ Epistolæ Cononicæ,quas Petrus,Iacobus,Ioannes,& Iudas apostoli Iesu Christi tam mysticas q̃ succinctas ediderũt & scripserũt.Nec mirum si eorũ doctrina,Lucerna dicitur,quibus dixit dominus,Mat.5,Vos estis lux mũdi. De hac igitur doctrina septem epistolarum cõgruè accipitur quod dictũ est,Fecit Beseleel septẽ Lucernas.Beseleel enim interpretatur vmbraculũ dei,vel vmbraculũ diuinũ.Et significat Christũ dominũ,in quo humanitas quasi vmbraculũ,& tabernaculũ(quod nequaq̃ trafferri potest)fuit diuinitatis,vbi ita vmbrata fuit diuinitas: vt de ea dicatur illud Esaiæ 45,Verè tu es deus absconditus,scilicet sub vmbra humanitatis.Quæ fecit has septem lucernas, sicut Psalm.accordat.Licet apostoli sint ministri,& coadiutores extiterint,iuxta verbum beati Pauli.1. Cornth.3.Vbi dicit dominus apostolis,Luc.21, Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere nec contradicere omnes aduersarii vestri.Septem autem lucernæ, septem sunt epistolæ,quæ in tabernaculo militãtis ecclesiæ super cã delabrum doctrinæ euangelicæ,vel fidei Christi positæ per manifestationem & expositionem totam ecclesiam illuminant & illustrant. Si enim sub legis modio aut in absconditio solis Iudææ populis doctrina apostolica tradita extitisset,& non super candelabrum,Christum scilicet,vt istæ lucernæ Christum non prædicarent,sed legis iustitiam,nec omnibus lucerent quæ in domo ecclesiæ sunt, nec emunctoria sunt.Vnde sequitur,cum emunctoriis suis. Ipsæ epistolæ, quæ lucernæ sunt doctrina veteris testamenti clarius nobis lucent: Exempli gratia,Cùm dicit apostolus ad Galat.5, Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit.Emunctum est quo ad literalem obseruãtiam lychnum circuncisionis. Sunt nihilominus ipsæ epistolæ emunctoria vitæ humanæ, ab ipsa vt clarius luceat omnem superfluitatem peccati resecantes. hoc emunctorio, vel forcipe quod idem est, sublatus fuit calculus de altari,quo tacta sunt labia Esaiæ prophetæ. In quo immunditia labiorum & peccatum eius ostendit mundatum fuisse.vt habetur Esa.6,Habent nihilominus hæ septem lucernæ sua emunctoria,scilicet expositiones sanctorum: quibus quod in eis obscurum est,quasi emungitur in vasis sacræ scripturæ, aqua salutaris sapientiæ plenis,quodammodo quod emunctum est, extinguitur, cùm per sacram scripturam sic exponendam mirantur. Vnde & sequitur, Et vasa quæ emuncta sunt,extinguũtur.Hæc eadem vasa,ipsæ epistolæ sunt.Sic enim emungunt veteris legis obseruantias, vt in seipsis eas extinguunt: & spiritualiter seruandas declarant in moribus quibus nos instruunt, & informant: verbi gratia,1.Petr.2,Offerte spirituales hostias,ait.Ecce quomodo carnales emungit & extinguit cùm spirituales offerendas dicit.Aliàs enim fœtidum odorem viderentur emũcta reddere,si ita lex destrueretur, vt non spiritualiter repleremur,cùm dicat,Matth.5, Non veni soluere legem,sed adimplere.Hinc autem omnia vasa de auro purissimo non solùm sunt ad illuminandum,immo etiam ad defendendum & resistendum contra hostem & insidias diaboli. Cui resistendum est,& fugiet à nobis,vt dicitur Iaco.4,Vnde sunt scuta, quæ fecit Salomon de auro purissimo,3.Reg.10.Ideo dicitur Prouer.19,Omnis sermo dei ignitus,clypeus omnibus sperantibus in se.Sunt nihilominus vasa epulatoria,in quibus continerur spiritualis refectio, quia in domo Salomonis erant omnia vasa aurea,& vniuersa vasa saltus libani de auro purissimo.Sunt enim vasa luminaria,quia circa credenda,agenda,fugienda,nos illuminant.2.Timo.3,Omnis scientia vel scriptura &c.Sunt hæc vasa noua,quæ profert de thesauro suo,vbi omnes thesauri sapientiæ,& scientiæ sunt absconditi.Paterfamilias Christus ecclesiæ pater & sponsus & dominus.Vetera enim protulerat legis antiquæ,nũc noua faciens omnia noua extulit.Ista vasa sunt de auro,per quod sapientia designatur,quia sapientiam docent & continent. In istis epistolis quadruplex fructuosa sapientia contra quadruplicem secularium pernicioſam sapientiam continetur & docetur.Sapiẽtia enim seculi in quatuor continetur.Primò in amore corporalis proprietatis,de hac dicitur Baruch 3,Filii Agar exquisierunt prudentiam,quæ de terra est,negotiatores terræ & Theman.Theman interpretatur Auster,per quem notatur prosperitas mundana.Secundò in inconstantia aduersitatis,de qua Hiere.8,Confusi sunt sapientes,perterriti,& capti sunt.verbum enim domini proiecerũt & sapientia nulla est in eis. Tertiò in amore singularitatis & excellentiæ singularis, de qua Esa.5,Vę qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.Quartò in amore carnalis voluptatis,Rom.8,Prudentia carnis mors est.Contra istam pernicioſam sapientiam est quadruplex sapientia spiritualis, quæ ab apostolis, epistolis istis traditur & docetur. Prima consistit in contemptu temporalis prosperitatis & amore perpetuæ fœlicitatis, de qua dicitur Eccles.4, Melior est puer pauper & sapiens rege stulto & sene,qui nescit prœuidere in posterum quòd de carcere catenísque interdum quis egreditur ad regnum.Hinc beatus Iacobus docet,& in epistola sua hortatur ad contemptum mundanæ fœlicitatis,vt dicit in prima canonica,Beatus vir qui suffert tentationem:cùm probatus fuerit, accipiet coronã vitæ, quam repromisit deus,&c. Secunda consistit in sustinentia aduersitatis obtentu perpetuæ quietis. Prouer.24,Vt vir sapiens,fortis,vir doctus,robustus & validus.Ecclesiast.4, Cor sapientum vbi tristitia.Istam docet beatus Petrus dicens,1.Pet.vlt.Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.&.2. Petr.2,Nouit deus pios de tentatione eripere.Tertia consistit in amore fraternitatis,ex consideratione cælestis vnitatis,de qua Eccle.1,Dilectio dei honorabilis sapientia.& Ecclesia.3,Filii sapientes ecclesia iusto-

Septem canonicæ epistolæ sunt lucernæ septem.

Quadruplex sapiẽtia mundana.

Quadruplex sapientia spiritualis.

rum. Istam docet beatus Ioannes,1. Ioan.4,Charissimi,si deus dilexit nos,& nos debemus inuicem diligere. Et ibidem, Diligamus inuicem,& cætera. Quarta consistit in fuga carnalis voluptatis præ desiderio delectationis futuræ in fruitione deitatis contra amorem carnalitatis:de qua Prouer.29,Vir qui amat sapientiam lætificat patrem suum:qui autem nutrit scortum,perdet substantiam.Proue.23,Audi fili mi,& esto sapiens,Noli esse in conuiuis potatorum.Istam docet beatus Iudas.vnde,dicit,Væ illis qui in via Cayn abierunt.Et paulopost dicit,Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes sine timore,semetipsos pascentes.Sic ergo patet quid in istis vasis aureis continetur . Sunt enimvasa ista de auro purissimo, quia omnia diuinæ sapientiæ purissima sunt,quia nihil falsitatis,nihil vanitatis, nil erroris aut malitiæ admixtum habet. Aliæ autem scientiæ sunt,vel ad vanitatem vt philosophicæ,vel ad falsitatem vt hæreticæ,vel ad peruersitatem vt magicæ,mixtam habent. Vnde & si aliquid ibi,de auro sapientiæ & argento eloquentiæ, & Salomonis tempore non esse reputandum habetur,& impurum & corruptum est. Non autem sic in diuina sapientia, quæ scilicet dicitur In psal.11,Eloquia domini eloquia casta,argentum igne examinatum,probatum,terræ purgatum septuplum. ¶ Et nota quòd ista luminaria,in tabernaculo & australi parte posita, Aquilonarem illuminabant:sic & ista doctrina ab apostolis & contra Iudæos scita & edita fuit, sed ecclesia, quæ de Gentibus sumpta est,vera est mensa & propositionis panum latera, scilicet Aquilonis. In quo notantur & commendantur authores proximi harum epistolarum,scilicet apostoli. Et illi quibus missæ sunt,specialitérque Iudæis.Notatur autẽ,vt visum est,primus author,& principaliter Beseleel.Materia in auro.Modus verò,illuminatione intelligitur quàm planus & exhortatorius est,in quo patet vtilitas:finis autem designatur,per lucernarum, emunctoriorum, & aliorum vasorum nomen. Quæ,inquam,vtilitas est illuminatio & instructio ecclesiæ maximè in agendis.Teneamus igitur charissimi has lucernas septem in manibus nostris, vt illuminati ad vitam & claritatem æternæ patriæ valeamus peruenire. Ad quam nos perducat dominus Iesus Christus,qui cum patre & filio & spiritu sancto viuit & regnat,per omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

EXCVDEBAT IOANNES DAVID,
in via noua diuæ Genouefes,sita in suburbiis beati Marcelli.
1549.

Universidad de Deusto
Biblioteca